4° Germ. sp. 418 r

Sammlung deutscher Drucke
1450 bis 1912

Erworben mit Mitteln der
Volkswagen-Stiftung

Digitized by Google

<36606962210010 S/1

<36606962210010

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

Dauidis Chytræi

SAXONIA,

ab Anno CHRISTI 1500. vſq; ad M. D. XCIX.

Recognita; & aliquot annorum acceſsione, & alijs Hiſtorijs aucta.

Additus eſt INDEX Perſonarum & rerum maximè inſignium copioſiſs.

1599

LIPSIÆ,

Sumtibus HENNINGI GROSII Bibliop.

CVM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

LAVRENTIVS RHODOMANNVS
DAVIDI CHYTRÆO S. D.

SAxonia Chronicon ſapiens quod ab inde Chytræus
Huc Balthicâ dat vndâ,
Accepi: Grates ſed quas huic quaſo benignis
Pro Gratijs rependam?
An Muſæ contrà querulæ noua pignora mittam?
Non edit hæc quid vltra.
Pro meritis laudem num docti pignus amici?
Eſt laude maius iſtud.
Quis ſatis enarret? quàm copia diues in arctis
Sit arculis repoſta!
Quis ſatis ingenij vires extollat in iſta
Diuerſitate rerum?
Quis dignè memoret Methodum, quæ ritè coaptans
In luce cuncta ponit?
Cognitionis opes varias, ſolertis & vſum
Prudentiæ celebrem?
Sim puer, in vaſtam ſitulæ qui fundere Tethyn
Rores aquæ laboret.
Quis canat eloquij Veneres? quas cernere paſſim
Hic eſt, ſed abſq; faſtu.
Iudicij potiùs quis non miretur acumen?
Quàm dicat, vt refranet
Eloquij curſum fluidi bona vena: ſolutum
Ne ſe modus queratur.
Sufficit, vt venerer pius, & ſubmiſſus adorem
Hæc cœlitùs profecta.
Gratulor & toto tibi pectore, Saxona tellus,
Quòd hoc viro bearis:
Qui te limitibus dignis extendit, & omnes
Dignè recenſet oras:
Et tua geſta nouis (veteres dum ſuſcitat annos)
Cum laudibus remiſcet.
Heroasq; tuos, quos virtus addit Olympo,
Et fama nunc coronat,
Continua generis ſerie tibi tollit in auras,
Horumq; facta pangit.
Quaq; tibi paſſim per agros tractata, per vrbes.
Conſulta & acta narrat.
Vnica cura viro, ſint conſona vt omnia vero,
Veroq; teſte conſtent,
Et, quæ deſidia eſt hominum, ne vera ſequente
Oblitterentur æuo.
Ergo Deo mecum fac vota haud frigida, longùm
Vt ſidus hoc ſerenet:
Quo tenebras adimat reliquis, quæ fata recondunt
Noſtri maligna ſecli.
Hoc habui, vir ſumme, tuo nunc reddere dono:
Quod, vt ſoles, probabis.
Sis felix: ſit ſalua domus: Roſeumq; Lyceum
Florente te vigebit.

VW/93/117

Digitized by Google

Dauid Chytræus

CANDIDO LECTORI S. D.

INCIDERVNT IN NOSTRAM ætatem multæ insignes, & considerationе prudentum ac memoria posteritatis dignæ mutationes religionis, ac Regnorum, & familiarum, quæ regna & principatus non in Saxonia solùm & vicino orbe Arctoo, sed vniuersa penè Europa, tenuerunt. Quæ à Deo constitui & aliquantisper seruari imperia & stirpes Heroicas; &, iuxta Syracidæ sententiam, Regnum à gente in gentem, propter tyrannidem, iniurias, & alia principum & populi delicta, transferri ostendunt. Regum Hispaniæ, vetusta stirpe Gothica, in Ferdinando Catholico, Caroli V. auo materno extincta: Austriæ Archiducum familiam, à Rodolpho comite Habspurgense ortam, ad Hispaniæ dominatum Deus euexit. cui recens Lusitania etiam tota, & latissimè patentes, Africæ, Indiæ, & insularum ac maris Eoi ditiones accesserunt: vt nouum quoddam Imperium, omnibus cæteris hac ætate toto in orbe florentibus, potentia & amplitudine antecellens, ab occasu exortum videatur. Hispaniæ enim nouus terrarum orbis, in occidente, duplo tota Europa maior: Lusitaniæ verò, amplissimæ in littoribus Africæ & India orientali regiones, ad Iapaniam & Moluccas vsq; hoc nostro seculo accreuerunt. ITALIÆ etiam pars maxima, excussis per Hispanos prioribus dominis, in Hispaniæ regum potestatem ac ditionem hoc seculo peruenit. NEAPOLITANUM enim regnum, quod dimidiam Italiæ longitudinem à Lyri fl. ad fretum Siculum occupat, Alfonsi magni, sapientissimi & optimi regis nepotibus per Hispanos & Gallos

1516. 1580. 1501. 1503.

Gallos eiectis, & mox Gallis per Consaluum oppressis, Ferdinando Hispaniæ regi, Caroli V. auo materno, illiusq; posteris cessit. MEDIOLANENSEM autem ditionem opulentissimam,
1521. Gallis, qui iam plus viginti annis illam tenuerant, trans alpes
1535. profligatis, Franciscus Sfortia, & hoc extincto, CAROLUS V.
1527. possedit. ROMAM ipsam, veterem Imperij sedem, Pontifice capto, & omnes ditionum illius vrbes & arces, in Caroli V. potestatem per illius duces redactas, optimus Imp. intra an-
1531. num vertentem pontifici restituit. Florentina & Senensis
1555. Respublicæ, olim liberæ & florentes, Caroli V. armis domitæ, Mediceos duces receperunt, ex quorum progenie orta trium Galliæ regum fratrum, Francisci II. Caroli IX. & Henrici III. mater Catharina, multos annos nostra ætate Galliæ regnum rexit. Quod totos iam 34. annos intestinis odijs, dissidijs & bellis, prætextu Religionis & Reipublicæ, agitatum, & in sua viscera conuersum, ex Valesia familia, in agnatam Burboniam, proximis annis translatum est. ANGLIÆ Regina Elisabetha virgo tranquillius & feliciùs, quàm vlli anteà viri, patriam hactenus gubernans, etsi ex Henrici VII. nepotibus postrema supersit, & in aliam familiam regnum Britanniæ peruenturum videt: tamen nunquam se tutò moderaturam Britanniæ habenas sentit, si de successore futuro constet, (quod in historia suæ gentis Buchananus memoriæ de illa prodidit) tametsi à vicino Scotiæ rege Iacobo VI. disciplinæ Buchanani alumno, naturæ & sanguinis cognatione ei proximè iuncto, non sine ratione fastigiũ illud expeti & sperari existimatur. DANICUM, quod superiore seculo à prisci sanguinis Danici regibus ad exteros, & tandem antiquissimæ nobilitatis comites Saxoniæ Aldenburgenses peruenerat: senes aliqui adhuc meminerunt, à regis Iohannis, fratris senioris filio,
1523. Christiano II. & illius posteris ablatum, patruo illius Friderico diuinitùs tributum esse. SVECI eodem anno relictis Daniæ regibus, suæ gentis viro, ex generosæ nobilitatis familia antiquiss. orto, Gostauo Erici, patriæ liberatori & vindici, regnum detulerunt. MOSCHICI tyranni potentia & Imperium, eiecto Tattarorum, quibus anteà subditum erat, iugo,
1560. mirificè hoc seculo creuit, vt à mari Caspio, vsq; ad huius no-
1580. stri maris Balthici portus, Naruam & Parnouiam, omnia dominatu suo complecteretur. Sed quæ in Balthici & Finnici

sinus

ctenus Russiæ & Liuoniæ oppida & ditiones
III. Suecorum, & Stephani Poloniæ regum 1581.
ate, ex tyranni ore & faucibus rursum erepta
nata. POLONIÆ regnum, quod prouincijs
nici Borussiâ & Liuoniâ egregiè auctum & lo-
, proximis annis, à Iagellonum Lithuanica
icum Gallum, & hoc statim regnum deseren- 1573.
um Bathoreum Vngarum, virtutis & sapientiæ 1576.
generis regij commendatione, translatum est.
ismundus III. Ioannis Sueciæ regis & Cathari- 1587.
e filius, successit. VNGARICUM, latissimis spa-
o & Ponto Euxino, ad mare Adriaticum & Ita-
porrectum, à Slauicæ linguæ rege, ad Ferdinan-
um, & Ioannem Cepusium Vngarum, discordi-
suffragijs delatum est. ac Ioannes de Pannonia
nicans Turcicum Imp. acerrimum & felicissi-
nnum in Germaniam nostra ætate attraxit.
era verò EVROPÆ & orbis Christiani regna,
um Imperium, solum ferè, in vna Illustr. Austriæ
familia conseruatum est. quæ omnibus in
& tota EVROPA principum familijs nunc digni-
, & ditionum amplitudine antecellit: eodemq; ;
, cum Ottomanica Imperatorum Turcicorum
nnum Christi 1300. crescere cœpit & florere.
nia verò nobis propinqua etsi multæ vetustæ
mitum masculæ stirpes, Hoia, Ritberg, Teckeln-
nt, Spigelberg, Esens, Henneberg, & aliæ peni-
unt: tamen Dei beneficio pleræque principum
Gentilitates, nusquam ferè interrupta generis se-
& principatus à maioribus acceptos hoc seculo
t. Etsi enim electorum Saxoniæ dignitas & di-
ot, capto Iohanne Friderico Saxone, dominum
amen singulari Cæsaris Caroli victoris sapientia
in eiusdem domus Saxonicæ principem sobri- 1547.
tæ sunt. Erico etiam duci Brunsuicensi, nullis
dibus ex se natis defuncto, Iulius patruelis ex ea- 1584.
succesſit: & Borussiæ ducatum Alberti Friderici
ministrat. Liuonia verò, Borussiæ vicina, lon-
tum Germ. mill. tractu ad mare Balthicum por-

 recta,

Digitized by Google

recta, cùm ab Imperio deſcereretur, per vicinos reges diſcerpta eſt.

Sed in hanc inferiorem Saxoniam, nobis propiorem, redeo, in qua GELDRIÆ etiam Ducum Egmondanæ originis
1538. ſeries in Carolo Egmondano prorſus deleta, & ditiones illæ,
1543. ad Rheni oſtia florentiſſimæ, ad Burgundicam domum redie-
1516. runt. Quæ VVestFRISIOS etiam primùm ſub Saxoniæ ducibus Alberto & Georgio, deinde ſub Carolo Geldro tumultuantes ſubegit: & vicinos GRONingenſes, qui epiſcopum
1506. Traiectenſem olim titulo tenus agnoſcentes; deinde Ezardo
1514. Friſiæ orientalis comiti nouennium, poſteà CAROLO Geldriæ
1536. duci annos XXII. paruerunt, tandem ſpontè deſerto Geldro Burgundis ſe dedentes, ſubiugauit.

BELGICÆ gentes, ſub Carolo V. florentiſſimæ & opulentiſſimæ, nunc perpetuò ampliùs triginta annorum bello inteſtino adflictæ, à Germanis, Gallis, Anglis, vt illi olim ab Ægyptijs, Syris & Aſſyrijs, Scipionibus dextras eorum perforantibus, patrocinium & defenſionem fruſtra expectarunt. Epiſcoporum dignitates & opes eccleſiaſticæ, olim ſacroſanctæ, nunc impunè à multis potentibus, Euangelij prætextu, diripiuntur ac deuorantur. CIVITATES olim coniunctæ, & libertatis ſuæ cuſtodes ac vindices, & principibus ac regibus vicinis ζηλωταί: noſtra ætate, rebus conuerſis, diſiunctæ in triſtem ſeruitutem multæ conijciuntur: & quibus terrori anteà erant, nunc ludibrio ſunt. *Sic omnia verti*

Cernimus, atq; alias aſſumere robora gentes,
Concidere has.

Qua rerum humanarum inſtabilitate, ac potentium imperiorum, & gentium totarum ruinis admoniti, cùm omnia, quæ magna & firma in mundo habentur, caduca & fluxa eſſe videamus, maiori ſtudio vnum & ſummum bonum, quod ſolum ſolidum & perpetuum eſt, DEVM ipſum, & vitam cum DEO beatam & ſempiternam expetamus & admiremur. *Nihil enim in rebus humanis magnum eſt, niſi Animus magna contemnens, & vnum ac ſolum* DEVM *magnum verè agnoſcens & colens.* Nulla humana potentia, nulla Imperia, nullæ opes, denique nihil, quod magni fit in mundo, adeò firmum & ſtabile eſt, vt durabilem illius poſſeſſionem & vſum ſibi quiſquam promittere auſit.

Deuza. Minuta, magna, ſumma & ima reſpice. Perenne ſub polo nihil.

Præci-

Præcipuè autem, vt Tragici poëtæ verbis vtamur, *Non sic Libycis Syrtibus æquor Furit alternos voluere fluctus: non tuxim turget ab imis Commota vadis vnda, niuali vicina polo, vbi cæruleis immunis aquis lucida versat Plaustra Bootes: Vt præcipites Regum casus fortuna rotat.* sicut nostra ætate in Francisco Galliæ rege ad Ticinum capto: HENRICO filio, inter nuptiales ludos lethaliter vulnerato: Ludoico Vngariæ rege à Turcis profligato, & in fuga submerso: Iacobo IV. Scotorum rege, cum fratre Alexandro archiepiscopo Andreano, in acie ab Anglis cæso: Christiano II. Daniæ rege profugo, & tandem capto, & in carcere mortuo: Erico XIIII. Sueciæ rege, itidem in custodia extincto: Sebastiano Portugaliæ rege, à Mavris in acie trucidato: MARIA Scotiæ & Galliæ olim regina, per carnificem supplicio affecta: & alijs, exempla illustria vidimus. vt Campsonem Ægypti & Syriæ regem, vsq; ad extremam senectam fortunatissimum, tandem à SELYMO ad Singam cæsum, & successorem TOnumbeium, in porta Cairi strangulatum, taceam: cuius victoriæ occasione, amplissima Ægypti & Syriæ regna, & vrbs HIEROsolyma, religionis & ecclesiæ Christianæ in omnes gentes inde propagatæ metropolis, in Turcarum potestatem peruenit. 1515. 1559. 1526. 1513. 1523. 1559. 1575. 1578. 1587. 1516. 1517.

Vult autem Deus, has tantas generis humani & regnorum mutationes, & summorum regum ac principum casus tristissimos, in nostram & patrum ætatem ac conspectum fere incidentes, non oscitanter à nobis præteriri, & obliuione ac silentio obrui, sed velut illustria prouidentiæ & præsentiæ Dei in genere humano, & iustitiæ ac pœnarum exempla fideliter annotari, & literarum monumentis consignata ad posteros transmitti & legi: vt Deum authorem & custodem ecclesiæ & imperiorum, & inspectorem ac vindicem scelerum, sapientem & iustum agnoscamus, & exemplis pœnarum in summis regibus & principibus tristissimarum consideratis, ad timorem DEI, iustitiam, modestiam, & cæteras virtutes Deo placentes ardentiùs colendas, exuscitemur.

Cùm igitur Principum, qui Arctois his gentibus, ab anno 1500. præfuerunt, & præcipuarum mutationum ac rerum in Saxonia actarũ seriem, à quodam amico, mediocri diligentia & studio non improbando annotari cœptã, vidissem: hortator ipsi fui, vt contexeret, & in Genealogijs aliquot Princi-

pum & Comitum, quas ante triginta annos ad meum priuatum vſum collegeram, & narrationum ac euentuũ quorundam veritate ac certitudine inueſtiganda, cum iuuare conatus ſum. Cùm enim annos iam quinquaginta duos diſcendo ac docendo in Saxonia conſumpſerim, quæ hoſpitium & domicilium vitæ & ſtudijs meis tranquillum & liberale hactenus præbuit: exiſtimaui hanc pietatem & gratiam pro iure hoſpitij Arctoo huic orbi à me viciſſim deberi, vt honeſtum hunc optimi viri conatum prouehere ſtuderem; præſertim cùm nemo alius, quod ſciam, hactenus hunc laborem, patriæ honorificum & vtilem, aggreſſus ſit. Quem, poſtea ab illo ipſo deſertum, ſuſcepi integrum, & qualemcunq; hanc rudem & impolitam ſyluulam edi paſſus ſum, vt velut σκιαγραφία & delineatio eſſet futuri operis, quam alius deinde, prudentia & ſcribendi facultate nobis antecellens, & rebus bonis ac vtilibus augere faciliùs poſſet, & verborum ac ſententiarum luminibus tanquam coloribus viuis illuſtrare. nam ſi nihil aliud hoc labore noſtro aſſequemur, certè doctiorum ceſſantium adhuc ſtudia excitabimus: & perſequi hæc accuratè & ornatè volentibus materiam ſubminiſtrabimus.

Optaremus etiam, edito iam operis ſpecimine, aliquos intelligentes & bonos, ſi quid in hac aut illa notationum vel genealogiarum parte deſiderarent, vel, ſi quid intexi de ſuæ patriæ rebus, alijsúe euentibus certò & exploratè cognitum vellent, candidè nobiſcum communicare. Quod eximij & ſingularis beneficij loco haberemus. Conſultò enim, de ijs tantùm rebus, quæ noſtra & patrum memoria acciderunt, commemorationes, vel potiùs notationes inſtituere, nec ex antiquis Chronicis deſcribere plura voluimus. cùm non minùs illos, quàm nos, de rebus in conſpectu & ob oculos penè noſtros geſtis audientes, falſis indicationibus decipi potuiſſe, & deceptos ſæpe fuiſſe, tanta in veterum principum Græcorum & aliorum Genealogijs & narrationibus diſſenſio & varietas, ne dicam repugnantia, demonſtrent.

Vt autem prudentiùs ſibi conſulere eos, qui ætatis ſuæ hiſtoriam multis poſt mortem annis primùm edunt, fateor, cùm ob veritatis (quâ verè & ſimpliciter de ſe dicta nihil in mundo intolerabilius eſt) ſtudium religioſum, pericula iam nulla metuunt, & ſicubi falſis indicationibus inducti nonnunquam

nunquam exorbitarunt, coargui non ampliùs possunt: Ita veritatis Historicæ studiosiores arbitror, qui offensiones aliquas & detrimenta, inquirendæ illius causa, sustinere in hac vita malunt, quàm incerta & vana sine periculo colligere, quæ pro veris posteritati ignaræ post mortem obtrudant. Belli HILDesiensis patrum memoria in Saxonia celeberrimi, historiam, Germanicè delineatam, Illustrissimus & optimus princeps VVilelmus dux Brunsvvicens. & Lunæburgensis edendam ad me misit. SVECicas expositiones, de Stenonis & regis Gustaui præcipuè rebus, pro patria fortiter & feliciter gestis, prolixè & copiosè consignatas, cùm adhuc viueret, Suecorum rex IOANNES II. ad primam editionem, clementer mecum communicauit. cum quo maluissem quàm mecum expostulare, si quid in illis fortè aliqui desiderarunt. Plurima de diœcesis Bremensis & reliquæ Saxoniæ rebus Reuerendiss. princeps Eberardus, episcopus Verdensis ac Lubecensis, misso Verdensi Chronico & alijs consignationibus, me docere dignatus est, vt plures principes alios nunc silentio prætermittam. RIGensia paulò pleniora, & pluribus circumstantijs alicubi aucta, Senatus illius vrbis per Syndicum nuper benignè impertiuit. vt anteà Lubecenses, Sundenses, & aliquot alij, de suarum ciuitatum negotijs me erudierunt.

Cum autem Regum & Principum aulæ, & ciuitatum Senatus, veritatis & iusticiæ arces in his terris præcipuæ haberi velint: rectissimè narrationes illas, ex illorum archiuis & commentarijs Actorum publicis seu Protocolis depromptas, vtut maximè vero consentaneas, recitari iudicaui. præsertim cum alij, à quibus postea de ijsdem rebus expositiones & documenta flagitaui, nihil prioribus consignationibus repugnans communicarint, alioquin Herodoti fortasse, Historiæ patris, exemplo, dissimiles inter se repugnantes diuersorum expositiones pariter bona fide annotassem, & cordato lectori iudicium reliquissem, vt in prima statim pagina Herodotus causas belli inter Græcos & Barbaros, alias à Græcis, alias à Persis & Phænicibus proditas, commemorans; addit: Ego de his non venio dicturus, quòd sic vel aliter se habeant: Sed in tota Historia mihi propositum est, vt quæ à fidedignis auditione accipio, fideliter recenseam.

Ego quidem verè adfirmo, me bono & simplici studio, in nul-

in nullius hominis gratiam vel odium (nisi quod omnibus hæc legentibus vtilia & grata esse optarim) præsentem hanc Historiæ Saxoniæ syluam collegisse. cuius partes aliquot, adhuc superstes, hac etiam de causa in lucem emisi, vt veritatem & certitudinem rerum, à fide dignis hominibus in Republica versantibus, & ex Actis publicè editis, acceptarum, testimonio plurium, si quid certius fortè alteri constaret; confirmarem. Quanquam prudentiùs & tutiùs me facturum fuisse fateor, si periculosæ hoc plenum opus aleæ αὐτόδοτον prorsus reliquissem.

Sed bonos & cordatos, qui ista legent (si quis tamen hæc quoq;, si quis, captus amore leget) oro, vt voluntatem & studium referendæ his gentibus (inter quas maximam vitæ meæ partem exegi, & multi de me benemeriti sunt) gratiæ meum, considerent: & candorem in iudicando, bonis viris dignum, adhibeant. Ad Dedicationes singulorum librorum quod attinet: si quis ineptas esse iudicabit, non equidem repugnabo; sed tamen omnes ferè, quibus inscripsi, aut eorum parentes, iam antè de me benemeriti fuerunt. quibus haud molestiæ quicquam captando exhibere, sed gratiam, hoc qualicunq; officio, referre volui: vel certè, animum accepti beneficij memorem testari. Benè & feliciter vale, candide lector. Rhodopoli, Idibus Martij,

Anno M. D. XCVI.

Ad Re-

Ad Reuerendum & Clariſs. Virum

D. DAVIDEM CHYTRÆVM,

ELIAS REVSNERVS.

EQuam Phœbe mihi materiam dabis
Dignam noueno Pieridum choro,
Et luculentam, prædicandi
Elogio merito Chytræum?
Cui linguam Charites, Pleiade cui ſatus
Solers acumen Mercurius dedit:
Artesq́; Pallas multiformes,
Blandaq́; Suada ſonos diſertos.
Templis multa piè hic, multa ſcholis piè
Fecit, beati dotibus ingenI:
Conſtante Chriſti interpretatus
Enthea dogmata veritate.
Quid verò memorem, quàm bonus aureos
Vulgârit auctor Hiſtoricos libros?
Queis inſtar ille cheiragogi
Diſpaciare docet per arua,
Camposq́; hiſtoriarum omnigenûm vberes:
Queis & recenſet mundi ab origine
Rerum ſynopſin digniorum,
Quæ ſub vtroq; polo acciderunt.
In lucem CHRONICON SAXONIÆ recèns
Prodire cernens; hanc operam viri
Europa mirata vniuerſa:
(Vera fides) Tibi quas, Chytræe,
Grates poſteritas ſoluet (ait) pia?
Ex veritatis gutture ſimplici,
Tu patriæ flagrans amore,
Aureum opus benè condidiſti:
In quo, ceu ſpeculo, vitæ imitamina
Sanctæ nepotes poſt-geniti vident.
Hic nempe cenſetur beatus,
Qui ſapit alterius periclo.

Eia,

Eia, macte animi macte tui bonis
Chytræe: tantis pro meritis tibi
Dignum nepotes cantitabunt
Corde pio memores triumphum.

Ex illustri Salana, Cal. Sextil.
cIↃ IↃ VIIC.

IN SAXONIAM

Viri Clarissimi D. D.

DAVIDIS CHYTRÆI.

NAm quibus insignem Chronici Chytræe laborem
Rebus honorabunt secula nostra tui?
Si vel Alexander Macedûm clarissimus armis,
Scipio vel studijs arbiter hisce foret:
Alter Aristotelem quorum bonitate perenni
Fouit, Polybio contulit alter opes:
Historia magnis ornaret honoribus huius
Eruta de veteri tot monumenta situ.
Nostra quid ora silent? caussáne valentior omni
Relligio Annales cogit amare sacros?
Anne sacer prima Codex ab origine rerum
Texuit Historico cœlica iussa stilo?
Anne sacras veteri Mystas quoq; fœderis Arca
Historias inter sancta locare iubet?
Anne Prophetarum labor hic & cura piorum
Clara sui secli gesta notare fuit?
Nempe sacerdotum munus sublime tuendis
Historijs proprio consecrat ore DEVS.
Quis non ergò tuo decernat honesta labori
Dona: quis ingratus munera tanta legat?
Constiterint vsquam veræ si præmia laudi:
Est operæ merces ampla futura tuæ.
Candor at hoc ævo Virtus emortua planè;
Et Themis ad superas fugit ab Orbe plagas.

Liuor

Liuor & Inuidia loligo nefaria paſſim
Regnat: & egregijs obſtat acerba bonis.
Sed nihil hoc ſub Sole nouum: velut antè Prophetis
Ante Sacerdotum laua repenſa choro:
Non fuerit mirum, ſi fax & amurca ruentis
Orbis ad interitum, laua brabea dabit.
Judicium melius de poſteritate reportat
Sapiùs: à viuis cui fauet aura minùs.
Grata Bonis pietas tua, vir clariſſime, vel cùm
Amramida enarras Numiadaq; libros,
Judicibusue refers bello vel pace vetuſtis
Orſa, vel Hiſtoria geſta recente notas,
Iouatibi viuax ſuperaddat robur, vt annis
Tale ſecuturis continuetur opus:
Quosq; dedit Samuel, quos Regum nomine libros;
Quos Paralipomenon Biblia voce notant:
Iſta tuo nobis (qui tot Polyhiſtore libro
Non audita priùs, non mihi lecta refers)
Iſtatuo cupimus, venerande Chytræe, labore
Illuſtrata pium ritè docere gregem.
Fama fidem fecit, te fœderis ordine priſci
Omnibus & vatum ſcripta dediſſe libris.
Scripta dediſſe libris, quæ declamantis ab ore
Audierit pubes Roſtochiana diu.
Talia poſteritas vt Commentaria, nosq;
Cernamus, mecum pectora docta petunt.
Gratia larga Dei multos te ſoſpitet annos,
Arthritida & quauis ſemper acerba fuget.

Iohan. Olearius D.

DE FATO SCRIPTORVM, LIBROS IN PVBLICVM EDENTIVM,

Ex quadam THOMÆ MORI Epistola,

ἀπαράσημάτον.

TAm varia sunt palata mortalium, tàm absurda iudicia, vt cùm his haud paulò feliciùs agi videatur, qui iucundi atq; hilares genio indulgent suo, quàm qui semet macerant laboribus & curis, vt edant aliquid, quod alijs vtilitati possit esse, vel voluptati. Quibusdam solùm placent vetera, pleriſq; tantùm sua; adeo mobiles alij sunt, vt aliud sedentes probent, aliud stantes. Hi in aulis & tabernis, sedentes inter pocula, de scriptorum iudicant ingenijs, magnaq; cum autoritate condemnant, vtcunque libitum est, suis quemq; scriptis veluti capillitio vellicantes: ipsi interim, nihil in publicum edentes, tuti; &, quod dici solet, ἐκ βίλους. quippe tam læues & abrasi vndiq;, vt ne pilum habeant boni viri, quo possint apprehendi. Sunt præterea adeò quidam ingrati, vt, cùm impensè delectentur opere, nihilò tamen minùs oderint autorem; non absimiles inhumanis hospitibus, qui cùm opiparo conuiuio prolixè sunt excepti, saturi demum discedunt domum, nullis habitis gratijs, vel maledicentes etiam ei, à quo sunt inuitati. I nunc, & hominibus tam delicati palati, tam varij gustus, animi præterea tam memoris & grati, tuis impensis epulum instrue: vel tantis laboribus, curis & vigilijs, librum, quo se oblectent, ede.

Hactenus Morus.

PROOE-

PROOEMIVM.

CHRONICA, SEV TEMPORA RERUM magnarum, à DEO, & magnis Principibus, Dei vices in terris gerentibus, in ecclesia & politijs, in quibus viuimus, actarum, fideliter annotari & scribi Deus ipse præcipit; non solùm vt memoria rerum, ante nostram ætatem gestarum, ad posteros duret & conseruetur: quæ prorsus extincta periret, nisi literarum & Chronicorum monumentis consignaretur: verùm etiam vt testimonia Prouidentiæ & præsentiæ Dei in genere humano, & Iustitiæ Dei ac pœnarum, & defensionis ac liberationis iustorum Exempla, in gubernatione imperiorum, & illustribus vitæ humanæ casibus proposita, extent: quorum consideratione mentes legentium ad agnitionem & timorem Dei, ad Iustictiam, modestiam, & alias virtutes Deo placentes, religiosiùs colendas excitentur. Ideo enim conditi sumus homines, vt Deum & opera Dei, tum in toto rerum naturæ ordine, tum verò præcipuè in Ecclesiâ & imperijs seu politico ordine edita, cognoscamus & consideremus, vt agnitâ inde Dei bonitate, sapientiâ, iustitiâ, Deum celebremus.

Vt igitur totum hoc pulcherrimum mundi theatrum, cœlos, lumina, stellas: elementa, plantas, animantia, Deus aspici ab hominibus & spectari vult: quæ Historia naturalis ab eruditis nominatur: sic in eodem mundi theatro res maximas & memoria dignissimas, à seuero Deo, & hominibus illius incolis, gubernatoribus præcipuè Heroicis, in ecclesia & imperijs gestas, non silentio obrui, & obliuione extingui vult, sed literarum monumentis asseruatas ad posteros transmitti & legi, vt Deum autorem & custodem ecclesiæ & ordinis politici ac principum Heroicorum, præsentem in ecclesia & imperijs, sapientem, iustum & beneficum agnoscentes, vero pectore & piâ voce, & totius vitæ obedientia laudemus.

Hunc finem scribendi Chronica præcipuum Psalmus 102. indicat: Scribantur hæc pro generatione alterâ, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum. Psal. 78. Quæ audiuimus & cognouimus, quæ patres nostri narrauerunt nobis, non celabimus ea filios & posteritatem eorum, vt cognoscat generatio altera, vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius seruent.

Eodem consilio DEVS *ipse Historias suarum patefactionum & operum mirandorum, creationem & exordia mundi ac generis humani, institutionem Ecclesiæ & coniugij, lapsum & reparationem primorum hominum, causas calamitatum, promissionem de Christo, veræ religionis originem & propagationem, ortus superstitionum, originem & stirpes omnũ gentium, propagationem doctrinæ à se traditæ ecclesiæ in familijs patrum & politia Iudaica, repetitionem Legis in monte Sinai, pœnas Diluuij, Sodomorum, Pharaonis, excidij Ierosolymæ, ac inprimis filij Dei, Domini nostri Iesu Christi, pro nobis nati, passi, mortui ac resuscitati historiam, quæ totius fidei ac salutis nostræ fundamentum est, scribi per Mosen, Prophetas & Apostolos voluit, & in ecclesia ad omnem posteritatem propagari. Et quidem continuam mundi historiam, in qua, tanquam in tabula pictum, & ὑπὸ μίαν αὐγὴν subiectum cernere possemus, quicquid ab initio mundi memorabile gestum est; singulari beneficio conseruauit in Mose, Prophetis, Herodoto, Diodoro Siculo, Liuio & sequentibus Romanorum Cæsarum scriptoribus perpetuatam.* 1

Etsi autem discrimen est inter historiam ecclesiæ & Ethnicas: quòd illa, Antiquitate; & Doctrina de DEO *ac Redemptore nostro Iesu Christo, & æterna salute nostra; & cæterarum Rerum, quas à Deo ipso immediatè in ecclesia Christi gestas recitat, bonitate & præstantia; & Regni Christi spiritualis & æterni descriptione; & vaticinijs ac miraculis; postremò Exemplis Timoris Dei, Fidei, Inuocationis, Confessionis, ac inprimis Euangelij seu Gratiæ & misericordiæ Dei erga peccatores, veræ pœnitentia & fide ad Christum confugientes, longissimè ethnicis antecellat: tamen hæ quoq; Testimonia prouidentiæ ac iusticiæ Dei punientis scelera totarum gentium & vrbium excidijs, & exempla virtutum, secundæ inprimis tabulæ Decalogi, iusticiæ, bonitatis, clementiæ, fortitudinis, modestiæ, continentiæ, illustria continent.* 2 3

Cumq; Regula vitæ; & norma consiliorum, actionumq; humanarum omnium diuinitùs nobis proposita sit Decalogus seu Lex Dei æterna & immota: Historiæ ctiã ethnicæ & politicæ, magna ex parte, LEGIS DEI *gubernatricis imperiorum ac vitæ priuatæ* EXEMPLA *insignia sunt, in magnorum principum & ciuitatum euentibus expressa, quæ ferè conspectiora sunt, & cùm horribiles iniustorum consiliorum & scelerum pœnas; & rectè factorum, cum norma Legis congruentium, præmia recitent: efficaciùs animos, quàm nuda præcepta, ad amorem iusticiæ & obedientiæ erga leges flectunt. Vt regni*

Troia-

Troiani funditus euersi exemplum, Herodotus ipse, de hac regula primi precepti, toti humano generi concionari inquit, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ ἐμπωδίαι ἀπὸ τοῦ θεοῦ: Quòd atrocia scelera atrocibus pœnis à Deo puniantur. Est enim Deus fortis zelotes, puniens iniquitatem. Quare cùm potentissimorum regum ac principum, Crœsi, Astyagis, Polycratis, Apryis, Xerxis pœnas in etnicis historijs legimus; non minus eas, quam Pharaonis, Saulis, Sodomorum, populi Iudaici pœnas, nobis de ira Dei aduersus impietatem, superbiam, iniusticiam, libidines, toto pectore à nobis fugiendas, & de timore Dei, Iusticia, modestia colenda, concionari statuamus.

Cùm verò in procul dissitis & remotissimis gentibus, Persicis, Ægyptijs, Græcis acta, & regum ac principum in ijs olim florentium nomina & seriem cupidissimè ex historijs cognoscamus: multò magis domesticas historias, & regnorum ac ciuitatum in conspectu ferè nostro positarum principes, & quæ in gubernatione reipub. & ecclesiæ memoria digna sub eorum imperio acciderunt, literarum testimonijs consignata conseruare, & posteris impertire debemus. Qua in re præclarè de his Saxonicis gentibus, & vicinarum insularum orbis Arctoi regnis, meritus est Albertus Cranzius, dum & Regum vicinorum successiones & bella præcipua, & Vandaliæ in hoc littoris Baltici tractu longissimo, & Saxoniæ ferè vniuersæ principum & episcoporum nomina & successiones vsq; ad A.C. 1500. grauiter & prudenter explicatas deduxit.

Ab eo tempore, vbi finem ille fecit, ordire, Deo iuuante, præsentis Saxoniæ & Vandaliæ Chronici syluulam constitui. Amens enim sim, si rudem hanc designationem, historiam nominare velim. quam rectè scribere, vt apud Græcos Herodotus primorum Monarchiæ Persicæ regum; Thucydides, aliquot Græcarum ciuitatum; & apud Latinos, Liuius populi Romani; & nostra memoria Italicam suæ ætatis historiam Franciscus Guicciardinus, insertis maximorum consiliorum deliberationibus, summo iudicio & omni dicendi artificio elaboratis, contexuêre; excellentis sapientiæ & eloquentiæ opus esse intelligo. à qua cùm ego & alij longissimè absimus, non historiam, ac ne Chronicon quidem, sed syluam his pagellis præscribere decreueram. in qua hoc vnum nobis esset propositum, vt nomina & successiones Regum ac principum in his terris, & publicas mutationes, ac euentus maximè insignes, qui in nostram & patrum ætatem inciderunt; & à nobis perquisitos cognosci certò potuerunt; breuiter & bona fide annotaremus, (ne planè ex hominum animis tempore omnia consumen-

ſumente delerentur) & alijs, ingenio ac eloquentia nobis longè præſtantibus, Hiſtoriam Saxoniæ ſcripturis, materiam rerum variarum & verarum, non ſine labore à nobis mediocri diligentia & fide conquiſitam & coagmentatam, quæ hiſtoriæ fundamentum & nucleus erit, ſuppeditaremus. Interea verò, dum nitidiora, & ſplendidiùs ac elegantiùs polita, & Hiſtoriam Saxoniæ ſapienter & ſplendidè elaboratam alij proferent; (in qua tamen hoc velut ſolum & fundamentum hiſtoriæ, in præſenti ſylua Chronici iactum, nonnulli ipſis vſui & præſidio fore exiſtimo) candidi lectores nudam hanc annalium conſignationem boni conſulent. cui nihil aliud tribui à quoquam laudis cupio, quàm vt diligenter perueſtigata & cognita, de rebus Saxonicis, fideliter annotaſſe autorem, & gratum facere poſteritati in his gentibus voluiſſe, boni ac cordati intelligant.

Vulgò, die Weſtſee/ vnd Oſtſee.

COMPLENT autem hodiè, SAXONVM lingua vtentes populi, vniuerſum ferè Arctoum Germaniæ limitem, maris Britannici & Balthici littoribus definitum, ab occaſu Brumali in ortum æſtiuum, continuo trecentorum milliarium Germanicorum tractu, pertinentem; & ab extremis Flandriæ finibus, quà Picardiæ Gallicæ ad Aam fl. Greuelingam alluentem, iungitur; per Scaldis ac Rheni oſtia, nobiliſsimas Batauorum inſulas concludentia, per Brabantiam, Geldriam, Hollandiam, Friſias, Hadeliam, Holſatiam, Megapolin, Pomeraniam, Boruſsiam, & extremos Liuoniæ fines, Reualiam & Naruam vſq; progredientes, longitudinem Arctoi Germaniæ littoris, ampliore etiam quàm dixi ſpacio, inhabitant.

RHENI verò, qui olim ad ſolem cadentem Saxoniæ limes fuit, brachia, in quæ diffuſus, à ſeptentrione in lacus, ab occidente in amnem Moſam ſe ſpargit, medio inter hæc ore modicum nomini ſuo cuſtodiens alueum; Fleuum & Helium Plinius: hodie Iſalam & VVahalim nominant. Nam ſupra Neomagum, in Cliuenſi ditione, Rhenus in duos alueos tribuitur, ex quibus VVahalis, Geldriæ oppida, Neomagum, Tilam, Bommel, & ad VVorkum recepto Moſa, Goricum, Dordracum, Brielam allabens, in Oceanum tendit. Ab Arnhemo ſeu Arenaco, alueus Rheni nomen conſeruans, vbi ad Vicum epiſcopi Vltraiectini ſedem prope Büeren peruenit; rurſum in duos ramos ſcinditur, quorum ille anguſto alueo, auguſtum Rheni nomen retinens, tenues & ſegnes aquas, Vltraiectum, VVordam, Alpham, Leidam verſus, placidè prouoluit; quò antequam perueniat, tribus elicibus, Marna, Zylia & Douzia, in mare Leidenſe & Harlemum ſpargitur. Quartus, prope oppidum Leidam, ad Rhenoburgum, lentè vltra Catvvicum procedens, vbi vetus oſtium, iam arenarum montibus obſtruſum, non inuenit, immotus conſiſtit. Lecca verò, alter ramus, parentem Rhenum copiâ aquarum ſuperans, Culenburgum, Vianam, Bredenrodij olim arcem, Schonhouen, Longolij patriam, præteruectus, tandem ſupra Roterdamum Eraſmi patriâ, rurſum occidentali Rheni alueo, VVahali, & Moſæ coniungitur.

Supra

eimum, Fossam ex Rhenoin Isalã fl. ex VVestphalia proma-
ursus Nero quondam per duo milliaria Germanica, ad Duis-
Drusoburgum duxit, quæ Rheni aquas, nouo Isalæ nomine
unchorstum, Zutphaniam, Dauentriam & Campos præter-
acum, quem Zuiderſee hodiè appellant, effunditur, & prope
n insulam, Fleuo Rheni ostio & castello veteri cognominem,
Oceano tandem miscetur.

rientem versus, Frisiorũ populi, soli ferè ex omnib. Germaniæ
omen & sedem patriæ veterem retinentes, vsq; ad Iadam & Vi-
tant, quos Amasis fl. in occiduos, & Eoos ad Visurgin vsq; per-
diè secernit. Inter Visurgis & Albis ostia, ad Hadeliæ extre-
ntorium ferè coëuntia, Bremensis diœcesis interposita est.

s Albim, Cimbricæ Chersonesi (quæ inter mare occiduum
u Balthicum, longissimo 68. milliarium tractu, rectà in bore-
tur) basis est, in qua Teutomarsi, inter Albis & Eydori fl.
lsati, Stormarsi, VVagrij ad mare Balthicum, & Trauæ osti-
ntes, Germanicæ linguæ & imperio subiecti sunt. Vlterio-
iæ & diœceses; Slesvvicensis, Ripensis, Arhusensis, VViburg-
rglarensis, cuius Alburga episcopi sedes est, vt lingua, sic im-
co vtuntur.

hicum verò Germaniæ littus, à Trauæ fl. vrbem Lubecam al-
o, Megapolitani: inde Pomerani ad Vistulam vsq;: hinc Bo-
num; vlteriùs Liuoni ad grad. lat. 62. & supra hos Russorum
gri, VVotzchoui & aliæ à Sueciæ rege recens domitæ posſi-
autem mare rubrum, inter Arabiam felicem, & opposita Æ-
Ethiopiæ littora, longissimo 260. milliarium tractu porrigi-
sinus Balthicus seu mare orientale, literam Pythagoricam,
bicorni sectam, referens, à Trauæ fl. ostio, Lubecæ portu, in-
Gothiæ, Sueciæ, & opposita Germaniæ & Liuoniæ littora,
liaria Germanica extenditur. ac prope Oonas insulas, Finno-
næ ad meridiem contiguas, in duos sinus ceu cornua finditur,
ter Finnicus breuior, inter Finlandiam & Russiam, VViburg-
e, circulo arctico subiectum; alter Boddicus, longiore spacio
iciam, Helsingiam, Angermaniam, Lappiam, & opposita
Boddiæ littora, ad Torunum emporium vsque, septuagesi-
ritudinis gradui subiectum, profunditur. Vbi inter orien-
s maris oram borealem extremam, & mare Glaciale (quod
quam glacie obduci, præterquam in sinubus aquam dulcem
nti manantem excipientibus, ex nautis Noricis, qui totam
am & Sueciam aliquoties Russicorum commerciorum causa,
ad S. Nicolaum vsque circumnauigarunt, didici) terra conti-
sthmus, non plus trium aut quatuor graduum intereſt, quo
a & Suecia, alioquin insula futura, Russiæ & Asiæ magnæ con-
nguntur.

ius igitur Balthici maris, & Oceani Britannici littus Germani-
u æstiuo in occasum brumalem longissimo spacio inter Russiæ

& Galliæ fines proiectum, boreus Saxoniæ limes eſt. Occiduum autem trans Rhenum, extremæ Germaniæ fines, vſq; ad Gallicæ linguæ gentes: Orientalem verò Viſtulam, ad quem Pomerania hodie adhuc pertinet, & Lithuaniæ ac Ruſsiæ oram conſtituemus. Meridiem verſus, Harcynij ſaltus, à Rheno ſupra Coloniam verſus ortum, Germaniam ferè mediam diſpeſcentes, & Abnobæ, Meliboci, Sudetes, à Ptolemæo appellati, Haſsiam, Franconiam & Boëmiam, à Saxonicis gentibus, plus quàm dimidiam veteris Germaniæ, Rheno & Danubio incluſæ partem, dialecto & ditione ſua hoc tempore occupantibus, diſterminant. ac diameter latitudínis Saxoniæ, à mari Balthico & Britannico ad ſaltus Hercynios, extremoſq; linguæ & Imperij principum Saxonici, meridiem verſus fines, vbiq; ferè 40. alicubi 50. milliaria Germanica ſuperat.

Hodie Der Weſter wald / Sölling / Thüringer/Behemer wald.

Prima verò & antiquiſsima Saxonum apud Ptolemæum nominatim mentio fit. qui, ſupra Cimbricæ Cherſoneſi dorſum, vbi nunc Holſati & Marſi vicini ſedes habent, ad Albim, & in vicinis inſulis eos collocat; finitimos ad boream Cimbris; ad ortum Teutonibus & Teutonaris: cum quibus communi Cimbrorum & Teutonum appellatione ab exteris olim nuncupati ſunt. Siue igitur à Saſſonibus, Aſiæ Borealis populis à Ptolemæo nominatis, quæ appellatio Germanæ Saxonum linguæ, qui ſe Saſſen nominant, maximè vicina eſt: ſiue à Sacis, in Herodoto, Xenophonte & Plinio celebratis, ex oriente progreſsi (vt propagationem gentium ex oriente factam non dubium eſt) ſiue ab Aſcanes, filio Gomer, vnde Cimbrorum & Tuiſconum nomina & originem eruditi deducunt, Saſſonum etiam nomen extiterit: ante Ptolemæum tamen nulli fide digni ſcriptores, qui extant, in Germania eorum meminerunt. ac ne Tacitus quidem, Ptolemæi σωζόμενος, Galliæ Belgicæ ſub Adriano Imperat. præfectus, vicinæ Germaniæ populos & mores ex profeſſo deſcribens, vllam Saxonum, ſicut nec Francorum, Saxonibus confinium, fortè quòd tum in patriæ finibus fortunâ ſuâ contenti obſcuriores laterent, vel vicinorum Cimbrorum nomine ab exteris ſimul comprehenderentur, mentionem facit. niſi CATTOS, quibus ſingularem animi vigorem, & rationem ac ſolertiam, præ cæteris Germaniæ populis tribuit, Saſſos ſeu Saſſones dici exiſtimemus, quæ inter decem, de origine & nomine Saxonum coniecturas, Cranzio potiſsimùm probatur: ſed durior & alienior alijs eruditis videtur. Itaq; harum de origine gentis & nominis Saxonici opinionum fide autoribus ſuis relicta, quæ certis hiſtoriarum fide dignarum monumentis tradita ſunt, amplectamur. nam quæ Danicus ſcriptor Saxo Sialandus de Danorum & Saxonum bellis, ante Chriſti nati tempora geſtis commemorat: poëtica magis quàm hiſtorica fide ſcripta, temporumetiam, vt tota ipſius hiſtoria, diſtinctione accurata carent.

Nominatim verò Saxones innoteſcere primùm Romanis, & celebrari in eorum hiſtorijs cœperunt Cæſaris Maximiani temporibus, poſtquam Francis confinibus ſuis adiuncti, maritimas Galliarum & Britanniæ oras aſsiduis excurſionibus & bellis infeſtarunt, paulò ante annum Chriſti trecenteſimum. Primus enim ex Romanis ſcriptoribus Eu-

bus Eutropius, in Diocletiani Imp. vita, Saxonum cum Francis coniunctorum meminit. deinde Ammianus Marcellinus, Saxones vnà cum Scotis Britannos ærumnis vexasse continuis, refert: & Gallicanos tractus, Francos & Saxones ijsdem confines, quo quisque erumpere potuit terra vel mari, prædis acerbis, incendijsq;, & captiuorum funeribus hominum violasse, & ducem Theodosium, qui postea imperauit, ad Britanniæ defensionem missum, ac Lundonium peruenisse narrat: & lib. 28. Saxonum multitudinem, Valentiniano & Valente Augustis III. Cos. erupisse, & Oceani difficultatibus permeatis, Romanum gradu intento limitem petijsse, & Romanorum sæpè pastam funeribus, tandem concessa illis à Romano duce libera ad suos redeundi facultate, ex insidijs oppressam & deletam esse, commemorat. Lib. 26. Lib. 27. A. C. 372.

Processerant autem paulò antè (cùm triginta tyranni Romanum imperium distrahebant) Saxonibus etiam quibusdam vicinis assumptis, tenebri itinere Franci, relictis ad Visurgin vetustis Cauchorum sedibus, trans Amasin, ad Batauiam & Rheni ostia. Vnde à Constantio Constantini patre reiecti, Germanicam Rheni ripam ad Mœnum vsq; occupantes, antiquas Sicambrorum & Tencterorum regiones possederunt, & in Menitraiecto, castrorum sedem, & velut arcem perpetuam Francofurdum, Saxonibus in meridionali ripa Mœni collocatis, fixerunt. ex qua, perpetuis in vicinam Galliam incursionibus factis, etsi, vt antè ab Aureliano, à Probo, à Constantio Chloro, ex sexaginta, quæ in Belgico possederant, oppidis expulsi; ita deinceps à Constantino Magno, Iuliano Coloniam à Francis captam recipiente, & posteà Stilicone (quod passim deprædicat Claudianus, qui Francos, Salios, Sicambros, Caycos seu Chaucos, quorum partem Francos fuisse consentaneum est, promiscuè appellat) aliquantisper repressi sunt: tamen paulò pòst Treuiros accersiti à senatore, cuius vxorem Lucius præses Romanus rapuerat, Regnum in Gallia pulcherrimum anno Christi 406. inchoarunt. Circa A. C. 260. Lib. 16 Ammiani Marcell.

Addo de Francis, & considerationi eruditorum subijcio hanc quoque de origine nominis & populis Francorum coniecturam. Germania, Cæsari, Tacito, & Straboni nota, populos, inter Rhenum ad Oceanum decurrentem, & Albim interiectos, complexa est, vt Strabo inquit, γερμανοὶ δὲ τῶν ἐκβολῶν ἀπὸ τοῦ Ρήνου λαβόντες τὴν ἀρχὴν, μέχρι τοῦ Ἄλβιος: Notumest, Germanos à Rheni ostio initium capere vsq; ad Albim. Quorum populi, Sicambri (nunc Cliuij & Geldri) Vsipetes (nunc Sutphanienses) Ansuarij (nunc Dauentrij) Chamaui (vnde Chamen oppido nomen) Frisij ad Oceanum, & his contigui Chauci minores (nunc Embdani & Oldenburgenses) & maiores (nunc Bremensis diœcesis) vsq; ad Cheruscos (nunc Brunsuicenses) fuerunt: & horum mediterranei, Tubantes, Tencteri & Bructeri, nunc Tventij, Drentij, Benthemij & Monasteriensis vicini. Hos Germanos, gentem barbaram olim & contemptam, sua ætate, Francos nuncupatos, Procopius, Agathias, Iornandes & alij testantur. Cùm igitur, sub laniena triginta tyrannorum, & posteà, exteræ gentes Romanum Imperium inuaderent, hi quoq; Germani, Salæ seu Salæ fl. (quem Orientale Rheni ostium, Drusus, ducta in eum fossa effecerat) Lib. 1. belli Gothici. Lib. 3. Vandal.

cerat) ripam orientalem longè lateq; habitantes: Francos se, adoptiuo libertatis nomine, appellarunt: cuius amorem Frisiorum etiam etymon spirat. Itaq; appellationibus diuersarum gentium, quæ communi nomine Francos se indigetarunt, Sicambri, Cayci, Attuarij, & Salij (à Sala seu Isala, cuius accolæ fuerunt) à Claudiano & alijs Franci celebrantur.

Cùm igitur Franci, alijq; ante hos populi, solum vertissent: Saxones paulatim à littoribus Oceani, ostio Albis, & Chalusi, quo nomine Trauam fl. à vicino tractu, quem hodie Clüserort, & oppidum Chlüs appellant, nuncupari: & vicissim Trauæ fl. nomen, vrbi ad Albim sitæ, à Ptolemæo, horum locorum, ab Ægypti Alexandria remotissimorum, non satis perito, tribui consentaneum est: Ab his, inquam, maris occidui & orientalis seu Balthici littoribus, ostio Albis & Trauæ vicinis, Saxones, non naualibus tantùm excursionibus Romanorum prouincias infestantes, sed in Germaniæ etiam regiones interiores effusi, & Visurgin Amasinq; transgressi, Rhenum versus in Galliam procedere cogitantes, à Iuliano & deinde Valentiniano repulsi, in VVestphalia constiterunt, & terras à Francis ad Amasin desertas suæ gentis colonis sensim compleuerunt. Ideo Paulus Orosius Saxones, gentem in Oceani littoribus, & paludibus inuijs sitam, virtute atq; agilitate terribilem, in Romanos fines eruptionem meditantes, in Francorum finibus (qui orientalem Rheni ripam tenebant) repressos esse narrat. & D. Hieronymus, circa annum Christi 350. Francum, Constantij Imp. aulicum ab Hilarione sanatum referens, Candore corporis, inquit, patriam indicans, inter Saxones quippe & Alemannos, gens eius non tam lata quàm valida, apud historicos Germania, nunc verò Francia vocatur. & eiusdem Imp. Constantij ætate Germanos à Iuliano Cæsare victos commemorans Zosimus inquit, à Saxonibus, omnium eas regiones incolentium barbarorum, & animis & corporum viribus, & laborum in prælijs tolerantia, fortissimis habitis, Quados nationis suæ partem, in solum ab Romanis occupatum emissos esse.

Lib. 3.

Arcadij & Honorij Impp. temporibus nominat Saxones Claudianus: maduerunt Saxone fuso Orcades, incaluit Pictorum sanguine Thule. & alibi Honorio & Stiliconi suo adulans Roma, inquit, quantum te principe possim, Non longinqua docent, domito quod Saxone Thetis Mitior, & fracto secura Britannia Picto. & Stiliconis effectum curis ait, ne Britannia littore toto Prospiceret dubijs venturum Saxona ventis.

At paulò pòst, Britanni. desperatis Romanorum auxilijs, quorum à Gothis & Francis imperium in Italia & Gallia penè euersum erat, aduersus Pictos, Scottos, & alios, qui partem Insulæ iam tenebant, Hengistum Anglorum & Saxonum ducem inuocant, qui repressis Britannorum hostibus, postea prætextu stipendiorum non solutorum, circa A. C. 450. Britannos ipsos opprimunt, & cum Scottis & Pictis, concessa illis insulæ parte, transigunt: ac pluribus colonis ex Saxonia accersitis, nomen Angliæ insulæ à se imponunt. eaq; de causa Angliam, transmarinam Saxoniam Bonifacius appellat. Quo tempore Sidonius Apollinaris aliquoties Saxonum meminit, quorum peritiam rei naualis, & ingenium

genium ac fortitudinem bellicam, & in captiuos hoſtes truculentiam graphicè in epiſtola ad Nammatium depingit. & in Paneg. ad Auitum ſocerum: Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus Sperabat, cui pelle ſalum ſulcare Britannum Ludus, & aſſueto glaucum mare findere lembo. & ad Lampridium: Iſthic Saxona cœrulum videbis, Aſſuetum antè ſalo, ſolum timere, Cuius verticis extimus per oras Altat lámina marginem comarum. Aetius etiam in prælio aduerſus Attilam, Gothos, Burgũdos, Francos & Saxones habuiſſe, à Iornande & alijs ſcribitur.

Cùm autem Francorum rex Theodoricus, Clodouei Magni filius, Metis aulæ ſedem habens, circa annum Chriſti 530. aduerſus affinem ſuum Ermenfridum Turingorum regem bellum gereret; Saxonum auxilijs vſus eſt, quibus parta victoria, partem Turingiæ ad Harcyniam, vbi adhuc veſtigium arcis Saſſenburg ad Vnſtrotum ſupereſt, mercedis loco, vt pacti fuerant, Theodoricus conceſsit: eosq; Francorum ſocios & amicos nominauit. Inde narratio de agro, quem à Turingis Saxones emerint, nata exiſtimatur, quam initio Annalium ſuorum VVittikindus & alij commemorant.

Secuta eſt Alboini, Longobardorum regis, in Italiam, à Narſete euocati, expeditio, qui vt plurium ſociorum præſidijs inſtructior eò veniret, multa millia Saxonum ſibi adiunxit, & regnum Longobardorum in Italia fundauit. cuius cùm tæderet, Saxones, anno ſedecimo pòſt, relicta Italia, priſtinas ad Albim ſedes à Sueuis, quorum reliquiæ Pomeraniam & Marchiam incolebant, interea occupatas, magna cum difficultate recuperarunt anno 584.

Præcipuè autem Saxonum nomen & res geſtæ in bellis cum Francorum regibus, Dagoberto, Carolo Martello, Pipino, & Carolo Magno, à quo ad veri Dei & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti agnitionem & cultum adducti ſunt, hiſtoriarum monumentis celebratæ ſunt. Quo tempore, præcipuâ autoritate, potentiâ, rerumq; geſtarum gloriâ eminentes Saxonum principes Angarij; VVittikindus Magnus, qui belli molem aduerſus Carolum multos annos ſuſtinuit, VVerneri filius, & patrui Edelhardus Albionis pater, & Bertholdus: Theodorico parente, & Sighardo auo, prognati floruerunt.

Ac Limites Saxoniæ veteris, Caroli Magni ætate, ad orientem Albis & Sala: (tractum enim ſuperiorem à confluente ad Sudetos montes, quem nunc Myſi & Voitlandi incolunt, Heneti Sorabi eo tempore poſſederunt) ad meridiem, Harcynij montes (Turingiam & Haſsiam Francorum imperio tunc parentem complectentes) ad occaſum Rhenus ab oſtijs Coloniam vſq;: ad boream, littus Germanici maris, à Rheno ad Eydorum fl. prope Sleſvvigam, & vicini ad ortum Heneti, VVagrij, Polabi, Obotriti fuerunt.

Totam verò Saxoniam, in tres gentes præcipuas; Oſtphalos ſeu orientales; Angarios, & VVeſtphalos ſeu occidentales; diuiſam fuiſſe: VVittikindus, Annonius, & Vrſpergenſis teſtantur. Ex his Angarij, ſeu Angriuarij, in occidentali Viſurgis ripa, VVildeshuſium, Mindam, Heruordiam (vbi veſtigium nominis in pago Engern, ſepultura VVitti-

VVittikindi illius magni Saxonum ducis adhuc insigni supereſt) Lemgouiam, Osnabruggam, Deipholte, & trans Lippiam, Susatum, VValdec, Arnsberg & Surlandiam in diœcesi Colonienſi, tenuisse existimantur. VVestphali verò, ad occidentem & septentrionem, Rheni tractum è regione Coloniæ, ducatum Bergenſem, comitatum Marcæ, Tremoniam, VVesaliam, Embricam, Sutphaniam, Relinghusiam, Benthem, ac vniuersæ VVestphaliæ hoc tempore metropolin Monasterienſem diœcesin amplissimam possederunt. Ostphali verò, ab orientali Visurgis ripa ad Harcyniam & Albim vsq; pertinuerunt. Qui tractus, inter Visurgin à primo ferè ortu, & Albim ex montibus Boêmiæ prodeuntem, vsq; ad amborum fluminum ostia interceptus vnà cum nouis Saxonum Colonijs, ante quadringentos annos in Henetorum terras trans Albim vsq; ad mare Balthicum deductis, solus ferè in nunc vsitata regionum Germaniæ distributione, antiquo Saxoniæ nomine, excluſis ab hac appellatione VVestphalis veris & γηγενεῖς, & antiquissimis Saxonum colonis, censetur.

Cùm autem in Noua hac, & respectu reliquæ Germaniæ, Transalbina Saxonia, ad littoris Balthici oram, DEI beneficio, domicilium vitæ & studiorum meorum annos iam quadraginta quinque mediocre & tranquillum habeam: ordiri Chronicon ab his Balthici littoris regionibus, seu nouis Saxonum colonijs, in Henetorum terras deductis (quas Saxoniæ superiori & inferiori, in hodiè vsitata decem prouinciarum Germaniæ distinctione annumerant) decreui. ac primo libro, qui Principes, quis Reipublicæ & Ecclesiæ status, anno 1500. & paulò antè, in ditionibus ac populis Balthici maris accolis: deinde in Saxonia superiori ac inferiori: tum in VVestphalia & Belgicis prouincijs, Oceano Germanico adiacentibus, & Arctoi orbis insulis, fuerit, summatim explicabimus. ac deinceps, ordine per singulos annos, vsque ad præsentia tempora, DEO iuuante, progrediemur.

Lib. I.
II.
III.
IIII.

SAXONIAE
INFERIORIS
VANDALIA,
HELMEPOLI
Ducatus Brunsvicensis & Luneburgici Metropolis.

PHILIPVS II. POM. DVX
DAVIDI CHYTRÆO S.

CVm postremò ad te inuiseret Martinus meus Marstallerus, id erat a.d. V. Eid. Decemb. Anni O. R. CIↃ IↃ XCV. rediens mihi indicauit, alteram te Chronici tui editionem parare, eamq; vnius & alterius anni historia auctam. Mirum quàm sim gauisus, tum publico Reipub. tum priuatim patriæ nomine. Ob oculos enim mihi, recordatione superioris temporis, ponebam tenebras, quæ à Barbarie inuectæ, maiorum meorum principum fortissimorum, gloriam ita occulunt, vt vix scintilla quædam eius in monumentis quibusdam vetustis emicet. Iisdem opponebam lucem hanc, quæ hodie pænè omnes orbis angulos ita illustrat, vt hospes in mundo nullus sit, nisi cui historiam attingere graue est. Patent enim nunc, Historiæ beneficio, minutissimæ etiam partes noui, quem vocant, orbis, seu aliquandiu ignoratæ potius partis vniuersi, Brasilia, Florida, Virginia, Pistonum. Nec patent tantum, sed & legentibus ita se exhibent apertas, quasi ipsis cernantur oculis. Quid ergò de Arctois his regionibus dicam? quæ ante secula aliquot paucis notæ, nunc omnibus historiæ lectoribus sunt notissimæ. In ijs ceu pars quædam non postrema censetur Pomerania, à maioribus nobis relicta regio hæreditaria, quæ hodie in luce versatur clarissima, felicitate seculi huius & industriæ hominum felicis eius seculi. Eam itaq; lucem sum gratulatus patriæ meæ, in qua illustranda hactenus, tu, clarissime Chythræe, laboras feliciss imè, quæq; idem tibi rependet, quod virtus solet cultori, h. e. gloriam & laudati nominis immortalitatem. Non eo inficias, nec eat quisquam Christianus, talentum te tuum Theologicum explicandis S. scripturæ libris rectissimè ad salutem plurimorum contulisse. Sed nec hoc negarit quisquam sanorum & intelligentum, pertexenda Historia Arctoarum gentium, operam te toti orbi nauasse longè vtilissimam. Hoc enim præstas, vt & hæc seipsam cognoscat ætas, in quo fundamentum salutis ponebant prisci illi sapientes, nec eandem ignoret, si quæ hanc olim consequetur ætas. Loquitur ipsa res, quantum ad regnorum firmitatem momentum afferat præteritorum temporum fata conferre præsentibus, & ex eo coniecturam facere de futuris. Si enim verum est, quod verum esse sentiunt, qui sensum habent paulò magis argutum communi, Eandem mutatis personis mundi fabulam agi: certè Historia est, quæ fabulæ huius exactæ, agendæ perpetuò rationem veram ostendit, consiliorum, factorum, dictorum, euentum, honestatem, laudem, explicans. Est igitur, quod prædico, & quod Pomerania grata mecum prædicat, felix opera tua, ora Arctoarum gentium, quæ quod didicisse pridem oportuit, nunc discunt, quo euentu quam fabulam vitæ egerint hactenus, vnde consilium rectum capiant, quomodo cum laude porrò & feliciter eandem agant, dum extremus dies finem fabulæ imponat, & vitam veram inchoët, in qua & consilia & facta & dicta nutu omnipotentis immediatè regantur. Hæc omnia verò cùm ad felicitatem publicam pertineant, pertinere simul ad laudẽ tuam intelligis, quæ nullis meritis maior debetur, quàm ijs, quæ in Remp. conferuntur, & multorum simul felicitatem procurant. Perge itaq;, CL. Chytræe, perge, quod cœpisti curriculum decurrere, nec ingratorum te voce, aut ineptè iudicantium haud censenda censura, patère abstrahi ab Historia. Hanc enim dum tractas, agis quod professionem tuam deceat, ætatem istam iuuet, huic seculo prosit, & ad nominis immortalitatem viam aperiat, qua nulla sit planior & magis certa. Confirmatum te in his, his etiam confirmatũ cupio, quod tu à tui amante Principe profectum accipias, vt soles, lubenter & animo æquo. Libeat etiam pluribus de his tecum, sed alteris me hoc seruare, alia quæ nunc vrgent, iubent. Tu feliciter, quæ publicæ vtilitati destinasti, perfice, & vt plura perficias, vale. Ex aula Paterna Bardensi. Idibus Ianuarij. Anno 1596.

Rctoi Germaniæ littoris tractum, quà in
orientem vergit, Danicis & Gothicis insulis obiectum: ab al-
luente sinu seu mari, cui Balthia fretum, Fioniam & Selandi-
am Daniæ insulas dirimens, nomen dedit: BALTHICVM eru-
diti appellant. Id mare, à Draui fl. ostio, vrbis Lubecæ portu,
initium sumens, ducenta milliaria Germanica, inter Germani-
am, Borussiam, Liuoniam, Russiam, & opposita Daniæ, Gothiæ
ra, VViburgum vsque circulo Arctico subiectum porrigitur. Vni-
hici littoris oram, HENETI seu Venedi populi, quos Germani
Slauos, quidam nostrates etiam Vandalos appellant; circa A. C.
, post fatales illas gentium migrationes, occuparunt. & à mari Bal-
à fontibus (seu riuis vndecim, antequam Boëmiæ montes exeat,
ibus, vnde nomen Elue fl. factum existimatur) ferè ad ostia illius:
nsederunt, & latè dominati sunt. donec ab Henrico Aucupe & Ot-
nùm ad Albim & Hauelum aliquantulùm repressi, deinde ab Hen-
post primam illorum immigrationem sexcentis, continuis bellis
leti, partim seruitute extrema oppressi; & vnà cum religione Chri-
manicorum populorum & Saxonum coloniæ in has regiones indu-
in hodiernum vsque diem, passim ad ripam Albis, miseræ gentis
cæ reliquiæ, in Lusatia & alibi hærent. Ab his veteribus incolis
ndis, quos Vandalos aliqui vocarunt, totum hunc tractum Germa-
althicum, Vistulam, & Albim interiectum, Vandaliam Cranzius
oc tempore sex vrbes Vandalicæ, ditio Megapolitana, Pomerania,
burgensis, Lusatia, Boëmia, occupant. & orientem versus, Moraui,
oschi, Circassi, sicut ad Sauum & Danubium & mare Adriaticum
Carni, Croatæ, Bossini, Rasci, Seruij, Bulgari, Histri, Dalmatæ &
rsum Slauonici populi, eâdem cum Bohemis, Polonis & nostris
, sed dialectis multum differente, vtuntur, adeò, vt nullius linguæ
oc tempore latius in Europa pateat, & pluribus in regionibus & am-
, imò in Turcici etiam imperatoris aula colatur, quàm Vandalicæ

autem, eiusdem gentis, quam Wenden Germani appellant, appella-
tos, Venetos, Venedas apud Ptolomæum (lib. 3. cap. 5. tenent Sar-
gentes Venedæ, per totum Venedicum sinum) Venedos & Fennos
Slauos apud Gregorium Papam, Blondum & alios plurimos. Ser-
à Sarmatis veteribus nomen habentes ad Salam & Albim: VVini-
apud Helmoldum Chronici Slauorum scriptorem. ac Plinius, de Lib. 37. cap. 3.
diserte scribit, Venetos, à Græcis Henetos vocari proximos Panno-
Adriaticum, vbi & Herodotus Henetos collocat. quos ab Anteno- tic. pag. 151.
r euersum Ilium, ex Paphlagonia eò ductos esse, Liuius initio suæ
at, cùm prius in Asia minore, prope Phrygiam sedes habuissent, quæ
go, Phinei filio, Paphlagonia dicta est, teste Homero: Παφλαγόνων lib. 5.
ἐκ Ἐνετῶν ἀγέρεθεν ἠϊόθεν περ. Siue igitur à veteribus illis Henetis, cul-
nicæ in Asia vicinis, & in Europam ad mare Adriaticum deductis;
æ Europeæ & Asiaticæ campis latissimis, olim progressi VVendi seu
e Istulæ & Viadri ripam vsque ad Albim compleuerunt: certum est,
lthici tractum, in quo viuimus, annos circiter sexcentos ab ijs habita-
q; imperio paruisse. sicut adhuc vestigia nominis in vicina Hexapoli,
Megapolitana principatus VVendorũ, cuius Gustrouia, Malchin, Rõ-
ppida sunt, & in Pomeraniæ ducum titulo, Cassubij & VVendi, & in
satia ad Boëmiã vsq; habitãtes VVendi, incolas veteres demonstrant.

Etsi autem de nomine Vandalorum quidam verè disputant, non rectè illi populis, quos VVendos aut Slauos vulgò vocamus, assignari: cùm inter Germanicas gentes Tacitus & Plinius lib. 4. cap. 14. Vandalos recenseant: & Procopii tio belli Vandalici, quod Belisarius Iustiniani Imp. auspicijs in Africa gessit, dalos, Gothicam gentem, eadem cum Gothis (Germanicè locutos non du est) lingua vsos fuisse, adfirmet: tamen cùm vel à nominum affinitate (vicina inter sese sono nomina sunt VVenden & Vandali) vel à sedibus ijsdem, quò migrationem Vandalorum in Gallias, Hispaniam & Africam; Heneti seu V corum terras possederunt (sicut post migrationem Boiorum ex Boëmia in riam, nihilominus noui incolæ Zechi seu Slaui, veterum incolarum nomen nent) hæc appellatio Henetis tum à multis alijs nostræ ætatis hominibus eru tum verò ab Helmoldo etiam, qui chronica Slauorum ante quadringentos Lubecæ scripsit, tribuatur: communem vsum nominis Vandaliæ nos quoque neamus.

Indicat autem Helmoldus, primam in hoc littore Balthico ad orientem, S rum nationem esse Russos (ipse Ruzos appellat) deinde Polonos. His succeder antiquitus Vandali, nunc autem Vuinithi seu Vuinden vocentur, quorum prim Pomerani inter Vistulam & Viadrum ad mare habitantes. à Viadro occidenten sus Leubuzi & VVilzorum seu Leuticorum populi: Tolentij ad fl. ὁμώνυμον, brandeburgum & Treptouiam alluentem. Redarij ab vrbe Rethe (forte Röb die) Circipani, ad Panim fl. in cuius ripa sunt oppida, Malchin, Demin, An VVolgast. Kyzini fortè in comitatu Gutzgovv. Nam Rugianos seu Ranos, ge fortissimam, Helmoldus, inhabitare insulam VVilzis oppositam, refert. & V finitimos versus occasum VVarnauos ponit, ad Varnum seu Arnum fl. qui nebergam, Buzouium, Cygnæam & Rostochium præterlabitur. Inde tritos, quorum metropolis sit Mekelenburg prope VVismariam. Polabi ad burg. VVagrij ad Lubecam & Aldenburgum. Heruli vel Heueldi ad Hau fl. Bryzani fortè nunc Prignitij, quorum metropolis Perleberga. VVilin Stoderanos ad Berlinum & Brandeburgum collocant. quæ loca, ante Van rum immigrationem, Senones Sueui tenuerunt; supra quos, mare Balthicum sus, Teutonarios & Teuiones, vbi nunc Rostochium & VVismaria Megapoli vrbes florent, & supra Tetuonarios, occasum versus, Saxones, in collo Ciml Chersonesi, Ptolemæus collocat. Sed his gentium nomenclaturis relictis, V liæ, littori maris Balthici adiacentis, Chronicon, Deo iuuante, continuabimus

POMERANIA

ordiemur. quam secundum littus Germani Balthici maris (vnde & nomen toti prouinciæ ad mare sitæ inditum est) long plius quinquaginta milliarium Germanicorum tractu hisce adhuc temporibu rectam; olim Vistula fl. ad Orientem terminauit. Vbi Sobislaus, Pomeraniæ Bogislai filius, Suantibori nepos, Oliuam monasterium, adhuc florens, funda Dantiscum arcem, ad Vistulæ ostium à VValdemaro I. Daniæ rege (qui R & cæteros Henetos, Pomeraniæ incolas oppugnauit) ad ostium Vistulæ tam, 1164. occupauit, cui oppidum vetus postea accessit. quod commodio co, & à Vistula aliquantum distante, ad Modlauam fl. 1308. extrui cœptum tis incrementis auctum & amplificatum est. Nunc septem citra Dantiscum ribus, præfecturæ, Leoburgæ oppidi, ad Lebum fl. siti, & Bythouiæ, Eoum raniæ limitem claudunt. A meridie Polonia maior, & Marchia noua & Vc Pomeraniam prætendunt. ab occasu, Tolensius, Trebela & RECNISA flll. gapolitanæ ditionis fines labuntur. ac Recnisa fl. (qui ad Damgardiam, Ducatum, Pomeraniæ coniunctum, à Megapoli discernit) ad pagum ὁμω 5000. passuum à Gustrouia Vandaliæ metropoli, ex lacu emanans, vbi Lagan sinum, Salinas, Marlouiam, Megapolitana oppida præterijt, tandem infra gardam lacum efficit; qui ad pagum cœnobij Ribnicensis Vustram, duobus nicio milliaribus, angusto velut Isthmo à mari Balthico secernitur. ac dein continuo amplius viginti milliarium tractu, intra terram continentem &

rigitur. à dextris, oppida Pomeraniæ, BARDAM, illustrissimi du- Bogislai aulæ sedem: SVNDIAM, ducatus Rugiæ metropolin: GRY- ademiæ, & VVolgastum aulæ Pomeranicæ sedem: Angelam ad Pa- am ad Viadrum fl. à sinistris verò, peninsulam promontorij Tarsi, Vsedom & Iulini insulam, Viadri ostijs obiectam, alluit: angustos seu exitus in mare Balthicum præbens: Prierouiam, è regione Bar- er Zingst & Rugiam, ad Sundium: nouum Peini ostium, inter Rugi- & Rudam insulam, olim tempestatibus inde auulsam, è regione & Vuolgasti: Sueuum, è regione Vkermundæ: Diuenoam supra Iulinum & Caminum episcopi sedem: à qua deinceps terra conti- iam vsque porrigitur.

iam vniuersam an. 1500. BOGISLAVS X. Heroica virtute & feli- , iam vltra viginti annos gubernabat. qui patriam penè oppressam, & propè exhaustam, verè heroica virtute & admirabili fortuna rursus mauit, & in tota vitæ & gubernationis suæ historia, celsitudinis ani- insignium ac successuum felicium exempla, & prouidentiæ ac præ- imonia illustria posteris reliquit. Quæ, diuinitus constitui & defendi ncipes aliquos excellenti virtute & felicitate à Deo ornari, & singula- regi ostendunt, vt cursus eorum populis salutaris sit, & pacem post um tempestates, religionem, leges, iudicia, disciplinam, & alia iustæ ernationis & vitæ præsidia & neruos restituant & conseruent. Inci- itæ huius principis initia in tristes familiæ ducum Pomeraniæ & acer- triæ periculosos motus intestinos, & bella externa, ex quibus non ius DEI auxilio, potuit eluctari.

Bogislaus anno 1454. die 28. Maij, viuente adhuc rege Erico sene, roicam præstantis ingenij & virtutis indolem, & quod VVoldemari egis, ex ea familia postremi, ex filia Ingelburgi, Henrico duci Mega- nepos esset, olim planè adolescens, ad Daniæ, Sueciæ & Norvvegiæ catus, cùm amplius 40. annis ea rexisset, tandem vltrò regnorum ad- sese abdicans, in patriam redijt, vbi viginti adhuc annos in ocio & s vixit.

is, à patre VVartislao VII. acceptam, vlteriorem Pomeraniam (quæ rum nomen retinet) cuius oppida sunt Stolpa, quod Bogislaum na- it: Rugenvvold, aulæ Erici sedes: Slage, quod à Slauis nomen habet. seni, sexennio ante natum Bogislaum, citerior Pomeraniæ pars, inter ntam fl. interiecta. cuius oppida sunt, Stargardia, Caminum, Gryphen- uia ad Regum, quæ patruelis ipsius Bogislai IX. ditio fuerat. Cuius an. 1448. defuncti vnica filia SOPHIA, Erico II. duci Pomeraniæ (cu- rtislaus IX. VVolgasti ad ostium Panis fl. aulæ sedem fixerat, nec ta- em ducatum, Rugiam & alias ditiones, eo tempore receperat) nupta, gislai X. quo nascente, Stetinensem etiam ducatum, Ino & Pani flumi- ptum, peculiaris princeps, sed tamen ex eadem familia principum Po- s, iam annis amplius 150. possidebat. Cum autem inter tot principes, bus & successione disputationes essent: accessit hæc etiam Erinnys, vt x VVolgastensis iuuenis, de soceri Bogislai IX. ducatu, regi Erico se- t proximus agnatus occupauerat, controuersiam moueret, & armis se tituturum ostenderet. Hac iuuenis temeritate & petulantia adeò offen- Ericus, vt præsentibus multis principum legatis, qui dirimendæ con- sa conuenerant, & aliàs adfirmaret, non Ericum VVolgastensem, sed tinensem sibi propiore gradu agnatum, ideoque hæredem proxi-

tem paulò post, durante adhuc discordia, Rex Ericus decessisset: etsi ram regis Erici hæreditatem, fratre etiam suo VVartislao X. excluso, icare, quòd vxor Sophia, regis Erici patruelis filia erat, nitebatur: ta-

men,cùm eo tempore minus diligenter conſeruatis aut perluſtratis veteribus m mentis,gradum agnationis liquidò non demonſtraret; marchio Fridericus II. ctor Brandeburgenſis, VVartislai X. ſocer,& Ottonis III. ducis Stetinenſis tu allegato regis Erici,qui Stetinenſem principem vinculo agnationis propiore, q Ericum VVolgaſtenſem,ſibi iunctum eſſe,palàm adfirmarat,teſtimonio, perfec ditiones à rege relictæ,in tres æquales partes diuiſæ,Ottoni Stetinenſi,& Erico I VVartislao X. VVolgaſtenſibus,pariter diſtribuerentur.

1464. Decimo ætatis Bogislai anno, inexpectata Ottonis III. ducis Stetinenſis nè adhuc adoleſcentis morte ſecuta, Fridericus elector Brandeburgenſis, duca Stetinenſem, (qui florentiſſima Pomeraniæ pars eſt,duodecim vrbes continens, & Pani fluminibus terminata)morte Ottonis,cuius VVolgaſtenſes duces agnati

1465. eſſent, apertum,ſibi conferri à Friderico III. Imp. petiuit : & Stetinenſium ac meraniæ ducis titulum tunc primùm vſurpare cœpit. Sed ſubditorum in equ ordine & ciuibus (vno conſule Stetinenſi Marchita excepto) tanta fuit erga ſup ſtites principes Ericum Bogislai X.patrem,&VVartislaum X.ab eodem ſtipite(I nimo primo videlicet) ſeptimo gradu diſtantes, beneuolentia & fides,vt extre omnia,ſuorum principum & hæredum legitimorum nomine,ſubire decernerent

Cùm igitur poſt aliquot annorum tractationes,nec dominium vtile nec di ctum ducatus Stetinenſis,quem feudum Marchicum agnoſci à ducibus Pomera Fridericus marchio volebat,ſe adipiſci poſſe cerneret: horribile, cum tredec

1468. principibus fœderatis, bellum Pomeranis indixit, & oppidum Garz, & arces Lo nitz & Vierraden cepit, Vkermündam & Gryphishagam irrito conatu obſedit. S tinum proditione conſulis occupaſſet,niſi diuinitus accidiſſet, vt lanij quidam fo ſeriùs domum reuertentes, portam hoſti iam venturo à conſule noctu patefacta

1470. occludi curaſſent. Sed rebus ex animi ſententia parum ſuccedentibus,Marchio c lore animi aliquantò poſt extinctus eſt.

Succeſſit ei frater Albertus,Achilles Germanicus, cui Fridericus III. Imp.(c ducesPomeraniæ aliquoties ab eo citati,vt in perſona ſe apud Imp.ſiſterent,ſe ex ſaſſent: & tandem legato eorum in itinere mortuo,tertia vice omninò non comp ruiſſent)totam Pomeraniam in feudum conceſſit,& mandata ordinibus ducatus S

1471. tinenſis & coniunctis,imperialia miſit, vt Alberto marchioni homagium præſte eumque dominum recipiant.

Cùm autem his tantis motibus & bellis Pomeraniæ, à vicina marchionum f milia illatis, prætextus inde quæſitus ſit,quod Genealogia principum, minus acc ratè ſuperioribus ſeculis annotata fuit: ſicut & Cranzius alicubi in ea hæret, & Iohannis Bugenhagij Chronico alia ſerie quidam recenſentur: integram DVCVM POMERANIÆ GENEALOGIAM, ex archiuis, & literis fundationum, diuiſi nis ditionum,& receſſuum hæreditariorum,diligentiſſimè inquiſitam & coagment tam,ab eo tempore,quo Chriſtianam religionem primùm amplexi ſunt, vſque noſtram ætatem,ſicut à nobiliſſimo & doctiſſimo viro,Valentino ab Eichſted; d cis Philippi Cancellario,mecum communicata eſt; hoc in loco intexam.

SVANTIBORVS, ſtirps,ſequentis familiæ, ⊖ 1107.

VVARTISLAVS I. ab Ottone Bambergenſi epiſcopo,comite in Andechs,baptizatus anno 1124. Epiſcopam Iulini, & Eccleſiam D. Iacobi Stetini fundauit. ⊖ 1136.

Ratiborus fundator cœnobij Stolp ad Peinam fl. ⊖ 1151.

Suantipolcus, cum Boleslao III. Poloniæ rege bella aſſiduè geſſit.

Bogisl 1150

CASIMIRVS Demini 1182. Epiſcopam Iulino Caminum tranſtulit. cœnobia Brod & Iuenac fundauit.

BOGISLAVS I. cœnobium Belbug fundauit. ⊖ 1187.

VVartislaus II. ⊖ 1186. fundator cœnobij Colbitz.

Sobislaus. Huic lum VValdemarus Da rex intulit, qui Dantiſc arcem ad Viſtulæ oſtia condidit. Hanc,diſcedente ge Sobislao occupauit 1164 128 acceſſit oppidum 1308. ſuperiori

PRIMI DVCES POMERANIÆ à Friderico Barbaroſſa creati.

Suantibor

Casimirus. ⊖ 1273.

Bogislaus II. ⊖ 1222.

Casimirus II.

Bartholomæus erat ⊖ 1224

co ad Motlauam vrbs ædificari cœpta. cuius arx a no 1311. Crucigeris aduerſus Marchitas defenden ptor Vladisl. Locl. commendata eſt. Fuit hic Sobisl

α

β


Barnimus I. oppidaGartz, Gryphenhagen & templum D. Mariæ Stetini condidit 1261. damanie Reinfeld & Dargun. ⊖ 1278.
Bogislaus III. ⊖ 1224.
fundator monasterij Olinæ ad Damiscum, quod Samborius filius absolvit, 1187.
Mestewinus 1220.
Samborius 1207.
Suantipolcus hostis Crucigerorum, ⊖ 1266.
VVartislaff.
Sambor.
Ratibor.
fratres Cruciferi.
Mestewinus, dux orientalis Pomeraniæ, moriens 1295. VVarditionem suam, exclusis agnatis, Primislao duci maioris Polaniæ reliquit. cui eodem anno extincto, Vladislaus Loctícus 1275. Poloniæ rex agnatus successit. Inde ad Marchitas defecit, donec tandem Crucigeri 1313. Borussiæ eam adiunxerũt.
BOGISLAVS IV. VVolgast. ⊖ 1309. vxor Margaretha Filia Il. Rugij.
Barnimus II. 1249.
OTTO primus dux Stetini. ⊖ 1345.
WARTISLAVS IV. ad quem RVGIÆ Ducatus, anno Christi 1325. primum pervenit. Paulatim orientales Pomeraniæ oppida Stolp, Slag, Rugenwold, Lupeck a Crucigeris detracta repetiuit. ⊖ 1326.
BARNIMVS magnus, patriam contra Cruciferos & Ludouicum marchionem defendit. Templum D. Ottonis 1346. & Cartusiam 1360. Stetini condidit, ⊖ 1368.
Elisabetha filia Casimiri II regis Poloniæ, quæ ⊖ 1370.
Bogislaus V. orientalem Pomeraniam rexit. ⊖ 1374.
VVartislaus V. VVolgast. ⊖ 1390.
Barnimus III. VVolgast. an. 1357. Comitatum Gutzko ditioni adiunxit. ⊖ 1365.
Casimirus III. 1373.
Suantibor.
Bogislaus VII. 1404.
Casimirus V. à Friderico I. marchione victus 1420. Prenslauiam Sedenic & Vkerlandiam amisit.
Otto 1427.
Ioachimus, vxor Elisabeth marchionis Ioannis filia 1451.
WARTISLAVS VII. vxor Maria, Henrici ducis Megapol. & Ingelgunis nata VValdemari IV. Daniæ regis, filia ⊖ 1392. Sinderoæ in Vngaria.
Bogislaus VIII. vxor Sophia, Procopy Moraui filia, ⊖ 1417.
Casimirus IV. 1377.
Elisabeth, vxor Caroli IV. A.C. 1363. mater Sigismundi Imp.
VVartislaus VI. VVolgasti cum patruo ditionem 1372. ⊖ 1394.
Bogislaus VI. 1393.
Otto III. dux Stetinensis natus ⊖ 1464. de cuius successione bella inter Pomeranos & Marchionem orta.
ERICVS I. rex Sueciæ, Daniæ & Norwegiæ, capit regnare 1396. desiit 1439. ⊖ 1459.
Bogislaus IX. ⊖ 1448.
Barnimus VI. VVolgasti ⊖ 1405.
VVartislaus VIII. Barde 1415.
VVartislaus IX. Sigismundo Imp. familiaris. ⊖ 1457.
Barnim VII. 1449.
Barnim VIII. Barda 1451.
Suantibor. Rugia. 1415
SOPHIA vxor Erici II.
ERICVS II. ⊖ 1474.
VVartislaus X. ⊖ 1478. vxor II. Magdalena, Vlrici postremi ducis Stargardensis filia.
VVartislaus XI. facta post patrem mortui.
Casimirus VI.
BOGISLAVS X. annos 50. Pomeraniam Heroica virtute & felicitate solus gubernauit. vxor Anna, Casimiri regis Poloniæ filia. natus 1454. ⊖ 1523.
Sophia, nupta Magno duci Megapolitano.
Catharina, Henrici senioris ducis Brunsv. vxor.
GEORGIVS. ⊖ 1531. vxor Æmylia, Philippi Palatini elect. filia.
Barnimus IX. ⊖ 1573. vxor Anna, Henrici I. Luneb. filia.
Sophia, nupta Friderico I. Regi Daniæ, mater ducum Holsatiæ, ⊖ 1568.
PHILIPPVS. vxor Maria, Iohannis elect. Saxoniæ filia. natus 1515. ⊖ 1560.
Ioannes Fridericus I. vxor Ertmudis, filia Ib. Georgij elect. Brandb.
Bogislaus XI. coniunx Clara, Francisci ducis Luneb. filia.
Ernestus Ludouicus. vxor Sophia Hedwigis, Iulij ducis Brunsuic. filia.
Barnimus X. vxor Anna Maria, elect. Br. filia.
Casimirus VII. episcop. Camin.
Anna, vxor Vlrici ducis Megap.
Philippus.
Franciscus.
Bogislaus.
Georgius.
Ioh. Ernestus.
Vlricus.
Philippus Iulius.

Vt autem ad Bogislaum, præsentium Pomeraniæ ducum proauum, rede pater ipsius Ericus, dum aduersus marchionem & fœderatos, Stetinensem eis drum ditionem armis tuetur; coniugem Sophiam, cum Casimiro & Bogislao & quinque filiabus, in vlteriorem Pomeraniam, Borussiæ finitimam, quæ pace & tutior erat, ablegat. VVartislaum filium apud se retinet. Cumque anno 14 Ericus obijsset: statim eum VVartislaus senior filius, & mox Casimirus secuti

BOGISLAVS igitur, cùm ex tota nobilissima Pomeraniæ Principum sti solus cum patruo VVartislao, vnica spes generis deinceps propagandi, superes summo omnium subditorum studio & alacritate receptus est. Sed instabat denu minis & armis vrgebat Marchio Albertus, quem Germanicum Achillem dixe feudum Pomeraniæ, marchionibus ab Imp. Friderico tributum, recognosceret, vasallum marchionis profiteretur. Prouocante autem Bogislao ad Iuris cogni nem, Albertus bellum renouat, & Piritij Bogislaum obsidet, qui inde industria de viri nobilis Küssouij elapsus, nouis collectis copijs, obsidionem soluit. Po ducum Megapol. Magni & Baldasaris intercessione tandem res composita est, conditionibus, vt occupata vtrique retinerent, captiui vtrinque dimitterentur, derici fratris Alberti filia Margaris Bogislao nuberet: & Bogislai ac ordinum meraniæ literis, de successione, si mascula ducum Pomeraniæ linea desineret, leg mè marchionibus caueretur.

Biennio post, VVartislaus, Bogislai patruus, transactione Prenslaënsi comprehensus, singulari strategemate oppidum Gartz, monitu & opera viri nob Bartholomæi Brushauerij, anno octauo post, quàm in Marchionum potestatem nerat, vnà cum arcibus Quadrigaria & Lökenitio recepit. Irritatus itaque marc bellum denuò mouet, & amissa quædam recuperat, sed Gartzam irrito conatu o

1574. det. Cùm autem durante hoc postremo bello, VVartislaus, exeunte anno 1478.
Mense Iul. cessisset: Bogislaus tandem, cum marchione integrè transigit, & pacem perpetu & constantem sancit.

Eluctatus itaque ex tot bellorum fluctibus, & Pomeraniam vniuersam sc imperio suo subiectam tenens Bogislaus, deinceps iudiciorum ordinem & autor tem, & disciplinam ac pacem, repressis latrocinijs & rapinis, quibus belli temp multi impunè grassabantur, & itinera publica infesta tenebant, & alia vitæ ciu commoda & ornamenta restituit. cumque viros sapientes, iustos, fideles & magna mos, Henricum Borckium, Hardingerum Ostenium, & postea VVernerum Scul burgium, & Georgium Klestium cancellarium, DAVS ipsi consiliorum & rerum rendarum socios & ministros adiunxisset: horum monitu, & præfecturarum œc nomias, belli tempore concussas aut oppignoratas constituit: & senatum aulicu ex nobilitate, prælatis, & Iuris ac legum peritis, velut perpetuum iustitiæ & pacis stodem ordinauit, & latas in senatu sententias seuerè executus est, ac prædones primis & raptores diligenter perueſtigatos supplicijs debitis affecit. Hæc seueri in iustitiæ & pacis violatoribus grauiter plectendis, & in audiendis ac iustè comp nendis subditorum negocijs comitas, industria, & assiduitas, magnam ipsi autori tem, reuerentiam & gratiam in populo pariebant, vt non secus ac heroëm & ser torem Pomeraniæ cœlitus demissum sui & exteri eum amarent & venerarentur. B uiter autem euentus aliquot insigniores, ex vita illius, adscriptis annis recitabo. A no 1486. sororem Catharinam, Henrico seniori duci Brunsuicensi, Suerini apud finem Magnum ducem Megapol. copulauit, atque inde in ducatum Brunsuicensi aliquot cohortibus equitum comitatus, cum nouo affine profectus, pacem ipsi a uitatibus vicinis, Hildesiæ confœderatis, oppugnato, sua virtute & industria re perauit. 1487. Magno duci Megapolitano, affini suo, aduersus rebelles Rostochie ses opem laturus, Rostochium, ad portam D. Petri, irrito conatu obsedit. 1488. ceruo lethaliter vulneratus est. 1489. prima coniunx Bogislai Margaris Marchi sterilis obijt. Quare biennio post ANNAM Casimiri, Poloniæ regis filiam, Steti duxit, ex qua Casimirus, & anno 1493. die XI. Aprilis, Georgius, per quem fami propagata est, & Barnimus, qui sine prole mascula obijt, nati sunt. 1491. Bern

Malz

Malzani rebellis vasalli arcem VVolde funditus euertit, qui vicinos Demminenses & alios petulanter læserat, & multa aduersus principem ipsum insolentiæ & contemptus exempla ediderat. Anno 1496. exeunte, iter in Italiam & Palæstinam Bogislaus ingressus est, cuius peregrinationis historia integra, & heroicæ fortitudinis Bogislai aduersus piratas Turcicos, in mari editæ, & honorum, qui à senatu Veneto, à Pontifice Alexandro Romæ, & Imp. Maximyliano Oeniponte ipsi exhibiti sunt, descriptiones copiosæ extant. Rempub. ipso absente Benedictus episcopus Caminensis, Georgius à Slabrendorff magister ordinis S. Iohan. VVernerus à Schulenburg & Georgius Kleist cancellarius, sapienter, iuste & feliciter gubernabant. Anno 1498. in patriam reuersus, adduxit secum ex Italia Petrum Rauennatem, & filium ipsius Vincentium, Iuris Doctores, per quos Academiæ Gryphisvvaldensis celebritatem auxit. Anno 1500. cum Ioachimo I. electore Brand. hæreditaria fœdera & successionis pactum, Bogislaus renouauit.

CAMINENSIS in Pomerania episcopus, anno 1500. fuit Martinus Caritius, Colbergæ natus, qui ante biennium Benedicto à VValstein, baroni Boëmico, successerat: vicesimus sextus ab Alberto, quem, primum Pomeraniæ, ad Christi fidem à se conuersæ, episcopum, Otto Bambergensis comes in Andechs, in Franconiam reuertens, constituerat. Cùm enim Boleslaus III. Poloniæ rex, Vratislaum & Ratiborum fratres, citerioris Pomeraniæ principes, ad Christianæ religionis cultum adduxisset: Otto episcopus Bambergensis octauus, Henetæ linguæ peritus, ad doctrinæ & primum Christianorum institutionem in Pomeraniam euocatus est, qui Vratislaum patrem, & filios Casimirum ac Bogislaum sacro fonte initiatos, ecclesiæ Christianæ inseruit. cuius suasu, VVartislaus, episcopam Iulini, in insula Sueuo & Diueno fluminibus intercepta, vrbe tum populosa ac frequenti, & emporio celeberrimo fundauit. Cumq; summa tum in his gentibus D. Adelberti episcopi Pragensis, qui in *Vngaria, Polonia*, & Borussia, Christianam religionem propagans, à Sudoitis tandem barbaris in Borussia propè Fischausen interfectus, & Gnesnæ sepultus, multis eum miraculis inclaruisse scribitur, celebritas & sanctitatis admiratio esset: Templum religionis Christianæ primum Iulini, Diuo Adelberto consecratum est, sicut Innocentij II. literæ inter cætera ostendunt. Obijt autem Albertus primus Iulini episcopus A. C. 1158. cui consentientibus Collegij suffragijs, Conradus successit, sub quo assiduis VValdemari Danorum regis aduersus Vandalos bellis, Henrico Leone etiam ex continente Pomeraniam infestante, Iulinum tandem, incolarum fuga desertum, à Danis captum & exustum est. Quare in vicinum trans Diuenoam oppidum Caminum, sedes episcopi, per Casimirum Vratislai filium translata, & pactiones certæ cum episcopo & canonicis initæ sunt, ne aperta episcopa, vel vacante prælatura, quisquam præter Pomeraniæ principis, tanquam patroni, consensum subsignaretur. Conrado cùm 27. annos sedisset, SIGFRIDVS successit, sub quo sedis translatio facta, & Camini episcopa à Clemente III. confirmata est. Hinc continua series episcoporum, vsque ad nostra tempera extat. 4. Sigeruuinus ⊕ 1217. Conradus II. Conradus III. comes Guzouiensis ⊕ 1248. VVilelmus Theologiæ Doctor. Hermannus comes à Gleichen cœpit 1254. auunculus Ottonis, VVislai, Bernardi & Mauricij comitum ab Eberstein: quorum pater Theodoricus, cum Gerardo arch. Moguntino, ex familia comitum ab Eberstein prognato, contra dominum feudi Albertum ducem Brunsuicensem bellum gerens, captus, & dimisso archiepiscopo, necatus fuerat 1256. Cùm igitur filij ad auunculum, Caminensem episcopum, confugissent, episcopus, Ottoni primogenito, Neugardensem agrum attribuit. Cæteros collegij Canonicos fecit. Ab Ottone verò, Neugardenses in Pomerania comites deinceps propagati sunt. Vrbem Colbergam à Barnimo I. duce Pomeraniæ emptam diœcesi adiunxit. Hunc Iarimarus Rugiæ princeps secutus est. 10. Petrus Theologiæ D. Henricus VVacholt. Conradus IV. Arnoldus ord. Dom. Fridericus dux Saxoniæ ⊕ 1345. Ioannes dux Saxoniæ ⊕ 1373. Philippus à Rechberg. Iohannes VVilichius. Hinco Boiemus. Nicolaus Buck. 20. Magnus dux inferioris Saxoniæ, & Bogislaus VIII. dux vlterioris

⊕ 1139. 30. Septemb.
1124.
1127.
997. 23. April.
1140.
1188.
1276. ⊕ 1299.

Pome-

Pomeraniæ, ſed non confirmatus. Sifridus Buck ⊖ 1446. Henningus Iuen Stol
ſis, primus cancellarius Academiæ Gryphiſvvaldenſis fundatæ anno 1456. Lu
cus comes ab Eberſtein poſtulatus reſignauit. Martinus de Stegeno Italus à S
I V. obtruſus. Benedictus à VValdſtein Morauius ⊖ 1498. Martinus Carith,
tritius Colbergenſis, Theol. D. ⊖ 1520. Eraſmus Manduuelius ⊖ 1543. cui, cùm
hannes Bugenhagius à principibus vocatus recuſaret, Bartholomæus Suane
ſucceſſit, qui 1549. reſignauit. Martinum VVeigerum anno 1556. Iohan
Fridericus dux Pomeraniæ ſecutus eſt, qui anno 1574. fratri Caſimiro Epiſcop
ceſſit.

Cùm autem IVLINI, vrbis vetuſtæ ac celeberrimæ, in qua primam epiſc
Pomeraniæ ſedem principes olim poſuerunt, mentio à nobis iam facta ſit: non
gratum ſtudioſis antiquitatum patriæ futurum arbitror, ſi ea, quæ ex annalibus
meranicis, tum alij, tum verò ſenex antiqua virtute & fide ac doctrina præſtans,
annes Lubbechius, Conſul Treptouij ad Regum, de Iulino, VVineta, & Arcona,
tuſtiſſimis & florentiſſimis olim Pomeranici littoris vrbibus, nunc euerſis ac exc
mecum communicauit, breuiter exponam. Emporium enim in hoc littore Bal
co ampliſſimum, & à multis externis gentibus, & diuerſarum nationum, linguar
& religionum populis, Henetis, Danis, Suecis, Slauis, Ruſſis, Iudæis & ethnicis, f
Chriſtianorum fide excepta, pagatim, ita vt ſinguli ſuas diſtinctas plateas, nomini
gentium inſignitas tenerent, inhabitatum fuit IVLINVM, in inſula (quam à p
ſenti oppido das Wolliniſche Werder hodie appellant, ab ortu, ponte prælongo
pra Diuenoum fl. quem Viadri in mare proporantis alueum eſſe apparet, contine
Pomeraniæ iunctam: ab occaſu Sueno ſeu Sueuo fl. à meridie lacu recenti, adn
dum piſcoſo: ad boream Balthico mari cinctam, & quatuor ferè milliarium ſpa
vndiquaq; patente) ſitum, ac vrbis ambitum milliare Germanicum exceſſiſſe, ex
tiquis ruinarum veſtigijs, & montibus ſeu editioribus vrbis locis, quibus caſt
olim aduerſus hoſtiles inſultus impoſita fuerunt, conſtat, adhuc extantibus, quos
Schloßberg/Moderow/Kakernel/& Silberberg hodie appellant. Vbi verò nu
templum D. Michaëlis cum cœmiterio extra oppidum cernitur: eum florentis ol
antiqui Iulini vmbilicum fuiſſe perhibent.

Frequentiam populi & inde æſtimare licet, quod viginti duo millia ciuium,
lini, ab Ottone Bambergenſi baptizata eſſe ſcribuntur. Priſtinam verò potentia
diuturna bella, & victoriæ aduerſus SVENONEM Danorum regem, tandem ab eis
ptum, demonſtrant. Verùm nihil in rebus humanis perpetuum aut firmum eſſe,
cæterarum vrbium olim florentiſs. Troiæ, Hieroſolymæ, Tyri, Carthaginis, Cor
thi deletiones; ſic Iulini etiam excidium, varias idolorum & libidinum confuſ
nes, luxum, æmulationes & ſeditiones ſecutum demonſtrat. vbi ſingulæ gentes,
idola & ritus proprios ſeruarunt: publicè autem ex profeſſo, TRICLAPF, Dei
tricipitem, (cuius adhuc in Brandeburgenſi canonicorum templo ad Hauelum e
gies cernitur) & minorum velut gentium diuos, armorum & mercaturæ præſid
Haruit & Barouit, quaſi Martem & Mercurium, præterea Bialbug & Zernebug,
bum & nigrum Deum coluerunt. Idolatriam tetræ libidinum confuſiones; opule
tiam, luxus, ſuperbia, petulantia & inteſtinæ diſſenſiones, ac inter diuerſarum na
onum populos, pernicioſæ æmulationes ac diſtractiones, comitatæ ſunt: quib
adductæ ſocietates mercatorum inde emigrarunt. Secuta ſunt cum Daniæ re
1168. VValdemaro I. bella, qui Rugijs domitis, & Daniæ regno ſubiectis, IVLINUM quo
iam inteſtinis ſeditionibus labefactatum, & mole laborans ſua, captum ſolo æqu
uit, A.C. 1170. vt campi iam ſint, maxima ex parte, vbi vetus Iulinum fuit, exiguo
men oppido VVollin, veteris vrbis veſtigium retinente adhuc ſuperſtite, quod
Iohannem Bugenhagium, paſtorem VVitebergenſem, multarum in Germania
Dania eccleſiarum εἰσηγητὴν, naſcentem primum excepit.

In proxima VVollinenſi inſula VSEDOM, quam Sueuus & Panis fil. concludur
ſeptem à Iulino verſus occaſum milliaribus, duobus à VVolgaſto ſede principu
Pomeraniæ vltra Panim fl. ad Dameroam pagum, ſita olim fuit VVINETHA, qua

ama per manus posteris tradita,& scripta in monasterijs reper-
nte Iulinum annis,frequentia commerciorum,magnificentia,
rentem,inundationibus & tempestatibus marinis submersam
A. C. 850. Haldungum Sueciæ regem eam euertisse, & portas
numenta, vnâ cum emporio,in Gottlandiam insulam transtu-
nt cœlo sereno, & mari placido, adhuc fundamenta quorun-
stratas ex silicibus, plateas, Sundij longitudinem æquantes,

ugiæ (antequam tempestatibus ac inundationibus horrendis,
peninsulas scissa, & continua illi Ruden, planè auulsa, nouum
it) metropolis,in promontorio excelso VVittouiæ, è regione
ocata fuit. Veteris nominis vestigium locus adhuc retinet,
dictus, vbi etiam arcis Iaromarsborg ruinæ cernuntur. Expu-
deleta à VValdemaro I. Daniæ rege, A. C. 1168. quo Rugiam
ecit, & Teslaum Rugiæ principem, clientelari iuramento sibi
m ac ecclesias in Rugia Christianas instituit. Quæ Roscilden-
ni multis postea seculis subiectæ fuerunt. Idoli Rugij, quod
emarus, effigies,adhuc in pago Altenkirchen, in aditu templi,
r, Cacodæmonis monstro potius, quàm Dei alicuius simile,
istoriæ veteres,incolæ hodierni Vitoldum appellant.Sed de hac
nos destructo, copiosior expositio Vandaliæ lib. 5.cap.12.& Da-
mentione vrbium illarũ in littore Pomeranico olim celeberri-
ad vlteriores Orientẽ versus littoris Balthici prouincias pergo.

SSIA (cuius à vicinia Russorum nomen fortasse extitit)
entrionem, longo circiter quinquaginta milliarium Germani-
eraniæ finibus & Vistula fl. vsque ad Cronum(quem hodie Me-
ussum accolæ vocant) alluitur: ad ortum Lithuania; ad meri-
reuancia fl. paululùm supra Toronium in Vistulam illabente; ad
io, à Pomeraniæ parte, iam Poloniæ regi subiecta, disiungi-
m & Ducalem nostra ætate distinguunt. Nam Poloniæ rex,
a ripam, vsque ad illius ostia hoc tempore immediatè possidet.
nensi Silesiæ ducatu, non procul à Viadri fontibus, exoriens, Vistula.
im, mox ad orientem cursu directo, Osuuencimum, Zatoriam
& regni Poloniæ domicilium: Sandomiriam, ad Saui & Vi-
æterlabitur. Inde rursus in septentrionem flexus, VVARSAUIAM,
n: PLOSCUM, episcopi Plocensis, VLADISLAUIAM, episcopi Cu-
niæ sedem: deinceps in Borussia, TORUNIAM, Culmam, Gruden-
, Meuam, Mariæburgum, Dersauiam,& DANTISCVM vrbes allu-
Balthicum, partim in Borussiæ sinum aquæ dulcis, tribus vel
onerat. Nam supra Mariæburgum duobus mill. Vistula in duos
eribus obiectis sectus, insulam insignem ac fertilem efficit. ex
atus vulgò dictus, in Borussiæ sinum, prope Elbingam vrbem,
rbi ἐμπόριον, (bis mille passus supra vrbem ex Drauso lacu effiu-
um, tribus ostijs decurrit. Sinister verò, Leniunca, vel Vistulæ
ri iam proximus, rursum in duo se brachia findit, quorum alte-
m, clarissimam hoc tempore vrbem, & maris Eoi emporium,
iens, recepto Motlaua & Rodano vrbem permeantibus, in mare
a vrbem milliari effunditur. alterum versus subsolanum, in Si-
lcis illabitur; quem duo milliaria latum, duodecim verò longum,
angustissima, ceu brachium longius porrectum, à mari aperto se-
ò, Vistula & Nogato concluſa, & omnia ad hunc sinum recentem
inga, Tolkemit, Frawenberga, & Brunsberga, vsq; ad Passariæ
armiensis Diœcesis ditio, ad meridiem ampla, & oppidis agrisq;
cultis-

cultissima, vesicæ instar, media in ducali Borussia pendens, in regis solius sui testate.

Etsi autem Prussia, Regi immediatè subiecta, eodem cum Polonis regno tinetur: tamen peculiare consilium publicum, leges, iudicia (à quibus tamen gem prouocatio est) ærarium & belli gerendi rationem habet. Consiliarij rum Prussiæ quatuordecim sunt. Duo Episcopi, VVarmiensis & Culmensis: Palatini, Culmènsis, Mariæburgensis & Pomeranicus: Tres Castellani, Culm Elbingensis & Gedanensis. Totidemque Succamerarij, & tres primariæ ciui Torunia, Elbinga, Dantiscum. Hi bis quotannis ad deliberationes & iudicia ueniunt, mense Maio Mariæburgi: ad Michaëlis, Grudenti. Capitanei seu fecti, arcium & redituum regiorum octodecim sunt: Mariæburgicus, & in Pal tu, Stumæ, Gneuæ, Meuæ, Stargardiæ. In Pomeranico, Slochouiæ, Suezæ, T læ, Derfauiæ & Pusci. In Culmensi, Brodniciæ, Grudenti, Radinæ, Golba goznæ, & alij tres.

Ducalis Borussiæ, orientem versus, prouinciæ sunt, NATANGIA, sinu dulcis, Pregelo & Alla fl. intercepta, & oppidis Balga, Heiligenpeil, Brande Creutzberg, exculta. Quam trans PREGELUM fl. SAMBIA peninsula ad aquil sequitur, cuius occiduum & boreum latera mari salso cincta, Zephyro & bor hementiore spirantibus, succinum seu Electrum copiosè colligunt. ad meri REGIO monte vrbe magna & ornata, omniumque rerum ad victum pertine copia adfluente: multò autem magis, aulæ ducalis, & Academiæ sede, & em celeberrimo, ad Pregeli ostium, insignis est, tribus oppidis distincta, ex quibus demiæ & templi cathedralis ac episcopi Sambiensis domicilium, vndique Pr cingit. Lebnicum verò, & veterem vrbem alluit, cui ad boream principis pal amplum & splendidum, colli impositum, adiacet. Vicini sunt duo ampli lac maria aquæ dulcis. alterum, cuius modò memini, quater mille passus ab vrb piens, duodecim versus occasum milliaribus Germanicis, ad Elbingam & Vistulæ ostium Dantiscum ferè porrigitur. alterum Curlandicum, 12000. al passus abest. quod Cronum seu Memmelam fluuium, vastam aquarum molem thuania, tredecim ostijs euoluentem, excipit: & 16. milliarium brachio, ce montorio, instar arcus, ex Sambia peninsula, ad Liuoniæ fines & arcem Me lam, arctissimo inter maria spacio excurrente, aduersus salsi maris impetum si ri naturæ miraculo defenditur. Is sinus Curlandicus, vna cum fluuio Dema, Tapiam Pregelo miscetur, orientalis Sambiæ limes est. Quam deinceps Nad inter Demam & Instrum ad Gorgenburgum: & supra hanc, Sclauonia, ad vtra Croni in Lithuania ripam, Tilsa oppido Borussiæ ad ortum æstiuum extre Labia & Ragneta insignis, consequitur. Hinc ortum brumalem & meridie sus, ad Lithuaniæ, Podlassiæ & Masouiæ fines, SUDOUIA & Galindia, Prussian lem terminant: perpetuis ferè solitudinibus & syluis damnatæ, tametsi tenuib pidis, Olesco, Stradauno, Licca, Iohansburg, Ortelsburg, Neideburg sparsim luntur. Introrsum verò, ad ALLÆ ripam orientalem, BARTONIA, Natangiæ & miæ finitima, agris & oppidis frequentibus ornatissima est. & ad occidentale fariæ ripam, Pogesania, cuius Hollandia metropolis est: & ampliſſima POMERANIÆ prouincia, à VVeseca in Drausum lacum illabente, ad Vistulam & Ossa que pertinens. cuius ciuitates celebriores sunt, MARIENVVERDER, Pomesanen clesiæ cathedralis olim sedes: Risenburg, episcopi olim proprium, Rosenber feld, Morung, Liebmul, Osterrod, Hoënstein, & in vicina Sossauia Gilgenb Soldauia, finitima Lobauiæ, sedi Culmensis episcopi, Polono immediatè su Has ergò Borussiæ prouincias, quæ ducalis Borussiæ nomine postea appellat

FRIDERICVS Saxoniæ dux, Alberti filius, & Georgij & Henrici frater, su
1190. ordinis Cruciferorum militum ordinis Teutonici Magister, anno 1500. te tricesimus tertius ab Henrico VVolpod, qui primus in castris ad Ptolemaida nis fratrum domus Hospitalis S. Mariæ in Ierusalem, à Friderico Sueuiæ duc derici Barbarossæ filio, & cæteris in ea expeditione præsentibus Germanis

pibus & comitibus, communi consilio instituti, Magister creatus erat: tricesimus ab Hermanno de Saltza, qui primus, rogatu Conradi ducis Masouiæ, nepotis Bo- 1220.
leslai III. Criouousti Poloniæ regis, ex minimo natu filio Casimiro: aui Vladislai Lokici Poloniæ regis: cum exercitu cruciferorum Borussiam ingressus est. cùm paulò ante, Gladiferorum fratrum militiæ Liuonicæ ordo, ab Alberto Bremensi tertio post Menardum per Alexandrum III. Papam confirmatum Liuoniæ episco- 1204.
po, inchoatus esset. qui tamen, post 38. annos, cruciferorum in Borussia ordini cre- 1170.
scenti vnitus & subiectus est.

Fuerunt enim militiæ fratrum ordinis Teutonici initia in Borussia valdè felicia, & paruo tempore magna fecerunt incrementa. Cùm enim prima expeditione, Con- Circa A. C.
rado duci Masouiæ militantes, Culmensem prouinciam, Vistula, Ossa seu Mocra, & 1220.
Drewancia (ad cuius ripam oppida Osterrod, Bretchen, Newmarcke, Strasburg & Gollubodie florent) fluminibus interceptam, subegissent: qui Conradus, Episcopum primus in eâ regione instituisse, eique Culmaniam & Leubouiam attribuisse à Polonis scribitur: reuocati post aliquot annos aduersus Borussos, assiduis impressionibus Masouiam vexantes; terram Culmensem in possessionem acceperunt, hac tamen conditione, sicut Poloni adfirmant, adiecta, vt debellatis Borussis, Masouio & Polonis Culmaniam restituerent, & Borussiam ex æquo cum illis diuiderent, sed Friderici II. priuilegio postea non solùm terræ Culmensis à Conrado Masouio donatæ, sed totius Borussiæ, omniumque terrarum, in quibus, eiectis Barbaris, religionem Christianam primi plantassent, possessio, proprietas & dominium, ipsis ac eorum successoribus decretum & confirmatum est. Paucis verò annis postea, Borussiam vniuersam, vsque ad mare Balthicum & Lithuaniæ fines, veteribus incolis oppressis & ad religionem Christianam adductis, domuerunt, & oppidis arcibusque plurimis munierunt, & Germanis colonis eò traductis frequentarunt. Inde Vistu- 1322.
lam, versus occasum transgressi, Dantiscum, & Pomerellam vicinam, Poloniæ regibus tum subiectam (cuius Slochauia, Conicium, Bromberga ad Bro fl. & Schonec, Stargard, Meua ad Fersam fl. oppida sunt) occuparunt, & orientem versus principem Lithuaniæ dissidijs inuitati, & Vilnam vsque progressi, Samogitiam pactione coperunt.

Florentissima verò fuit Magistrorum ordinis potentia & autoritas in Borussia, paulò antè & circa annum C. 1400. Postea rebus secundis parientibus insolentiam, cùm Lithuaniam regi Poloniæ eripere Cruciferi conarentur, & violatis fœderibus, cum Vladislao Iagellone, noua subinde bella mouerent, tandem ingenti prælio ad Drewanciam fl. in finibus Masouiæ, ab Vladislao victi ac cæsi, bonam Borussiæ par- 1410.
tem, Hollandiam, Risenburg, Graudentum, Marienvverder, Stumam, plurimaque alia oppida & arces, Polono deditas, amiserunt, & Marienburgi à Polono obsidione cincti tenebantur. Quo periculo, fide subditorum liberati, postea inter se feralia bella gesserunt, & inusitatis antea exactionibus & accisis subditorum animos alienarunt. accessit petulantia tyrannica aliquot Commendatorum, qui arces in vrbibus tenebant, & Dantisci senatores aliquot ac ciues sub specie amicitiæ in arcem inuitatos crudeliter trucidarant, ciuium & nobilium filias & vxores ad libidinem explendam rapiebant, & subditos in Borussia velut gladio captos, pro mancipijs suis habebant. Hanc tantam petulantiam cùm ferre diutius nobilitas & ciuitates ma- 1439.
iores nollent, Culmæ primùm conuenientes, querelas suas communicant, & de communi fœdere, ad libertatem, fortunas & priuilegia sua tuenda, deliberant. Postea cum Magister ordinis Paulus à Rusdorff, commendatorum suorum insidias ac violentiam metuens, in arcem Dantiscanam profugisset: consensu & approbatione Magistri ordinis, & commendatorum aliquot, Mariæ VVerderæ ad Vistulam, confœderatio Nobilitatis, ciuitatum & cæterorum statuum Borussiæ, concluſa & promulgata est. Cuius vnum caput fuit, vt de iniurijs Magistri ordinis, & commendatorum, queri apud concilium prouinciæ, seu confœderatos subditos liceret, ac vt in eorum potestate esset, amicè vel iure lata sententia, controuersias finire. 1440.

Sexennio post, orta inter Cosmum episcopum VVarmiensem, & Ioannem à 1446.

Baiſen equitem, de lacu quodam diſſenſione: cùm Magiſter ordinis Epiſ
eum adiudicaſſet: Eques ad nobilitatis & ciuitatum confœderatarum
cium prouocat, quod tunc primum ac poſtremum Culmæ celebratum eſt
quo, Ioannis à Baiſen cauſa recognita, & prior ſententia, quam or
Magiſter tulerat, retractata eſt. Cùm autem in eo conuentu infinitæ qu
aduerſus ordinem, in conſeſſu proponerentur, quas cæteri ex nobilita
ciuitatibus amicè ex æquo & bono componi & ſedari maximè optabant
commendatores & cæteri ordini coniuncti, indignantes ac frementes
conſeſſu diſcedebant, indignum ſua maieſtate iudicantes, ad ſubditorun
cuſationes de iure reſpondere. Itaque in deſpectum ſubditorum, prioris
tulantiæ exempla indies repetebant, & apud Pontificem ac Cæſarem, vt
fœderatio illa tolleretur, inſtabant. Cumque animi ſubinde magis magi
1453. exacerbarentur: tandem Viennæ, coram Friderico I I I. Imper. partes v
exeunte. que breuiter auditæ, & ſtatim pronunciatum eſt. Nobilitatem & ciuitates
lam habuiſſe iuſtam fœderis illius faciendi cauſam, idque inhoneſtè fac
ideoque nullius momenti penitusque abolendum eſſe: Petiuerent inſuper
tigeri decerni mulctam ſexcentorum millium aureorum magiſtro ab illis
dendam, & amiſſa libertate & priuilegijs ſine recuſatione obediendum,
tumaces verò pœnis iure decretis plectendos eſſe. Hac atroci ſententia,
expectatione grauiori, accepta, Nobilitas & ciuitates ac oppida pleraque
tim communicatis conſilijs, Iuramentum fidelitatis ſummo Magiſtro or
1454. Ludoico Erlishuſio, datis Toronia literis, die 4. Februarij renunciant, &
ſis ad Caſimirum Poloniæ regem legatis, ſe ſuaque omnia, & vniuerſam
ruſſiam, in ipſius clientelam, fidem & defenſionem conferunt. Caput leg
nis, & poſtea Regis in Boruſſia vicarius fuit Iohannes à Baiſen eques, cuius
memini.

Recepti à Caſimiro his conditionibus, vt Reipublicæ Polonicæ memb
eſſent: eorumque Conſiliarij, cum Polonis, pariter in comitijs de Repul
conſultarent: & ius creandi Regis pariter haberent. Quæ bona, iura, pri
gia, publicè vel priuatim quisque antiquitus habuiſſet, retineret. Iure qui
ſuo vteretur. Honores & magiſtratus & præfecturæ arcium vt Boruſſis, non ext
commendentur. Telonia omnia & portoria ſublata ſint. Arces in vrbibu
ſtructæ non inſtaurentur. Mercatoribus vbique in Polonia negociari libe
eſto. Bona naufraga, ijs quorum fuiſſent, aut eorum hæredibus relinquantur.
netæ cudendæ cum imagine & inſcriptione regia, ciuitatibus quibuſdam ius
1454. Sic in Regum Poloniæ fidem & clientelam, Boruſſi, Cracouiæ die 6. Marti
mùm conceſſerunt.

6. Febr. Domi verò ſtatim poſt renunciatam Magiſtro ordinis per literas fidem &
dientiam, Turonenſes, omnium primi, arcem ordinis ad mœnia, per ſpeciem
ſcenici ingredientes, occuparunt. Idem exemplum vicini Aldenhuſij, Birgl
Grudentini, Papauij, Strasburgici, Suecij, Meuij, Sobbovvicij & alij ſtatim ſe
11. Febr. ſunt. Dantiſci arcem ſenatui & ciuibus, poſt interpoſitam aliquot dierum tra
onem, Commendator Domus & fratres ibi præſentes ſponte ceſſerunt. Elbin
ſis commendatoris Henrici Plaenſis, adhuc in aula Imperatoris abſentis mini
arcem à ciuibus obſeſſam, 12. Februar. dediderunt. Sic Regiomontani, Brauns
genſes & alia quinquaginta ſex oppida & arces, intra vnum menſem ab or
deſciuerunt: cui præter Mariæburgam, Stumam & Coniciam pauca ſupere
Poloniæ Rex Caſimirus, cum Regina Eliſabetha, Cæſaris Alberti filia, re
ducta, ipſe in Boruſſiam, fidelitatis & ſubiectionis iuramentum à Nobi
te & ciuitatibus ordinem deferentibus ſumpturus, venit Elbingam 9. Iunij, vt
ratione colligendæ pecuniæ, & arcendis ad Coniciam Teutonici Magiſtri copi

Mariæburga obſidenda deliberatum eſt, & quatuor Palatini Boruſſiæ, Culmenſis, Regiomontanus, Elbingenſis & Pomeranicus conſtituti, Dantiſcum, peſtis metu tum Rex non acceſſit. Defenſionem verò finium ad Conicium, quam vrbem Henricus Rex Plaenſis cum præſidio tenebat, ſibi curæ fore oſtendit. 1454.

Dantiſcani Mariæburgum denuò obſederunt. Interea fratres ordinis in Germania copias ſuis in Boruſſiam auxilio mittunt, quas Balthaſar & Rudolphus duces Saganenſes, Bernhardus à Sonnenberg, Adolphus comes à Gleichen & alij, per nouam marchiam, ad Coniciam ducebant, quam mille equitum præſidio Plaenſis tuebat. Rex Polonorum exercitum colligit, ducibus Luca Comite Gorkano, & Stanislao Oſtrorogo Poſnanienſi, & Caliſienſi Palatinis, qui Teutonicorum militum pauitatem præ ſe contemnebant. Commiſſo autem prælio, Poloni cum ſuo Rege profligati, inſigni victoria, ordinis fratres potiti ſunt. quam, deditio Stumæ, Marci Prutenicæ, Salueldæ, Ilauiæ, Inſulæ Marianæ & Epiſcopæ Riſeburgenſis & Sambienſis ſecuta eſt. Cæteræ ciuitates in fide Regis tum manſerunt. Teutones victoriam perſequentes, Tirſauiam ad Viſtulam ſupra Dantiſcum, & Meuam, exeunte Septembri capiunt. Initio Nouembris ad Dantiſcum etiam hoſtiliter graſſantur. ſed Rege Caſimiro in Boruſſiam cum nouo exercitu redeunte diffugiunt. Rex, Leſſam oppidulum ad Oſſam fl. Grudento vicinum, irrito tandem exitu, vſque ad Idus Ianuarij frustra obſedit. Quo in Poloniam digreſſo, Magiſter ordinis ad Dantiſcum accedit, & in nouavrbe (der Jungen Stadt Dantzig/quæ tum deſtrui metu obſidionis cœperat, & poſtea funditus extirpata eſt) caſtra locare nitebatur. ſed virtute Dantiſcanorum depulſi. Milites Teutonici, quorum auxilio ad Conicium vicerat, Magiſtrum & fratres ordinis arcem Mariæburgam, Stumam, Conicium & alias, pro ſtipendijs debitis pignoris loco additere cogunt. Nobilitas & ciuitates, vt bellum ducere, & his militibus ſoluere tempeſtiuè poſſent, Tributa omnis generis mercibus, & omnium ordinum hominibus, Eccleſiaſticis, Nobilibus, agricolis, ciuibus, mercenarijs, opificibus, inſtitoribus in conuentu Elbingenſi imponunt, quæ exactiones cum communitati ciuium veteris vrbis Regiomontanæ indictæ fremitum in vulgo ingentem excitarent: Henricus Plaenſis occaſionem arripiens, per literas, ordini benevolentiam, & præteritorum omnium obliuionem, & placidam ac tranquillam ſine oneribus gubernationem, ſi ad ordinem redeant, Regiomontanis promittit, & cum exercitu propius accedens in vrbem veterem recipitur. Cùm verò altera vrbs, Kneiphoff, Pregela fl. ſeiuncta, Regi Poloniæ & confœderatis fida maneret, quatuordecim hebdomadas oppugnata eſt, donec à Rege deſerta in ordinis poteſtatem, cum arce redijt. Interea Fridericus Elector Brandeburgicus, à Cæſare, diriendis inter Poloniæ Regem & ordinem Boruſſicum controuerſijs, Commiſſarius deſtinatur, qui, cùm de ſumma rei non conueniret, ordinis fratres, Romani Pontificis, Cæſaris, & Ladislai Vngariæ Regi arbitrio acquieturos indicat, Polonine in ordo meliori iure Boruſſiam tenerent. ſed Regijs Conſiliarijs ad concilium procumbus, re infecta diſceſſum, & proſcriptio Cæſaris aduerſus Boruſſos publicatur. Rex cum exercitu Toruniam accedens, Leſſam oppidulum ad Oſſam fl. denuò obſidet, & re infecta diſcedens, maximam partem onerum bellicorum, & ſtipendij præſidijs Stargardiæ, Neoburgij & paſſim alibi, diſſoluendi, Dantiſcanis relinquit, qui adducenta quinquaginta millia aureorum ſoli hoc biennio impenderant. Cùm autem, ob infelices expeditionum Regiarum exitus, omnia lentiùs procederent, & pericula quotidiè augerentur: præter Regiomontanos, plura etiam alia inferioris Boruſſiæ oppida, ad ordinem redibant, & ob magnitudinem exactionum, paſsim in vrbibus, Toruniæ præſertim & Dantiſci ſeditiones gliſcebant, quas Magiſter ordinis & Collegæ literis ad collegia ciuium in vrbes ſcriptis accendebant: & Rex Daniæ, Chriſtianus I. ordinis amicus, Dantiſcanas naues paſſim detinebat. In vrbe verò ipſa, Senatu veteri magna ex parte abrogato, noui Magiſtratus, à vulgo, cuius Coggius quidam dux erat, electi ſunt. Inter tot difficultates, Dantiſcani, conſtantia & virtute ſingulari durantes, tandem eluctati ſunt. ac ſequenti anno, Rege Caſimiro in vrbem veniente, ſed pecuniâ, militibus ordinis arcem Mariæburgum & cæteras

4. Iulij. 18. Septemb. 1455. 18. Aprilis. 16. Septemb. 1456. Menſe Octobri. 1457.

vendentibus numeranda deſtituto: ſuâ potiſſimùm induſtria & fide collecta vi
à ciuibus, eorumque coniugibus, & peregrinis mercatoribus mutuò accepta:
dem quadringenta millia Vngaricorum, militibus promiſſa compleuerunt, qt
perſolutis, milites, Mariæburgum, Stumam, Tirſauiam, Meuiam, Conicium, é
teras arces, in ferijs Pentecoſtes, regi Caſimiro tradiderunt. Meuia verò vix e
ſis militibus ſponte iterum ſe ſtatim ordini ſubiecit.

Febr. 1457. Anni initio, Carolus Canuti Sueciæ Rex à Ioanne archiepiſcopo Vpſal
& coniuratis Danorum clientibus pulſus, Dantiſcum venit, ibiq; aliquot annis c
moratus eſt, donec in patrium regnum reuocaretur. In Boruſſia, ciuitas Mariæ
genſis, quæ recens regi iurauerat, proditione cõſulis, Bartholomæi Blumen, orc
præfecto Bernhardo à Sonneburg iterum tradita eſt, qui ſequenti menſe, Cvl
15. Septemb. quoque Pruſſiæ olim metropolim proditione occupauit. quod miſeræ illi vrbi
quantò pòſt à regijs receptæ, & fortunis omnibus ſpoliatæ, extremæ cladi fuit.

1458. Dantiſcani, à Belgis etiam & Danis, Magiſtri ordinis cauſam probantibu
mari ſubinde carpebantur. donec inducie ſequentibus annis ſancitæ ſunt paru
dæ, & nouis ſubinde offenſionibus interpolatæ. Mariæburga ciuitas aliquoties
triennio à Polonis irrito conatu obſeſſa, tandem ſe Regi iterum ſubiecit, menſe
guſto. Ordinis milites, Lauenburgum, Butouiam, Purgam, & Stargardiam, D
ſco vicina oppida ceperunt, ad quos Bartenſteinum & multa inferioris Boruſſiæ
1461. pida ſponte defecerunt. Rex denuò Conicium irrito conatu obſidet. Boruſſi
1462. duis & ſupplicibus precibus promiſſam defenſionem acriorem & expeditiore
1464. Rege flagitant, ſed Dantiſcanis, qui vndiquaque ab hoſtibus proximè vrgebar
1465. præcipua moles periculorum & laborum incubuit. Hi à Regijs adiuti, Meuam, l
1466. gam, Neoburgum, & tandem Stargardiam & Conicium expugnarunt.

Tandem igitur bello defatigati & exhauſti Boruſſi ab vtraque parte, pacen
riò expetunt, quæ Rudolpho Epiſcopo Lauantino, Papæ legato, interceſſore
conditionibus Toruniæ confecta eſt, vt Regi Poloniæ, Culmenſem ditionem
oppoſitam trans Dreuanzum fl. Michalouienſem, & ad occiduam Viſtulæ rip
19. Octobr. Pomerellam vniuerſam, vnà cum Mariæburgo, Elbinga, Chriſtburgo, Stuma,
kemith, arcibus & territorijs, Neringa etiam inſula ac VVarmienſi diœceſi flore
ſima, iure ſempiterno poſſidendam Magiſter & fratres ordinis Teutonici ceder
ac omni in his locis iuri ſuo renunciarent. Reliquam verò inferiorem Boruſſi
cuius Königsberga metropolis erat, velut Poloniæ regis feudum poſſiderent, é
perpetua fide ac clientela Poloniæ regum manerent, neque cuiuſquam in terris
Poloniæ regis maieſtatem & iurisdictionem agnoſcerent, aduerſus quoſcunqu
pem ferrent, & communes cum illo amicos & hoſtes haberent. Idque iuramente
lenni, quicunque deinceps Magiſter ordinis creatus eſſet, intra ſextum menſem
ad regem veniens profiteretur. Id iusiurandum etſi aliquot ordinis Magiſtri d
ceps ſecuti Polono dederunt: tamen Fridericus, quem antea nominaui, Saxc
dux, Maximiliano Imperatore & alijs Germaniæ principibus auxilia ipſi ad exc
endum Polonorum iugum', & recuperandam libertatem amiſſam promittentil
recuſabat. Quem Poloniæ rex Ioannes Albertus, cùm vi & armis reuocare ad of
1501. um moliretur: & iam Torunam vſque cum exercitu progreſſus eſſet; ſubitò apo
xia ictus, nono regni ſui anno adhuc cælebs interijt. Verùm triennio pòſt, cùm A
xander, qui fratri Ioanni Alberto ſucceſſerat, Iuramentum fidelitatis à ciuitati
in Boruſſia acciperet: Fridericus Magiſter ordinis, cognito illius aduentu, ne ve
rare in verba regis, vel imparatus belli molem ſuſtinere cogeretur, deſerta Boru
ad fratrem Georgium ducem Saxoniæ in Miſniam ſe recipit, vbi Rochliciæ, a
1510. ætatis 36. aqua intercute extinctus eſt.
14. Decemb.

LIVONIA ad Eoum maris Balthici littus, centum & viginti mi
ribus Germanicis, à Nerua emporio, 62. gradui latitud. ſubiecto, vſque ad Cro
quem Memelam hodiè vocant, oſtium porrecta: finitimos habet ab ortu Mo
ſeu Ruſſos; à meridie Lithuanos & Boruſſos; ab occaſu mare Balthicũ; à borea ſit
Finnic

uſſiæ partem, ad Naruæ & Louatæ fl. exitus. Vniuerſa in tres par-
guis diſtinctas, ESTHIAM, LETTIAM, & CVRLANDIAM tribuitur.
ronincіæ, Harriæ, Reualia metropolis eſt: VViriæ, VVeſenberg,
cholm epiſcopi Reual. ſedes. Allantakiæ, NARVA, Nyſchlot. Oden-
m, VVernebec, Helmede, Ringen. Ieruiæ, VVittenſtein Lais, Ouer-
VVichiæ, Habſeel, Leal, Lode, PARNOUIA. Eſthis inſulæ adiacent:
patens; Dageden 9. mill. longa, 4. lata. Mona, VVormſe, Vrangen,
us partim Eſthica, partim Suecica lingua vtuntur. Lettorum vrbes
okenhuſen, Vuenden, VVolmar, & tota archidiœceſis Rigenſis. Liui
dicti, tractum littoralem, à Riga & oſtio Dunæ, verſus Salin & Parno-
runt. CVRLANDIÆ oppida & arces ſunt, Goldingen, Canda, VVinda,
da, Grubin, Pilten, Amboten, Haſenpot. SEMIGALLIÆ, Mitouia ſedes
Curlandiæ, Selburg, Bauſchenburg, Doblen, Dalem. Semigalliam verò
m, à Lettorum populis & reliqua Liuonia, fluuius DVNA diſterminat,
longiſſimo tractu, per Lithuaniam & Liuoniam manans, duobus in-
illiaribus, in ſinum Liuonicum & Balthicum mare tandem infunditur.
enim ab vrbe Moſqua occaſum verſus milliaribus, ſylua vaſta & palu- Long. 62,
olkousky dicta, vbi non longis & æqualibus ferè decem milliarium in- lat. 57.
tuor ampliſſimorum fluminum, ac in his Dvnæ, fontes emanant. VVol-
o per Moſcouiam & Tattariam in orientem tractu, tandem propè cele-
porium Citracham ſeu Aſtrachan, in mare Caſpium, multis oſtijs ef-
ryſthenes, dNeper ab incolis appellatus, meridiem verſus VVitetz-
bus, SMOLENSCO, Orſam, Dobrunam, Krouiam Ruſſiæ olim metropo-
iſcopi ſedem, Circaſſos alluens, tandem 40. mill. infra Circaſſos in
inum defertur. Lovvatus in boream curſu directo, Vielico Lucam
olocia) & per Ilmenum lacum Nouogardiam magnam præterlabens,
è in VVolchouam commutato in ſinum Finnicum ſupra Coporram

verò, longo primùm tractu in occaſum decurrens, vbi Lithuaniam at-
& arces Vitebſiam, à Vilna 84. milliaribus diſtantem: Vlam, Toro-
m, Vſiatam, Diſnam (à Vilna 40. milliaribus diſſitam) Driſſam, Dru-
Liuonia Duneburgam, Selburg, Kakenhuſiam, Aſceradum, Leinward/
lm, RIGAM præterlabens, duobus infra Rigam milliar. in ſinum Liuo-
Balthico contiguum, ſe exonerat.

m ſeries rerum, quæ in Liuonia proximis 400. annis, à prima Religionis
ropagatione, vſque ad noſtra tempora, memorabiles acciderunt; illu-
culis ſubiecta conſpiciatur: CHRONOLOGIAM principum Liuoniæ bre-
m. Primus commercijs harum gentium & deductionis coloniarum in
ermanicarum aditus, per Bremenſes mercatores, tempeſtate in ſinum
Dunæ oſtium delatos, patefactus eſt. Vbi poſt primam συμβαξιν cum Li-
oſtio verſus Parnouiam in littore habitantibus, amicitiam & fœdera
catoribus, quos deinceps adducturi eſſent, fecerunt, ac prima cum eis Circa A.C.
rerum permutatione fuerunt. & permiſſu Liuonum, in Dunæ fl. inſula, 1160.
ructum, quæ Kircholm deinceps appellata eſt. Poſtea, Menardo, Sege-
onacho, per mercatores in Liuoniam adducto, latius religio Chriſti
& Liuones quidam reguli, vt nominabantur, cum ſuis familijs, conuerſi
epiſcopum petentibus, ille ipſe Menardus, per Alexandrum III. PP. 1170.
e ſedes illius in Vxkel, ad Dunæ ripam collocata eſt, vbi tandem deceſ- 1194.
or illius, Bertholdus, ex monaſterio S. Pauli Brema miſſus, cùm vi & ar-
potius, quàm verbo ac exemplis inuitare ad fidem Chriſtianam barba-
et, ſtatim ab illis trucidatur. ALBERTVS verò tertius epiſcopus, ex col- 1196.
enſi euocatus, cognatos aliquot nobiles, Engelbertum & Theodoricum
n, quorum vtili & fida opera deinceps vſus eſt, ſecum adduxit. Is vrbem 1200.
num condidit ac mœnibus cinxit.

Fratribus militiæ Christi, vt se nominabant, qui Templarij fuisse existimat
1140. à Fulcone Hierosolymorum rege primùm institutis, in Liuoniam euocatis, vt pr
gationem ac defensionem fidei Christianæ in illis gentibus iuuarent, tertiam c
prouinciæ partem addixit. quorum dux seu magister primus Vinno fuit, qui o
dum VVendam, Segenvvoldum & Asceradum, postea ædificauit. Hermannum
1204. trem, Leale episcopum constituit, cuius templum, Habsalam deinceps, & episcop
des in Osiliam translata est.

1206. Vietseus, Russorum dux, Cocenhusiæ sedem habens, Alberti opem aduersus
thuanos implorans, dimidiam arcis ac ditionis suæ partem, pignoris loco possic
dam episcopo tradidit. Sed profligatis Lithuanis, cum Nouogardensem & Ple
uiensem duces Russos bellum inferre episcopo intellexissent: mutato animo, Ger
nos, qui in præsidio Cocenhusij erant, omnes trucidauit. Cumque à Germa
1208. vlturis hanc iniuriam, obsideretur, incensa arce, ad Plescouiensem aufugit. All
1209. tus igitur, arci munitæ, eo in loco à se excitatæ, Rodolphum à Iericho ducem p
fecit. Sequenti anno, ductu Engelberti à Tisenhusen, Vellinum cepit. Frat
Hermannum, ex Leale, per Ioannem Sueciæ regem primùm occupata, & à se re
pta, in Vggenus collocauit. Inde Derbatum, Russis antea subiectam arcem, vi
1220. ptam à Volquino, sedes episcopi postea translata est. cùm Daniæ rex VValdem
1223. etiam, missis in Liuoniam borealem copijs, vrbem Revaliam: inde VVesebers
1223. & Naruam condidisset. ac Vinnoni, primo ordinis magistro, Vuendæ per minist
interfecto, successit Volquinus.

1229. Albertus, tertius episcopus Liuoniæ, fortis & felix, anno gubernationis 33
1230. bus humanis exemptus est. cuius locum subijt Nicolaus, qui Ius Gotlandicum
gensibus, in Iudicijs concessit. Verùm, sine suo & successorum consensu, nec le
nouas condi, nec exactiones institui, nec magistratus nouos præfici voluit.

1234. Albertvs quintus episcopus, sed primus Liuoniæ & Borussiæ archiepisco
in vnione Fratrum militiæ Liuonicæ, cum Ordinis Teutonici militibus (qui pa
antè à Conrado duce Masouiæ contra Borussos euocati feliciter prouinciam il
domuerant) facta constituitur. Cùm enim Liuonicæ militiæ fratres, se Teuto
ordinis magistro in Borussia subiecissent: vicissim Borussiæ episcopi, Vuarmie
Sambiensis, Pomezanensis, Culmensis, Liuoniæ archiepiscopum Rigensem me
politanum agnouerunt.

1238. A Volquino, cum 48. fratribus, à Lithuanis cæso: primus ex ordine Teuton
Hermannus Valko successit, qui Borussiæ antea septennium, nomine Magistri p
fuerat. Is Reualiam, quæ à Volquino occupata erat, Danis reddidit. Russis p
1244. fligatis Plescouiam cepit. Quam paulò post, Alexander Nouogardiæ dux, pluri
Ordinis fratribus trucidatis, recepit.

1245. Henricus ab Heimborg quartus ordinis princeps biennium. Theodoricu
1247. Curlandiam primus bello aggressus, Goldingam & Amboten condidit. Lithua
Ambotam obsidentes profligauit. Iaroslaus Plescouiæ hæres prouinciæ suæ par
1250. episcopæ Derbatensi attribuit. Andreas VI. Semigalliam Ordini subiecit. M
deum seu Mendogum, Lithuaniæ principem, simulato animo Christianæ religi
1256. nomen dantem, baptismo abluit, & coronari curauit. Eberardus, comes à Sein
1258. ennium. Anno, de Sangerhusen, triennium. Burcardus, ab Hornhusen, à Samog
1261. aliquoties profligatus, & tandem cæsus est.

1264. Georgius ab Eichstad, decimus ordinis magister cum Samogitis & Lithu
1267. pacem fecit. Osilienses rebelles domuit. Vernerus à Breithusen, Lithuanos ab
sidione VVendæ, Russos ex vrbe Derbato iam occupata depulit. Samogitas in V
chiam progressos, in reditu ad Dunemundum nocturno prælio ad internecion
cecidit. Has res tantas intra biennium gessit.

1269. Conradus à Mandern, arcem VVittenstein in Ieruia, & Mitouiam, in Cur
1272. dia, condidit. Otto ab Rodenstein, de Russis insignem victoriam, in diœcesi D
batensi adeptus est. Alberto archiepiscopo defuncto, Ioannes à Lunen succe
1274. Ottoni, à Lithuanis, in Osilia grassantibus, cum multis fratribus in glacie cæso,

sicus XIIII. succeſſit, qui eodem bello à Lithuanis interfectus eſt. Vualtherus à Nordec, Samogitas repreſſit. Semigallos rebelles ſubegit. Erneſtus à Rashorch, Duneburg ædificatione Lithuanos irritans, horrenda clade ab eis cum 60. fratribus 1275. 1278. deletus eſt. Conradus à Feuchtvvangen XVI. 1279.

Ars Marienburgum in Boruſſia, ad Nogatum, Viſtulæ brachium, condi cœpta, iuſſu Hartmanni à Helderung, ſummi ordinis Magiſtri. VVilelmus ab Endorff 1280. cum Lithuanis bella continuauit, arces VVolmar, Burtnic, & Tricaten condidit. 1281.

Archiepiſcopi Rigæ.

1186. Ioannes à Fechte tertius archiepiſcopus, ſed ſeptimus à S. Menardo. cuius tempore, ſedatis externis bellis cum Lithuanis & Ruſſis, inteſtinæ æmulationes & bella exiit, inter ordinem & archiepiſcopum, qui primus hactenus tenuerat, exarſerunt.

1234. Ioannes comes Suerinenſis, ab ordine captus, ac tandem dimiſſus, Romæ ✠ 1300.

1300. Iuarus, ſtatim reſignata archiepiſcopatu, in Daniã, quæ illius patria erat, redijt, vbi Lundenſem archiepiſcopam adeptus dicitur.

1301. Friderycvs, Baro Boëmus, annis 39. in aula Romana perpetuò vixit. Itaque eo abſente, horrenda inter ciuitatem Rigenſem, coniunctamque illi diœceſis nobilitatem, & Fratres ordinis diſſidia & bella extiterunt.

Rigenſes, confœderatis ſibi Lithuanis & alijs, Magiſtrum ordinis, cum decem fratribus, ad Treidam oppreſſos trucidarunt.

1316. Fames horrenda, toto triennio in Liuonia graſſata eſt, quòd frigore fruges in agris tectæ eſſent.

Magiſtri Ordinis.

1287. Conradus ab Hertogenſtein. Semigallos denuò rebelles domuit.

1289. Botho ab Hogenbach.

1295. Ptolemais, vbi ſedem ſummus Magiſter ordinis Teutonici hactenus habuerat, à Sultano Aegypti Mulecho capta eſt. Inde igitur Marpurgum, poſtea Mariæburgum in Boruſſiã, Magiſtri ſedes translata.

Henricus à Dumpeshagen biennium. BRVNO.

1298. Godfridus.

1307. Conradus Meyſatam arcem in Semigallia condidit. Ruſſos ad Pleſcouiam profligauit.

1327. Eberhardus à Monheim, 25. ordinis Magiſter: vrbem RIGAM, abſente apud PP. archiepiſcopo, obſedit, ac in eas angustias redegit, vt ſe, omniaque Iura & Priuilegia ſua, Magiſtro traderent, partem murorum diruerent, dimidiam partem mulctarum in iudicijs, & vectigal de piſcibus Magiſtro cederent. Qui, arcem Rigenſem, ad Dunam, vbi immineret, ea parte, vbi diruti erant muri, primus excitauit. cum Ruſſis etiam bellum diuturnum geſſit.

1340. Engelbertus à Dalem, vrbem Rigam, ab ordinis Magiſtro, fruſtra ſibi reſtitui petiit. ✠ Auinione 1348.

Burcardus à Dreyleue, arces Mariæburgum & Frovvenburg, in finibus Ruſſiæ condidit. 1343. 1341.

Sedino Ruſticorum, qui in Harria, Vuichia & Oſilia, nobiles & præfectos Germanos cum coniugibus & liberis trucidarunt: repreſſa. * Arx Sonnenborg in Oſilia per 4. ſeptimanas exarmatos ædificata. Lithuani per Curlandiam & Lettiam interea graſſati. * 1345.

1341. Fromholdus à Fiffhauſen arch. poſt longam de vrbe Riga diſceptationẽ forẽſem, coram PP. & Imp. Carolo IV. agitatam & integram vrbis iuriſdictionem pro ſe & ſucceſſoribus lata ſententia obtentã, Dantiſci tandẽ anteà die 7. Maij cum Magiſtro ordinis Teutonici & Liuonici trãſegit, vt dominiũ ac iuriſdictionẽ vrbis Rigenſis integram recuperarent: vicißim Homagiũ, hactenus archiepiſcopo, Magiſtro ordinis præſtari ſolitũ, remitteret.

1347. Gosvvinus ab Eik. Reualiam, VVeſenbergam & Neruam, à Vualdemaro IV. Daniæ rege, 19000. marcis argenti, per Pruſſiæ Magiſtrum redemptam, reliquæ Liuoniæ adiunxit. Cum Ruſſis Vitebſienſibus, & Smolenſibus bella geſſit.

1360. Arnoldus, Caunam Lithuaniæ diripuit ac incendit.

1365. VVilhelmus à Frimerſen archiepiſcopo Rigam reddidit. Viciſſim ſe & ſucceſſores, à Iuramento ſubiectionis & obedientiæ, archiepiſcopo præſtandæ liberauit.

1369. Sifridus à Blomberg. Habitum canonicorũ Præmonſtratenſem, in Auguſtiniano, aſſentiente PP. mutauit. cuius mutationis occaſione, tanta Magiſtrorum ordinis, qui

Fratrum militiæ Teutonicæ habitum, ab episcopo & Canonicis etiam seruari v bant, exacerbatio orta est, vt omnes archiepiscopi præfecturas extra vrbem occ rent. Archiepiscopus vi pulsus, vt iure se tueretur, Auinionem ad PP. profe vitam finiuit. 1373. Ioannes à Sinten, sub quo, magister ordinis, sui ordinis frat Canonicos Rigæ violenta manu instituit, & à PP. Bonifacio obtinuit, vt fratren dinis Teutonici, Ioannem à VVallenrod, archiepiscopū crearet: priorem Ioan à Sinten, patriarcham Lithuaniæ designaret. Qui in reditu ex Gallia, Stetini ob

1394. Ioan. à VVallenrod, Nobilitatem diœcesis, recusantem ipsi obedire, vi adortus, plurimos expulit. Tisenhusios cedere arcem Cocenhusiam arch. coëgit, tandem vtraque parte, in Episcopum VVarmiensem & senatum Lubecensem compromittente, obedientiam obtinuit, 1397. 14. Iulij.

1415. Profectus ad concilium Constantiense, non amplius redijt.

1418. Ioannes Habundi.

1424. Henningus Scherffenberg, post diuturnas cum ordinis magistro dissensiones, tandem ita transegit, vt acceptis ab ordine viginti millibus marc. Rigen. de ditionibus quibusdam in Trans Dunana & Semigallia vicissim cederet.

1449. Syluester Toronienſis Borussus, 18. à S. Menardo, triginta annos præfuit. *Bullam habitus* inter arch. & ordinem erexit, Qua perpetuò se & successores ac collegas suos, eodem cum ordine Habitu vsuros, & fratres ordinis fore professus est mense Iulio 1451. VVolmariæ.

XXX. Iobus Vlsenus.

1394. VValdemarus à Bru ney XXXI.

1397. Nobilitas Harria VViriæ, filiabus etiam suis, Ius cessionis in bonis feudalibu summo Ordinis magistro imp uit.

1402. Conradus Theodoricu

1415. Sifridus. 1425. Zi Rutenberg. Lithuanis bellum tulit.

1434. Francus à Kersdorp. in tem cladem à Lithuanis a pit.

1444. Henricus à Bockenf cum arch. amicè transegit.

1474. Heidenricus Vinke. b in Russiam expeditiones susc arcem Bauske in Semigallia didit.

1451. Ioannes à Mengeden

Vrgente postea Ordine, dimidiam iurisdictionem, & dominium vrbis R Magistro ordinis concessit, & literas Conciliationis ante 120. annos, à ciuitat gensi magistro traditas, confirmauit: & iuri integræ Iurisdictionis, quam mai ipsius Rigæ habuerant, & sententiæ ac priuilegijs à Carolo IV. & PP. per Fron dum olim obtentis, planè renunciauit: quæ *Kircholmensis Transactio* deincep pellata est. Nec verò his contentus magister Ordinis, paulatim omnem Arch scopi maiestatem, & ἀξίωμα, quo supremus Liuoniæ princeps huc vsque ha erat, ad se transferre conatus est. Itaque paucis interiectis annis, aperta vi graſ omnes diœcesis arces occupauit, & archiepiscopum captum Cocenhusiæ cus uit, in qua custodia die 13. Iulij. 1479. extinctus est.

1453. die Andreæ.

1480. Stephanus natione Lipsensis, episc. Troiæ Neapolitanæ, etsi frater ordinis erat, tamen à Bernardo ordinis magistro excludebatur. donec tandem Liuoniam ingressus & contumeliosè exceptus, nec habens, direptis ecclesiæ bonis, vnde se honestè aleret, statim mœrore extinctus est. Rigenses interea arcem Dunemund longa obsidione fatigatam occupant. Postea Arcem ordinis, vrbi suæ contiguam, capiunt, & demoliuntur. 1485.

1485. Michaël Hildebrandus Reualiensis, vicesimus à S. Menardo: ab Ordine creatus.

1475. Ioannes à VVolthuse magist ordin.

1477. Bernardus à Borc bem Rigam irrito conatu ob & paulo post à Fratribus dep tur.

1488. Ioannes Freydag à Lo houe, bellum Rigense continu sed prælio victus est. postea d ad Nouam molam Rigenses p gauit, & obsedit, qui foris ab h bus, & in vrbe à militibus suis g ter adiicu, de pace facienda co

1492. Ruſſica Nerua, è regione Liuonicæ, primùm ædificata.

1494. Germani mercatores, Neugardiæ in Ruſſia, per Moſcum in vincula conjecti.

Controuerſiæ inter Ordinem & ciuitatem Rigenſem, epiſcopis Derbatenſi & Curoniensi dijudicandæ, vtrinque permittuntur. Qui arcem Dunæmundam Ordini reddendam, & alteram ad mœnia vrbis, ſine munitionibus tamen, inſtaurandam ſumpſit Rigenſium, pronunciarunt. 1486.

1509. CASPAR LINDIVS, Chamæ in VVeſtphalia natus. cuius poſtremis temporibus Religionis in Liuonia mutatio inchoata.

1524. IOANNES BLANKEFELD I.C. ♁1527.

1527. THOMAS SCHONINGVS conſulis Rigenſis filius.

1530. VVILELMVS, marchio Brandeburgenſis coadiutor à Thoma aſcitus, in Liuoniam venit.

pacem Liuoniæ optimis conditionibus extorſit. Liuonicum etiam ordinem, Pruſſiæ Magiſtro antea ſubiectum, certa pecuniæ ſumma, Alberto ad bellum Polonicum ſe inducenti perſoluta, liberauit, ac princeps imperij factus (1513.) vſque ad annum 1535. Liuoniæ in ſummo flore tum exiſtenti præfuit.

1539. Thoma defuncto, VVILELMVS plenam Archiepiſcop. adminiſtrationem adeptus.

1547. Rigam pompa ſolenni primùm ingreſſus eſt.

1554. Chriſtophorus dux Megap. coadiutor archiepiſcopi Rigenſis factus.

1556. Bellum Liuoniæ inteſtinum. VVilelmus arch. & Chriſtophorus coadiutor ab ordine capti.

1557. A Sigiſmundo Poloniæ Rege liberati, & in priſtinam dignitatem & ditionem reſtituti ſunt.

1563. VVILELMUS Archiepiſcopus ♁. Chriſtophorus dux Megapolenſ. à Polonis captus eſt. atque hic finis Archiepiſcopæ Rigenſis fuit, Poloniæ Regibus deinceps ſubactæ.

1495. VVALTER à PLETTENBERG, Heroica virtute & felicitate excellens, ordine 43. à Vinnone primo fratrum Gladiferorum Magiſtro in Liuonia inſtituto, quadrageſimus primus ab Hermanno, qui fratrum militiæ Teutonicæ ordini Boruſſiaco primus ſe coniunxit, hac conditione inter cæteras ſancita, vt in Liuonicum ordinem ſoli VVeſtphali nobiles: in Boruſſia, ſoli ſuperiores Germani reciperentur. Hic VValterus, non ſolùm inteſtina Liuoniæ bella, Rigenſibus, qui arcem principis vrbi adiunctam demoliti fuerant, ad reædificandam illam & alia debitæ obedientiæ officia reductis; ſapienter & feliciter compoſuit: verùm etiam duobus magnis prælijs, Moſcos primùm in Liuonia (1501.) & ſequenti anno ad Pleſcouiam ſuperauit, & quinquaginta annorum

1536. HERMANNVS HASENKAMP.

1549. IOANNES REKIVS.

1551. HENRICVS à Galen.

1557. VVILELMVS à Furſtenberg.

1558. Initium belli Moſchici, quod 24. annos durauit. Moſcus Neruam & Derbatum, Liuoniæ propugnacula occupauit.

1559. GOTHARDVS, poſtremus ordinis magiſter, DVX CVRLANDIÆ primus, à Sigiſmundo Auguſto, exeunte 1561. creatus. Princeps optimus, veræ Religionis nutricius, Iuſtitiæ & pacis cuſtos fidelis, paterna bonitate & omnibus laudati Herois virtutibus illuſtris, placido & beato fine vitam in terris ſuam concluſit, die 17. Maij, anno 1587. cui filius FRIDERICVS, paternæ ditionis & virtutis hæres, in gubernatione patriæ ſucceſſit. De cæteris mutationibus Liuoniæ, noſtrâ memoriâ, totos 25. annos, bellis ferè continuis adflictæ, & per vicinos reges, Moſcouiæ, Poloniæ, Sueciæ, Daniæ, diſcerptæ, hiſtoriam, ſuo poſtea loco, diſtributis in ſingulos annos, rerum maximè memorabilium expoſitionibus, fideliter recitabo.

Liuoni-

MOSCOV

Liuoniam ab ortu & borea vndiquaque cingunt seu Russiæ, eadem cum cæteris Sarmatis, Polonis & Boëmis lingua, sed dialect modum differente, vtentium, regiones amplissimæ; à glaciali Oceano & Suec Norvvegiæ finibus, ad Mœotin ferè & pontum Euxinum, & Tyram fl. ac mo Carpathum porrectæ. nam Podolia etiam, boreali Tyræ fl. ripæ adiacens, & V nia ac Russia ad Carpathi radices sita, cuius episcopi sedes Leopolis est; Russi gentium prouinciæ sunt, iam Poloniæ regno subiectæ. Moscorvm aut Moscouitarum nomen, vni ex multis Russorum borealis oræ populis, non i dem, ab arce & flumine Mosqua, in Occam & VVolgam se exonerante, tribu ptum est. cum ante 200. annos, Iohannes quidam dux, Danielis filius, sedem ibi constituisset. cuius posteri, suo quodam fato crescentes; vicinos Russoru pulos, in multas ditiones diuisos, & feraliter inter se. diffidentes; paulatim c bijs, successionibus, vi & fraude sibi adiunctos, longè Moschis nobiliores & p tiores, imperio suo subdiderunt. vnde Moschorum nomen, in omnes illis sub nationes, quarum nomina in titulo suo enumerare magni Moscouiæ duces s propagatum est. Possidet autem hoc tempore Moscus ingentem septentrio orientis tractum, à mari Balthico seu Finnico, vsque ad mare Caspium, (in littore Astracana sita est) & à Mœotide palude vsque ad mare glaciale. Sed m em ac orientem versus, qua Tattarorum excursionibus assiduis patet, perpetu solitudines sunt, adeò vt per multa milliaria nonnunquam in ditione illius itet ens, incolam nullum reperiat. boream verò & occasum spectantes regiones c res & populosiores sunt.

Ciuitates imperij illius, frequentia populi & magnitudine celebriores Mosqua, Smolenza, Nouogardia, Plescouia, & Tueria. versus boream Vol centum à portu S. Nicolai milliaribus. versus ortum, Casan & Astracan. Mo domus pleræque sepibus & viminibus circumseptæ, formam rusticarum in Ge nia referunt. Templa lignea sunt. Arces tantùm principis duæ, sibi mutuò c rentes, lateritiæ sunt: à Basilio, Ioannis patre primùm, Mediolanensis arch opera splendidè ædificatæ. quarum alteram Palatium principis, & templa aliqu lapide; alteram, officinæ opificum plateas occupantes, exornant. Smolentia Novogardia, Plescouia, pari ferè populi frequentia, summùm viginti hom millia, pueris etiam ac fœminis numeratis, continere existimantur. Arces & nitiones Moscouiæ, muris lateritijs cinctæ, sunt; vrbs Plescouia, oblongi tria formam habens, quam mediam alter murus, triaque apud eum succedentia ca muniunt. Item arces Mosquæ: Novogardiæ, quam anno 1581. primùm, agge & propugnaculis muniri per architectum Romanum Ioannes curauit. Sloboda 20. milliar. Mosqua distat. Staricia, ad Volgam fl. Parcouiæ, Iaroslauiæ, Iv vveseræ in albo lacu. Cæteræ, aggeribus vimine contextis, vt Smolentia, c editiore in loco supra montem cum templo imminet, vel trabibus arborum c xis, in medio arena vel humo repletis, sese tuentur. Quæ omnia, ciuitates, o arces, pagi, syluæ, agri, lacus, flumina vnius principis, quem illi magnum Cza gem, seu Imperatorem vocant, imperio & nutui subsunt. & quidquid singula modi ferunt, in vnius principis fiscum congerunt.

Duces ac comites, qui dominium vtile in bonis feudalibus liberum possi & ad hæredes eadem transmittant, nulli sunt. addicit quidem pagos & agros nullis, sed rusticorum operis nihilominus vtitur, & rursus, cum libet, adimit vt absolutum in subditos omnium rerum imperium habeat: & vicissim tan Deus à subditis colatur, eique obedientia omnibus in rebus, absque vlla recu ne præstetur. Nam quidquid ille agit aut molitur: quantumuis iniquum & subditis videatur: Dei voluntate ac nutu geri existimant. Summum etiam re nis & pietatis studium præ se ferre princeps Moscorum, ipsiusque proceres tur, dum singulis diebus ordinarias preces suas absoluunt, & domi templa cre mè adeunt. Gubernationis negocia & iustitiæ administrationem, per duo

Co

Consiliarios assiduè in aula præsentes obit, quorum nomina anno 1582. fuerunt: Ioannes Fœdorvvitz seu Theodori filius. Mikita Romanovvitz, ex cuius sorore Anastasi, magno duci nupta, Theodorus præsens Moscouiæ Imperator natus est. Andreas Solcanouius cancellarius. Basilius Solcanouius. Bogdan Iacovvlevvitz. Micis Nicuera. Basilius Ioannis Zugin. Theodorus Ivvanovvitz & Simeon frater, Ioannis quem primo loco nominaui filij. Ignatius Tatiscouius. Abain Voiecouus. Michaël Andreæ Beginus. In hos, præfecturæ artium & ciuitatum in toto Moschi imperio distributæ sunt: à quibus literas & libellos supplices principi inscriptos accipiunt, eiusdemq; nomine respondent. Princeps enim ipse nullas epistolas accipit, nec vllis ad subditos suos, vel alios etiã principes ferè literis, manu sua subscribit.

Episcopi in vniuerso Moscorum imperio vndecim sunt, quos Vladiccas illi, i. oeconomos & dispensatores sua lingua nominant. sacerdotes verò seu presbyteros, Poppos & archipoppos. Horum metropolita, qui à Constantinopolitano Patriarcha olim confirmabatur, (nunc à solo magno duce delectus, per duos aut tres episcopos consecratur, ac cùm libet principi, remouetur) Mosquæ residet. Quæ vrbs ad fluuium Ἰακώβιμον ad grad. long. 66. lat. 55. sita, magni Moscouiæ ducis Regia est, & à Smolenza centum: à Nouogardia, occasum æstiuum respiciente, 120. à Vuologda, septentrionem spectante 80. à Casano, ad orientem Volgæ adiacente, 60. milliaribus Germanicis distat. Episcopi, ex monachis, velut sanctioris vitæ hominibus deliguntur, quorum monasteria frequentissima, in Mosci imperio, omnia tamen eiusdem vestitus & ordinis sunt, cuius D. Basilium autorem referunt. Christianam enim religionem, à Græcis primùm Russi acceperunt, circa A.C. 980. cùm Anna soror Imp. Constantinop. Vlodomiro Russorum principi Kyouiæ sedem habenti, nupta esset. Itaque in hodiernum vsque diem, Græcæ ecclesiæ ritus conseruant. Archiepiscopi, metropolitæ subiecti, duo sunt, alter Novogardiæ magnæ ad Lovvatum (qui in Finnicum sinum supra Coporram effusus, Nyr, vt existimo, appellatur) alter Rostouij, quod 34. milliaribus Germanicis versus boream à Mosqua distat. Reliquorum octo episcoporũ sedes sunt: Smolenza in finibus Lithuaniæ. Casanum ad Volgam. Tvveria 36. milliaribus Germanicis à Mosqua versus occasum æstiuum, Volgæ adiacet. Rezan ad ortum hybernum versus Tanaim, 36. mill. Susdalia 44. VVologda versus septentrionem à Mosqua 80. à portu S. Nicolai 100. milliaribus. Columna 18. versus Rezaniam. Cortiza proximè ad Mosquam. Hi, diœceses suas raro aut nunquam ipsi inuisunt, ne quam conspirationis cum subditis suspicionem tyranno præbeant, sed in monasterijs ἡγουμένους seu præpositos, & in oppidis quibusdam laicos, vitam sacerdotum obseruantes, habent. In Scholis, legere duntaxat & scribere pueri docentur, nec Academiæ vel collegia in toto Mosci imperio vlla existunt: tum vt hæreseon, quas eruditione præstantes ferè excogitant & tuentur, occasiones præcidantur: tum ne principe ipso sapientior & doctior quisquam videatur. Quem solùm omnia, præsertim ad omnium gentium religiones pertinentia, scire, & omnes nodos ac difficultates vno verbo posse expedire, subditis persuasum est.

Fuit autem Moscouiæ Rex seu Dux magnus, anno 1500. Ioannes, Basilij cœci (quem fratris filij regnum inuadentes oculis priuarant) filius: Basilij & Sophiæ, Vitoldi Lithuani filiæ, nepos: Demetrij pronepos, qui Ioannes potentia & felicitate omnibus suis maiorib. longè antecelluit.

Daniel.

Ioannes castrum Mosquæ vrbis primus incoluit.

Ioannes.

Demetrius.

Basilius anno 1400. floruit. Vxor Sophia, Vitoldi Lithuani filia.

Basilius cœcus.		Georgius.
Ioannes magnus.	Andreas.	Demetrius.
⊕ 1505.		
Basilius. ⊕1535.	VVoldemirus.	Andreas.

α

IOANNES noſtri temporis tyrannus. ⊕1584.
THEODORVS præſens Moſcouiæ Dux.

β

MARIA, Magni Holſati coniunx.

IOANNES verò magnus, primus ſe Monarcham totius Ruſſiæ ſcripſit, & præ cæteras, ampliſſimam ducis Tvverenſium Michaëlis, cuius ſororem Mariam con
1407. gem primùm habebat, prouinciam: & Nouogardiam magnam, vrbem potenti
1500. mam, & emporio celebri, ab omnium harum vrbium mercatoribus frequentari l lito, illuſtrem, imperio Moſchico adiecit: & hoc anno latè in tota Ruſſia dominat filiæ ſuæ Helenæ maritum Alexandrum, Caſimiri Poloniæ regis filium, magnum L thuaniæ ducem, miſſis in Lithuaniam exercitibus, oppugnabat: ducatum Smole ſem, & reliquas ad Boryſthenem Ruſſiæ prouincias vſque ad Berezinam fl. maior bus ſuis ademptas à genero repoſcens. Etſi autem Seuerienſium principum ſponi ſe ipſi ſubijcientium, & alia aliquot territoria, Alexandro, nec virium, nec animo rum ſatis, contra tam potentem hoſtem habenti ademit, & ſequenti anno in Lithu:
1501. niam & Liuoniam exercitus remiſit: tamen à Magiſtro Liuoniæ VValthero à Plet tenberg, duobus prælijs victus, ad pacis conditiones, vtrique prouinciæ, tum fœde
1755. ratæ, tolerabiles deſcendens, Liuonis quinquaginta, Lithuanis ſex annorum indu cias conceſſit, & paulò poſt moriens, filio Baſilio, quem ex altera coniuge Sophia Thomæ Palæologi filia ſuſceperat, imperium florentiſſimum tradidit.

Finitimi autem Moſcis verſus meridiem, & iam perpetui ferè illorum hoſtes, olim patroni & ſuperiores domini erant, Crimei TATARI, quorum rex ſummus, in Taurica Cherſoneſo ſedem habens, Mendlikerei, aſſiduis incurſionibus Poloniam ſub Ioanne Alberto rege vexabat. Primùm autem TATARI, poſt annum Chriſti 1200. in Sarmatia Europea, Viſtulæ & Tanai incluſa, clarius innotuerunt. cùm va-
1228. ſtatis Suſdalis & Smolenſibus Moſcorum prouincijs, & KYOVIA Ruſſiæ metropoli
1241. funditus deſtructa, bipartito agmine Poloniam & Vngariam ingreſſi: Sendomiria & Cracouia (à Boleslao Pudico deſertis) & Vratislauia potiti ſunt, & Henricum Pium Sileſiæ ducem, S. Hedvvigis filium, ad Ligniciam, cum exercitu trucidarunt. Inde in Morauiam ſecedentes, & incendijs ac cædibus totum menſem graſſati, tandem ſe imperatori ſuo Batho ſeu Baydo, in Vngaria rurſum coniunxerunt; quam, rege Vngariæ Bela IV. profligato, totam interea peruagatus erat. Cumque bien-
nium in ea conſumſiſſet, per VValachiam & Podoliam, trans Boryſthenem & palu-
1246. dem Mœotidem in Tatariam redijt. & quanquam Innocentius IV. miſſis ex concilio Lugdunenſi ad eum legatis, vt Chriſtianam religionem amplexus, pacem cum Chriſtianis coleret, rogabat: tamen aliquot annorum inducijs tantùm orbi Chriſtiano conceſſis, Mahometicam perfidiam, perſuadentibus Saracenis, ſectatus eſt. Tatari, ciuitates & domos pleriq; nullas incolunt, ſed ἀμαξόβιοι, Nomadum inſtar, in 4 campis Sarmatiæ & Scythiæ ampliſſimis, cum vxoribus, liberis & pecoribus, agminatim vagantur: & in certas Hordas ſeu Agmina, ſub certis ducibus diſtincti ſunt.

Quibus omnibus Imperator Tatarorum ſupremus, in Cathaia, ad mare orientale reſidens, & totam Scythiam intra & extra Imaum, imperio ſuo tenens, præpoſitus eſt, quem Vlu Cham, magnum ſeu excelſum Dominum, nominant. ſicut alioquin Tataris & Perſis aliquibus, Reges & principes, etiam minorum gentium, Chams dicuntur.

Seriem ſummorum Chanum ſeu primorum Cæſarum Tataricorum, hoc ordine recenſent: CHANGIVS Chan (Haithono cap. 16. 17.) Chingis Chan, Vincentio: Chinchis, Paulo Veneto ſcribitur) Primus Tatarorum Imperator, circa Ann. C. 1188. excuſſo Indorum imperio, & Dauide rege interfecto. HOCCOTA CHAN (ab Haithono ca. 18. Cuti vel Cui, à Paulo Veneto: Ocedai, à Vincentio nominatus) miſſis

missis versus meridiem & occidentem ducibus filijs, Turcas in Asia, & varias gentes alias, oppressit.

Cap. 20, 21. Haithoni. | Iachin regnum Turquestan & Persidis partem occupauit. | Baydo seu Batus Cumanos profligauit, Poloniam, Vngariam, Silesiam, peruagatus 1236. 1240. & deinceps. | Gohadaia. | GINO Chan, alijs Barchin, Vincentio Cuyne. | ALLAV

MAGVS Chan vel Mangu Chan baptizatus: a rege Armeniæ contra Saracenos excitatus 1252. | CVBLAI magnus Chan incipit circa A. C. 1260. imperauit 42. annos, à Paulo Veneto celebratus. | HAOLONVS vel Hyelonus dux Magij Chami, Assyriam, Babylonem 1258. & Syriam 1260. occupauit.

Chingis ante patrem obijt. | Abaga filius successit 1264. ⊕ 1282. | Mahomet persecutor Christianorum cap. 35. Haithoni.

TEMVR Chan cap. 47. Haithoni. post annum Christi 1300. imperauit, cuius successorum nomina in nostris historijs nondum quod sciam extant. | Argonus cœpit 1285. ⊕ 1288.

CASANVS Aegyptium Melec-naser vincit 1300. cap. 41. 42. Haithoni, cœpit Damascum & proditione statim amisit. | Carbaganda.

Temirem verò seu TAMERLANEM, qui Baiazetem Turcam captum caueæ ferreæ inclusit (1397.) non ex nobili ac Chanum serie natum, sed ex pastore latronem, ac exercitus ductorem, & tandem Imperatorem potentissimum, regis Cathaiæ hostem fuisse, Chalcondyles testatur, tres filios reliquit: Scharokum, Persiæ; Miramslam, Persarmeniæ seu Taurisij; & Piangurem, fratris Scharoki absque liberis defuncti in Persia successorem. Cuius filius Tzokies seu Zensas lacessens VSVNCASSANEM Armeniæ tum Regulum, prælio interfectus est, 1454. Qua occasione Persiam Vsuncassanes primum occupauit.

Mentio postea fit, inter Sarmatiæ Asiaticæ Tataros, Zavolgensium seu Zahadiensium, qui à Volga fl. versus orientem, ad mare Caspium & Turcomeniam vsque pertinent: Temiri Zar, qui Vitoldo Lithuano & Vladislao Polono contra Crucigeros opem tulit 1310. Item Mahometis, Achmetis, & Cziachmetis, qui à Lithuanis contra Præcopitas Tataros euocatus, (1500.) Caunæ tandem in custodia obijt.

Vlani verò, seu Tatari Præcopenses, Crimæi vulgo dicti, in Sarmatia Europea inter Boristhenem & Tanaim vagantes, Moscis & cæteris Russis finitimi, quorum Imperator, in Tauricæ Chersonesi (quam Præcop (fossatum) hodiè Tatari appellant, quod ab ortu, Bosphoro Cimmerio, ab occasu Isthmo, latè perfosso, à continente seiuncta sit: 24. milliaria in long. 5. in latit. patens) oppido Chrim residet. Seriem Principum hoc ordine recensent. Vlan Czar. Tachtam Zar. Seidachmeth, pulsus ab Acikerio, qui septem filios habuit.

Heider, pulsus à fratre ad Iohannem Moscouiæ Ducem fugit, & Casanæ præfectus est. | Mendliger, circa annum Christi 1500. floruit. Turcorum auxilijs fratrem eiecit; nouem filios habuit.

Mahomet Czar. | Achmet. | Bethi, submersus. | Burnas. | Mularec. &c.

Deulet Czar.

Machmet rex Tatarorum circa A. C. 1570. 1580. | Adlei, à Persis captus & necatus. | Hali. Salomet, ad Polonum profugi, in Turciam missi, 1584.

Sadit.

CAZANENSES & Ceremissi ad Volgam fl. magno duci Moscouiæ iam i iecti. & Occassi seu Nagaienses, qui circa A. Christi 1450. à Zauolgensibus, septen ones versus, filijs Occassi, insignis & strenui Herois, iniustè interfecti ducibus, f cesserunt. Anno autem Christi 1500. euocatus à Polonis & Lithuanis Zauolg sium Tatarorum princeps Schahmet, traiecto cum multis millibus Tatarorum, VV ga & Tanai fluminibus, Mendlikereium occurrentem acri & cruento prælio ad K uiam, quo à legatis Polonorum deductus erat, cædit. Sed filius Mahmetkereius, staurato bello, Schahmetem ad Kyouiam cum suis desidentem, & Polonorum Lithuanorum promissa ex fœdere auxilia frustrà expectantem, rursus ex improui opprimit & profligat. qui cum paucis fugiens Kyouiam, à præfecto loci Vilna transmissus est. vbi cùm fugæ consilia aliquoties cepisset, petentibus Mendlikerei l gatis, ad perpetuos carceres damnatus, & Caunam deportatus est. Cazanæ Tatar cæ rex Machmedemin filius Abrahami & Nursultanæ, Magnum Moscouiæ ducer vt aliqui ipsius antecessores, initio superiorem agnoscens, postea ab eo defecit. vnc varia & diuturna inter Moscum & Cazanenses bella exarserunt, donec tande Ioannes præsens Moscorum tyrannus, vrbe Cazano expugnata, & regibus capti toto illo imperio Cazanensi nostra demum memoria potitus est anno 1551.

2588. POLONIÆ regnum, ducenta milliaria, hoc tem pore, à Viadro ad Boristhenem, & totidem à Tyra ac montibus Sarmaticis, ad Par naulam Liuoniæ, patens; in Poloniam maiorem, ac minorem, Russiam & Prussiam Lithuaniam, & Liuoniam; & hæ prouinciæ rursus pleræque, in Palatinatus & Ca stellanias, seu territoria certa, distinctæ sunt. PALATINI seu VVeivvodæ, duces co piarum suæ quisque satrapiæ in expeditionibus bellicis: & in pace, conuentuum & iudiciorum Nobilitatis, præsides: & ludæorum patroni ac iudices: existunt. Quin decim antiquitus in Polonia, & adiuncta illi Russia sunt. Cracouiensis, Posnanien sis, Sendomiriæ, Calissiæ, Siradiæ, Lenciciæ, Breste, VVladislauiæ, Leopolienses siue Russiæ, Podoliæ, Lüblinensis, Belsensis, Plocensis, Masouiæ & Rauensis; & in Prussia, Culmensis, Mariæburgensis & Pomeraniæ. in Lithuania alij decem. CA stellani, quasi legati sunt Palatinorum, ductoresque ac præsides Nobilitatis, sub suo quisq; Palatino, & in suo quisq; territorio, vbi nullam alioqui iurisdictionem, domi nium, aut curationem, præter hanc bellicam legationem, habent. Suntq; Castellani in Polonia sexaginta quinq;, quos recensere non arbitror esse operæprecium. CAPITA nei verò, præfecti sunt arcium, oppidorum ac redituum regiorum, & custodes pacis & tranquillitatis publicæ in sua quisq; præfectura, latrociniorum, furtorũ, aliorumq; scelerum vindices, & rerum iudicatarum executores. Ideoq; iurisdictionem & coër citionem amplissimam habent. Horum vices gerunt Vicecapitanei, Burggrauij vul gò dicti; & iudices Castrenses, qui sexta quaque septimana, de certis causis crimi nalibus & ciuilibus, etiam aduersus Nobiles, qui prædia nulla habent, ius dicunt. Sunt autem præfecturæ, in vtraque Polonia, circiter quinquaginta. In Prussia regali, octodecim.

Senatus Regni ex episcopis nouem, Palatinis quindecim, castellanis 65. & officialibus regni Marscalcis, & Cancellarijs, & Thesaurarijs antiquitus constat. Episcopi sunt, Gnesnensis & Posnanensis in maiore Polonia. Cracouiensis in minore. Vladislauiensis in Cuiauia & Pomerania. Plocensis in Masouia. Leopolienses, Præmyslienses, & Chelmensis in Russia. Camenecensis in Podolia. Consiliarij maiores vocan-

vocantur episcopi, Palatini & sex Castellani, Cracouiensis, Posnaniæ, Sendomiriæ, Califiæ, Voinicien sis, Siradiæ. Reliqua turba Castellanorum minores habentur.

Comitia rex celebrare volens, cum maioribus consiliarijs primum de tempore, loco, & negocijs proponendis, per literas communicat. Deinde Nobilitatis conuentus particulares, in singulis Satrapijs, indicit; quæ legatos certos, seu nuncios Terrarum, ad comitia deligit. nec sine his nuncijs legitima comitia habentur. Considentibus autem in corona, Rege, & consiliarijs, Secretarij & nuncij Nobilitatis, & vnius ciuitatis Cracouiensis, ponè astant. De negotijs verò à Cancellario propositis, soli consiliarij ordine sententias dicunt. Quibus auditis, nuncij secedêtes, ijsdem de rebus, & alijs inter se consultant. Reuersi, eâdem, siue alia die, non modò de capitibus à rege propositis, sed alijs etiam quibuscunque, ad libertatem, & prærogatiuas nobilitatis, & leges publicas, pertinentibus, quod iudicant Reipublicæ vtile, postulant, reladmonent. De ijs denuò in Senatu consultatur, nec rata habentur de talibus negotijs decreta, nisi terrarum nuncij assentiantur. In iudicijs verò, de capite & fama nobilium, & cæteris omnibus causis, per appellationem eò delatis, Rex cum senatu solo decernit.

Regem in comitijs, Senatores & reliqua nobilitas regni eligunt. Fuit autem Regis potestas initiò multò liberior. Sed à Ludoico Vngaro primùm; deinde à Iagellonibus, iurium Regalium nerui & artus, nimiam ferè libertatem, Nobilitati indulgendo, admodum inciſi sunt: nam & episcopi, eorumque subditi, à iurisdictione regis ferè immunes ac exempti sunt. & de viri Nobilis capite, & fama, exceptis paucis casibus, Rex non, nisi in comitijs regni, cum Senatu iudicare potest. nec sine senatus consensu, bellum suscipere vllum, nec fœdus facere, nec tributa, aut vectigalia instituere, nec de bonis regni quidquam alienare, nec successorem sibi eligere, nec vllam rem grauiorem, ad Rempub. pertinentem, statuere aut facere ipsi licet. Tributa etiam regia, de singulis agrorum iugeris, quæ olim 12. grossi erant, ad duos Ludoicus redegit. & quartam reliquiarum de cæteris reditibus regijs, Sigismundus Augustus, in ærarium regni, ad sumptus bellicos deponendam, accidit.

Rexerunt autem Poloniam, circa vtramque Vistulæ & VVartæ ripam, cùm nondum Russicas & Lithuaniæ prouincias amplissimas haberet coniunctas; sui generis & sanguinis Polonici principes. ac vnica PIASTI, quem ciuis Crusuicensis in diœcesi Gnesnensi filium, extincto Popielo, propter eximiæ virtutis & prudentiæ opinionem proceres principem elegerunt, familia, ad longam posteritatem, annis circiter quingentis, Gubernatores ac Reges Poloniæ dedit. Abnepos enim Piasti fuit Mieciſlaus, qui Christi religionem primus in Polonia propagare cœpit, pater Boleslai ueris, primi POLONIAE REGIS, ab Ottone III. Imp. creati, à quo continua series est regum ac principum, vsque ad mortem Casimiri magni, qui Russiæ prouincias aliquot regno Poloniæ primus vniuit: &, cùm liberis ex se natis moriens careret, sororis filium, LVDOICUM Vngariæ regem, præteritis agnatis Masouiæ & Sileſiæ ducibus, successorem sibi, de consensu senatus designauit. cui defuncto, post diutinam procerum regni deliberationem, magnus Lithuaniæ dux, IAGELLO, Olgerdi filius, GEDIMINI (qui Vilnam anno 1306. condidit) nepos; huc vsque Idolatra ethnicus, ducta in matrimonium filia Ludoici Hedvvige, & sacro fonte ablutus, in regno Poloniæ succeſſit, & ampliſſimas Lithuaniæ ac Russiæ illi coniunctæ prouincias, cum Polonia primus copulauit. Huic seni, ex quarta coniuge, Sophia, Kyouiensium ducis filia, Vladislaus & Casimirus nati sunt. ex quibus ille, admodum adolescens, patri in Polonia & Lithuania; deinde Alberto Cæsari defuncto in Vngaria quoque successit. Vbi aliquot de Turcis potitus victorijs, hosti Amurathi contra Caramanos in Asiam profecturo, petenti, pacem iureiurando confirmatam dedit. quâ, instinctu Iuliani Cardinalis, legati Pontificij, altero anno violata, ducens in Thraciam exercitum, apud Varnam cum Amurathe ex Asia reuerso conflixit, ac penè victor, subitò conuersa fortuna, toto ferè Christianorum exercitu, horrenda & miserabili strage à Turcis profligato, fortissimè dimicans interijt. cui hoc epitaphium quidam compositit: 1444. 10. Nouem.

Romulidæ Cannæ, ego Varnam clade notaui: Discite mortales non temerare fidem. Me nisi Pontifices iussissent rumpere fœdus, Non ferret Scythicam Pannonis ora iug

Post Vladislaum, ad Varnam cæsum, CASIMIRVS frater minor, Polo regnum consecutus est. Qui Borussiam totam, & Pomeraniæ partem, sponte dentibus se ciuitatibus præcipuis ab ordine militum S. Mariæ Teutonico defici
1454 tibus, & ipsum ordinis Magistrum tredecim annorum bello fatigatum, coronæ re
1466. tandem subiecit. Huic ex Elisabetha, Alberti Cæsaris filia, & Ladislai Vngariæ Boëmiæ regis sorore, sex filij, in quibus quatuor Reges fuerunt, & totidem filiæ tæ sunt. ex quibus Hetvvigis, Georgio duci Bauariæ Landshutensi, auo Otto Henrici electoris materno: Sophia, Friderico marchioni Brandeburgensi, in Franconia sedem habenti: Anna, Bogislao X. duci Pomeraniæ 1491. Barbara, Georg duci Saxoniæ 1496. Elisabetha, Friderico Lignicensi elocatæ, illustrissimas toti Germaniæ principum familias, arctissimo affinitatis nexu, Poloniæ regibus deui xerunt. Filiorum natu maximus Vladislaus, Boëmiæ regnum post Georgium Pogiebradum, ac mortuo Matthia, etiam Vngariam obtinuit. Casimirus & Iohanne Albertus, Vngaris quibusdam post Matthiæ mortem, regem à patre petentibus propositi sunt, sed his dissensione partium desertis, Vladislaus primogenitus, regin Vngarorum Beatricis viduæ, coniugium illius expetentis, opera potissimùm adiutus, cæteris fratribus prælatus est. nec longo tempore post, Casimirus iuuenis, in Lithuania obijt. Fridericus archiepiscopus Gnesnensis & Cracouiensis, ac ecclesiæ Romanæ Cardinalis fuit. Ioannes Albertus, Alexander & Sigismundus, post patrem anno 1491. defunctum, in Polonia ordine regnarunt.

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Jackson, Frances G., Case No. 74-0872, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/22/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Kennedy, George H., Case No. 74-0871, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Lawrence, Helen I., Case No. 74-0870, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Martin, Walter J., Case No. 74-0869, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/20/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Nelson, Betty L., Case No. 74-0868, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/21/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Owens, Robert M., Case No. 74-0867, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/22/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Parker, Mary A., Case No. 74-0866, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Quinn, Thomas E., Case No. 74-0865, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Roberts, Dorothy J., Case No. 74-0864, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/20/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Smith, Robert A., Case No. 74-0863, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/21/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Taylor, Barbara J., Case No. 74-0862, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/22/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Upton, Richard M., Case No. 74-0861, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Vance, Linda S., Case No. 74-0860, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Walker, Edward B., Case No. 74-0859, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/20/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Young, Helen M., Case No. 74-0858, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/21/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Zimmerman, Gerald W., Case No. 74-0857, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/22/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Abbott, Nancy E., Case No. 74-0856, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Bennett, Charles D., Case No. 74-0855, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Clark, Dorothy L., Case No. 74-0854, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/20/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Dixon, Kenneth R., Case No. 74-0853, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/21/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Ellis, Margaret H., Case No. 74-0852, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/22/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Foster, Paul J., Case No. 74-0851, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Gray, Ruth E., Case No. 74-0850, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Hughes, Harold G., Case No. 74-0849, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/20/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Ingram, Dorothy M., Case No. 74-0848, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/21/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Jackson, Edward F., Case No. 74-0847, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/22/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Kennedy, Frances G., Case No. 74-0846, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Lawrence, George H., Case No. 74-0845, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/23/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Martin, Helen I., Case No. 74-0844, Motion to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate Filed 1/20/76

Motions to Extend Time for Filing Proof of Claim Based on Boilerplate

Nelson, Walter J., Case No. 74-0

♂ Imp.⊕ 1440. | ♁ Austriaco.

LADISLAVS posthumus ⊕1457. cui Georgius Poiebradus, Victorini filius: & hoc extincto, VLADISLAVS, Casimiri Poloni filius, successit 1471.

FERDINANDVS, archidux Austriæ, rex Boëmiæ & Vngariæ factus 1527. ⊕ 1564. — ANNA, vxor Ferdinandi. — Ludoicus Boëmiæ & Vngariæ rex, à Turcis cæsus 1529.

MAXIMILIANVS II. Imp. ⊕ 1576.

Rodolphus II. Imp. præsens moderator regni Boëmiæ. cuius, versus ortum & boream, Morauia, SILESIA, & vtraque Lusatia, prouinciæ ac membra sunt.

Erat autem SILESIAE episcopus anno 1500. Ioannes IIII. humili quidem loco, VVembdingæ in Sueuia ortus, sed patientiæ, virtutis, doctrinæ, & iudustriæ commendatione potissimum ad sublimem hunc dignitatis gradum euectus. Cùm enim adolescens, Laurentium Vallam in Italia studiosè audiuisset, & Aeneæ Syluio, Philelpho, Guarino, & cæteris illius ætatis viris doctis notus & carus esset; Aeneæ commendatione Fridericus III. Imp. eum in aulam ascitum Lauentinæ ecclesiæ episcopum fecit: postea in Matthiæ regis Vngariæ familiaritatem peruenit, qui VRATISLAVIAE episcopum creauit. Fuit hic Ioannes tricesimus quartus à Godfrido Romano, primo Silesiæ episcopo, quem in pago Smogra, prope Namslauiam (paucis à Vratislauia Poloinâ versus milliaribus) Miecislaus Polonię princeps primùm CHRISTI fidem amplexus A.C. 966. collocarat: vicesimus septimus à Hieronymo I. qui sedem collegij Vratislauiam ad Viadrum primus transtulit. 25me à Petro Stanislai Cracouiensis amico, quem rex Boleslaus ad aram trucidauit.

Circa A.C. 1060. 1078.

VT autem in cæteris etiam gentibus Slauicis, seu Heneta lingua vtentibus, de primo Religionis Christianæ initio, lectoribus constet: primi omnium Slauorum Bulgari, fidem Christianam, à vicinis Græcis, ac proximi his Rascij, Sorabi, Bossini, Croatæ, Illyrij acceperunt. quorum euangelista & episcopus primus fuit Cyrillus, frater Methodij episcopi Morauorum. qui eodem tempore, multos ex Boiemis ac in his Boriuoium cum coniuge Ludimilla, ad fidem Christi conuertit, & citato Psalmi versu, Omnis spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei, à Pontifice obtinuit, vt Slauis sua lingua in sacro vti liceret. Miecislaus Poloniæ princeps, ducta Dambrouca Christiana, Boleslai I. Boiemorum ducis filia, baptizatus, religionem Christianam in Polonia & Silesia, quæ tum regni Poloniæ pars erat, constitutis episcopis primus fundauit, vsus in ordinandis ecclesijs, Adalberti, genere & pietatis studio nobilis, secundi Pragensium episcopi opera, qui ex Polonia in Borussiam, propagandæ religionis Christianæ causa progressus, prope Fishusen, à barbaris interfectus est, A.C. 997. die 23. Aprilis. RVSSI sub Vlodomiro, duce Kyouiensi, à quo Kyouiensium & totius Russiæ duces orti sunt; cui Anna, soror Basilij & Constantini Impp. nupta fuit, Christi doctrinam à Græcis receperunt. Quare hodierna die, Græcarum ecclesiarum ritus Russi retinent, & Metropoliten ac episcopos à Constantinopolitano patriarcha confirmatos, habuerunt. LEO VI. Constantin. VIII. Romanus.

Bulgari. 860. 890. Boiemi. 895. Poloni. 965. RVSSI. 980.

ANNA vxor Vlodomiri. — Basilius. Constan. IX. IMPP. 980. — Theodora Ioannis Zimiscæ vxor.

Ruric.

Thorius, Dux Nouogardiæ & Kyouiæ, cuius vxor OLGA Plescouiensis, seu Helena post mariti mortem, Constantinopolin ad Ioannem Zimiscen profecta, fidem Christianam amplexa est circa A. C. 900.

Suenoslaus Idolatra, in Bulgariam vsque imperij fines protulit.

Iaropolcus Kyouiæ. — Olgus. — VLODOMIRVS, Nouogardiæ oppressis fratribus

tribus ſolus imperauit, & ducta Byzantinorum Impp. ſorore Anna, Chriſti fidem profeſſus eſt. Cuius duodecim filij, omnium Ruſſiæ ducum ſtirpes fuerunt: quorum poſteri, diuturna cum Poloniæ regibus bella geſſerunt, donec tandem in Ruſſia meridionali, cuius Leopolis præcipua vrbs eſt, ſub Caſimiro magno rege à Polonis ſubacta: Kyouia verò, à Caſimiro III. demum in pruinciam redacta eſt. Lithuani ſub Iagellone principe, Poloniæ rege creato, religionem Chriſtianam receperunt. 1340. 1471.

Boëmiæ regno coniunctis hoc tempore prouincijs, Sileſiæ & Luſatiæ, verſus meridiem, Pomeraniæ verò ac Megapoli verſus boream contigua eſt 1387.

MARCHIA BRANDEBVRGENSIS:

vtra Viadrum & Albim, ortum & occaſum verſus porrecta. de cuius nomine, ac veteribus incolis, & familijs Principum & alijs DEI donis ac ornamentis in eam collatis, alibi à nobis expoſita, breuiter hoc loco repetemus. Nomen ampliſſimæ regioni, quam à metropoli, Brandeburgenſem Marchiam hoc tempore appellamus, etſi conſentaneum eſt à limite Imperij factum eſſe, quem Henricus Auceps, collocato in arce Brenni, Duce, aduerſus vicinos Henetos & Obotritos, defendi voluit, ſicut (exemplo Caroli magni, qui in Moraula & Auſtria marchiones ſeu defenſores limitum aduerſus Sarmatas, Polonos & Vngaros creauit) in cæteris etiam finibus imperij à ſe amplificati, marchiones Miſnæ; & in Luſatia aduerſus Boëmos, Sleſvvici aduerſus Danos & Iutas, Badenſes aduerſus Gallos conſtituerat: tamen non abſurdum eſſe arbitror, à veteribus incolis Sueuis Marcomannis, quorum excellens virtus & vires, & ſcientia ac gloria rei militaris, atque ipſa etiam ſedes, pulſis olim Boijs, virtute parta celebratur, appellationem deriuare.

Hos enim orientalem Albis ripam antea tenuiſſe non obſcurè oſtendit Velleius Paterculus, qui ipſe fuit in exercitu Romano, quem auſpicijs Auguſti Cæſaris, Tiberius, vſque ad Albim fluuium, domitis antea interiectis Germaniæ populis, perduxit, & cum claſſe Romana, flumine Albi ſubuecta, coniunxit. Diſertè enim inquit, cum nihil iam eſſet in Germania, quod ſe Tiberio palàm opponeret, præter gentem Marcomannorum, hos Marobaduo duce, natione magis quàm ratione barbaro, excitos ſedibus ſuis, atque in interiora refugientes, incinctos Hercyniæ ſyluæ campos, cui regioni Boiohemum nomen ſit, incoluiſſe. ac è regno Marobadui, Sueuos, Senonas & Longobardos fuiſſe Tacitus oſtendit. poſtea cùm Boëmiam Marcomanni tenerent, Morauis alteram partem Hercyniæ cingentibus, & Marchiæ flumini, & Marcomannorum campis è regione Viennæ nomen ab eis relictum eſſe, non dubium eſt. Quo in loco etſi aliquot annis poſt, M. Antoninus armis & precibus Chriſtianæ legionis Melitenæ eos repreſſit: tamen virtutem eorum ac fortitudinem non extinxit, qua incitati paulò pòſt Italiam ipſam ſub Aureliano Imp. inuadentes, ad Padum Romanos fuderunt.

Certum eſt autem, Iulij Cæſaris & nati CHRISTI tempore, Marchiam magna ex parte à vetuſtiſſimis ac nobiliſſimis Sueuorum populis inhabitatam & cultam fuiſſe: ac inter Sueuum, Hauelum, & Albim, SENONAS conſediſſe. quorum integritas, fortitudo & grauitas tantoperè à Strabone prædicatur, vt Σήνωνες quaſi σεμνὸς dici exiſtimet. ac reſpondiſſe eos ſuo nomini, maximæ res domi foriſque geſtæ, & virtutis illorum veſtigia in medias Gallias & Italiam impreſſa, & coloniæ eò deductæ, demonſtrant. Nam hodierna die in Gallia, Senonum vrbs, quæ nunc ſedes primatis regni Galliæ eſt; & in Italia, Senonum de nomine Sena; multæque aliæ à Senonibus ædificatæ, extant. & in captæ vrbis Romæ hiſtoria, Senonibus mixti fuiſſe Teutones narrantur; Quos in hac patria ſede etiam, vicinos fuiſſe, Ptolemæus oſtendit, qui non procul Margaritopoli, ad Albim, Teutonarios, & inde orientem verſus, Sueuis propinquos Teutones collocat, à quibus aliquot ſeculis nomen toti Teutonicæ genti nunc vſitatiſſimum extitit. ſicut Saxones, quibus anguſtos ad radicem Cimbricæ Cherſoneſi fines, Teutonarijs propinquos, Ptolemæus tribuit, nomine & dialecto ſua, ferè dimidiam veteris Germaniæ partem inter Rhenum & Albim, ac vlterius ad Viadrum & mare Balthicum pertinentium, occupaſſe videmus.

Quem totum tractum, inter Albim, mare Balthicum (quod ab accolis Sueuis, Sueuicum illo tempore nominabatur) Viſtulam & Harcyniam, Sueuicas nationes, Marcomannos, Senonas, Longobardos, Angilos, Varinos, Hermunduros, Elyſios, Quados, tenuiſſe, ex Cornelio Tacito, Strabone & Ptolemæo perſpicuum eſt, & ipſa Sueui fluuij, vrbem Arctoam, quæ marchionum hoc tempore ſedes eſt, præterlabentis, appellatio vetus oſtendit. ac Lucanum etiam, inter populos, qui Iulio Cæſari aduerſus Pompeium militarunt, hos Marchiæ incolas, qui in Gallia ſub ipſius ſtipendijs meruerant, recenſere meminiſtis. Fundit ab extremo flauos Aquilone Sueuos Albis. Hi poſtea laceſſiti vicinorum armis, ad loca Rheno propiora progreſſi, paulatim plura præſidia domo accita ad Rheni ripam adduxerunt: donec tandem Auguſto concedente, in Rhetia, & locis fonti Danubij & Rheno vicinis, conſederunt.

In eo autem tractu, qui nunc vetus Marchia dicitur, nomen fluuioli & oppidi Angermundæ, veterum Angariorum veſtigium eſſe, conſentaneum eſt. qui poſtea progreſſi, teſte Tacito, Bructerorum ſedes ad fontem Amaſis fluuij inter Viſurgim & Lippiam occuparunt, vbi hodierna die, oppidi & ducatus Angariorum regio eſt. His vicini ad Albim in diœceſi Parthenopæa, Longobardi fuerunt, qui clariſſimis rebus geſtis in Pannonia, & Italia, conſtituto regno, (quod etſi poſt annos 200. Franci occuparunt, tamen nomen Longobardiæ in hodiernam vſque diem retinet) celebrati ſunt: & nobiliſſimas familias Fori Iulij & Spoleti, penes quas Romani imperij titulus aliquandiu fuit, condiderunt. Ad Viadrum, Buguntis & Phrugundis Ptolemæi, à quibus Burgundos poſtea verſus occaſum progreſſos eſſe, & in Gallia regnum conſtituiſſe apparet: & ſupra hos Ruticlijs; & Sidinis, quorum metropolim Stetinum hodie nominant, vicina eſt.

Poſt fatales illas gentium Germanicarum migrationes, quæ annum Chriſti 400. ſecutæ ſunt, Henetæ & Sarmaticæ nationes, immenſis agminibus, Viſtulam & Viadrum tranſgreſſæ, totam orientalem Germaniæ oram, à Danubio ad fontes Albis, & inde ſecundum totam fluminis longitudinem vſque ad Cimbricam Cherſoneſum, & vniuerſum littoris Balthici tractum poſt annum Chriſti 500. compleuerunt, ſicut hodierna die, nõ procul à Danubio, in Morauia, in tota Boëmia, & in toto Albis tractu, in Luſatia vtraquẽ prope Miſnam & VVitebergam, & in ducatu Luneburgenſi, lingua Heneta vtentes populi ſuperſunt: & ſex vrbes Henetæ, quarum Lubeca metropolis eſt, veterem gentis ſedem oſtendunt. Etſi verò diuerſæ & varijs appellationibus diſtinctæ Henetorum nationes Marchiam, & Balthici littoris tractum Viſtulæ & Albi interiectum, tenuerunt, quas initio libri huius recitaui: tamen vni Regum familiæ omnes paruerunt, cuius longiſſima, & ex vltima antiquitate repetita ſeries, vſque ad illuſtriſs. Duces Megapolitanos, Iohan. Albertum & Vlricum fratres, Academiæ Roſtochienſis nutricios, deducta extat.

Primus autem gentes Henetas, totam hanc arctoam Germaniæ oram, à Viſtula vſque ad Albim & Salam, annis iam quadringentis poſſidentes, coërcere, & vera Chriſti religione imbuere cœpit Henricus Auceps, ex laudatiſſima Saxonicorum principum ſtirpe Imperator. qui non ſolùm ad Albim & Salam domitis à ſe Henetorum populis, epiſcopos Miſnæ & Mersburgi primos conſtituit: verùm etiam traiecto Albi, interiora Henetorum regna penetrans, cùm Brandeburgum Hauelo fl. adiacentem expugnaſſet: cuſtodem limitis imperij Germanici aduerſus Vandalos ibi collocauit SIGFRIDVM comitem in Ringelheim, fratrem coniugis ſuæ imperatricis Mechtildis, quæ collegium Quedlinburgenſe poſtea inchoauit. Sigfrido ſucceſſit GERO, cuius toties VVittikindus Corbeienſis mentionem facit: monaſterij Gerenrodenſis conditor, ab Ottone I. inſtitutus, qui propagatis ad oſtiũ Haueli vſq; imperij limitibus, collegiũ eccleſiæ in mõte Hauelbergenſi fundauit. cùm antea Brandeburgi, Miſnę, Mersburgæ & alibi eccleſias à patre fundatas perfeciſſet. Geronis filius fuit BRVMITO, Brandeburgi in monte Harlungorũ, vnà cum filijs Meinfrido, Sighardo, Hermãno ſepultus. Quorũ frater fuit HVGO ille Hetruriæ Gubernator ab Ottone III. Imp. deſignatus, qui Ottonẽ Romæ obſeſſum, conſilio pleno prudentiæ & fidelitatis libera-

927.

946.

liberauit, hic à Viterbiensi in chronicis, miles Brandeburgensis, vocatur. Is Pistorij in Italia mortuus, Florentiæ in Abbatia S. Benedicti à se condita humatus est. 1001.
cuius sepulchro hæc verba adscripta leguntur. VODONI Ottonis Imp. affini & comiti, marchioni Brandeburgensi, Hetruriæ Præfecto, quod D. Benedicto hic olim, & seralia cœnobia condidit, pij huius loci monachi, de se benemerito, sepulchrum vetustate attritum instaurarunt, anno salutis 1483. obijt anno sal. 1001. X I. Cal. Ianuarij. Huius ex fratre Sighardo nepos Theodoricus, irritato voce contumelioſa Misteuoio Henetorum & Herulorum rege vicino, Bennonis Saxoniæ ducis filiam Mechtildem ambiente, quòd non esse Heneto cani filiam principis Germanici elocandam dixerat: bello ab Henetis petitus, amissa arce Brandeburga, & omni ditione sui exutus, Magdeburgi Canonicorum eleemosynis viuens; in exilio tandem ex 1020.
hac vita emigrauit. Postea Henrici IV. Imp. tempore, cùm Heneti arcem Brand. adhuc tenerent: Theodoricus fratri Sigfrido II. comiti Stadensi, Marchiam cessit, qui Landsbergæ propè Berlinum, aulæ sedem habuit, sed à Misteuoio Obotritorum rege cum filio Vdone pulsus est. Nepos Vdo post interfectum ad Mersburgam Rodol- 1080.
phum Sueuum Cæsarem, ejectis Henetis, & recepta vrbe Brandeburga, & trans Albim quibusdam oppidis Marchiæ additis, veterem ducatus formam restituit. Huius filius patri ἀνεψιὸς, cùm biennio ante Imp. Henrici IV. obitum, conspirationem aduersus Imp. cum episcopis & principibus Saxoniæ fecisset: permissu Imperatoris, Pribislaus I. in littore Balthico rex Henetorum & Obotritorum, vt à suis maioribus amissis Henetorum ad Hauelum ditiones recuperaret: ex Marchia Vdonem eiecit.

Posteà Henricus V. Imp. OTTONI Diuiti marchioni Heliopolios (vulgò Soltwedel, fortassè à salis scaturiginibus nominant) ex vetusta familia comitum Ascaniæ & Ballenstedt propagato, & Magni ducis Saxoniæ genero, titulum & insignia Marchiæ Brandeburgensis contulit. cuius filius, ALBERTVS Vrsus, tandem recuperata, oppressis Henetis, Marchia, Mersburgi à Friderico Barbarossa Imp. inaugura- 1152.
tus est. Cumque post aliquot annos Henricus Leo, Saxoniæ dux potentissimus, ab Imp. Friderico proscriptus fuisset: BERNARDVS Alberti Vrsi filius, concessu Imp. Saxoniam quoque superiorem Marchiæ adiunxit, qui primus insignia trabium auratarum, & nigrarum, & serti rutacei vsurpauit.

Vt autem ab hoc Bernardo, electores Saxoniæ veteres, ac duces Saxoniæ Laoburgenses: ita ab Ottone Bernardi fratre, conditore monasterij Leninensis propè Brandeb. familia Brandeburgensium marchionum; qui annis ferè ducentis postea Marchiam gubernarunt, propagata est. ac Ottonis filius Henricus, memoriam nominis sui, instituto primùm collegio Stendaliensi, posteris commendauit. Henrici 1188.
ex fratre Alberto nepos, Otto pius, monasterium in oppido Strausberg fundauit, cuius ædificia ruinosa, & chorùm templi marmoratis parietibus & tot marchionum sepulchris olim insignem, nunc tecto nudatum sub dio complui & collabi, non sine gemitu superioribus annis conspexi. Huius Ottonis, ex filio Alberto, neptes fuerunt, Beatrix Henrico Leoni duci Megapolitano nupta, quæ dotis nomine regionem Stargardiam in ducum Megapol. ditionem attulit; & Agneta, Nicolao puero Rostochiensium domino desponsa. Qua temerè repudiata, cùm Otto & Hermannus Agnetæ patrueles contumeliam familiæ illatam vlturi, Rostochio bellum intentassent, Rostochienses regis Daniæ Erici tutelæ se subiecerunt. Otto pius fratrem habuit Ioannem, Chorinensis monasterij autorem. cuius nepos VVoldemarus II. vltimus ex hac familia marchio Brandeburgensis, post sex fratres, ante se defunctos, tandem & ipse nullis ex se relictis hæredibus masculis, decessit, & Primislauiæ 1319.
humatus est.

Cum autem Ludouicus Bauarus Imp. feudum Marchiæ vacans, filijs suis Ludoico & duobus alijs ordine contulisset, & fictitius quidam VVoldemarus, vicinorum principum, Bauaris inuidentium consilijs & opibus adiutus, sibi illius possessionem armis vendicaret; varijs bellorum vicibus Marchia agitata est, donec sub Carolo IV. qui eam ab Ottone filio Ludoici Bauari pecunia redemit, & anno 1376.

Tangermundæ arcem condidit, aliquantum acquieuit. Postea Sigismundus, Ca-
1410. roli filius, Imp. creatus, Fridericum Noribergensem Burggrauium, stirpem præsentis familiæ electorum Brandeburgensium, gubernatorem Marchiæ præfecit: eique
1417. sexennio post, in concilio Constantiensi, feudum Electoratus Brandeb. solenni ritu
18 April. contulit. De huius Friderici filio Iohanne, exemplum modestiæ, & animi in viro
1441. principe ab ambitione alieniſſimi, memoria dignum recitat Aeneas Syluius. Cùm enim Fridericus moriturus, quatuor filios, Iohannem primogenitum, ingenio placidiore, & ocij liberalis amantem: Fridericum, qui ob acrimoniam & industriam in rebus gerendis, marchio cum ferreis dentibus appellabatur: Albertũ, Achillem Germanicum postea cognominatum: & Fridericum III. ad se euocasset: petit à Iohanne primogenito, vt ipsius voluntate Marchiam Brandeb. cui ius eligendi Imp. coniunctum est; Friderico fratri, ætate proximo, qui acriore animo & laborum tolerantior esset, conferre liceret. Cupere enim se, in familia illa, in quam ipse primus dignitatem electorum à Sigismundo Imp. collatam intulisset, conseruari. Videre autem se, Iohannem quietis & tranquillitatis cupidiorem: Electoris verò dignitatem, cum perpetuis curis & laboribus coniunctam esse. Ideò se Friderico illam tuendam: Iohanni verò Voitlandiam: Alberto, Franconiæ partem, relicturum esse. Hanc patris sententiam cupidissimè Iohannes amplexus, beneficio singulari se affici iudicauit, quod sibi ocium, fratri Friderico negocium, extrema patris voluntate relinqueretur. Huius Iohannis filiæ fuerunt: Barbara, Ludouici Mantuani marchionis vxor (quam inter matronas sui seculi forma & moribus præclaram Aeneas Syluius celebrat) & Dorothea, duorum Daniæ regum, Christophori III. & Christiani I. coniunx, Friderici II. nostra ætate in Dania regnantis proauia.

Iohannis frater, Fridericus, mortuo sine liberis Ottone III. duce Stetini, cùm Pomeraniæ feudum velut vacuum à Friderico III. impetrasset: nec cognati Ottoni principes, gradum agnationis perspicuè docere possent: titulum Ducum Stetini ac Pomeraniæ primus in hac familia vsurpauit, & diuturnum cum Pomeranis bellum gessit, quod mortuo ipso Albertus frater pertexuit. Sed cum Bogislai X. Heroica virtute & felicitate Pomerania defenderetur, tandem hac conditione transactum est, vt Marchiones titulum & insignia ducum Pomeraniæ vsurparent, & hæredibus deficientibus in feudo succederent, sicut centesimo ferè anno antè, inter Ludoicum Romanum & Barnimum III. Ottonis abauum quoque conuenerat.

1486. Anno ætat. 72 die 11. Martij. Cùm autem in comitijs electorum, quibus Maximil. I. Imp. electus est, marchio Albertus, procreatis octo masculis & decem filiabus, obijsset: Iohannes & Fridericus, qui soli superstites manserant, amplissimas regiones à patre relictas ita diuiserunt, vt Ioannes dignitatem electorum & Marchiam Brandeburgensem: Fridericus Franconiæ partem circa Noribergam teneret. Hic Fridericus, ex Sophia, Casimiri Poloniæ regis natâ, duodecim filiorum pater fuit, & anno Christi 1536. ætatis 76. primùm obijt. Ex filijs Casimirus bellica virtute præstans, in ex-
1552. peditione Vngarica contra Iohannem Cepusium anno 1527. Budæ extinctus est (re-
1554. licto impubere filio Alberto, quem postea vicinis bellum inferentem, & passim in
1557. Germania tumultuantem, & tandem patria ditione pulsum, & in exilio mortuum, Alcibiadem Germanicum ætas nostra nominauit.) Albertus Borussiæ Ducatum, sapientia, virtute & fortitudine sua, Domui Brandeburgensi adiunxit, & annos 58. continuos iustè & feliciter gubernauit. GEORGIVS, princeps optimus, cùm pietate non fucosa Deum coleret, & in gubernatione iustus, beneficus & moderatus esset, sincera & sancta fide, illucescentem sua ætate, detersis terroribus & idolis Pontificijs, puram & salutarem euangelij doctrinam, inter primos amplexus est: & confessioni Augustæ postea exhibitæ subscripsit. Huius, ex Aemylia, Augusti Saxonis sorore, filius Georgius Fridericus, vnicum hoc tempore illius familiæ à Friderico propagatæ columen, ducatum Borussiæ etiam, patrui Alberti virtute par-
1578. tum gubernat, & patris ac patrui pietatem ac virtutem Heroicam studiosè ac feliciter imitatur.

Sed

Sed relicta ducum, in Franconia, à Friderico propagata ſerie; ad Brandeburgenſis Marchiæ principes electores reuertor: ex quibus Ioannes, Achillis Germanici filius, Friderici frater, elector, tredecim ſolummodò annos patriæ præfuit. cuius filij ferunt Ioachimus I. & Albertus archiepiſcopus Magdeburgenſis & Moguntinus, electores: qui ſuæ pietatis & amoris erga doctrinæ cœleſtis & literarum ſtudia ſpecimen illuſtre, non in patria ſolùm, inſtituto Francofordiæ ad Viadrum Gymnaſio omnium doctrinarum & artium publico, verum paſſim in toto Imperio reliquerunt. 1506.
& Albertus præcipuè, præſtantis ingenij, virtutis ac induſtriæ ſuæ præcones egregios, Vlricum Huttenum, & Eraſmum Roterodamum nactus eſt. Ioachimus etiam pater & filius, Georgij Sabini ſubditi ſui poëmatis & epiſtolis ad poſteros duraturis celebrati ſunt. In horum præſtantium & laudatiſſimorum principum veſtigia Ioannes Georgius elector Brandeburgenſis poſtea ſucceſſit. 1571.

FINITIMA Marchiæ Brandeburgenſi verſus boream & pars veteris illius ad ſinus Balthicum Vandaliæ, verſus ſolem cadentem extrema eſt ditio MEGAPOLITANA, cui partim vicinæ, partim incluſæ ſunt, ſex vrbes, Vandalicæ hoc tempore dictæ, Lubeca, Hamburgum, Roſtochium, Sundium, VViſmaria & Luneburga. Megapolitanæ verò ditionis occiduum limitem hoc tempore, Albis, à Domitio, ſeu Eldæ fl. oſtio, ad Beyzæburgum (quod à Beyze fluuiolo in Albim delabente nomen habet) & linea inde infra Lubecam ad Drauum deducta, terminat. verſus Boream, mare Balthicum à Draui oſtio ad Rekeniſam: verſus ortum, Rekeniſa & Trebela (vnde vicino oppido Tribſees nomen eſt) ac Tollentius fluuij, fines extremos claudunt. Meridionalem verò limitem, Megapolitani, ab oſtio Eldæ fl. ad Domitium in Albim illabentis, per campum Primer, & inde relicto ad ſiniſtram Elda per arcem Quitzouiæ nobili familiæ à ducibus Megap. in feudum datam, Stauenau, ad Locknicium fl. (qui poſtea Leontium præteriens ad Eldenburgum Eldæ miſcetur) ſitam: inde ad Stepenicium ducunt. qui fluuiolus, ſupra Meienburgam exoriens, vbi cœnobium virginum vicinum Stepenitz alluit, nomen idem accipiens, per oppidum Podlitz, bironum Podlaſſiorum ſedem, & Perlebergam, Prigniciæ metropolin, manans, ſupra VVitebergam in Albim infunditur. A Stepenicio ad Doſſam fl. (qui Freienſtein & VVitſtochium alluens, in Hauelum tandem influit) ad villam Haſſelovv propinquam VVitſtochio, perueniunt: ita vt ſaltum VVitſtochienſem ſimul hic limes includat, & per montem Zechelberg & caſtrum Cechlinenſe tranſeat. Inde Rupinenſem comitatum prope Granſoe ſtringat, vſque ad VVolffshagen familiæ Blanckenburgiorum ſedem. vnde per pontem riuuli, inter VValdec Megapol. & Strasburg March. oppida, Schonhuſium itur. vbi Marchiæ, Pomeraniæ & Megapolitanæ ditionis fines, non procul à Fredland, Stargardiæ ciuitate, coniunguntur. Inde verſus ſeptentrionem, Tollenſius, Trebela & Recniſa fl. occiduam Pomeraniæ oram, Megapolitanæ ad ortum finitimam, perluunt. Quos limites, ſine vllius præiudicio, ego ſic (deſignatos, annoto.

Excelluit autem ingenio, magnitudine animi, prudentia, & alijs virtutibus magno principe dignis, MAGNVS dux Megapolitanus (qui hoc anno 1500. patriæ præfuit) præſentium principum, Ioannis Alberti, Vlrici, Chriſtophori & Caroli fratrum, auus; Henrici, ad quem ducatus Vandaliæ, morte VVilhelmi poſtremi ducis peruenit, & Dorotheæ, Friderico primo electore Brand, natæ, filius; Ioannis, Academiæ Roſtochianæ fundatoris, nepos: Magni, fratris Alberti regis pronepos: Alberti primi ducis Megapolitani abnepos: Henrici Leonis domini Megapolitani (qui totidem gradibus Pribislaum Vandalorum regem, ad Chriſtianæ religionis cultum primò per Henricum ducem Saxoniæ adductum, & vrbis Roſtochij ac cœnobij Dobberanenſis conditorem, ſecutus eſt) atnepos. Fratres habuit, Albertum ſeniorem, qui Catharinam poſtremi comitis Reppinenſis VVichmanni filiam coniugem habuit, ſed ſine liberis deceſſit: Ioannem, qui Erici I. ducis Pomeraniæ filiam, Bogislai X. ſororem, Sophiam, ducturus erat, ſed cùm peſte ſubitò extinctus eſſet, tertius frater Magnus eam poſtea ſibi matrimonio iunxit. Quartus Baldaſar, ſacris ritè tenera initiatus & Suerinæ epiſcopus electus, poſtea etiam ad Hildeſienſem ec- 1431.

cleſiam, à Præpoſito, qui arces diœceſis, & nobilitatem ſibi adiunctam habebat; aduerſus Henningum vom Hauſe Decanum, à minore parte capituli electum, ſed impetrata Romæ confirmatione, & aſſentiente ſenatu ac ciuibus, Hildesheimam nitroductum, vocatus: Peinæ cum Præpoſito triennium ferè conſedit. Cùm autem bello cum aduerſarijs contendendum eſſe grauiſſimo cerneret, cuius finem non proſpiciebat, in patriam redijt. & paulò poſt, extinctis duobus fratribus; reſignata etiam Suerinenſi epiſcopa, Margaridem Erici II. Pomeraniæ ducis filiam, fratriæ ſuæ ſororem duxit, & communibus cum fratre auſpicijs patrium ducatum indiuiſum, nullis ſuſceptis liberis, gubernauit.

Magnvs, Henricum & Albertum ac Ericum filios, & Sophiam, Annam, Dorotheam & Catharinam filias procreauit. ex quibus Sophiam, hoc anno, Ioanni Saxoniæ duci, Erneſti filio, poſtea electori, in matrimonium tradidit: quæ Ioannem Fridericum electorem Saxoniæ, nutricium eccleſiæ & ſcholarum, me adoleſcente florentem, & poſtea in cuſtodia confeſſorem conſtantiſſimum, enixa eſt, & duodecimo poſt partum die extincta. Annam, Guilelmo medio, Haſſiæ Landgrauio, Ludouici II. filio elocauit, hoc ipſo anno, Caſſelas deductam, quæ Philippum, Smalcaldici fœderis noſtra ætate ducem, & præſentium quatuor Haſſiæ principum fratrum, Vuilelmi, Ludoici, Philippi, & Georgij patrem, peperit. Ipſa poſt mariti Vuilelmi obitum, Ottoni, Philippi comitis Solmenſis filio, nupſit, ex qua Fridericus Magnus, Ioannis Georgij & Ottonis pater natus eſt. Tertiam Catharinam, Henricus frater poſtea, Henrico Saxoniæ duci, Alberti filio, Georgij fratri connubio iunxit, ex qua Mauricius & Auguſtus, qui Ioanni Friderico, à Cæſare capto, in electorum Saxoniæ dignitate ſucceſſerunt, & aliquot filiæ, nati ſunt. Quartam Dorotheam, Ribnicenſi virginum cœnobio præfecit.

1500. 1503. 30. Iunij. 21. Octob.

Erant autem in Magno, cùm aliæ virtutes magno & ſapiente principe dignæ, tum eximia quædam reuerentia erga literas & doctrinarum ſtudia, de quibus vt ſe honorificè ſentire, eaque velut inprimis Reipub. gubernandæ neceſſaria & ſalutaria, amare oſtenderet: Illuſtrem principem filium ſuum Ericum, magiſtratum ſcholaſticum in Academia Rochſtochienſi gerere voluit, vt hoc iudicio & exemplo principis admoniti etiam ſcholaſtici, magis amandas & colendas eſſe Reipub. cauſa literas, & diligentius obtemperandum, & morum modeſtia in principibus amorem erga honeſtas diſciplinas augendum eſſe cogitarent. Conſtiterat tum Academia Roſtochij annos vnum & octoginta, à ducibus Megapol. Iohanne, Magni auo, & Alberto, Iohannis patruele, Alberti regis Sueciæ filio: & ſenatu vrbis Roſtochienſis, condita, & Martini V. Pontificis priuilegijs confirmata: & coloniæ inſtar ex Erfordienſi potiſſimùm & Lipſenſi deducta, anno 1419. Vix autem octennium poſt Academiæ initium effluxerat; cùm in bello Danico, occaſione literarum regis Erici ad communitatem ciuium de ſenatu vrbis conquerentis, exorto ciuium aduerſus ſenatum tumultu, Conſules ex vrbe diſceſſerunt, & poſt aliquot annorum proceſſus eò rem deduxerunt, vt ciuitas excommunicata, etiam ab Imp. Sigiſmundo proſcriberetur. Mandato igitur Concilij Baſilienſis (cuius literæ anno 1436. 4. Cal. Octobris datæ adhuc extant) Vniuerſitas, excommunicatorum participationem fugere iuſſa, Gryphiſvvaldum migrauit. Inde quinquennio poſt magno cum ſuo & ſucceſſorum detrimento reuerſi, Academiam recollegerunt, ſequentibus quadraginta annis mediocriter in hoc Germaniæ tractu clarentem. donec Roſtochienſibus iterum ab epiſcopo Suerinenſi, ob impeditam erectionem eccleſiæ collegiatæ D. Iacobi interdicto ſubiectis, appellationi eorum ad Pontificem ſe coniunxerunt. Verùm obſidione vrbis ſecuta, cœtus diſcentium diſſipatus, ſed reſtituta pace, denuò Dei beneficio inſtauratus & auctus eſt, vt rectore illius Erico duce Megap. Magni filio, rurſum mediocriter ſchola floreret & celebraretur.

1500. 1427. 1437. 1443. 1484. 1487. 1491. 1500.

Alterum verò filium, Henricum, natu maiorem, ad Comitia, Auguſtæ Rhetorum hoc anno à Maximiliano indicta, Magnus ablegauit, vt patris nomine, deliberationi-

tionibus ac negotijs Imperij publicis interesset, & Friderici electoris Saxoniæ, ac Ernesti archiepiscopi Magdeburgensis, & patrui illorum Alberti, Saxoniæ ducũ, adfinium eorum consilijs potissimùm vteretur. Sunt autem in his comitijs decreta, de senatu Imperij perpetuo ex XX. viris omnium ordinum delectis, Noribergæ constituendo, facta: qui supremus Iustitiæ & pacis publicæ custos, & sententiarum in Iudicio Cameræ latarum, & defensionis ac pœnarum aduersus pacis violatores, executor esset. Ex Saxonicis principibus, Ernestus archiepiscopus Magdeburgensis, & patruus illius Albertus dux Saxoniæ (tametsi hic paulò post obijt) in Senatum illum cooptati sunt. Dux Imperij summus Bauariæ dux Albertus Max. Imp. sororius. Ordinata imperij præsidia sic vt singulæ parochiæ singulos milites: principes ipsi ad 600. equites alerent. institutæ exactiones quadriennium duraturæ: renouati & dedarati Pacis publicæ & ordinationis Cameræ articuli aliqui: conditæ leges sumptuariæ: decreti legati ad reges Vngariæ & Poloniæ de auxilijs aduersus Turcas coniungendis: ad Pontificem Romanum, de Annatis ad sumptus belli Turcici in Germania relinquendis: ad Sigismundum Poloniæ regem, de Borussiæ Magistro summo, iuramentis, ab Imperio prouincias illas alienantibus, non onerando, &c. Etsi autem Decreta hæc pleraque, in fumum postea abierunt, nec quidquam inde ad imperium vtilitatis redijt: tamen vt obedientiam Imperatori debitam, & voluntatem erga Remp. optimus princeps declararet: non deesse suo loco communibus Reipublicæ negotijs voluit. Cùm autem reliquæ vitæ, rerum gestarum, obitus & exequiarum Magni historia, duobus postremis Vandaliæ libris copiosè exposita extet: omissa illorum repetitione, Epitaphium solummodo, monumento illius, Doberani postea affixum, breuem historiæ vitæ illius *αἰακισφαλαίωσιν* continens, adiungam, quodetsi, vt illo seculo rudius, ab Vlrico Vlsenio Frisio scriptum, quibusdam videbitur: tamen optimi principis memoriæ iam senescenti, conseruandum existimaui.

Magnopolensis eram, dux magnus, nomine Magnus, Cæsaribus gratus, principibusq; viris.
Præsul apostolicæ Papa bis cernor in aula, Austriacus fouit Cæsar vterque meos.
Pertesum dedit ille rosam, sacra bractea regum, His mihi feudorum gratia bina fuit.
Aethera patriam Solyma peregrinus adiui, Militiam Domini sancta per arua petens.
Gaudium atauis titulis, tellure nepotes, Proxima cura subit relligionis honos.
Auximus ijs sceptra, sed stemmata iunximus illis, Nostra reformatis stat pia turba choris.
Rostochiumq; ferox domui, tibi diue Iacobe, Sanguine cum proprio Canonicos statuens.
Quòd populi Perpes, Christi bona sacramenta Stellarum montis secta tremenda ferit.
Ha pietas! dum magna paro, maiora relinquo, Iniecêre manus maxima fata mihi.
Nam dum sæua lues tua grassatur in vrbe Lichnica, crustosis vlcera stigmatibus:
Nulla meos potuit virtus superare dolores, Quin perij, mortem nulla medela leuat.
Eheu magna cadunt parunt ea quæcunq; videmus, Iamq; Ducis Magni nomina sola manent.
Pectoribus loquor hæc docta, indocta arrogabunt, Sit mea cum patribus mens benè grata DEO.

Bis enim Romæ fuit Dux Magnus. primùm ex itinere Hierosolymitano in Italiam sub Sixto reuersus: deinde, vt executionem mandatorum, de collegiata ecclesia Rostochij ad D. Iacobum aduersantibus ciuibus erigenda, impetraret, anno 1484. quo Rosam ipsi PP. Innocentius donauit. *Bis etiam à duobus Impp. Austriacis*, Friderico III. & Maximiliano I. Feuda ducatuum suorum accepit: & tum alijs, tum primis Maximiliani comitijs VVormatiensibus interfuit. in quibus iudicium Cameræ primò constitutum, & pax publica, die 7. Iunij promulgata est. 1495. *Auxit autem tellure nepotes*, adiunctis ditioni Megapolitanæ, Ducatibus Vandaliæ & Stargardiæ, quorum hic anno 1471. obitu Vlrici postremi Stargardiæ ducis ad Magnum; ille, anno 1431. obitu VVilelmi ad patrem Magni Henricum redierat. Stemmata iunxit atauis, quia præmortuis omnibus agnatis per familia Ducum Vandaliæ, Stargardiæ, & Megapolitana, solo fratre Baldasare excepto, cuius tamen sterile coniugium erat, solus procreatis tribus filijs, familiam Ducum Megapolitanorum propagauit. *Inspici etiam choros* seu collegia Canonicorum & cœnobia monachorum ac virginum iussit; cumque Rhenæ & Sarentinæ pere-

grinas recipi prohibuiſſet: Cœnobium S. Annæ Lubecæ ea occaſione inchoatum eſt, in quo, ab honeſtis viduis aut virginibus, ciuium filiæ ad pietatem, modeſtiam, & officia œconomica educarentur. *Bellum geſsit cum Roſtochienſibus*, qui ipſius inſtituto de collegiata eccleſia, in templo D. Iacobi erigenda, pertinaciter aduerſabantur. Id inchoatum eſt æſtate anni 1487. cùm initio menſis Ianuarij, principe ipſo vrbem ingreſſo, & collegium inchoante, biduo pòſt die Dominica, plebs furens ex templo canonicos proturbaſſet, & præpoſitum nouum Thomam Rhodium Principis Cancellarium, ante domum mediæ Lunæ trucidaſſent, & Decanum ſenem, qui itidem Principum Cancellarius fuerat, in turrim conieciſſent. Quinquennio poſt, facto in
1492. Ioannem Daniæ regem & Marchionem compromiſſo, res compoſita eſt, anno 1491. 1(
Verpos Iudæos viginti quinque Sternbergæ, in ea area, vbi Auguſtinianum cœnobium poſtea exſtructum fuit, habitantes, comburi iuſſit, quod hoſtiam ſacramenti, à ſacrificulo emptam, frameis pupugiſſent, ex qua ſanguis emanaſſe ſcribitur. Quare magno hominum concurſu Peregrinatio religionis ergò ad hoſtiam illam Sternbergæ deinceps ſuſcepta eſt. Deceſſit Magnus anno 1503. exeunte, die 22. Nouembr. poſtquam filius Henricus, vnà cum patruo Baldaſare, has terras gubernare cœpit: & inquinquageſimum vſque annum, patriæ, magna tum laude prudentiæ, iuſtitiæ, bonitatis, clementiæ, & amoris ac ſtudij publicæ pacis ac tranquillitatis tuendæ præfuit.

Seriem familiæ vſque ad præſentem ætatem pertexo.

MAGNVS, Dux Megapolitanus, ⊕1503. 2(

HENRICVS, ⊕1552. ALBERTVS, ⊕1547. ERICVS, ⊕1508.

MAGNVS, episcopus Suerin.	IO. ALBERTVS, ⊕1576.	VLRICVS.	CHRISTOPHORUS. ⊕1592	CAROLVS.

Sophia vxor Friderici II. Daniæ regis.

IOANNES Dux Megapol. ⊕1592.	Sigiſmundus Auguſtus.
ADOLPHVS Fridericus	IOAN. ALBERTVS.

CHRISTIANVS IV. Daniæ Rex.

SVERINENSIS verò diœceſeos, in ducatu Megapolitano, epiſcopus anno Chriſti 1500. fuit Conradus Loſtius, ex patritia VViſmarienſi familia ortus; ordine triceſimus à primo epiſcopo & martyre Ioanne Scoto, qui, cùm prima initia & velut ſemi- 3(
naria eccleſiæ in his gentibus Henetis, iacerentur, in vrbe tunc ampla & copioſa Mekelnburg, petente S. Godſcalco Henetæ gentis principe Chriſtiano, ab Alberto archiepiſcopo Bremenſi, qui apud Imperatorem Henricum IV. omnia gubernabat,
1066. epiſcopus primus conſtitutus eſt. Hunc quadriennio poſt, VVendi, Chriſtianam re-
10. Nouemb. ligionem denuò abijcientes, crudeli ſupplicio, manibus & pedibus truncatum affe-
7. Iunij. cerunt, cùm paulò antè Godſcalcum principem ſuum Leontij ad aram trucidaſſent. Sic deſerta ſede poſt 84. annos demùm ſub Conrado III. Imp. alter epiſcopus Eberhardus, & paulò pòſt Bruno ſeu Berno ſucceſſit, qui vaſtata in bellis Vandalicis vrbe Mekelnburga, ab Henrico Leone duce Saxoniæ & Bauariæ potentiſſimo, Suerinam, condito templo cathedrali, translatus eſt, vbi nouam Epiſcopam literis ſolennibus 4(
& dote attributa, erexit & confirmauit, dedicatione eccleſiæ 8. Idus Septemb. anno 1170. celebrata.

Fuit autem Conradus epiſcopus (Magno duci Megapolitano σύγχρονος & familiaris) Petro Loſtio, patritio VViſmarienſi, & Margarita filia Conradi Pegelij ſenioris, à quo in eccleſijs vrbis VViſmariæ aliquot beneficia fundata hodie extant, genitus, ac ſtudijs bonarum literarum & legum, conſilio patrui Nicolai canonici Lubecenſis & Suerin. opulenti, à prima ætate adhibitus & I. V. D. creatus: ſub Baldaſaro duce Megapolitano & Nicolao Pentz epiſcopis, Tribſeenſem in Pomerania
1483. archidiaconatum adminiſtrauit. Inde epiſcopus Suerini electus & conſecratus, in ea tempora incidit, quibus Magno duci Megapolitano, Roſtochij collegium eccle- 5(
ſiæ ad

sit ad D. Iacobum instituere nitenti, variæ difficultates & aduersationes à senatu & communitate ciuium Rostochiensium, insidias libertati suæ, prætextu religionis, à principibus strui existimantium, obijciebantur. Quas sedare & tollere autoritate sua ecclesiastica conatus, rogatu principis Magni, senatum & cives sub pœna interdicti monet, ne institutum principis, ad Dei gloriam, & cultus diuini amplificationem spectans, impedirent. Cùm autem à monitoria episcopi ad PP. Rostochienses appellarent, & fratribus S. Francisci & Dominici sacra facientibus, interdictum Conradi episcopi negligerent: Magnus dux ipse Romam cum Ioanne Raceburgensi episcopo profectus est, quem executorem in causa Rostochiensi PP. Innocentius instituit. cui quanquam se parituros esse senatus responderat, tamen de die in diem differri executionem, metu grauiorum turbarum in vrbe secuturarum petebat. donec tandem biennio toto exacto, principes Megapol. fratres, Magnus & Baldasar, cum episcopo Suerinensi Conrado & Ioanne Raceburgensi, vrbem ipsi ingressi, collegium canonicorum ad D. Iacob. inchoarunt. vbi quæ acciderint & consecuta sint, copiosè à Cranzio exposita, cùm ad proposita nobis tempora non pertineant, prætermitto. Conradus episcopus, vt Magno duci Megapolitano ætate coniunctus fuit: ita 32do post Magnum die, pridie natalis Christi ex vita discessit. cuius obitu, vacante sede Suerinensi, exequiæ Magni per vicinos episcopos Lubec. & Raceb. incumis anni 1504. die 16. Ianuarij, solennibus ceremonijs, & latina oratione funus principis cohonestante Alberto Cranzio, quam Vandaliæ suæ extremæ inseruit, celebratæ sunt. Successerunt Conrado in gubernatione diœcesis Suerinensis, Ioannes Thuen, eques Megapol. 1504. Petrus VVolcouius Sundensis 1506. MAGNVS Dux Megapolitanus, Henrici filius, Magni nepos, infans postulatus, 1516. Vlricus Dux Megapolitanus, Alberti filius, 1550. Vlricus, Dux Holsatiæ, Friderici II. Daniæ regis filius: antecessoris & aui sui materni, ex filia nepos (1590) coadiutor electus.

1484.

1487.

Lib. 14. Vandaliæ cap. 6. 8. 9. 11. 14. 16.

1503.

FINIS LIBRI PRIMI.

Liber

Liber secundus.

SAXONIA SVPERIOR ET INFERIOR.

Illustrissimo Principi & Domino,

D. ERNESTO,

Duci Brunsuicensi & Lunæburgensi,

VVILHELMI F. ERNESTIN. HENRICI PRONEP.

Debitæ Illmo patri & ipsius Cels^ni gratitudinis & obseruantiæ ergò,

Reuerenter offert ac dedicat

Dauid Chytræus.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

EX decem Germaniæ prouincijs, seu circis, vt vocant, in comitijs Colonienſibus anni 1512. primùm diſtinctis, Auſtriaco, Bauarico, Sueuico, Francico, Rhenenſi ſuperiore, ac Electorali, Burgundico, VVeſtphalico & duobus Saxonicis: SVPERIORI SAXONIAE, exigua ſanè & anguſta decem fortaſsè miliarium, Electoratus Saxoniæ ditio, ad vtramque Albis ripam, & florentiſſimæ hoc tempore ac pulcherrimæ regiones Miſniæ ac Turingiæ, & ex noua ſeu Transalbina Saxonia, Brandeburgenſis Marchia, & Pomerania, attribuuntur. SAXONIAE INFERIORI, reliquus ille veterum Oſtphalorum inter Viſurgin & Albim tractus, vſque ad vtriuſque fluuij oſtia; continens diœceſes Magdeburg. Halb. Hildeſ. Bremenſem, Verd. & Ducatus, Brunſuicenſem, Luneburgenſem, & trans Albim, Lovvenburgicum, Megapolitanum, & Holſatiæ, vnà cum Lubecenſi & Razeburgenſi & Suerinenſi epiſcop. hoc tempore aſſignatur. VVeſtphalicus orbis, inter Viſurgin & Rhenum, epiſcopas Oſnabrugenſem, Monaſterienſem, Mindanam, Padebornenſem, ducatus Cliuiæ, Bergæ, Geldriæ, & trans Rhenum Iuliacenſem, vnà cùm Leodienſi & Traiectenſi diœceſibus comprehendit.

Saxoniæ igitur ſuperioris principes anno 1500. fuerunt, FRIDERICVS ſapiens elector, cum fratre IOHANNE, qui Thuringiæ partem regebat: & horum patruus ALBERTVS, eodem anno in Friſia extinctus, pater ducum Saxoniæ, Georgij, Friderici, & Henrici, ex quo (Henrico) Mauricius & Auguſtus electores, qui noſtra ætate patriam fortiter & feliciter rexerunt, & ornarunt, progeniti ſunt.

FRIDERICVS elector, Erneſti & Eliſabethæ, natæ Alberto III. duce Bauariæ (cuius Alberti amita, Sophia, VVenceslai Boëmiæ regis regina, & Ioannis Huſſi patrona fuerat) filius; Friderici II. electoris Saxoniæ, & Margaritæ ſororis Friderici III. Imp. nepos; Friderici, qui primus ex familia Marchionum Miſniæ dignitatem & ditionem electorum Saxoniæ à Sigiſmundo Imp. anno 1422. adeptus erat; & Catharinæ Henrici ducis Brunſuic. filiæ VVilhelmi Victorioſi ſororis, pronepos fuit: natus die Antonij, biennio ante quàm pater Erneſtus, ab auo materno Erneſto archiduce Auſtriæ nomen adeptus; Friderico II. electori, Lipſiæ, ex hac vitâ euocato, ſucceſſit. qui Erneſtus Saxoniæ electoratum, Miſniam & Thuringiam, fratre Alberto in bellis abſente, amplius viginti annis ſolus ferè gubernauit. donec tandem, poſt Maximiliani regis Rom. electionem, cum fratre ditionem partitus, paucis diebus poſt, anno ætatis 46. extinctus eſt, quatuor relictis filijs, ERNESTO archiepiſcopo Magdeburgenſi, FRIDERICO electore Saxoniæ, ALBERTO archiepiſcopo Mogunti-no, de quo Virgilianum illud, Oſtendent terris hunc tantùm fata, nec vltra eſſe ſinent, rectè vſurpauerimus. adoleſcens enim, ante annos curamque gerens animumque virilem, Dieterico Iſenburgio, qui moriturus eum collegio commendauerat, in Archiepiſcopa ſucceſſit, ac ſpe ſumma apud omnes bonos de ſe excitata, biennio poſt, annum agens ætatis viceſimum in humanis eſſe deſijt, cùm duobus antè menſibus mater ipſius Eliſabetha Bauarica obijſſet, eximiæ prolis mater, quæ diuite partu tres electores lumina clara dedit. Quartus enim & minimus natu huius Eliſabethæ & Erneſti filius IOANNES, in electorum Saxoniæ dignitate, fratri Friderico poſtea ſucceſſit, & Boni ac Conſtantis cognomen adeptus eſt, cùm confeſſionem fidei Auguſtæ, Carolo V. Imperatori, nullis fractus minis aut terroribus, palàm, conſtanter, excelſo & intrepido animo, exhibuiſſet, & in tota gubernatione, Bonum Principem nihil à patre bono differre, exemplo ſuo declaraſſet. Hic, ſolus inter fratres, ne ditio inter plures diſtracta imbecillior fieret, coniugem duxit Sophiam, Magni ducis Megapolitani filiam, Henrici & Alberti ſororem, ex qua Iohannem Fridericum poſtea Saxoniæ electorem ſuſcepit, in cuius naſcentis dorſo crucem aureo colore fuiſſe ferunt, matre poſt paucos dies in puerperio extincta.

1462. 7. Septemb. 1486. 26. Augoſt. 1482. 1484. 1500. 1503. 30. Iunij.

Dein-

Deinceps igitur aliquot annis elapſis, Margaritam VVoldemari Anhaldini principis
1512. filiam, VVolffgangi ſororem, in matrimonio habuit, ex qua, Iohannem Erneſtum ducem Saxoniæ Coburgenſem, & Mariam, Philippo Pomeraniæ duci nuptam procreauit, de quibus ſuo loco dicemus. Filiæ Erneſti, electoris Friderici & Iohannis
1478. ſorores, fuerunt: CHRISTINA Daniæ regi Ioanni elocata: quæ Chriſtiernum II. regem genuit: MARGARITA, Henrico Iuniori duci Luneburgenſi nupta, Erneſtum, & Franciſcum, Duces Luneburgenſes filios habuit, qui cum Iohanne electore Saxoniæ, auunculo, confeſſionem Auguſtæ Imp. Carolo V. poſtea exhibuerunt.

ALBERTVS, dux Saxoniæ, Erneſti frater, Friderici & Iohannis patruus, princeps non bellicâ ſolùm virtute nulli ſecundus, verùm etiam pacis artibus & domeſtica diſciplina cæteris ſui loci omnibus præſtans, maximis rebus, pro Maximiliano rege Romanorum, in Belgico & aduerſus Matthiam Vngariæ regem in Auſtria geſtis clariſſimus, Dextra manus imperij, Innocentij VIII. literis nominatus eſt. Huic cùm rex Maximilianus & filius Philippus, meritorum ergò, Friſiam, oſtio Iſalæ & Amaſis interiectam donaſſent, vt titulo hæreditarij gubernatoris imperij nomine eam teneret; & hic occiduam illius partem tumultuantem armis pacaſſet, & aliquot annis per filium rexiſſet: detrectantes obedientiam vicinos Groningenſes, domare auxilijs vicinorum principum, & in his Tranſamaſanæ ſeu orientalis Friſiæ comitis Ezardi, qui Tammam oppidum Groningæ vicinum occupauerat, inſtituit. Cùm autem aliquot menſes vrbem Albertus obſediſſet, in ipſa conditionum pacis tractatione, Heros clariſſimus rebus adhuc pendentibus, incertum quo morbi aut mortis genere, die 12. Septembr. ex hac vita diſceſſit. cuius inteſtina in templo Emdenſi condita; reliqui corporis exuuiæ Miſenam delatæ, & regali ſplendore, iuſta ei funebria facta ſunt.

Coniunx Alberti fuit Zedena, Georgij Pogiebradi Boëmiæ regis filia, ſoror gemella Catharinæ, quam Matthiæ regi Vngariæ poſtea pater deſpondit. Cùm enim VVilelmus III. dux Saxoniæ, Alberti patruus, poſt adoleſcentis Ladislai Boëmiæ
1458. regis, adfinis ſui mortem, in ciuili diſſenſione, à quibuſdam ordinibus, Sileſijs præcipuè, ad regnum Boëmiæ vocatus eſſet: ſponte Georgio, ab altera factione electo, vt Ionathas Dauidi, de regno ceſſit. ac perpetuo amicitiæ fœdere cum illius familia inito, filiam Annam, Alberti Imp. neptem, Henrico regis Georgij filio, qui Dux Monſterbergenſis poſtea creatus eſt, coniugem dedit. ac viciſſim, cùm liberis maſculis ipſe careret, fratris ſui Friderici II. electoris Saxoniæ filio Alberto, regis Georgij filiam Zedenam matrimonio copulauit. Ex qua nato filio, nomen aui materni inditum eſt, Georgio duci Saxoniæ, qui in gubernatione patri Alberto ſucceſſit, &
1500. & patrum memoria Miſniam magna cum iuſtitiæ, clementiæ & prudentiæ laude, in annum ferè quadrageſimum rexit. ac ex Barbara, Caſimiri Poloniæ regis filia, nouem liberos, Ioannem, VVolfgangum, Fridericum, Magdalenam, Chriſtinam, Chriſtophorum, Annam, Agnetem, Margaretam ſuſcepit, qui omnes, vnica filia Chriſtina, Philippi Landgrauij Haſſiæ coniuge excepta, ante patrem obierunt.

Frater Georgij HENRICVS, adoleſcens, Friſiæ à patre præfectus, cum ſeditioſæ multitudinis rebellantis impetu furioſo, in oppido Frankera obſeſſus, in ſummo vitæ diſcrimine verſaretur, anno 1500. à patre (paucis menſibus poſt in Friſia mortuo) liberatus eſt. Deinde vt peregrinatione prudentiam aleret, & variorum populorum inſtituta, & mores cognoſceret, fortè etiam religionis ergò, vt illius temporis perſuaſio erat, Hieroſolymam, & poſt aliquot annos Compoſtellam in Hiſpanias profectus eſt. Poſtea Imperatoris Maximiliani aulam & bella ſecutus, cùm in patriam redijſſet, à fratre Georgio, anguſtam ſanè regiunculam, cuius præcipua vrbs Friber-
1512. ga erat, accepit: vbi Catharina, Magni ducis Megapolitani filia, vxore ducta, Seuerinum (qui viuente patre, in aula Ferdinandi Oeniponte deceſſit) Mauricium & Auguſtum electores Saxoniæ, & filias, Aemiliam, Georgio marchioni Brandeb. Sibyllam, Franciſco duci Saxoniæ, Lauenburgenſi: & Sidoniam vel Zedenam, Erico Brunſuicenſi iuniori poſtea nuptam ſuſcepit. Tertius Alberti ducis Saxoniæ filius

Fride-

Fridericus, Teutonici ordinis in Prussia magister fuit. vnde, cùm fidem iuratam Polonix regi dare recusaret, in patriam rediit, & à patruele Ernesto Magdeburgensi archiepiscopo, coadiutor factus, ante Ernestum, aqua intercute extinctus Rochlicij ex hac vitâ, anno ætatis 38. Christi 1510. emigrauit. Quo ipso anno etiam, Zedena mater, fato functa, Misenæ ad latus mariti condita est. Filia Alberti, Catharina, Sigismundo Austriæ archiduci, Friderici III. Imp. patrueli: & hoc mortuo, duci Brunsuicensi Erico nupta, & Mundæ ad Visurgis & Fuldæ confluentem, sepulta est. 1497.

Nunc ad Fridericum Saxoniæ electorem redeo, qui anno post excessum patris septimo, in Palæstinam profectus; & biennio post, primis Maximiliani comitijs, in quibus Iudicium Cameræ institutum, & Pax publica, quæ extat, sancita est; VVormatiæ præsentia sua cohonestatis: hoc anno 1500. Augustæ etiam, consilia Maximiliani, de constituendo Senatu Imperij perpetuo, pro pace & salute publica excubanter, adiuuit. & VVitebergensem Academiam, veræ de Deo, & omnis elegantioris doctrinæ, domicilium, omniumque piarum in Germania Scholarum metropolin postea factam, fundauit. Quem eius temporis scriptor Pegauiensis hoc insigni elogio celebrat: Fridericus dux Saxoniæ, elector & ensifer imperij, iuxta nomen suum, Diues amator pacis, & prudentissimus Princeps, sapientiæ domicilium, consiliorum thesaurus, defensor legum, controuersiarum finis, imperij Romani columen, monimentum Patriæ, morum speculum, decus principum, & disciplina ducum, quem eiusmodi virtutibus ornatum, veluti parentem ac numen, cœlitùs missum, plebs ipsa tota & veneratur & diligit. Quibus denique fretus virtutibus, imperio dignissimus est habitus, nuper Francophordi, vnanimi ac concordi principum consilio votoque post Cæsaris Maximiliani obitum, in regem Romanorum electus. In priuatæ vitæ studijs, lectione Tragœdiarum Senecæ, & alterius Senecæ epistolis, ac Horatio, inprimis delectatus est. ac ex varijs autoribus excerptas sententias aliquot insignes, schedulis inscriptas, cubiculi sui parietibus affixit, vt in conspectu semper haberet, & in colloquijs eruditorum aulæ consiliariorum vsurparet. Tales sæpè ex eo auditæ, & in cubiculo ipsius lectæ sunt: MODERATA DVRANT. Vis consilij expers mole ruit sua. Quò plura possis, plura patienter feras. Bonus princeps nihil à bono patre differt. Non oportet tota nocte principem dormire, cui populi commendati, & tantæ res curæ sunt. Vbi non est pudor, nec cura iuris, sanctitas, pietas, fides, instabile regnum est. Consulere patriæ, parcere adflictis, dare orbi quietem, seculo pacem suo. Hæc summa virtus, petitur hac cœlum via. Sed cùm Friderici huius & fratris Iohannis ac sequentium Saxoniæ electorum historia vitæ, & laudationes luculentæ, in omnium manibus versentur: nolim ijs commemorandis, quorum summæ suo postea loco annotandæ erunt, hoc tempore immorari. 1502. 1493. 1495.

Sed familiæ præsentium Saxoniæ electorum, quam à marchionibus Misniæ, & regulis ac nobilissima VVittikindi magni, Saxonum & Angariorum regis stirpe Saxonicæ, nusquam interrupta sanguinis serie, Spalatinus & alij eum secuti deriuant, partem adscribam.

VVITTIKINDVS magnus, à Carolo magno Imp. ad veram Christi religionem adductus, A. C. 785. ⊕ 807.

|

VVITTIKINDVS iunior, comes VVethini & Soraborum, ad Salam & Albim.

Ditgremus.	VVittikindus stirps
Ditmarus.	regum Galliæ.
Dietericus, tempore Ottonis I.	

Dedo, comes Mersb. ab Ottone III. factus. ⊕ 1009.	Fridericus, comes Ilenburgi ad Myldam. ⊕ 1017.

Dietericus II. tempore Henrici Pamberg. ⊕ 1034.

a

Dedo, hostis Henrici III. Imp.

TIMO, minimus natu inter sex fratres, MARCHIO MISNIAE ab Henrico IV. designatus. ⊕ 1091.

Dedo, fundator monasterij Petersberg prope Halam 1120.

CONRADVS, tempore Lotharij & Conradi III. Impp. ⊕ 1157.

OTTO diues, sub quo metalla Fribergensia cœperunt 1170. Lipsiam muro cinxit. Cœnobia, Portam ad Salam, & CELLAE ad Myldam fundauit 1175. ⊕ 1189.

Dietericus III. fundauit Dobreluch in Lusatia. ⊕ 1184.

Dedo, Cilliam monasterium condidit 1174.

Albertus, patrem cepit, fratrem eiecit. ⊕ 1195.

Dietericus IIII. à fratre pulsus, ducta IVDITHA, Hermanni Landgr. Thuringiæ filia, ditionem recuperat. cùm Misniam, fratre Alberto mortuo, tres annos Henricus VI. Imp. tenuisset. ⊕ 1220. die 27. Febr.

HENRICVS ILLVSTRIS natus 1217. Marchio Misniæ & Landgrauius Thuringiæ primus in hac familia A. C. 1248. confirmatus post transactionem cum Sophia, S. Ludoici & Elisabethæ filia 1263. ⊕ 1288. ætatis 71.

ALBERTVS degener, Landg. Thuringiæ. vxor Margarita, filia Friderici II. Imp. fugiens mariti crudelitatem, ⊕ Francofordij in monasterio 1270. ipse, vendita Adolpho Imp. Misnia, tandem inops & exul Erfordiæ ⊕ 1314.

Dietericus V. marchio Misniæ, fratris filios hæredes instituit. VVeissenfelsense cœnobium condidit. ⊕ 1282. habitauit Landsbergæ.

FRIDERICVS Admorsus, post bella cum patre 1281. Imp. Adolpho 1294. & Alberto Imp. 1306. 1307. gesta, vrbes Imperij Aldeburgam, Cygnæam & Chemnicium, in compensationem damnorum & expensarum anno 1308. retinuit. ⊕ 1325.

Theodoricus.

FRIDERICVS Grauis, comitatum Orlamund & Vinariam ditioni adiecit 1345. electus IMP. 1348. ⊕ 1349. vxor Mechtild, filia Ludoici Bauari Imp.

Fridericus strenuus, cum coniuge Catharina Henrici Hennebergensis filia, ditionem Coburgens. accepit, & Voitlandiam occupauit. ⊕ 1381.

VVilelmus I. vnoculus, Colditz & Ilenburg emit. 1398.

Balthasar Landgr. Thuring. comitatum Kefernburg, postremo illius comite in itinere ad terram sanctam defuncto, cameræ suæ adiunxit 1385. ⊕ 1406.

Ludoicus episc. Halberstad. & postea Moguntinus.

FRIDERICVS bellicosus, conditor Acad. Lipsensis 1409. primus Elect. Saxoniæ à Sigismundo Cæsare creatus 1423. ⊕ 1428.

VVilelmus II. dues, ⊕ 1425. fundauit Aldenburgense Collegium.

Fridericus Pacificus, Saltzen, Thuringiæ arcem, à postremo hærede recepit 1409. ⊕ 1439.

♂

Fridericus II. placidus elect. habuit sororem Friderici III. Imp. Margaritam. ⊕ 1464.

Sigismundus episcop. Herbipolensis, ⊕ 1457.

VVilelmus III. Landgr. Thur. ⊕ 1483. vxor Anna, filia Alberti Imp. ducta 1442. ⊕ 1462.

ERNESTVS elector, ⊕ 1486.

ANNA, nupta Alberto Achilli German. 1458.

ALBERTVS dextra manus Imperij, ⊕ 1500. 12. Septemb.

FRIDERICVS III. sapiens, sub quo Lutherus scribere contra Pontificem cœpit, ⊕ 1525.

ALBERTUS archiepisc. Mogun. ⊕ 1484.

Ernestus archiepisc. Magdeb. ⊕ 1513.

Ioannes Bonus & constans ⊕ 1532.

Georgius ⊕ 1539. 17. Aprilis.

Fridericus.

Henricus natus 1473. 16. Mart. ⊕ 1541. vxor Catharina filia Magni Ducis Megapolitani.

IOANNES FRIDERICVS elector, Nutritius ecclesiæ & scholarum, captus à Carolo V. 1547. die 24. April. liberatus 1552. ⊕ 1554.

Io. Ernestus Coburgæ sepultus 1553.

MAVRITIVS elect. in prælio cum Marchione Alberto, ictu globi perijt 1553.

AVGVSTVS elector Saxoniæ, Mecœnas studiorum & Nutritius ecclesiæ munificus, ⊕ 1586.

Ioannes Fridericus Gothæ captus 1567. April. 13.

Ioannes VVilelmus, dux Saxon. ⊕ 1573.

CHRISTIANVS Elector. ⊕ 1591.

IOANNES Casimirus.

IOANNES Ernestus.

Fridericus VVilelmus.

IOANNES.

Christianus Augustus. natus 23. Sept. 1583.

Ioan. Georgius Augustus. 6. Martij, 1585.

In Diœcesibus Saxoniæ superioris ad Albim & Salam: Misnensem ecclesiam, ab Henrico Aucupe primùm fundatam, & à filio illius Ottone magno, reditibus certis & ædificio templi anno 958. consecrati, ornatam; rexit anno 1500. Ioannes, ex Saluatiorum familia, ordine quadragesimus secundus à Burcardo primo pastore, quem ex cœnobio S. Emerani Ratisbonâ euocatum, Otto concionatorem aulicum hactenus habuerat. Fuit autem præsulis Ioannis sagacitas, prudentia, seueritas, magnitudo animi & industria in officio eximia. Libros precationum, lectionum, & cantionum, quibus sacerdotes vtuntur, ab Andrea Proles, cuius tum eruditio & pietas inter monachos præcipuè celebris erat, emendari & imprimi curauit. Præcones indulgentiarum nomine & autoritate antistitis Magdeburgici, venias venales circumferentes, ex sua diœcesi planè reiecit, & populi stulticiam reprehendit, qui pecuniam mitteret in eam cistam, ad quam reserandam claues non haberet. Superstitiones temporum suorum multas palàm improbauit. ac se, sacra Biblia legentem, Religionem præsenti valdè dissimilem inuenire dixit. Nobili cuidam de Missarum fundatione consilium ipsius petenti, respondit, Pulcherrimum in equo membrum esse oculos: Verùm si totum corpus nihil præter oculos esset, prodigio magis quàm ornamento id futurum esse. Nullum animal audacius esse eo, quod è cucullo prospiceret, de monachis aiebat. ac multa illius similia in superstitiones ætatis suæ iocantis apophthegmata feruntur. denique paulò ante obitum, à Tecelio Indulgentias denuò vendi audiens, dixit: Hunc fore Indulgentiarum institorem vltimum, quòd nimia ipsius & intoleranda impudentia esset.

Merseburgensem tenuit Tilo de Trote, senex: quadragesimus primus à Bosone primo episcopo, nobili Bauaro, itidem ex cœnobio S. Emerani Ratisbonâ accersito. Quem anno CHRISTI 968. præsente Ottone magno fundatore, Albertus archiepiscopus Magdeburgensis, & cum Bosone, Burcardum Misnensem, Hugonem Citiensem, Vdonem Hauelbergensem, & Dietmarum Brandeburgensem, episcopos primos ordinauit, & Magdeburgensis diœceseos membra & suffraganeos esse voluit. Naoburgensem diœcesin gubernauit Ioannes Schönbergius, ordine tricesimus octauus ab Hugone primo, Citij ad Elistrum, anno 968. autoritate Ottonis primi

fundatoris collocato: à quo Hugone, quartus Hildebertus, Naoburgum ad Salam, ſedem & titulum epiſcopi, auſpicijs Eccardi marchionis Miſniæ ac Turingiæ, Gunteri Pleiſſenſis filij, paulò poſt annum CHRISTI milleſimum, tranſtulerat.

MAGDEBVRGENSEM Diœceſin metropolitanam, ad Albim & Salam ducum Saxoniæ ſuperioris ditioni coniunctam, archiepiſcopus ERNESTVS Dux Saxoniæ, Erneſti electoris filius, & Friderici ſapientis, ac Ioannis elèctorum Saxoniæ, & Alberti archiepiſcopi Moguntini frater, regebat, ordine triceſimus octauus ab ALBERTO primo archiepiſcopo: cui, ex cœnobio S. Maximini ad Treuirim euocato, Imperator OTTO primus, inſpectionem eccleſiæ Magdeburgenſis & vicinarum, in gentibus Henetis ad Salam & Albim, recens à patre Henrico Aucupe & à ſe domitis, & magno labore ac fide ad agnitionem & cultum veri Dei & Seruatoris noſtri IESV CHRISTI adductis, commendauit, & COLLEGIVM CANONICORVM ſeu cuſtodum & interpretum canonis ſacræ ſcripturæ qui vniuerſæ Religionis Chriſtianæ & cultus diuini norma eſt; à VVittikindo, in VVeſtphaliæ oppido Angaria, vbi monumentum laudatiſſimi illius Saxonum principis adhuc viſitur, inſtitutum; & ab Henrico Aucupe in agri Luneburgenſis oppidum Vallersleben, præfecto epiſcopo Marco, translatum; & inde Magdeburgam à ſe traductum, archiepiſcopo adiunxit: in quo, velut in ordinaria ſede, ac præſidio & arce eccleſiæ Dei in his terris præcipua, veram doctrinam de Deo, & redemptore noſtro IESV CHRISTO & veros cultus DEI, in canone ſacræ ſcripturæ, diuinitus Eccleſiæ præſcriptos, archiepiſcopus & canonici fideliter cuſtodirent, & docendo propagarent, & iuxta hunc canonem, Eccleſias ſuæ inſpectioni commiſſas doceri, & miniſtrorum ac populi mores & diſciplinam regi curarent: ac inprimis, vt iuuenes clericos, ad veræ pietatis & precationis exercitia adſuefactos, & in officijs inferioribus præparatos, ad miniſterium eccleſiæ, & alios in templis docendos, ſtudijs ſacrarum literarum & artium neceſſariarũ cognitione inſtruerent & excolerent: & vicinis eccleſijs paſtores & miniſtros idoneos ordinarent: & quotannis inuiſerent; & iudicia eccleſiaſtica, ad piam controuerſiarum de doctrina & cultibus diuinis dijudicationem, ac veræ doctrinæ & diſciplinæ, & concordiæ ac defenſionis paſtorum, & coniugij legum conſeruationem ſummè neceſſariam, legitimè adminiſtrarent. Itaque tum temporis epiſcopi, ad officia hæc obeunda idonei, non potentia, opibus & armis, ſed pietate, doctrina, donis docendi, ſedulitate & zelo veræ religionis docendo propagandæ, ac morum ſanctitate ornandæ, cæteris antecellentes, à pijs principibus, ex monaſterijs, & collegijs, quæ ſcholæ eccleſiaſticæ & Theologicæ eo tempore erant, quæſiti & delecti ſunt: & attributi reditus ampli & vberes, vt alimenta & ſtipendia neceſſaria, epiſcopus, & cæteri doctores canonis Biblici, ipſi adiuncti, & clerici ad miniſterium eccleſiæ inſtituendi, & eleemoſynas pro pauperibus & peregrinis, & ſumptus ad ædificia templorum ſarta tecta conſeruanda, haberent. Poſtea cùm regum liberalitate, & ſuperſtitioſis perſuaſionibus de meritis operum & de ſacrificio Miſſæ expiante peccata, & redimente pœnas viuorum & defunctorum, immenſæ opes, & prædia ac poſſeſſiones & patrimonia nobilium & principum ampliſſima collegijs donata eſſent: accidit, quod Bernardus iam ante annos 400. queſtus eſt: *Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem.* Relictis enim & abiectis, tanquam maieſtate ſua indignis, concionandi, & canonem Scripturæ in collegijs interpretandi, & bonas literas ac linguas alios docendi officijs & miniſterijs, propter quæ beneficijs dotati erant, Canonici alij ſe luxui & voluptatibus, in otio inerte & ignauo, alij aularum conſilijs & negotijs politicis, aliqui etiam bellicis, dediderunt. Epiſcopi verò, iam aliquot ſeculis regio more dominati, nullum ex paulò antè commemoratis epiſcopi officium proprium, ſed velut principes politici, ſolam ciuilem gubernationem ditionum ac ciuitatum, eccleſijs additarum, procurant. Cumque ditionibus maiorum Eccleſiarum, paſſim opulenti & inſolentes equites, ac vrbes populoſæ ac potentes ſubiectæ ſint; vt in officio hi contineri & pax ac tranquillitas publica cõſeruari poſſit, iam in epiſcoporum

porum electione, non tam religio & doctrina, & in ecclesiasticis officijs obeundis industria & sedulitas, vt olim: sed sola ferè potentia, & ex generis nobilitate & armis propinquorum pendens autoritas, quibus splendorem & ius suum defendere & tueri collegia possint, spectatur. Itaque vt antea alij principes: ita nunc præcipuè archidiœcesin Magdeburgensem, perpetua serie soli ferè vicinorum principum electorum filij, libera collegij electione designati, gubernant. Cùm igitur maiorum Ecclesiarum inspectiones & gubernationes, episcopis olim commendatæ, hoc tempore in politicos planè principatus & regna mundana conuersæ, & illis immixtæ sint: non peculiarem episcopis classem & à reliquorum principum serie & temporibus disiunctam, sed cæteris ducibus & magistratibus ciuilibus, continuo prouinciarum superiùs enumeratarum ordine seruato, episcopos etiam interponere decreui. Nam & huius archiepiscopi ERNESTI πολιτεύματα præcipua, planè politica & bellicosa fuerunt. cùm excitata in Salanis Saxonicis inter senatum & patritios, salinarum commoda ad se trahentes, senatui contumaces, ciuili discordia: patefacta sibi à senatu porta D. Vlrici, vrbem cum copijs ingressus, frenum vtrisque injiciens, præcipuos salinarum reditus & iurisdictionem ad se transtulit, & postea S. Mauricij arcem ceruicibus ciuium imposuit. Quedlinburgam verò, amitæ suæ Hedvvigis, Abbatissæ collegij virginum, ab Henrico Aucupe olim instituti, mandatis parére recusantem, multò durius & crudelius pater Ernestus dux Saxoniæ superiori anno adflixerat. Vi enim occupatam & direptam, in extremam seruitutem redegit, vt sine vlla exceptione deinceps obtemperare cogatur. 1478.

Cumque HALBERSTADENSIS etiam ciuitas, erga episcopum suum Gebhardum, natum in familia nobili ab Hoym, virum modestum & grandæuum, minus reuerenter & modestè se gereret: ERNESTUS Magdeburgensis archiepiscop. autoritate, potentia & felicibus in castiganda auxilijs paternis insolentium contumacia successibus, armatus; eodem anno illius etiam vrbis ecclesiæ à collegio præficitur, ordine tricesimus nonus à S. Hildegrino, primo episcopo. cuius sedem in oppido Salingstede seu Osterwic, à Carolo fundatore primùm collocatam, Ludoicus Pius, anno post primam fundationem quadragesimo, Halberstadium transtulerat. ERNESTUS in recuperationem iudiciorum & iurisdictionis in vrbe administrandæ (quam antecessores ipsius oppignoratam Senatui concesserant) & integrum ac plenum Imperium in ciuitate obtinendum intentus: cùm iurisdictionem, oblata redemtione, senatus restituere nollet: obseruata vel alita etiam intestina senatus & ciuium, rationes administrationis à senatu flagitantium, dissensione; consilio & ope patris paulò post defuncti vrbem obsedit, & occupatam, omni iurisdictione ac iudicijs & libertate priuatam, episcopo totam subiecit, quæ tamen ante annum 1500. cuncta acciderunt. 777. 807.

BRVNSVICENSEM Ditionem amplissimam, à Magdeb. & Halb. diœcesis finibus, ad Visurgin, & ab Harcynia ad Albim usque pertinentem, tres familiæ, ex vno stipite, Alberto magno, Henrici Leonis pronepote, enatæ; tribus nominibus arcium, in quibus aulæ sedem vsitatè habebant, Guelfforum (vulgò VVolffenbuttel: Lycaoniam aliqui nominant) Cellensis, & Grubenhagensis distinctæ, tenebant. ex quibus maximam & florentissimam regionis partem, Guelfforum arci coniunctam, HENRICUS senior, patre VVilelmo, matre Elisabetha, Bothonis comitis Stolbergensis filia, natus: princeps solerte ingenio, & animo ac manu forti, sed inquietus & bellorum auidus (viuente adhuc patre VVilelmo, VVilelmi Victorioſi filio, Alberti magni trinepote) cum fratre ERICO gubernabat. Pater enim VVilelmus, publicæ tranquillitatis & priuatæ quietis amans, permissa Henrico rerum administratione, & postea ditione etiam tota inter filios Henricum & Ericum distributa, prorsus se in ocium abdidit. HENRICUS auo quàm patri similior, semper inquietus, & bella ex bellis serens, magnis se subditosq; suos molestijs ac ærumnis sæpe implicauit. Prima militiæ tyrocinia fecit Hildesiensi bello, aduersus vrbes inferioris Saxoniæ, Hildesiensib noua vectigalia ab epi- 1481. 1486.

ſcopo impoſita pendere recuſantibus confœderatas ſuſcepto. in quo, militans epiſcopo, Ioannem comitem à Ritberg, copias auxiliares ſuas & fratris epiſcopi Oſnabrugenſis ciuitatibus adducentem, cepit. Erat autem ſoror epiſcopi Oſnab. Conradi,& Ioannis, comitum à Ritberg fratrum, Friderico duci Brunſuicenſi, Henrici patruo, in matrimonium tradita. Quem cum vxore, in cuſtodia tum VVilelmus & Henricus duces Brunſuicenſes habebant. Cumque nullis interceſſionibus, alijsue rationibus amicis, liberationem eius conficere comites Ritbergenſes poſſent: nec ſorori ſuæ, Friderici captiui coniugi,de alimentis & alijs, quæ in literis contractus nuptialis promiſſa erant, proſpici quererentur: cauſam inde adiungendi ſe ciuitatibus, quæ epiſcopum Hildeſienſem & VVilelmum ac Henricum Brunſuicenſem oppugnabant, comites Ritbergenſes ſumpſerunt. Etſi autem primum hoc tyrocinium,capto Ioanne Ritbergenſi, non infeliciter Henrico ceſſerat: tamen in magnas difficultates poſtea à ciuitatibus Goslaria, Magdeburgo, Brunſuuiga, Lunæburga,
1486. Hildeſia,Gottinga,Stendalia, Hannouera, Einbeca & Northeimio confœderatis, ipſe cum patre coniectus eſt. Ex quibus noui adfinis ſui Bogislai magni ducis Pomeraniæ autoritate, & ordinum vtriuſque prouinciæ interuentu, bello compoſito, eluctatus eſt. Statim verò,cùm vicina vrbe ſua Brunſuicenſi lites inchoauit, quam, præfecturas aliquot, à ſuis maioribus præter ius & æquum fraudulento titulo venditionis vel pignoris obtinuiſſe, nec principem dominum feudi recognoſcere querebatur; eaque ſibi reſtitui flagitabat.

Etſi autem poſt varias vltrò citroque habitas diſceptationes,ad Ioannem electorem Brandeburg. & Erneſtum ducem Saxoniæ arch. Magd. velut arbitros cauſam detulerunt: tamen vtraque parte nihil de iure vel ſententia cedente: Henricus ab omnibus Saxoniæ principibus ſecretò auxilia petens, quibus ſubditam ſibi vrbem contumacem domaret, facilè impetrauit. ſolo Hildienſe epiſcopo excepto,qui neutri parti ſe opem laturum oſtenderat. Confirmabant principem ciues quidam ſeditioſi vrbe pulſi, ex quibus ærarium ciuitatis exhauſtum,& commeatum in ea exiguum eſſe diſcebat. primùm igitur reditus debitos ciuitati à ſubditis ſolui prohibet. & nihilominus ad collegia ciuium literis miſſis,colloquium eorum expetit.Quibus neglectis, ad valuas templorum in vrbe edicta adfigi curat, quibus mandat prælatis,tribunis & communitati ciuium, vt ſenatum ad reddenda principi hæreditaria ipſius bona & iura adigant. Cùm autem collegia ciuium, re cum ſenatu communicata, principi reſponderent, ſe ad amicam, vel ordinariam iuris cognitionem prouoca-
1492. re:Henricus exeunte Auguſto,prohibita commeatuum in vrbem importatione,bellum ciuitati denunciat. Ciuitas viciſſim,diu noctuque continuatis operis, munitiones vrbis reficit & auget, & præſidia arcibus, quas extra vrbem tenebant, imponit. Aſſenburgum verò in monte excelſo collocatum exurunt. Princeps Vechelda, Nouoponte, Campis, Tuna & Aſſenburgenſis præfecturæ pagis occupatis,vrbem ipſam Idibus Septembris, ad collem vrbi vicinum Gyrsbergam obſidet. Adulta hyeme,relicto in primis caſtris equitatu,ipſe cum peditum copijs Rittershuſij cœnobio,vrbi à ſeptentrione vicino, ſedem belli deligit,& tota hyeme ſecuta obſidionem continuat,ſperans ſe tantam multitudinem, vrbi incluſam,ad deditionem vel imperata facienda, fame adacturum eſſe. Sed confœderatæ vrbi Brunſuicenſi Hanſeaticæ ciuitates, aliquot conuentibus Hildeſiæ celebratis, tandem ineunte anno 1493. bellum Henrico indicunt. Qui fremens ad mœnia Hildeſiæ ciues ad velitationem elicuit; ex qua æquo ferè Marte diſceſſum eſt. Magna iam annonæ difficultas in vrbe Brunſuuiga erat, & precia rerum venalium immodicè creſcebant, & lignorum inprimis magna penuria erat. Sed vicinorum Hildeſienſium fide, induſtria & fortitudine, Brunſuicenſes opportunè recreati & adiuti ſunt. Hi enim militem & commeatus, Peinam, vbi Brunſuicenſes ex vrbe eis occurrerant,deduxerunt. Cùm autem Henricus viam regiam foſſis & aggeribus paſſim interpolaret: decima die poſt, Hildeſienſes & Brunſuicenſes ad Blekenſted deflectunt. vbi acerrimo cum principe commiſſo prælio victores in vrbem peruenerunt, & libera commeatuum importatione deinceps via Hildeſienſi ſemper vſi ſunt. Cumque militum copijs aucti, paſſim in

prin-

principis ditionem impressione facta direptionibus & incendijs grassarentur, & in-
dies bellum grauius & atrocius inflammaretur: vicini episcopi, Magdeburgensis &
Hildesiensis se ad amicam inter partes compositionem instituendam obtulerunt. Sed
Hildesiense repudiato, Henricus, electorem Brandeb. cum Ernesto Magdeburgensi
arbitros recepit, & factis aliquot mensium inducijs ab vrbe discedit. Etsi autem Ver- 13. Martij.
nestam aliquoties euocatæ sunt partes, vt causam coram arbitris disceptarent: cùm 1493.
Henricus Magnum ducem Megapolitanum & Henricum Luneburgensem, Brunsui-
censes ciuitatum Hansæ legatos αὐτοκράτας haberent: tamen sequenti demum annò,
consiliarijs arbitrorum in vrbem profectis ita transactum est, vt Campos, Tunam &
Nouumpontem princeps retineret: Ciuitas verò, priuilegia & libertates suas vete- 1494.
res, & prædia ac reditus in toto ducatu, & præfecturas Eiken & Assenburgensem re-
cuperaret, ita tamen, vt arx Asseburg desolata maneret. Captiui vtrinque dimitte-
rentur, & iuramentum fidelitatis nouum ciuitas vtrique principi Brunsuicensi & Lu-
neburgensi præstaret. Cùm autem dux Brunsuicensis sibi soli à ciuitate subiectio-
nem iurari, Lunæburgensis verò sibi idem iusiurandum dari vellet, & ciuitas Brunsui-
censis vtrique à se deberi fateretur: noua inter principes distractio orta, vt neutri
eum præstaretur, effecit.

Paulò ante, oppido medio inter vrbem Brunsuigam & Magdeburgam itinere, 1490.
Helmstadium, nunc Academiæ sede insigne, VVilelmus dux Brunsuicensis, Henri-
ci pater, à VVerdensi abbate, cui parere ciues insolentiores recusabant, certa pecu-
niæ summa abbati numerata, redemptum in suam potestatem redegerat. Munire id
oppidum Carolus, Caroli magni filius, aduersus Sorabos & Vilsos bella gerens cœ- 805.
perat, idque S. Ludgero primo episcopo Monasterienssi tradiderat, vt in populis à
Carolo subiugatis prædicanti, tutus receptus esset. Id Ludgerus postea, cœnobio
Benedictino, VVerdenæ ad Ruram fl. à se fundato, in quo moriens anno Christi
809. sepultus est, attribuit. Eius cœnobij longius dissiti abbatem dominum ciuitas
Helmstadiensis huc vsque agnoscebat. Sed cùm trunci domini ciues tæderet, Cico-
niam regem hoc tempore adepti sunt.

Coniugem Henricus habuit Catharinam, Erici Pomeraniæ ducis filiam, Bo- α 1487.
gislai magni sororem, ex qua sex filij ipsi nati sunt, α Christophorus Bremensis ar- β 1488.
chiepis. β Henricus iunior, in gubernatione postea patri succedens. γ Franciscus e- 9. Nouem.
piscopus Mindensis. δ Georgius in fratrum defunctorum loca Mindæ & Bremæ po- γ 1492.
stea summissus: Ericus commendator ordinis Teutonici Confluentiæ, & Gvilelmus δ 1499.
in hac vicinia Myræ in exilio defunctus.

Ericvs, Henrici frater, senior postea dictus, Neostadij natus: postquam ex 1470.
ephebis excessit, & ingenium principis adolescentis alacre, excitatum, ac πολύτροπον
& in tyrocinijs primæ ætatis dextrè obeundis agile & versatile, primùm eluxit: in
Alberti Bauariæ ducis cognati aulam, vt Peleus ad Chironem, missus est. & planè
adhuc adolescens, visitato principum illius temporis more, Hierosolyma profectus,
Italiam & Romam simul inuisit. Reuersus in Germaniam, ad Imp. Maximilianum
se contulit, sub quo tolerare magistro, militiam & graue Martis opus incœpit, ac pri-
mum militaris tyrocinij specimen, in Turcas, qui à comite Frangepano aduersus E- 1493.
mericum prouinciæ præsidem euocati, Croatiam inuaserant, eiusmodi edidit, vt
præter animi magnitudinis & militaris industriæ laudem, ducum etiam & militum
amorem & admirationem adeptus sit. Postea omnibus Maximiliani bellis, Gel-
dricis, Flandricis, Heluetico, Frisico, cum Alberto Saxoniæ duce interfuit, cuius Al-
berti filiam, Catharinam, Sigismundi Austriæ ducis (qui Friderici III. Imp. frater pa-
truelis fuerat) relictam viduam, vxorem duxit; ex qua tamen, præter filiam, nullos 1500.
quod sciam liberos suscepit. atque hoc anno in Frisia, Veronicæ seu Franciæ obses-
sam coniugis suæ fratrem Henricum, Saxoniæ ducem, liberauit. Secuta sunt bella,
Lauricum, & Venetum valde diuturnum, in quibus præcipuè fortitudinem, fidem,
industriam & pietatem Imperatori suam probauit, de quibus suo postea loco men-
tionem faciemus.

Nunc familiæ præsentium Ducum Brunsuicensium seriem, omnibus historiarum Germanicarum non ignaris notam, adscribemus. Quam non ex altissima origine, ab Actio Nauio augure, qui Tarquinij Prisci regis Rom. ætate, cotem nouacula discidit: neque à Sigeberto Atestino, quem Longobardica stirpe ortum Volaterranus & Sigonius adfirmant: sed à Guelfis tantùm, Bauariæ Ducibus nobilissimis, ante quingentos annos, virtute, sapientia, opibus, potentia & autoritate in Germania florentissimis, nusquam interrupta masculi generis continuatione, propagatam repetemus.

GVELFVS, Dux Bauariæ, tempore Henrici II. & Conradi II. Impp. floruit.

GVELFVS ἄπαις ⊕1056. — Kunegundis, nupta Azoni IIII. Esthensi & Tusciæ march. 1

GVELFVS I. hæres auunculi, dux BAVARIAE ab Henrico IIII. Imp. creatus A.C. 1071. ⊕1101.

GVELFVS II. ἄπαις. ⊕1119. — Henricus niger, cui VVulphildis, postremi ex Billingana familia Saxoniæ ducis Magni filia, nupta fuit. ⊕1125.

LOTHARIVS Saxo, Imp. — GERDRVD

HENRICVS, dux Saxoniæ à socero factus, ⊕1139.

GVELFVS III. in oppido VVeinsberg à Conrado III. Imp. obsessus 1140. ⊕ senex 1161.

IVDITH mater Friderici Barbarossæ Imp. 2

HENRICVS LEO, dux Saxoniæ & Bauariæ potentiss. natus A. C. 1136. Mathilden filiam Henrici II. Angliæ regis coniugem secundam ducit 1162. proscriptus ab Imp. 1180. ⊕1195. die 6. Augusti.

GVELFVS Iunior ante patrem ⊕1168.

Henricus Palatinus, nouem annos post Ottonem, ducatui Brunsuic. præfuit. ⊕1227. vxor Agnes, Conradi Palatini filia, cœnobium Stadæ fundauit, vbi sepulta est.

OTTO IV. Imp. 1209. ἄπαις ⊕1218.

VVILELMVS dux Saxoniæ, ⊕1212. vxor Helena soror VValdemari Daniæ regis.

OTTO puer, auunculo regi VValdemaro, aduersus Lubecenses, eorumque socios, opem ferens, captus in prælio 1227. titulum Ducis Saxoniæ Alberto II. electori Saxoniæ cessit. à Friderico II. Imp. Dux BRVNS. & LVNEB. creatus 1235. ⊕1252.

ALBERTVS Magnus Dux Brunsuicensis, Assenburgam cepit 1258. Henrico Hassiæ principi opem ferens à Miśn. marchione capitur 1263. ⊕1278.

Adelheid, Henrico Landgr. Hassiæ, nepoti S. Elisabeth nupta.

Ioannes Luneburgi ⊕ 1277.

HENRICVS MIRABILIS, stirps ducum Brunsui. in GRVBENHAGEN ⊕1322.

Albertus pinguis, expulit Henricum Brunsuiga 1294. ⊕1318.

VVilelmus Brunsuigæ habitauit, cuius sine liberis defuncti tertiam ditionis partem solus Albertus retinuit 1292.

OTTO, ⊕1330.

VVILELMVS ⊕1168. γ

Otto, ἄπαις Brun- † a

MAGNVS pius Sangerhusij, quod oppidum cum vicinis, vxor Agnes

Albertus epis. Halber- *

Henricus ep. Hildes.

Ernestus dux Gottingen ad Leinam, diuisit β

Die Bibel nach der Übersetzung Martin Luthers. Mit Bildern von Julius Schnorr von Carolsfeld. Illustrierte Ausgabe in 100 Lieferungen. Leipzig, Verlag der Bibelanstalt. Lieferung 1–3. Subskriptionspreis für die Lieferung 1 M.

Bilderbuch für Kinder. Herausgegeben von Ludwig Richter

Natus in familia comitatus Schauenburgenſis nobili, à LANDESBERG in VVormſtal, Heroica animi & corporis maieſtate, & præſtanti ingenio & eloquentia, cum amore iuſticiæ, pietatis & literarum coniuncto, & humanitate ſingulari excellens. Huic, cùm Verdenſis eccleſiæ Decanus primùm fuiſſet, Epiſcopi munus Iohannes tertius anteceſſor ipſius reſignarat. Decennio pòſt, Hemingus Hildeſienſis, moleſtiarum gubernationis & ſuorum perfidiæ ſatur, ad vitæ priuatæ quietem rediens, Bertholdum, de collegij & cæterorum ordinum conſenſu, gubernaculis præfecit.

Cùm autem noua rerum venalium vectigalia Hildeſiæ inſtituere Bertholdus, & ciuibus imponere moliretur: communitas ciuium, libertatem ſuam ab epiſcopo diminui ac infringi conquerens, eique tantum iuris poteſtatisque in ſe eſſe pernegans, arma aduerſus epiſcopum, à propoſito non deſiſtentem capit, & vicinarum Saxoniæ inferioris vrbium, Goslariæ, Magdeburgę, Brunſuigæ, Luneb. Gottingæ, Stendaliæ, Hannoueræ, Einbecæ & Northeimi, quæ communem tuendæ libertatis cauſam ad ſe pariter pertinere iudicabant, auxilijs iuuabatur. Epiſcopo viciſſim Henricus dux Brunſuicenſis, VVilelmi filius, & multi comites, ſuppetias ferebant. Id bel-
1485. lum vltra biennium protractum, tandem à Bogislao duce Pomeraniæ, opem ſoro-
1486. rio ſuo Henrico, à ciuitatibus confœderatis oppugnato, ferente, & alijs interceſſoribus, ſalua ciuitatum libertate & priuilegijs compoſitum eſt. ac primùm vibis Goslarienſis cum epiſcopo Hildeſienſi & duce Brunſuicenſi controuerſiæ veteres, ad Ill. principis Alberti Saxoniæ Ducis, arbitri vtrinque delecti, cognitionem ſeponuntur. Ciuitates nominatæ, earumque ciues, incolæ & coniuncti, omnia ſua priuilegia, libertates, literarum obligationes, conſuetudines, feuda, aliaque bona, in diœceſi Hildeſienſi integra & illibata retinent. Omnes iniuriæ in bello vtrinque illatæ, nihil antiquis priuilegijs & iuribus derogabunt, ſed obliuione ſempiterna obruentur. Hildeſienſes erga epiſcopum dominum ſuum, ſicut fideles ſubditos de iure decet, vigore iuramenti epiſcopo tempore primi aduentus illius in diœceſin præſtiti, ſeſe gerent. executio decretorum epiſcopi & curiæ Romanæ aduerſus ciuitates & viciſſim ciuitatum appellatio ad PP. & cæteri proceſſus iudiciales, vltroque citroque inſtituti, ceſſabunt. Conrado à Suicheld de arce Luter, moleſtia nulla deinceps exhibebitur, Hildeſienſi ciuitati, epiſcopus, ex proximi triennij exactionibus reſtituet ter mille aureos Rhenenſes, quos anteceſſor illius Henricus, pro liberatione arcis Coldingen ipſis addixit. Canonici profugi in vrbem redibunt, quas Vincentius Berner, Ruſcius Plate & alij ſeorſim cum Hildeſienſibus inimicitias armis geſſerunt, amicis tractationibus ſine vi componentur. de captiuis etiam redimendis ac liberandis vtrinque conuenit. atque ſic integra & plena reconciliatio & pax publica inter epiſcopum Hildeſienſem & decem ciuitates confœderatas reſtituitur. quæ, Conradum epiſcopum Oſnabrugenſem, & Henricum ducem Brunſuicenſem, in Grubenhagen, & alios vtriuſque partis ſocios, hanc pacem amplectentes, ſimul comprehendit.

1586. Hac calamitoſi belli mole anno exeunte leuatus Bertholdus, toto deinceps gubernationis tempore, pacem coluit, & ſeminibus cauſisque omnium diſcordiarum & contentionum præciſis, ſubditorum ac vicinorum beneuolentiam & amorem ſibi promereri omnibus humanitatis, clementiæ, moderationis & iuſtitiæ officijs ſtuduit, & principatum opima pace, omnibusque bonis ac ornamentis ciuilibus florentem, moriens ſucceſſori Erico, Iohannis ducis Saxoniæ inferioris filio, Magni & Iohannis fratri, reliquit.

Ericus verò, cùm vix annum ſediſſet, amore quietis & otij, abdicare ſe, & ad collegium ſuum in eccleſia Colonienſi redire conſtituit. Itaque fratri Iohanni, duci Saxoniæ, diœceſin Hildeſienſem cedit. qui ab initio aliquot annis, in ſumma tranquillitate & opulentia, adſpirantis fortunæ ventis ſecundiſſimis vſus eſt. Poſtea verò in extremas calamitates ſe & totam diœceſin, moto non neceſſario & funeſto aduerſus epiſcopum Mindenſem & duces Brunſuicenſes bello, coniecit. in quo ab Imperatore proſcriptus, & omnibus ferè arcibus, oppidis ac præfecturis totius diœ-
1521. ceſis, ſola Hildeſia, Peina, Mariæberga & Sturevvaldo exceptis, priuatus eſt, vt infrà

ſuo loco

suo loco belli illius historia exponetur. in quo, socius episcopi Hildesiensis feliciter iuuo bellum gerentis, HENRICVS DVX LVNEBVRGENSIS fuit, qui tertiæ illius fa- 1522.
miliæ ducum Brunsuuicensium, Cellæ ad Alleram sedem habentis, princeps erat, & respectu propinqui ducis Henrici Brunsuuicensis senioris, Henricus iunior vulgò appellatus est. Is in prima pueritia, patrem Ottonem, Friderici religiosi filium, amiserat. Adolescens gubernationi patriæ præfectus, Margaritam, Ernesti electoris Saxoniæ filiam, Friderici & Iohannis electorum sororem, sibi coniugem adiunxit. ex qua Otto, Harburgi deinde habitans, & Ernestus, ac Franciscus fratres, qui in comitijs anni 1530. postea se auunculo in confessionis Augustanæ exhibendæ negotio adiunxerunt, nati sunt. Agnationem cum cæteris ducibus Brunsuuicensibus omnibus notam subijcimus.

Magnus Torquatus, Henrici Leonis trinepos, ⊕ 1373.

Fridericus electus Imp. 1400.	BERNARDVS stirps ducum LVNÆburgensium. ⊕ 1434. permutauit ditionem cum VVilelmo Victorioso fratris filio.	Henricus stirps ducum Brunsuic. ⊕ 1416.

OTTO magnus, iustus ac strenuus pr. ⊕ 1445. ætat.	Fridericus religiosus Ottoni fratri successit. postea filijs gubernatione tradita 1459. in quiete & precatione consenescere cupiebat. Sed vtrique filio superstes, ⊕ 1478.	VVilelmus victoriosus ⊕ 1482. | VVilelmus ⊕ 1503. | Henricus senior, ⊕ 1514. | Henricus iunior, ⊕ 1568. | IVLIVS.

Bernhardus, adm. Hildesiens. 1452. ⊕ 1464.	OTTO magnanimus, ⊕ 1471. vxor Anna Iohannis Nassauiæ comitis filia, VVilelmi amita.	

HENRICVS iunior, in Frisia bellum gessit 1514. Ericum Brunsuic. prælio superatum cepit 1519. Francisco Galliæ regi carus. ⊕ 1532. vxor Margarita, Ernesti elect. Saxon. filia, ducta 1487.

ERNESTVS natus 1497. ⊕ 1546. vxor Sophia, Henrici Megapol. filia.	Franciscus Giffhornæ habitauit. ⊕ 1549. vxor Clara, Magni ducis Sax. filia. | Clara, vxor Bogislai Pom.	Otto, natus 1495. Harburgi ⊕ 1549.	Elisabeth Carolo duci Geldriæ nupta 1518.	Anna, Barnimo duci Pomeraniæ 1523.

Franciscus Otto, ducta Elis. Magdal. Brand. tertio coniugij mense ⊕ 1559.	Fridericus in prælio Siuershusano ictus ⊕ 1553.	HENRICVS in Tanneberg. vxor Vrsula Francisci ducis Sax. filia. | Augustus rector Academiæ Rostochiensis.	VVILELMVS dux Brunsuic. & Luneburgensis, natus 1535. 4. Iulij. cœpit regere patriam 1559. vxor Dorothea, Christiani III. Daniæ regis filia, ducta 1561.

Ernestus natus 1564. 31. Decemb.	Christianus natus 1566. 19. Nouemb.	Augustus 1568. 8. Nouemb.	Fridericus 1574.	Magnus 1577.	Georgius 1582.	Ioannes 1583.

Contigua Luneburgensi ditioni ad Alleram est Diœcesis VERDENSIS, quam inter primas, in Saxonia, per Carolum magnum, ad Alleræ & Visurgis confluentem fundatam; anno 1500. vna cum Hildesiensi rexit BERTHOLDVS à Landesberg; quadragesimus septimus à S. Suiberto Anglo, primo episcopo, cuius inter Diuos relati memoriam, anniuersario festo, Calendis Martij Verdenses celebrant. Bertholdus

tholdus cùm piè, sapienter, iustè & feliciter regere Verdensem ecclesiam, ab ante-
1470. cessore Ioanne III. ipsi traditam cœpisset: decennio post, propter eximiam virtu-
tis, industriæ, humanitatis & prudentiæ laudem, ab Hildesiensi etiam collegio expe-
1502. titus, & amplæ illi ac potenti eo tempore diœcesi gubernandæ præfectus est. De-
functo autem in arce Rodenburga, Christophorus dux Brunsuicensis, Henrici se-
nioris filius, vix pueritiæ annos egressus, à collegio substitutus est. cum biennio ante, Bremensis archiepiscopus, eundem Christophorum sibi adiutorem & successo-
rem delegisset.

BREMENSI autem ecclesiæ, per Carolum Magnum
788. fundatæ, primus episcopus S. VVillehadus Anglus; postea, per Ludoicum Germa- 10
850. niæ regem, vnitæ cum metropoli Hamburgensi, primus archiepiscopus S. Ansgarius
1500. præfectus est. à quo ordine tricesimus nonus post HENRICUM comitem Suartzbur-
gensem proximus fuit Ioannes Rodius, humiliore quidem loco, ex honesta ciuitatis
Bremensis familia ortus; sed in aula Romana, sub Alexandro VI. aliquot annos
versatus, vir prudens, moderatus, & opulentus, Ecclesiæ Præpositus. Cui, primam
crescendi occasionem, patrui ὁμωνύμου, qui eundem in Ecclesia Bremensi dignitatis
gradum tenuerat, virtus, industria & opes præbuerunt. Is, præsentis Episcopi pa-
truus, crebrò Romam proficiscens, diuertere in itinere, apud Henricum comitem
Suartzburgensem, Henrici filium, Guntheri electi olim REGIS Romanorum abne-
potem, numerosa prole mascula præditum, solebat, & contracta cum eo amicitia & 20
familiaritate arctiore, rogabatur subinde, vt vacantibus Ecclesijs, quibus adesset, v-
nius ex comitis filijs rationem haberet. Defuncto igitur GERARDO, comite Hoien-
se, Ioannis filio, in noui archiepiscopi electione, plerique collegæ, ipsi, vtpote Ro-
mani Pontificis aulæ, & multis principibus, ob virtutem & industriam noto & caro,
& magnis opibus ac diuitijs circumfluenti, suffragia dederant. Sed vir prudens, &
modestus, intelligensque, πάντα μέσοισιν ἄριστα, μέσῳ θηλεῖ τὸ πόλεϊ ἅπαν, contentus præ-
senti loco mediocri, summæ dignitatis fastigium, autoritate sua, in HENRICUM co-
mitem Suartzburgensem, Henrici hospitis & amici sui filium, illustri genere ortum,
deriuarat. Qui statim, in molestas contentiones & curas, ob recentem GERARDI
comitis Oldenburgensis, de fratre Mauricio & ciuibus Bremensibus victoriam, con- 30
iectus est.

Cùm enim Nicolaus archiepisc. ex familia comitum Delmenhorst, (quæ arx,
1247. ad riuum Delmæ, olim ab Ottone, Mauricij comitis Aldeburgensis filio, Christiani
fratre, ædificata erat) postremus, hæredem Ecclesiam Bremensem relinquens, vt fe-
runt, decessisset; & agnati Aldeburgenses comites, sibi ius successionis vendicassent:
orto inter fratres Gerardum & Mauricium, Theodorici comitis Aldeburgici, &
Delmenh. filios, de Delmenhorsti possessione bello; cùm Mauricius à comitibus
Hoiensibus & ciuitate Bremensi adiutus, arcem iam penè expugnasse sibi videretur:
aduentu VVilelmi ducis Brunsvvicensis senioris, Gerardo suppetias ferentis, auo-
catus, illi occurrit: commissoque acri prælio & ancipiti, tandem Mauricius profli- 40
gatus vix elabitur. Comites Hoiensis & multi Bremenses capti, grauibus lytris se
redemerunt. Aliquantò post, Ioanne Bauariæ duce, Episcopo Monasterienſi, ad
Magdeburgensem archiepiscopam transeunte; HENRICVS ad Monasterienſis etiam
Episcopæ, potentia & opibus longè Bremensi antecellentis, gubernationem, retenta
nihilominus Bremensi velut appendice, euectus est. Gerardus autem Aldeburgen-
sis comes, perpetuis excursionibus ex arce Delmenhorstana, vicinarum ciuitatum
mercatores, Hamburgenses inprimis ac Lubecenses, quòd in Holsatia ipsi, contra
Regem fratrem multa turbanti, non omnibus in rebus gratificati essent, pro hostibus
habitos, vexabat & deprædabatur. de quo, grauissimis & assiduis ciuitatum quere-
lis ad archiep. delatis, coërcendam Gerardi petulantiam, & pacem ac securitatem iti- 50
nerum in suis diœcesibus præstandam ratus, aliquot expeditiones coniunctis socia-
rum etiam ciuitatum auxilijs, ad Delmēhorstum suscepit. Quibus etsi ad promitten-
dam pacem & securitatem peregrinantium, aliquoties Gerardum adegit: tamen

subinde

subinde ad ingenium & vsitatas artes illo redeunte, & mercatores mercibus nudatos, incarceres etiam conijciente: Henricus tandem, omnibus Monasterienſis quoque dioeceſis viribus contractis, denuò arcem Delmenhorſtanam aggeribus & vallis munitam, & longè lateque paludibus cinctam, prohibita commeatuum importatione, magis quàm violentis aggreſſionibus, oppugnat. vbi cùm frater Guntherus comes Suartzburgenſis, locum ipſius in exercitu tenens, tormento ictus occidiſſet: grauiores indignationum flammas concipiens Henricus, per totum autumnum & hyemem continuata obſidione, tandem fame domitos milites præſidiarios, in poteſtatem ſuam cum arce redegit: Gerardo, in alias extra Germaniam terras mi- 1482.
grante, & ſex filijs reſiduam & laceram comitatus duriter adflicti & acciſi partem reliquente.

In crebris hiſce & diuturnis expeditionibus bellicis, immenſi ſumptus facti, & magnum æs alienum vtrique dioeceſi conflatum erat. Cumque HENRICUS, neglecta fere & poſt habita dioeceſi Bremenſi, Monaſterienſem præcipuè totos 25. annos intoleret: ædificia, arces, molendina & prædia Epiſcopi in Bremenſi dioeceſi, indiligenter curata, indies deteriora erant reddita. Exemto igitur rebus humanis Henrico, collegium Bremenſe, opulento & quietis amante Epiſcopo opus eſſe iudicabat, 1496.
qui & ædificia domuum archiepiſcopi paſſim collapſa reficeret, & oppignorata alijs prædia ære ſuo liberaret, ac ne deinceps onerarentur, frugalitate ſua moderandis ſuæ œconomiæ ſumptibus, prouideret. Ideo Rhodium hunc, plebeio quidem genere natum, ſed animo non plebeio, & amplis fortunis & opibus abundantem, plerique prouehendum duxerunt. Qui electus, ſi vt pecuniæ ac diuitiarum, ſic prudentiæ & modeſtiæ patrui hæreditatem adiiſſet; illiuſq; exemplum fuiſſet imitatus: multò tranquillius & beatius curriculum vitæ in his terris ſuum tranſegiſſet. Nunc ſuo etiam exemplo oſtendit, verum eſſe, quod in LL. ſuis Plato inquit: Quemadmodum boues non à bobus, nec capræ à capris reguntur, ſed à præſtantiore natura, videlicet ab hominibus: ſic humana natura infirmior eſt, quàm vt ſe ipſam regere poſſit. Quare Deus præfecit politijs, non vulgares homines, ſed præſtantius & diuinius quoddam genus, Heroas videlicet, qui cùm habeant proſperos ſucceſſus, nobis quoque imperia eorum grata & facilia ſunt. Hi ita curant nos, vt pacem, pudorem, libertatem conſeruent. Nam & in ipſo collegio, canonici quidam illuſtrioribus familijs orti, Ioannes dux Saxoniæ Lavvenburgicus, & Otto comes Aldenburgenſis, & alij, hominem ignobiliorem ſibi anteferri dolebant: & nobilitas ac vrbes dioeceſis, archiepiſcopum humiliori genere ortum videbantur faſtidire.

Recuſantibus poſtea Friſijs, ad Viſurgis oſtium habitantibus, archiepiſcopo recens electo ſubiectionem debitam præſtare; & vicinis principibus, Magno duce Saxoniæ, & Ioanne comite Aldenburgenſi, vlciſci neglectos in electione fratres cupientibus, & occaſionem amplificandarum ditionum ſuarum oblatam ſibi iudicantibus: Ideoq; hoc Stadium, illo VVurſatium, Hadeliæ ſuæ vicinam inuadente: archiepiſcopus à ſua nobilitate, cum Magno Saxoniæ duce colludente, ſpretus ac deſertus, auxilia Bremenſis & Hamburgenſis reipublicæ, cuius vtriuſque intererat, Viſurgim & mare vicinum nauigationibus ſuis relinqui liberum, ſibi adiungit. Quibus conjunctis, Magno Saxoniæ duci bellum indicunt, & Hadeliam ipſi ereptam inter ſe partiuntur. Irritatus amiſſione huius prouinciæ Magnus, vicinorum principum auxilio implorato, legionem illam militum, quam Guardiam tum dixere, qui ex variarum gentium colluuie in Friſia confluxerant, & Maximiliano regi in Belgico multis annis ſeruierant: & biennio ante, Iohanni Daniæ regi Sueciam ſubiugarant, conduxit. Qui ſupra Bremam, in comitatu Hoienſi, traiecto Viſurgi, ad Buxtehudam ducti ſunt. vbi cùm potiri oppido non poſſent, virginum monaſteria vicina fœdè direpta incenderunt. Vicinæ & vetuſtæ vrbis Stadæ ſenatus, metu obſidionis ſibi etiam imminentis, cœnobium Benedictinum, mœnibus tùm adiacens, ab Henrico Palatino, Leonis Saxoniæ ducis filio, illiuſque coniuge Agneta, Conradi Palatini filia, circa A. C. 1200. conditum, intra vrbem receptis monachis, & loco nouis ædificijs aſſignato, deſtruxit. Guardiæ milites, relicta ad dexteram Stada, in Hadeliam

profecti, ſolo aduentus ſui terrore ſtatim eam recuperarunt. à VVurſatis verò, qui nec archiepiſcopo ſuo, nec Saxoniæ duci parêre, ſed Ditmarſorum exemplo libertatem ſuam tueri conabantur, abſtinuerunt: Conſternatus igitur archiep. & à ſuæ diœceſeos ordinibus pleriſq; deſertus, vt tueri ſe & eccleſiam Bremenſem poſſet,
1499. exeunte. Chriſtophorum ducem Brunſuicenſem, Henrici ſenioris filium, VVilelmi nepotem, Henrici iunioris, qui noſtra ætate inter varias fortunæ vices diutiſſimè ducatũ Brunſuicenſem gubernauit, fratrem primogenitum delegit. cuius patre, bellum, ad defenſionem Bremenſis diœceſeos & Guardiam inde depellendam, expediente; Ioannes Daniæ rex cum fratre Friderico Holſatiæ duce, Ditmarſos à multis ſeculis rebelles ſubijcere ducũ Holſatiæ imperio cupiens, legionẽ illam, cuius ope Sueciam biennio
1500. menſ. Febr. antè domuerat, ex diœceſi Bremenſi in Holſatiam euocat, quæ ſupra Hamburgam, in ditione Henrici ducis Lunæburgẽſis, in cuius matrimonio Reginæ Danicæ ſoror, Erneſti Saxonis filia, viuebat: Albim ad Eslingam traijciens, & in Ditmarſos profecta, cum magna nobilitatis Holſaticæ parte, a ruſticis Ditmarſis crudeliter & miſerabiliter cæſa & deleta eſt. quod ſuo poſtea loco recitabimus. Triennio poſt, in Bremenſem etiam diœceſin Raimundus Cardinalis venit, ab Alexandro Pontifice in Germaniam legatus, vt compoſitis regum ac principũ diſſidijs, & pacatis prouincijs, vnanimi conſenſu bellum aduerſus Turcas ſuſcipi ſuaderet, & promulgatis indulgentijs, ſumptus bello neceſſarios coaceruaret. Huic Miſſam, vt ſolebat, publicè ſub dio facienti, princeps Chriſtophorus coadiutor, ſubdiaconi loco miniſtrabat.

Cum autem Ioannes archiepiſcopus ex hac vita deceſſiſſet: Chriſtophorus dux
1511. Brunſuicenſis ſolus gubernare Diœceſin cœpit: initio omnibus, propter natalium ſplendorem, & heroicam excelſi corporis & oris dignitatem gratus & carus: ſequentibus verò temporibus, animi elatione, & liberi imperij in collegia ſacerdotum & omnes ordines exercendi cupiditate; ſubditorum animos alienans, & conſilijs maleſanis ac temerarijs, & machinationibus euentu luctuoſis, in extremas miſerias ſe ſuoſque conijciens, pleriſque odioſus & inuiſus. Harum calamitatum, quæ ſub illius imperio vtramque diœceſin Bremenſem & Verdenſem, fortè non tàm epiſcopi ſolius culpa, quàm fatali temporum malignitate, oppreſſerunt, ſeriem ſuo loco exponemus. Nunc chorographiam breuem obiter intexam.

Eſt enim tota Bremenſis archiepiſcopi ditio, trianguli Iſoſcelis figura, culus latera ferè æqualia, ſunt Viſurgis & Albis fluuij, in extremo anguli apice, ad peninſulam, cui à nouo opere ſeu Turri ad ſecuritatem nauigantium ibi extructa, nomen dederunt, coëuntes. Baſis verò eſt linea ab Eſta fl. per fines ditionis Luneb. & Verdenſis, paulò infra Alleræ, in Viſurgin ſe exonerantis, oſtium, deducta. Eſta enim fluuius, limes eſt regionis Bremenſis & Harburgenſis, quam à reliquo ducatu Lunæburgenſi, Seuena fl. exiguus primùm, & tamen tribus oſtijs in Albim influens, diſterminat. Finditur autem poſt Seuenæ oſtia, Albis, in duo brachia, ex quibus boreale, Hamburgam; meridionale, Harburgum alluit, & circiter triginta inſulas interiectas complectitur & alluit. quarum pleræque hoc tempore ducis Lunæb. dominio ſubiectæ ſunt. Tribus infra Harburgum milliaribus, Bvxtehuda, oppidum diœceſis
1190. Bremenſis ſitum eſt. quod, fundato per viros nobiles à Buxtehud virginum cœnobio veteri, creſcere & augeri cœpit, donec Rodolphi Cæſaris temporibus, ciuitatis
1280. iuribus & priuilegijs, à Giſelberto archiepiſcopo, donatum eſt. Ciuitatem Eſta fl. ex ditione Lunæburgenſi promanans, meridiem verſus alluens, in Albim delabitur, cuius occurſu ita excreſcit, vt naues onerariæ, ex remotiſſimis gentibus, tutò ad vrbem appellere poſſint. Inde ad Eſtæ pontẽ deſcendẽtibus, per fructuoſiſſimos veteris regionis agros & hortos perpetuos, ad Suingam fl. & vrbem STADAM trium milliariũ iter eſt, quæ frequentia populi, ac ædificijs & portu cõmodo, hoc tẽpore ornata, ſi Saxoni Sialando credimus, omnium in hac Germaniæ parte antiquiſſima eſt. Hinc vberrimi & amœniſſimi Kedingiæ campi, foſſis diſtincti, vſq; ad Oſtã fl. ſequẽtur. Quo naui traiecto, HADELIA, cuius Atterndorff ad Medemã fl. metropolis eſt, vſq; ad Albis & Viſurgis oſtiũ porrigitur, quę omniũ in hac Germaniæ parte regionum, frumenti feraciſſima, Saxoniæ duci magna ex parte ſubijcitur. Sed extremã illius ad oſtiũ Albis oram, Hamburg. ciuitas, ante ducẽtos annos, oppreſſis & captis pyraticã exercentibus Lappis no-

pis nobilibus, ducum Saxoniæ clientibus, occupauit & muniuit arce Ritzenbüttel; & ad ipsum Albis & Visurgis confluentem, nouo opere seu turri ad nauigantium securitatem collocata.

Alterum trianguli latus, ad Visurgis ripam orientalem ascendendo, Frisij VVurstingi, angusto quidem decem aut 12000. passuum spacio, sed agro admodum vbere & fecundo, vsque ad Geistam fl. possident. Quibus Leenses, & qui à pecorum pascuis leuantibus nomen habent, & VVordenses, ac Osterstadenses, è regione Butiadarum & Stadlandensium Frisiorum, Bremam versus succedunt. Hæ duæ oræ diœceseos Bremensis extremæ, ad Albis & Visurgis aggeres, admodum opimæ, & frugum & fructuum feraces sunt. Medius verò tractus inter Stadam & Bremam, quem mercatores vsitatè transeunt, horridus sane & incultus, sterilibus arenis, paludibus & eryconsitus videtur. Itaque pallio expanso diœcesin Bremensem vulgò compara, cuius duæ anteriores oræ, à capite seu Albis & Visurgis confluente, ad vtriusq; fluuij ripas ascendendo, fructuosissimis agris & pascuis, velut holoserico prætextæ: reliqua latitudo ex leuidensi filo aut canabi contexta sit.

In orientali Albis ripa, ad Delmenoi ostium, DVCES SAXONIAE veteres in LAVENBVRGensi arce, supra oppidum Albi fere incumbens edita & eminente, sedes habent. Qui ex nobilissima stirpe, & laudatissimo Heroë, Bernardo Vrso (Alberti Vrsi filio; Magni, postremi ex Billinga familia Saxoniæ ducis, pronepote) cui Fridericus Barbarossa, vt ditiones proscripti à se Henrici Leonis aliquas, sic etiam titulum ducum Saxoniæ, Angariæ & VVestphaliæ, integrum attribuit, continua & nusquam interrupta serie progeniti sunt: agnati superiorum Saxoniæ electorum, qui VVitebergæ ad Albim olim præfuerunt. Cuius familiæ Ducum Saxoniæ princeps anno Christi 1500. fuit MAGNVS, Iohannis & Dorotheæ, Friderico I. Electore Brandeburgensi natæ filius: Bernardi & Adelheidis Pomeranicæ nepos: Erici à Sigismundo Imperatore præteriti ex fratre pronepos: acris ingenij & animi princeps, quem anno Iubilæum proximè præcedente, Hadeliam à Bremensi archiepiscopo Ioanne, quem fratri suo in electione prælatum esse dolebat, occupatam: implorato omnium vicinorum principum auxilijs, & solo terrore legionis militum ex Belgico euocatæ, recepisse diximus.

OTTO magnus, genet Magni, ex Billingi familia, Ducis Sax. ⊕ 1123.
ALBERTVS Vrsus, Marchio Brandeburgensis & dux Saxoniæ à Conrado III. dictus 1142. ⊕ 1169.

Otto, stirps Marchionum Brandeburgensium veterum ⊕ 1198.	BERNARDVS Vrsus dux Saxoniæ, pulso Henrico Leone, a Friderico Barbarossa factus 1170. ⊕ 1212.

Albertus I. dux Saxoniæ, militauit in Liuonia 1223. in Palæstina & Aegypto 1228. ⊕ 1260. vxor Helena filia Ottonis ducis Brunsf. fundauit cœnob. Franciscanorum VVitebergæ 1238. ⊕ 1273.		Henricus, stirps Anhaldinorum. ⊕ 1257.

Albertus II. dux Saxoniæ, ⊕ 1297. Vxor Agnes, filia Rodolphi Habspurgensis, quæ ⊕ 1327.	IOHANNES, stirps ducum Saxoniæ, Angariæ & VVestphaliæ, in LAVENBURG aulæ sedem habentium, ⊕ 1285.
RODOLPHVS senior, elegit Henricum VII. Fridericum Austriacum, & Carolum IIII. ⊕ 1356. vxor Iutta filia Ottonis longi march. Brandeburg.	Iohannes II. ⊕ 1310.

Ericus I. elegit Ludoicum Bauarum. ⊕ 1338	Iohannes III.	Albertus.

α

Rodolphus II. militauit in Gallia contra Eduardum III. 1246. fundator Collegij omnium sanctorũ VViteberg. ⊕ 1370.

Otto dux Saxoniæ. vxor, VVilelmi Luneburgensis filia, ⊕ 1359.

VVenceslaus Alberto in Ducatu Lunæburgensi successit: ictus ad Cellam ⊕ 1388.

β

Ericus II. eligit Guntherum Suartzburg. amittit Bergendorp 1364. ⊕ 1401.

Albertus ⊕ 1344.

Albertus dux Lunæburgensis eiecto Magno 1371. 1385.

Rodolphus III. ⊕ 1419. vxor Barbara Lignicensis ⊕ 1436.

Barbara, nupta Iohanni Marchioni Brand. Friderici I. elect. filio.

Albertus vltimus VViteberg. ⊕ 1422.

Ericus III. cum Lubecẽsibus & Hamburgensibus bellum gessit 1418. 1419.

Ericus IIII. à Sigismundo Imp. in collatione elect. Sax. præteritus. ⊕ 1435.

BERNARDVS ⊕ 1464.

Ioannes ⊕ 1507.

Albertus Canonicus Hildes.

Otto.

Magnus episcopus Caminensis.

Ericus, episcopus Monasterienſis 1508. ⊕ 1522.

MAGNVS ⊕ 1543.

FRANCISCVS, ⊕ 1581.

Ioannes, episcopus Hildes. 1404. pellitur 1522. ⊕ 1547.

MAgnus.

FRANCISCVS, Gubernator patriæ, vxor prima, Margarita filia Philippi ducis Pomeraniæ 1574. ⊕ 1581. Secunda, Maria filia Iulij Brunsuicensis.

Henricus Archiep. Bremens.

Fridericus Machor. Colon. ⊕ 1586.

Mauricius.

Augustus, natus 1576.

Philippus natus 1580.

Franciscus Iulius 1584.

Coniunx Magni Saxoniæ ducis erat Catharina, Henrici senioris ducis Brunsuuicensis, & Catharinæ Pomeranicæ, Bogislai X. sororis, filia. ex qua susceptos liberos, Franciscum & sorores, etsi tenues opes, & variè accisos à vicinis auitæ ditionis fines possidebat: tamen honestissimis coniugijs postea elocauit: Dorotheam maximam natu, Christiano III. Daniæ & Norvegiæ postea regi pio, sapienti, forti & felici: ex quâ Fridericus secundus rex natus est. Catharinam, Gostauo Suecorum & Gothorum regi, quæ Ericum XIIII. regem genuit: Claram, Francisco duci Luneburgensi, Henrici filio: Sophiam, Antonio comiti Oldenburgensium nobilissimo; & Vrsulam, Henrico duci Megapolitano seni tandem nuptam.

EPISCOPI sedem in oppido ducis Saxoniæ RACEBVRGA, temporibus Henrici IIII. Imp. Albertus Bremensis archiepiscopus primùm instituit, loci situ amœnissimo. Totum enim oppidum, colli vndiquaque circumfluo, velut insulæ, incumbit, quam ædificijs totam ferè occupat. Ripæ exteriores lacus seu maris oppidum alluentis, collibus editis & syluis amœnissimis vestitæ sunt. Insulæ verò, ad boreale latus oppidi, Templum Cathedrale & Canonicorum ædes insistunt. Austrum versus arx principis, frequentibus ædificijs ornata, & aggeribus, muris ac vallis munita, & aquis vndique cincta oppido adiacet, qua sola parte, cisijs aut equo vectis per pontem aditus in oppidum patet. In hoc oppido, sedem episcopi, crebris Henetorum incursionibus planè extinctam & deletam, Henricus Leo postea instauravit. à quo, Euermodus, ex Collegio Magdeburgensi, ad primam ecclesiæ illius penitus per Henetos vastatæ renouationem euocatus, & ab Hartvvico archiepisc. Bremensi

Bremensi ordinatus. Præmonstratensem ordinem, iuxta D. Augustini Regulam, cui sub Norberto Burgundo Magdeburgensi archiep. assueuerat, Raceburgi etiam inter fratres collegas instituit, ⊕ 1178. Isfridus miraculis clarus, à Bernardo Vrso duce Saxoniæ vexatus, ⊕ 1204. Philippus ⊕ 1215. Henricus ⊕ 1228. Lambertus ⊕ eodem. Godfridus, sub quo Comitum Razeburgensium linea, in nepote Bernardo, extincta, ⊕ 1230. Petrus ⊕ 1236. Ludolphus monasterium RENE fundauit: excommunicauit Albertum I. ducem Saxoniæ, ⊕ 1250. Fridericus anno Christi 1256. à Richardo rege Rom. Regalia accipit, monasterium SERRENTIN à Comitibus Suerinensibus fundatum confirmat. 10. VLRICVS Blücher, cui Ius Aduocatiæ, Duces Saxoniæ Albertus & Iohannes, quod se habere ostendebant, 2300. marcis vendidisse feruntur. 1251. ⊕ 1283. Conradus, ab Alberto II. duce Saxoniæ, tanquam commissario Rodolphi Imp. Regalia accepit, ⊕ 1291. Hermannus 1309. Marquardus, cui Henricus Leo, Dominus Megapol. & Stargardiæ, villas præfecturæ Gadebusensis, Valkenhagen & Rosenitz, & ius patronatus parochiæ D. Nicolai VVismariæ, & duarum scholarum tradidit, absolutus ab excommunicatione A.C. 1323. ⊕ 1335. Volradus 1355. Otto 1336. VVipertus Blücher à nobilibus Parkentinis & Holsatis oppugnatus, ⊕ 1367. Henricus, arcem Sloue, à Detleuo Gronovv pro alijs bonis accepit, 1377. ⊕ 1388. Gerardus 1395. Detleuus Parkentin, Ius patronatus ecclesiæ D. Georgij Vuismariæ, ab Alberto Sueciæ rege liberato accepit, prodigus omnia oppignorauit. ⊕ 1419. Ioannes Trempe oppignorata redimit. ⊕ 1431. Perdamus Knesebeke ⊕ 1440. Regalia ab Alberto Cæsare accepit. Ioannes VVismarienſis, inuitauit interdum duces Saxoniæ. Hinc illi ius der Ableger cœperunt. ⊕ 1454. Ioannes VVitteburgensis, Duces Megapolitanos spe protectionis inuitat. Ludolphus Molnensis. Ioannes Stalkoper VVismarienſis, arcem Stoue, Ioanni duci Saxoniæ coactus cedere, postea recepit. ⊕ 1477.

26. IOANNES PARKENTIN, adolescens, Perusiam studiorum causa ab episcopo antecessore missus erat. Electus, initio administrationis liberius ac luxuriosius viuere cœpit. Sed alia de causa, ortis cum Ioanne duce Saxoniæ dissidijs, Magnum ducem Megapolitanum, diœceseos suæ defensorem adsciuit. quem Romam proficiscentem, vt Collegij ecclesiæ D. Iacobi in vrbe Rostochio à se instituendi consilia, ciuium communitate aduersante, Pontificis autoritate & mandatis iuuaret: proprio sumptu comitatus, & mandati Pontificij executor constitutus est. Sub hoc Iohanne, Raceburgi, habitum monasticum, quem episcopus Euermodus primum instituerat, Canonici mutarunt. Cùm enim vestes monasticas nati in nobilibus familijs aspernarentur: ideóque ex Diaconis & Ludimagistris humillimo loco ortis, sæpè numerus collegarum complendus esset: Albertus Macus Prior, pietatis zelo, prudentiâ & grauitate eximius mutato vestitu, ecclesiam idoneis Collegis, nobili genere ortis, & autoritate præstantibus, & alijs honestis & doctis viris, auctum & ornatum iri, & libertatem ac bona ecclesiastica, quæ à Principibus & nobilibus vicinis assiduè infestabantur, facilius defendi posse sperabat. Itaque Henrici Cancellarij ducis Saxoniæ, autoritate; & assensu Magni Principis accedente, ex Monachis, Canonici seculares, & Albertus ipse, ex Priore Decanus creatus est. quod exemplum Hauelburgæ & Brandeburgi paulò post imitati sunt. Id publico quodam scripto Magnus Dux Saxoniæ postea aduersus episcopum Henricum, qui Ioanni successerat, exponit. Henricus enim humili loco Hamburgi ortus, sola virtutis & industriæ commendatione, per omnes scribarum gradus, ad Cancellarij munus apud Magnum, & inde ad episcopi & principis imperij fastigium euectus: grauem aduersus ducem Magnum actionem, ob causas inferius commemorandas, in Curia Romana & Imperiali instituit, ac vt ducis Magni excommunicati ditiones, interdicto & proscriptioni Imperiali subijcerentur, impetrauit. de qua episcopi & canonicorum suorum iniuria, grauissimè ad vicinos principes, libello publicè edito, dux Magnus conqueritur: ac ne horum petulantiæ & libidini in executione seruiant, diligentissime orat.

LVBECENSIS ECCLESIAE, quæ Raceburgensi proxima est, prima A. C. 950.
sedes, ab Ottone Imp. constituta fuit in VVagriæ oppido Aldenburga, cui Vandali-

cas gentes sibi tributarias, à Slesuico vsque ad Panim fl. initiò subiecerat: præfecto primo episcopo Marco, à quo duodecimus Geroldus, VVicelini successor, ab Henrico Leone Saxoniæ duce, ex collegio Aegidiano Brunsuigæ delectus, & Lubecam,
1164. vbi Basilicam cathedralem magnificam Henricus condiderat, translatus est. Huic vicesimus quartus ordine successit THEODORICVS Arndes Hamburgensis, de quo me-
1500. morabile nihil reperio, nisi quod FRIDERICO Holsatiæ duci, feudum DVCATVS HOLSATIAE, solenni ritu Chiloniæ in foro, Imperij nomine contulerit.

Erat hic Fridericus, Ioannis Daniæ regis (cuius filio Christierno postea in regno successit) frater; filius Christiani primi Daniæ regis ex familia comitum Aldenburgensium antiquissima assumti, ad quem, fororis Adolphi, postremi ex comi- 10
tum Schavvenburgensium stirpe, ducis Slesuicensis & Holsatiæ comitis filium, auunculi obitu, & procerum electione, regiones illæ peruenerunt. Quæ, meridianam Cimbricæ Chersonesi, inter Britannicum & Balthicum maria, in Boream longissimo spacio extentæ, partem, ab Albi, ad Coldingam & Ripam borealis Iutiæ vrbes primas, complectuntur. Superior verò ille Chersonesi septentrionalis seu Iutiæ tractus, ad extremum Scagæ promontorium & grad. lat. 58. excurrens: in nouem prouincias vsitatè diuiditur, ex quibus suprema VVENDSISSEL seu VANDALIA, sinu Limmerico, tota ferè, nisi quod isthmo exiguo ad littus maris occidui cohæret, à reliqua chersoneso dirempta est: cuius episcopus, Burglanensis olim dictus, nunc Alburgi sedem habet. altera Himmersissel, seu CIMERIA, cuius VViburga metropolis 20
est. Inde Obetria (Obesissel) Arhusio vrbe insignis, Herulia (Haërsissel) Vmbricia, Salingia, Tarinia, Lorinia, Istelia.

SLESVVICENSIS autem Ducatus, Suder Iutia olim appellatus, à Coldinga & Ripis ad Eydorum vsque descendit. qui fl. propè Borsholmam cœnobium exortus, præterito Chilonio, Rendesburgo, inter Eyderstadiam & Ditmarsiam, magnas iam naues onerarias ferens, in mare occiduum, ad Saxonum insulas, vt Ptolemæus nominat, defertur. Ditio autem Slesuicensis, tota Danico imperio & iuri supremo subiecta, primùm Gerardo comiti Holsatiæ, Henrici Ferrei filio, à VValde-
1386. maro III. rege; feudi iure concessa, deinde reginæ Margaritæ autoritate confirmata est. cuius oppida insignia, & portubus commodis ornata, ad Eoum mare, sunt: 30
HADERSLEBIA, FLENSBURGA emporium celebre, SLESUUIGA olim episcopi sedes, Kilenfurd duobus supra Leuesoam milliaribus, qui fluuiolus paulùm infra Chilonium in Suentinam, seu sinum Chilonium delabens, ad mare Eoum, Holsatiæ & Slesv. limes est. Deinde ad mare occiduum seu Britannicum, Tundera, Brested, HVSVM olim pagus, nunc frequentiâ ciuium maritimis nauigationibus, per Heueram (sinum inter Frisiæ minoris insulam, Oceani sæuitia olim à continente auulsam, quæ Nordstrandia vulgò appellatur, & Frisiæ Eydorensis seu Eyderstadiæ chersonesum) commercijs cum vicinis & exteris gentibus, & ædificijs domuum splendidis, expolitus, & in vicina Eydorensi chersoneso, quæ inter Heueram & Eydorum fl. versus meridiem & occasum, à continente ad quatuor milliaria in mare porrigitur, & incola- 40
rum frequentia, agri fertilitate, pastione pecudum vberrima, Eydoriqúe fl. nauigabilis & piscosi commoditate, vicinis Frisiorum prouincijs antecellit: TONNINGA op-
1583. pidum recens, eleganti arce Adolphi ducis Holsatiæ iussu ornatum, & totius terræ illius lacte manantis emporium, & iudicij sedes. Totus autem ille littoris occidui tractus, ab Eydoro ad Tonderam vsque à Frisijs ante annos 500. occupatus & excul-
1252. tus est, qui libertatem suam aduersus vicinos, tum alios, tum verò Abelem Daniæ regem, in acie à se trucidatum, strenuè defenderunt, & in hunc vsque diem, vltra annui tributi pactionem, nullis extra ordinem seruitijs & operis à ducibus Slesuicensibus onerantur. quorum, Danici iuris & imperij ditionem, Eydoro fl. terminari, & ab HOLSATIA, imperij Germanici prouincia extrema, cuius feudum, Friderico, 50
Christiani Daniæ regis filio, Theodoricus Lubecensis episcopus contulerit; dirimi diximus. Hæc, cùm per Albim à reliqua Germania versus meridiem seiungatur, Nordalbingia in historijs nuncupata, & in quatuor partes tributa fuit. quarum extrema, Teutomarsia, inter Albis, & Eydori ostia, pagis Lunda, VVesselbura, Heida,

Meldorp,

Meldorp, Brunsbuttela ad Albim ſuprema ornatur. Inde Marſi, à Stora fl. Nouum monaſterium, Bredenbergam, nobiliſſimi herois, Henrici Ranzouij regij vicarij ſedem hæreditariam, & Itzenhoam alluente, nomen habentes, ad inclytam vrbem Hamburgam & Billenam ac Trauam fl. habitant. ſupra hos Holſatia vetus, ad Eydorum & Leueſoum vſque pertinet, cuius Chilonium metropolis eſt. Inde verſus ortum, VVAGRIA Slauorum ſeu Henetorum ſedes vetuſta vſque ad mare Balthicum & Trauam porrigitur, frequentia oppidorum, Oldenburg, Eutin, Plönæ, Segebergæ, veteris Lubecæ, Tramundæ, Neapolis, & cœnobiorum frequentia, & regionis amplitudine, cæteris partibus antecellens.

Paruit autem ab eo tempore, quo Chriſtiana religio primùm in has terras inuecta eſt, Holſatia, primùm Carolo magno & filio ipſius Ludoico Pio, qui archiepiſcopum Holſatiæ cæterarumque gentium ſeptentrionalium Hamburgæ inſtituit S. Anſgarium, & præſidijs paruum eo tempore oppidum Hamburgam tenuit. cum reliquæ regionis Nordalbingorum vicinæ vſumfructum, veteres domini, ab Albione VVitikindi magni patruele, hæreditate acceptum haberent, vſque ad Ottonem I. Imp. qui Hermanno Billingo antiqua virtute & fide nobili, cuius induſtriam & magnanimitatem in togata adminiſtratione & bellica perſpexerat, duci Saxoniæ à ſe creato, Nordalbingiam quoque regendam attribuit. cuius poſteris, cum 150. annos eam poſſediſſent, extinctis, Henricus V. Imperator, Lothario Saxoni recens ſibi reconciliato, eam contulit, qui Adolphum comitem Schavvenburgenſem Holſatiæ gubernatorem conſtituit: & in finibus VVagriæ, Slauorum prouinciæ, Segebergam arcem, vnà cum monaſterio, ad defenſionem & propagationem Chriſtianæ religionis extruxit. Adolphi poſteri, Holſatiæ 343. annos, hac ſerie præfuerunt. 966. 1115. 1137.

ADOLPHVS de Salingleue, qui Conrado Saliquo Imp. in Vngaria, Italia, Burgundia, fideliter & fortiter militarat; comes SCAVVENBURGENSIS ab Imp. in comitijs Mindenſibus, deſignatus eſt. Annus Domini, in altiſſima turri arcis Schavvnburgicæ æneis literis inſcriptus eſt. Annis nongentis centenis, ter quoque denis, Poſt Chriſtum natum, Schavvnburg tenet initiatum. 1030.

ADOLPHVS comes Scavvnburgenſis, à Lothario Saxone Imp. poſt Billingorum ſtirpem extinctam, COMES HOLSATIAE creatus, ⊕ 1137.

ADOLPHVS II. Heroica virtute & fortitudine princeps, VVagriam, Henetis oppreſſis, Holſatiæ coniunxit. vrbem Lubecam ad VVaceniſſæ & Trauæ confluentem cœpit. quam deinde combuſtam Henrico Leoni petenti ceſſit. Segebergam & Vtinum reſtaurauit. tandem à Vandalis ad Deminum cæſus eſt, 1164. Frater Adolphi natu maior Hartungus, magnæ illius expeditionis, à Lothario Imp. in Boëmiam ſuſceptæ ſocius fuit, in qua, plurimis inſignibus militibus cæſis & captis, ipſe quoque interijt. 1143. 1158. 1126.

ADOLPHVS III. fundator cœnobij α Reinfelden, pulſus β ab Henrico Leone, de quo benemeritus erat; eoque proſcripto γ reſtitutus: comes expeditionis Friderici Barbaroſſæ; in Palæſtinam, tandem à VValdemaro Daniæ rege, captus, & renuncians iuri in Holſatia ſuo dimiſſus, ζ ⊕ in patria ſenex. vxor Adelheid, filia Burcardi comitis de Daſſel. α 1185. β 1177. γ 1182. δ 1189. ε 1199. ζ 1232.

Conradus comes in Scauuenburg ἄπαις.

ADOLPHVS IIII. reuocatus in Holſatiam contrà VValdemarum II. Daniæ regem, ad Bornhouede victoriam glorioſam obtinuit, 1227. in Liuonia militauit. tandem monachus Franciſcanus, ⊕ 1248.

Ioannes, ſtirps Dominorum VVagriæ, ⊕ 1266. Hamburgi ſepultus.

Gerardus I. comes Schauunburg. Hol-

α β

Ioannes II. ⊕1281. Adolphus V. sat. & Stormariæ. fundator cœnobij Itzenhohe. ⊕1281.

Ioannes III. Largus, Trauemundam Lubecensibus vendit 1320. ⊕1342.

Adolphus, Segebergæ cæsus ab Hartuuico Reuentlo (1315.) arcis præfecto, cuius filiam stupraverat, & fratrem interfecerat.

ADOLPHVS VVagriæ Dominus postremus, ⊕1390. Hamburgi sepultus.

Henricus I. comes Holsatiæ. primus Hamburgi Teloneum instituit, ⊕1310.

Gerardus II. cœcus, ⊕1312.

Gerardus magnus à Ditmarsis victus 1322. Dux Slesuuicensis I. à VValdemaro III. creatus. ⊕1340.

Iohannes.

Adolphus, stirps com. Schauenburgensium. ⊕1315.

Gerardus III. Stormariæ. Ioannes vlt. Stor. dynasta, ⊕1330.

VValdemarus, ⊕1306.

HENRICVS ferreus, in Iutia, Anglia, Gallia, Italia & alibi militauit. Sueciæ regnum oblatum recusauit, ⊕1381.

Nicolaus condidit Arensbeck 1398. ⊕1400.

Iohannes.

Elisabeth desponsata Aquino regi Norwegiæ.

GERARDVS dux Slesuuicensis, à Margarita Daniæ regina confirmatus, 1386. perijt in Ditmarsia 1404.

Albertus, Frisios Eydersted. vicit 1399. Ditmarsos irritauit & ⊕1403.

Henricus episc. Osnabr. ⊕1421.

Henricus IIII. in obsidione Flensburgi perijt, 1427.

Gerardus vxor Agnes Badensis, ⊕1433.

ADOLPHVS postremus dux Slesuuici, & Holsat. comes vocatus ad regnum Daniæ 1449. sororis filium Senatoribus commendauit, ⊕ 4. Decemb. 1459.

Heduuigis, nupta primùm Baldasari Dño VVandaliæ, ex familia Megapol. deinde THEODORICO comiti Aldenburg.

CHRISTIANVS comes Aldenburgensis, Rex DANIÆ ex familia Aldeb. primus.

Fridericus dux Holsatiæ, postea rex Daniæ, ⊕1533.

Ioannes rex Daniæ, ⊕1513.

Cùm verò ADOLPHVS dux Slesuuicensis postremus, liberis carens, post Chri-
1449. stophorum Daniæ regem, à senatu regni vocatus, & ætatis excusatione vsus, sororis suæ filium CHRISTIANVM, comitem Aldeburgensem, Heroica animi & corporis maiestate ornatum, ad regni Danici coronam sua commendatione euexisset: sæpe cum nobilitate & cæteris ordinibus Holsatiæ egit, vt se viuo, Christianum Daniæ regem, ad quem ducatus Slesuuicensis veluti ad dominum feudi alioquin peruenturus erat, Holsatiæ etiam dominum reciperent: idque se facturos esse, literis solennibus, se viuo testificarentur. Dissidebat autem nobilitas in duas distracta factiones. Henningus Powisch cum suis, ad Scauenburgenses comites, velut proximos
4 masculæ stirpis agnatos, ac legitimos feudi hæredes inclinabat. nam & prædium Barmstede, quod Pinnebergensis præfecturæ feudum est, & aliquot alias arces & prædia comitum oppignorata tenebat, quibus sub comitum tenuiorum imperio, diutius fortè frui se posse existimabat: quæ Rex potentior & ditior, cito redempturus videbatur. Sed fundamentum petitionis Schawenburgensium, non agnatio solùm erat, quòd sexto gradu à communi stipite distarent, verùm etiam pacta hæreditaria, post Adolphi VVagriæ domini postremi obitum, inter agnatos, Nicolaum comitem Holsatiæ, & ex fratre nepotes, Gerardum ducem Slesuuicensem, Albertum ac

Henri-

Henricum fratres Henrici ferrei filios, ab vna: & Ottonem I. comitem Schavvenburgenſem, & Adolphum ac VVilelmum, ab altera parte, inita: in quibus, Ottoni & ipſius filijs, non ſolùm omnia, quæ in & circa vrbem Hamburgam Schavvenburgenſis habebant, & inſulas in Albi vicino & Billæ pratum, & Nilandiam ad Albim, & curiam Adolphi VVagrij, è regione cœmiterij D. Iacobi in vrbe Hamburga, & 8000 marcarum, Holſati relinquunt: verùm etiam ſe & hæredes, ad mutuam vnionem & defenſionem, ac ſucceſſionem in ſuis ditionibus, & bona feudalia, ſine aliorum conſenſu non alienanda, obligabant. 1390.

Econtra Ranzouij cum ſuis, Chriſtiani regis partes ſecuti ſunt. Cùm enim ducatus Sleſuuicenſis alioquin ad regem recideret: & Chriſtianus, niſi ſponte aſſentirentur Holſati, bello haud dubiè petitionem ſuam perſecuturus eſſet: imbecilliores ſe iudicabant, quàm vt belli illius molem ſoli ſuſtinere poſſent. conſiderabant etiam, perpetua ſuperioribus annis inter Daniæ reges & Holſatiæ comites bella, amborum ditionibus & ſubditis exitioſa, inde potiſſimum orta fuiſſe, quod ab vno principe ac domino non regerentur. Quare vt pacem firmam & ſalutarem vtrique prouinciæ recuperarent & ſtabilirent; omniumq; ordinum ac totius patriæ incolumitati, commodis ac incrementis conſulerent: rectiſſimum & ad pacem inter Holſatos & regnum Daniæ tuendam vtiliſſimum fore iudicarunt, vt ambo ducatus, Sleſuuicenſis & Holſatiæ, vnum principem, ſicut Dania & Noruegia, haberent. Id conſilium ſalutare fuiſſe exitus oſtendit. nam per hanc coniunctionem, ditiones illæ, ad eam proſperitatem & ſtatum felicem, quo hodie florere cernuntur, peruenerunt. Cum autem, deliberationibus his adhuc pendentibus, Adolphus ex hac vita decederet: præfecti, arces præcipuas & oppida præſidijs munita, neutri cedunt, priuſquam de re tota integrè conueniſſent. Tandem Arnoldus epiſcopus Lubecenſis, ſubdelegatus feudi Holſatiæ Dominus, conuocatis in oppidum Oldesloam partibus, & adiunctis vicinarum vrbium Lubecæ & Hamburgi legatis, ita litem diremit, vt Otto comes Scauuenburgenſis, cùm videret alioquin regi ducatum Sleſvvicenſem, vt feudum Danicum: & ratione maternæ hæreditatis, omnia cætera Adolphi bona mobilia, & reliqua ipſi oppignorata, vel ab eo empta, deberi, & vires ſuas regijs inferiores eſſe: ius ſuum in comitatibus Holſatiæ & Stormariæ, Chriſtiano regi integrum cederet, ac viciſſim literas de 41500. aureis Rhenenſibus, certis terminis à rege ſoluendis, acciperet. Ipſe ſolennem ceſſionem de omni in comitatum Holſatiæ iure ſuo, Hamburgæ vnà cum ſeptem filijs, Erneſto epiſcopo Hildeſienſi, Adolpho, Erico, Ottone, Henrico, Antonio, Bernardo obſignauit. Tranſactione cum Scavvenburgenſibus perfecta, Chriſtianus, epiſcopis, prælatis, nobilitati & cæteris Ducatus Sleſuuicenſis & Holſatiæ incolis, ſolennibus literis, iura & priuilegia antiqua confirmat. ac inter cætera promittit, nullum ſe bellum vnquam moturum, abſq; communi ordinum vtriuſque prouinciæ conſilio. Quotannis conuentum nobilitatis habiturum in Holſatia Bornhouedæ, in Sleſuuicenſi ducatu Vrnehouedæ, vbi nobilitatis & communes prouinciarum cauſæ, communi conſilio tractentur. Feuda & beneficia, tam eccleſiaſtica quam politica, ſolis incolis, nec vllis exteris, ſolo Cancellario & ſcribis exceptis, conferet. Prædones & alios, qui incendijs vel rapinis graſſantur, legum prouinciæ pœnis ſubijciet. Damna, quæ incolis à præfectis militum regijs inferentur, rex compenſabit. Nullos præfectos arcibus ſuis rex præficiet, aut remouebit, abſque conſilio prouincialium conſiliorum. Rex abſens, epiſcopum Sleſuuicenſem & Lubecenſem, & quinos ex ducatu Sleſuuicenſi & Holſatia delectos conſtituet vicarios. Nec coniugi ſuæ, nec vllis exteris aut incolis, vlla bona donabit aut obligabit, niſi de conſilio ſenatorum prouinciæ. Nullam monetam aut monetæ precium ſtatuet aliud, quàm Lubecæ & Hamburgi vſitatum eſt. Si Rex illius posteri vnum tantùm filium ſuperſtitem, qui Rex Daniæ eſſet, relinquerent: tum in arbitrio incolarum Holſatiæ & Sleſuuic. poſitum, & liberum erit, illum ducem Sleſuuic. & comitem Holſatiæ eligere. Electus omnes articulos & priuilegia, à Chriſtiano data & confirmata, ipſe etiam de nouo confirmare, & augere & iureiurando ſancire debebit. Quod ſi recuſaret, alium ex proximis illius agnatis dominum deſigna- 1459. 4. Decemb. 1460. 10. Septemb. PRIVILEGIA Holſatiæ.

1460. designabunt. Hos articulos Kiloniæ literis comprehensos, rex Christianus pro se ac successoribus suis obsignauit. Postea dignitate noua, comitatus Holsatiæ, Stor-
1474. mariæ & Ditmarsiæ, à Friderico III. Imp. viri, augeri, & Ducatus titulo insigniri curauit. Huius Christiani, ex Friderico filio nepotes sunt, Holsatiæ duces, Ioannes senior & Adolphus, qui nostra memoria, partitum in minores portiones, cum Daniæ rege Christiano III. fratre natu maximo, ducatum illum tenuerunt.

HAMBVRG. Membrum autem Holsatiæ, & in solo Holsatico sita est HAMBVRgensis ciuitas, de cuius antiquitatibus, à Caroli magni memoria repetitis, & primo in ea Religionis Christianæ exordio, & episcoporum ac principum illius primorum serie, pauca colophonis loco addemus. 1

CAROLI magni ætate, angustis adhuc pomœrijs Hamburga concluſa, collem solum, cui nunc D. Petri & cathedrale templum insistit, complexa fuit, & Albioni
785. principi Nordalbingorum VVittikindi patrueli paruit, cum quo, accepta fide, in Saxoniam, ad Carolum Albion profectus, sese dedidit, & Christianæ religioni initiatus est. Hamburgæ, Carolus pastorem ecclesiæ primum Heridagum, ac Vdonem ducem cum præsidio, constituit. Postea rebellantibus Nordalbingis, multa millia in
804. Flandriam, tunc incultam, & Brabantiam transtulit. Sexennio post, Heneti vicini,
810. odio Christianæ religionis, oppidum expugnatum incenderunt. Quo deinde au-
833. spicijs Caroli & Ludoici Pij restituto, S. ANSgarius, ex monasterio Corbeiensi ad Somam, archiepiscopus gentium septentrionalium à Ludoico Pio ibi collocatus 2
849. est. Vastata autem denuò à Normannis, per Albim ascendentibus vrbe: Ludoicus Germanicus Bremensi ecclesiæ tum vacanti Ansgarium præfecit, quam Pontifex postea, ex Colonienſis iurisdictione exemptam, cum Hamburgensi metropolitana coniunxit & vniuit. Secundus archiepisc. fuit Rembertus, Ansgarij discipulus, sub
867. quo Dani & Normanni Hamburgam denuò cremarunt. 3. Adalgarius, ab Arnolpho
888. Imp. constitutus, libertatem ecclesiæ Bremensis aduersus archiepisc. Colonienſem, qui eam sibi subiectam esse volebat, defendit. 4. Hogerus à Ludoico Imp. sub quo Hamburga quartò ab Henetis & Danis vastata. 5. Reginuuardus. 6. VNNI, à Conra-
908. do Imp. institutus. post victos ab Henrico Aucupe Danos, & marchionem Slesuui-
915. ci collocatum, in Dania & Suecia euangelion docuit, ⊕ 946. 7. ADALgagus, cancel- 3
larius Ottonis I. Imp. post Ottonis victoriam de Danis partam, episcopos Slesuuici,
948. Ripæ, & Arhusiæ ordinauit. Benedictum Papam, quem Romani contra Leonem
964. seditiosè elegerant, captiuum Hamburgam duxit. qui in exilio Hamburgæ ⊕ 966.

Politicum vrbis Imperium, ad Hermannum Billingum, quem Ducem inferio-
968. ris SAXoniæ Otto I. creauerat, translatum est. cui Benno filius dux Saxoniæ succes-
984. sit. sub quo Adalgagus archiepiscopus, cùm 54. annos præfuisset, rebus humanis ex-
989. emptus est. 8. Libentius ⊕ 994. 9. Vnvvanus primùm fossa & aggere paruo Bremam muniuit, ⊕ 1010. 10. Libentius II. ⊕ 1033. 11. Hermannus, primus muro Bremam cingere cœpit. 12. Betzelinus, oppidum Hamburgam muro duodecim turri- 4
bus distincto circumdedit, ⊕ 1046. 13. Albertus comes Bauaricus, templum Hamburgi ex lapidibus ædificare instituit. Bernhardus Saxoniæ Dux arcem Hamburgi primùm ad Elistrum, vbi iam ciuitatis equile est, deinde ad confluentem Elistri & Albis die Nienburg extruxit, vnde initium est nouæ vrbis, in qua dux Saxoniæ aulam habuit: in veteri, archiepiscopus, qui ⊕ 1072. 14. Liemarus, sub quo bis vno anno
1073. à Vandalis Hamburga cremata, ⊕ 1102.

Deinceps sub comitibus Holsatiæ Hamburga, viris & opibus aucta, crescere & florere cœpit. Magno enim, postremo ex Hermanni Billingi posteris, Saxoniæ duce mortuo, Lotharius dux Saxoniæ, Adolphum comitem Schavvenburgicum, Holsatiæ & vrbi Hamburgæ præfecit. qui vsque ad annum 1137. præfuit. cuius ne- 5
pos Adolphus III. profecturus in Palæstinam cum Barbarossa, & insigni ad eam expeditionem pecunia per Hamburgenses adiutus, amplissima ciuitati priuilegia dedit, eorumque confirmationem ab Imperatore impetrauit: ne quis arcem, intra
1189. duo milliaria, ad vrbem ædificet: vt immunes sint à vectigalibus in Albi vsque ad mare;

mare; & ab omnibus belli oneribus comiti Holſatiæ præſtandis. Nec bona ciuium vſpiam in Holſatia Areſto detinere liceat.

Abſente autem in Palæſtina comite, Henricus Leo ex Anglia rediens, Stadam & Hamburgam recepit, & Bardevvicum euertit. Reuerſus igitur ex Palæſtina Adolphus, auxilio Bernardi Vrſi ducis Saxoniæ, Hamburgam & Lubecam denuò recuperat. Verùm paucis poſt annis, VValdemarus dux Sleſuuicenſis, Hamburgum & Lubecam, auſpicijs Daniæ regis fratris, Canuti VI. occupat, cùm Adolphum prælio victum antea cepiſſet. qui renunciare ſuo iuri, quod in Holſatia habebat omni & in patriam Schavvenburg, ex priori potentiæ & dignitatis gradu & Holſatia tota deiectus, redire cogitur. Hamburgæ Albertus comes Orlamundenſis (frater Adolphi vterinus) à rege præficitur, qui, deficientibus à Dano Holſatis, & VValdemaro rege per Henricum comitem Suerinenſem capto, ius ſuum in vrbe 1500. marcis argenti ſenatui vendidit. 1225. Quod libertatis Hamburgenſium plenioris ſecutæ initium fuit.

Henricus comes in Querford.

Adolphus II. comes Holſatiæ.	Mathildis	Henricus comes in Orlamund.
Adolphus III. comes Holſatiæ,		Albertus comes Orlamundenſis.

Adolphvs IIII. ex comitatu Schavvenburgenſi euocatus in Holſatiam contra Danos, cùm VValdemarus rex Daniæ ab Henrico comite Suerinenſe captus eſſet, confirmauit libertatem & priuilegia Hamburgenſium: & Lubecenſes, excuſſo Danorum iugo ſe in libertatem vindicantes, cum alijs principibus adiuuit, vt profligatis ad Bornhouedam Danis, victoria inſigni potirentur, à quo tempore Lubeca vrbs Imperij libera fuit. 1227. Hamburga titulo tenus ſub comitum Holſatiæ imperio manſit. Adolpho IIII. monaſticum S. Franciſci inſtitutum Hamburgæ profeſſo: filij, Ioannes VVagriæ dominus, cui filia Alberti ducis Saxoniæ nupta fuit; & Gerhardus, Holſatiæ & Stormariæ princeps, cuius vxor filia Ioannis Theologi Megapolitani fuit; priuilegia Hamburgenſibus confirmarunt.

Vicinum Holſatis, orientem verſus, maris Balthici littus, Megapolitani, & Pomeraniæ principes proximè tenent. de quibus ſuperiore libro, cùm Vandaliæ veteris, nunc Transalbinæ ſeu nouæ Saxoniæ, mari Balthico & Albi ac Viſtulæ fl. interiectæ, prouincias ordine peragraremus, ordine diximus. Nunc perluſtratis Saxoniæ inferioris regionibus, Viſurgin tranſibimus, & de vetuſtiſſimæ Saxonum coloniæ, VVestphaliæ, ſitu, veteribus incolis, principibus, epiſcopis, ſoli ac hominum natura, ingenijs, moribus, ex oratione quadam noſtra, ante triginta annos adoleſcenti cuidam VVeſtphalo præſcripta initiò repetemus.

FINIS LIBRI SECVNDI

SAXONIAE Liber tertius.

VVESTPHALIA.

Generosis & Illustribus Dominis,

D. BERNARDO, ET D. SIMONI, FRB.

Optimi & clarissimi Comitis SIMONIS filijs, BERNARDI nepotibus, SIMONIS pronep.

Comitibus & Nobilibus Dominis in nobilissimo & vetustissimo VVestphaliæ comitatu LIPPIENSI:

Debitæ Ill. patri gratitudinis & observantiæ ergò,

Dicat & consecrat

Dauid Chytræus.

VVESTPHALIA, quæ iam annis amplius octingentis, siue à peregrinando, siue à pullo equino, insigni Saxonum vetusto, sic nominatur; ab occidua Visurgis ripa, Coloniam vsque ad Rhenum longissimo tractu porrecta, & meridiem versus Melibocis montibus Hassiæ coniuncta est. in qua (vt de Teutonis, qui ab hoc littore Balthico, vbi sedes eorum antiquissimas Ptolemæus collocat, cum Cimbris in Galliam profecti, Teutoburgo, quod Tacitus in VVestphalia collocat, nomen dedisse existimantur; non dicam) Busactori, seu, vt Tacitus nominat, Bructeri, ad Amasin fl. & Sicambri inter Amasin & Rhenum, Iulij Cæsaris ætate habitarunt. Bructeris pulsis & excisis, in eorum loca Traiani temporibus immigrarunt Chamaui, à quibus nomen oppidi Chamen in comitatu Marchiæ reliquum esse apparet: & Angarij versus orientem ad Visurgim. vbi nunc Heruordia, & comitatus Lippiensis, Rauensburg, Diepholdt, & diœcesis Mindensis sita est. Nam prope Heruordiam, adhuc vestigium veteris sedis Angariorum supereſt, vicus Engern. in cuius templo monumentum magni illius Saxonum & Angariorum Ducis VVittikindi hodierna die visitur, cum hac inscriptione: Westwol. ler.

Ossa viri fortis, cuius sors nescia mortis,
Iste locus claudit: euge bone spiritus, audit.
Omnes mundantur hunc Regem qui venerantur,
Aegros hic morbis cœli rex sanat & orbis.

In huius prouinciæ finibus Longobardos etiam, in quorum extrema ora Bardevvicum fuit, & Dulguminos (à quibus oppidum Dulmen in diœcesi Monasterienſi, domicilio & morte Hermanni Buschij nobile, supereſſe consentaneum est) & Angilos, Ptolemæus collocat. Chaucos verò Tacitus, à Frisijs incipientes, partem littoris, vbi nunc Bremensis diœcesis ad Visurgin & Albim vsq; pertingit, occupare, & omnium quas expoſuit gentium lateribus, donec in Cattos vsq; sinuentur, obtendi scribit. Ad horũ latus Cheruscos statuit, quos ad Harciniam sedes habuisse nominis similitudo ostendit. & Imp. Augusti temporibus coniunctas fuisse has gentes apparet sub vno duce Cheruscorum Hermanno, quem Romani scriptores Arminium vocant, qui Quintilium Varum & viginti millia Romanorum ciuium trucidauit, anno post natum Christum duodecimo, cuius cladis memoriam Velleius Paterculus, Suetonius, & alij conseruarunt: & Tacitus, locum in quo reliquiæ Vari legionum insepultæ iacuerint, inter Lupiæ & Amasis fl. fontes, non procul ab vrbe Padeborna, in ditione Lippiensi, Teutoburgensem saltum nominat. Caycorum verò pars vel vicini, Franci olim fuerunt, qui circa annum Christi 270. ad Rhenum, antiquas Sicambrorum & Tencterorum sedes possederunt. vnde ad Menum vsque procedentes, tandem Rheno tracto, regnum in Gallia nobilissimum anno Christi 420. exorsi sunt.

Francorum igitur in Galliam migratione, deserta inter Amasin & Rhenum loca, Saxones, qui à littore arctoo progressi, inter Albim & Amasin antea consederant, vniuersa occuparunt: totamq; VVestphaliam, vsq; ad Caroli magni, & deinceps ad nostra tempora complent. nec dubium est VVestphalos, γνησίους & veros Saxones, & nobilissimæ illius amplissimæq; gentis Saxonicæ posteritatem nobilissimã extare. Quæ plurimos Principes, sapientia & virtute excellentes, qui veram Christi religionem, honestam ciuium disciplinam, leges, iudicia, pacem, & honestarum artium studia in ditionibus suis excitarunt & propagarunt, non olim solummodo genuit, verum etiam nostris temporibus non planè effœta, munificos ecclesiæ & scholarum nutricios, & religionis, pacis ac disciplinæ custodes tribuit.

Nec verò certa series vetustiorum VVestphaliæ & reliquæ Saxoniæ principum, veteris historiarum monumentis prodita est, quàm à Theodorico, Sighardi filio, qui cum Carolo Martello, magni Caroli auo, bella gessit, deducta. cuius Theodorici filius fuit VVernechinus dux Angariorum & dominus Iburgi (quod in diœcesi Osnabrugensi hodierna die extat) pater magni illius VVittikindi, principis Angariorum, qui multos annos vniuersæ Saxoniæ libertatem aduersus Francos fortiter tutatus est.

Tandem verò ad Haſam prælio victus, & in arce ſua VVittigſtein, cuius dimidio ſupra Mindam miliari ad Viſurgin hodierna die nomen & veſtigium extat, à Carolo magno obſeſſus, & inde in Daniam ad regem ſocerum elapſus, cùm intelligeret Carolum, Saxonibus victis, non alias leges imponere, quàm vt deinceps armis & fide Domino Deo & redemptori noſtro Ieſu Chriſto ſeruirent, & ſacerdotibus illius decimas perſoluerent: aliquot annis poſt ad Carolum, qui iam Oſnabruggæ, Monaſterij, Padebornæ & Bremæ Collegia eccleſiarum inſtituerat, redijt, & facta cum eo pace, & recepta ad Viſurgin ditione Angariorum patria, ſedem epiſcopo in oppido ditionis ſuæ Minda attribuit. cui Angarienſe collegium, quod poſtea partim Heruordiam, partim Magdeburgam ab Ottone primo abnepote translatum eſt, adiunxit.

785.

VVittikindi ex fratre nepos fuit Ludolphus, qui Gandersheimenſe collegium fundauit: & ex Ludolpho pronepotes, Bruno conditor & ἐπώνυμος vrbis Brunſuigæ, & Tanquardus, qui eccleſiam cathedralem ibidem inchoauit: & Otto magnus, cui cùm Franci & Saxones Imperium conſentientibus ſuffragijs deferrent, alieniſſimum ſe ad omni ambitione oſtendens, titulum recuſauit, & tamen ſua autoritate, conſilio & viribus, molem laborum regendi & tuendi Imperij præcipuè ſuſtinuit.

842. 860.

Ab hoc Ottone, continua ſeries quinq; Imperatorum, ex ſtirpe Ducum Saxoniæ & VVeſtphaliæ, deriuata eſt, qui res maximas & maximè ſalutares Imperio & orbi Chriſtiano geſſerunt. Henricus, Vngaros ab Henetis in Saxoniam euocatos aliquot prælijs vicit: & repulſis trans Albim Henetis, Miſnæ, Brandeburgi, & Sleſvvici primos limitum Imperij cuſtodes ſeu marchiones inſtituit, & eccleſias in Slauorum terris à ſe deuictis, Mersburgi, Miſnæ & Brandeburgi inchoauit. Quas filius Otto, vt Imperij, ita pietatis etiam & virtutis paternæ hæres, poſtea perfecit, & promotis ad mare Balthicum Imperij finibus, Hauelbergæ etiam ſupra Haueli & Albis confluentem, & Aldenburgi in Holſatia (vnde Lubecam deinceps epiſcopi ſedes translata eſt) & in Cimbrica Cherſoneſo, Sleſvvici, Ripæ, Arhuſiæ, collegia eccleſiarum primus excitari per reges Daniæ curauit. Imperatoribus Germanicis, Lotharingiam & Burgundiæ partem, & Italiam ferè vniuerſam, & ius eligendi ac confirmandi pontifices Romanos reſtituit. Quam Italiæ & Germaniæ coniunctionem, ſequentes Ottones, & Henricus ſanctus, Bambergenſis eccleſiæ fundator, ac Conradus Spirenſis templi conditor, retinuerunt.

927. 946. 970.

Mortui Ottonis III. hæres & ſucceſſor in Saxonicis ditionibus fuit Ludolphus, filius Brunonis, patruelis Henrici ſancti. Quas paulò poſt Lotharius, cum coniuge Ricla (filia Gerdrudis, Ludolphi neptis, Henrico Duci Gottingenſi nuptæ) adeptus, nepoti ex filia ſuo Henrico Leoni duci Saxoniæ & Bauariæ potentiſſimo reliquit, qui poſtremus vniuerſam Saxoniam & VVeſtphaliam, ab Albi vſq; ad Rhenum tenuit. Quo ab Imperatore Barbaroſſa proſcripto, Philippus Colonienſis archiepiſcopus magnam VVeſtphaliæ partem Leoni ademptam occupauit, & titulum ducis Angarię & VVeſtphaliæ, Imperatoris auctoritate aſſumſit. Bernhardus Anhaldinus, Alberti Vrſi filius, ſuperiorem Saxoniam ad VVitebergam, cui electorum dignitas adiuncta eſt, poſſedit. cuius (Bernardi) nepos Albertus, poſt annum 45. ducis etiam Saxoniæ titulum, Ottoni puero, nepoti Leonis, in bello aduerſus Danos, à Lubecenſibus, eorumq; ſocijs capto, extorſit. Cuius Alberti agnati, duces Saxoniæ Lavvenburgenſes, hodierna die titulum veterem ducum Saxoniæ, Angariæ & VVeſtphaliæ ſeruant. Quam, occidentem verſus, Lippiæ & Rheno interiectam, ampliſſimum videlicet comitatum Marchiæ, cui Tremonienſis etiam ciuitas & ditio incluſa eſt; & ducatum Bergenſem; & citra Lippiæ & Amaſis fontes comitatum Rauensburg, Limburg & Vlote, Dux Iuliacensis: multa ſparſim Archiepiſcopus Colonienſis; quædam Padebornenſis; & comites VValdecenſes, poſſident. Reliquæ, orientem verſus, à ripa Lippiæ ferè ad Viſurgin (Bremam alluentem) VVeſtphaliæ maximam partem, Monaſterienſis epiſcopus; aliquam Oſnabrugenſis & Mindenſis, tenent. Cætera comites de Lippia, Bentheim, Teclenborg, Ridberg, Pirmundt, Diephold, Hoia, Oldenborch, Delmenhorſt, in ditione & poteſtate habent. Qui Comites pleriq;, à Carolo magno epiſcopis initio adiuncti, iudicum vices, quod & nomen Greuen Germanicũ denotat, gerebant.

Cùm

Cùm autem tunc primùm VVestphalia, veris ac summis ornamentis, videlicet vera pietate ac religione Christiana, literis & virtutibus humanioribus excoli cœperit, cùm maiores VVestphalorum ad fidem & cultum doctrinæ Christianæ primùm adducti, & episcopi à Carolo magno instituti sunt: breuiter quædam ex illius temporis historia delibabo. Carolus confecto bello, quo VVestphalos ad Filij Dei agnitionem perduxit: totam ferè regionem in Episcoporum diœceses diuisit. Cùm enim gens libertatis amans esset, reuerentia religionis facilius eam intra officij & obedientiæ debitæ metas contineri posse existimabat.

Primum igitur in VVestphalia Collegium Osnabrugæ erexit, eiq; episcopum 777.
præfecit virum pium & doctum VVihonem Anglum, qui S. Bonifacij auditor fuerat. Bonifacius, quem Germanorum euangelistam & apostolum nominant, natione Anglus, temporibus Caroli Martelli, Carolomanni, & Pipini regum Franciæ, qui maximam Germaniæ partem tenebant, sua voce in Bauaria, Franconia, Thuringia, Hassia, Frisia euangelion docuit. Cumq; propter summam pietatem, doctrinam, integritatem morum, & indefessum studium & zelum propagandæ religionis Christianæ, archiepiscopus Moguntinus à Carolo Martello constitutus esset, multos alios ex Anglia, viros pios & doctos euocauit, & ecclesijs præfecit, inter quos nominatim celebrantur, Lullus vir excellenti doctrina & pietate, quem ipse Bonifacius successorem sibi in gubernatione ecclesiæ Moguntinæ elegit: Burcardus, qui Herbipolensi ecclesiæ post S. Kilianum præfuit: VVilebaldus frater S. VValpurgis, qui in oppido Franconiæ Eichsted vicinas ecclesias rexit. Item VVunibaldus, Gregorius, VVillebaldus, quem Carolus magnus Bremensi ecclesiæ primum gubernatorem dedit, cùm ageretur annus à nato Christo septingentesimus octogesimus. Debetur etiam magna ex parte, Caroli magni pietas & beneficentia in constituendis ecclesijs & scholis, homini Anglo, Alcuino, D. Bedæ auditori. Qui cùm Caroli magni ingenium generosum in prima iuuenta erudiendum accepisset, magna fide & diligentia amorem pietatis Christianæ, & literarum, vnà cum præcipuarum artium & linguarum doctrina ipsi instillauit, ac postea assiduè ipsi hortator fuit, vt omnes labores, pericula & bella, ad ecclesiæ Christianæ propagationem & salutem referret, & ecclesias piè ac liberaliter foueret. ac, post ecclesias in Germania constitutas, sua authoritate apud Carolum obtinuit, vt Parisiensem quoque Academiam magnis & regijs sumptibus erigeret, anno 791.
decimo quarto postquam Osnabrugensem in VVestphalia ecclesiam condiderat.

Instituit autem Carolus Osnabrugæ, vt in collegio assidui lectores Græcæ & Latinæ linguæ essent. Vidi enim exemplum literarum fundationis, vt vocant, quas ecclesiæ Osnabrugensi Carolus dedit. Fuerunt igitur à pijs & sapientibus monarchis instituta sacerdotum collegia, & episcopis addita, non vt in luxu & voluptatibus obscenis viuentes, perpetua orgia celebrarent, sed vt veræ de Deo doctrinæ possessionem retinerent, & literas, linguas, & artes ecclesiæ & Reip. necessarias docerent & propagarent. ac eodem tempore, quo Osnabrugæ ecclesiam Carolus condidit, scribæ, veniisse ad eum legationem ab Imperatore Græcorum, vbi magno redemisset, 777.
facultatem græcè docti præberi, qui legatis græcè respondere, & cum ijs sine interprete sermonem conferre potuisset. Ipse enim Carolus, etsi ab Alcuino præceptore suo græcas literas didicerat, & mediocriter intelligebat, tamen loqui non solebat. Hac occasione scribunt commonefactum Carolum, quantopere etiam in Repub. & principum negotijs huius linguæ cognitione opus sit: curam colendi & conseruandi græcæ linguæ studia, tunc collegio Osnabrugensi simul commendasse.

Hoc consilio multa collegia passim in Saxonia tunc constituta fuerunt. ac Monasterio, Mimigrodæ inchoato, S. Ludgerus Frisius, frater Hildegrini primi Halberstadensis episcopi præfectus est. cui quinquagesimus ordine, VVilhelmus Kellerus, 786.
vera pietate, prudentia & virtute excellens, & purioris euangelij doctrinæ amans, A. C. 1555. præfuit: Gotthardi, summa dignitate tunc inter Liuoniæ proceres florentis, & Curlandiæ in Liuonia Ducis postea creati, frater. Osnabrugensem ecclesiam tunc annos à S. VVihone gubernauit Ioannes, Ioannis filius, comes Hoiensis, ingenio, doctrina, & Latinæ, aliarumque multarum linguarum cognitione excellens. Min-

denſem anno 785. à Carolo & VVittikindo fundatam, tunc quinquageſimus quartus ab Herimberto primo, Georgius dux Brunſuicenſis, Henrici frater, magna cum prudentiæ, iuſticiæ, & moderationis laude rexit. Padebornenſi inter primas à Carolo magno in Saxonia inchoatæ, præfuit triceſimus octauus ab Harimaro, Rembertus à Kerſenbrüch: Colonienſem verò metropolin, Adolphus, comes Schavvenburgenſis, Iodoci filius, Ottonis frater, moderabatur. De hiſce eccleſijs, earumque epiſcopis primis, & cæteris vſque ad annum 1400. & 1500. ſecutis, tùm alij aliquot ſuperiores, vt Gobelinus Decanus Bilefeldenſis, qui tempore concilij Baſilienſis ſcripſit, & VVernerus Roleuingus; tum verò in primis, Metropoleos Saxoniæ autor, Albertus Cranzius, diligenter explicauit: & proximis annis, de totius VVeſtphaliæ prouincijs, vrbibus, incolis veteribus, viris literatis, comitum familijs ac inprimis de renata in præcipuis VVeſtphaliæ & reliquæ Saxoniæ ciuitatibus, & principum ac comitum ditionibus, puriore euangelij doctrina, multis éditis libellis, ſingulare illuſtrandæ patriæ ſtudium & amorem declarauit Hefmannus, eccleſiarum hoc tempore in nobiliſs. comitatu Aldeburgenſi inſpector. Ex his, etſi multò plura & vberiora de VVeſtphaliæ rebus peti poſſunt: ſpero tamen hæc pauca, quæ de exordijs eccleſiæ Dei in VVeſtphalia libaui, non ingrata lectoribus futura eſſe. 1

Vt autem gens VVeſtphalica, conſtantiæ & grauitatis amans, difficulter initiò ab auita religione abduci, & ad Chriſti agnitionem conuerti potuit; ita deinceps, ſemel datam Chriſto fidem, cónſtantiſſimè ſeruauit. atq; etiam ex VVeſtphalia latè in 2
reliquam Saxoniam, Daniam, Sueciam, Vandaliam & alias regiones, doctrina Chri-
820. ſti propagata eſt. Nam Collegium Corbeienſe ad Viſurgin, in diœceſi Padebornenſi inſtitutum, aliquot ſeculis velut ſeminarium fuit epiſcoporum Saxoniæ, ex quo Anſgarius etiam, primus Hamburgenſis archiepiſcopus, qui latè in vicinas Henetorum gentes, & Daniam, Sueciamq; ſua voce euangelion propagauit, & ſucceſſores illius S. Rembertus, Adelvvaldus, Hoierus ad docendas eccleſias vocati ſunt.

Ante trecentos verò annos, Nobilitas VVeſtphalica, ſpecimen pietatis & fortitudinis illuſtre edidit; cum ſuo ſumptu & periculo, proferendæ religionis Chriſtianæ
1170. cauſa, ampliſſimam gentem Liuonicam Chriſto ſubiunxit. Etſi enim prima veræ pietatis ſemina prius ibi ſparſa erant à Meinardo, quem mercatores Lubeca ſecum Ri- 3
gam duxerant, tamen reliqua tota regio, latiſſimè patens, impijs & barbaricis ſuperſtitionibus dedita fuit, donec Imperatoris Friderici ſecundi temporibus, cùm Albertus Liuoniæ epiſcopus præeſſet, aliquot annorum continenti bello adflicta, tandem tota ſe Chriſtiano nomini conſecrauit. Multi autem principes viri, ſuas vires in eo bello, ad illuſtrandam & latius propagandam Chriſti gloriam contulerunt, ac nominatim in hiſtorijs mentio fit Iohannis domini Megapolitani, illius, quem propter eximiam pietatem, & ſacrarum literarum ſcientiam, Theologum ſcriptores nominant, qui cum filio Henrico aliquandiu ſacræ illi militiæ in Liuonia præfuit. Sed tamen præcipuam fuiſſe in ea militia Nobilitatis VVeſtphalicæ virtutem inde perſpicuum eſt, quòd ante paucos annos adhuc, ampliſſima Liuoniæ pars, VVeſtphalorum 4
nobilium imperio parebat, ex quibus multi ſtudijs doctrinæ cœleſtis & ceterarum artium, vt ad piam & ſalutarem gubernationem ampliora haberent adiumenta, ſe inſtruebant.

Multos etiam virtute & doctrina excellentes eccleſiæ & rerumpublicarum gubernatores peperit natio VVeſtphalica, qui demonſtrant, ingenia VVeſtphalorum, ad literas, ad diſciplinam, ad virtutem, ad doctrinas, ad alias honeſtas artes idonea eſſe. Nota ſunt nomina Alexandri Hegij, Arnoldi de VVeſalia, Rodolphi Langij, Hermanni Buſchij, Coclenij, Riuij, Glandorpij, Bureni, & Hermanni Bonni, qui eccleſiam inclytæ vrbis Lubecę, magna cum pietatis, veræ doctrinæ, integritatis morum, ſapientiæ & eloquentiæ laude, multos annos rexit. Præcipua verò VVeſtphalis laus, 5
in elegantiorum literarum & linguarum ſtudijs primùm in Germania excitandis & propagandis, & latina oratione ſoluta & ligata, purius & nitidius elaboranda, meritò à nobis tribuitur. Inter quos primi duces & anteſignani fuerunt, amici Rodolphi Agricolæ, Rodolphus Langius, nobili genere & ingenio poëta, Canonicus Monaſterienſis.

fuit. Postea vt omnibus bonis rebus, vt nomine & verbo Dei, vt magistratu, coniugio, vino abuti homines & scelera sua miscere consueuerunt, ita non negabo in his occultis iudicijs aliqua inconsideratius & iniustius facta esse. Sed genus ipsum iudicij, vt à Carolo magno ordinatum est, non vituperari posse, declarant etiam recentiorum Im-
1442. peratorum Friderici III. & Maximiliani I. constitutiones. Iampridem verò per
1495. totam VVestphaliam hæc clandestina Iudicia obsoleuerunt, & quamuis Scabini illi etiamnum in nonnullis perpaucis tamen oppidis supersint, iudicia tamen nulla clàm, sed omnia palàm citatis & auditis ijs, qui denunciantur, peragi solent. Et magistratus oppidorum vbiq; iudicia tàm ciuilia quàm criminalia exercet, nec Scabinis de cuiusquam sanguine, nisi iudiciali ordine cognoscere permittitur. Cùm autem iudicia, leges, disciplina, & vniuersa ciuilis societas ad hunc præcipuum & summum finem à Deo ordinata sit, vt æterna ecclesia Deum rectè agnoscens & celebrans colligi in hac vita per ministerium euangelij possit: Oro Deum toto pectore, vt & patrię tranquillitatem, & alia ornamenta seruet, & lucem veræ DEI noticiæ puram & illustrem, ac cultus Dei sinceros in tota Vvestphalia accendat & tueatur, vt multi Deum æternum patrem, & filium ipsius Dominum nostrum Iesum Christum, vnà cum S. sancto, vera inuocatione & celebratione, tum in hac vita, tum in omni æternitate colant.

Hæc de Vvestphalia generatim præfati, nunc episcoporum illius, aliorumq; principum, qui anno Christi 1500. Diœcesibus suis præfuerunt, Nomina & Genealogias ordine recensebimus. & à MINDENSI principatu, qui proximus est Visurgi, ad inferioris Saxoniæ ditionis Brunsuicensis fines, exordiar. cui HENRICVS princeps pius, integer, modestus ac innocens, iam viginti duos annos præfuerat, ordine quin-
785. quagesimus primus à Herimberto primo episcopo, quem Vvitikindus Saxonum Rex, à Carolo Magno ad Christi Seruatoris nostri agnitionem & fidem adductus, in hoc hæreditarij Ducatus Angariæ sui oppido ad Visurgin, collegio ecclesiæ fundato præfecit. Floruit autem MINDA, diu ante Caroli magni & Vvitikindi tempora, loco amœnissimo ad Visurgin, qui Vvestphaliam à reliqua Saxonia dirimit, sita: & agros fertiles ac fœcundos, ad duo millia passuum versus meridiem & ortum, & prata ac pascua vberrima, & syluam propriam versus boream possidet.

HENRICVS verò, ex illustri & vetusta comitum à SCAVVENBURG familia procreatus, quæ in Holsatia, & Saxonia, ad orientalem Visurgis ripam, in vicinia Mindæ, antiquas & amplas possessiones, & quorundam principum ditionibus non inferiores, tenet: & multos vicinis episcoporum diœcesibus principes, ac in his electores imperij aliquot, & alios virtute ac fortitudine præstantes, & patriæ salutares gubernatores progenuit, & solius Imperatoris beneficium immediatè recognoscit. Cùm enim à præstanti Heroë, eximia virtute, industria, fortitudine & fide prædito, ADOLPHO de Salingsleuen, qui laudatissimo Imperatori CONRADO Franco, in Vngaricis, Italicis & Burgundicis bellis operam fortem & fidelem præstiterat, ideoque beneficium comitatus Schavvenburgensis ab ipso Imp. immediatè accepit, originem duxerit: feudum Imperiale perpetuò deinceps mansit. Recensuimus autem vetustiorum comitum qui Holsatiæ etiam totius ditiones, à Lothario Imp. acceptas possederunt, seriem, libro superiore. Nunc cæteros, qui proximis 250 annis, in patria præcipuè floruerunt, ordine attexam.

ADOLPHVS comes Holsatiæ & Schavvenburgensis, Gerardi II. cœci filius, Gerardi I. comitis Holsatiæ & Stormariæ nepos, Adolphi IIII. Holsatiæ comitis pronepos. ⊕ 1315. sepultus in monasterio Loken. vxor Helena Ioannis Saxoniæ ducis Laoburg. filia.

Adolphus ⊕ 1353.	Ericus, episc. Hildesiensis ⊕ 1348.	Gerardus, præpositus Hamburg. episcop. Mindensis.

Adolphus perijt in itinere ad terram sanctam Fa-	OTTO. vxor Mechtildis filia VVilelmi ducis Luneburg. Magnum Torquatum ducem Luneb. bellum ipsi inferentem,	Simon ⊕ 1361.	Gerardus episcopus Mindensis. ⊕ 1361.	Bernardus præpositus Hamb.

β

guſtæ in Cypro ... vicit & interfecit 1373. occubuit in ... 1370. prælio ad Alleram 1388.

...hus, mortuo Adolpho Vvagriæ Domino poſtremo 1390. ... Vvilelmus ...efecturas Hatesburg, Binneberg & Barmſtede ad Albim ... puer ⊕ ..., vt reliqua Vvagria Holſatiæ iungeretur. ⊕1404. 1404.

OTTO II. qui mortuo Adolpho duce Sleſuuicenſi & comite Holſatiæ poſtremo, regi Daniæ Chriſtiano eam ceſſit anno Chriſti 1460. poſtridiè Michaëlis. Sed filius Ioannes, & illius poſteri confirmare hæc pacta recuſarunt. ⊕1464. octo filios habuit, ex quibus

...bus HENRICVS, ...cop. epiſcop. Min- ...ld. denſis, cuius ...471. modò memi- ... nimus, cœpit A. C. 1478. ⊕1504.

Otto in arce Pinneberg. ⊕1510.

Antonius ⊕ 1526.

IOANNES, ex Corda filia Henrici poſtremi Gemmæ domini, quæ quinquagenaria peperit, ſolus familiam propagauit. ⊕ 1527.

Mechtildis nupta Bernardo duci Luneb. inde VVilelmo ſeniori Brunſuic.

IODOCVS, Pius & φιλόσυχος: ⊕1532. ex Maria, ſorore VVilelmi Naſſaënſis, decem filios ſuſcepit: ex quibus

...o epiſcopus Hilde- ...is anno 1531. electus; ...36. reſignauit. pater ...dentium comitum. cu- ... aliquæ poſtea locis ...ſpius facienda e- ...⊕1576.

Henricus ἄπαις.

Adolphus archiepiſcopus & elector Colonienſis 1547. ⊕1556.

Ioannes ⊕ 1560.

Antonius archiepiſcopus & elector Colonienſis 1556. ⊕1558.

Iodocus Dominus in Gemmen, ⊕1581.

Henricus.

Iodocus.

...annus, ...opus ...enſis

ADOLPHVS, natus 1547. ex Maria Barniami Pomerani filia, Gubernator Patriæ. Coniunx Eliſabeth, filia Iulij ducis Brunſuicenſis, ducta 1583.

Antonius Decanus Colonienſis.

Erneſtus natus 1569. matre Eliſabetha filia Erneſti Luneb.

IVLIVS natus 1585.

Primæ verò, & antiquiſſimæ in veteri Saxonia Cathedralis eccleſiæ OSNABRVGENSIS epiſcopus, hac ætate fuit CONRADVS comes à Ritberg, quadrageſimus ſeptimus à S. Vvihone, primo epiſcopo, Friſio. cui Carolus magnus inſpectio collegij & ſcholarum, quas Latinas & Græcas perpetuò ſeruari in collegio volu... commendarat. CONRADUS vir prudens & mediocriter eruditus, & Romæ, ac in ... aulis, verſatus, initiò feliciter & tranquillè diœceſin rexit, donec ſoror ipſius ...garita, Friderico duci Brunſ. & Lunæb. matrimonio iuncta eſt. Quod fratri Fri- 1482. ...ci VVilelmo, duci Brunſ. & filio Henrico, prorſus diſplicuit. Itaq; de improuiſo cœpit. ...rum Fridericum, quòd non ſanæ mentis hominem eſſe dicerent, cum coniuge ...ergi in cuſtodiam, prædijs illius omnibus occupatis, coniecerunt. Epiſcopus ...ur, cùm ſua interceſſione in libertatem vindicare ſororem, & illius maritum, non ...et, ciuitatibus inferioris Saxoniæ decem, cum VVilelmo & Henrico ducibus ...nſ. & Bertholdo Hildeſienſe Epiſcopo bellum gerentibus, ſe coniungit, & circi... 400. equitum exercitum, ex vicinorum comitum ditionibus collectum, duce Io...ne Comite Ritbergico, fratre ſuo, trans Viſurgim mittit. Quos terram Brunſuiſem vix ingreſſos, Henricus ſtratagemate circumuentos, ac in his comitem Ioan... Epiſcopi fratrem, in ſuam poteſtatem redegit. Qua clade accepta, epiſcopus etſi

Die Petri & Pauli. 1485. 1497. sequenti anno exeunte pax restituta erat: tamen cum ingenti λύτρῳ frater & alij captiui redimendi, & vicinis comitibus ac nobilibus, quorum equi perierant, soluendum esset: contribui ab ordinibus petiuit, & ipse proprios mensæ episcopi reditus omnes impendit. ac vt eluctari ex difficultatibus hisce commodius posset: relicta delectis ex collegio & consuli Osnabr. Ertvvino, gubernatione, in aulam Ioannis electoris Brandeb. profectus est, cui in consilijs, & legationibus ad reges Poloniæ, Daniæ, & Vngariæ, decennium ferè seruiuit; donec ad Monasterienſis principatus amplissimi imperium euectus, ad vtriusque diœceseos gubernationem redijt, & redemptas episcopi arces, alijs pignori obligatas, ædificijs passim ornauit, & meliores ac nitidiores reddidit. Iburgi, domum ex fundamentis extruxit, & in tota vita, iustus, clemens, moderatus & beneficus fuit.

Cùm autem nobilissimæ & antiquissimæ huius COMITVM RITHBERGENSIVM familiæ, ad Amasis fl. fontes sedem habentis, posteritas mascula, nostris temporibus, in Ioanne, Ottonis filio, Ioannis fratris Conradi episcopi Osnabrugensis nepote, prorsus extincta sit: Nomina & seriem proximorum Rithbergensium comitum, vsq; ad hunc Conradum & illius nepotem, adscribam, & MARGARITAE sororis Conradi huius episcopi Osnabrugensis nomen inseram, quæ Friderico Duci Brunsuicensi, Vvilelmi Victorioſi filio nupta, insigni virtute & pietatis religiosæ studio fuit, cui sermonem de sacramento Pœnitentiæ Lutherus anno 1619. dedicauit, qui Tom. VII. operum ipsius Vvitebergæ editorum Germanico, pag. 2. insertus est.

Fridericus tempore Ottonis I.
Otto.
Conradus tempore Henrici Claudi Imp.
Conradus.
Otto tempore Henrici V.
Conradus.
Fridericus circa annum 1200.
Conradus.

Fridericus Ditmarus.	Otto epiſ. Padeb.	Conradus Osnab.

Fridericus.	Conrad. episc. Mindæ.	Otto Monast.

ADELHEID vnica filia nupta Ottoni comiti Hoiensi.
CONRADVS pater.
Conradus filius.

CONRADVS episcopus Osnabrug. & Monast. ⊕ 1508.	Ioannes, opem ferens Hildesiensibus, ab Henrico duce Brunſ. 1485. captus est. Vxor Margareta, Bernardi Lippiensis filia, Simonis soror.	Margarita nupta Friderico duci Brunſ. Henrici senioris patruo.
HERO Ommeke Frisius, ex Irmengardi filia Gerardi comitis Oldenburg.		

Baldasar, Dominus in Esens & Vvitmund, ab Ennone Frisiæ comite eiectus, per Carolum ducem Geldriæ restituitur. Gessit bellum cum Bremensibus infelix. ⊕ 1540. ἄπαις.	Anna, Domina in ESENS soror Baldasari.	OTTO filius Ioannis.	Anna Comitissa de SEIN.
	IOANNES postremus ⊕ captiuus 1564.	Otto in castris ad Metas 1552. perijt.	

Armgard, primùm Erico Hoiensi nupta, deinde SIMONI comiti Lippiensi, qui per eam comes Ritbergensis factus est.	Vvalpurg, vxor Ennonis filij Ezardi comitis Frisiæ Orient. Domini in Esens.

MONA-

MONASTERIENSIS diœce-
sis principatum, omnium in tota VVestphalia amplissimum & potentissimum, à flumine Lippia, inter regionem Osnabrugensem, & comitatum Bentheimensem, medio & continuo tractu ad Huntam fluuium, alluentem vetustam VVigberti ducis Saxoniæ & Angriuariæ, filij VVittikindi magni, vrbem & sepulturæ locum, VVildeshusium; & inde ad Visurgin pertinentem; eo tempore idem Conradus comes à Ritberg gubernauit, in locum Henrici comitis Svvartzeburgensis (qui arcem Delmenhorstanam vi occupatam, Monasterienſi diœcesi coniunxerat) defun- 1482.
cti substitutus: ordine quadragesimus sextus à S. Ludgero Frisio primo episcopo, 1497.
ex fratre S. Hildegrini Halberstadensis.

Florebat, Conradi episcopi tempore, Monasterij, Schola elegantioris doctrinæ & bonarum literarum, ac latinæ in primis linguæ, purius & nitidius, ad imitationem veterum, soluta & ligata orationis forma elaborandæ, Rodolphi Langij viri nobilis & doctissimi, & in collegio ecclesiæ senioris ac præpositi & Mecænatis literarum munifici, consilio & autoritate instituta. Cùm enim Rodolphus, primis literis Dauentriæ præclarè excultus, à patruo Hermanno, ecclesiæ cathedralis Decano, in Italiam, vbi tunc Latinæ & Græcæ linguæ studia reflorescebant, missus esset: studiosè Laurentium Vallam, cuius de elegantia sermonis latini commentarij extant: Mapheum Vegium, qui Aeneida Virgilij addito libro compleuit, Franciscum Philelphum, & Theodorum Gazam audiuit, & in soluta & ligata oratione eleganter formanda se exercuit, ac studiorum socios, Mauritium comitem Spiegelbergicum, Philippi filium, & Rodolphum Agricolam Frisium, habuit. Qui in patriam reuersi, omnium primi in Germania, puriorem latini sermonis formam vsurpare, & rectam discendi & latinè scribendi rationem ostendere, & cohortationibus ac exemplo suo excitare, cum Alexandro Hegio, Dauentriensis scholæ studiorum Rectore fidelissimo & felicissimo, cœperunt. ac Hegij schola, ante Monasterienſem, velut seminarium fuit politiorum literarum & linguarum, quas illius alumni, Erasmus Roterodamus, Ioannes Murmellius, Hermannus Torrentinus, Buschius, Ioannes Cæsarius Iuliacensis, Conradus Codenius Padebornensis, Iacobus Montanus Spirensis, Ioannes Peringius, Gerardus Listrius, Matthæus Frisemius, & alij, longè lateq; in tota Germania & Belgico propagarunt. Primus autem Germaniæ Poëta, ipsius Rodolphi Agricolæ iudicio, auorum ætate, aliquot ante Conradum Celten annis celebris, hic Rodolphus Langius fuit, editis, de excidio Hierosolymæ postremo, de obsidione Noueſij, de Paulo Apostolo, de Maria virgine, poëmatis clarus. de quo condiscipulo & æquali suo Hegius cecinit:

—— Iam ferre poëtas Barbarie in media Vvestphalis ora potest.
Langius hanc decorat maiorum sanguine clarus, Monasteriaci lauiq; decuiq; soli.
Primus Melpomenem qui rura in Vvestphala duxit, Cum caneret laudes, maxime Paule, tuas.
Buschius hanc modulis & stemmate clarus honestat, Cùm te, Virgo parens, numine fœta canit.
Vxum terra alterix tantorum Vvestphala gaude, Lumine te dextro docta Thalia videt.

Duxerat secum in Italiam Langius adolescentem Hermannum Buschium cognatum suum, cùm ab episcopo Henrico Svvartzburgensi & collegio Monasterienſi ad PP. Sixtum IIII. legatus Romam certi negotij causa mitteretur, vbi præcipuis viris in itinere Buschium commendauit, & sumptus studiorum in Italia commoranti libera- 1480.
liter tribuit. Ipse etiam rebus omnibus ex episcopi & collegij sui sententia apud PP. confectis, cùm quidem honorificis Sixti PP. & Laurentij Medicei literis, episcopo & collegio commendaretur, maiore in precio & admiratione apud collegas fuit, & causam bonarum literarum & emendationis studiorum doctrinæ barbaræ, passim in omnibus collegijs & scholis regnantium, maiore cum fructu egit. tametsi aliquot adhuc annos, reluctantibus veteris Barbariei patronis, ac nominatim Academia Coloniensi, quæ datis ad Conradum Ritbergensem episcopum, qui Henrico Svvartzburgensi succesſerat, & summum collegium, literis, vsitatam tot seculis instituendæ adolescentiæ & docendi rationem & libellos, in scholis retineri, & mutationes nouas, earum & disciplinæ periculosas, caueri flagitabant. Etsi autem eruditè & grauiter consilij sui

filij sui causas Rodolphus explicabat: tamen ad Italorum doctorum iudicia ipsi pro uocare necesse fuit. qui cùm emendationem doctrinæ in scholis vsitatæ necessarian esse, & Langium rectè, Louanienses perperam iudicare, in responsis ad episcopum suis pronunciassent: episcopus qui Italorum, apud quos olim vixerat, censuram ma gni faciebat, facultatem aperiendæ nouæ bonarum literarum scholæ collegio dedit ad cuius gubernationem, cùm Alexandrum Hegium, in diœcesi Monasterienſi na tum, vocarent: ille ætatis excusatione vsus, alios idoneos scholæ suæ alumnos, & in his Ioannem Cæsarium, Hermannum Torrentinum, Timannum Camenerum & aliquot præterea alios, indicabat. ex quibus Timannum, ob personæ & morum grauitatem, cæteris prætulit. eiq; sex collegas, & in his Ioannem Murmelium Rura mondenſem, & Ioannem Hagemannum, adiunxit. quibus docendi ordinem, & l bros in schola interpretandos, & reliqua scholæ exercitia, ipse Langius præscribe bat, & suam Bibliothecam, plurimis optimisque libris instructam, omnium in schc la docentium vsibus communem faciebat. Sic igitur paulò ante annum 1500. consti tuta Monasterij schola, vsque ad Anabaptisticos furores florens ac celebris mansi & in totam reliquam Vvestphaliam, & Germaniam, optima studia propagauit. Hin enim colonias elegantioris doctrinæ deduxerunt: Petrus Nehemius, Tremon am; Iosephus Horlenius, Heruordiam; vbi inter alios Petrum Mosellanum aud torem habuit: Ludolphus Heringius, Hammonem: Alexander Meppensis, Osn bruggam: Ludolphus, Susatum: Tilemannus Mollerus, Attenodorum: à quo I annes Rivius Attendorienſis, vir doctissimus, & multis editis scriptis clarus, Geo gij Fabricij, Adami Siberi, Iobi Magdeburgij, & postea Augusti electoris Saxon præceptor, primùm institutus est.

Negari autem non potest, hominibus Vvestphalis, & eorum discipulis, prima in elegantiorum literarum & linguarum studijs, in Germania excitandis & propaga dis, laudem deberi. Nam & ante hos, qui iam nominati sunt, in superiori German Ludoicus Dringebergius Vvestphalus, studiorum scholæ Selestadienſis rector, Iac bum Vvimphelingum, Ioannem Reuchlinum, Georgium Simlerum, Stabium, alios insignes virtute & doctrina viros informauit. ex quibus, Ioannes Reuchlin Phorcensis postea comœdias latinas, Hennonem & Sergium, à se scriptas, exemp
1497. tùm in Germania inaudito edidit: illam quoque Heidelbergæ spectandam publi exhibuit, quas Georgius Simlerus & Iacobus Spiegelius, VVimphelingi ex sorc nepos, scholijs deinde illustrarunt. VVimphelingus verò, integerrimæ vitæ The logus, & alioquin nullius honestæ disciplinæ rudis, hoc ipso anno, Adolescenti edidit. quo libello, ad literas, & omnes virtutes studioſè colendas, & fugienda vit ex omni genere scriptorum & Poëtarum collectis insignibus sententijs & exemp adolescentes cohortatus est. Eodem anno orationem de mirando fœdere duarum Christo naturarum, die Annunciationis Angelicæ habitam, & de Germania libell ad senatum Argentinenſem emisit. nec grauatus est amore pietatis agere pædag gum aliquot magnæ spèi adolescentibus, inter quos VVolfgangus comes à Levv stein, Ludoici filius, cui Adolescentiam dedicauit: & Iacobvs Stvrmi poſtea inter nobiles, doctrina, consilio, prudentia, in toto Imperio clarissimus, cui Integritate animi & corporis tuenda libellum inscripsit: & ex sorore VVimpheli Magdalena nepotes, Iacobus Spiegelius, qui lexicon Iuris postea edidit, & Ioan Maius, Diuorum Caroli & Ferdinandi consiliarij præcipui fuerunt. Erasmus et Roterodamus, libro de conscribendis epistolis, & primo Adagiorum opere Par
1500. innotescere, & triennio post, Enchiridion Militis Christiani velut artem ac summ
1503. veræ pietatis & religionis Christianæ, & Panegyricum in laudem Philippi archi cis Austriæ & Principis Castellæ ex Hispania & Gallia reducis luculentum ed magis etiam inclarescere cœpit. Effloreſcebant eodem tempore, Conradi Peutin ri, Bilibaldi Pirchaimeri, Sebastiani Brands, Vlrici Zasij, Thomæ VVolffi Iurec in Germania, humanioribus literis excultorum; & post Rodolphi Langij VVestp li, & Agricolæ Frisij edita poëmata, Conradi Celtis, Hermanni Buschij, Ioannis sticampiani, Thomæ Aucuparij, Ringmanni Philesij Poëtarũ ingenia. quæ deinc

an

Bowles, Carver & Co., Limited, Manufacturers of Lawn Mowers, Garden Rollers, Scythes, Sickles, Hedge Shears, Grass Hooks, Edging Irons, Spades, Forks, Hoes, Rakes, Dibbers, Trowels, Weeding Knives, Pruning Knives, Budding Knives, Garden Syringes, Garden Engines, Garden Barrows, Wheelbarrows, Hand Carts, Flower Pots, Seed Pans, Bulb Pans, Tubs, Vases, Garden Seats, Chairs, Tables, Iron Hurdles, Iron Fencing, Iron Gates, Iron Arches, Iron Trellis, Iron Pergolas, Iron Rustic Work, Iron Flower Stands, Iron Flower Boxes, Iron Vases, Iron Tubs, Iron Garden Seats, Iron Chairs, Iron Tables, Iron Stools, Iron Bedsteads, Iron Cots, Iron Hat Stands, Iron Umbrella Stands, Iron Fenders, Iron Coal Boxes, Iron Coal Scuttles, Iron Coal Vases, Iron Coal Hods, Iron Coal Shovels, Iron Coal Tongs, Iron Coal Pokers, Iron Coal Rakes, Iron Coal Brushes, Iron Coal Boxes, Iron Coal Scuttles, Iron Coal Vases, Iron Coal Hods, Iron Coal Shovels, Iron Coal Tongs, Iron Coal Pokers, Iron Coal Rakes, Iron Coal Brushes

BOWLES, CARVER & CO., LIMITED, Manufacturers and Exporters of Lawn Mowers, Garden Rollers, Scythes, Sickles, Hedge Shears, Grass Hooks, Edging Irons, Spades, Forks, Hoes, Rakes, Dibbers, Trowels, Weeding Knives, Pruning Knives, Budding Knives, Garden Syringes, Garden Engines, Garden Barrows, Wheelbarrows, Hand Carts, Flower Pots, Seed Pans, Bulb Pans, Tubs, Vases, Garden Seats, Chairs, Tables, Iron Hurdles, Iron Fencing, Iron Gates, Iron Arches, Iron Trellis, Iron Pergolas, Iron Rustic Work, Iron Flower Stands, Iron Flower Boxes, Iron Vases, Iron Tubs, Iron Garden Seats, Iron Chairs, Iron Tables, Iron Stools, Iron Bedsteads, Iron Cots, Iron Hat Stands, Iron Umbrella Stands, Iron Fenders, Iron Coal Boxes, Iron Coal Scuttles, Iron Coal Vases, Iron Coal Hods, Iron Coal Shovels, Iron Coal Tongs, Iron Coal Pokers, Iron Coal Rakes, Iron Coal Brushes, Iron Coal Boxes, Iron Coal Scuttles, Iron Coal Vases, Iron Coal Hods, Iron Coal Shovels, Iron Coal Tongs, Iron Coal Pokers, Iron Coal Rakes, Iron Coal Brushes

Telegrams: "Bowles, Stourbridge."
Telephone: No. 1 Stourbridge.

Stourbridge, England.

α

Elisabetha Ludoici Palatini Bipontini vxor.

β

Mechtildis nupta Conrado comiti Teklenburgensi.

γ

mitis à Nassau.

Henricus cubicul. Caroli V.

VVilelmus.

VVilelmus princeps Auraniæ.

VVOLFGANGVS Palatinus ⊕1569.

PHILIPPVS natus 1504. Idibus Nouemb. Dux Fœderis Smalcaldici, à Cæsare Carolo V. captus 1547. dimissus 1552. ⊕1567.

Paruerunt autem olim episcopo Padebornensi oppida 24. arces & præfectur 20. monasteria 16. parochiæ 54. Oppidorum nomina sunt, Pabedorna metropoli Lipspring, Soltkatten, Bueren, VVunnenborg, Sualenburg, Hense, Klenenberg VVarburg, Kalenberg, Pockelsen, Borchholte, Borgenthrice, Beueringen, Drin genborch, VVilbaessen, Gerden, Brakel, Driborch, Nihem, Bremeren, Voerden Lichtenou, Line, & Stenheim Cll. VV. Hermanni Tulichij, & Reineri Reinecci πολιίτῳ. patria. Arces pleræq; nobilitati & alijs olim oppignoratæ, non multùn episcopo aut diœcesi adferebant emolumenti.

Comitatum MARCHIAE in Vvestphalia amplissimum, à Lippiæ fl. ripa versus occasum, multis insignibus oppidis, Hammone, Vnna, Susato, Chama, Tremonia, & alijs florentem, anno Christi 1500. Ioannes dux Cliuiæ tenuit, ex comitibu Marcæ vetustis oriundus. Est autem CLIVIA, inter extremas, versus solem occumbentem, VVestphaliæ prouincias, ad Rhenum paulò supra VVesaliam & Lippiæ ostium, in vtraque Rheni ripa deorsum vsque ad Isalæ diuertigium pertinens: prorsus ec tempore, non finibus solùm, sed etiam principibus proprijs seiuncta à Iuliacensi ducatu, qui totus trans Rhenum, ad diœcesis Colonienſis latus occidentale, secundum Ruræ fl. longitudinem ferè vsque ad illius in Mosam ἐκβολὴν porrigitur. Veterum Cliuiæ comitum originem ex alto, à Iustiniani II. Cæsaris temporibus repetunt. Sed præsentis familiæ Ducum Cliuensium & Iuliacensium maiores, Marchiæ VVestphalicæ seu Marcæ comites fuerunt. Cùm enim Adolphus comes de Marca, Adolphi & Mariæ, postremo Cliuiæ comite Theodorico X. natæ, filius, Engelberti frater; Colonienſis archiepiscopus, extincta veterum Cliuensium comitum familia, se à ciuibus Cliuensibus receptum iri intelligeret; archiepiscopa se abdicauit, & ducta
1364. coniuge Margarita, Gerardi comitis Bergensis filia, Vilhelmi postea ducis Bergensis sorore, septem filios genuit, ex quibus Adolphus II. Dux Cliuensium primus, à Sigismundo Imperatore in concilio Constantiensi creatus est, 1417.

Adolphus I. Marchiæ comes.
Engelbertus.
Adolphus.
Engelbertus. Vxor filia & hæres Arenbergæ.

Adolphus, cui Maria, Theodorici X. Cliuiæ comitis filia & hæres, nupta.

Erardus Marcanus, ARENbergæ Dominus, ⊕1395.

Adolphus relicta episcopa Colonienſi & Monast. comes Cliuiæ 1364. ⊕1395.

Engelbertus.

ADOLPHVS II. DVX CLIVIAE primus, annos 54. præfuit. vxor Maria, filia Ioannis Burgundi, soror Philippi Boni. decem liberos habuit, ex quibus

Theodoricus ἄπαις.

Gerardus ἄπαις.

IOANNES I. cœpit A.C. 1449. vrbem VVestphaliæ Susatum, quæ, cùm annis 200. sub archiepiscopi Colonienſis ditione fuisset, anno 1444. se Ducatui Cli-

Adolphus Comes Marcæ & Rauenstein ad Mosam.

PHILIPPVS à Rauenstein, amicus Gallorum & aduer-

Catharina vxor Arnoldi Egmondani Ducis Geldriæ.

A

nx adiunxerat, **contra** Theodoricum
ach. Col. defendit 1447. regnauit 32.
ann. Vxor **Elisabeth**, filia & hæres
comitis Neuersij.

Y

sarius Maximil. in Belgicis histo-
rijs perpetuus, postea Genuæ præ-
fectus, in Lesbum insulam expedi-
tionem infelicem suscepit 1503.

Ioannes III. cœpit 1481.
annis 40. vxor **Mechtildis**, filia
Henrici Landgrauij Hassiæ, ne-
pos Philippi **postremi** comitis
in Catzenelbogen. ⊕ 1521.

Engelbertus dux Neuer-
sij factus à Lud. XII.
Carolus.
Franciscus.
Maria, Henrici principis
Condei vxor.

Adolphus
Canonicus
Leodij.

Ioannes III. Pacificus, vxorem duxit Mariam, vnicam filiam & hæredem Wilelmi VI. **postremi** Ducis Iuliacensis, & Bergensis, (ex qua VVilelmus filius natus est) socero in **ducatu** Iuliacensi anno 1511. patri in Cliuensi 1521. successit. ius suum in comitatum **Catzenelbogen**, Henrico comiti Nassauiæ consobrino, ex Elisabetha materna **nato**, 50000. fl. vendidit.

Wilelmvs nostra ætate Dux Iuliaci, (quod a Iulio Cæsare conditore primo dictum **volunt**) Cliuiæ, Bergæ, comes Marcæ & Rauensburg, ab anno 1539. quo pater obijt, huc vsque præest. cuius soror Sibylla, Ioannis Friderici Saxoniæ electoris coniunx **fuit**. altera, Anna, Henrico Angliæ regi desponsata & rursum repudiata: tertia **Aemylia**, quæ fratris filias, Iduobus Palatinis & Borussiæ duci postea e- 1540.
locatas, educauit & veræ religionis amore imbuit. Huius VVilelmi maternus auus, nepoti quondam ⊖, Gerardi filius, dux Iuliacensis, Bergensem etiam ducatum, in Rheni ripa ad Daysburgam Cleuensi contiguum, & inde à Dusseldorpio, sursum ad Tuitium è regione **Coloniæ**, Syburgum vsque pertinentem, ditione sua tenuit. Veteri enim comitum Bergensium stirpe, ab Adolpho, Henrici Aucupis temporibus cœpta, rursus in Adolpho III I. circa annum Christi 1170. deficiente, sororis ipsius, VVilelmo I. eius **nominis** Iuliacensi comiti nuptæ, filius Gerardus succesſit, à quo series 1539.
principum Iuliacensium & Bergensium vsque ad nostram ætatem deducta inferius collocabitur, vbi VVilelmi nostra ætate coniunctas Iuliacensem, Cliuensem; Bergensem ditiones gubernantis, initium annotabimus.

GELDRIA, quæ supra Dauentriam, per Zutphaniæ comitatum, ad VVestphaliæ fines pertinet, & trans Isalam Drusi fossam, & duo vetusta Rheni brachia, propter quæ Rhenum bicornem Virgilius appellat (quibus Arenacum & Neomagum vrbes adiacent) inter Cliuiam, Iuliacum, & Brabantiam, ad Mosæ fluuij ripam, longissimo spacio porrigitur: principem habuit Caro- 1500.
lum, Adolphi filium: eo ipso ac superiore præcipue anno, grauissimè ab Imp. Maxi- 1499.
miliano, cui Albertus dux Saxoniæ, Georgius Bauariæ, VVilhelmus Iuliacensis, & Ioannes Cleuensis duces militabant, oppugnatum. Geldriam enim, Imperij prouinciam, quam nec Adolphus pater, nec Arnoldus auus, Imperatoris autoritate tenuerant, & cuius feudum, quod Fridericus III. Imperator, Carolo Burgundo contulerat, morte huius Burgundi, ad Imperium reciderat; Carolus hic Egmondanus consensu Imp. non antè requisito, occuparat. Caroli auus Arnoldus Egmondanus, quòd ex Iohannæ, sororis Reinoldi Iuliacensis, postremi Geldriæ ducis, filia Maria, natus esset, & studia quorundam procerum haberet: cùm agnato & hæredi Reinoldi proximo Adolpho duci Bergensi, litem de Geldria & Iuliaco mouisset: Sigismundus Imp. vtrumque ducatum Bergensi adiudicarat. Sed nihilominus Arnoldus, ducta Adolphi ducis Cliuensis filia, soceri auxilijs, Geldriam Bergensi eripuit. cui eius industria & viribus impar postea Gerardus Bergensis, Adolphi ex fratre nepos, ius suum in Geldriam Carolo Burgundo cessit: Idque Fridericus III. Imp. autoritate publica comprobauit. Burgundus igitur, Adolphum Geldriæ ducem, qui Arnoldum patrem in vinculis habebat, ad se euocatum vicissim detinet, & ditio-

nem occupat. deinde filium Adolphi Carolum infantem, & ſororem Philippa
1473. Renato Lotharingiæ duci poſtea nuptam, ex arce Neomagenſi in Flandriam abd
iubet, & per præfectos Geldriam adminiſtrat. Cùm autem inſigne exemplum, n
modò ſceleratæ impietatis & ἀστοργίας filij erga patrem, ſed etiam pœnæ aduerſus i
pios & ingratos liberos, in quarto præcepto denunciatæ, hæc hiſtoria Arnoldi I
mondani patris, & Adolphi filij, Geldriæ ducum, contineat: paulò accuratius &
pioſius expoſitam ex Burgundica Heuteri hiſtoria inſerere volui.

VVilelmus ac Reinoldus Geldriæ ac Iuliaci duces fratres, liberis non genitis
ta diſcedentes, dictarum ditionum poſſeſſionem, Ioannæ ſorori germanæ, quæ
anni domino ab Arkel nupſerat, teſtamento relinquunt. qui vita excedentes fili
relinquunt Guilielmum, ac filiam Mariam, quæ, fratre Guilielmo ſine liberis m
tuo, dictorum ducatuum hæreditatem adijt, nupſitq; Ioanni Egmondano, cui pe
rit filium Arnoldum Egmondanum Geldriæ ducem, qui è Catharina Cliuenſi ſuſ
pit inter alios filium Adolphum Egmondanum. Is ab adoleſcentia Philippi B
Burgundiæ ducis ſemper aulam ſecutus, vxorem ibi duxit Catharinam Borbonij
cis filiam, ſororem Iſabellæ vxoris Caroli Burgundi, vtraq; filia Agnetis Burg
dicæ ſororis Philippi Boni.

Dux Arnoldus princeps erat natura lenis, mitis, humanus, paciſque amar
contrà Adolphus aſper, ſæuus, inquietus, ambitioſus, diuturnamque patris vit
ægro ferens animo. Quare vegetum adhuc parentis animum ſenili in corpore c
ſpiciens, nec vltra priuatam ferens vitam, à matre Catharina muliere feroci inſti
tus, trahit in ſuas partes Neomagenſes, ac aliquot alia Geldriæ oppida, nobiles
non paucos, qui eius patri malè volebant, quòd ſubactos aliquot rebelles ſeue
ſuo iudicio puniſſet, cum quibus contra patrem coniurans, ex oppido Venlo
Ruremondanos deficere nolentes vexat. Sed Velonij à patre obſeſſus, opera pa
Guilielmi Egmondæ reguli facta pace in gratiam recipitur, vrbemq; Neomagenſe
patre dono accipit. Cumq; paulò poſt rupta pace, duos patris famulos Neomagi
1463. ui de cauſa capite plexiſſet, vim armaq; eius timens, Bruxellam ad Philippum B
gundum ſe confert, cuius cùm opera vxorem duxiſſet Borbonicam, in Ordinẽ qu
equitum aurei Velleris aſciſcitur, profectusque in Palæſtinam, ac paulò poſt redi
1465. à patre iterum in gratiam recipitur. His omnibus non obſtantibus, patrem Gr
tum habitantem cum matre Catharina, vti ſimulabat, inuiſum venit. Excipiu
ſumma cum lætitia, genio indulgent, aderatq; & Fridericus Egmondanus Iſelſt
regulus, cum quo Adolphus latrunculis tẽpus terebat, cæteri choreas ducebant. I
mediam noctem it dux Arnoldus, quemadmodum Fridericus Iſelſteinius, cubit
Adſunt ſubitò Neomagenſium armati clam ab Adolpho intromiſſi, ducisq; Arn
cubiculum pulſant. Reſpondet ſibi hoc tempore ſaltantium choreis intereſſe no
bẽre. Effractis foribus Neomagenſes irrumpunt, ac illi aliò migrandum clamit
Viſis Neomagenſium armatis, ac de filio nil ſiniſtri ſuſpicatus, de eo inquirit: cùm
niſſet, Neceſſitati pater, inquit, eſt cedendum, ac nobiſcum eundum. cuius impie
animo conſternatus, rogat ne ſe Neomagum ducant. hoc tantùm ægrè abvxore
lio impetrat: vtq; erat linea in veſte corpus ad quietem compoſiturus, thorace
tùm induere permiſſo, Graua exeunt, equoq; impoſitum Buram ducunt. alij ſcrib
nudis pedibus equitantem filium ſequi fuiſſe coactum. Hic patrem ſenem, ſem
dũ ac extremè defatigatum, carcere non ſatis decoro Adolphus claudit, impieq
continuis detinet annis, belloq; petitus ab auunculo Ioanne, Cliuiæ duce, in ſe
tamen perſtitit. Quare Cliuenſis à Papa Paulo II. ac Imp. Friderico auxiliũ impl
Scribit vterq; Adolpho vt parentẽ dimittat. Cùm non pareret, Carolo Burgu
mandant, vt patrẽ carcere liberatum filio reconciliet. Is vtrumq; coram ſe ſiſti i
1470. Adolphus potentiã tanti vicini veritus paret, & cum patre carcere eductoDorla
ad Burgundum venit, ac in eius conſiliariorumq; præſentia innocentem patrem
rijs criminibus (quæ naturę lege, etiamſi vera fuiſſent, tegere debuiſſet) accuſat. C
trà pater, conſtanter fortiterque ſe defendit, ac in filij impietatem crudelitatem
præſenti animo inuectus, cùm rationibus, bonorumq; virorum teſtimonijs inno

tam probasset, ad singulare certamen filium prouocat, reperturum se virum nobilem affirmans, qui pro innocentiæ suæ vindicatione propriam vitam periculo esset expositurus, si senio, longiq́ue carceris squalore confectus, filio in congressu impar videretur. Burgundus re in deliberationem deducta, cùm naturam non admitteredicasset, vt pater filio singulari certamine committeretur, potestate sibi à Paulo Imp. tradita innixus, sententiam hoc tenore pronunciat: Arnoldus, quàm diu vixerit, solus ducis titulo vtetur, ac excepta arce oppidoq́ue Graua, omnibus reliquis ducatus vrbibus, oppidis, castellis, ac munitionibus, filio Adolpho cedet, numerabunturq́ue ei singulis annis è Geldriæ ducatus reditibus, quo familiam pro dignitate sustentet, tria aureorum liliorum millia. Adolpho cedent reliqui ducatus Geldriæ reditus, contentusq́ue titulo gubernatoris Burgundiæ, eò profectus ad mortem vsque patris habitabit. Audita Adolphus sententia, in hæc verba prorumpit: Prius patrem capite pronum puteo inijci conspiciam, meq́ue desuper immittendam, quàm hac stare sententia. Contentus sum patri mille quingenta numerare aurea lilia singulis donec vixerit annis, modò ducis titulo abstinere, ac Geldriæ possessione in vniuersum cedere velit, cùm plus quam æquum sit, me iam tandem ducis saltem titulo ornari, ac emolumentorum fructus gustare quos ipse per quadraginta quinque continuos deuorauit annos.

Tulit ægrè Burgundus inhumanum, ferox, contumaxq́ue viri iuuenis responsum, quod cùm Adolphus considerasset, animaduerteretq́ue Burgundo parùm commoditatis cordi esse, quod eodem tempore Francorum rex, violata pace Peronensi, Ambianum, fanumq́ue Quintini occupasset; duobus tantùm assumptis nobilibus, Francicis vt ipse indutis vestimentis, clam omnibus in Geldriam contendit. Prope Namurcum Mosam traiecturus, cùm pro portorio aureum soluisset, propius aspectus à sacerdote agnitus, proditus captusq́ue Namurcum reducitur. Inde Vilnordam, postremo Cortracum, vbi ad mortem vsque Caroli Burgundi honesta in custodia est detentus. 1470.

Adolpho in carcerem coniecto, dux Arnoldus in libertatem ac ducatum restitutus, qui Geldriæ ducatum comitatumq́ue Zutphaniæ Burgundo vendidit, accepis nonaginta duobus aureorum florenorum millibus, certoq́ue sibi loco annuis donec viueret assignatis reditibus. Hæc acta, transactaq́ue præsente Guilielmo Egmondano, ducis Arnoldi fratre, Ioanne Cliuensium duce, ac contractui stipulationibusq́ue cum multis alijs viris nobilibus, fidem suam interponentibus, confirmatisq́ue dux Arnoldus venditionem; vita post sextum mensem discedens, ac testamento Burgundum (impio iusta de causa exhæredato filio) hæredem scribens. Quam ob causam cum is mense Maio collegium equitum aurei velleris Valencenis supplereret: citatus ex custodia Adolphus Geldrius ad collegij tribunal, accusatusq́ue à Burgundi procuratore, quod patrem bonis & honore spoliatum contra iuris leges tetro in carcere sexennium impiè detinuisset: defendit se Adolphus per suum vt potuit procuratorem. Cùm diu multumq́ue res esset à iudicibus tractata, tandem ad hunc modum sententia pronunciatur: venditio ducatus Geldriæ ac comitatus Zutphaniæ, testamentumq́ue ducis Arnoldi iustum ratumq́ue censetur. Burgundus, ducatus Geldriæ ac comitatus Zutphaniæ possessionem, omni tempore iure adire poterit. Adolphus Geldrius proter inhumanam erga proprium patrem impietatem in carcere vitam finiet. 1471. 1472. mens. Sep. 1473. mense Febr. 1473.

Lata sententia Burgundus, Traiectum ad Mosam profectus exercitum conscribit, vi vel amicitia à Geldrijs Dux inaugurandus. pleræque enim ciuitates, ac inprimis metropolis Neomagum, cum Adolpho sentientes, Burgundum non admissurum videbantur. Ruræmunda aduenienti portas aperit, sequunturq́ue eos Cuca, Kessel, Borna, Zitertum, cum plerisque alijs. Venlonij cum aliquandiu se defendissent, muris verò tormentis disiectis, auxilium nusquam conspicerent, honestis conditionibus deditionem faciunt.

Gerardus Iuliacensium & Bergensium dux, qui ius sibi in Geldriæ ducatum esse dicebat, quanquam Imp. Fridericus accepto clientelari sacramento, in possessionem

Geldriæ ac Zutphaniæ ipsum statuisset: existimans tamen non esse nostra, quæ d fendere non possumus: cum Burgundo, eius potentiam veritus, consentiente fil suo Guilielmo, transigit, actionemque omnem, quam in Geldria ac Zutphania all gare poterat, promissis sibi octoginta aureorum florenorum millibus vendit. Im Friderico venditionem ratam habente. Quod cùm Geldrij intellexissent, statim Bu gundo portas aperiunt, Gochtum, Strala, Geldra, Graua, VVachtendonckum, Lens Bommela, Tiletum, Bura, Erckelensa.

NEOMAGENSES in contumacia perseuerantes, vrbe imbellam turbam eieceran ac aliquandiu ductu viri nobilis Reineri Bruchusij strenuè se defendebant. Is nim Carolum, captiui Adolphi filium puerum, ac postremum è familia Egmond na Geldrorum ducem, octo tum temporis annos natum, exiguo impositum equ arcuque in manum tradito, pendente è tergo pharetra iaculis referta, circum mu vallum deducens, præsidiarijs ac ciuibus commonstrabat, ac vt pro futuro princip fortiter depugnarent, admonebat. Muri varijs locis tormentorum violentia deie Burgundos sæpius ad vim faciendam inuitarant, sed semper cum detrimento reie cti, postrema oppugnatione sexcentos Anglos ballistarios milites veteranos, à cæ teris desertos, nec, quanquam receptui cecinissent, tergum vertere volentes, ad vnun omnes desiderarunt, captaque eorum signa militaria Neomagenses mœnibus præfi xere. Verùm post hanc cladem, multò acrius, quæ ad expugnationem necessaria e rant, varijs in locis parari considerantes, in vrbe verò fortissimos ac strenuissimo cecidisse, aut saucios decumbere, nec vsquam se gentium opem expectare, cadent ferocia, de compositione legatos ad Burgundum mittunt. Irritatus quod temer tantum sibi negocij fecissent, omnia suo arbitrio committi volebat, deuenissentqu ad hanc necessitatem, nisi Ioannes Cliuiæ dux interceßisset. Proinde vitā tantùm pa cti, circa Cal. Augusti portas aperiunt, tertia posteaquam obsideri cœperant hebdo made. Burgundo vrbem intrante, viri fœminæque omnes in genua cadentes, grati am, ne diriperentur, altis vocibus rogabant: quod tandem à proceribus exoratu hac conditione admisit, vt soluerent Iuliacensium duci octoginta aureorum flore norum millia. Post hæc in Geldriæ ducem ac Zutphaniæ comitem ab omnibus or dinibus inauguratur. claues ei adferentibus omnium ciuitatum magistratibus, qui e euentu obsidionis Neomagensis consilium capere statuerant, ac proinde ex his qui dam pecunia multati, vt Lobeccani, Zutphanij, Arnhemij, Hasselij, Hattemij, Grol li, Hadervvicani, Deutecomenses, Elburgij, Oldenburgenses, Osualli. Prouincial Geldrijs concilium dedit, cui Cancellarius præsideret, quemadmodum in hodier num vsque diem (perturbata tamen subinde senatus auctoritate) Arnhemi vide mus, Carolus ac Philippa, ex Adolpho nati, ab eo osculo excepti, Gandauum mit tuntur, vbi apud materteram, Caroli Burgundi vxorem, ac filiam honestè sunt edu cati. Dimidia exercitus parte dimissa cum reliquis copijs Traiectum ad Mosam re uertitur, relicto Geldrijs gubernatore Guilielmo Egmondano, Iselstenensium Regu lo sene, Adolphi patruo.

Carolo Burgundo ad Nanceium cæso. cùm dux idoneus aduersus Gallos Bel gicum inuadentes deesset; Adolphus Geldriæ dux, cuius coniunx, Mariæ Burgun dæ matertera erat, ex custodia liberatus, copijs Belgicis aduersus Ludoicum XI. Gal lię regem præficitur; sed in ipso aditu belli ad Tornacum, cum paucis speculatum
1477. egressus, à Gallis confoditur.

Filius Carolus, decennio post interfectum patrem primum militiæ tyrocinium
1487. agens, in Morinis, à Gallo, cum multis proceribus alijs, qui statim ab aula Burgun dica redempti sunt, capitur. Ipse solus in Gallia neglectus, & à Gallis ad odium Burgundici nominis incitatus, tandem anno 1492. in patriam hac occasione redijt. Imperatore Maximiliano post Matthiæ Vngariæ regis obitum, apud patrem in Au stria occupato: ordines Geldriæ, imperij præfectorum Burgund. pertæsi Carolum principem Geldriæ natum, reuocare ad gubernationem patriæ constituunt. Itaque Vincentium comitem de Morse, vicinum & capitaneum antea suum cum nobili bus aliquot, & ciuitatum legatis, clam in Galliam ad principis sui liberationem mittunt.

mittunt. Pactis igitur cum rege conditionibus, & promisso λύτρῳ, pro quo Vincentius vinculum filium Iohannem obsidem in Gallia relinquebat; rediens per Lotharingiam (cuius principi Renato, Philippa soror Caroli recens nupserat) CAROLUS in Geldriam, summa cum omnium ordinum ac totius populi gratulatione & lætitia recipitur. ac statim ad Fridericum III. Imperatorem literas mittit, quibus beneficium ducatus Geldriæ sibi imperatoris autoritate tribui ac confirmari, & facultatem mittendi legatos tutam ac liberam concedi petit.

Mortuo autem paulò post Imp. Friderico, & Maximiliano filio ducatum Geldriæ vi repetente, Carolus munitis præsidio vrbibus ad sororem in Lotharingiam 1494.
scribit. Maximilianus Ruræmunda & Neomago frustra obsessis, intercessione coniugis suæ Sfortianæ recens ductæ, à Lotharingo sollicitatæ, Carolo liberum ad se accessum permittit, vt controuersia à quatuor electoribus Rheni cognita decidatur. 1495.
Hi Traiecti anno sequenti pronunciant, cùm pater & auus Caroli, contra Imp. auctoritatem, ducatum Geldriæ detinuerint, nec feudum ab Imp. vnquam acceperint, non potuisse Carolum Geldriæ ducem nasci, nec feudi sine consensu Imp. occupati quicquam esse: Ideoque non ducem Geldriæ, sed dominum de Egmonda deinceps appellari debere. Cùm autem Carolus, Gallico patrocinio, & suorum procerum ac vrbium inprimis fide fretus, Geldriam nihilominus cum titulo vsurparet: Maximilianus primùm per Albertum Saxoniæ ducem, ac tandem summis viribus bellum 1497.
aduersus Carolum, vt paulò ante dixi, anno 1499. suscepit, in quo tamen præter a- 1498.
grorum vastationes & minora aliquot oppida & arces captas nullum operæ precium fecit; Neomago, Arnheimo, Ruræmunda & cæteris ciuitatibus, singulari virtute & fide, principis sui retinendi causa, omnem vim hostilem fortiter sustinentibus. Interea Maximilianus ad comitia Augustæ indicta discedens, ducibus belli absoluendi curam committit. Cùm autem milites legionarij, prætextu stipendiorum non so- 1500.
lutorum, adhostem Carolum transirent, & Iuliacenses ac Cliuenses ditiones, perpetuis incursionibus depopularentur; & exinanirent; duces illi, de pace & tranquillitate sua earumque regionum restituenda, solliciti, Ludoico XII. Galliæ rege arbitro delecto, transigunt. Ita possessionem Geldriæ Carolus tunc retinuit, & vsque ad vitæ finem, perpetuus fere Burgundicæ domus hostis, & Gallicarum partium amicus, conseruauit.

Vt autem series Ducum Geldriæ, inde vsque à Reinoldo primo duce, ex Nassauica familia, per Ludoicum Bauarum Imperatorem creato, in conspectu sit, sequentem tabulam adiungo.

VVichardus vltimus ex familia Dominorum de Ponte, quibus Carolus Caluus præfecturam Geldriæ primùm commiserat.

Adelheid, nupta OTTONI comiti à Nassovv, tempore Henrici IIII. Imp. 1060.
Huius Ottonis posteri, comites Geldriæ, annis fere 250. fuerunt. altera Ottonis uxor fuit Sophia filia & hæres VVichmanni postremi Zutphaniæ comitis, ex qua natus Gerlacus.

Gerardus, cœpit 1107 — Gerlacus ἀταφ.

Henricus comes Geldriæ & Sutphaniæ 1131. condidit cœnobium Bethlehem prope Dotichem.

Gerardus, 1162. ἀταφ. — OTTO II. cœpit 1180. ⊕1202.

Gerardus III. fundator trium cœnobiorum Ruræmundæ, ⊕1229. — Otto episcopus Traiectensis. — Henricus.

Otto III. vrbem Imperialem Neomagum, à VVilelmo Imp. oppignoratam, Geldriæ adiunxit. Arnheim, Bommel, Goch, Hardevvic, primus muro cinxit, fundauit Grauendal. ⊕1271. — Henricus episcopus Leodiensis.

♂

Reinoldus bellicosus, sed tandem à filio captus, in carcere ⊕ 1326.

Reinoldus primus Dux Gelriæ, anno 1339. à Ludoico Bauaro Francoforti designatus. Vxor Leonora, soror Eduardi R. Angliæ. ⊕ 1343.

Reinholdus II. dux Geldriæ cum fratre 18. annos in summa discordia Geldriam rexit, donec tandem ab Eduardo fratre captus est 1361.

Eduardus III. dux Geldriæ sine liberis ⊕ 1371.

Margareta.

Maria nupta VVilelmo Iuliacensi.

VVilelmus III I. primum marchio 1329. deinde Dux Iuliacensis in Comitijs Metensibus 1356. à Carolo IIII. creatus, ⊕ 1360.

Ioannes X. Dominus, ab Arkel. ⊕ 1324.

Ioannes XI. ⊕ 1355.

Otto ⊕ 1369.

Ioannes XII. ἄπαις.

VVilelmus dux Iuliacensis, in Geldria auunculo successit. Vxor Catharina, filia Alberti Comitis Hollandiæ, desponsata prius Eduardo Geldriæ duci. ⊕ ἄπαις 1402.

Reinoldus III. dux Iuliacensis, & Geldriæ, cœpit 1402. ⊕ ἄπαις 1423. Vidua Maria, Ruperto, Adolphi, ducis Bergensis filio nupta.

Ioanna cui Geldriam testamento frater Reinoldus moriēs legauit.

Ioannes ab Arkel, vir inquietus, à proprijs subditis pulsus Gorichemo, vendidit ditionem Hollando.

VVilelmus occisus ad Gorichem 1417.

Maria nupta Ioanni Egmondano.

Arnoldvs Egmondanus, Ruperto Adolphi Bergensis filio, VVilelmi nepoti, Geldriam eripuit, adiutus à Cliuensi socero 1426. Vxor Catharina, Adolphi Cliuensis filia, Ioannis I. ducis Cliuensis soror. Ipse tandem captus à filio, & quinquennio post liberatus, duos adhuc annos patriam rexit. ⊕ 1473.

VVilelmus stirps comitum Egmonda. & Iselstein & Buēren.

Adolphvs, dux Geldriæ, cepit patrem 1465. vicissim à Carolo Burgundo captus 1470.

Catharina virgo, gubernatrix Geldriæ capto Adolpho.

Carolvs, Geldriam recuperauit 1492. & retinuit vsque ad annum 1537. moriens testamento VVilelmum Cliuensem, Iuliacensem & Bergensem sibi substituit.

Philippa Renati Lotharingi vxor.

TRAIECTINAM Diœcesin, à Geldriæ duca-

694. 1499. tu, intra Isalam & Rheni brachia vndiquaque ferè cinctam, gubernauit Fridericus marchio Badensis, quinquagesimus tertius à S. VVillebrodo, quem Pipinus dux Brabantiæ, Caroli magni proauus, episcopum primum Traiecti collocauit. Is Fridericus, vt in locum Dauidis à Burgundia, Philippi boni filij & Caroli Burgundi fratris naturalis, iam 39. annos magistratu functi, substitutus fuerat: ita pertæsus bellorum, quæ cum vicino Geldriæ duce assiduè gerebantur, & intestinis suorum factionibus & perfidia fractus, Philippo de Burgundia, Dauidis fratri, ab Erasmo passim laudato, principatum resignat.

Fridericus ⊕ 1353.
Rodolphus magnus ⊕ 1372.
Bernhardus ⊕ 1436.

Iacobus,

Iacobus, Iacobi Angli filius, natus Edinburgi 1566. 19. Iun. & filio Henrico Alfonſi coep. 7. Europæ 1603. 6. Mart. Vxor Catharina filia Caroli Duois Lotharingiæ.

Carolus 1. regn. 25. Catharina Borbonia Henr. IV. fil.	Henrici regis Galliæ filia natus 1606. 9. Ianuar.	Gem. Ferdinandi Austriaci archiducis 1631. 15. Maii.	Margareta Henr. Borbonii 1. Franc. Achilla Germanici.	
Mater Ioannis Casimiri.	Ferdinandi Tranſylvaniæ principis	Christophorus, iuniorfratrum natus 1610. 10. Iun.	Vxor Ordin. Philippi comitis Palatini Caesarei Neoburgici.	

Ioannes Casimirus	Ioannes Casimirus 1. regn. 22. Nov.	Ioannes Casimirus 2. regn. 1649. 16. Iul.	Vxor Ludouica Maria Gonzaga Nemorſii ducis filia.	Philippus 1. natus 1629. 26. Maii.
Mater Philippi.	Philippi Wilhelmi Palatini Rheni 1. fil.	Christophorus 1. natus 1659. 9. Iun.	Gemma Iuliana.	Vxor Ioannis Philippi Palatini Rheni.

Ioannes Casimirus	Ioannes Casimirus 3. regn. 1660. 16. Sept.	Exulat, ante Aqua Regiam Lotharingiæ ciuitatem.	Iacobus 1. natus 1630.	Vxor Ioannis Casimiri, Maria Ludouica Gonzaga Nemorſii ducis filia.

Albertus dux Bauariæ.

HOLLANDIA, ET BRABANTIA, ad Mosam Geldriæ ducatum, Traiectum cum ditione, Leodium cum territorio, ex quibus Saxonum Transalbianorum, Iulobacorum, Cattorum Chattorumque tractus Rhenus celer, in Gelricum equus, & Cattorum agri vsque ad Mosam pertinent ad Sclericum, Gelricum, Cliuiæ, Iuliacum, Mosam, Leodium, Hannoniam, Flandriam, Brabantiam, Mechliniam, Zelandiam, Frisiam, Groningam, Transisulanam, Batauiam, Rhenum, Vltrajectum, Amstelodamum, Amstelredamum, Harlemum, Lugdunum Batauum, Leidam, Delphos, Goudam, Rotterdamum, Middelburgum, Arnemium, Campos, Vtrechtum, Bredam, Bergas, Mechliniam, Antuerpiam, Gandauum, Brugas, Ostendam, Dunkerkam, Bruxellas, Louanium, Namurcum, Montes Arduennæ, Hannoniæ, Flandriæ, Brabantiæ, Zelandiæ, Frisiæ, Groningæ, Transisulanæ, Batauiæ, Rheni

coniuge Eliſabetha, in Caſtellam ſequenti anno vocati, velut legitimi regnorum hæredes, fidem à populis acceperunt. Cæſarauguſtæ Aragoniæ metropoli, dum commorantur reges, & de conditionibus fidei à Cæſarauguſtanis dandæ, aliquot men-
1498. ſes cum illis diſceptant; Eliſabetha iunior filium Michaëlem ſumma cum aui Ferdinandi & parentum lætitia, & totius Hiſpaniæ plauſu peperit. quem infantem, vniuerſa Hiſpania & Luſitania regem ſumma conſenſione, fide ipſi iurata, ſtatim declararunt.

Sed Deus æternus & ſummus rex, qui imperia & regna in terris ipſe conſtituit & transfert, & cui ipſe vult, tribuit: non Luſitanicæ, ſed Auſtriacæ ſtirpi, non Emanueli aut Michaëli, ſed Philippo & Carolo, ampliſſima Hiſpaniarum regna deſtinarat. Matre enim Michaëlis in partu extincta, & infante vix bimo ex his terris migrante, ſucceſſionis ius omne ad materteram ipſius Ioannam, Philippi archiducis Auſtriæ & ducis Burgundiæ coniugem deuolutum eſt. Quæ eodem anno iubilæo, vt dixi, die 24. Februarij, tertia poſt mediam noctem hora CAROLVM V. Imp. noſtrum, Gandaui Flandriæ metropoli, enixa eſt; anno poſt Carolum magnum, qui religionem Chriſtianam in has gentes Saxonicas primus inuexit, Imperatorem renunciatum, ſeptingenteſimo. Vt autem ignis, quo clarior fulſit, eò citius extinguitur: & ingenia, quæ illuſtriora, breuiora ſunt: ita de Philippo tot prouinciarum ac regnorum principe optimo & potentiſſimo, Virgilianum illud rectè vſurpari potuit: Oſtendent terris hunc tantum fata, nec vltra eſſe ſinent. nam 28. ætatis anno, vt ſuo loco dicemus, qui fuit à nato Chriſto 1506. ante Maximiliani patris exceſſum tredecimo; in Hiſpanijs, ſocrui Eliſabethæ in Caſtiliæ regnis ſuccedens, è viuis ſublatus eſt, relictis Carolo, Ferdinando, Leonora, Eliſabetha, Maria infantibus, & Catharina poſthuma.

PRimus autem conditor & fundator Imperij Belgici, PHILIPPVS Bonus fuit (Philippi huius, anno 1500. potentia, virtute omnium vicinorum regum & populorum beneuolentia, felicitate, manſuetudine & ætate florentis, proauus) qui Belgici prouincias, anteà diuulſas, recolligere; & præſens Imperij Belgici corpus, XVII. diſtinctis prouincijs & iurisdictionibus, ſub Carolo V. conſtans, fundare & erigere primus cœpit. de quibus ordine & breuiter, quando, & quibus occaſionibus, ſingulæ ad hunc Philippum Bonum, & abnepotem illius Carolum V. confluxerint, exponam. Cùm enim Gallia BELGICA, olim Rheno, Oceano & Sequana fl. contineretur: nepotum Caroli magni temporibus, maxima illius pars, quæ inter Rhenum, & Scaldim erat, Lotharij regnum, & Lotharingia dici cœpit. donec extincta Caroli poſteritate, in varias, vt adhuc eſt, prouincias, diuelleretur. ex quibus

BRABANTIA, antiqui Lotharingiæ regni prouincia, vnde fortaſſis nomen accepit, tota fluminibus Moſa, Scaldi, Dendero, & Sabi propè Namurcum ſe in Moſam exonerante, includitur. Veteres Brabantiæ duces, à Louanij comitibus o-
1108. riginem duxerunt, quorum primus ab Henrico V. dux creatus eſt Godfridus Barbatus, cuius poſteri Brabantiam, vſque ad Ioannam, Ioannis III. ducis Brabantiæ primogenitam, tenuerunt. Ioannæ enim, ex Margarita ſorore pronepos, Antonius Burgundus ſucceſſit, à cuius filio Philippo, dum Iolæ Andegauenſi ſponſæ aduentanti obuiam proficiſcitur, in itinere mortuo, ad Philippum Bonum peruenit. Eſt autem hæc veterum Brabantiæ ducum ſeries.

Henricus III. comes Louanij.

Henricus IIII. *ἄπαις.* — Godfridus Barbatus, primus Brabantiæ Dux ab Henrico V. Imp. cuius ſororem in matrimonio habebat, creatus A. C. 1108.

Godfridus II. ⊕ 1143.
Godfridus III. Grimbergios vicit, ⊕ 1183.
Henricus V. ⊕ 1230.
Henricus VI. prima vxor filia Philippi Imp. altera Sophia, S. Eliſabethæ filia. ⊕ 1247.

Henricus VII. ex filia Philippi ⊕ 1260. | Henricus alter, ex Sophia natus : ſtirps præſentium Landgrauiorum Haſſiæ.

Ioannes I. Ducatum Limburgenſem, mortuo Henrico, poſtremo duce Limburgenſi, ab hæredibus emit, & Brabantiæ vniuit.

Ioannes II. ⊕ 1312.

Ioannes III. ⊕ 1355. Machliniam ditioni ſuæ adiecit.

Ioanna, Ducissa Brabantiæ, VVenceſlao Lucelburgio nupta, ἄτεκνος. cui Antonius, ſororis nepos ſucceſſit. ⊕ 1406.

Margarita, vxor Ludoici Malani comitis Flandriæ | ⊕ 1383.

Margarita, filia & hæres vnica, nupſit Philippo Audaci, Burgundiæ duci. ⊕ 1405. anno poſt maritum proximo.

Iohannes dux Burgundiæ ⊕ 1419. |

Antonius Dux Brabantiæ & Limburgi, ⊕ 1415. in prælio Azincurtio.

PHILIPPVS Bonus, conditor Imperij Belgici, factus DVX Brabantiæ 1430. ⊕ 1467.

Carolus Burgundus proauus Caroli V. ⊕ 1477.

Maria nupta Maximiliano Cæſari, ⊕ 1482.

Philippus ⊕ 1506.

Carolus V. ⊕ 1558.

Philippus Rex Hiſpaniæ.

Ioannes III. conditor Academiæ Louanienſis 1426. ⊕ 1427. menſe Aprili: iuuenis 24. annorum. Vxor Iacoba Bauara beſtia. ⊕ 1436.

Philippus, ⊕ 1430. cui Philippus Burgundus patruelis ſucceſſit.

De vrbibus Brabantiæ præcipuis, Petri Aegidij Syndici Antuerpienſis paſſim ab Erasmo celebrati, Epigramma extat, quod adiungo.

Quamuis pollet veneranda LOVANIA docto,
Et BRVXELLA potens nobilitate tumet,
Claſſibus extollit creſtas ANTVERPIA portu,
Et, quo vix mundo clarius, emporio.
Vndique, ipſa ſibi dulces Machlina puellas,
Ex oculis quarum ſpicula torquet Amor.
Mansia Sylua ducis laudat munita : celebrem Berga mercatum : Breda ſodalitium.
Non modò Gertrudis phanum, verùm alma Niuella
Heroinarum nobilitata choro eſt.
Quid veteris memorem nunc diruta mœnia Landæ,
Arx vbi Carlorum Francigenumq́ fuit?
Humanum taceo, Tilmondam, Geldoniamq́. Quaq́ nitent ſacro GEMBLACA cœnobio.
Helmondam, villam fortem, monteſq́ petroſos,
Et Magij Latijs mœnia nota viris.
Atq́ Lyram, hæc licet exornet Gumarus anito Stemmate, virtute, religione, fide.
Vt ſileam reliquas vrbes, quas terra Brabantis
Continet, haud vlla eſt, quæ bonitate vacet.

LVCELBVRGENSIS comitatus, Ottonis I. Imp. tempore cœpit. Ducis titulus, à Carolo IV. Imp. primùm VVenceſlao fratri, marito Ioannæ Brabantinæ, tributus eſt. quo ſine liberis extincto, Caroli IV. ex filio Ioanne duce Gorlicenſi, neptis Eliſabetha, cùm nullos ex ſecundo marito Antonio Brabantiæ duce, cui patruus Imp. VVenceslaus eam elocarat, liberos ſuſcepiſſet, iam ſterilis, vendidit Lucelburgenſem principatum Philippo Bono, Burgundiæ duci. à quo Guilelmus Saxoniæ dux, (cui Anna, Sigiſmundi Imp. neptis, Eliſabethæ patruelis, nupta erat) armis eum repetens, à Philippo expulſus eſt. Philippus tandem 250000. Rhenenſium adhuc perſolutis, integram & quietam Lucelburg. ditionis poſſeſſionem nactus eſt 1453. cùm Caſimirus etiam, Poloniæ rex, Ius ſuum Carolo Burgundo integrum conceſſiſſet. 1442. 1443.

HENRICVS VII. Imp. comes Lutzelburgenſis.

Ioannes Rex Boëmiæ.

CAROLVS IV. Imp. Rex Boëmiæ.

VVenceslaus, Dux Lutzelb. à Carolo IV. creatus, Ioannæ ducissæ Brabantiæ maritus ⊕ 1383.

VVenceslaus Imp. | Sigismundus Imp. | Ioannes dux Gorlicenſis.

♄ ♀

Eliſabetha vxor Alberti Imp. — Eliſabetha coniunx Antonij ducis Brabantiæ; Philippo Bono ducatum Lutzelb. vendidit.

Anna, coniunx VVilhelmi ducis Saxoniæ. — Eliſabetha, coniunx Caſimiri regis Poloniæ.

GELDRIAE ducatum, Carolus Burgundus A. C. 1473. partim titulo emptionis, partim armorum iure, ab Egmondanis ad Burgundos tranſtulit, vt ſupra copioſè expoſitum eſt. Recepta autem per Carolum Egmondanum, ex Gallia reducem, Geldria: poſt multorum annorum bella tranſactum eſt, vt Carolo Egmondano ſine hæredibus maſculis extincto, Burgundi ſuccederent. Huius tranſactionis vigo-
1543. re Carolus V. Geldriam à Iuliacenſi occupatam, armis Burgundicæ domui iterum coniunxit.

LIMBVRGI ducatum, & cohærentes in meridionali Moſæ ripa regiones, vbi Leodio & Traiecto, ac Iuliacenſi vicinas, mortuo ſine liberis Henrico duce Limburgi poſtremo, Ioannes I. Brabantiæ dux, Henrici VII. & filiæ Philippi Imperat. filius, ab hærede legitimo, Adolpho Montium comite, emit circa A.C. 1280. Cum autem Reinoldus Geldriæ comes, propiorem ſe Adolpho eſſe hæredem adfirmans, bellum Brabanto moueret: in prælio captus, nec ante dimiſſus eſt, quàm Ioanni Brabantó, omnem actionem, quam in ducatu Limburgenſi allegabat: abſolutè ceſſiſſet. Ab eo tempore, Limburgum, vna cum Falquemontio, Dalemo, & alijs vltra Moſam regionibus, Brabantiæ vnitum, ſub peculiari tamen Gubernatore fuit.

FLANDRIA, 28 vrbes muro cinctas, & 1151 pagos populoſos complectens in littore Oceani, à Brabantiæ finibus & oſtio Scaldis, vſque ad Aam fl. & Picardiam Galliæ porrecta; comitem primum habuit Balduinum Ferremanum, à Carolo Cal-
862. uo Imp. creatum. à quo continua ſeries eſt comitum, vſque ad Ludoicum Malanum, ex Borbonia ſtirpe vltimum. cuius vnicæ filiæ MARGARITÆ maritus, PHILIPPUS Audax, Burgundiæ dux, Ioannis Galliæ regis filius, FLANDRIÆ & ARTESIÆ comitatum adeptus, viginti annos tenuit, eumque moriens ad filium Ioannem, & Philippum
1383. Bonum nepotem tranſmiſit.

1404. Guido Dampertus Borbonius ⊕ 1304. ætatis 80.
Robertus III. Berhumenſis ⊕ 1322.
Ludoicus comes Niuerſij, duobus ante patrem menſibus obijt.

Iohannes I. Galliæ rex ⊕ 1364. — Lvdoicus I. ſucceſſit auo, ⊕ 1346. in pugna Creſſiaca.

Ludoicus Malanus poſtremus ex hac familia, ⊕ 1383.

Philippus Audax Burgundiæ dux ⊕ 1404. —— MARGARITA filia & hæres vnica ⊕ 1405.

Ioannes Burgundiæ dux, Flandriæ comes, ⊕ 1419.
PHILIPPVS Bonus, conditor Imp. Belgici, ⊕ 1467.
Carolus Burgundus, ⊕ 1477.
Maria nupta Maximiliano Auſtriaco Imp. auo Caroli V.

HANNONIA, Flandriæ, ad Tornacum & Duacum, verſus boream; Brabantiæ & Namurco, ad ortum; Cameraco, ad occaſum ſito, finitima; & meridiem verſus vltra Moſam porrecta; & Montibus metropoli, Binſio, Landriſio ad Sabim, quod à
1543. Gallis munitum Carolus V. irrito conatu obſedit: & recentibus arcibus, Philippi villa, Caroli monte, Mariæburgo inſignis, vnà cum Hollandia & Selandia, aliquot
1436. ante Iacobæ Bauaræ hæredis legitimæ obitum annis: ad Philippum Bonum Burgundiæ ducem peruenit.

Ioannes Auennenſis comes Hannoniæ ex Adelheide Hollandica. —— Adelheidis ſoror VVilelmi II. comitis Hollandiæ Imp. 1254.

Ioannes II. comes Hannoniæ & Hollandiæ, ⊕ 1305.
VVilhelmus III. comes Hannoniæ, Holland. Seland. Friſiæ, ⊕ 1336.

VVilelmus III. ⊕ ἄπαις 1344. — Margarita, nupta Ludoico Bauaro Imp.

VVilelmus V. ⊕ 1377. — Albertus, ⊕ 1404.

VVilelmus VI. comes Holl. Sel. Friſiæ, Han. ⊕ 1417. — Margareta, vxor Ioannis Ducis Burgundiæ.

IACOBA Bauara, quatuor maritis nupta, ſterilis ⊕ 1436. — PHILIPPVS BONVS Imperij Belgici conditor, ſucceſſit Iacobæ conſobrinæ in Hannonia, Hollandia, Selandia, Friſia. quæ regiones, in Philippi verba, viuente adhuc Iacoba, iurauêre, ſed Gubernatio integra Philippo tradita eſt, cùm Iacoba, Franciſco Borſellio clienſuo, contra pacta cum Philippo inita, nupſiſſet. 1428. 1432.

HOLLANDIA, vna cum Hannonia, in Philippi poteſtatem anno 1432. peruenit. Primus autem Hollandiæ & Selandiæ comes, à Carolo Caluo Imp. conſtitutus eſt THEODORICUS, quem ὁμώνυμοι ſex, & aliquot Florentij, ſecuti ſunt, vſque ad VVilelmum I. qui 1223. obijt. 862.

Florentius ⊕ 1251.

VVILELMVS Adelheid. lur. Rom. electus 1254. — Ioannes Auennenſis, comes Hannoniæ.

Ioannes ἄπαις ⊕ 1300. cui Adelheidis amitæ maritus ſucceſſit. — Ioannes II. comes Hannoniæ & Hollandiæ, ⊕ 1305. VVilelmus III. ⊕ 1336. Magarita nupta LVDOICO Bauaro Imp. ad quem A.C. 1344. Hollandia peruenit.

Cùm autem Hollandiæ comitum mentio breuiter facta ſit: addam de regionis illius ſitu, & oppidis præcipuis, pauca, ex Cl. V. Adriani Iunij, amici mei, commentario Hollandiæ, non iniucunda ſtudioſo lectori nec ingrata, vt ſpero, futura. Pars enim eſt HOLLANDIA, celeberrimæ & nobiliſſimæ olim BATAVORUM Inſulæ, Rheni brachijs incluſæ, Cattorum coloniæ. quorum dux Bato, non procul à VVahalis Moſæque confluente, Batenburgum regni ſedem habuit, quam filius Heſus Neomagum tranſtuliſſe fertur. A Plinio, qui cum Druſo Nerone ijs in locis militauit, his verbis deſcribitur. *In Rheno ipſo prope C. M. paſſuum* (20. milliaria Germanica) *in longitudinem, nobiliſſima Batauorum inſula* (inter VVahalin & Rhenum interiecta) *& Caninefatum*, (ad Harlemum) *& alia, Friſiorum* (ad Hornam metropolin) *Friſiabonum* (nunc VVaterlandia) *Sturiorum ſeu Tuſiorum* (vt in manuſcripto exemplari vetuſto legitur) prope Huisdumum, verſus Medemblicum, hodie Tuſenland. *Marſatiorum* (à Tuſijs ad Theſſaliam inſulam olim continenti iunctam, nunc diuulſam voragine maris, quam Marsdiep appellant) *ſternuntur inter Helium & Fleum. Ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, ab Septentrione* (Iſala dictus) *in lacus* (Zuiderſee) *ab Occidente* (VVahalis appellatus) *in amnem Moſam ſe ſpargit, medio inter hæc ere, medicum nomini ſuo cuſtodiens alueum*, qui Arenacum, & Traiectum epiſcopi ſedem, allabens in mare Leidenſe & Harlemium lentus euoluitur. de quibus Rheni oſtijs, initio Chronici, de Saxoniæ veteris limitibus agentes, prolixiùs diximus. Tacitus lib. 20. Gerardus Noviomagus.

Cùm autem multæ Batauiæ partes, in diœceſis vltra Traiectinæ: multæ in Geldriæ ducatus poſſeſſionem tranſierint: Hollandiam, hodie ſic, vel à cauitate ſoli minimè ſolidi, ſed paluſtris, & ad pedum pulſum vacillantis, nixuique facilè cedentis; vel à fœnificijs vberibus, vel à nouis Nortmannorum colonis, dictam, qui

qui inter cæteras orbis Arctoi insulas, Olandiam Gothiæ meridionali in mari Balthico obiectam, & Selandiam Daniæ regni hoc tempore sedem, incoluerunt, & vetera patriæ nomina, Holandiæ, & Selandicis insulis, quas Rhenus & Schaldis interluit, tribuerunt. quod circa A. C. 840. accidisse, & paulò post, THEODORICUM Co-
863. mitem, à Carolo Caluo, Hollandiæ præpositum, vt Normannos eijceret, Iunius ratiocinatur.

Partes verò Hollandiæ, hodiè sic dictæ, sunt: *Meridionalis* (Mosæ & Rheno medio interiecta, cuius caput Dordrechtum) *Kinnemaria* seu Caninefatum veterum regio, à Leida Alcmariam vsque (cuius caput Harlemum) *VVestfrisia*, cuius caput Horna & Euchusia: *VVaterlandia* & Goyelandia, cuius Nerdamum, VVesopus, & 1
Muida ad Vechtam fl. vicina oppida sunt.

Pascuis iumentorum; butyri & caseorum bonitate; Halecum captura copiosa, Oceani portubus commodissimis, excellit. quorum beneficio merces vndecunque terrarum importatas excipit; ex Borussia frumentum & sectilia de robore ligna, ex Liuonia ceram, ex Gallia vinum & salem; ex Hispania, oleum, saccarum, aromata; ex Norvvegia, malos nauium, aliamque materiam naualem; ex Islandia & Bergis Norvvegiæ, piscem vento induratum Lignorum inopiam cespite fossili & in sole arefacto leuat. Telarum linearum subtilitate & candore omnibus gentibus præstat.

Oppida muris cincta 28. habet, verùm sex primaria, quorum arbitrio comes olim belli pacisque consilia tractabat. DORDRECHTUM; Mosam emporium, nunc vrbi 2
Venetæ situ simile, postquam 1421. tempestate disiectis aggeribus, & circiter 72. pagis submersis, à continente diuulsum est. HARLEMUM, situs amœnitate, telarum linearum candore & tenuitate, Templo magnifico, artis Typographicæ, vt aiunt, inuentione, & alijs insignibus Dei donis nobile. Delphi, cereuisiæ bonitate magis quàm Apollinis oraculo prædicati. Leyda seu Lugdunum Batauorum ad medium Rheni ostium, (quod arenarum cumulis tempestate postea obturatum est) Romanis temporibus situm, nunc Academiæ nobilis sedes. AMSTELODAMUM vrbs ad Amstelam fl. & intimum Hollandiæ sinum sita, Belgicæ horreum, & toto vrbe occiduo emporium celebre, anno 1482. primum muro cinctum. GOVDA, ad Iselam fl. A. C. 1262. condita, frequentibus plantarijs & commercijs felix, in cuius arce diplomata priui- 3
legiorum Hollandiæ proceres custodiunt.

Minorum gentium oppida sunt: ENCHVSA in extremo margine Hollandiæ Frisiam versus, maris furori obiecta, portu capacissimo, & nautarum peritia & factitij salis officinis clara. HORNA, circa A.C.1300. ædificari cœpta, Cl. V. Adriani Iunij & Iacobi Ceratini patria. ALCMARIA q. d. AllMeer, vndique lacubus seu maribus cincta, ædificijs elegantibus, & auibus, piscibus ac pecore copiosa; Petri Nanij patria. EYDAM, duobus ab Horna milliaribus, caseorum bonitate, & naualium magnificentia & naupegorum industria celebre. VVesop, duobus supra Amstelodamum milliaribus, ad Vechtam fl. ex Rheno deriuatum, raræ texturæ pannificio celebre. MVDA, ad ostium Vechtæ, piscatoribus habitata. NARDAM textorum & fullo- 4
num officinis stipatum. GORICOMIUM, ad Lingæ & Mosæ confl. circa A.C. 1230. per Dominos ab Erkell muro cinctum, & arce eleganti ornatum. LEERDAM, ad Lingam fl. comiti Burano paret. ASPERA, vicinum Leerdamo. AQUÆ veteres, Oudevvater, restionum, qui funiculos texendis halecum retibus nectunt, officina. ROTERODAMUM, ad Roteræ & Mosæ confl. oppidum copiosum, portu tuto, & pannificio, & halecum & salmonum captura, & inprimis ortu Erasmi Roterodami nobilitatum. SCIÆDAMUM ad Sciam fl. BRIELA, ad ostium Mosæ in oceanum se cum Rheno effundentis, in Vorna insula, prouentu tritici & piscatu ex mari potiss. victitans. VIANA ad Leccam fl. familiæ olim Bredenrodiæ, nunc regis fisco addicta. SCONHOVEN, ad Leccam fl. ab hortorum amœnitate nomen habet, patria Christophori Longolij. 5
Iselstein, ad Iselam, sub comitis Burani ditione. VVOERDEN, infra Traiectum Rheno adiacet, quod Erico duci Brunsuicensi olim oppignoratum est. VVORCOMIUM, ad VVahalim: &, non procul inde, Huesdenum: & Gertrudis mons, in Brabanticaripa, Vraniæ principis industria munitissimus: & tamen militum præsidiariorum

perfi-

perfidia nuper Parmenſi traditus. HAGA comitis, pagus, ſplendore, opibus, ac frequentia ædificiorum, nulli vrbium cedens: ſedes principum & iudicij Hollandiæ ſupremi, & Quæſturæ generalis, à VVilelmo Cæſare facta, circa A. C. 1250. GRAVESAND, non procul ab oſtio Moſæ, olim Principum & Parlamenti ſedes, nunc Turri eadem, quæ Phari loco eſt nauigantibus: & caſei bonitate, & agro tritici generoſi fere nobilis. VLAERDING, ad Moſam è regione Brielæ. MEDENBLICUM, in Hollandia boreali, duobus ab Horna milliaribus, nunc munitiſſimum: portum & nauale clarum habet. PVRMERENDA, Purmero lacui cum Edamo adiacet. BERVVIC inter Harlemum & Alcmariam, ad intimum ſinus Tij angulum, dimidio ab Oceano milliari diſtat. 1588.

NAMVRCI comitatum, ad Sabis & Moſæ confluentem, Brabantiæ & Hannoniæ contiguum, Theodoricus comes poſtremus, non procreatis liberis, Philippo Burgundo, ſenex viduus, ſeruato ad mortem vſque vſufructu & titulo, vendidit. Hunc mortuo comite, ſed viuente adhuc Philippo Brabantiæ duce poſtremo, Philippus Burgundus occupauit. 1429.

FRISIA occidua, ſinu maris Germanici, quem Zuiderſee appellant, verſus occaſum, ab Hollandis dirempta: quæ decem oppida muris cincta, & quingentos pagos continet; Hollandiæ comitibus eo tempore coniuncta, vnà cum Hollandis ad Burgundicam domum acceſſit. Sed fluxa & inſtabili fide dominos ſæpè deinceps mutauit, donec Georgio Saxoniæ duce, Ius ſuum in Friſiam Burgundis reſignante, frenum à Carolo V. tum primùm gubernare Belgicum incipiente iniectum patientius & placidius deinceps tulit. 1432. 1516.

TRANSISALANA regio, ad Iſalam Rheni brachium orientale ſita, vrbibus Daventria, Suollis & Campo inſignis, cùm à vicino Geldriæ duce, Carolo Egmondano, aſſiduis incurſionibus vexaretur, nec ab epiſcopo Vltraiectino, quem hactenus dominum ignouerat, defendi poſſet, Burgundis ſe anno 1528. ſubiecit.

GRONINGA, Friſiæ vrb. pulcherrima, cum agro vicino ad Amaſim vſque pertinente, deſerto Carolo Geldriæ duce, quem viginti duos annos patronum & dominum habuerat, Carolo V. Imp. ac Burgundicæ domui ſe adiunxit, ac iuramentum fidelitatis, Georgio Schenck à Tautenburg, VVeſtfriſiæ Gubernatori Burgundico, in vrbem recepto. præſtitit anno 1536.

VLTRAIECTVM ad Rhenum, inteſtinis ſeditionibus agitatum, & per Geldriæ Ducem à factionibus inuocatum, Henrico Palatino epiſcopo ademptum, cùm epiſcopus imbecillior, ad Burgundicæ aulæ patrocinium ac defenſionem confugiſſet: & ſponte factioſi principatus gubernationem politicam Carolo V. ceſſiſſet: per ducem Caroli, Florentium ab Iſelſtein, Geldri rurſus eiecti ſunt, & Vltraiectum ab exulibus recuperatum, in Caroli V. verba iurauit, & arcem vrbi impoſitam velut frenum iniectum recepit. 1528.

INSVLAE, vulgò Ryſſel, Orcheſium, & Duacum ad Scarpam fl. nunc Academiæ ſede inſigne, in meridionali Flandriæ ora, Hannoniæ & Cameraco vicinæ vrbes, à Philippo pulchro Galliæ rege Flandris extortæ, cùm Philippus Audax, Burgundiæ dux, Margaritam Ludouici Flandriæ comitis filiam vnicam ducturus eſſet, ad Flandriæ compagem, peculiari tamen Gubernatore præfecto, redierunt. 1304. 1363.

VALENCENAE etiam, ad Scaldim fl. in Hannoniæ & Cameraci finibus, Galliæ propinquis, ſitæ, proprium olim præpoſitum & comitem habuerunt. & cum Hannonia, in Philippi Boni ditionem, anno 1428. conceſſerunt.

TORNACVM, itidem, ad Scaldim fl. inter Valencenas & Aldenardam, in Neruijs ſitum, Henricus Angliæ rex Ludoico XII. à PP. proſcripto ademit, idque Franciſco ſucceſſori, ſex mille auri pondo promittenti reſtituit. Hanc vrbem initio belli inter Carolum V. & Franciſcum Galliæ regem moti, Belgæ, loco ſibi maximè opportuno ſitam, exeunte anno 1521. de ditione ceperunt. 1513. 1518.

ZELANDIAE inſulæ ſeptem maiores, Hollandis, Brabantis & Flandris obiectæ, Scaldis fluuij alueo, in Eoas & occiduas dirimuntur, ac inter cæteras, VValachia, vrbibus Middelburgo, Fliſſingen, Vera, & vini, ſaliſque emporio, ac portu-

bus insignis,præcipuè eminet. vniuersæ,octo oppida muris cincta,& centum ac os pagos populosos,& proprios Quæstores habent. Hæ vt semper cum Hollan
1452. coniunctæ,ita eodem anno ad Philippi Boni imperium aggregatæ sunt.

MACHLINIA,ad Diliam fl.medio inter Antuerpiam & Bruxellas itinere: si mo Belgici Senatu, artificibus pictoriæ,statuariæ, & fusoriæ insignibus, templo turri D. Remboldi,& aliorum ædificiorum venustate ac ordine, hoc tempore c spicua; recens vrbs est. cuius agrum ante trecentos annos, Bertottij proceres ten runt. quorum tanta fuit inter Brabantos olim potentia,vt cum Gotfrido I. II. I de rerum summa acri bello decertare non dubitarint. Sed tandem victi & attriti
Circa A.C. ter multa alia,dimidiam quoque oppidi Machlinienſis partem,episcopo Leodi
1300. vendiderunt, à quo, ad Ioannem I I I. Brabantiæ ducem, postea ad Ludoicum M
1347. lanum Flandriæ ,comitem, integra tandem peruenit. Nomen Machliniæ pandocheo, quod ante conditam vrbem eo in loco ad sacellum Remboldi, me inter Antuerpiam & Bruxellas itinere vnicum fuerit, & insigne Michaëlem ar angeum, quem illi vernaculo sono Machiel efferunt, habuerit, extitisse fi bunt.

Ex his XVII.Prouincijs Belgicas seu Trans Rhenanas pleraſque,Philippus I
1419. nus, in vnũ imperij corpus primum coagmentauit: princeps Heroica virtute & f citate excellens,qui ab obitu patris Ioannis Burgundi,per Carolum VII. tum Ga Delphinum proditorie interfecti, totos 48. annos, summa cum bonitatis, clem tiæ,moderationis, coniunctæ cum singulari magnitudine & excelsitate animi, à perbia tamen & fastu& aliorum contemptu alienæ,summæ item autoritatis,prud tiæ, fortunæ in bellis perpetuò prosperæ, liberalitatis, & iusticiæ laude, Belgico perio præfuit. Patris necem, adiutus ab Anglis , acerrimo aduersus Carolum V
1435. bello susceptо, vltus est, quod tamdiu gessit, donec post sedecim annos primum
1430. tercedentibus omnibus Christianis principibus, & Basilienſi concilio, Carc Philippo supplex per legatos deprecatus esset, ijs quas Philippus voluit conditio
1432. bus, transegit. Ordinem equitum Aurei Velleris instituit in nuptijs tertiæ coniu Isabellæ Lusitanicæ, ex qua Carolus Burgundiæ dux natus est. Carolum Aure
1440. ducem Ludoici X I I. patrem iam viginti quinque annos in Anglia captiuum,
1438. centis millibus cor. liberauit, eique sororis Mariæ & Adolphi I. Cliuiæ ducis f
1453. am vxorem tradit. Brugensibus seditiosis suppliciter deprecantibus ignoscit. G
à.1456. denses vectigalia salis & alia pendere recusantes, sex annorum bello fatigatos
vsque 1461. mat. Apud hunc Ludoicus Galliæ delphinus, Caroli patris iram fugiens exulat
⊕1467. Tandem anno ætatis 77. ex vita decessit. de quo narrationem admodum festiua
16. Iulij. somnium vitæ humanæ scitissimè depingentem,Ludoicus Viues in epistola quad commemorat: Quam, etsi ἀπροσδιόνυσ@ fortasse videbitur, tamen vt de vitæ i stræ fragilitate & fugacitate, & felicitatis humanæ somnio, attentiùs hac etiam casione cogitemus,adscribendam duxi. Nocte quadam à cœna cùm aliquot pra puis amicorum per vrbem deambulans, Philippus, iacentem conspicatus est me foro hominem de plebe ebrium, altùm stertentem. In eo visum est experiri, qu esset vitæ nostræ ludicrum, de quo illi interdum essent collocuti. Iussit homin deferri ad Palatium, & lecto Ducali collocari , nocturnum ducis pileum capiti e imponi, exuisque sordida veste linea , aliam è tenuissimo ei lino indui. De m vbi euigilauit, præstò fuere pueri nobiles, & cubicularij Ducis, qui non alit quàm ex duce ipso quærerent, an luberet surgere, & quemadmodum vellet eo vestiri. Prolata sunt ducis vestimenta. Mirari homo vbi se eo loci vidit. Indi est, prodijt è cubiculo , adfuêre proceres, qui illum ad sacellum deducerent. terfuit sacro, datus est illi osculandus liber & reliqua penitus vt duci. A sacro prandium instructissimum. A prandio cubicularius attulit chartas lusorias & cuniæ aceruum. lusit cum magnatibus. sub serum deambulauit in hortulis, natus est in leporario , & cepit aues aliquot aucupio. Cœna peracta est p celebritate qua prandium. Accensis luminibus inducta sunt musica instrumer

pu

puellæ atque adoleſcentes nobiles ſaltarunt, exhibitæ ſunt fabulæ, hinc commeſſatio, quæ hilaritate atque inuitationibus ad potandum producta eſt in multam noctem. Ille verò largiter ſe vino obruit præſtantiſſimo,& collapſus in ſomnum altiſſimum. iuſſit eum dux veſtimentis prioribus indui, atque in eundem locum reportari, quo prius fuerat repertus. ibi tranſegit totam noctem dormiens. Poſtridie experrectus cœpit ſecum de vita illa principali cogitare, incertum habens,fuiſſet ne res vera, an viſum,quod animo eſſet per quietem obuerſatum. Tandem collatis coniecturis omnibus atque argumentis ſtatuit ſomnium fuiſſe, & vt tale, vxori,liberis ac vicinis narrauit. Quid intereſt inter diem illius,& noſtros aliquot annos? nihil peccatum, niſi quod hæc eſt pauló diuturnius ſomnium,ac ſi quis vnam duntaxat horam, alter verò decem ſomniaſſet.

Propinqua Hollandis trans Iſalæ ſinum **FRISIA**, ſola ferè ex omnibus Germaniæ prouincijs, nomen & ſedem veterem ad littus Oceani Germanici inter Viſurgis & Rheni ſeu Iſalæ oſtia intercepta, retinet : vniuerſa in tres tributa partes, quarum Orientalis, cis Amaſin, oppidis & prouincijs EMDA, Aurica, Norda, & inde verſus Orientem Eſenia & Ieuera ad Iadum ſe Viſurgi miſcentem pertinente inſignis : Ezardo Friſiæ comiti, hoc tempore paruit, & Imperio Germanico in hoc 1500.
ſeculum vſque diem ſubiecta eſt. Comitum ſeriem breuiter intexo.

EZARDVS Zitzena, Capitaneus in Greetzil.

ENNO — Vlricus ⊕1373.
Ezardus ⊕ 1406.
Enno, magna prudentiæ & moderationis fama ⊕1450.

Ezardus, rector magnæ partis Friſiæ Orientalis, ante patrem ⊕1441.	VLRICVS patri ſuccedens, EMDAM ſibi ſubiecit. Primus COMES Friſiæ Orientalis, à Friderico III. Imp. creatus 1453. ⊕ 1466.	Frouvva nupta Siboni Attena. | SIBO, Eſenam ab auunculo dono accepit. | Hero Omke à fide Ezardi comitis diſceſſit. ⊕1522. | BALDASAR Eſenſis ⊕1540.
Enno I. ex Palæſtina reuerſus ⊕ 1491.	EZARDVS I. magna virtute & prudentia comes, Alberti ducis Saxoniæ in bello Groningenſi confœderatus. Poſtea Groningenſium Dominus ab anno 1506. vſque ad 1514. ⊕ 1528. vxor Eliſabeth Ritbergenſis.	

Enno II. cum Carolo duce Geldriæ, Baldaſaris Eſenſis patrono, bella geſſit. ⊕ 1540. die 24. Septemb. Vxor ANNA, Ioannis Aldeburgenſis filia, nupta 1530. — Ioannes, ex dote coniugis Dorotheæ Auſtriacæ, Maximiliani filiæ nothæ Falcoburgi Dominus.

EZARDVS II. vxor Catharina Goſtani Sueciæ Regis filia, anno 1559. ducta.	Chriſtophorus ⊕1566. in Vngaria.	Ioannes.	Hedvvig vxor Ottonis Harburgenſis.	
ENNO, vxor VValburgis, comitiſſa Ritbergenſis, Domina in Eſens.	Anna, Ludouici Palatini, & poſtea Erneſti Badenſis coniunx.	Goſtauus.	Ioannes.	Chriſtophorus.

Altera Friſiæ pars, trans Amaſin & ſinum Dollardum, GRONINGAM vrbem

splendidissimam & populosam, cum regione adiacente amœnissima & vbertrima
1500. continet, quæ αὐτονομίαν habens eo tempore, titulo tenus episcopum Vltraiectinum recognoscebat. Huic

VVESTFRISIA versus occasum contigua, in tres regiones, Eoam, occiduam & Sylvestrem, Drentiæ finitimam (ipsi Ostergoe, VVestergoe & Sibenvvolden appellant) distincta; decem oppida munita, Levvardiam, Doccum, Frankeram, Harlingiam, VVorcum, Staueram, Slotenam, Snec, Ilst, Bolsvverdam, & quingentos pa-
1497. gos possidet. In hac intestinæ populorum dissensiones, occasionem Maximiliano, Albertum Saxoniæ ducem de se benemeritum, feudo illius prouinciæ donandi,
ab anno vt Imperij nomine Hæreditarius VVestfrisiæ Gubernator esset, præbuerunt. Cùm 1
1274. enim VVestfrisij à ducentis ferè annis, in factiones Sciringorum ac Vertcoperorum distracti, feralibus odijs & lanienis cruentis in se mutuò desæuijssent: tandem pertæsi horum malorum Ostergouij, cum Groningensibus vicinis fœdus mutuæ de-
1491. fensionis & salutis tuendæ causa ineunt. Contra hos VVorcumij fœdus, Leovvar-
17. Sep. denses, Sneccani, Slotani, Frankerenses & Stauerenses faciunt. Sed hos inter se primùm arte disiungunt Groningenses, ac plerosque sibi reconciliant. Sneeanos verò
1492. pertinaciùs libertatem defendentes, profligant, & crudeliter tractatis vicinorum agrorum incolis, ita vt nec templis, nec puerperis parcerent, necessitatem Snecanis cum Republica Groningana transigendi attulerunt.

Etsi autem Fridericus Imp. seuerè Groningenses cedere omnibus, quæ occupa- 2
1493. rant, locis, iubebat: tamen eo paulò post rebus humanis exempto; rapinis, cædibus
1494. ac incendijs aduersus omnes, fœderi ipsorum se adiungere recusantes, grassabantur. Maximilianus, misso in Frisiam legato Ottone à Langen, componere controuersias & reconciliare dissidentes frustra conatus: tandem consulibus Groningensium in aulam profectis, tutelam & imperium in Ostergouios permittit. Cùm verò duarum illarum factionum dissidia, ducibus Goslico & Iuone Iongama cognatis, sed hostibus inter se capitalibus, recrudescerent: Goslicus, Alberti Saxoniæ ducis in
1495. Belgico vicino militantis, & oppida Viluordum, Slüs, VVoorden, & Medenblik in Hollandia tenentis, auxilia euocat, quæ duce Neidhardo Fuxio promptè missa, aduersam factionem presserunt. quorum metu, Leovvardia Groningensium præsi- 3
1496. dium in vrbem recepit. Apud Snecanos Fuxij milites maxima cum ciuitatis molestia hybernant. Qui cùm, nisi persolutis stipendijs, exire nollent: Snecca quoque Groningensium, à quibus illa militi persoluebantur, fœderi se adiunxit. Hi verò progredientes, arcem Harlingæ exstruunt, Frankeram frustra obsident. Quare Goslicus denuò ad Albertum Saxoniæ ducem Harlemum profectus, promittit (si commissionem & consensum dux ab Imperat. obtineat) se operam daturum apud suos, vt Gubernator Frisiæ recipiatur. Acceptis igitur ab eo copijs Bolsvverdam occupat, Iuonem cognatum, alterius factionis ducem capit ac trucidat. Harlingam cum arce, & Sneccam Groningensibus eripit, eosque ex tota VVestergouia depellit.

Albertus Saxoniæ dux, anno ineunte, commissionem ab Imp. sibi de perpetua Fri- 4
1497. siæ gubernatione concessam proceribus mittit. Cùm verò Nobilitas & reliqui VVestergouiæ ordines reclamarent, nec Goslicus vrgere auderet: Albertus clàm, exulantibus Nobilibus, auxilia submittens, sic VVestergouios, à cæteris Frisijs aduersæ factionis desertos, adflixit, vt Nobilitas & oppida Sciringicæ factionis, & in his Snecca & Frankera ad ducem Saxoniæ Medenblicum in Hollandiam profecti, dominum
1498. hæreditarium reciperent. Sic voto suo potitus Saxoniæ dux, VVilibaldum à Scho-
21. Martij. neburg, & Nithardum Fux, alioqué cum copijs in Frisiam misit, qui in fidem VVe-
die parasce- stergouios acciperent, omnemque ab illis iniuriam prohiberent. Hi adiuncto sibi
ues. milite Bolsvverdiano, Ostergouiam inuadunt, & Dockum occupant.

Fuxius etiam sinum Groningensem nauibus insidens, ita terruit Groningenses, 5
vt se illi reconciliarent his inter alias legibus: vt omni possessione, quam habuissent in Ostergouia, VVestergouia, ac septemsyluis cederent; ac intra 14. dies, 32000. aureorum florenorum numerarent, duosque obsides darent. Sic in eam ipsam, quam alijs foderant foueam, ipsi inciderunt.

Schon-

Schonhagium, Sperrenbergenses etiam inuadit, ac tela ad Saxones Leuerdenses, Hoyam occidentem spectantes, dirigit. Cum autem ab Hoyanis Leuerdenses, qui e conuicio ad Sulingen, relicto eis venerint, a Saxonibus profligentur: obstitit iam Leuerdensibus, ne Hoyam ipsi capere hoc modo nisi Oldenburgo ad Hoyanos cum Saxonibus suis ponitis eli[qu]o, quo paulo post iterum Leuerdenses, occisis eorum praefectis, redeuntes: cum saxonica & pulsarum pyxium in vehem inuentorum copia victores, prodi & exhilarauit: nec debuit eorum Hoyanis Oldenburgo ad Hoyam redeuntibus, ad Sulingen, ab Hoyanis & Oldenburgensibus, in Angelo, pro quod modicum ciuibus grauiora, quae ipsi bello infesserant, quae ius bellorum gentium vetuit: Groningam reuelli, Frisiae Orientalis Emdanam, deinde Leuerdenses, Oldenburgenses & Bremenses: reuellent, eaque ex Ingolstadio Ingolstadium ferent: & quoniam, qui prudenter vsque fuit ius, aeruus & ciuis, ad Ingolstadium, exhortem.

Sequenti anno, 1580. die Aduentus, cum Heinrico, Hardingae apposita: vita, ad Sulingen, Hoyae iuxta quam Saxones, Leuerdenses, Bremenses, Oldenburgenses, Neuenhusium Frisiae, ad accipiendam in feudum Dominam, quod comes Rudolphus Frisiae Orientalis, Emdanae, ejus opidum Groningae, qui, ab Hoyanis & Oldenburgensibus ciuibus Sulingae, & nuncio Saxonum, quia vitam capere non potuerunt, ad Saxones Leuerdenses, Bremenses & Groningae apud Hoyam, ad Saxonum Martis Marginis terminum bonum fuit. Victoria hac potiti Groningenses, Saxones Leuerdenses & Bremenses. Cum vero Saxones, Saxonum Martis Marginis ad Saxonum Leuerdensium, aliquid fuit: & opera tandem Friderici matrimonio, Elisabetha, epistopi Traiectensis, ex medico patri filia, Hoyae Saxonum Martis Marginis ad Saxonum Leuerdensium, &

lari Virus Drachsdorpius tulerat, quòd λύτρον soluere non potuissent. Qua crudelitate offensi Groningenses, comiti Ezardo vrbem detulerunt, hac, inter cæteras, conditione lata, ne vnquam ad Saxoniæ ducis imperium redire vrbem pateretur, vt suo postea loco exponam.

Cùm autem de bellis Groningensium satis multa hactenus commemorarim: addam Corollarij loco, viri ea tempestate clarissimi & doctissimi, VVESSELI GRONINGENSIS mentionem: qui, LVX MVNDI sua ætate, ob eximiam trium linguarum & totius Philosophiæ ac Theologiæ scientiam, dictus; Coloniæ, Heidelbergæ, & Parisijs, magna cum laude docuit. Sed errores & ritus quosdam vsitatos reprehendens à Theologis oppugnatus, in patriam secessit, vbi multis in Theologia relictis scriptis, circa A.C. 1480. obijt, cùm natus esset 1419. Scripta illius, initio moti à Luthero de religione certaminis studiosè inquisita ac edita sunt. Monumento illius Groningæ epitaphium additum, inter cætera hos versus continet:

Agrippina & Parisium, duo regna Minerua, Sensêre ingenij vimq́, decusq́, sui.
At laus vna viro, quia TOTVM SCIBILE SCIVIT, *Et vitio infectis mallens ipse fuit.*
Arx Frisia tineres, Germania tollit honores: Dic ferat omnipotens, lector amice, Animam.

Confinis orientali Frisiæ meridiem versus est ALDENBVRGENSIVM comitum ditio: ab ortu, ad Visurgis ripam, prouincias Stegingiam (è regione Bremæ, arci Delmenhorstæ subiectam) Stadlandiam, in quinq; : Butiadiam, in septem παροικίας tributam; & huic proximam Iueriam, Frisiæ partem, octodecim Parochijs insignem, hoc tempore complectens: ab occasu, Amerlandiam ad Amasin fl. porrectam; in medio Morinos habet. ad boream, Frisiâ & Oceano: ad meridiem diœcesi Monasteriensi terminatur. Huius ditionis comes GERARDUS, Theodorici filius, Christiani primi Daniæ regis & Mauricij frater, gesto primùm aduersus fratrem Mauricium & Bremenses in patria bello, deinde in Holsatia aduersus fratrem Christianum, Daniæ regem, & vrbes vicinas, multa mouens, ac inde eiectus, cùm, defuncto fratre Mauricio Delmhorstum tutorio nomine teneret, & Lubecenses, quibus hostilia denunciauerat, aliarumq́ vrbium mercatores transeuntes deprædaretur: tandem à Monasterienſi episcopo, ciuitatibus fœderato, Delmhorstum obsessum amisit, ac profugus in
1482. Gallia, exul, hoc anno demum, finem miseriarum, de vita migrans, inuenit: cùm pa-
1500. triam duriter afflictam, & in extremas angustias redactam, sex filijs & filiabus quinc reliquisset. ex quibus tres domi extincti; duo Adolphus & Otto, à Ditmarsis cæsi eodem cum patre anno, interierunt. Gubernationem verò comitatus, IOANNES, multos iam annos, viuente adhuc patre tenuerat, quem Heroica animi & corporis magnitudine ac proceritate insignem, & in gubernatione iustum, clementem, moderatum, affabilem & beneficum, omnes subditi amabant. cuius industriâ, virtute & fo titudine, patria rursus aliquantulum recreata & amplificata est: Butiadis etiam Stadlandis, Frisiæ populis receptis.

Sunt autem Butiadæ, Visurgis & Iadæ fluuiorum accolæ, quorum hic boream, il
1499. orientem versus, Butiadiam terminat. Hos anno superiore domitos, Ioannes, ad su iectionem & fidelitatem ipsi iurandam mense Aprili adegerat. Discesserant autem patria in voluntarium exilium, libertatis amore, circiter 300. in oppositam trans V surgin VVursatiam & vicinam Ieuerensem Frisiam. Cùm verò Ditmarsos, felicit libertatem suam aduersus potentissimum regem tutatos esse cernerent: exules B
1500. tiadæ, à Frisijs VVursatis, oppositæ Visurgis ripæ accolis adiuti, in patriam redeu & præfecto comitis eiecto, in libertatem se denuò vindicare conantur. Verùm
1501. dem æstate comes, 280. seditiosorum cæsis, ditionem recipit, ac ceruicibus eorum stellum munitum Rodenkerke imponit. quod cùm sudes in oculis eorum, & seruitis monimentum assiduum esset; anno exacto rursus nonnulli conspirantes, cum F sijs VVursatis fœdere facto, expugnant: eoque destructo, & præsidiarijs cæsis, Ez dum Frisiæ comitem, libertatis suæ tutorem & patronum eligunt. Etsi autem ha rebellionem & contumeliam vlciſci Ioannes cupiebat: & impetratis ab Henrico niore duce Brunsvvicensi, & Conrado episcopo Osnabrugensi, & sororijs suis, He ne Ommenken Esenio, ac Edone VVimmeken Ieueriæ domino, auxilijs, Stadlan am inuadens, parochiam Golsvverden occupatam muniuit: tamen ita se, fossis,

geri

geribus, aquæductibus occultis Frisij munierant, vt re infecta regredi Aldenburgenſis, & infelicis illius recipiendæ Stadlandiæ conatus fruſtrationem, patienter ferre cogerentur. donec tandem, occaſione expeditionis, quam Georgius Saxoniæ dux in Friſiam Groningenſem ſuſcipiebat, Brunſuicenſium ducum auxilijs, Stadlandia & Butiadia integrè recuperata eſt, vt ſuo tempore exponam. 1513.

Coniunx Ioannis, Anna, Erneſti principis Anhaldini ſoror, & Georgij Mersburgenſis eccleſiæ coadiutoris amita fuit. ex qua filios quatuor, ac in his Ioannem, qui patre defuncto patriæ triennium præfuit, Chriſtophorum canonicum Colon. & Bremenſem (qui in Dania & Germania exercitus duxit) Antonium, qui noſtra ætate annos 44. patriam rexit, & arcem Delmenhorſtanam Monaſterienſibus ademptam comitatui Aldeburg. reſtituit, & Annam Ennoni Friſiæ comiti nuptam ſuſcepit. Ipſe Ioannes anno 1526. extremum vitæ diem confecit. 1534. 1547.

FAMILIA COMITVM ALDENBVRGENSIVM.

Christianus bellicoſus tempore Henrici Leonis.

Mauricius, amicus Ottonis IIII. Imp.

Chriſtianus, cuius frater Otto, ad riuum Delme, arcem Delmenhorſt extruxit

Ioannes. (1247. ἄπαις.

Ioannes, Chriſtianus in Delmenhorſt.

Otto. Anna. Chriſtianus in Delmenhorſt. Otto.

ALHEID nupta Theodorico Oldeb. 1401. Nicolaus arch. Brem.

Conradus, prudens ac eloquens. Bremæ ſeditionem compreſſit, 1366.

Chriſtianus.

THEODORICVS Fortunatus. prima vxor Adelheid, Ottonis Delmenhorſtani filia & hæres nupta 1401. altera HEDVVIGIS, Adolphi ducis Sleſvvicenſis ſoror, ducta anno 1424. quæ prius Baldaſari domini Vandaliæ Megapolitani vxor fuerat.

Ex hac geniti

Christianus I. Rex Daniæ creatus 1448,		Gerardus bellicoſus. ex Alheide Nicol. Tekel filia.			Mauricius Delmenhorſtii Iacobus.		
Ioannes Rex Daniæ 1482.	FRIDERICVS Dux Holſatiæ & Rex Daniæ 1523.	Gerardus.	Adolphus in Ditmarſia anno 1500. perijt.	Diethericus	IOANNES anno 1500. & antea patriam rexit. ex Anna Anhaldina.	Otto in Ditmarſia ⊕ 1500.	Chriſtianus ⊕ ἄπαις.
Chriſtianus II. 1513. profugus 1523. captus 1532. ⊕ 1559.	Chriſtianus III. 1553. Fridericus II. cœpit 1559. ⊕ 1588. Chriſtianus IV.	Ioannes, patri, anno 1526. mortuo ſucceſſit tribus annis.	Georgius.	CHRISTOPHORVS canonicus & bellator.	Anna, Ennoni Friſiæ comiti nupta. EZARDVS Friſiæ comes	ANTONIVS cœpit 1529. ex Sophia Magni ducis Saxoniæ filia.	

IOANNES ſucceſſit in gubernatione patri anno 1573. vxor Eliſabeth filia Guntheri comitis Suartzburgenſis. Antonius Guntherus.

Chriſtianus ante patrem ⊕ Dreſdæ 1572.

Antonius in Delmenhorſt.

Ex nobiliſſima hac & vetuſtiſſima comitum Aldenburgenſium ſtirpe, præſens DANIAE Regum familia orta & propagata eſt, de qua ſequenti libro dicemus.

Finis libri tertij.

Liber Quartus.

DANIA ET SVECIA.

Nobiliſsimo genere ac ingenio, & virtute ac doctrina præſtanti Dn.

HOLGERO ROSENCRANTZ,

Illuſtris Herois

Dn. GEORGII ROSENCRANTZ;

SERENISS. REGIS AC REGNI DANIÆ CONSILIARIJ & Proregis, Filio:

Obſeruantiam & gratitudinem patri debitam,

Libelli huius, DANIÆ ac SVECIÆ REGVM Chriſtianorum ſeriem continentis, inſcriptione teſtatur

Dauid Chytræus.

Icimus exercuit ab bonorum Germaniæ litteratorum, quos Ecclesia S. Sebastiani exercuit, officiis gentium & vagitum populorum, introgressis insignioribus Pannoniæ regnis: in Italia Dania, Norwegia, Sueonia, Gothia, Scotia, Hibernia, Islandia, Groenlandia, Grimlandia, Vinlandia, Finlandia, Lapponia, Biarmia, Permia, Russia, Moscovia, Tartaria, Sarmatia, Polonia, Prussia, Livonia, Curlandia, Lituania, Ruthenia, Podolia, Volhynia, Transylvania, Moldavia, Valachia, Bulgaria, Thracia, Macedonia, Græcia, Asia minor, Syria, Palæstina, Arabia, Ægyptus, Africa, Mauritania, Numidia, Barbaria, Nigritia, Guinea, Æthiopia, Abyssinia, Nubia, Mauritania, Hispania, Gallia, Britannia, Belgium, Germania, Helvetia, Rhætia, Italia, Dalmatia, Croatia, Sclavonia, Pannonia, Hungaria, Austria, Bohemia, Moravia, Silesia, Lusatia, Misnia, Thuringia, Hassia, Franconia, Suevia, Bavaria, Tirolis, Carinthia, Carniola, Istria, Venetia, Ferraria, Mantua, Tuscia, Romagna, Umbria, Latium, Campania, Apulia, Calabria, Sicilia, Sardinia, Corsica, Baleares, Majorica, Minorica, Ebusus, Formentera, Sancti Petri, Sancti Antonii, Canaria, Teneriffa, Gomera, Palma, Ferro, Hierro, Madera, Porto Santo, Lanzarote, Fuerteventura, Salvagia, Graciosa, Terceira, Sancti Georgii, Pico, Fayal, Flores, Corvo, Sancti Michaelis, Sancta Maria, Sancti Jacobi, Sancti Antonii, Sancti Vincentii, Sancti Nicolai, Sal, Bonavista, Mayo, Fogo, Brava, Insulæ Viridis Promontorii, Capitis Viridis, Senegambia, Guinea, Loango, Congo, Angola, Benguela, Mataman, Monomotapa, Zanguebar, Ajan, Magadoxo, Adel, Abex, Nubia, Dongola, Sennaar, Goiama, Gaoga, Tombut, Agadez, Cano, Bornu, Nigritia, Melli, Gualata, Tagaza, Tegorarin, Tripolis, Barca, Ægyptus, Arabia, Syria, Palæstina, Asia minor, Græcia, Macedonia, Thracia, Bulgaria, Valachia, Moldavia, Transylvania

insulas & peninsulas complectens, mercium communicationi vtilissimè seruit: & VVendiam, extremam Iutiæ boream versus prouinciam, à reliqua Chersoneso diuellit: nisi quod exiguo Isthmo ad occidentem cohæret. Patet autem VVendia seu VVendsussel, 14. mill. à sinu Lymmerico, cui Alburgum adiacet, ad extremum vsque Chersonesi Cimbricæ promontorium Scagam, dorsum immane mari summo, Syrtesque vadosas. à quo, non plus 8. milliarium, ad proxima Norvvegiæ littora, traiectus est. Episcopus VVendiæ, Burglanensis olim, à monasterio, vbi habitauit, dictus, nunc Alburgi sedem habet.

Insulæ iuxta Cimbricam Chersonesum celebriores ad occiduam oram: Saxonum insula Ptolemæo dicta, nunc Hilligeland, non procul ab Eydori ostio. Strand- Frisia olim continenti iuncta, è regione Husem & Brestedæ. Foeria. Sildia iuxta Tonderam. Renim. Monno. Fornop iuxta Ripam. Numind infra Rincopen. In Eoa parte, infra Scagam, Pikerholm & vicinæ. Helmes. Lesso, iuxta Seeby VVensliæ oppidum. infra Arhusiam, Tuna & Samsoe grandior, in quinq; παροικίας distributa. Endelaug, è regione Horsenæ. Coldingæ & Haderslebiæ ortum versus adiacet Fionia, decem mill. longa, totidem lata, bonitate soli, frequentia hominum, oppidis & pagis, copiosa, cuius in vmbilico ferè Ortonia metropolis & episcopi sedes est. Huic vndiquaque, inprimis meridiem versus, insulæ arctissimè stipatæ circiter 30. adiacent. ex quibus Flensburgum versus, Alse, tria milliaria longa, multis parochijs, & oppido Svnderburg, sede ducis Holsatiæ Ioannis iunioris hoc tempore ornata est. Inde orientem versus Arre, & Langlandia, quæ à longitudine nomen habet. inter quam & extremum VVagriæ promontorium, Fimaria seu Cimbria parua, duo mill. longa, vnum lata: oppido Burg, & quatuor parochijs insignis, postrema in hoc Eoo littore numeratur.

Præcipua verò & ampliſſima Daniæ insula, & hoc tempore regni totius metropolis, & Regiæ aulæ & Academiæ sedes potissima est Selandia, quatuordecim mill longa · 16. lata. quæ à Fionia, quatuor milliarium freto, Belthe, à quo toti huic Eoo mari Balthico nomen est, dirimitur. versus ortum à Scania, itidem freto, 5000. passu lato, inter Helsenoer seu Croneburgam arcem, & Helsenburg (quod Hellespontum Danicum nominare possumus) disiuncta est. per quod fretum, nauibus ex Anglia, Belgico, Gallia, Hispania, in has Balthici littoris oras, in Prussiam, Liuoniam Sueciam transitus patet.

1165. Metropolis Selandiæ, & totius regni Daniæ, Hafnia, ab episcopo Roscilden se, Absalone, in insula, continenti Selandiæ & Amaciæ interposita, cui nunc arx re gia insistit, primùm inchoata & priuilegijs certis à Iacobo episcopo Roscilden 1254. Idibus Martij donata est. Quam vnà cum vicina Amacia insula, permutatio 1443. ad se rex Christophorus transtulit. Academiæ priuilegia rex Ericus à Martino 1478. PP. confecit, quæ Christianus I. promulgauit. Collapsam nepos illius Christian 1538. III. restituit. Fridericus II. etiam belli tempore, munificè auxit, 1569.

Roscildia, episcopi olim sedes, ad Isoram fl. seu maris sinum, à septentrio longo spacio in mediterranea Selandiæ porrectum: à Roë Rege conditore, & fon bus crebris, qui in ipsa vrbe scaturiunt, nomen adepta: priuilegijs vibis, à Suenon Haraldi filio donata est, circa A. C. 1000. Templum in ea vrbe summum ab Haral 980. VI. rege fundatum, à Suenone filio expolitum est; qui ambo, vnà cum Margar regina, Semiramide Danica, & Christophoro Bauaro, Christiano I. & III. & F der. II. ibidem humati sunt.

Selandiæ ad meridiem adiacent insulæ: Lalandia & Falstria, quam à Giedze vnde in proximum Germaniæ littus & Rostochiensem portum septem milliari traiectus est, fretum angustum separat. ad Orientem Mona candidis cretæ monti late in mari conspicua, iuxta oppidum Bretsiò; & Amac, Hafnienſium hortus & c penaria. & in freto, VVena, Vraniæ hoc tempore sedes.

Trans Hellespontum Scania, ampliſſimæ illius peninsulæ orbis Arctoi, qu Scandiam & Scandinauiam Plinius, & alterum orbem terrarum appellat, pars ridiem versus extrema. verè pulchra & amœna: frugum fertilissima & freque

ho

nominum & oppidorum situationes, quorum nec accuratiora & meridiana, Helsingburgum, Landscronam, Lundam inch. cum Scaris, Ex oblato splendore additorum nomen

ab Asloia milliaribus,occasum versus. Friderichstad, Saltzburg, & Schin,vel Skon vbi fodinæ cupri & ferri sunt. Hammaria maior & minor, regiones, olim peculiari episcopo claræ,nunc Asloënsis inspectioni commissæ,viginti supra Asloiam milliaribus,rectà versus boream,diuiduntur sinu Mosiano per duodecim milliaria interlabente. Littora verò Norvvegiæ,ab Asloia, non in Aquilonem, sed Africum seu Libonotum,(ins Süd Südweſt) vergunt,donec ab extremo Cimbricæ Chersonesi promontorio,non plus octo milliaribus Germanicis distent. Appellationes autem locorum in littoribus,horridiorum ferè, à portubus & scopulis ac sinubus aquæ dulcis,sumuntur,quas nescio an sit recitare operæprecium.

Berga, emporium ac horreum totius Norvvegiæ celeberrimum, & præfecti regij, ac episcopi sedes, à freto Carsund,10.milliaria, versus Corum (ins Nordweſt) à Lindenes 24. à Bahus,secundum flexuosa littora centum milliaribus abest,sub gradu latitud. 61. Eundem cum oppido Staffanger, quod tamen peculiaris episcopi sedes est, præfectum habet. 1

Nidrosia, à Nidero fl. & rosa,quod templi nomen est,vulgò Trvndheim,ciuitas 50.milliaribus Noricis seu 100. Germanicis, rectà versus boream à Berga distans. Sedes olim archiepiscopi & regni Norvvegiæ præcipua, nunc seruitute oppressa: amplissimè patentem diœcesin habet, in qua plurimus piscis,Bergam postea ad emporium deuectus, & pelles preciosæ, colliguntur.

Extrema & vltima versus aquilonem & Eurum,Norvvegiæ & orbis Christiani arx est, VVardhvs, paruæ insulæ VVardæ, ambitum milliaris Norvvegici cum dimidio habenti, ipsa quoque parua & obsoleta hoc tempore, insistit: nulla singulari munitione ac ne turri quidem vel castello insignis, exiguum oppidulum adiunctum habet, quod piscatorum casæ stipant. In hac igitur arce seu casa, præfectus regius æstate habitat,& amplis. illius littoris Norici tractum,in Zona frigida, sub gradu latitud. 71. vsque ad Russiæ fines, gubernat. vbi ab idibus Maij vsque ad medium Iulium. non modò diem continuam esse, verùm etiam Solis corpus supra horizontem circumferri,nec vnquam occidere,ex oculatis testibus didici. Nec duo, sed vnum solummodò in hoc Norico littore, VVardehusum est, quod à Berga emporio, 144. milliaria Norica,quæ trecenta ferè Germanica constituunt, distare accepimus. Inde ad emporium S.Nicolai Russicum,propè Diuidnæ fl.ostium,circulo arctico ad grad. longitud. 65. subiectum, ducenta germanica, seu 108.Norica numerantur. A VVardehuso enim ad insulam Keldyn, & Kolam oppidum Russiæ, in eo tractu primum, quod Norici Malmes nominant: viginti milliaria versus Euroaustrum recensent. Inde ad Tiribisnes promontorium,quatuor,ad septem insulas duodecim,ad Siteram insulam sex,ad promontoriũ Lappiæ Suetognes duodecim,inter quod,& oppositum in Russico littore Condornes, per fretum in lacum Album ad tres insulas milliaria sex,inde ad Ponoi fl.ostium duodecim,vbi relictis Lappiæ littoribus traijcitur ad lacus Albi(duodecim mill. lati) littus orientale seu Russicum. quod præterlegentes, duodecim mill. ad promont. Scarhügel, & alijs duodecim ad S. Nicolaum perueniunt. 2 3 4

Præter hæc terræ continentis longissima spacia, subiectæ sunt Norvvegiæ regno, multæ Oceani occidentalis insulæ. ex quibus amplissima est Islandia, quam Thylen à veteribus appellari quidam existimant.ac nomen ab Aegyptio rege Thyle ortum esse ferunt, qui circumnauigata tota terra, & inquisitis plurimarum gentium moribus, picturas orbis terræ & regionum, quarum in Apollonij etiam Argonauticis mentio fit, in templo Memphitico collocauit. vbi cùm interrogasset oraculum, essétne alius Rex maior ipso? respondit vates, πρῶτα θεὸς, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σωὶ αὐτοῖς. παῖζα δὲ σύμφυτα πᾶσα καὶ εἰς ἓν ἰόντα τέτυκται, ἃ κρατεῖ αἰώνιον. ποσὶν ὤκεσι θνητὲ βάδιζε τὸν βίον ἄδηλον ἀμφὶς σὲ πολὺ κρείσσων. Post hanc oraculi vocem,rex Thyles, ex templo egressus,mox à suis interfectus, dedit pœnas superbiæ, vt exemplo pœnæ alij monerentur, ne in rebus secundis efferantur. Sed qualiscunque hic Thyles fuit, Islandia borealis, sub circulo arctico, à gradu longitud. 352. vltra centum milliaria Germanica versus ortum porrecta est, & circiter 60. lata: in littoribus 5

tius maris partem ab Ioninibus, et ultimo pelago, Hera, & reperiuntur vltimi Sclauorum, incolentes. Mediterranea vero loca, ab Alpium altitudine, perpetua frigoris asperitate, ad Septentrionem, pertinacissimus, horridus, & crudus ager non aperitur nisi tantum æstate: cæteri enim pene tempore, pauis locis exceptis, horrent, & rigent. Quæ vero ad Occidentem Angliam, & Britannos attinent, ea ipsorum quoque nomine per nouacula Hamburgenses, Lubecenses, Bremenses, Hollandi, & Brabantini, qui plurimum negotiantur, sunt, & Italicis in ea ripa effluentibus, Batauorum propagatis insulis, Insulam, Genes & ocealbonum, ita patentem ostendunt, pedes vehiculo vectare nesciant. Quo in tractu hoc tempore exploratum, nationes Islandi, in Academia Islandici militant, quorum sibi Medæ seruiali, Islandi pascuit, aut sacculi, in Scabbi Islandi, ac ipsum, ac magnum Islandi, Islandi, Islandi,

Sparſa quidem erant Chriſtianæ religionis ſemina in Cherſoneſo Cimbrica, Ludoici Pij ætate, cùm Haraldus Clachus, rex Daniæ, à Regnero ſobrino pulſus, ad Ludoici Pij Imp. comitia tum Moguntiæ celebrantis, patrocinium & opem confugiſ-
826. ſet. vbi cum fratre Erico baptizatus, Ludoici auxilijs, in Iutiam reductus, S. Anſgarium & Autbertum, verbi diuini præcones ſedulos ac induſtrios ſua pietate fouit ac defendit. qui in Sueciam quoq; excurriſſe, & fundamenta eccleſiæ Chriſtianæ prima ieciſſe, ſcribuntur. deinde Anſgarius, Hamburgi, tanquam metropolitanus aquilonarium eccleſiarum, à Ludoico Pio collocatus: eaq; vrbe à Slauis exuſta, Bremam tranſ-
A.C. 831. latus, eccleſias in Iutia, ſub Erico, Haraldi fratre confirmauit, & Byrcam Sueciæ tùm
847. metropolin, permittente rege Olao, iterum inuiſit. Poſt mortem verò Anſgarij, pau-
849. latim rurſus omnia retrò in peius ſublapſa & ferè extincta fuiſſe apparet. certè ita obſcurè, confuſisq; temporum & perſonarum circumſtantijs conſignata ſunt, vt nec eccleſiaſtica nec politica ferè regum hiſtoria certa & continua inde pertexi queat. Seriem tamen priorum Regum, qui poſterorum Caroli magni ætate, vſque ad Ottonis I. tempora, præfuerunt; ſicut ab amicis Danis mecum communicata eſt, ſequenti CHRISTIANORUM regum Genealogiæ, quam certam & minimè dubiam eſſe arbitror, præmittam.

Gotricus ſeu Gotfridus rex Daniæ,
Caroli Magni tempore ⊕ 810.

Olaus, poſt patrem exiguo tempore regnauit ἄπαις. cui Hemmingus quidam ſucceſſit 816.	Filia nupta Sivvardo regi Norvvegiæ.	Filia Ringoni duci Iutiæ nupta.
	Sivvardus rex Daniæ poſt Hemmingum, cæſus 825.	Ringo dux Iutiæ cæſus 825.

RAGNERVS Rex Daniæ potens, ⊕ 865. duodecim filios reliquit, ex quibus	HARALDVS Clachus, à Regnero pulſus, Moguntiæ baptiſatur, 826.	Ericus, poſt Sivvardum II. Rex Daniæ Chriſtianus.
Sivvardus II. rex Daniæ poſt patrem.	Gutormus æmulus patrui, cum quo congreſſus prælio vterque cadit 857.	Canutus I. ⊕ 899.
Ericus II. puer, Rex factus, ſacerdotes Chriſtianos omnes è regno expulit.		Frotho rex Daniæ, ⊕ 910. — Steno.
		GORMO, perſecutor Chriſtianorum, pater Haraldi VI.

In NORVVEGIA, Chriſtianæ Religionis doctrina & cultus, in toto regno primùm propagati ſunt, ſub Olao rege, qui in Anglia baptizatus, & circa A. C. 994. rex Norvvegiæ factus, populum etiam vniuerſum, in omnibus regni prouincijs, ec-
999. cleſiæ Chriſti per baptiſmum inſeri curauit. Illato autem Suenoni Daniæ regi bello, à claſſe Suenonis ſuperatus, ne in hoſtium manus veniret, ſe ipſum in mare littori vicinum præcipitaſſe, & cedentibus in littore ſcopulis euaſiſſe dicitur. Cùm autem Sueno, ſubacta Anglia Eboraci obijſſet: Olaus Norvvegiam recuperauit, & Canuto magno, Suenonis filio, in Anglia, quæ defecerat, occupato: propagandæ religioni, ferendis legibus, & idolatriæ, magicisque artibus abolendis, operam ſedulam
1025. & ſeueram nauabat. Quo veræ pietatis, & iuſtitiæ zelo, in procerum quorundam
1028. odia incurrens, regno eijcitur. Poſtea reuerſus, ab ijſdem interfectus, martyrij coronam adeptus & inter Diuos relatus eſt. Ab eo tempore, poſt annum Chriſti 1000. in Norvvegia & cæteris regnis Arctois, conſtanter Chriſtiana religio ſola retenta & propagata eſt. Sequitur

GENEALOGIA REGVM DANIAE CHRISTIANORVM.

Etelre-

Etelredus rex Angliae.

GORMO III. postremus persecutor Christianorum. ⊕ 930. sub quo marchionem Slesuici Henricus Auceps collocat 928. — VXOR THYRA Christiana, ad extremam senectam impio marito nupta, Vallum Danicum prope Slesuigam instaurauit, 950.

HARALDVS VI ab Ottone I. vnà cum filio ad baptismum adductus circa A.C. 948. quinquaginta annos regnauit. ⊕ 980. Slesuici, Ripis & Arhusiae episcopos constituit. Prouincias singulas in Parochias distinguit, Iura & leges scriptas Danis primus condit.

Suenotto, abiecta religione Christiana, patrem regno & vita priuat. Postea capti Iulinensibus Vandalis (982.) & pulsus ab Erico IX. Sueciae rege 984. & 14. annos in Scotia exulans, ad Christum redit, & in regnum restitutus, per Adalgagum Hamb. Episcopos in toto regno constituit. ⊕ 1003. ex Syritha Erici Suecici vidua.

CANVTVS II. Magnus, Vandalis, Norvvegia, Anglia, subiectis, tandem Rothomagi ⊕ 1036. — Estritha, Vlfoni Sueco nupta.

Canutus III. ⊕ 1045. — SVENO II. ⊕ 1074.

Haraldus VII. biennium regnauit.	S. CANVTVS IV. nutritius ecclesiae, interfectus ad aram Othoniae 1088. ex cuius sanctis vulneribus plus gloriae quàm cruoris effluxit.	Olaus III. 1095.	ERICVS IV. profectus Romam & Ierosolymam, ⊕ in Cypro 1102.	Nicolaus, necatus à fratris filio Erico V. 1135.

ERICVS V. interfectus 1138. — Anna, nupta Aquino. — S. Canutus, dux Slesuicens. rex Obotritorum beneficio Lotharij Imp. occisus à Magno regis Nicolai filio 1136. — Magnus, interfecit S. Canutũ patruelem, vicissim ab Erico V. cæs'.

SVENO III. Canutum, Nicolai regis neporem, sobrinum suum, adiutum ab Adolpho II. Holsatiae comite, aliquot praelijs profligauit, à Friderico Barbarossa Mersburgi Rex declaratus, sed a sobrino pulsus, ita transegit, vt ipse Samiam teneret. tandem caesus à VValdemaro A. C. 1157. — Ericus VI. ⊕ 1147. — VValdemarus dux Iutiae & Slesuic. Rex Daniae, coepit 1157. amicus Friderici Barbarossae Imp. Rugiam ad Christi religionem adduxit 1168. ⊕ 1185. vxor, Margarita Nigra, quae vallum Danorum reparauit. — CANVTVS Iutiam tenuit. tandem in conuiuio caesus 1155. — VValdemarus episcopus Slesuici captus à Canuto VI.

CANVTVS VI. cuius historiam lib. 16. & vltimo Saxo Sialandus recitat. ⊕ 1210. — VValdemarus II. dux Slesuic. sub Canuto felix, occupat Lubecam & Hamburgam anno 1200. rex factus condidit Reualiam 1220. postea infelix capitur ab Henrico Comite Suerini ex insidijs 1223. & vincitur à comite Holsatiae & Lubecensibus ad Bornhouede 1227. ⊕ 1241. — Helena nupta VVilelmo filio Henrici Leonis.

ERICVS VII. rex à fratris Abelis factione Slesuici interfectus 1250. — Abel dux Sles. occisus à Frisijs Eydorensibus. 1253. — Christophorus, dux Lalandiae captus ab Holsatis.

VValdemarus, dux Sles. Flensburgae Ius ciuitatis dedit 1284. — ERICVS VIII. 1280.

Ericus dux Slesuicensis. ⊕ 1354.

α

VValdemarus III. dux Slesuic. Rex electus 1326. auunculo Gerardo, comiti Holsatiæ, Ducatum Slesuicensem tradidit. quem tamen ipse regno cedens postea retinuit.

β

ERICVS IX. cui se Rostochienses subiecerunt, anno 1314. ⊕1321.

Christophorus II. Henrico Leoni, domino Megapolitano Rostochium reddidit, ⊕1333.

Otto captus à Gerardo Holsato postea miles ordinis Teutonici.

VVALDEMARUS IV. Rex annis 44. infeliciter cum ciuitatibus Anzæ bellum gessit, inuisit terram sanctam, ⊕1375.

MARGARITA Haquino Regi Norvvegiæ nupta. ⊕1412.

Olaus IV. qui 1387. adolescens obijt.

Christophorus ante patrem cæsus in prælio naual cum ciuitatibus maritimis 1359.

Ingelburgis, nupta Henrico duci Megap. Alberti I. ducis filio. 1

Maria, nupta VVartislao VII. duci Pomeraniæ.

ERICVS dux Pomer. à Margarita matertera magna adoptatus.

Margarita itaq;, annos triginta septem post patris VValdemari mortem, sapi-
1388. enter & feliciter Daniam cum senatu regni gubernauit, & Norvvegiam, succedens filio Olao; Sueciam', capto rege illius Alberto; coronæ Daniæ coniunxit. postea consensu procerum, qui ex sanguine regum Daniæ antiquorum successorem expe- 2
tebant; sororis suæ Ingelburgis, Henrico duci Megapol. nuptæ, ex filia Maria nepo-
1412. tem, Ericum, patre VVartislao VII. Pomeraniæ duce, Bogislai V. filio, VVartislai IV. ad quem Rugiæ principatus primùm peruenit, nepote, prognatum, adoptauit. Qui, Margaritæ defunctæ successit, & diuturnis ac difficilibus bellis, cum Slesvvicensibus præcipuè ducibus, cum fœderatis Ansæ ciuitatibus, & Suecis rebellanti-
1438. bus gestis, tandem pertæsus molestiarum gubernationis, relictis regnis, in Pomeraniam redijt, vbi amplius viginti annos adhuc superstes in ocio & quiete vixit, & 1459.
1439. primùm decessit. Dani igitur; Christophorum, Palatinum Rheni & ducem Bauariæ, Ioannis Palatini, & Sophiæ VValdemari IV. proneptis, Erici X. sororis filium, Ruperti Imp. nepotem, eligunt. Qui cùm decennium regnasset, nec ex Dorothea regina (cuius pater Ioannes natus marchio Brand. Voitlandiæ in finibus Franconiæ princeps, non elector, sed Friderici elect. Brand. & Alberti Achillis Germanici frater: mater verò Barbara Rodolphi Saxoniæ electoris postremi ex Alberti Vrsi posteris, filia fuit) quidquam liberorum suscepisset: senatores regni, principem vasallum regni Daniæ, Adolphum ducem Slesvvici, ad Daniæ imperium vocant. qui cùm ætatis non amplius idoneæ rebus gerendis excusatione vsus pertinaciter regnum oblatum recusaret: & sororis suæ Hedvvigis ac Theodorici comitis Oldenburgensis filium Christianum, Heroica animi & corporis celsitudine, cum singulari bonitate & mansuetudine coniuncta, præstantem, à se educatum, ipsis proponeret: Senatores & proceres regni, Deo mentes eorum flectente, magno & singulari consilio, huic Christiano
1450. Aldenburgensi & Delmenhorstæ comiti, regnum, vnà cum regina Dorothea (quæ vsq; ad annum 1496. superstes fuit) detulerunt. Cùm enim scirent, de ducatu Slesvvicensi bella ingentia inter Daniæ reges & Holsatiæ comites paulò ante gesta esse: & ducatum Slesvv. mortuo Adolpho, ad hunc Christianum sororis Adolphi filium, si rex eligeretur, perventurum esse: id potissimum spectarunt, vt regnum Daniæ & vicinos hosce duos ducatus, inter se coniungerent & colligarent. Id consilium sapiens & salutare his gentibus fuisse, euentus ipse ostendit. Coniunctionem enim istam firma & perpetua ferè pax & tranquillitas illarum regionum secuta est, qua & Nobilitatis & incolarum opes, ex commercijs vicinarum & procul etiam dissitarum gentium, cæterisq; reditibus creuerunt, & alijs pacis ornamentis auctę & amplificatæ sunt. Nec de Christiano eos fefellit expectatio, quem bonum, moderatum, iustum & salu-

tarem

principem, re ipsa experti sunt. Cumque mortuo Adolpho, Slesvvici duce & tiæ comite postremo, Christianus, Holsatiæ etiam comitatum, vt suprà com-rauimus, exclusis transactione Adolphi agnatis, comitibus Scavvenburgensi-in feudum ab episcopo Lubecensi accepisset: & ab Imp. Friderico dux Holsa- 1474.
Stormariæ & Ditmarsiæ appellatus esset: tandem ex hac vita emigrans, IOAN- 1481.
o seniori regnum reliquit.

IOANNES eximia autoritate, potentia & felicitate vsq; ad annum 1500. floruit: neunte, aduersus Teutomarsos populos, in extremo basis Cimbricæ Cherso-inter Eydori & Albis in Oceanum se effundentium ostia, angulo palustri habi-, infelicem expeditionem suscepit. Hos finitimos Holsatis, aliquoties ditioni ibijcere superiores principes frustra conati fuerant, & ante 20. annos, Christia-rimus, euocatos in conuentum Rendisburgensem, Imperatoris Friderici (qui rsiam, vt feudum imperij, Christiano & posteris illius contulisset) literis & tis ad obedientiam præstandam cohortatus fuerat. At illi Archiepiscopum nensem dominum titulotenus præ se ferentes, libertatem à maioribus acceptam se constanter retinere & tueri ostenderant. Ioannes igitur denuò per legatos a admonitis Ditmarsis, vt Imp. mandatis, de obedientia ducibus Holsatiæ præ-a parerent: bellum in eos mouit, accersitis tùm aliunde ex regnis suis & vicina mania auxilijs, tùm verò inprimis legione militum fortissimorum, qui in Belgi-ub Maximiliano bellis, ex variarum gentium colluuie confluxerant, & triennio in Suecis subiugandis fidelem & felicem operam Ioanni præstiterant: nuper et-Magno Saxoniæ duci, Hadelariam regionem recuperarant. Cùm autem in aditu ntur oppidum Meldorp rex occupasset: vt terrorem cæteris adferret, omnes, a ætatis aut sexus ratione habita, trucidari iussit.

Inde progressurum in penitiores prouinciæ oras, præfectus legionis Belgicæ horatur, quod Diui illius festo aggredi hostem, infaustum iudicarent, & quod Valentini
lum crassius niue aut pluuia grauidum videretur. Vrgente autem rege, cui prodi- 14. Febr.
es quidam Ditmarsi viam deuiam, quâ non expectaretur à Ditmarsis, monstraue-, per angustias illas, fossis vtrinq; cinctas progrediuntur primùm milites legiona-Inde cæteri pedites; postea equites Holsati & Dani, splendidissimè ornati. Hos, us plurimi, vestes ac commeatum gestantes, & prædam auecturi sequebantur. Po-um agmen, rex Ioannes, cum fratre Friderico & aulica cohorte, claudebant. n autem pridiè Ditmarsi capto exploratore didicissent, Regem alia via, quàm ex-aretur, venturum esse: noctu aggerem illi opponi, & machinas aliquot in eo ocari, curant. quibus postridiè, ex angustijs illis viæ inusitatæ progredientes re-, niuibus ac pluuijs mixtim cœlo ruentibus, & vento regijs aduerso, excipiunt. perruptis aquarum clausstris, campum, qua accedebant hostes, totum inundant, editus à tergo, ob curruum impedimenta, patebat. Tristem igitur & horrendam em exercitus à Ditmarsis partim cæsus, partim aquis immissis submersus, accepit; a, flos nobilitatis Holsaticæ, & in hac, decem ex vna familia Aleueldia, & qua-Ranzouij, Bredo Henrici filius, strenui & clarissimi viri, Ioannis Ranzouij, equi-rati, frater: Ioachimus Ranzouius, in Ascheberg. Ouenus in Rastorp, & Hen-; cum alijs 60. nobilibus, Danis & Holsatis: & duo comites Aldeburgenses, patrueles, Adolphus & Otto, Gerardi filij, Ioannis fratres, perierunt: & Rex ntissimus à paucis agrestibus rusticis victus documentum mortalibus præbuit, fortunæ, nec magnitudini virium confidendum, nec fiducia potentiæ bella mo-la; sed victoriam à solo Deo, non ab equestribus aut pedestribus copijs, expe-dam esse. Nulla enim potentia & virtus, quantumuis excellens, felix est, nisi De-se consilia, dextras & euentus gubernet. sicut anno post hanc cladem sexagesi- 1559.
Adolphi, & cæterorum Holsatiæ ducum, Friderici II. Daniæ regis, & Ioannis oris expeditionem in Ditmarsos susceptam, gubernauit, vt intra vnius mensis ium, regionem illam, Albi & Eydoro fluminibus, & mari, paludibus ac fossis arum vndique cinctam & munitissimam, imperio ducum Holsatiæ subiecerint, n tot antea seculis, frustra & infeliciter maiores ipsorum aliquot vs tentarant.

Bello adhuc durante, Hamburgi ciuitates vicinæ cum Ditmarſis conuentus agebant. Ab his Holſati ſuperſtites, ſcribi ad Ditmarſos petunt, vt cæſorum aliquot comitum Aldenburgenſium, & equitum auratorum cadauera, in ſepulchris maiorum condenda, redderent. Miſſi cum literis Prior Arendsbecenſis, Pater Segebergenſ. & Borsholmenſis. Aſſentiuntur Ditmarſi. Sed cum dinoſci facies non amplius poſſent, & fœtor intolerandus eſſet; omnes ſine diſcrimine, vt in acie coniuncti fuerant: ſic poſt mortem etiam, commune fatum, à volucribus & canibus dilacerati, pertulerunt.

SVECIÆ Regnum, immenſæ illius peninſulæ Arctoæ, quam Scandinauiam veteres nominant, mari Glaciali, Norico & Balthico circumfuſæ, regiones ampliſſimas, latiſſimeq; orientem verſus patentes hoc tempore obtinens: ab occaſu, Norvvegia; ad meridiem, ſinu maris Balthici ſeu Germanici, Viſtulæ & Viadri oſtijs obiecto; verſus boream non procul à mari Glaciali; ad ortum, Ruſſia Neugardenſe terminatur: à gradu lat. 55. vſq; ad 73. long. 35. vſq; ad 58. è mári. Prouinciæ aliæ Gothicæ ſunt, vt Ostrgothia, cuius Lincopia metropolis: VVeſtgothia, lacu Vetere ab orientali ſeiuncta, cuius Scara epiſcopi ſedes: Auſtralis Gothia ſeu Smalandia, Tuiſcia, Verendia, cuius Vexio præcipuum oppidum eſt: Moringia, & inſula Oelandia, Smalandiæ in long. 18. mil. obiecta, & in totidem παροικίας diſtincta, & arce Borgholm munita. aliæ Noricæ ſeu Svecicæ ſunt, Oplandia, cuius Vpſalia & Stocholmia metropoles. ac Stocholmia, per VValdemarum regem, circa A. C. 1250. in inſula ſinus Meleri condita, hoc tempore, ſedes & arx totius regni præcipua, & emporium frequens ac celeberrimum eſt, ad communicationem mercium, per lacum Melerum, longè lateq;, velut brachijs ſe in mediterranea ſpargentem, & multos ex diuerſis regni prouincijs fluuios recipientem, maximè commodum: per quos, in procul diſſita loca, merces ex Germania & alijs gentibus aduectæ, facilè nauibus diſtribui, ac viciſſim Sueciæ merces retrò deferri queunt. Aditus ex mari Eoo per anguſtas fauces profundiſſimo alueo patet. & tribus ab vrbe milliaribus ad ortum, Turris firmiſſima VVaxholmia, & è regione tigna in fundum fiſtucis adacta & ſublicis firmata, ſic ingreſſum arctant, vt inuitis regijs præfectis, in ea excubantibus, nullæ ingredi aut egredi naues poſſint.

Meridianæ Meleri ripæ, Svdermanniæ opida, Telgö, Strengenes, epiſcopi ſedes, & arx Gryphisholma adiacent. Nericiæ, Orebrö arx præcipua eſt. Occaſum verſus VVeſmannia regio, & vrbes Arosia & Arboga lacui incumbunt. Inde verſus occaſum æſtiuum, Dalia, occidua, Eoa, & Solies Dalia (à lacu longo quinq; mill. Suecica, qui Solian dicitur, & inſulæ in medio ſitæ, vnum milliare longæ, centum inquilinis inhabitatæ, Solloroon dictæ, nomen indidit) quæ tres prouinciæ ſub epiſcopi Aroſienſis inſpectione ſitæ, vnà cum maiore parte prouinciarum Montanarum, vbi omnis generis metalla effodiuntur, quæ venæ minerales, ortum verſus ad mare Balthicum & ſinus Helſingiæ & Gioſienſes ſeſe extendunt, occaſum verſus per VVermelandiam ad Oceanum occidentalem ferè nuſquam interruptæ, vbi non metalli aliquid, argenti, cupri, plumbi, ferri, chalybis, ſiue ſulphuris effodiatur, porrectæ ſunt. 4

Oplandiæ, verſus boream finitima, Geſtricia, inde Helſingia, poſt Midelpadia, vlterius Angermannia borea & notia. Inde NortBotnia, in VVeſtBothniam & OſtBothniam diuiſa, longo terrarum tractu diffuſæ prouinciæ. Tandem boream verſus Scrifinnia, Lapponia, Biarmia. Has propriè regni Suecorum prouincias antiquas, plerasq, ſinus Botnicus, ex Balthico, in boream, rectà Toroniam, & vltra circulum arcticum porrectus, à Finlandia ampliſſima peninſula, dirimit. Quæ trianguli figuram referens, cuius apicem Alandiæ inſulæ verſus meridiem tenent, & Abo epiſcopi ſedes: latera duo, mari Bothnico & Finnico ſeu Venedico terminata, ſingula ferè 150. mill. German. complectuntur. baſis, eiuſdem longitudinis, à ſinu Bothnico, ad extremam Finnici oram porrecta, ad VViburgum vſque, circulo arctico ſubiectum pertinet. Diuiditur Finlandia in Notiam & boream. quibus Naragundia ſuperior & inferior, Sauoloſia, Tauaſtia, Finnonicæ regiones late patentes adiunctæ ſunt.

Inde trans Finnicum ſinum, Corelia, cuius Kexholm metropolis eſt: & meridi-

em ver-

uersus; VVotzchouia, in qua Lovvati fl. Nouogardiam allabentis, quem Nr accolæ vocant, ostium supra Coporam: Ingria, cuius Iamnagrod: & Solonscia, cuius Iamogrod è regione Neruæ, arces sunt præcipuæ. His contiguæ versus meridiem sunt Livonicæ Esthonum prouinciæ, à Nerua ad Reualiam & Parnouiam vsq; pertinentes: Allentacia, cuius Nerua, VVrzia, cuius VVesenberga: Harria, cuius Reualia metropolis; Ieruia, cuius Vittenstein; VVichia, cuius Habsal episcopi sedes & insula Dagen. Quæ regiones trans Finnicum sinum pleræq; omnes, Ioannis III. regis virtute ac felicitate regno Suecorum nostra memoria primùm accreuerunt. cùm Reualia se sponte Erico XIIII. Suecorum regi subiecisset, anno 1561. 1581.

Amplissimum hoc & antiquissimum Suecorum & Gothorum regnum, aliquot seculis, per indigenas ac domesticos Reges, gubernatum, ducentos ferè continuos annos, ex posteris S. Erici reges: perpetua serie habuit. quam breui tabella oculis lectorum spectandam subijcio.

S. ERICVS, eius nominis X. Rex Sueciæ, qui templum Vpsaliense condidit, & Finlandiam, Moschis antea parentem, Regno Sueciæ primus adiunxit, circa annum Christi 1150.

Canutus A. C. 1168. — VValdemarus I. rex Daniæ.

Ericus XI. 1210. — Richesa.

Ericus XII. Balbus A. C. 1222. — Ingelburga — Byrgerus dux Ostgothiæ.

VValdemarus rex 1250. vrbis Stockholmiæ conditor. — MAGNVS A. C. 1277.

ERICVS Rex 1290 VViburgum condidit, & Careliam regno Sueciæ adiecit. — Ericus. — VValdemarus.

Magnus dux, capite plexus à senatu regni 1326. — MAGNVS Sineeh, electus, initio felix & florens, Sueciæ & Norvvegiæ rex, tandem à proceribus depositus, & ab Alberto, sororis filio, pulsus, 1363. — Euphemia, nupta Alberto I. duci Magapolitano A. C. 1336.

Ericus. — HAQVINVS rex Norvvegiæ, cuius vxor fuit MARGARITA Daniæ regina, VValdemari IIII. filia. — ALBERTVS rex Sueciæ 1363. captus 1387.

Olaus, cui 1387. defuncto mater Margarita successit.

Per hos indigenas & domesticos reges cùm aliquot seculis Suecia fortiter & feliciter defensa & amplificata esset: tandem ad Daniæ Reges summum Imperij ἀξίωμα peruenit, sub quibus, annis amplius centum, iam aliquantisper obtemperans, iam eosdem prætextu non seruatarum legum in coronatione iuratarum excutiens, fluctuauit. Occasio hæc fuit.

Cùm Magnum regem, ducis Erici filium, S. Erici regis trinepotem, Sueci, ob libidines & crudelitatem, remouissent: præterito illius filio, Haquino Norvvegiæ rege, quod patris tyrannidi non aduersari videretur, ad sororis filium Albertum Ducem Megapolitanum, Alberti primi ducis filium, certis conditionibus, quæ in Coronationis Iuramento regibus proponi solent, regnum Sueciæ detulerunt. Qui cùm aliquandiu iustè & clementer regnum administrasset: tandem ob creditas exteris arces & magistratus, & inusitatas regno exactiones: quodq; tertiam prædiorum, quæ episcopi ecclesiæ, & nobiles tenebant, partem, ad Regis cameram transferre moliretur, nec à proposito se abduci pateretur: regni proceres à se abalienauit. quorum multi, Sueno regi datam renunciantes, MARGARITÆ Daniæ reginæ se addixerunt. Quæ mariti Haquini Norvvegiæ regis, & patris VValdemari IIII. Daniæ regis mortui, vtrumque regnum adepta tenebat. cui, cùm ob receptos rebelles, & alias causas, 1363.

bellum Albertus Sueciæ rex inferret: ductu & auxilijs eorundem Sueciæ procerum, qui deserto Alberto, ad eam transierant, captus est: & post septennium tandem, per-
21. Septem. soluto lytro dimissus in paternam ditionem suam Megapolitanam redijt.

1387. Sueci dehinc, MARGARITAM Daniæ & Norvvegiæ reginam, post multas in comi-
1395. tijs disceptationes, cùm illa clementer illorum postulatis & conditionibus assensisset & subscripsisset, SVECIÆ etiam Reginam designarunt. Quæ deinde habito Calmarniæ trium regnorum borealium conuentu, communi procerum consilio & assensu, quò sanciretur impetrauit, vt deinceps sempiterni fœderis ac vnionis vinculo, tria hæc regna coniuncta perpetuò manerent, & saluis singulorum legibus, ac consuetudinibus cæteris, inprimis verò vt præfecturæ, iudicia, & officia publica, in Suecia & Norvve- 1
gia, per indigenas regni, non per exteros administrarentur, & vnius imperio semper parerent, & ab vno rege, quem quoties opus esset, in oppido Hallandiæ Helmstadt, idq; ob vicinitatem trium prædictorum regnorum, conuenientes, communibus suffragijs eligerent, in perpetuum gubernarentur. Deinde, Ericum, sororis suæ Ingelburgis ex filia nepotem (Ingelburgis enim, Henrico Duci Megapol. Alberti captiui regis fratri nuptæ, filia Maria, VVartislao VII. duci Pomeraniæ coniugio iuncta, Ericum hunc, orientalis Pomeraniæ Ducem genuit) in filium adoptatum, Margarita, Sueciæ regem, Sueciæ senatoribus consentientibus, fecit. ac, vt se mortua, trium orbis arctoi regnorum, vnus rex esset, cum consensu procerum trium regnorum sanciuit. Ericus
1412. cùm quadraginta tribus annis, Sueciæ primùm, & Margarita mortua, Daniæ etiam & 2
Norvvegiæ, rex fuisset; tandem Engelberto Dalacarlo Suecos in libertatem excussis Danicis præfectis vindicante, & alijs offensionibus in Daniæ regno accidentibus,
1438. sponte relicta regnorum administratione, in Gotlandiam se contulit, ac in patriam Pomeraniam cursum deflexit, & viginti adhuc annos, in ocio & quiete priuatus vixit.

Cùm autem Dani, post discessum Erici, nepotem illius ex sorore, CHRISTOPHO-
1439. rum Palatinum, Ioannis filium, Ruperti Imp. nepotem, regem elegissent: Sueci adfirmantes, se inscijs, certè non interrogatis antea, regem hunc accitum; ideoq; à vinculo vnionis trium regnorum se quoque solutos esse, CAROLUM Canuti VVestGothum, Finlandiæ gubernatorem, regniq; Marscalcum, sapientia, nobilitate, virtute & opibus præstantem, Gubernatorem constituunt. ac legato Christophori re- 3
spondent, Regem suum Ericum adhuc viuere, cui, si legibus regni iuratis pareat, se quoque libenter deinceps parituros esse. postea cùm Calmarniæ trium Arctoi orbis regnorum proceres de publicæ pacis negocio deliberaturi conuenissent, archiepiscopus Lundensis, & Nicolaus, Caroli Canuti gener, à Danico senatu ablegati, prolixè & magnificè Christophori recens à se electi Heroicam bonitatem, clementiam, cæterasq; virtutes prædicabant. Nicolaus etiam priuatim cum socero agit, vt odiosum nomen regis, priore rege adhuc viuente, Christophoro relinquat. qui nomine regis contentus, Carolo summam Imperij potestatem nihilominus permittere, ipsiusque consilijs, omnibus in rebus ad gubernationem regni spectantibus, parêre de-
1442. creuerit. Itaque paulò post, Nicolao Raualdo, archiepiscopo Vpsalense præcipuè 4
die Laurentij. negocium vrgente, CHRISTOPHORUS, confirmatis Suecorum priuilegijs, Vpsaliæ coronatus est. Quo mortuo, Sueci exteros reges denuò fastidientes, Carolum Canu-
1449. ti Sueciæ regem constituerunt. qui, cum Gotlandiam insulam, à rege Erico adhuc possessam, sola arce VVisburgense excepta, occupasset; Christianus eius nominis primus, Daniæ rex, ab Erico vocatus, maturè aduectis copijs, arcem & Ericum obsidione liberauit, & Danicæ coronæ Gotlandiam adiunxit. Cùm autem Carolus inte-
stinis dissensionibus & procerum aliquot rebellione, quorum arch. Vpsal. dux erat,
1457. electus, Dantiscum emigrasset: Sueci, annitente maxime Ioanne Benedicti archiepiscopo Vpsalense, rursum se Danorum societati aggregantes, Christianum in Sueciam euocatum regem susceperunt, eoq; post septennium, ob præfectos arcibus & offi- 6
1464. cijs externos, pro libidine dominantes, rursum relicto, Carolum reuocarunt. Cui, anno 1470. rebus humanis exemto, STENONEM Sture, Gostaui filium, ex Caroli regis sorore Birgitta natum, cuius moderationem, sapientiam, æquitatem & modestiam singularem Sueci prædicant, Gubernatoris nomine sufficiunt.

Amun-



Ioannes autem statim sub initia Stenonis, Christianus, Daniæ rex, exercitum ad mœnia Stocholmiæ infelici ac irrito conatu duxit: tamen toto vitæ tempore deinceps in regno Sueciæ armis repetendo abstinuit. Verùm eo mortuo, conuentus senatorij ordinis trium regnorum Helmstadiæ indictus est, vt de Ioanne, Christiani filio, rege creando constitueretur. ad quem conuentum Sueci, quòd à Ioanne abhorrerent, non accedendum sibi esse iudicarunt. Norici verò præsentes, communem cum Danis regem Ioannem agnouerunt. 1482.

Postea vrgente Ioanne vnionem trium orbis Arctoi regnorum olim sancitam instaurari: alter conuentus cum Suecis Calmariæ institutus est, in quo IOANNEM Regem, Sueci etiam receperunt certis conditionibus, quas amplius 50. articulis explicatas prolixis literis Calmariæ datis, comprehenderunt. Suecorum commissarij in eo conuentu cum plena totius regni potestate fuerunt. Henricus episcopus Lincopensis, STENO Stur de Gryphisholm, regni Gubernator, Iuarus Axilli, Acho Iohannis legifer Sudermanniæ, Turo Turonis legifer Olandiæ, Ioannes Achonis legifer Nericiæ, Aruidus Trolle de Berquara legifer Ostrogothiæ, Carolus Benedicti, Magnus Caroli, Nicolaus Caroli, Georgius Achonis, Suanto Nicolai, Aruidus Canuti legifer prouinciæ X. territoriorum. Ex Danici verò & Norici regni Legatis præcipui erant, Carolus episcopus Othonienſis, Nicolaus Ronau, Ericus Vddonis, Eggerdus Crummendich, Eschillus Goie, equites aurati, & alij Daniæ ac Norvvegiæ regnorum consiliarij. 1483. 7. Septemb.

Capita articulorum præcipua erant: primùm de religione & ecclesiarum priuilegijs ac immunitatibus conseruandis. de Gubernatione trium regnorum iuxta singulorum leges & consuetudines veteres instituenda. de exteris nullis inter consiliarios recipiendis, sed ditionibus, arcibus & feudis, per solos indigenas regendis. nec absq; Senatus regni consensu vlli oppignorandis, alienandis, vel imminuendis. de saluo conductu nemini petenti negando. vt beneficia ecclesiastica & parœcias nulli nisi indigenæ atq; idonei obtineant. Regno Norvvegiæ, à Christiano adempta, coronæ libera restituantur. de Gotlandia cum Suecis controuersia iure vel arbitris finiatur. Stenoni Stur, Nicolao Stur, Iuaro Axilli, præteritarum offensionum impunitatem suo & matris Dorotheæ ac fratris Friderici nomine promittit. Nullum in turres, aliumue

carcerem coniiciet, niſi antea legitimè, eo in regno, vbi delictum admiſſum eſt, conuictus fuerit. Quod ſi contra leges ac Ius, vlli iniuriam facere rex moliatur, regnotum incolæ ſaluo honore aduerſari poterunt. Nulla tributa vel exactiones in regno nouas, niſi ex Senatus regni conſilio, plebi vel oppidis imponet. Nulla edicta, ſine plerorumq; Senatus regni conſilio promulgabit, nec promulgata laxabit. Iudicia ruri exerceri ſolita, prætorum, legiferorum, non impediet. eccleſiaſticos ad ciuilia iudicia non euocari patietur. Bellum nullum, ſine communi trium regnorum conſilio & aſſenſu, mouebit, nec militem externum in regna attrahet. Regni theſauros, literas, & reditus, nuſquam ex regno euehet. Suas & patris literas & obligationes liberabit. Annum vnum in Dania, alterum in Suecia, tertium in Norvvegia conſumet: & donec 1
commorabitur, magiſtrum aulæ, Marſcalcum, cancellarium, & cæteros aulicos, ex regni illius indigenis habebit: aulicos miniſtros, epiſcopis, cœnobijs, & vaſallis, alendos non imponet. Exteris ciuitatibus priuilegia nulla confirmabit, vel noua tribuet, ſine ſenatus regni illius conſilio. Abſente rege, tres ex ſenatu illius regni, ſupremam Iuris adminiſtrationem tenebunt. In regno Sueciæ, quatuor ſenatoribus, duobus eccleſiaſticis, & totidem politicis, omnium eius regni arcium præfecturas, & totam gubernationem concredet. Qui etiam conuocandi Senatus regni ius habebunt, & interregni tempore, regno præerunt. Spoliati ſuis bonis ante omnia reſtituentur. pro amiſſis in bello literis, rex nouas, cum Senatus regni conſilio, ſubſtituet. Singulis annis tres ex quolibet regno, epiſcopus & duo equites, die S. Olai conuenient, qui de re- 2
gnorum concordia fouenda deliberent, & an hi articuli, ſingulis in regnis, ſicut oportet, ſeruentur, examinent. Proſcripti vno in regno iuſtis de cauſis, & fugitiui miniſtri, in alijs non recipientur. Cuilibet prædia ſua, munire pro arbitrio; & à rege aduenien-
te, priuſquam ingrediatur, cautionem petere; præterea incidentes in regis indignationem recipere liceat, vt diem impetrent, donec ſe tutos ſiſtere in iudicio poſſint. Quod ſi contra expoſitos articulos, Rex quidquam committere, vel per alios deſignare, auſus fuerit, vniuerſus Regni Senatus, epiſcopi, prælati, equites, nobiles, ciues, & vulgus, Regi aduerſari, ſub ipſorum honore & iuramento tenebuntur, neque idcirco quidquam in regem vel coronam vel alium quemcunque delinquent. Hos articulos, & alios, de Gotlandiæ controuerſia amicè vel iure componenda, Item de Scho- 3
ningia, Schordalia, Suarto. Sueci Calmarniæ tunc regem Ioannem, per legatos amplexum eſſe & confirmaſſe aſſirmant. Quos cùm tardius impleret, à Stenone Gubernatore regno excluſum, Moſchos aduerſus Sueciæ regnum concitaſſe.

Ita cum vtrinq; vrgerentur Sueci, & ab oriente potentiſſimum Ruſſorum monarcham IOANNEM: ab occaſu Daniæ regem, infeſtos haberent: multi ex nobilitate Regem recipiendum eſſe ſtatuebant, quem omnia, quæ tranſacta erant, conſtanter ſeruaturum, & Moſchos placaturum eſſe ſperabant. Hæc cùm aliquot annos, inter Sueciæ regni Senatores & proceres diſputata fuiſſent: tandem legatos ad regem accerſendum, Nicolaum Boonis, & Aruidum Trolle, deſignant. cui tamen decreto, Gubernator regni Steno aſſentiri recuſauit. nam etſi in Ioannis regis electionem 4
initio conſenſerat: tamen, præter reliquorum conſiliariorum voluntatem, diutius iuſto eum prætextu conditionum ab eo non impletarum, à regno arcuit. Sed veræ conſilij ipſius cauſæ fuerunt, quod periculoſum iudicaret, principi ſibi minus fauenti, cuius patrem regno denegato, eundemque ipſum toties offenderat, in regio ſolio collocato, ſupplicem fieri, & ſe ſuasq; fortunas omnes committere, tum etiam quod inimicis ac hoſtibus, quos in regno multos habebat, ſe poteſtate priuatum, magis obnoxium fore perſpiceret.

Cùm autem pertinacius in ſententia Steno, Senatu regni aduerſante, perſeuera-
1497. ret: tandem ab officio Gubernatoris ſenatores eum remouerunt, idq; publicis literis
ineunte. ad omnes regni ordines teſtatum fecerunt. Opponit Steno, ſe non antè magiſtratu 5
abiturum, quam omnes regni ordines ſimul congregatos audiat, cum quibus multa ad totius regni ſalutem pertinentia, communicare cupiat. Hinc ad arma ventum eſt: Iacobo archiepiſcopo Vpſalenſi & epiſcopis ac nobilitate præcipua, conſiliarijs coniuncta. Populo autem & plebe Stenonis partes fideliter tuente.

Hac

Hac occasione, Ioannes Daniæ rex, classe armata Calmarniam appulit, vbi à legatis Regni, Nicolao & Arvvido, nomine Senatus regni, exceptus, Calmarniam & Berckholmum arces, sponte ei nomine senatus traditas, occupauit. Inde in sibu Holmensi militem exponens, Stenonis exercitum incautum propè pontem Rotebroensem adortus, multis cæsis profligauit. Dalacarlorum etiam copias, quæ cum Stenone se coniunctura erant, Guardiæ milites, à Ioanne adducti, prælio cruento ceciderunt.

Sic à fortuna destitutus Steno, qui Stocholmiam metropolin tenebat, cum cæteris regni ordinibus, Ioannem regem agnoscit: &, promissâ ipsi à rege præteritorum iniuriarum, vrbem Stocholmiam ei patefacit, vbi corona regni, solennibus auspiciis IOANNES insignitus est. Cùm autem grauissimè Stenonem Iacobus Archiepiscopus Vpsalensis & coniuncti proceres, de illatis iniurijs, damnis, cædibus, incendijs, coram rege accusarent: rex singulari clementia & moderatione per decretum, ex officio, memoriam iniuriarum omnium aboleuit. ac ne cuiquam gesti principatus sui rationem reddere Steno deinceps cogatur, sancit. Inde constitutis in Suecia rebus ad regni gubernationem pertinentibus, in Daniam se rursum confert. 1497. 26. Nouemb.

Reuersus, coniugem Christinam, Ernesti Saxoniæ ducis filiam, coronari Sueciæ reginam curat. inde per regni prouincias præcipuas circumductus, filium Christiernum, circa Pentecosten, in Sueciam venientem excipit. Quem regni proceres, regem Sueciæ patri successurum eligunt. Quam electionem, literis solennibus, Steno Sture, Gubernator: Ericus Iohannis, Gostaui regis pater: Suanto Nicolai, & cæteri proceres, confirmant. His confectis, ex Suecia ad belli Ditmarsici apparatum Ioannes profectus est, Stenoni ac cæteris ex senatu regni delectis, Reipublicæ Sueciæ gubernationem commendans. Quam inter has mutationes Steno singulari prudentia & moderatione retinuit. 1499. ineunte.

FINIS.

SAXO-

SAXONIAE
LIBER
QVINTVS,
Ab anno Chriſti 1501.
vſque ad 1506.

Generoſis & Illuſtribus Dominis,

D. NICOLAO GYLDENSTERN, BARONI IN LVNDHOLM ET FOLLEVVICK, REGNI Sueciæ Cancellario, & Gubernatori Smalandiæ: &

D. ERICO SPARRE, DOMINO DE SVNDBY, &c. REGNI SVECIÆ Procancellario, Gubernatori VVeſmanniæ, Daliæ, & Montanorum,

Dominis & patronis colendis

HISTORIAM STENONIS SVECIÆ GVBERNATORIS, ET, quæ in poſtrema vita eius tempora inciderunt, res in Germania & vicinis gentibus actas,

Reuerenter nuncupat

Dauid Chytræus.

ANNO

ANNO M. D. I. semina belli, quod cum Ioanne, Danorum rege, Lubecenses postea gesserunt, primùm sparsa sunt. cùm Ioannes, fœda clade à Ditmarsis superiore anno accepta, in Sueciam cum coniuge Christina Ernesti electoris Saxoniæ filia, profectus: deinde, rebellionem Suecis, ob præfectos arcibus non indigenas, sed externos, eorumq; in subditos auaritiam & crudelitatem: & alios articulos in coronatione iuratos, quos violatos Sueci querebantur, molientibus; subitò, relicta Stocholmiæ cum præsidio coniuge, enauigans, commercia & importationes commeatuum in Sueciam à Lubecensibus intermitti frustra flagitaret. Sueci enim, duce Stenone Sturo, gubernatore suo, post subitum Ioannis ex Suecia discessum: Holmiam, refugientibus in arcem Danis occuparunt, & reginam Danicam in arce obsessam, & fame ad deditionem tandem compulsam, in monasterium VVasteen, vbi ipsa, vt erat fœmina religiosa, dum in Suecorum potestate esset, viuere malebat, deduxerunt, ac, vt regem Ioannem à reditu in Sueciam eo anno auerterent, magnos in Norvvegia tumultus factioforum quorundam opera concitarunt, & Nidrosiam archiepiscopi sedem iam tenebant. Hos Norvvegiæ motus vt sedaret Ioannes, Christiernum filium, qui postea regnauit, cum copijs eò misit, qui primum militiæ & seueritatis suæ tyrocinium in ea expeditione edidit, cùm ejectis Suecis, grauissimè in socios conspirationis animaduertit, & flore nobilitatis Noricæ magna ex parte extincto, libertatem regni illius reliquam oppressit. Cùm igitur anno post cladem in Ditmarsia acceptam proximo, rex Ioannes cum coniuge in Sueciam rediret: STENO Sueciæ Gubernator, ad regni fines, officij causa occurrens, eum excipit, & per prouincias regni pacatas & tranquillas deducit. sperans præsentiam Regis, & Reipublicæ negotijs multis, cum Moscho inprimis, Suecorum hoste, quo amico rex vtebatur, ex regni dignitate componendis; & grauaminibus, quæ contra leges in receptione ac coronatione Regis iuratas irrepserant, autoritate regia tollendis, & intestinis simultatibus, quæ inter Stenonem & archiepiscopum aliosque primates regni, ob abolitionem Decreti Regij de ἀμνηστία ante quadriennium promulgati, à summo pontifice, archiepiscopo procurante, factam, recrudescebant; sedandis, plurimùm profuturam esse.

M. D. I.

Cùm autem in itinere plures subinde nobiles officij & honoris causa, ad deducendum regem, Stenoni se adiungerent: cum quibus colloqui sæpè, & familiarius forte quàm cum Danis conuersari videbatur: familiares regis, qui alioquin Stenonem oderant, vt amorem & fidem regi suam euidentius ostenderent, & solicitudinem de ipsius salute suam demonstrarent: atrocissimam hanc suspicionem regi instillant, Stenonem clandestina cum Suecis consilia de opprimendo & tollendo rege communicare. proinde sedulò regi prouidendum, ne opinione sua citius cum suis circumuentus per insidias cõprehendatur. Magnis igitur itineribus Holmiam rex contendit. Steno, etsi animum regis à se prorsus alienatum videbat, nihilominus officium regi suum in comitatu deducendo præstat. nec ante quàm ad Holmiæ viciniam peruentum esset, postrema nocte ab eo discedit.

Rex Senatum & nobilitatem regni, ad se Holmiam euocat. Steno fidei publicæ literis antea sibi caueri petit. Quas priusquam rex daret, præsentibus ex regni senatu, suspicionem de Stenone suam exponit, eosque Iudices se ferre posse ostendit, an quid vnquam contra regni iura, leges, priuilegia, consuetudines laudabiles tentasset aut commisisset. postea cùm ad dicendam causam primùm vocari Stenonem, & coràm audiri oportere, Senatores, de se omnia debitæ obedientiæ officia regi pollicentes, censuissent: rex datis salui conductus literis, Stenonem denuò vocat. Is Hemmingo Gaddo episcopo Lincopensi, Suantone Nicolai, Canuto Alfson & alijs proceribus sibi coniunctis comitatus, Holmiam venit. Vocatus à rege in arcem, vt se purgaret in senatu regni, & quibus in rebus libertatem & priuilegia regni Sueciæ à rege violata existimaret, liberè exponeret: acceptis obsidibus, data coram rege dicendi fultate, multa primùm de suspicione, in quam à suis inimicis falsò traductus apud regem venisset, commemorans: discessisse se ex comitatu regis Stochol-

M. D. I. miam ingreſſuri, non ante petita illius venia fatetur: non quòd inſidiarum regi ſtructarum, vlliusue criminis aduerſus regem commiſſi, particeps eſſet: verùm vt ſecuritati ſuæ conſuleret, donec legitimè ſe purgare & fidei erga regem ſuæ integritatem demonſtrare poſſet. Id cùm nunc in publico ſenatus regni conſeſſu, præſentibus tot grauiſſimis viris, orationis ſuæ teſtibus futuris, ſibi licere videat: toto ſe pectore Deo & Regiæ Mti. gratias agere, ac ſi receſſione illa regem alicubi offenderit, ſubiectiſſimè orare regem, vt clementer condonet. Deinde innocentia ſua multis teſtimonijs probata, non ſe præſtare poſſe, quod æmuli aut inimici de ſe fingant & loquantur, verùm culpa omni eius criminis, cuius ſuſpicio regi inſtillata ſit, ſe vacare, concludit. Cæterùm quòd iuſſus ſit, capita priuilegiorum regni violata indicare, moleſtum & 1
graue ſibi & alijs regni optimatibus accidere, quòd contra Calmarnienſis receſſus conuenta, regni Sueciæ arcibus & prouincijs, non nobiles indigenæ, ſed externi, Dani & Germani præficiantur: quodq; hi crudeliter & immaniter, nobilitatem & populum tractent, idq; commemoratis aliquot exemplis, & in his Ioannis Falſteri Oerebroenſis præfecti, à quo Platingus nobilis innocens in crucem ſublatus ſit, & ſimilibus oſtendit, pluraq; alia in coronatione à rege promiſſa & iurata, executioni debitæ nondum data eſſe, queritur. Quæ emendari & corrigi ſubiectiſſimè petit. Quo beneficio impetrato, ſe cæterosq; regni optimates, regi, omnibus in rebus, quæ ad dignitatem & ſalutem regis pertineant, fideliter ſeruire omnibus ſuis facultatibus, corporibus & ſanguine profuſo, paratos eſſe. 2

Cùm autem à rege, ſuſpicionem de inſidijs vitæ illius à Stenone ſtructis, non deponi; verùm quotidianis familiarium ſermonibus, tanquam facibus admotis, odium illius ardentius inflammari, Steno animaduerteret: & deliberationes de grauaminib. regni tollendis, & pactis vtrinq; ſeruandis, ac externis præfectis ex prouincijs & arcibus regni Sueciæ remouendis, prorſus abrumpi, ac ſe, ſuosq; amicos, regni conſiliarios, pro hoſtibus à rege haberi, exiſtimaret: Steno Holmiâ diſcedit. & proceres regni, quibus Reipublicæ Sueciæ libertas & ſalus curæ ſit, allegato conuentionis Calmarnienſis articulo, per quem ſub honore & iuramento ſuo, regni proceres, regi priuilegia regni violanti, aduerſari teneantur: VVaſtenum conuocat. vbi communicatis conſilijs, literas ad Regem mittunt, quibus querelas de præfectis Danicis, con- 3
tra articulos in electione iuratos, ditionibus & arcibus impoſitis; & deliberationibus publicis, ad tollenda Grauamina inſtitutis, nuda & inani ſuſpicione perturbatis & abruptis; & ſpe emendationis omni præciſa, repetunt. Ideoq; vigore articuli pactionis Calmarnienſis, ſub honore & iuramento ſuo, ſe teneri, vt ipſi aduerſentur, & obedientiam ac fidem in hoc caſu ſuam, ipſi renuntient, & aduerſus præfectorum ipſius exterorum tyrannidem, cùm iure non poſſint, vi & armis ſe defendant.

Quibus literis acceptis Rex, nec ad bellum aperto Marte gerendum, nec ſuſtinendam obſidionem ſatis virium ſe in præſentia habere iudicans: ciues ad conſtantiam & fidem ſibi iuratam, nullius periculi metu violandam, hortatur. Reginam inuitam & mœſtam, in arce Holmenſi, duobus militum ſignis munita, relinquit, ac mox ſe 4
maiore comparato exercitu rediturum adfirmans, in Daniam abnauigat.

Steno interea regni Gubernator, arces regni Sueciæ, quibus præfecti Dani præerant, in poteſtatem redigit. ac inter primas, Orebroam, reginæ arcem dotalitiam, cuius præfectus Ioannes Falſterus, paulò ante Haraldum Platingum, Stenonis amicum fidiſſimum, in furca ſtrangularat, obſeſſam expugnat, captumq; Falſterum Arbogam mittit. Ad Holmiam poſtridie Michaëlis accedit. Quam, excitato in vrbe incendio, patefactis per conſcios portis, ingreſſus, occupat. Reginam in arce, omni commeatu intercluſo, circumſidet. Rex, qui iam ſaluus in Daniam appulerat, cùm certior de his factus eſſet, vlciſci quidem has iniurias, & reginam obſidionis periculis liberare cupiebat. ſed cùm inſtantis hyemis rigore claſſis expeditio impediretur: literis Stenonem & alios monere non deſiſtit, vt arma deponerent, ſe paratum fore cum ipſo iure tranſigere, vel ſi quicquam ab ipſo aut eius præfectis, contra pacta commiſſum eſſet, id emendaturum ſarciturumq;: inſuper etiam omnes articulos, qui pacificationi inſerti reperirentur tam de publicis quàm priuatis rebus, ſanctè ſeruaturum. Verùm illi,

verbis

vetus utique, & Ducibus suis Regibus, quos Reges appellant, obsequentissima. At ut, quæ, consensus odii omnium regum, diuersa tandem inuidia & metuendi periculi ratione, in vnum Regem Hispaniarum, & Indiarum, nouitiæ Monarchiæ, conuersa regna facile in potestatem Serenissimi, cum tot deditis. Hæc in Senea peritissimi mundi scriptoris, & Principum politicus, & fortes & acres bellatores, quos Cæsar, & Augustus Bathici huius interni cultores, ac in his Lysacæ paruipuli, imitatores, vtilitas cognouerit.

Vbi vero in Saxia metropolin regni Sueciæ non occupat in Saxonia Ducatum, Hermion des Brodericenfis Comes, genere hodie quoque Baronis Lundæ, regio consilio, Mini Hostiæ, Chirilliophoræ, aliisque dotibus ornatissimum, quem amicitia, simplex humanitas dicit adeoque Gallus, Italus, Germanus connaturales accubitus, & vicinus vitus Virgilio Batauus, qui circa aut Rodamum, vel Scaldim fluuium, Lugdunum, Prisiam vt Batauiam dicas, Amstelodamum, Batauiæ amœnum præcipuum, quod Amstelodamum ex eo situs, & duas aceres, idem, quod mercibus, & Commercio, Amstelodamum, Antuerpiæ, Lugdunum, quæ ne hic prætereatis non erunt. nec hic ecclesiarum curandus tandem & vbi habeant regni Sueciæ Archiepiscopum, vt non centum vnius ciuitatis ecclesiarum, sed ciuitatum interitus prolem. Hoc ipsicio ad debitandum tempus, fidis & agentibus Ducibus, quibus Reges Hispaniarum, & Indiarum compiores. Progrediemur non hodie; cenabo cepe, incumbendo ante tempore sanandi, & in loca palatia, & vrbis, & regni, & Regis, & Reginæ circulo dedit, quem intuimur, & palatium, & rotundum collum, peruetusti frumentarie inopia, partim incolarum imitatione, & Regis Hispaniarum, & Indiarum, quem Cæsar, & Augustus Bathici huius interni cultores, & in his Lysacæ paruipuli, imitatores.

Vrbis ædificiorum Hostiæ, Ioannis comes, Ioannis Filius, Erici nepos: cuius Ioannis Comitis, & Ioannis Ducis Finlandiæ nullus hæres, & ad regni Sueciæ regnum hæredes & agnos fecere, cum quadragenta ita annos parata filio Ioannis Comitis, & Ioannis Finlandiæ Ducis, Sigismundo, & Regi Poloniæ, & Sueciæ, & Principi adoleſcentibus, matre Iemgardis, & ea nobili bellicosi comitis Ioannis filia, Simonis Ducis, comitum Lundensium filiorum & Principis quadragenta annorum Ingeburgis, ad cuius Heindelium matrem, & matrem ac patrem propinquitatis, & amicitiæ causam, Brunsuicensium Ducum & Ioannis patris, quod ad Ioannem Erici explorum tumultuose comitis causa eiiet, tum eos dicimus ex- 1733.
ire in quem. Sed Heindelium matrem propter reditum, ac Ioannis, Duis Finlandiæ soror, & ecclesiis ad consistoria pie confulunt. Ioannes vero militiam pedestrem, in Saxia & Omeria exercitatus, & Saxonicæ Gothicæ Saxiæ regni Sueciæ, cum contingeret mortui, ex qui Ioannes explosus Ostiæ. Monaldus. & Paulus, Ioannis, & Ioannis Finlandiæ Ducis, nepotes, & eloquentiæ excellens, quos Ioannes Erici Ioannes Ioannis Ioannes.

Ioannes Ericus, Ioannis filius, & Ioannes I. Ioannis, anno Christi 1496. prope Hostiæ Arcis confectionem landem, ex Henrico genitus, à patre Henrico Anspote & Ioannis, Ioannis, Ioannis Ericus Ioannes Ioannes, & ex illo genitus Ioannes Ioannes Ioannes

M. D. I. fecratus, poſteà anno 1144. monaſterium Hiericho fundauit. 11. VValo, quem VVichmannus arch. Magd. tempore Ottonis marchionis Brandeburg. inſtituit anno 1170. Rupertus ⊕ 1191. Lambertus 1205. Segebadus 1219. VVilelmus, ſub quo VViſtochienſis ciuitas muris cincta præſentis oppidi formam accepit 1244. Henricus I. à VVilbrando Magd. ordinatus ⊕ 1272. Henricus II. 1290. Hermannus nepos Ioannis I. marchionis Brandeburg. de familia Aſcaniorum, vno anno. Ioannes I. ⊕ 1304. Arnoldus 1312. Ioannes II. Reinerus 1319. Henricus III. 1325. Theodoricus 1340. Burcardus I. ex familia nobili à Bardeleben ab Ottone Landgrauio Häſs. arch. Magd. inſtitutus 1348. Burcardus II. comes à Linda 1370. Theodoricus, ſub quo, ad ſanguinem hoſtiæ, in pago VVilſenac anno 1383. die 24. Auguſti inuentum, concurrere populus cœpit, cuius Idoli ortus & interitus hiſtoriam, lectu dignam, D. MARTHÆUS Ludecus, eccl. Hauel. Decanus, nuper edidit. Iohannes III. OTTO Rohr 1401. Fridericus, Ioannes à Beuſt 1427. Conradus à Lintorff, ſub quo ſyluam VViſtochianam, ducum Megapol. præfecturæ VVredenhagen vicinam, Senatus VViſt. à Cœnobio Campen anno 1436. emit. cui cœnobio ad Rhenum ſito, VValdemarus marchio Brand. partim alijs titulis, partim pro redemptione animæ anno 1311. eam conceſſerat. ⊕ 1462. VVedigo Gans, cum vicino principe Vlrico Stargardenſe, & proprijs ſubditis tumultuatus eſt, Buſſo I. de Aluensleben, priuilegia & immunitates, à VVedicone vi ereptas, VVitſtochienſibus reſtituit. cui Otto à Konigsmarck, hoc anno 1501. menſe Auguſto ſucceſſit. Hanc ſeriem epiſcoporum 2
diœceſeos Hauelbergenſis, in qua olim nouem præpoſituræ fuerunt, à MARTHÆO Ludeco præſente collegij illius Decano, mecum communicatam: breuiter annotaui, vt cæteris epiſcoporum Saxoniæ catalogis, in metropoli, ab ijs, qui vellent, adiungeretur. Etſi enim in Heneto ſolo hæc epiſcopa per Ottonem primùm condita eſt: tamen
946. deductis in omnes has Henetorum, orientali Albis ripæ adiacentes regiones, Saxonum colonijs, & Henetorum lingua ferè deleta: merito Saxoniæ hic tractus, inter Albim & Viadrum & mare Balthicum interceptus, accenſetur. ſicut in vſitata noſtro tempore prouinciarum Germaniæ diſtributione, ſuperioris Saxoniæ circulo, Marchia & Pomerania includi ſolent.

Situm eſt autem Templum collegij Hauelb. cathedrale, & contiguæ canonicorum ædes, in monte edito, cuius radicem HAVELVS fl. nauigabilis & valde piſcoſus alluit. qui ex Megapolitana ditione primùm emanans, vbi Furſtenbergam oppidum præterijt, Buzouio Marchiæ Spondam defertur. infra quam, SVEVUM fl. ex montibus Boëmiæ, per Luſatiam ſuperiorem & inferiorem, & Berlinum, vbi marchionum Brand. aulæ ſedes eſt, meantem, duobus infra Berlinum milliaribus recipit: & Botzdamum, BRANDEburgum, Plaam, Pritzeruam, Rattenoam allabens, & Hauelbergam vrbem à monte dirimens, ad ſecundum ab vrbe lapidem, ſupra VVerbenam, ALBI miſcetur. ex quo, omnis generis merces, Hamburgâ & aliunde, in Marchiam & Luſatiam nauigijs, per Hauelum & Sueuum inuehuntur. 3

Extant autem in Chronico Hauelbergenſis eccleſiæ, de fundatione & ſitu collegij Hauelbergenſis, verſus quidam Rhythmici, & magna ex parte Leonini, quos diœceſis illius incolæ quidam adſcribi rogarunt. 4

Hauelbergenſis præclara eccleſia gaude,
Pro bonis varijs, diuina fungere laude.
Olim Plutonem, Ben, & Tricklaff coluiſti:
Nunc conuerſa manes (Deo laus) colonia Chriſti.
Rex Harlungorum quondam tua mœnia cinxit,
Te rex conuertit Carolus, & magnificauit.
Otto fundauit, dotauit, pontificauit.
Sanctus Norbertus te fecit relligioſam. 5

Albis

Albis vestitam tanquam sponsam speciosam,
Nobilis Ecclesia pra cunctis nobilitata,
Optimè fundata, stas firmiter adificata.
Ergo Deum lauda, qui te sic nobilitauit,
Et super Ecclesias vicinas magnificauit.
Non sis elata, sed respice significata
Nominis impositi, qua partim nomine riui,
Et partim montis, nunc Hauelberga vocaris,
In latis, humilem, qua sub pede, respice vallem,
Ac semper fluidum vicinum respice riuum,
Qui signat casum felicibus esse propinquum,
Cernens incursum, conuallem defere, sursum
Suspice: nam petra stas firmiter adificata,
Constituens cunctis caput esse fidelibus, ipsis
Præsertim Sclauis, nouiter fidei sociatis.
Primum Pontificem statuit tibi Cæsar Vdonem,
Vt dectis Sclauis referaret verba salutis.

M. D. I.

Eodem anno exeunte, Philippus, Belgarum princeps, Maximiliani Imp. filius, à Ferdinando Aragoniæ & Elisabetha Castiliæ regibus soceris, in Hispaniam vocatus, ut sibi, & Ioannæ coniugi suæ, Hispaniæ regum tunc natu maximæ, velut hæredibus, populorum Hispaniæ fidem sacramento adstringeret. Cùm enim Ioannes, Ferdinandi Aragonis, & Elisabethæ Castiliæ reginæ filius, cui Margarita Philippi soror nupta fuerat, adolescens extinctus esset: & soror illius Elisabeth primogenita, Emanueli Lusitaniæ regi nupta, sequenti anno Michaëlem enixa obijsset: qui bimus 1497.
anno proximè elapso, in prima infantia decesserat (successionis regnorum Hispaniæ 1498.
ius omne, in Ioannam Michaëlis materteram, inter superstites regum Hispaniæ fili- 1500.
os natu maximam, deuolutum erat. Hanc profectionis Hispanicæ causam cùm haberet Philippus, exeunte anno, iter per mediam Galliam fecit, cuius regem Ludoicum XII. sapientia & virtute præstantem, prouincijs suis Belgicis finitimum & sibi amicum, paulò ante nouæ affinitatis vinculo arctius obstrinxerat, Carolo filio suo infante nondum bimo, Ludoici filiæ Claudiæ, ex Anna Britannica susceptæ, infanti desponsato: cui dotis nomine rex ducatum Mediolanensem promittebat, cuius possessionem adulti peracto matrimonio tenerent. Exceptus autem summo cum honore à rege Ludoico Blesis mense Decembri, in Hispaniam tandem feliciter peruenit.

In Pomerania, Bugslaus X. cum marchione Ioachimo I. electore Brandeburgensi, hæreditarijs fœderibus & successionis pacto recens renouato, tertium filium maximum, qui nostris temporibus orientalem Pomeraniam placidè & tranquillè rexit, die 2. Decembris natum, suscepit.

In POLONIAM, anni initio, Schachmet, Tattarorum Zauolhensium Imp. legatos misit, qui cum rege Ioanne Alberto, & fratre illius Alexandro Lithuaniæ duce, fœdus contra Tattaros Præcopitas, qui iam aliquot annis in Poloniam & Lithuaniam incursiones crudeles fecerant, inierunt. quod Tattari, fusa super gladio nudo aqua, eaque hausta, his verbis adiectis confirmarunt: Quicunque pacta, ligam, fraternitatem violauerit, aut contra eam violandam insurrexerit, vel aliquippiam tentauerit, à frameis incidendus occidendusque pereat, & tanquam aqua defluat atque euanescat. Statim igitur missi cum ijs Polonorum & Lithuanorum legati, Tattaros; mortuo iam rege Ioanne Alberto adducunt. quorum Imp. Schachmet, qui primùm victor, tandem profligatus, à Lithuanis captus, & ad perpetuos carce-

M. D. I. res, vt ſupra breuiter diximus, damnatus eſt. Ioannes Albertus interea in Boruſſiam proficiſcens, vt Fridericum ducem Saxoniæ ordinis Teutonici magiſtrum, ad præſtandam ſibi fidem & ſubiectionem debitam cogeret, in primo aditu Boruſſiæ Turoni apoplexia ictus, anno ætatis quadrageſimo primo cælebs moritur. cui Alexander, magnus Lithuaniæ dux frater, ſucceſſit. qui paulò ante cum Liuoniæ magiſtro VValthero à Plettenb. aduerſus Ioannem Moſcouiæ regem ſocerum ſuum, qui circiter 60. mill. tractum Seuerienſem & alios ex Lithuaniæ ducatu genero ademptos occupabat: fœdus arctiſſimum inierat. & iam milites Germani & alij, ſtipendijs Alexandri conducti, magno numero in Lithuaniam confluebant. Sed in ipſo belli apparatu, nuncium de fratris morte accipiens, intermiſſa expeditione Moſchica, ad coronam regni in Polonia accipiendam proficiſcitur. Interea ſtipendiarij milites, non viſo Moſco, Lithuanorum terras potius quàm hoſtium depopulabantur.

17. Iunij.

LIVONIÆ autem princeps, VValtherus à Plettenberg, Heros fortiſſimus, etſi à Lithuanis deſertus erat, tamen ſingulari animi magnitudine & conſtantia, fines Ruſſorum, qui paulò ante in diœceſin Derbatenſem incurſiones fecerant, cum ſuis copijs exeunte Auguſto ingreſſus, triginta millium Ruſſorum exercitum equeſtrem profligauit, & arces Oſtrovvam in inſula Muddæ fl. perniciſſimi ſitam, Crotovvam, Iſenburgum, Ivvamgrodum, direptas incendit, & ineunte hieme copias ſuas, cùm dyſenteria laborare plerique cæpiſſent, in Liuoniam reductas, in hyberna diſtribuit. Ruſſi autem ſtatim reparato & aucto exercitu, ex improuiſo Liuoniam, dimiſſis militibus ſecuram, menſe Nouembri inuadunt & direptionibus, incendijs & captiuorum hominum ab actione crudeli, diœceſin Derbatenſem, VViriam & vicinos ordinis prouincias deuaſtarunt. Etſi autem conuenire ſubitò Liuoni non poterant; tamen, qui in præſidijs arcium erant ordinis præfecti, fortiſſimè ſe defendebant, & factis ſubindè eruptionibus, carptim Ruſſos cædebant, ſicut ad Helmedam, Dux exercitus Ruſſici, Alexander Dobelencius, cum 1500. cæſus eſt. eodem ferè tempore, quo in regno Neapolitano, quod proximis menſibus, Galliæ rex Ludoicus XII. (qui ducatum Mediolanenſem ſuperiore anno, Ludoico Sfortia ad Nouariam capto receperat) & Hiſpaniæ rex Ferdinandus Catholicus, Friderici regis Neapolitani ſobrinus ex æquo inter ſe partiti, per duces ſuos, Ludoicum Arminiacum & Ferdinandum Conſaluum occuparunt: Galli & Hiſpani de finibus prouinciæ Capitanatus diſſidere cœperunt. quam Aprutio olim coniunctam, & Aufido fl. ab Apulia diremptam, Galli ſuo regi, cui vrbs Neapolis cum Aprutio & Campania vſque ad Latij fines in partitione regni obtigiſſet, deberi contendebant. Hiſpani contra, cum noua diuiſione prouinciarum regni ab Alfonſo I. facta, inter tres Apuliæ partes, Capitanatus etiam, Hydruntinæ & Barenſi annumeraretur; ſuo regi eam vendicabant. ex qua diſſenſione apertum bellum ſequenti anno exarſit. vt ſane infelix & miſera eo tempore regni Neapolitani conditio fuerit, quod intra octennium ſex reges habuit. quorum ſeriem, cum multis horum temporum hiſtorijs lucem adferat, obiter intexam.

7. Septemb.

1500.

Ferdinandus Iuſtus Rex Aragoniæ, ⊕ 1416.

ALFONSVS Magnus, Rex Aragoniæ & Neapolis ſapientiſſimus, cepit Neapolin 1442. ⊕ 1458.

Ioannes rex Aragoniæ poſt Alfonſum.

Petrus.

FERDINANDVS nothus Rex Neapolis, ⊕ anno Chriſti 1494. ineunte. — IOANNA VXOR Ferdin. Neap.

FERDINANDVS Catholicus rex Aragoniæ cœpit 1475. Rex Neapolitan. 1503. ⊕ 1516.

ALPHONSVS rex initio anni 1494. terrore armorum Gallicorum deponit regnũ, & fugit in Siciliam. α	FRIDERICVS rex Neapolit. 1496. nepoti ex fratre ſuccedit. Hic anno 1501. à Gallo & Hiſpano pariter oppugnatus, ad Ludoicũ hoſtem in Galliam fugit. β	Beatrix vxor Matthiæ regis Vngariæ.	Ioanna vxor Ferd. Iunioris.	IOANNA, vxor Philippi archi- γ

α	β	γ	M. D. I.
abella vxor	Ferdinandus rex Neapolit. 1495. pul-	|	ducis Austriæ &
o. Galeacij,	sus à Carolo VIII. Galliæ rege, qui	Ferdinandus	Burgun. ⊕ 1555.
ediol.	Neapolin 1495. die 21. Febr. ingressus	dux Cala-	|
|	est. Post discessum Caroli mense Iu-	briæ Tarenti	CAROLVS V.
na, Regi-	lio Neapolin recipit, & Hispanorum	à Consaluo	Imp. ⊕ 2558.
Poloniæ.	ac Venetorum auxilio Gallos eijcit.	captus 1503.	|
|	Venetis Hydruntem, Brundusium,	in Hispani-	PHILIPPVS rex
gismundus	Tranum, Monopolin oppignorat. sed	am mittitur.	Hispaniæ &
ugustus.	in ipso victoriæ cursu moritur 1496.		Neapolis.

ANNO M. D. II. Ioannis Daniæ & Sueciæ regis coniunx CHRISTINA, M. D. II.
estli Saxo niæ electoris filia in arce StocHolmensi, cùm hyberno gelu concretis ad
ara maribus, classem armatam, rex maritus se ad liberandam illam mittere non pos-
stenderet, à Stenone Sueciæ gubernatore adhuc obsidebatur. Qua absente, & ab
sibus Suecis, fame & armis, Holmiæ acriter oppugnata: Ioannes, filiam vnicam
lisabetham Ioachimo I. marchioni Brandeburgensi electori, appetente vere de-
ponsauit. ac incunte Maio, à Friderico Holsatiæ duce, Ioannis fratre, & ornatissimo
llustrium procerum & matronarum cœtu comitatam, ad sponsum in Marchiæ vrbem
pandaliam misit, vbi nuptiæ regio splendore celebratæ sunt. eodemque tempore, 1503.
ANNA, Ioachimi soror, Friderico, regis fratri, Holsatiæ duci, in matrimonium tra-
dita est, quæ Christianum III. Holsatiæ ducem, Daniæ postea regem creatum, felici-
bus auspicijs enixa est. Dextras sponsis Ernestus archiep. Magdeburgensis in multo-
rum principum ac comitum præsentia iunxit, & sacro postridie celebrato benedixit.
Aureos torques eo tempore soli principes & equites aurati, nobiles verò Misnici, Sa-
xonici, Marchici, duos aut tres annulos, funiculo lineo ex collo suspensos gestasse an-
notantur.

Interea dum nuptijs apparandis Iohannes vacat, & auxilia liberandæ coniugi
obsidi in Sueciam lentè expedit: STENO bellum aduersus Danos susceptum strenuè
gens, Norici etiam regni incolas, duriter à Christiano I. ob Carolum Canuti Sue-
æ regem receptum, olim castigatos, & libertate ac priuileglis priuatos: literis &
nuncijs ad recuperandam libertatem pristinam, & excutiendum Danorum iugum sol-
licitat. Qui dulci libertatis nomine illecti, per Canutum Alfson, opinione eximiæ
probitatis, & autoritatis in regno Norvvegiæ singularis, restitui regno priuilegia su-
perioribus armis adempta, à Daniæ rege supplices orant. Rex verò de consilijs à Ca-
nuto cum Stenone communicatis edoctus, episcopum Roschildensem Ioannem Ib-
on ac Henricum Crummendicum mittit, vt in officio & obedientia regi debita Nori-
os contineant. Qui ad Asloiam cum classe deuecti, Canutum, datis publicæ fidei lite-
is, ex arce Aggershusana in nauem accersunt. vbi, cùm mutuis exprobrationibus &
ixis animi vtrinque exacerbati incaluissent: Canutus à Danis trucidatus est. postea
Christiernus regis filius, cum aliquot vexillis peditum in Norvvegiam missus, Her-
olaum Hudfad, ducem tumultuantium interceptum rotæ imposuit. Canutum Caro-
, à STENONE Noricis auxilio missum in acie trucidauit. Norici igitur auxilijs desti-
uti, armis positis, Christiernum regem recipiunt, ac quod reliquum erat libertatis pe-
inus amittunt.

Sed antequam hæc acciderent, regina Holmiæ obsessa, famis acerbitate & mili-
um præsidiariorum morbis ac mortibus (nam ex mille, vix 80. superstites erant) fati-
ata, incolumitatem suam & suorum pacta, in Stenonis potestatem, se & arcem, dedi- 27. Maij.
erat, vt paulò antè etiam ostendimus. Rex maritus tarde apparata classe in Sueciam
xpedienda, tandem lenta nauigatione, cùm quidem aduersis ventis etiam impedire-
ur, ad Stocholmiam appulit. cùm triduò antè regina cum arce in manus hostium ve- 30. Maij.
nisset. Dolens igitur ac gemens, tarditatem suam & ventos aduersos incusat, & scri-
ptis ad Senatores regni Sueciæ in vrbe Holmensi tum præsentes, literis, nuncium in
capha ad vrbem mittit. Quem, velut ab hoste perduelle missum, Steno in vrbem non
admisit, nec literas recepit. Rex dolore & indignatione ardens, cùm se frustra niti

M. D. II. videret, cursum retrò in Daniam flexit, vt maioribus collectis copijs bellum paulò post instauraret. Regina captiua, vt erat fœmina religiosa & pia, in monasterium S. Brigittæ VVastenum se deduci petiuit. vbi diutius anno adhuc in Suecia mansit.

Ioannes interea, de reginæ liberatione & Suecorum contumacia & rebellione punienda sollicitus, Lubecam ad conuentum ciuitatum Vandalicarum Oratores mittit, Ioannem episcopum Othonienſem & duos nobiles, qui prolixa oratione, de Stenonis insidijs & rebellione aduersus regem superiore anno perfidè suscepta, & concitatis ad defectionem Norvvegis, & vrbe ac arce Holmensi cum Regina captis, conquesti: grauissimis hisce causis regem cogi ostendunt, vt bello Suecos rebelles domet, & reginam liberet. Orare igitur, vt Lubecenses & fœderatæ ciuitates, durante 1
cum Suecis bello, quiescant, nec arma vel commeatum vllum, aliasue res bello necessarias in Sueciam importent. Priuilegia per antiquos Daniæ reges ciuitatibus, non ad euertendum regnum aut oppugnandos Daniæ reges, data esse, verùm vt beneuolentiam & honorem debitum regno vicissim exhibeant, & aduersus illius hostes operam fidelem præstent. Quod si morem regi gerant: regem vicissim omnibus in rebus ad eorum dignitatem & commoda spectantibus, ipsis clementer gratificaturum esse. Sin secus faciant, regem omnes in Sueciam aliquid inuehentes pro hostibus habiturum. Lubecenses vicissim, dolere se tantis difficultatibus & aduersationibus procerum regni Sueciæ, regem exerceri. Cùm autem suas merces, pecuniam, socios negociationis, in regno Sueciæ habeant: magnam & irrecuperabilem rerum suarum iactu- 2
ram se facturos, si à Suecorum commercijs abstineant. iniustum esse, ob regum dissidia, ab externis etiam, communes & toti Reipublicæ necessarias negociationes, intermitti. Se neutri parti addictos, nauigatione libera prohiberi non posse. Orare igitur, vt regis voluntate, vsitata cum Suecis commercia, deinceps etiam sibi exercere liceat. In eandem sententiam Iacobi IIII. Scotorum regis oratori, eadem, nomine auunculi Daniæ regis postulanti, paulò post responderunt.

Daniæ rex frustra se apud Lubecenses laborasse videns, emissa in mare Balthicum classe armata, naues Lubecensium & sociorum, Hafniam deduci; Lubecensibus verò ablata repetentibus indicari iubet: si, quod antea postulasset, à Suecorum commercijs abstinerent, omnia restitutum iri. Sin recusent, regem pro hostibus eos habi- 3
turum, & priuilegia à maioribus suis data eis adempturum esse. Qua declaratione regis accepta, Lubecenses statim ad arma conclamant, naues bellicas instruunt, milite complent, & quàm primùm se per vim sibi ablata, vi ex regis prouincijs relaturos esse, ostendunt. Fridericus Holsatiæ dux ipse Lubecam profectus, frustra componere negocium studet. Lubecenses enim in eo perseuerabant, vt nauigatio in Sueciam & alias prouincias libera, & priuilegia in regnis Daniæ & Norvvegiæ inuiolata ipsis relinquerentur, & naues ablataq; bona restituerentur. Id si fieret, armis nihil opus fore. sin minus, se per vim erepta bello repetituros esse. Nullæ tamen hoc anno classes bellicæ ab ipsis eductæ, sed quinque onerariæ grandiores, præsidijs & machinis instructæ, cum mercibus Stocholmiam missæ sunt. Quo facto se atrociter læsum Io- 4
annes Daniæ rex questus, quod Suecos hostes suos commeatu iuuissent: omnes Lubecensium naues, bona & ciues in regni sui portubus aresto detinet. Hi vicissim Danos Lubecæ magno numero negociantes demorantur 19. Nouemb.

In Liuonia, Russi à VValthero Plettenbergio, Liuoniæ magistro, superioris anni expeditione irritati, cùm magistrum Liuoniæ graui morbo decumbere, & Liuonos milites in hyberna hinc inde traductos & dissipatos esse cognouissent: aliquot agminibus in diœcesin Derbatensem & Rigensem media hyeme incursiones fecerant, & tractum à Nerua Reualiam versus, summa celeritate, priusquam copias colligere Liuoni possent, crudeliter direptum vastarant, & multa hominum millia in tristissimam seruitutem Moschicam & Tattaricam ex Liuonia abegerant. VValtherus igi- 5
tur recollecto bis mille equitum agmine, & aliquot peditum signis, denuò à Lithuanis desertus, à Deo, & sua, suorumq; virtute ac fortitudine pendens, rursus in fines hostium ad Plescouiam mense Augusto ducit, vbi ingenti Moschorum multitudine circumfusus, ingenti animo eos aggressus, & à Deo prosperum pugnæ exitum & victo-

riam,

cipis, pietatis, doctrinæ, & eruditionis, quæ in Principibus requiritur, illustrat. Ad Ps. D. 21.
cum Ruffinum acres personarum virtutes, bellis invictis in pacem restitutam, ornatum Reipublicæ, & Ecclesiæ, Principum Augustissimorum, & Ministrorum suorum laudes, VValchium veteres & felicitate nobilem, cum Cæsarem, tum Principes, ob eximiam eorum pietatem, & propositum Mathæum Lauterbeckium, Ecclesiæ Dei Dresdenium primo ordinandæ, elle celebrem: parem Lionnium sortitum, qui magnis principum laudibus ornatus, claruit, & reputat condendis hoc loco panegyricis. Demetrium Ioannis Molchionis duci filium, Studentem acrem ad Iovvillium mensis duobus immorantem, intra unum tantum, elisabethe cum Tiara Principe, per Iulium Alban. & præsentem Sendonium elegantes, ad Virtutem vigiles, omnia intra Nonis, Iunii mdlx. annum celebrant, carmen Saxonicum.

Ordinem Saxonis principis eiedor, dilecta inter Fridericum indelicatum Augustum Saxonem, & Christianum Saxonem electorem, cum magnæ dignitatis hoc tempore, & pacis concinnatum natum ab quæ annos prædictis: consecutantium Epithalamia, Encomiasta, Compositi. Optimi Principis, Christiani Saxonis electoris, & Ioannis Saxonis Ioannis, pacis in Thuringia ædem, Nouilarguntis in pagus Albertinus, ad eruditionis, & Ioannis Saxonis Ioannis, Ioannis Saxonis Ioannis, Ioannis Saxonis Ioannis, pietatem virtus opinione & modestia floruisse oscidit. cum duo cuiusq; Saxonum, Saxonum, Saxonum Saxonis Ioannis, cum Saxonum, Saxonum, Saxonum,

M. D. II. dilexit, & velut vitæ ſeruatorem veneratus eſt. Mellerſtadius exeunte anno 1513. die 27. Decembris demùm deceſſit.

Academiam VViteberga conſtitutam Iulius II. Pontifex, priuilegijs datis confirmauit, quæ Stupicius Româ detulit. Is ſummum Academiæ inſpectorem ſeu Cancellarium, qui Pontificis nomine facultatem tribuendi gradus viſitatos concederet, præceptorem domus Antonij Liechtebergenſis, propè Brettinam ad Albim ſitæ, conſtituit Goſvvinum de Orſoy. Leges & forma Academiæ, & profeſſores, plerique ex Tubingenſi ſchola petiti ſunt. aliqui etiam ex Lipſenſi. cuius forma, in nationes diuerſas diſtincta, ad Pragenſem, quæ Pariſienſis colonia fuit, congruens, minus commoda & probanda Mellerſtadio, Stupicio & Conrado VVimpinæ, quorum conſilijs præcipuè initia Academiæ gubernata ſunt, videbatur. Profeſſores & Decani facultatum primi celebriores fuerunt: in Theologia, F. Ioannes de Staupitz Auguſtinianus Doctor Tubing. Hermannus Cæſar Stolbergenſis, Petrus Lupinus, Canonic° VVitteb. In Iure D. VVolfgangus Stâhein Roteburgenſis ad Neccarũ, Tubingæ promotus. Ambroſius Volland° de Gruningen primus in Iure Ciuili ordinarius. ad quos ſequenti anno Vincentius Rauennas Italus acceſſit, quem ante aliquot annos Bogislaus Pomeraniæ dux ex Italia ſecum adduxerat, & poſt hunc Henningus Godeus Hauelbergenſis, ex quorum ſchola Gregorius Pontanus, Hieronymus Schurffius, Benedictus Pauli & ſimiles prodierunt. Collegij Philoſophici Decanus primus fuit Sigiſmundus Bünicenſis M. & baccal. Theol. Tubingenſis, qui in patriam paulò poſt cum Dionyſio redijt. Ac inter bonarum artium profeſſores, Sibutus Poëta, & Vachius maximè nominati poſtea fuerunt. Theologis poſt initium Academiæ anno ſexto Martinus Lutherus Auguſtinianus, à Stupitio Erphordia euocatus adiungebatur: Doctoris Theologiæ gradu ab Andrea Caroloſtadio deinceps ornatus. Paulò poſt Philippus Melanchthon, alterũ Academię illius lumen præcipuũ acceſſit, cuius nomen & ſcripta, & totius Academiæ celeberrimæ hiſtoria, omnib. in Germania eruditis notiſſima eſt.

1598. 1512. 1518.

Amelia, Friderici Saxonis conditoris Academiæ VVitteberg. amita, Erneſti & Alberti ſoror: Ludoici Bauariæ ducis Landtshutenſis vidua, Rochlicij anno ætatis 66. deceſſit.

Margarita, Philippi Burgundiæ ducis ſoror, Caroli V. amita: Philiberto Sabaudiæ duci, Franciſci I. Galliæ poſtea regis auunculo, nupſit. Quo paulò poſt extincto, vidua in Belgicum redijt, & Carolum V. infantem educauit.

Philippus Breſſæus Dux Sabaudiæ.

Philibertus, maritus Margaritæ Auſtriacæ.	Ludoica, nupta Carolo Duci Aureliæ.	CAROLVS dux Sabaudiæ, pulſus à Franciſco R. Galliæ 1536. ⊕ 1554.
		Emanuel Philibertus, ⊕ 1582.
	Franciſcus rex Galliæ.	Carolus.

In Diœceſi VERDENSI, ad Viſurgis & Alleræ confluentem, Bertoldo à Landesberg epiſcopo, cuius ſuprà mentionem fecimus, ſucceſſit CHRISTophorus, dux Brunſ. adoleſcens, quem à Bremenſe archiep. coadiutorem triennio antè cooptatum fuiſſe dixi. HILDESienſem verò principatum, opibus & clientelis eo tempore potentem, Ericus dux Saxoniæ, Magni frater, excepit.

Guilelmus VVaramus, ab Eraſmo Roterodamo tantopere laudatus, ex Londinenſi eccleſia, ad Cantuarienſem tranſlatus eſt, archiepiſcopus 33tius à Lanfranco: 32dus à S. Anshelmo: 64tus ab Auguſtino, primo religionis Chriſtianæ in Anglia inſtauratore, quem circa annum ſexcenteſimum Gregorius Roma in Angliam miſerat. Eodem tempore Ioannes Coletus Londinenſis, qui propter eximiam pietatem, doctrinam, & vitam doctrinæ conſonantem, ſumma apud Anglos autoritate erat, ſcholam bonarum literarum, ad ædem D. Pauli, cuius ipſe Decanus erat, erexit: eiq; Guilelmum Lilium, qui in Rhodo inſula aliquot annos vixerat, gubernatorem præfecit. Scholæ Coleti fundationem Eraſmus, in vita illius, lectu digniſſima, recitat Epiſt. lib. 15.

Nocte

Nobis ac successoribus Nostris Chilli, eademque annua M. D. III. Oro Rhad. M. M. Ital. Nostri, Nostrorque suis, non procul à Lodofa Sacri cœpiculo dilatata, gratis, cum omnibus, & singulis, quæ ad Nos pertinent, pertinebunt, pertinere, vellent, & debebunt, ut nec, nec, possit in nostrum obtentum, opus, cum Lodofa opidum, nostrarum Ditionum, & Imperij Romani, & Ecclesiæ ac Ecclesiarum vicinum, & VVestphaliæ Pacis Reiei dictæ, in posterum illas dedicetur veniebat. & Ac Nostrorum, jure Sacrum, opus fore accipe, quos hodie pedes dictus ille opus, Nostris ex eadem Dativa ad Ecclesiæ Religionis, ripulsis eiet.

Libertatem Nostrorum, Nostrorque Nostrorum, & Nostrorum, studium ita ratus imaginandi nostrum, nulla cultatus, omnibusque rebus servatis in nobis Nostrorum, & Nostrorum, nostrorum, quæ ad nostrum Nostrorum, Nostrorum, nostrum pertinebit. Sed nec hic finem dedit Libertatem nostrum inter Dativa & Sacrum, Nostrorum, & Nostrorum, Nostrorum, & Nostrorum, Nostrorum, & Nostror

M. D. III. tradita, prorſus ſe in ocium & quietem priuatus abdidiſſet, Hardeſij inter viuos eſſe deſijt, & Mundæ ad Viſurgis & Fuldæ confluentem humatus eſt. Poſt cuius obitum, filij, Henricus & Ericus, cum Henrico, Ottonis filio, duce Luneburgenſi, vnionem ſeu fœdera hæreditaria, quibus cauetur, vt ſe mutuò defendere, & ortis controuerſijs, non bello, ſed amicis tractationibus vel iure eas finire, arces & prædia ſua ſine alterius conſenſu non alienare, & ditiones Homburgenſem ac Eberſteiniam epiſcopo Hildeſienſi oppignoratas, non grauius onerare teneantur: fide vltrò citroq; data, renouarunt.

Eiuſdem anni initio, Philippus Brabantiæ & reliquorum Belgarum princeps, archidux Auſtriæ, accepto in Hiſpanijs procerum & populorum regni Caſtiliæ & 1
Aragoniæ, fidelitatis iuramento, per medias Gallias, multum diſſuadentibus ſoceris, qui diuturniore conſuetudine Hiſpanæ gentis animos & mores cognoſcendos, nec Gallo hoſti, qui tum in regno Neapolitano bellum cum Hiſpanis gerebat, fidendum monebant, redire inſtituit. relicta apud ſocerum, Ioanna vxore grauida, quæ decima die Martij, Ferdinandum, Caroli V. fratrem, Compluti enixa eſt. cui vrbi, ob tanti principis ortum, immunitas à regibus, intercedente Franciſco Ximenio archiepiſcopo Toletano, qui de Academia ibi inſtituenda, & Biblijs diuerſarum linguarum excudendis, iam tum deliberabat, conceſſa eſt. Philippus ampliſſimis de pace inter reges Hiſpaniæ & Galliæ reſtituenda mandatis, à ſocero acceptis, cùm ad Ludoicum XII. rediiſſet, pacem his conditionibus ſancit, vt regnum Neapolita- 2
num, ex primæ diuiſionis præſcripto, ab Hiſpanis & Gallis ex æquo poſſideretur. Capitanatus verò & cæteræ, de quibus armis tum diſceptabatur, prouinciæ, Philippo tanquã ſequeſtro traderentur: & Carolus Philippi filius, & Claudia Ludoici XII. filia coniuges futuri, nunc ſtatim reges Neapolitani nominarentur, & vtriuſq; infantis nomine, regni altera pars per archiducẽ, altera per Gallum adminiſtraretur, donec peractis nuptijs, Galli pars in dotem filiæ tota traderetur. Sed hanc pacem, Hiſpaniæ reges diu differentes, & ſpem facientes, ſed conſilij ex euentu rerum capiendi liberam ſibi facultatem reſeruantes, poſt aliquot menſium tergiuerſationes, victis iam in regno Neapolit. ad Terranouam, Semenariam & Criniolam, Gallis, tandem vt parùm ſibi honeſtam, nec tutam, comprobare noluerunt. ac paulò poſt, Conſaluus Fer- 3
dinandi dux, Neapolin pridie Idus Maij occupauit, à quo tempore, ad hodiernum vſq; diem, in Hiſpanorum poteſtate vrbs illa cum regno permanſit.

Philippo in Belgium reduci, ſplendidiſſimo & lectu digniſſimo Panegyrico, in laudem Philippi principis patriæ ſcripto, ERASMVS gratulatus eſt. Is Roterodami in Hollandia, vbi exigua domus ad cœmiterium, cum hac inſcriptione, *Hæc eſt parua*
1466. *domus, magnus qua natus Eraſmus*, mihi olim monſtrata eſt: die Simonis & Iudæ in
1480. lucem editus, & puer Dauentriæ in Alexandri Hegij ſchola eruditus eſt. in quam Rodolphus Agricola Friſius, qui primus in Germania rectam diſcendi, & latinè ſcribendi rationem, & vſum Dialecticæ verum monſtrauit, aliquando veniens, & ſcripta aliquot adoleſcentum ab Hegio monſtrata perluſtrans, cùm Eraſmicum cæteris 4
anteferret, accerſitum ex ſua claſſe Eraſmum adoleſcentem, arreptum capillo in vertice, tacitus intuetur, & quaſi conſiderata indole ex lineamentis, hanc vocem fatidicam adiecit, Tu eris magnus. Hanc hiſtoriam ipſe Eraſmus amicis recitauit. Qui ſub
1500. Philippi principis imperio primùm inclareſcere his annis cœpit, edito Adagiorum
1503. opere primo Lutetiæ, & paulò poſt Enchiridio militis Chriſtiani, quo artem pietatis ſeu Theologiæ veræ ſummam tradere, & Religionem Chriſtianam, non in ceremonijs & ſuperſtitioſa traditionum humanarum obſeruatione, ſed vera animi pietate, & affectibus pijs, vero timore Dei, fide, dilectione Dei & proximi, manſuetudine, temperantia, humilitate, obedientia, caſtitate & frenandis adfectibus & cupiditatibus vicioſis, contra rectum iudicium mentis militantibus, ſitam eſſe demonſtrare voluit. eodemq; hoc anno, Panegyricum, omni dicendi artificio elaboratum, & excellentis ingenij & eloquentiæ ſpecimen ſingulare in lucem emiſit, quo ad ſui amorem & admirationem omnes politiorum literarum ſtudioſos rapuit & inflammauit. ex quibus Ioannes Turzo etiam fuit, coadiutor Vratislauiæ epiſcopo Ioanni IIII. primùm hoc

anno

anno adiunctus & triennio post integram gubernationem adeptus, vir bonus, mitis, literatus, & literatorum Mecenas, ad quem aliquot Erasmi epistolæ extant, summus Silesiæ capitaneus ante Casimirum Teschinensem fuit: & fratrem Stanislaum Turzonem, episcopum Olomucensem in Morauia, itidem Erasmi amicum, habuit. M. D. III.

IOANNES TVRZO, Vngarus, ex fodinis metallicis in Vngaria opes immensas collegit, postea Cracouiæ domicilium collocauit, & comitis dignitatem adeptus ⊕ 1508.

Ioannes V. Episcopus Vratislauiensis.	Stanislaus Episcopus Olumuzensis.	GEORGIVS Comes, Camerarius montium Vngariæ, Fuccari adfinis.	Alexius Turso, Prorex Vngariæ.	Ioannes.
			Elisabeth, nupta Iulio comiti Salmensi. ⊕ 1574.	

Eiusdem anni æstate, duo laudatissimi Saxoniæ principes, veræ pietatis ac sincerę Euangelij doctrinæ cultores postea & confessores præcipui, & ecclesiarũ ac Scholarum nutritij singulares, nati sunt: Ioannes Fridericus, Saxoniæ dux elector, vltima Iunij, patre Ioanne, matre Sophia, Magni ducis Megapolitani filia: & Christianus Holsatiæ dux, postea Daniæ rex eius nominis tertius, patre Friderico, matre Anna, Ioannis electoris Brandeburgensis filia, pridie Idus Augusti.

Quo ipso mense, Alexander VI. Pontifex, Romæ, veneno, quod alijs Cardinalibus ad conuiuium vocatis præbendum Valentinus Borgia filius ipsius vino miscuerat, imprudenter hausto extinctus est, se ipsum tollens, alios qui tollere quærit, οἱ αὐτῷ κακὰ τέχνῃ ἄλῳ κακὰ τέυξαν. Huius Papæ elogium funebre Italus scriptor his verbis expressit: Ad defuncti Alexandri spectandum corpus, in Diui Petri templum, vbi tota incredibili lætitia accurrit: nec cuiusquam oculi, Draconem illum, qui immodica ambitione, & pestifera perfidia, omnibusque horrendæ crudelitatis, monstrosæ libidinis, & inauditæ auaritiæ exemplis, sacris atque profanis rebus absque discrimine venditis, vniuersum orbem venenis infecerat, extinctum spectando impleri poterant: qui nihilominus ab ineunte ætate, ad extremum vsque vitæ suæ diem singulari ac penè perpetua felicitate, maximaque semper appetens, & plura quàm optaret perpetuò adipiscens, elatus fuerat. de quo Iouiani Pontani Epigramma extat: Vendit Alexander sacramenta, Altaria, Christum, Emerat ille prius, vendere iure potest. Epitaphium Lucretiæ, Alexandri filiæ, Actius Sanazarius composuit: Hoc iacet in tumulo Lucretia nomine, sed re Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus. Hunc Alexandrum, si iudicium aliud & pœnæ sceleratorum post hanc vitam non sequerentur, viuum testimonium contra Deos dicere, Diogenes pronunciasset. Sed cùm Norma Iusticiæ Dei æterna & immutabilis sit, vt bonis bene sit, & malis malè: & Dionysius, Tiberius, Alexander Borgia, & similes, in his terris florcant & dominentur: hoc ipsum testimonium conuincit, aliud iudicium & alias pœnas post hanc vitam restare.

Secutus est Alexandrum Franciscus Picolhomineus, Aeneæ Syluij ex fratre nepos, vir eo gradu non indignus, sed admodum senex & valetudinarius. qui vigesimo sexto post electionem die obiens, IVLIVM II. Sixti IIII. ex fratre Raphaële nepotem, ex Albizola Liguriæ vico, iuxta Savonam ortum, successorem summo Cardinalium consensu, Cal. IXbris designatum habuit. cuius mensis die 22. in hoc littore Balthico, Magnus dux Megapolitanus, cùm amplius triginta annis, patriam, magna tum pietatis, iusticiæ, prudentiæ, fortitudinis & clementiæ laude rexisset, & familiam illorum ducum autoritate, opibus, & magnorum principum affinitatibus auxisset: ex hac vita migrauit. cui frater Baldasar & filius Henricus in gubernatione successerunt. Magnum Conradus episcopus Suerinensis secutus est: cuius obitu sede vacante, Magni principis exequiæ, vicinis episcopis Lubecensi & Raceburgico adhibitis, ineunte anno 1504. celebratæ, & paulò post Ioannes Thuen, collegarum suffragiis superato æmulo & competitore Raimaro Han archidiacono VVarnensi, in cathedram electus est. 24. Xbris.

M. D. IIII. eſt. Qui propter integritatem, virtutem & fidem principibus tùm Megapolitanis, Baldaſari & huius ex fratre nepoti Henrico percharus erat. Verùm duos ſolummodò annos eccleſiæ illi præſedit.

Extremis anni diebus, Galli recuperandæ Neapolis auidi, cùm ad Lyrim fl. ferè duos menſes caſtra Hiſpanis oppoſita habuiſſent, à Conſaluo, Hiſpani exercitus duce profligati ac cæſi, & Petrus Medices naui fugiens in Lyris oſtio ſubmerſus: & Calend. Ianuarij proximis, Caieta Conſaluo à Gallis dedita eſt. Qua ratione nobiliſs. regnum Neapolitanum totum à Gallis amiſſum, & Hiſpani Imperij in eo firmamentum ſecutum eſt. Filius Petri Medices, Laurentius, Venetijs poſtea apud Hieronymum Lipomanum, exul, ſub Varino præceptore educatus eſt: pater Catharinæ præ- 10
ſentis reginæ Galliæ.

Anno M. D. IIII. ineunte, Sueci, à Danicis partibus alieni, SVANTONEM Nicolai, Marſcalcum regni, ex nobili ſplendidaque familia oriundum, multiſque nominibus toti regno percharum, Moſchicis itidem victorijs apud exteros celebrem, STENONI demortuo, in regni gubernatione ſucceſſorem deſignarunt. qui, arce Stocholmenſi accepta, funus Stenonis, in cœnobium ordinis Cartuſiani Gryphis Holmium, quod ex proprijs ac hæreditarijs bonis, cùm liberos non haberet, Steno fundarat, deductum honorificè condidit. Exinde magno animo patriam integrè ex hoſtium poteſtate vindicare, & Danici belli reliquias conficere aggreſſus eſt. ideoque Calmarniam oppidum & arcem, quæ Danico præſidio adhuc tenebatur per Hemmingum 20
Gaddum; epiſcopum Lincopenſem, Marte & arte valentem, obſidione cinxit, & inſulam Elandiam recuperari iuſſit. Ipſe collectis Suecorum ac VVeſtgothorum copijs, in Hallandiam & Scaniam incurſiones fecit. Sundenſibus etiam, in oppoſito littore Balthico Bogislaus Pomeraniæ dux bellum inferebat. Sic intermiſſa pacificatione per Cardinalem Raimundum propoſita, apertum inter Danos & Suecos bellum rurſus erupit. cui Lubeca etiam, & cæteræ littoris Balthici ciuitates, denuò implicatæ ſunt, cùm regi petenti, vt Suecorum commercia vitarent, gratificari nollent.

8. Febr. 1491. 14. Febr.

CVm autem Sundenſis belli mentio inciderit, pauca de vrbe SVNDIO addam. quæ, ab inſula STRALE, vicina, & freto, quod Rugiæ inſulas à Germaniæ extremæ con- 30
1210. tinente dirimit, & Rugiæ principatum medium intetlabitur, nomen habens: à Rugiæ
1231. principe Iarimaro primùm inchoata, & à filio illius VVislao, fundatore cœnobij
1240. Campen abſoluta, & iure Lubecenſi ac libertate, qualis ciuitati Roſtochienſi, à D. Burevvino collata eſſet: ſylua, agris, paſcuis, portu, iure piſcandi, & vectigalium immunitate donata; intra centum annos tantopere incolarum induſtria, & commercijs aliarum gentium maritimis crevit, vt duorum regum, Erici Dani, Byrgeri Sueci, & de-
1316. cem principum, ac in his VVislai Rugij copijs eam obſidentibus, omnes illorum molitiones fortiter ſuſtinens, capto etiam Saxoniæ duce Erico, libertatem ſuam, magna cum gloria & felicitate tutata ſit. cuius belli cauſæ & occaſiones hæ fuerunt. 40

Creſcebant tum in littore Balthico, commercijs, potentia & opibus, nouæ ciuitates, VViſmaria, Roſtochium, Sundia, Gryphiſvvaldum: quas priuilegiis ſuis ad contumaciam aduerſus dominos ſuos alendam abuti, principes querebantur. & paulò antè Ericus IX. Daniæ rex, quem Roſtochienſes Dominum & defenſorem vrbis & priuilegiorum ſuorum aduerſus Marchitas receperant: cum VValdemaro Marchione
1310. Brandeburgenſi Ribbenicæ congreſſus, amicitiam & fœdus inierat: ac ſequente æſtate conuentum viginti principum, quos Marchio adducturus erat, & ludos ſolennes, Roſtochij indixit. Quò cùm appuliſſet Ericus, Roſtochienſes periculum libertati
1311. ſuæ imminere metuentes, portas vrbis clauſas tenuerunt. Itaque in horto Roſarum, & vicinis campis, principes ſub tentorijs degentes, ludos ſuos peregerunt. Tandem de vlciſcenda Roſtochienſium contumelia, qui vrbem regi ac Domino ſuo non patefeciſſent: & VViſmarienſium petulantia, qui Henrico principi ſuo facultatem in vrbe 50
nuptias celebrandi, negarant, punienda, decretum faciunt. VVislaus etiam de Sundenſium ſuorum inſolentia queritur. Cumq; Lubeca eo tempore, alijs de cauſis, à vicinis ciuitatibus diſſidens, Ericum Daniæ regem, tutorem ad decennium recepiſſet, facilius perficere inſtituta ſe poſſe principes iudicabant.

Ciui-

Ciuitates de principum decreto edoctæ, anteuertere volentes, classe armata in- M. D. IIII.
sulas Daniæ rapinis ac incendiis vastant, vt regem domi distineant, & portus suos
tueantur. Sed nihilominus, VValdemari marchionis & cæterorum principum copiæ, 1312.
cum regijs Ribnicium transportatis, coniunctæ; Rostochium obsident. Cumq; Ro-
stochienses, mari aperto, nihil curare obsessionem illam intelligerent: ad portum ma-
ris descendentes, ad vtramque VVarni ostio vicinam ripam, castella erigunt, ac præsi-
dijs muniunt: & demissis in fundum aliquot naviculis, grandi lapidum mole onustis,
portum obstruere moliuntur. sed redeuntibus domum confœderatis principibus, faci-
li negocio à Rostochiensibus castella deiecta, & nouum castellum seu turris munita
est. Quam cùm Ericus cum socijs, denuò aliquot mensibus obsessam, deditione acce-
pisset: tres circa illam turres, muris iunctas, & fossis aggeribusque cinctas, excitauit.
Quarum vnam Regis Daniæ, alteram VValdemari marchionis, tertiam Henrici Me- 1312.
gapolitani præsidia aliquandiu tenuerunt.

Multitudo ciuium in vrbe, intercluso fluminis exitu, velut rabiosi canes, in Sena-
tum, tanquam conscium traditionis, seditioso impetu incitata, eum partim in vincula
conijcit, partim trucidat, & nouo Senatu lecto, plebiscita noua, ne quis ciuis in sena-
tum admittatur, vel pecunia mulctetur, nisi de seniorum in quatuor opificum collegi-
is consensu, & similia confirmari petunt. Sed hæc seditio, inuocato à cæteris ci- 1314.
tibus, senatorum iniustè interfectorum cognatis & amicis, Henrico Megapolitano,
tandem sedata, & de nefandæ illius petulantiæ autorib. supplicium sumptum, cæteris
innocentibus facultas iterum libere negociationes suas terra mariq; exercendi tri-
buta est.

Saxim verò, vt sunt mutabiles hominum voluntates, omnisq; potestas impatiens
consortis erit, non solùm inter præfectos castelli VVernamundensis, rixæ assiduæ; ve-
rùm etiam alijs de causis offensiones & odia inter regem Ericum, & VValdemarum 1314.
Marchionem recruduerunt, quæ in apertum bellum eo anno eruperunt. Ac Daniæ
rex Ericus IX. VVislaum principem Rugiæ, Henricum Megapolitanum, Gerardum
& Ioannem Comites Holsatiæ, & alios: VValdemarus Marchio, Pomeraniæ duces
Ottonem & VVartislaum, & ciuitates Rostochium & Sundium, belli socios habu-
it. omissis autem cæteris eo bello gestis, hoc vnum de Sundensibus recito, quod Mar-
chione VValdemaro & VVartislao Pomeraniæ duce, Lositium ad Panim fl. ducis Ru-
giæ continentem vastantibus: VVislaus tandem pacem petere, & conditiones victo-
rum arbitrio latas accipere coactus sit, & inter cæteras, Sundensibus, nouo diplomate,
priuilegia à maioribus ipsius data, in specie confirmarit, in quibus & proprietatem
vrbis, ac omnium intra fines territorij illius sitorum, ciuibus attribuit. Cumq; iura &
libertatem, qualem Rostochiensibus D. Burevvinus & filij Henricus & Nicolaus Me-
gapolitani dederant, ciuitati Sundensi maiores VVislai concessissent: promittit VVis-
laus, etiamsi de Rostochiensium libertate aliquid deinceps decedat, nihilominus ciui-
tati Sundensi ius suum & libertatem integram relictū iri. Ciuem Sundensem nusquam
alibi, quàm coram præfecto Iudicij & senatu in vrbe Sundio conueniri, & appellatio-
nem ad Lubecenses liberam concedit: & vectigal, quod tum in vrbe habuit, nun-
quam se auctarum pollicetur. Verum hæc male sarcta gratia nec quidquam coijt, &
vix anno vertente rescissa est.

Cùm enim Ericus Daniæ rex, nouo fœdere, multos principes sibi deuinxisset, &
ciuitati Sundensi, ob societatem cum VValdemaro marchione hoste suo, superiori
bello initam, infensus esset: VVislaus etiam, odio & vindictæ cupiditate ardens, se illi
adiunxit. Itaq; Ericus IX. Daniæ, & Byrgerus Sueciæ reges à mari: VVislaus prin-
ceps Rugiæ, Ericus Dux Saxoniæ, Albertus Brunsuicensis, VValdemarus Slesvvicen-
sis, Gerardus & Ioannes Holsati, Henricus Megapolitanus, Pribislaus Dominus Van-
daliæ, Adolphus Scavvnburgicus, Guncelinus comes VVitteburgensis, Gunterus
Reppinensis, Henricus & Fridericus Beichlingenses & alij à terra, Sundenses adoriri
statuerunt. Ericus inferioris Saxoniæ dux, cum aliquot comitibus, prædæ cupiditate
cæteros anteuertit, & in nemore seu querceto vrbi vicino, castra metatus, reliquos ter-
ra mariq; aduentantes, expectare constituit.

M. D. IIII. Ciuitas Sundenſis, cùm de tot principum aduerſus ſe conſpiratione cognouiſſet: non fracta metu & conſternata, ſed duris vt ilex tonſa bipennibus ab ipſo ducit opes animumq́; ferro: ita in tanto periculo, ſingulari magnitudine animi, conſtantia, & vigilantia, quæ ad defenſionem neceſſaria erant, comparauerat. nam & cum vicina principatus Rugiæ inſulæ & continentis Nobilitate, quæ non minus quàm ciuitas Sundenſis, iura & libertates ſuas à VVislao infringi querebatur (cuius duces Pridborius à Vilmentz, Stoislaus à Pudebuſs, & cæteri centum triginta nominatim in literis v-
1316. nionis expreſſi) ad mutuam defenſionem veterum Iurium, fœdus, ineunte anno, Sundij fecerant: & ex vicini principis Pomeraniæ VVartislai, & Marchionis VValdemari ditionibus, mediocrem arma gerentium manum coëgerant, cui duces magnanimos, concordes & felices, ex nobilitate, quæ in vrbem, ſuæ ſecuritatis cauſa, vniuerſa confluxerat, & ciuibus, præfecerunt. quorum conſilio & ductu, priusquam cæteri ho-
21. Iunij. ſtes conuenirent, illuceſcente die Albani, ex vrbe erumpentes, Erici Saxoniæ ducis caſtra inuadunt, & fortiter ac feliciter profligato illius exercitu, ducem ipſum captiuum in vrbem ducunt. Poſtea totis fœderatorum copijs, à terrâ & mari vrbem cingentibus, intra munitiones & mœnia ſua ſe continuerunt, cùm tantæ multitudini non ſe temerè obijcere, ſed vi oppugnantes vrbem, acriter & fortiter depellere decreuiſſent.

DEO autem vrbem protegente, & conſilia hoſtium, & robur cordium languefaciente: terribilis illa, tot regum ac principum coniuncta expeditio, quæ tantam vni- 2
uerſi huius orbis arctoi de ſe expectationem concitarat, in fumum tandem abijt: cùm ſubitò, præter omnem ciuium obſeſſorum opinionem, tot illi principes, rebus conuaſatis, ad ſua quilibet redierunt. Poſt quorum diſceſſum, Sundenſes per totam Rugiam inſularem, & continentem, cuius Barda, Tribuſea, Grimma, Loſitium, oppida ſunt, vagati, arces ac munitiones principis VVislai occupatas & direptas, diruerunt. Ericum verò Saxoniæ ducem à ſe captum, VVartislao Pomeraniæ principi miſerunt, qui porrò eum Marchioni VValdemaro tradidit, donec ingenti λύτρῳ, inter VValdemarum, VVartislaum & Sundenſes æqualiter diſtributo, dimiſſus eſt.

VVislaus etiam Rugiæ dux, qui cauſam huic bello præcipuam præbuerat, agnoſcens Deum iuſtæ ac neceſſariæ Sundenſium defenſioni clementer adfuiſſe, & fidem 3
inter magiſtratus & ſubditos, ex reciproca obligatione, mutuam, ſanctè inuiolateq́; 1317. ſeruari oportere; vertente anno, ipſe Sundium venit, & omnium præteritarum offenſionum & iniuriarum perpetua obliuione ſancita, libertatem & priuilegia ciuitatis priſtina denuò confirmat: eosq́; ſuis poſſeſſionibus & prædijs, in toto ducatu tranquillè frui permittit: & omnia, ſuis ac Nobilium ſubditorum ſuorum literis ciuitati promiſſa, firmiter ſeruari debere ſancit, ac clementiſſimè toto vitæ tempore poſtea ci-
1319. uitatem complexus eſt. Dato poſt biennium nouo priuilegio, ne intra duo milliaria ad vrbem, arx vlla muniatur. ac vt agri à ciuitate empti, circumquaq; ad vnum milliare, ciuitatis proprij, & ab omni exactione ac tributo principi pendendo immunes ſint. nec aduectio mercium, aliarumq́; rerum ad victum pertinentium, vlla ratione, 4
terra vel mari à principe impediatur. Senatus ſaluum conductum in ſua vrbe tribuendi plenam poteſtatem habeat: & proſcripti à Senatu, in omnibus etiam aliis ciuitatibus principis, Ius Lubecenſi habentibus, proſcripti habeantur. His & pluribus alijs priuilegijs beneuolentiam erga reconciliatam ciuitatem Sundenſem ſuam, tum VVislaus declarauit. Eſt autem hæc

SERIES PRINCIPVM RVGIAE POSTREMORVM.

Raze princeps Rugiæ, ⊕ 1141.

Teslaus. IARIMARUS primus Chriſtianus RVGIAE princeps, fundauit cœnobia Bergen A. C. 1193. Hyldam 1199. vrbem SVNDIUM 1210. Stoislaus. 5

VVislaus, fundator cœnobij CAMPEN 1231. ⊕ 1241.

VVislaus II. Iarimarus II. Daniæ regis iugum excuſſit 1259. ⊕ 1282.

VVis-

M. D. IIII.

VVislaus, fundauit Hiddenſee 1297. oppido Tribſees ius Lubecenſe conceſſit 1285. & 1303.

VVislaus vltimus, vrbem SVNDENſem vicinorum regum & principum auxilijs frustra obsedit. 1316.

VVislao autem ſine liberis die Martini extincto, Vratislaus IIII. Pomeraniæ dux, Bogislai IIII. & Margaritæ ſororis VVislai filius, vi pactorum inter auunculum & ſe initorum, & prouincialium voluntate ſuccedit. Quem Sundenſis ciuitas eò libentius & cupidius principem recipiebat, quod ante nouennium, à duorum regum & duodecim principum copiis, terra mariſque obſeſſa, à Vratislao vicino benigne & fideliter adiuta erat. Statim itaque profectus eò Vratislaus Iuramentum fidelitatis à Senatu & ciuibus ac nobilitate vicina, ac proximis diebus Bardæ, Grimmæ, Tribuſeæ, & Loſitij accepit. Etſi autem epiſcopus SVERINENſis, cui eccleſiaſtica iuriſdictio, SVNDij, & in reliquo cismarino ducatu Rugiæ, poſt victum à VValdemaro I. Daniæ rege, & HENRICO Leone, duce Saxoniæ, Teslaum Rugium commendata erat: ſibi etiam dominum directum illius feudi, à ducibus Saxoniæ, HENRICI Leonis ſucceſſoribus donatum eſſe allegabat; idque, cùm defendere ſuo marte non poſſet, Henrico & Alberto filio, D D. Megapolitanis & Ioanni ac Henningo Herulis ceſſiſſet: tamen Pomeraniæ princeps, auunculo, ſecundum pacta ſuccedens, Ducatum vniuerſum iam tenebat. Fortè autem illis ipſis diebus, proceres Dani, adiuti à Gerardo magno Holſatiæ comite, cuius eo ſeculo ſumma in his gentibus Arctois virtutis opinio erat, Chriſtophorum regem quibuſcunque de cauſis regno excluſerant, & VValdemarum III. puerum, Erici ducis Sleſuicenſis filium, adiuncto tutore Gerardo Holſatiæ comite, regem elegerant. Chriſtophorus interea Roſtochium ſecedit, quam vrbem à Nicolao puero Roſtochienſium Domino, fratri ipſius Erico IX. regi, ante aliquot annos ſubiectam tenebat. VVratislaus verò, à nouo rege VValdemaro auxilia & defenſionem aduerſus Megapolitanos & Herulos petit. 1325. 4. Decemb. 1168. 1326.

Dum autem legati feliciter mandata in Dania conficiunt: Vratislaus Pomeraniæ dux, in vrbe Sundenſi, Calendis Auguſti, rebus humanis eximitur, relictis duobus filijs, Bogislao & Barnimo infantibus, & Vratislao poſthumo poſtea Calendis Nouembris in hanc lucem primùm edito. Hanc occaſionem arripientes vicini principes Megapolitani, Henricus, Henrici Hieroſolymitani filius, cui vrbem & territorium Roſtochienſe rex Chriſtophorus paulò antè reddiderat: & filius Henrici, Albertus, cum agnatis Herulorum Dominis, cismarinum Rugiæ ducatum ſtatim inuadunt, & Bardam, Grimmam, ac Loſitium, excepta arce, quam Reinfridus de Pentze pro filijs Vratislai defendebat, occupant. A ciuitatibus vicinis, Sundio, Gryphiſvvaldo, & Demina, evocatis conſulibus petunt, ne ſe bello immiſceant, nec principes in occupanda Rugia, à dominis feudi legitimè ſibi collata, impediant. Se viciſſim Vratislai filijs, de legitimo illorum & antiquo patrimonio nihil decerpturos, & perpetuam cum illis pacem & amicitiam culturos eſſe. 1326.

Tanta autem fides & conſtantia ciuitatum erga principes ſuos, ducis Vratislai hæredes infantes fuit, vt nullis mollitiæ illecebris, nullis fractæ minis aut terroribus, ſe defenſionem principum ſuorum in Ducatu Rugiæ, qui legitimo & pleno iure ad eos pertineret, integrè recuperando ac tuendo, intrepidè ſuſcipere decreuerint. Præſertim cùm Sundenſem ciuitatem, quæ tot principum peregrinorum inſultus nuper inuicta ſuſtinuerat, ſubiectionem ac fidem Vratislao iuratam, hæredibus etiam illius firmiter præſtare, nec vlla ratione ab eis auelli ſe paſſuros, didiciſſent. Interea ex Dania, Gerardus Holſatiæ comes, cùm promiſſis electi Daniæ regis auxilijs ſexcentorum equitum Sundium appellit, & Tutorio nomine in fidem receptis ciuibus & nobilitate inſulæ Rugiæ, integri Ducatus recuperationem Vratislai filijs ſanctè pollicetur. Progreſſus autem ad oppidum Loſitz, & ſegnius expectatione omnia agens, tandem inducias cum hoſte, inſcijs & inuitis ciuitatibus, vsq; ad diem Ioannis Baptiſtæ anni ſequentis ſancit, & ineunte hyeme in Daniam redit. Interea qui in præſidio Loſitij erant evagati, vicinarum ciuitatum prædia & ciues tempore inducia um ſpoliabant. Sundani igitur,

M. D. IV. igitur, Gryphiſvvaldenſes, ac Deminij, re cum præfecto arcis communicata, oppidum ineunte vere expugnant. Menſe Iulio, Megapolitani Deminum irrito conatu obſident, & progreſſi VVolgaſtum verſus, rapinis & exactionibus pecuniæ, quibus incendia agricolas redimere cogebant, paſſim graſſantur. Cùm autem Gerardus Holſatiæ dux, prætexens, inducias à ſe optimo conſilio ſancitas, & in triennium prorogandas, per ciuitates violatas eſſe, auxilia deinceps negaret: Ciuitates, Ottonem & Barnimum filium adoleſcentem magnanimum, Duces Stetinenſes, hactenus quieſcentes, ad legitimam agnatorum tutelam, & principum pupillorum defenſionem ſuſcipiendam inuitant. Quorum auxilio paulatim hoſtes, ne vlterius progrederentur, repreſſi, & amiſſa Rugiæ continentis oppida, poſt viginti demùm annos recuperata ſunt. Nam, 1
vt nulla calamitas ſola eſt, eodem tempore, Ludoicus marchio Brandeburgenſis, cui pater Ludoicus Bauarus Imp. Pomeraniæ feudum contulerat (quòd duces Pomeraniæ, duobus de Imperio dimicantibus, neutri præiudicare volentes, id debito tempore non petiuiſſent) Pomeraniæ duces bello inuadens, multa nouæ marchiæ oppida Pomeranis adimebat. Quare robur militiæ Pomeranicæ aduerſus marchionem aliquot annis conuertendum fuit. Et quanquam Barnimi Stetinenſis virtute & felicitate marchio ad Cremmenſem aggerem victus ac profligatus, pacem poſtea æquis conditionibus, vt deficiente linea ducum Pomeraniæ maſcula, marchiones ſuccederent, cum Pomeranis primùm fecit: tamen occupato alijs curis & bellis Barnimo, lentius & infelicius omnia in continente Rugia gerebantur, & diuturniorem ac firmiorem 2
1348. ſedem Megapolitani in ea figebant: adeo vt Albertus & Ioannes, Henrici filij, Duces
8. Iulij. Megapolitani à Carolo IIII. creati, inter cætera oppida, Bardam quoq; & Damgard, in fiduciariam clientelam à Cæſare nominatim acciperent. Tandem verò circa A. C. 1351. redintegrato bello, Megapolitani, quos Nicolaus Han ducebat, ad oppidum Loitz à Barnimo profligati, & cùm victoriæ curſum ſtatim vrgeret, Grimma recepta, & triennio poſt magnis laboribus Barda etiam recuperata, & finis bello ferè tricennali, de continentis Rugiæ imperio, inter vicinos principes Pom. & Megapolitanos geſto, impoſitus eſt. in quo, eximia & ſingularis, trium præcipuè ciuitatum, Sundij, Gryphisvvaldæ & Demini, erga principes ſuos pupillos pietas, fides, & conſtantia fuit. quarum illa, cismarini ducatus Rugiæ metropolis, cum ſemel 3
Vratislao & illius liberis, Pomeraniæ ducibus, fidem ded ſſet, inuiolatam toto belli tempore & deinceps ſeruauit, nec auelli ſe à principibus Pomeraniæ, quos ſemel dominos agnouerat, vnquam paſſa eſt. Gryphisvvaldenſes verò, cùm minus tutò VVolgaſti & alibi in ſuis arcibus principes infantes commorari poſſent, in ſuam vrbem cum matre (quæ poſthumum Vratiſlaum apud eos enixa eſt) receptos defenderunt, & ſua virtute, fide ac ſumptibus, molem belli præcipuam potiſſimùm ſuſtinuerunt.

Sed ad præſens Sundenſe bellum, à Bogiſlao X. motum, redeo: cuius hæ cauſæ à Bogiſlao allegatæ ſunt. Quod Sundenſes mandatis principis non obedire; nec iuri ſe ſiſtere coram principe accuſati: nec appellationibus ſuorum ciuium à iudicio vrbano ad principes deferre: nec prædia nobilium ad ſe in vrbem migrantium, pro feudalibus, ſed allodialibus deinceps haberi vellent. Præterea monetam ducali gradu inæqualem cuderent, & vectigalia VVolgaſti & Damgardæ à Bogiſlao aſſentiente Imp. recens inſtituta, ſoluere recuſarent. Poſt varias igitur & multiplices fruſtrà ſuſceptas tractationes, tandem Bogiſlaus, vt ad obedientiam bello eos cogeret, Bardam ſe armata manu confert, & paſſim in vicinis oppidis, equitum præſidijs collocatis, omnia itinera Sundenſibus infeſta reddit. Sundenſes mare & Rugiam apertam habentes, nonnullos principis ſubditos in Rugia ſibi iurare cogunt, nobiles parére recuſantes capiunt, & hanc obſidionem ſe non admodum extimeſcere oſtendunt. Sed cùm vltra biennium protraheretur, vtrinq; belli pertæſi pacem optant. Sparſa igitur ex caſtris fama, de affinium ducis Bogiſlai principum Brunſuicenſium & Megapolitanorum ad- 5
uentu, & regis Daniæ claſſe in mari Sundenſes obſeſſura, Sundenſes miſſo Zabelio Oſenbornio, Cos. viro prudente & moderato, & alijs, in caſtra ducis, pacem petunt. Sociæ etiam ciuitates Vandalicæ, apud duces Megapol. affines Bogiſlai, & Bogiſlaum ipſum, pro Sundenſibus intercedunt. Ita in duces Megapolitanos Baldaſarem,

Bogi-

Sophiæ Saxoniæ, & Henricum, Comitis Sophiæ filium, adjutor, virtute, consilium & fortitudine, ut Comitatum suum Hollandiæ, commendatus in Palæstinam, ac Sanctam Terram profectus, impenetrabilem, & tormentorum fabricatis declinat Pontificatus delicias, laudabile exemplum, & Sanctitatis Sanctitatis Sanctitatis

M. D. IV. Ludoicus Ingolſtadienſis, ex Gallia reuerſus, cum patruele Henrico, Friderici filio, & vicinis principibus Francis, capitales inimicitias multos annos exercuit, quarum hic exitus tandem fuit, vt Ludoicus, à proprio filio Ludoico Gibboſo, qui Friderici marchionis Brandeburgenſis hoſtis paterni filiam, Alberti Achillis Germanici ſororem, duxerat: ideoq; à patre exhæredatus erat; Ingolſtadio eiectus, & Neoburgo obſeſſo captus, & Alberto Brandeburgenſi in cuſtodiam traditus, tandem (impio filio Gibboſo ante patrem extincto) venderetur Henrico patrueli & hoſti ſuo duci Landshutenſi: qui eum donec vitam finiret, captiuum tenuit. ac, quod propiore agnationis gradu eum attingeret, totam illam Bauariæ partem, ſolus occupauit: & amica tranſactione certam huius hæreditatis portionem Monacenſibus agnatis concedens, cætera filio Ludoico, ac nepoti Georgio reliquit. cuius Georgij filia & hæres vnica, Eliſabetha, Ruperto, Philippi electoris Palatini filio primogenito, amitino, in matrimonium hac conditione tradita eſt, vt omnium bonorum mobilium & immobilium à patre relictorum, excluſis penitus agnatis ducibus Monacenſibus, hæreditatem adiret. Idque patris teſtamento prolixè cautum, & Vladislaus Boëmiæ rex, Eliſabethæ auunculus, & Ludoicus Galliæ rex, alijque magni principes, teſtamenti cuſtodes & executores erant conſtituti. Mortuo igitur Georgio diuite, duce Bauariæ 1503. Landshutenſe; & Ruperto genero, 23. annorum iuuene, omnes illius regiones & vrbes occupante, duces Monacenſes, Albertus IIII. Ioannis ex filio Erneſto pronepos (cui laudatiſſima heroina Cunigundis, ſoror Maximiliani Imp. nupta erat) & fratres, 2 ſucceſſionem in bonis feudalibus, vt nominant, ſibi vt propioribus agnatis deberi de iure & conſuetudine Imperij oſtendunt.

Etſi autem Imp. Maximilianus, omnes amicè de re tanta tranſigendi vias tentauerat: & tandem eò rem deduxerat, vt tertiam ſolummodò partem regionum, quas dux Georgius poſſederat, agnatis Monacenſibus ſtatim tradi: alteram poſt Ruperti mortem primùm reſtitui: reliquam in familia Palatinorum ad hæredes tranſire vellet, quia in diuiſione Ludoici Bauari temporibus ſecum iniquius actum eſſe Palatini quererentur: tamen Rupertus, qui in poſſeſſione erat, turpe & damnoſum ſibi iudicans inde decedere, & fretus potentia & opibus à ſocero relictis, & auxilijs Bohemicis, (nam Georgii diuitis, ſoceri ipſius, coniunx Hedvvigis, Vladiſlai regis Boëmiæ 3 ſoror erat) & Gallicis etiam promiſſis confiſus, obſtinate teſtamentum ſoceri vrget, nec quidquam ſe ceſſurum agnatis oſtendit. Proſcriptus igitur anno 1504. cum patre Philippo Palatino, & acie ab Imperatore victus, Bauaria amiſſa, & agnatis per Imperatorem reſtituta, dolore animi cum coniuge moritur, relictis Ottone Henrico & Philippo infantibus. Quos orphanos Maximilianus Imp. bonitate & clementia victoriam leniens, paterna fide & benignitate deinceps fouit, ijſq; ex materna hæreditate aliquot ad Danubium oppida attribuit, quæ Neoburgenſis ducatus hoc tempore complectitur. In eo bello, cum Vlricus dux VVirtenbergenſis adoleſcens VVinsbergam oppidum & vallem, Neoſtadium ad Coccherum, Mekmolam, Maulbronnam: Noribergenſes oppidum Altdorff, Lauff, Hersbruck, & alij principes vicini 4 alia oppida, tum in Palatinatu, tum in Norico, ex proſcripti Palatini ditionibus decerperent: VVilhelmus, Haſſiæ Landgrauius etiam, ad executionem proſcriptionis cum cæteris principibus excitatus, & ab Henrico duce Brunſuicenſe & alijs adiutus, oppida Palatina ſuis ditionibus finitima & opportuna, Cubam è regione Bacchera ci ad Rhenum, & Benſam inuadere & occupare, ſed infelici prorſus exitu tentauit. Philippum electorem Palatinum, ac Rupertum filium, qui à Galliæ rege Ludoico, contra Maximilianum incitati, & auxiliorum illius ſpe freti, bellum alacrius ſuſceperant, Gallus planè deſeruit. cùm ijs ipſis diebus, Diploma ducatus Mediolanenſis pro ſe & liberis maribus, ſi qui ex ſe naſcerentur, & his non natis, Claudiæ filiæ ſuæ, & futuro genero Carolo, Philippi archiducis & Belgarum principis filio, à 5 Cæſare impetraſſet.

Huius Philippi, Belgarum principis, ſocrus, Eliſabetha: Ferdinandi regis Catholici coniux, quæ ſingulari prudentia & magnanimitate, paribus cum marito 26. Nouem. auſpicijs, Caſtiliæ regna gubernabat, ineunte hyeme ex hac vita deceſſit, teſtamento facto,

Achaiæ, Sinarum, Indiæ, Africæ, Æthiopiæ, Mexicanæ, Peruanæ, Brasiliæ, Nouæ Hispaniæ, Nouæ Galliæ, Nouæ Andaluziæ, Nouæ Granatæ, nec non ad reliquas quasque aliquot insulas, quæ ad Occidentem, Meridiem, Septentrionem, Orientem, Circulos Arcticum & Antarcticum, Tropicos, Æquinoctialem, Solstitiales, Verticales, Horizontes, Meridianos, Parallelos, Zodiacum, Ecliptica, Coluros, Axes, Polos, quos dicunt, totidemque alios, quos ad Cælum, Terram, Mare, Aquas, Aëra, Ignem, Aquilonem, Zephyrum, Eurum, Austrum, Lybicum, Africum, Circios, Caurum, Thrascium, Apeliotem, Solanum, Vulturnum, Subsolanum, Fauonium, Corum, Libonotum, Leuconotum, Altanum, Ornithiam, Argestem, Hellespontiam, Boream, Aparctiam, Cæcium, Meridiem, Phœnicem

M. D. V. in medio mœrore & iuſtiſſimis lachrymis, eo ipſo quo coniux morte prærepta eſt die, regio ſe titulo abdicarit, nomine tantùm adminiſtratoris ſibi in Caſtellæ regnis adſumpto. Veniret ille modò cum Ioanna vxore, & experiretur non tàm cupidum regnandi ſocerum eſſe, quàm peſſimi delatores dixiſſent: qui velut furiæ facibus accenſis, vtrunq; curabant inflammare. Ioanna, regnorum Caſtellæ hæres, cùm à Conchillo legato de rebus Hiſpanicis edocta eſſet, parentem Ferdinandum per literas hortatur, ne vllo modo regna illa deſerat, ac ſi ex teſtamento reginæ matris ſolennes tabulæ neceſſariæ eſſent, ſe eas vel nolente marito quàmprimum miſſuram, & ſimul atq; in Caſtellam ventum eſſet, omnia ex patris ſententia compoſituram eſſe. Hæ literæ, cùm in manus Philippi veniſſent, ſtatim legatum conſilij authorem in carcerem conijcit, & Aragonios pleroſque ex coniugis familia dimittit, cæteris, ne quis ſe inſcio in Hiſpaniam ſcribat, grauiſſimè edicit.

Ferdinandus vt contra generi Philippi molitiones ſe muniret, cum Galliæ rege Ludoico pacem facit: & ſororis ipſius neptem Germanam, Gaſtonis Foiſlei ad Rauennam poſtea victoris ſororem, cui Ferdinandus rex maior auunculus erat, coniugem ducit. Huic Galliæ rex, regni Neapolitani partem quam tenuerat, dotis nomine attribuit, & ad mutuam regnorum defenſionem auxilia vtrinque promiſſa ſunt. Eas verò nuptias, in ſui detrimentum & contumeliam factas Philippus credens, indigniſſimè tulit. Itaq; ſimili arte viciſſim vtens, ne aditu Hiſpaniæ à ſocero excluderetur, in gratiam cum vxore & ſocero redit, ac æquata cum ipſis poteſtate regia, deinceps diplomatis, Ferdinandi, Philippi, Ioannæ, nomina præſcribi conceſſit. Etſi autem Ferdinandus, de fide generi & illius familiarium, à quibus incitabatur, non planè certam fidem haberet: tamen pactione hac fretus, genero aditum in Hiſpaniam tutum, & naues plures, quibus tutius ex Flandria adueheretur, conceſſit. Philippi etiam animus, à Galliæ rege, quòd ſe inſcio pacem & adfinitatem cum Ferdinando contraxiſſet, alienabatur. & viciſſim Galliæ regi, nimium potentia Philippi archiducis, tot regnorum acceſſione creſcere, ideoq; conſilia illius infringenda videbantur. Itaq; cùm neuter alteri fideret: non amplius per Galliam terreſtri itinere Philippus, ſed mari in Hiſpaniam ſequentis anni initio traijcere ex Belgico cogitabat.

In finitima Belgis vrbe COLONIA ad Rhenum, comitia hoc anno celeberrima, Maximilianus Im. celebrauit. in quibus, tum alia Imperij negocia, tùm verò Palatini Philippi, ſuperiorè anno proſcripti, & magna ditionis parte multati, Reconciliatio cum Cæſare & Imperio tractata eſt. in qua, ſingularis Friderici Saxoniæ ducis electoris, erga collegam Palatinum duriter adflictum, fides & diligentia enituit, qui vnicus in eo conuentu, Imperatorem iratum placare, & Philippum adducere ad Imp. vt ſupplex pacem peteret, auſus eſt. vbi recepto in gratiam, ditio Palatina ad Rhenum, ex bello reliqua; & nepotibus ex filio Ruperto, Ottoni Henrico, & Philippo, Bauariæ pars ad Danubium, quam nunc Neuburgenſis ducatus complectitur, reſtituta eſt.

BERTOLDVS, Moguntiæ archiepiſcopus, comes Hennebergenſis, cuius excellens virtus, ſapientia, & in conſilijs ac rebus agendis induſtria & dexteritas, optimo Cæſari Maximiliano & toti Imperio probata & cara fuit: rebus humanis exemptus eſt, cùm 21. annos præcipua Imperij negocia conſilijs ſuis gubernaſſet. Succeſſit enim Alberto duci Saxoniæ adoleſcenti extincto, qui Theodoricum ab Iſenberg ſecutus
1484. erat. Originem Familiæ comitum Hennebergenſium ſcio quoſdam ad Italicam Columniorum ſtirpem referre, ex quibus Attilæ ætate vnus bella inteſtina & turbas do-
454. meſticas fugiens, in Franconiam venerit, cui locus arcis ædificandæ à Gallina mon-
1467. ſtratus ſit. Quæ fabula, Antonij de Columna, Friderici III. ætate, in Germanici principis familiam ſe ambitiosè inſerere conantis, ſermonibus confirmata eſt. Etſi au-
931. tem antiquam familiam eſſe conſtat, cuius in Caroli Magni & Henrici Aucupis hiſtoria, qui Gottvvaldum, & Ottonem comites Hennebergenſes in prælio cum Vngaris ad Mersburgam commilitones habuit, mentio fit, tamen certa ſeries comitum à Poppone primùm, qui pro Henrico IIII. Imp. aduerſus Rodolphum Sue-
1078. uiæ ducem propugnans, in acie ad Mellerſtadium fortiter dimicans occubuit, deducta ex-

dicunt, in hanc familiā deuoli, quæ Sedibus, circa Sinolgenſis, sitæ Aſchacen-
ſis, quæ hodie Schleuſia nobilis, prope originem Rodæ, superiare fere.
Poppo. 1017. Lodouicus Bauarus Turingiæ præfectus.

Godefridus, vice-comes Hildegrandus.
Hadelarii, ex quo Vel-
derii. 1. 6. 9. 12.
Bertholdus. 1033. Bertholdus epiſc. Wirtzib.

Poppo comes patruus Friderici Barbaroſſæ in Alsatia 1150.

Poppo cum epiſc. Wirtzib. bello gerit. 1134.

Henricus, frater eximus Henrici imcherens Mahtæ, cum virtute nunc indita, Henuarni Lindgi. Turing. filii. Sin. 1102.

Poppo, *Henr.* 1104 p.

Lindolfus, Poppo comitem Sinolgenſis habitat. ex Gallia 1128 p.

Hermannus, in Principatum Thuringiæ succedit 1130. obiit 1155.

Hermannus, ab Henrico VII. Imperatore Palatinus Saxoniæ.

H. a comitat. in Schaal, 8 1140.

Henricus.

Hermannus bellicoſus, frater 1181.

Friderici dicti Elisabethan, fœtalitate, Henrici Sinolgenſium filius, 8 1240.

Georgius, vxor Ioanna Naſſouiæ, fundatrix collegiatæ Romhildæ, 8 1496. ipſemet filius & quinque filiæ habuit.

Hermannus, vxor Elisabetha, Albeni starch. Brund.

Otto Georgius, Cathar. Berthildis Annaeus. Tres fi-
Ioannis Augustanus. Anna. 1530. liæ.

Se natum in comitum Hennebergensium Aschacensi familia dicunt, Iul. Vrbanus Pontanus, Ioannes Cuspinianus, Henricus Spangenbergius, Petrus Albinus, Christophorus in Saxonia, Ex Ottonis Sinolgenſis, vt ſpatium se dispexit, ex Poppone, Henrico, & Otone. Si aliquot ciuitatum comites constituerint, ex Poppone Lindolfus comes dicitur, ſimnar in illa regionibus natiuitatis, aut Clientibus Ottonis Sinolgenſis, ab ortu dimicitur ad Saxonum ripam attum consecrasse: dirimus ipſius hostatis carnifex, & in Francicis Saxonicis inde Otonis condita est, in quo carnifex Spiegelo vellus ab quoque cruciat.

Ottonis stemma duos pedes hab. mar nunc clauſus.

Si quis pendens hominum cutem, dum vita manebat,
Retinuerit in terris, nunc sine ossa erit.

Apud Sanctum Elisabetha Poloniæ regina, Caſimiri magni, Caſimiri Vngariæ & Ioannæ Ladislai ſoror, regis Poloniæ Caſimiri conſortis, & quatuor regum,

M. D. V. Vladislai Vngariæ,& Io. Alberti,Alexandri & Sigiſmundi mater: excellentipietate, prudentia, & omnibus virtutibus, regia matrona dignis, ornata,ex his terris evocata eſt. Tattarorum verò Zauolhenſium rex Schachmet, quem paulò antè regi Alexandro fœderatum, Præcopitis bellum intuliſſe dixi, Caunam Lithuaniæ à Polono deportatus eſt.

In RVSSIA,Ioanni magno Moſcouiæ duci,cuius virtute & felicitate Imperium Moſcorum mirificè auctum & dilatatum, & tamen ex Tattari Præcopenſis iugo nondum planè liberatum erat,mortuo : BASILIVS filius ſucceſſit,qui non ſolùm relictas à patre ditiones retinuit & conſeruauit, verùm etiam occupata Pſcoua, ſeu Pleſcouia, Ruſſiæ vrbe ampla & munita, Liuonis Derbatenſibus finitima, & Smolenſe ad Boryſthenem ducatu latiſſimo in Lithuania,auxit & amplificauit.& primus,integrè excuſſo Tattarorum iugo,in libertatem ſe,regnumque ſuum,vindicauit.Fratres multos habuit, ac in his Ioannem ætate maximum, ex Maria, Michaëlis Tvverenſis ſorore natum, Stephani Moldaui generum, ſed ante patrem, relicto filio Demetrio,extinctum. Baſilius, antea dictus Gabriel, cum Dèmetrio, Andrea, Georgio, Simeone & ſorore Helena, Alexandri Poloniæ regis coniuge, ex Sophia, Thomæ Palæologi filia, Emanuelis Conſtant.Imp.nepte,geniti erant. Etſi autem fratris primogenito filio Demetrio, iure gentium & ſuprema patris voluntate Imperium debebatur : tamen Sophiæ matris & principum aliquot authoritate, Baſilius ipſi prælatus eſt. Coniunx Baſilij prima fuit Salome,Soborouij cuiuſdam nobilis filia, quam, cùm viginti annos ſterilis
1526. manſiſſet,in monaſterium detruſit,& Helenam,Baſilij Linskij filiam duxit. ex qua,Io-
1528. annem, tyrannum noſtra ætate Moſchis dominantem, & Georgium, filios ſuſcepit.
1505. Patruus Helenæ, Michaël ille Linskius erat, qui apud Alexandrum Poloniæ & Lithuaniæ regẽ hoc ipſo tempore ſumma authoritate & Tattarica victoria illuſtris,po-
1508. ſtea cùm apud ſucceſſorem illius Sigiſmundum, adfectati in Lithuania Imperii delatus, & proditor patriæ à quibuſdam nominatus,cauſæ cognitionem à rege impetrare non poſſet, ad Baſilium Moſchorum Regem transfugit, eumq; in occupanda arce & ducatu Smolenſe ſingulari induſtria & fide iuuit. Deinde cum Ducatus ſibi à Moſco promiſſus non traderetur, reditum ad Poloniæ regem parans, intercepto in limitum cuſtodijs nuncio,captus à Baſilio, multos annos in vinculis ſeruabatur,donec tandem Helenæ neptis, Baſilii coniugis, interceſſione liberatus,& filiorum Baſilij tutor teſtamento conſtitutus eſt.

In Suecia,cùm Calmarniam oppidum & arcem(quam,ante octennium,à Senatoribus aliquot regni Sueciæ traditam, rex Ioannes adhuc tenebat) Suanto gubernator per Hemmingum Gaddum obſideri iuſſiſſet,& hic oppido potitus eſſet:rex arcem adhuc in ſua poteſtate habens,cum mediocribus copijs & Danicarũ ac Hollandicarũ nauium claſſe, eò profectus, oppidum recuperat, & conſulem ac ciues aliquot proditionis accuſatos ſupplicio affecit.& paulò poſt,conuentu trium regnorum Borealium, petentibus Suecorum legatis, & ſe vel ad amicam, vel iudicialem compoſitionem omnium controuerſiarum cum rege offerentibus, Calmarniæ indicto,cum ſenatoribus regni Daniæ & Norvvegiæ eò accedit. Cum autem Sueci inter ſe diſſentientes emanſiſſent : & denuò citati non comparerent : ob contumaciam in eos proceſſum, & Gubernator ac proceres aliquot, nominatim, velut perduelles,& læſæ Maieſtatis rei, ho-
1. Iulij. nore,fama,ſtatu,libertatibus,priuilegijs & bonis omnibus mobilibus & immobilibus
1506. per ſententiam priuati ſunt,& à Cæſare Maximiliano inſuper,ſolenni decreto,& lite-
2. Octob. ris Græciæ in Stiria datis, ex toto imperio proſcripti eſſe,à Danico quodam ſcriptore commemorantur. Lubecam certè, tres diſtinctæ epiſtolæ,à Ioanne rege,& ſenatu regni Danici, & archiepiſc. Nidroſienſi,nomine ſenatus Norici,miſſæ ſunt,quibus abſtinere à Suecorum, quos ob inobedientiam & rebellionem, infames, & igni ferroq; perſequendos, ipſos eorumq; ſocios & adiutores pronunciarint : commercijs,& auxilijs eò mittendis,iubentur.Hanc verò ἐρήμην δίκην aduerſus ſe inſtitutam,ab ijs,qui iuriſdictionem in ipſos nullam habuerint: nullius momenti & ponderis vnquam fuiſſe, Sueci poſtea diſputarunt.

FINIS.

SAXO-

SAXONIAE LIBER SEXTVS,

Ab anno Christi 1506. vsque ad 1514.

Magnifici & amplissimi viri, dignitate, sapientia, virtute & doctrina praestantissimi,

D. HERMANNO à Dorn,
D. THEODORO Bromeſ,
D. GOTHARDO ab Hoheln,
D. HERMANNO VVambuechio, LL. D.

Proconsulibus, & reliquo Senatui Imperiali & liberæ vrbis LVBECAE, patronis suis.

Sequentium annorum Chronicon,

Quod ab inclytæ vrbis Lubecæ origine & rebus gestis, initium ducit:

Dulce laborantis ergò

inscripsit

Dauid Chytræus.

M. D. VI. BELLVM inter Henricum Ducem Megapolitanum, & vicinam ditioni illius ciuitatem Lubecam, inchoatum eſt. Sunt autem in Balthico hoc Germaniæ littore, à ſinu Codanico, in quem Drauus fl. ad dorſum Cimbricæ Cherſoneſi ſe exonerat, vſq; ad Croni, quem Memelam hoc tempore nominant, oſtium extremum, Boruſſiam à Liuonia dirimens: circiter duodecim vrbes (vt in minoris Aſiæ littore olim duodecim Ionicæ & Caricæ) maritimæ, amplæ, potentes, copioſæ, frequentia populi, ſplendore ædificiorum, commercijs multarum gentium, honeſtis legibus, iudicijs, diſciplina, eccleſijs & ſtudijs literarum hoc tempore ornatæ: Lubeca, VViſmaria, Roſtochium, Sundia, Gryphiſvvalda, Anclam, Stetina, Colberg, Stolpa, Dantiſcum, Elbinga, Königsberg. Quarum prima verſus occaſum, & cæterarum omnium corona & caput eſt LVBECA: olim exiguum oppidum, ad Suartæ & Drauæ confluentem, veterum
1142. VVagriæ dominorum gentis Henetæ ſedes: deinde aliquanto ſuperiore fluminis parte, inter VVakeniſſam & Drauam, in colle, ab Adolpho Holſatiæ comite, ſub Conrado III. Imp. extrui cœpta, & varijs fortunæ & dominorum vicibus initio vſa.
1158. Adolpho enim comiti Holſatiæ, potentiſſimus Saxoniæ & Bauariæ Dux Henricus Leo eam extorſit. Qui epiſcopi Aldeburgenſis ſedem, Lubecam tranſtulit circa
1182. annum 1162. Proſcripto autem Henrico Leone, Imperij vrbs, à Friderico Barbaroſſa Imp. facta: arcem comitum Holſatiæ ad Drauam, & vectigalium immunitatem,
1186. ac fluminis vſum liberum ab Adolpho III. comite Holſatiæ redemit. Deinde in
1190. Henrici Leonis ex Anglia reuerſi poteſtatem redijt. cui Adolphus III. ex Aſia re-
1193. dux eam viciſſim eripit. Quo denuo per Danos ex Holſatia ejecto, in Canuti Danorum regis ditionem Lubeca peruenit. cuius præfecti cùm inſolentius imperarent,
1200. arte & vi Danis ex arce ejectis, Lubecenſes, ſociorum principum, Alberti primi
1226. Saxonis, & Adolphi IIII. Holſatiæ comitis auxilijs, Danos memorabili prælio ad
1227. Bornhoued die 22. Iulij profligant, atque ita Friderici II. Imp. authoritate, & ſua inprimis virtute, fortitudine ac felicitate, integram libertatem adepti ſunt. Rurſus
1276. autem incendio abſumpta, deinceps præſenti platearum ordine & ſplendore paulatim inſtaurata eſt. nam circa annum 1300. inprimis florere opibus & potentia vicinæ littoris Balthici vrbes, Lubeca, VViſmaria, Roſtochium, Sundium & cæteræ, & fœdere inter ſe iungi, ad mutuam defenſionem aduerſus latrocinia & alias vicinorum principum iniurias, cœperunt. Ab eo tempore cùm emporium maris Balthici (quod orientale Saxones nominant, ab oſtio Draui, & vrbe Lubeca initium ſumens, & Germaniæ, Boruſſiæ, Liuoniæ, Ruſſiæ, & oppoſita Daniæ, Gottiæ, Sueciæ, Finlandiæ littora, VViburgum vſque circulo arctico ſubiectum ſtringens; amplius 250. milliaribus Germanicis extenditur) præcipuum eſſet: in quod omnium huius orbis arctoi gentium merces conuehebantur, ac inde Lubecenſium nauibus in reliquam Europam diſtribuebantur: Lubeca opibus, potentia, ædificiorum ſplendore & alijs ornamentis aucta & amplificata eſt. nondum enim Hollandi, Galli, Angli, & aliæ exteræ gentes, Balthicum mare nauigare, & negociationes alio auertere, quod patrum noſtrorum memoria fieri cœpit: ſed Lubecam omnia primùm deportari ſolebant. Hinc tantam in mari præcipuè potentiam adepta eſt, & priuilegia ac immunitates ciuium & mercatorum ſuorum ampliſſimas in omnibus orbis huius arctoi prouincijs ac regnis obtinuit, vt non ſolùm omnibus vicinis principibus, verum etiam Daniæ, Norvvegiæ & Sueciæ regibus olim ζηλωτὴ ac formidanda eſſet.

Sed ad Megapolitanum bellum, quod leui occaſione excitatum, ingens incendium peperit, accedo. Lubecenſes, beneficio Henrici Leonis, vtramq; Draui fl. ripam, ab vrbe ad oſtium, & reſtagnantem inde lacum, ad Daſſouiam nobilis familiæ Parkentinæ oppidulum Megapolitanum pertingentem; & Stepnicium fluuiolum, per aliquot milliaria ſurſum ad villam Borſouiam vſque tenebant; & ſuperiore anno, per ſenatorem & ciues aliquot, ſcaphis ex Drauo ſubuectis inſpiciebant, ne alieni iura piſcandi & alia, Lubecenſium propria, vſurparent. Aſcendentibus in nauicula, tres ad ripam ebrij ruſtici, ex vicino Noſocomio S. Georgij egredientes obuij, dicterijs

& ſannis

Wendaco, fuit, quod ad pacem ineundam, ut ante dictum, necessaria ordinis est, hanc per se quidem, neque perbonam, esse pacem magis etiam videmur, si ad Wendacum respicimus, quam si ad Livonos. Hos eripiet, quidquid ipsis ademerit Wendacus, ut ademit, vel ademet, nisi servatum, nisi etiam ipse, dum ea defendit, a Livonibus ademptum. Quod si Livonibus ademptum sibi, ipsorum ditione subjecta, vellet permittere inimicissimi sunt. Donum dedere & insidiis assidere in amicos, fidemque ad extremum rebus, Quirinales, Pachydermes, Schwitzer, Tunkerque in primis ita fe defendit ab illis, tanquam hostibus quotquot, & vim repellit vim. Quid enim subditis & radicis ad pacem Livonibus? conservatum, nisi ut ad hoc illos redigat, donum redimens, blanditiis seductos, & Livonibus, qui vivere sub Livonibus, & Livonum legibus quam sub Wendacorum & Schwitzerum, malunt. Quibus rationibus, quod fallo ramore excitatus & acrè dedecit pellitos, donum redimens, & Livonibus, qui legibus obsequium, subditos? Wendacus Livonibus in legionem, pace nunc parata, Parkensium cum magno equitum numero, mercenarium, pedites, Livonibus ad Livonios, ut ante dictum, transmittit, ut illos, nuncio in primis mihi, finanzi gratissimo, Deinde mirabile dictu! in Livonia Wendacus Livonibus, Livonibus Dolicus, pro certo stipendio, ut ipse vult, suum militem dedit, hoc per Parkensium ea ipso, quibus itinerabis equali, ut ante dictum, numero, Livonibus, Livonibus, Livonibus, Parkensium, ut ante dictum, Pachydermum, Schwitzerum, Tunkerque, Quirinalium, Parkensium, Livonibus, Livonibus, Livonibus

M. D. VI. 17. Augusti. sibi à ducibus Megapolitanis denegata, cum quibus vel iure vel amica tractatione ipsi transigere maluissent, coram principibus & ciuitatibus vicinis testati, apertum bellum illis intulerunt, & ad ostium Drauæ, in ditionem Megapol. transgressi, triginta pagos, cum aliquot nobilium domibus exusserunt. Henricus dux Megapolitanus, cùm Schonbergam, Ioannis episcopi Raceburgensis, qui ex familia Parkentina ortus erat, oppidum, velut arcem belli contra Lubecenses occupasset: cum materteræ suæ marito, Henrico duce Brunsuicensi, & Ioachimo marchione Brandeb. 24. August. 25. Octob. viciſſim bellum Lubecensibus denunciat, & Slukopiam, Lubecensium præsidium ad Drauam, caprum exurit. Deinde conuenientibus sociorum principum copijs, oppidum Molnam obsidet: sed frustrà tentata oppugnatione obsidionem soluit, & alijs Lubecensium prædijs vastatis, exercitum reducit. Tandem interceſſione Henrici ducis Brunsuicensis inducię factæ. Quas anno 1508. tandem, singulis vtrinque ἐχθροῖς ἀ ἐχθροῖς pax integra consecuta est. In hoc tyrocinio tantum Henricus dux iuuenis didicit, vt deinceps toto gubernationis suæ tempore pacem coluerit, & vicinis ac alijs ad tuendam pacem hortator fuerit. vnde εἰρηνικὸς pacifici cognomen postea accepit.

Paulò ante belli Megapolitani initium, GRONINGAM Frisiæ ciuitatem pulcherrimam & ampliſſimam, Ezardus Frisiæ orientalis comes, Vlrici filius, ditioni suæ adiunxit hac occasione. Coniuncta fuit Groningensis Respublica superioribus ferè centum annis diœcesi Vltraiectinæ, cuius episcopos titulo tenus dominos agnoscebat, ac iuramentum fidelitatis recens episcopo Friderico marchioni Badensi præstiterat. Cùm autem Albertus Saxoniæ dux, quem Frisiæ gubernatorem hæreditarium Maximilianus Imp. constituerat, VVestfrisiam, ad rebellionem à Groningensibus incitatam recepisset: fontem seditionis obstruendum, & ciuitatem Groningam 1500. insolentius se aduersus dominum suum episcopum & omnes vicinos gerentem, domandam iudicans, ad obsidionem vrbis exercitum hostilem admouit, in quo Fridericus episcopus Traiectinus simul versabatur. Quare violatum ab episcopo iuramentum fidei ipsis promissæ, & ex domino & patrono hostem factum cernentes, occasionem inde à diœcesi Traiectina se auellendi, aliumque dominum deinceps eligendi sumserunt. Moriente autem in ea obsidione Alberto Saxoniæ duce, cui Ezardus etiam Frisiæ orientalis comes, vt suprà commemoraui, socius fœderatus erat; obsidio soluta, & quadriennij inducię cum ciuitate à Friderico factæ sunt. quibus elapsis, Georgius Saxoniæ dux, Alberti filius, qui Frisiam occidentalem, & nobilitatem agri Groningensis, iuramento adhuc sibi deuinctam tenebat, bellum aduersus Groningensem ciuitatem, per Ezardum Frisiæ comitem, Groningensium eo tempore hostem, & Vitum à Drachstorff, & Hugonem comitem à Leisnic, duces sui exercitus instaurat. Qui castellis aliquot prope vrbem erectis, commeatuum importationem arcebant. Groningenses igitur denuò grauiter obsessi, cùm à Transisalanis ciuitatibus auxilia promissa non mitterentur, & summa rerum necessariarum inopia premerentur, cum totam hyemem ægrè durassent: tandem de pace cum Saxonicis agendum esse decernunt. Sed cùm duo ciues ab hostibus capti, quod λύτρον imperatum soluere non possent: crudeli mandato Viti Drachsdorffij naso atque auribus truncati atque ita in contumeliam obsessorum in vrbem remissi essent: miserabili spectaculo totius ciuitatis animos permouerunt, vt detestantes immane facinus, omnes conclamarent, mori se malle, quàm talium & tam crudelium tyrannorum imperio subiungi. Discesserat autem paulò antè ex castris Saxonicis ad Groningam ob stipendia non soluta, & Viti Drachsdorffij insolentiam, petita acceptaque ab eo venia, EZARDVS Frisiæ orientalis comes, atque Embdam se receperat. Cum hoc per internuncios Groningani, de vrbis dominio ipsi committendo agunt, sed hac conditione, ne vnquam Ezardus Groningam Saxonibus redderet. Rebus Grisenmonte transactis, Ezardus oneratis frumento, vino & reliquo commeatu nauibus, & per fossam ex Amasi subductis, à senatu & populo Groningensi Calendis Maij in vrbem recipitur, & iuramentum fidelitatis à ciuibus accipit. Vitus, re desperata, obsidione discedit. relicto in duobus

castel-

castellis Aeverdæ & VVerdenbrusæ præsidio. Etsi autem Georgius Saxoniæ dux aliquoties amicissimè vrbem Groningam, sibi Frisiæ gubernatori, & summo belli, in quo ipsius stipendio comes militasset, Imperatori: ab Ezardo tradi petebat: tamen surdis auribus omnia Ezardus accipit, & in vrbe, Arcem, turribus & aggeribus munitam, inter orientalem & proximam portam, ciuibus non repugnantibus excitauit. Citatus etiam, instigante Saxoniæ duce, ad comitia Colonienſia, non comparet. Quare ab Imperatore Maximiliano grauissimè ipsi mandatur, vt in possessionem vrbis, Saxoniæ ducem admittat. Quòd cùm nihilominus ille recusaret, ab Imperatore proscribitur, ac Georgius Saxoniæ dux, Erico, Henrico & Philippo prrr. Brunsuicensibus fœderatus, ipse in Frisiam cum exercitu profectus, vi eijcere Ezardum proscriptum & Groningam suo imperio subijcere conatur, vt suo loco exponemus. D. M. VI. 1513.

In Marchia Brandeburgensi, FRANCOFORDIÆ ad Viadrum, Academia, à Ioachimo I. electore Brandeburgensi, & fratre Alberto postea Cardinali & archiepiscopo Moguntino & Magdeburg. fundata, & solenni ritu introducta est: professoribus primis ex Academia Lipsensi pleriſque accersitis, ex quibus Rector Academiæ primus, CONRADVS VVimpina Theologus, ex Fagis Franconiæ oppido oriundus, electus est. cuius multa aduersus Lutherum scripta extant. Ab hoc VVimpina, leges & statuta Academiæ primùm scripta sunt. Priuilegia verò Academiæ, & potestatem tribuendi gradus in superioribus scholis vsitatos, Maximilianus I. Imperator, sexennio ante literis Noribergæ datis; & Alexander VI. PP. contulerant, & conseruatorem ac Cancellarium Academiæ Theodoricum à Bulovvepiscopum Lebusiensem constituerant. Decanus facultatis artium primus M. Ioannes Lindholtz Mönchbergensis fuit, quem Collegio, in area, vbi prius Iudæorum Synagoga fuerat, erecto, & postea ecclesiæ Francofordianæ, Ioachimus elector Brandeb. præfecit. Qui eodem tempore, in Brandeburgensi ad Hauelum diœcesi, HIERONYMUM episcopum, Ioachimo de Bredavv recens defuncto substituit, humili quidem genere in agro Gogouiensi natum, sed ingenio & eloquentia excellentem, ad quem Martini Lutheri Disputationem de Indulgentijs suam inchoaturi, literæ extant. ac eodem hoc anno Ioannes Reuchlinus Grammaticen Ebream & Lexicon in Germania primus latinè edidit. 1514. 27. April.

In LEODIENSI verò ad Mosam principatu, Ioanni ab Horn, ERARDVS de Marca, ex principum Cliuensium & comitum Marcæ in VVestphalia, stirpe antiquissima ortus, successit: postea Cardinalis. ad quem, summum authoritatis & gratiæ locum apud Carolum V. tenentem, multæ Erasmi epistolæ extant.

Robertus de Marca, princeps Esdainæ pronepos Erardi, filij Engelberti, qui primus ex comitum Marcæ VVestphalicæ familia, Dominus Arenbergæ & Esdainæ factus est.

Erardus Cardinalis Leodiensis Carolo V. addictus.

Robertus, princeps Marcæ & Bulionis, Gallicarum partium, Carolo in comitijs VVormatiensib. anni 1521. bellum indixit.

Philippus Caroli V. pater, Belgarum princeps, cùm nec Galliæ regi Ludoico XII. Ferdinandi soceri sui iam fœderato & affini, nec Anglo Henrico VII. qui pacis inter vtrumque arbiter & sponsor fuerat, satis fideret: arte reconciliato seu delusso potius Ferdinando socero, classe in Hispaniam initio anni nauigare instituit. Sed biduo postquam Vlissinga soluisset, orta ingenti tempestate, classis ipsius per varias Angliæ & Britanniæ oras dissipata, & ipse cum paucis nauibus, maximo periculo in Angliæ portum Antonam eiectus est. vbi ab Henrico VII. rege comiter exceptus, & donec classis iterum colligeretur ac instrueretur retentus, amicitiam & fœdus cum eo renouauit. Etsi autem regio honore Philippus in Anglia habebatur: tamen vnà in re velut captiuus fuit, quod Edmundum Suffolciæ ducem, Ioannis filium, vxoris Henrici VII. amitinum, petenti Anglo tradere coactus, nec prius ex Anglia dimissus fuit, quàm illum ex Namurij arce adductum regi stitisset. Huic vitæ 1505.

M. D. VI. incolumitatem rex promisit, sed filio Henrico VIII. mandauit, vt se mortuo eum regni æmulum necari curaret.

Postquam verò in Hispaniam Philippus exeunte Aprili peruenit, omnibus ad eum proceribus, Ferdinando ferè deserto, confluentibus, priorem cum Ferdinando socero pactionem omnino reiecit. nec vllam concordiæ rationem aliam inire voluit, quàm vt regnis Castellæ quamprimum socer exiret, & iuri, quod ex socrus testamento vel aliàs in eo habere posset, renunciaret. Discedens igitur, cum coniuge Gallica, in regnum Neapolitanum Ferdinandus & passim in Galliæ portubus ac Genuæ etiam honorificè iussu regis exceptus, cùm in Delphino portu hæreret, nuncium de morte generi Philippi iuuenis 28. annorum, firmissimo corpore, integerrimaque semper valetudine, septimo postquam in Hispaniam appulerat mense extincti, accepit. Sed nihilominus incoatum Neapolin versus cursum pertexuit. vbi cum instigantibus magni Consalui æmulis, rationes administrati ab eo regni Ferdinandus flagitaret: ille priusquam vllam stipendiorum militibus persolutorum mentionem faceret, aliquot millia auri pondo, omnibus in Sicilia, Neapoli, & alibi monachorum & virginum ac sacerdotum collegijs, vt à Deo coniunctis & ardentibus votis ac precibus, felices belli successus & victoriam suo regi impetrarent: deinde 600494. secreta manu exploratoribus & proditoribus, ad perueſtiganda hostium consilia, apparatus, & molitiones, expensa commemorabat. Quibus incoatis, viri sapientes & magnanimi, cum quæstoribus à rege rationibus audiendis præfecti, statim consurgentes regi renunciarunt, non decere ab eo viro, qui tantum regnum, tanta virtute, industria, felicitate & gloria regi peperisset, & tutatus esset, adeò accuratè & scrupulosè calculum de pecunijs impensis flagitare, cùm constet veriſſimũ esse, quod Thucydides olim scripsit, τὸν πόλεμον τὰ ἀναγκαῖα ἐκπονεῖν, nec posse, nec debere de omnibus, quæ in bello expenduntur, rationes exigi. Horum orationi facilè rex adquieuit, ac constitutis eo anno regni Neapolitani rebus, cum in Hispanias, à Ioanna filia & regni gubernatore Francisco Ximenio archiepiscopo Toletano, alijsq; procerum literis assiduis reuocaretur, ad pristinam regnorum Castellæ administra-

1507. tionem anno vertente redijt.

nata 1479. 10. Ianuar. Belgici autem administratio, post Philippi obitum, suprema, MARGARITÆ sorori ipsius, à Maximiliano Cæsare patre, & proceribus Belgici commendata est. cui testis Baptismi, cum Philippo à Rauenstein duce Cliuensi astans MARGARITA Angla, aui materni biennio ante ad Nanceium trucidati vidua; nomen dedit. Desponsata

1482. autem post Mariæ matris obitum, Carolo, Ludoici XI. filio, Galliæ Delphino, vix triennis, in Galliam pignus pacis & concordiæ inter vicinas gentes futura, ablegatur.

1491. vbi cum decennium educata esset: à Carolo sponso (regnum tunc gubernante, &

1494. Annæ hæredis Britanniæ, quæ Maximiliano addicta erat coniugium arripiente) repudiata: Ioanni, filio Ferdinandi Hispaniæ regis vnico elocata est. cùm frater Mar-

1497. garitæ Philippus, Belgici princeps, viciſſim Ioannam, Ferdinandi filiam, coniugem duxisset. triennio post, mortuo marito, in Belgicum reuersa, Philiberto Sabaudo, Philippi Bressei filio nupsit, qui cum ea concordissimè & suauissimè, sterili tamen coniugio, breui tempore vixit. Denuo igitur in Belgium rediens, vidua perpetuò

1507. manere constituit, ac infantis Caroli V. recens nati educationi præfuit, Rectricem verò Belgici à patre constitutam, annis 24. ita Rempub. gubernasse, Cornelius testatur, vt proceres in concordia, ciuitates in tranquillitate, vniuersum populum in pace conseruaret: vt splenderet nobilitas, fulgeret aula, vigeret omnium artium quæstus, crescerent tabernæ, adfluerent mercimonia, confluerent mercatores, augerentur nundinæ, florerent studia literarum, denique omnia felicitate gauderent. Bellis etiam aduersus externos hostes feliciter gestis, vrbem & diœcesin Vtraiectinã, Transisalanam, Frisiam occidentalem, Burgundico Imperio adiunxit. & cruentissimo inter Carolum V. & Franciscum Galliæ regem bello, totos iam nouem annnos

1529. ardenti, finem, pace Cameraci facta, vtriusque regnis salutarem imposuit, & paulò

1530. post Mechliniæ, anno ætatis quinquagesimo secundo, gubernationis Belgici vicesimo quarto Calendis Decembris ex his terris sublata est. Viuente autem adhuc Philippo,

lippo, Margaritæ fratre, Ludoicus Galliæ rex, filiam Claudiam, Carolo, Philippi filio, iam ſex annos deſponſatam: Franciſco Angoliſmenſium principi, ſucceſſori ſuo deſpondit. idque per legatos proprios, Philippo regi ſignificauit, ſimulans ſe totius regni Galliæ ordinum id petentium precibus repugnare non potuiſſe. M. D. VI.

Ve autem non Margaritæ ſolùm, & Philippi fratris, & fratris filij Caroli V. cum Hiſpaniæ regibus adfinitas & cognatio, verùm etiam totum IVS Succeſſionis, quo in ampliſſima Hiſpaniæ & Luſitaniæ regna Carolus V. & filius Philippus II. ex Germanica III. Auſtriæ Archiducum ſtirpe orti, peruenerunt, oculis ſubiectum, illuſtrius conſpiciatur: bonam Genealogiæ regum Hiſpaniæ & Portugalliæ partem adiungam.

FAMILIA REGVM HISPANIÆ.

Ferdinandus III. rex Legionis & Caſtellæ, qui Mauros in Beticam primus concluſit, cœpit anno Chriſti 1216. regnauit 35.

ALFONSVS X. cœpit 1252. à quo Tabulæ Alfonſinæ nomen habent, electus IMP.

Sanctius III. cœpit 1284.
Ferdinandus III. cœpit 1295.
Alfonſus XI. cœpit 1310. annis 40.

Petrus cœpit 1350. à fratre pulſus. — Henricus III cœpit 1369. Ioannes I. Rex Caſtellæ, 1380.

FERDINANDVS IVSTVS rex Aragoniæ, ⊕ 1416. — Henricus III. primogenitus, Rex Caſtellæ, 1390. cœpit. vxor filia Ioannis Lancaſtriæ ducis Angli.

ALFONSVS, magnus, rex Aragoniæ & NEAPOLIS, ſapientiſſimus, ⊕ 1458. — IOANNES rex Aragoniæ poſt Alfonſum. — Maria. — Iohannes II. Rex Caſtellæ, cœpit puer 1406. regnauit 47. — Maria nupta Alfonſo magno.

Carolus Nauarræ Rex. — FERDINANDVS magnus, Catholicus, rex Aragon. cœpit 1475. ⊕ 1516. — ELIZABETH Regina Caſtellæ ⊕ 1504. — Henricus IIII. Rex Caſtellæ, anno 22. ⊕. 1475. — Blanca, Caroli & Ferd. Catholici. ſoror.

IOANNES ante patrem, nullis relictis liberis ⊕ 1497. — Iſabella primogenita, Alfonſo VI. deinde Emanueli nupta filiolum Michaëlem enixa, ⊕ 1498. — IOHANNA, coniunx Philippi Archiducis Auſtriæ, mater Caroli V. Imp. ⊕ 1555. ♀ — MARIA, altera Emanuelis vxor, ex qua octo liberos ſuſcepit. — Catharina, primum Arturo, inde Henrico VIII. Angliæ regi nupta, & poſtea repudiata. ⊕ 1535.

CAROLVS V. rex Caſtellæ & Aragoniæ 1516. IMPERATOR electus 1519. ⊕ 1558. vxor Iſabella, Emanuelis Luſitaniæ regis filia. — FERDINANDVS IMP. ⊕ 1564. — Leonora Franciſci Galli vxor. — Iſabella Daniæ regis Chriſtierni II. vxor. — Maria, regis Vngariæ Ludoici anno 1526. à Turcis cæſi vxor. poſtea Gubernatrix Belgici ſub Carolo V. ⊕ 1558. — Catharina poſthuma, Iohannis III. Regis Port. vxor.

PHILIPPVS Rex HISPANIÆ, anno 1543. & Por- — Ferdinan-dus. — Ioanna Emanuelis. — MARIA. — MAXIMILIANVS II. Imp. ⊕ — Chriſtina Lotharingica. — Dorothea Palatina. ⊕ 1558.

♄ ♂ ☿ ☽ ♃

♄ tugalliæ anno 1580. deſignatus. ♂ puer obijt. ♂ principis Portugalliæ vxor ♀ 1576.

RODOLPHVS II. IMP.

FAMILIA REGVM, PORTVGALLIÆ.

Alfonſus, gener Alfonſi X. regis Caſtellæ.

Dionyſius, ab auo materno immunitatem tributi regibus Caſtellæ pendendi impetrauit.

Alfonſus.

Petrus.

Ferdinandus. 1

IOANNES I. nothus & monachus, Rex Portugalliæ, primus fretum Herculeum trangreſſus, Septam cepit. | Beatrix, nupta Ioanni I. regi Caſtellæ.

Iſabella, Philippo Bono Burgundo nupta 1430. | Henricus, Africæ littora claſſibus luſtrare cœpit, ⊕1460. | EDVARDVS Tingin & Arzillam cepit 1471.

Alfonſus V. Rex Portugalliæ. | Ferdinandus. | Leonora, coniunx Friderici III. Imp.

Ioannes II. Rex Portugalliæ, ⊕ 1495. | Alfonſus VI. ante patrem obijt.

EMANVEL Rex PORTVGALLIAE florentiſſimus, ampliſſimum in India Imperium conſtituit. cœpit A. C. 1495. ſuccedens Ioanni II. Huius res geſtas duodecim libris deſcripſit Oſorius. | Maximilianus I. Imp. 2

PHILIPPVS Archidux Auſtriæ, dux Burgundiæ, pater Caroli V. ⊕. 1506. ♀ | MARGARITA, vxor Ioannis filij regis Hiſpaniæ, & Philiberti Sabaudi, poſtea Gubernatrix Belgici, ⊕ 1530. 3

Michaël cui infanti primum nato, tota Hiſpania iurauit, obijt bimus, anno 1500. | IOANNES III. Rex Portugalliæ, anno 1522. exeunte cœpit. ex Catharina Caroli V. ſorore. | Ludouicus Prior de Crato. | Ferdinandus. | Alfonſus Cardinalis. | HENRICVS Cardinalis, & tandem Rex, cui Hiſtoriam Emanuelis Oſorius dedicauit. natus 1512. ⊕ 1580. | Eduardus. | Beatrix Caroli Sabaudi vxor. Imp. ⊕ 1539. | ISABELLA, primogenita, vxor Caroli V. Imp. ⊕ 1539.

Emanuel Philibertus obijt 1580. | Carolus.

Emanuel Ioannes princeps Portugalliæ, ⊕1554. ante patrem relicta ex Ioanna Caroli V. filia poſthumo. ♀ | MARIA Philippo regi Hiſpaniæ nupta. | Maria, Alexandri Farneſij ducis Parmenſis vxor, ⊕ 1577. | Catharina, Ioannis ducis Brigantini vxor.

SEBASTIANVS poſthumus, Rex Portugalliæ, | Rainucius. | Eduardus.

nellus, Hugo Schedelius, Sebastianus Munsterus, Polonicæ Historiæ Autores, hactenus habuerunt, pro Ethnicis, & Barbaris aliquamdiu habiti. Alterum fatetur commentator quidquam, Virum doctissimum, & Historiarum peritissimum, nescire, quo tempore, quibus auctoribus, aut fundamentis Lithuanos inter Christianos numerari cœperint. Quod si Christianæ religionis, qui fuerint primi Lithuanorum Principes, quique fuerint, non agnoscebant. Defuncto, Sigismundo Augusto, Stephanus Christianæ fidei amantissimus legitur, qui, præter Vindicias contra tyrannos, Barbarum inquisitionibus, Gregoriae stili, & reformationi Tyr. Stephanus Christianæ fidei amantissimus legitur, qui, præter Vindicias contra tyrannos, Barbarum inquisitionibus, Gregoriae stili, & reformationi Tyr.

M. D. VII. admonitos, eorumque bona, ad se delata, detineant. ac vt Dantiſci, Rigæ, Reualiæ, idem fieri procurent, tantiſper donec ad ſubiectionem Daniæ regis legitimam Sueci reducti ſint. pro his officijs, Rex ſe clementem ciuitatum Dominum fore, & priuilegia eorum in ſuo regno conſeruare, & fracta ſarcire ac inſtaurare, & naues Lubecenſium Hafniæ detentas, cum bonis, quæ reliqua ſint, redditurum, nec deinceps quemquam læſurum eſſe promittit. Hos articulos, à Lubecenſibus receptos, Ioannes paulò poſt ad ſenatum regni Sueciæ mittit, rogans, vt tandem ad officium & fidem ſibi in coronatione Regia datam redeant, nec inani ſpe Lubecenſium auxiliorum diutius rebellionem alant. pollicetur omnium præteritarum offenſionum ἀμνηστίαν & clementiam ac gratiam Regiam ſingulis prolixè defert. Re in ſenatu regni Suecici diſputata, cùm epiſcopi plerique & alij Danicis partibus addicti proceres, optimam regis clementiſſimi erga regnum Sueciæ voluntatem prædicarent, & periculum alteri factioni & toti patriæ, iam Lubecenſium auxilijs deſtitutæ, impendens exaggerarent: tandem ad conſilium mittendæ in Daniam legationis, vt de ſubiectionis conditionibus cum Rege tractaret, decurrerunt. Quæ ſequenti anno Hafniam
1508. appellens, blandiſſimè excepta: Ioannem, Regem Sueciæ ſe agnoſcere, profeſſa eſt. ita tamen, vt adminiſtratio regni omnis penes Gubernatorem ſenatum regni Sueciæ maneat, à quo præfecti artium & prouinciarum conſtitui, & reditus publici omnes colligi, & quotannis 12000. marcæ, Sueciæ regi: 1000. marcæ Reginæ pendi debebunt. Sueci, liberè & tutò in mari, & regni Daniæ portubus, quò volent, nauigabunt. Sed à Lubecenſium commercijs & portu penitus abſtinebunt. Suecis domum reuerſis, nouæ diſſenſiones inter ipſos ortæ ſunt, quæ tributi promiſſi ſolutionem impedierunt. Excubitores etiam regij, nauem Riga precioſiſſimas merces Lubecam verſus vehentem, ad Bornholmiam intercipiunt. Sic malè ſarta Gratia nec quidquam coijt & ſtatim reſciſſa eſt.

Saxoniæ duces, Fridericus elector, & Georgius, & Megapolitani ducis Henrici frater Ericus, eo anno, comitia Imperij celeberrima, Conſtantiæ ad lacum Podamicum à Maximiliano indicta adierunt, vbi præter communia Imperij negocia, ac inprimis Cameræ Iudicij, Ratisbonæ interea, donec epiſcopi & ciuium VVormatienſium diſſidia componerentur, celebrandi, inſtaurationem (cui epiſcopus Patauienſis & hoc recuſante, præp. Magd. Magnus Anhaldinus præſes deſignatus eſt) impulſu Iulij II. Pontificis, de exercitu in Italiam aduerſus Ludoicum Galliæ regem, Imperij vrbes & Cæſaream dignitatẽ ſibi in Italia vſurpantem mittendo, tractatum eſt. Orta enim Genuæ inter patritios & populum ſeditione, in qua Iulius PP. popularem ſtatum, Ludoicus rex nobilium cauſam fouebat: cùm exercitum ingentem Galliæ rex conſcriberet, & Iulij conſilijs & interceſſione parum ſe moueri oſtenderet, Iulius Maximilianum & alios aduerſus Gallum, tanquam Imperio & libertati Italiæ opprimendæ inhiantem, inflammare conabatur. Hac ſuſpicione vt ſe liberaret Ludoicus, ſtatim vt vrbs Genua, duce nouo, Paulo Nonio ſerici tinctore, profugiente, ipſi dedita menſe Aprili, & Reipublicæ forma iterum conſtituta fuit, copias omnes dimiſit: & poſtquam Sauonæ in Liguria Ferdinandum ex regno Neapolitano in Hiſpanias reuertentem, in cuius comitatu Magnus Conſaluus erat, ſalutaſſet, in Galliam redijt. Conſtantiæ nihilominus, Maximiliano vrgenti exercitus in Italiam Imperij ſumptibus decernitur. Qui tamen ſequentis anni initio primùm, expeditionem Italicam ſuſcepit. In his comitijs, Baldaſar Merkelius, poſtea Hildeſienſis in Saxonia, & Conſtantienſis epiſcopus, Maximiliano Imperatori primùm innotuit, cuius deinde aulæ comes & conſiliarius intimus, & hoc mortuo, Caroli V. per Germaniam vicecancellarius fuit. Natus is erat parentibus honeſtis magis quàm opulentis VValdkirchij, Herciniæ oppido, ſub Friburga Briſgoiæ ſito. ſed ingenij felicitate & in literarum ac iuris ſtudio diligentia & induſtria, Legum Doctor & Conſtantienſis Canonicus primùm factus eſt, qui ei ad ſecutas dignitates aditus fuit.

Conſtantienſis verò epiſcopæ collegium, vt id obiter inferam, Vindoniſſæ primùm, ad Limagi, Araris & Ruſæ confluentem, à Clodouæo I. Galliarum rege conſtitutum eſt. Vbi ſex epiſcopi, Paternus, Lando, Maxentius, Bubulcus, Gramatius,

Maxi-

Mauritius, Iohannes, Wolfgangus, Ludouicus, Augustus, Christianus trans-Rhenani. Et Wil. Paulus, qui supra fuit Caesarius, Henrici comitis Alexelbilini, S. Vincit Augustinus Ordinis Praedicatorum Theologus, Ioannes Ordinis Minorum Theologus, Ioannes Ordinis Carmelitarum, Valentinus comitis Brigantini filius, Sacerdos. Ab hoc autem fuit filius Ernestus Augustus, qui Ioannis Georgii Saxonis magni principis Electoris, quinti filius fuit Augustissimus nostri tempori Imperator Carolus VI. qui semper horum comitum Coustantiam ac fidem sequi, & patrocinari. Mater vero fuit Ernestina vir pius Sabina, Constantiae religionis, & coniugio Viennensium Ecclesiae, imparem in omni gubernatione 1737. ac in humanis rerum vicissitudinem, indicans, atque gubernatricis fua 32. patriae Elisabethae Baldaldae huic Berthae gratia & munificentiae quod Carolum V. imperii Romanorum Caesarem tam valentis, ac magnanimi. Haec historici omnes, Ioannes Aventinus, Ioannes Cochlaeus, Ioannes Sleidanus, Conradus Mutianus Rufus, Ioannes Nauclerus, Ioannes Trithemius

M. D. VIII.

α Osnabrugensis & Padeb. ⊕1532. — β PVS, ⊕1549. — γ stus.

Ernestus, ⊕1576. | Elisab. vxor Ioan. iunioris Ducis Holsat. — VVolfgangus. — Philippus. — Albertus ad Norlingam in bello Ger. ⊕1546. — Ioannes ad S. Quintinum perijt 1557.

Monasterienſem verò principatum, Ericus dux Saxoniæ Lavvenburgenſis, Ioannis filius, Magni ducis, & Ioannis epiſcopi Hildeſienſis, & Bernardi præpoſiti Colonienſis frater, adminiſtrandum ſuſcepit. cui cum fratribus ſolenni more vrbem ingredienti, Gratulationem carmine ſcriptam Ioannes Murmelius, vtiliter de ſtudijs literarum ea ætate refloreſcentium in VVeſtphalia meritus exhibuit.

SVERINI ob diſſidia inter priorem epiſcopum Ioannem Thuen & collegium atrocia, paulò ante epiſcopi mortem, exorta, ſeſquiannum iam ſedes vacarat, Vlrico Malchouio collegij ſeniore interea vices epiſcopi gerente. Tandem PETRVS quidam VValecouius, Sundij obſcuro loco natus, ſed ingenio, induſtria, & rerum Romanarum vſu ſingulari, electus, octennium eccleſiæ præfuit magna apud principes & cæteros, ob virtutem, prudentiam, fidem & in rebus agendis dexteritatem ac felicitatem, gratia & authoritate florens. Nihil verò de Petri huius epiſcopi Suerinenſis vita anteacta perueſtigare in hiſce locis aliud potui, quàm Iulij II. literæ, quibus indulgentias, porrigentibus eccleſiæ Suerinenſis fabricæ manus adiutrices pollicetur, indicant, M. Petrum VValecouium, eccleſiæ illius præpoſitum, literarum Apoſtolicarum Romæ ſcriptorem & abbreuiatorem, & familiarem Iulio PP. ac ob fidem ac induſtriam dilectum & gratum eſſe.

Bogislaus Pomeraniæ dux, Georgium filium, in aulam affinis Georgij principis Saxoniæ, cui Barbara Caſimiri regis Poloniæ filia, Georgij Pomerani matertera nupta erat, & qui Georgio à ſe ex baptiſmo ſuſcepto nomen dederat, deduci curat, adiuncto præceptore Eraſmo Manteuffel, qui Caminenſis epiſcopus poſtea factus eſt.

Eodem anno, in Germania ſuperiore, duo præcipuæ dignitatis, & eiuſdem familiæ principes Philippus elector Palatinus, ante bellum Bauaricum, potentia, opi-
17. Febr. bus & authoritate florens, & Albertus IV. Bauariæ dux, Friderici Saxoniæ electoris auunculus obierunt. Philippus ſeptem filios ſuperſtites: Ludoicum electorem: Fridericum II. electorem: Georgium epiſcopum Spirenſem (cui Spiram ingredi-
1529. enti Buſchius luculento carmine, in quo iuſticia conuocato virtutum choro, omnes bono principi conuenientes in eo lucere prædicat, gratulatus eſt) Henricum VVormatienſem: Philippum Friſingenſem: Ioannem Ratisbonenſem: VVolfgangum: & duos ex Ruperto præmortuo nepotes Ottonem Henricum & Philippum reliquit, qui omnes, etſi ad ſenilem ætatem plerique peruenisſent, tamen intra 50. annos poſt patrem extincti, & tota Philippi poſteritas deleta eſt.

Sed tabellam Genealogicam adiungo, quæ ſuperiori etiam narrationi de bello Bauarico lucem adferet.

Ludoicus, qui Rodolphum Habſpurgenſem Imp. elegit, ⊕1294.

Rudolphus Palatinus Rheni. | Adolphus. | Rupertus, conditor Acad. Heidelbergenſis 1387. | RVPERTVS Imp. 1400.

LVDOICVS dux Bauariæ IMP. 1314. ⊕1346. | Stephanus.

Ludoicus ♂ — Stephanus, à quo ♂ — Fridericus, Landshuti. Henricus Diues. ☿ — Ioannes, Monaci. Ernestus, ⊕1438. ♀ — Stephanus, Ingolſtadij. Ludoicus, ⊕ captiuus 1447. ♄

M. D. VIII.

♂ elector. | Ludoicus.

♂ Palatini, Biponti, & Simerenſes, orti. | Fridericus victorioſus, ⊕ 1477. | PHILIPPVS Elector ⊕ 1508.

♀ Ludoicus, vxor Amelia, filia Friderici II. electoris Saxoniæ. | Margarita. | & reliqui ſex fratres.

♂ Albertus III. ⊕ 1460. | ALBERTVS IV. vxor Cunegundis, ſoror Maximiliani Imper. recuperauit Landshud, & Ingolſtad. 1504. ⊕ 1508. | VVilelmus, ⊕ 1550. 22. Mar. | Albert. V. ⊕ 1578. | VVilelmus.

♄ Ludoicus patrem cepit, ⊕ 1445.

♂ Georgius Diues, ⊕ 1503 | Eliſabeth, vxor Rup. Pal. ♀

♂ Ludoicus electoris ⊕ 1544.

♂ Rvpertvs gener Georgij Diuitis ducis Bauariæ.

♂ Fridericus elector ⊕ 1556.

Exeunte anno, Cameraci fœdus, inter pontificem Iulium, Maximilianum Cæſarem, Ludoicum Galliæ & Ferdinandum Hiſpaniæ reges, de bello Venetis inferendo, & vrbibus ſingulorum, quas illi tenebant, recipiendis, factum eſt. ac inter cætera fœderis capita, Cæſar, Mediolanenſis Imperij diploma, Ludoico Galliæ regi, eiuſque genero Franciſco, & maſculæ illorum proli, auguſtali authoritate conceſſit. quod in præiudicium Caroli Belgarum principis minorennis, cui antea collatum erat, fieri non potuiſſe, ideoque nullius momenti eſſe, Carolus poſtea diſputauit.

MORIAE Encomium, eximiæ ſapientiæ & eloquentiæ ſpecimen, eruditis ac feſtiuis, ſalibus & iocis vndiquaq; perſperſum & conditum, Eraſmus ex Italia rediens, menſe Iunio, edidit: cuius nomen, parentes, patriam, ſorores, ac pediſſequas initio recenſens, deinde Beneficia illius enumerans infinita: totius humanæ felicitatis ſummam ex ſtultitia pendere docet. idque à primo vitæ hominum ortu, per omnes ætatis gradus, per omnia vitæ genera, omnes hominum ordines, plebeios, profeſſores ſapientiæ, Grammaticos, rhetores, librorum ſcriptores, ſophiſtas, philoſophos, theologos, monachos, principes, proceres aulicos, epiſcopos, Reges & ſummos Pontifices, denique Chriſto ipſi & apoſtolis inſaniam aliquam in ſacris literis tribui diſputat. Argumentum & conſilium ſcriptæ Moriæ in epiſtola ad Dorpium his verbis ipſe indicat: Non aliud ſpectauimus in Moria, quàm quod in cæteris lucubrationibus, tametſi via diuerſa. In Enchiridio ſimpliciter Chriſtianæ vitæ formâ tradidimus. In libello de principis inſtitutione, palàm admonemus, quibus rebus principem oporteat eſſe inſtructum. In Panegyrico ſub laudis prætextu, hoc ipſum tamen agimus obliquè, quod illic egimus aperta fronte. Nec aliud agitur in Moria, ſub ſpecie luſus, quàm actum eſt in Enchiridio. Videbam quàm eſſet mortalium vulgus ſtultiſſimis opinionibus corruptum, idque in ſingulis vitæ inſtitutis, & remedij votum erat verius quàm ſpes; Proinde videbar mihi reperiſſe rationem, vt delicatis animis hac arte tanquam obrepens, & cum voluptate quoque mederer. Admonere voluimus, non mordere: prodeſſe, non lædere: conſulere moribus hominum, non officere. Si quis offenditur, vbi nullius omnino nomen perſtringitur, ſed generalis de vitijs diſputatio eſt: non habet quod expoſtulet cum eo, qui ſcripſit. ipſe ſi volet ſecum agat iniuriarum, vtpote ſui proditor, qui declarârit hoc ad ſe propriè pertinere, quod ita dictum eſt de omnibus, vt de nemine ſit dictum, niſi ſi quis volens ſibi vendicet.

Eodem anno, Conradus Celtes, primus Germaniæ lauro coronatus Poëta, & inter primos eloquentiæ Romanæ & latinæ ac Græcæ linguæ in Germania inſtauratores celebris, vitam mortalem concluſit. cùm anno 1459. quo Maximilianus I. Imp. etiam idibus Martij natus erat, in Francia orientali, ad Mœnum, non longè ab Herbipoli primùm in lucem editus eſſet. cuius ingenium, ſtudia, mores, ac peregrinationes, ſtudiorum & alendæ prudentiæ cauſa ſuſceptæ (quibus Saxonicas quoque illius temporis Academias Erfordenſem, Lipſicam, Roſtochianam doctrina ſua illuſtrauit)

4. Febr.

Cal. Febr.

uit)& ſcripta poëtica,& Apophthegmata inprimis ſapientiſſima conſideratu digniſ-
M. D. VIII. ſima,in vita illius recenſentur. Ingolſtadij, viuente adhuc Georgio duce Bauariæ, &
Ruperto illius genero, Philippi Palatini tum florentiſſimi filio,optimas literas pro-
1499. feſſus eſt, vt orationes ab eo habitæ teſtantur.

Apophthegmata illius hæc præcipuè celebrantur. Dixit Virtutem eſſe vt ſpongiam, & ſilicem: quorum alterum ſi compreſſeris,contrahitur: alterum ſi læſeris, ignem elicis. Virtutem ſimilem eſſe dixit oleo,quod cuicunque liquori miſcueris, demum ſupernatabit. Aſpernantibus eloquentiam & græcas literas, reſpondit,facilius eſſe honeſta ſtudia & virtutem contemnere, quàm diſcere. Interrogatus, quo Græcorum & Latinorum ſtudia differrent, reſpondit, hos magis rebus,illos magis verbis abundare. Felices eſſe dixit,qui alios probata inſtitutione erudirent,Feliciores,qui cogitationes ſuas illuſtres ad poſteritatem deſtinarẽt,Feliciſſimos,quivtrumque perfeciſſent. Et tria genera ingeniorum,Bonos, qui aliorum ſcripta interpretarentur: Meliores,qui exotica transferrent: Optimos,qui noua cuderent.Hortanti vt indoctum doctorem ſalutaret, reſpondit, Doctos quærimus,Doctores plures habemus. Dixit neminem viuere, cui non pars ſtultitiæ contigerit. Nullam agnitionem difficiliorem quàm ſui. Eam ſolidam eſſe voluptatem quam nulla pœnitudo ſequatur. Interrogatus cur negligentius opes curaret, reſpondit, maiorum domuum maiorem eſſe curam. Et rurſus de eodem interrogatus ſubiecit,impoſſibile non curantem habere quod habeat. Somnum,vinum, amicum,& Philoſophiam dixit leuamina & vitæ vehicula. Aetate vinum & carmina pretioſa fieri. Conueniens eſſe Philoſopho peſſimis diſplicere. Philoſophum oportere amatores ſuos primùm docere patientiam, & vacuos reddere affectionibus. Inuidiam conuertere debere ſapientem in miſericordiam. Optimum genus victoriæ non in inuidiam,ſed in pœnitudinem duxiſſe hoſtem. Tolerabiliores eſſe miſerias dum ad aliorum comparantur calamitates. Illorum,qui ſine laude viuerent, eorum laudes & vituperia non debere curare ſapientem. Præbere hiſtrionum ſpeciem,qui habitu tantùm profiteantur religionem & Philoſophiam. Multum referre,in quæ tempora cuiuſque virtus & vita inciderit. A Dijs neminem amari,niſi quem ament homines boni. Amantem & inuidum intra ſe geſtare ſupplicium. In præteritum ne quidem Deos immortales conſulere poſſe,& perinde de his eſſe conſolationem. Principes indoctos,organorum inſtar eſſe dixit,quæ aliorum impulſu ſonos edant. Philoſophum decere,paſſiones ſuas frangere,aut condere. Apud prudentem & ſtudioſum virum debere obſeruari ſemper,vt dies diem doceret. Interrogatus quid noui acciperet? reſpondit,Nihil niſi nouas ſemper in peruerſis mentibus erumpere cogitationes & affectationes. Cùm ex familiaribus ſuis quendam commendaſſet,& ille negligentius egiſſet,hortantibus cunctis,vt eum vituperaret,reſpondit: Semel laudaui,vituperare non poſſum. Poëticam diuinum eſſe motum animi.Oculos,feneſtras animi: & ſenſus,ianuas intellectus eſſe dixit.Dulciſſimam eſſe mortem,quæ cum gloria apud poſteritatem reuiuiſcet.Dum quendam caſtigaſſet,& ille ſe illuſtrium virorum vitijs tueretur,reſpondit: Illorum vitia ſequeris,virtutes negligis.Viuum viuis prodeſſe debere,poſt mortẽ bonorum omniũ incertum hæredem.Neminem in familiaritatẽ ſuam admiſit,niſi quem ipſe meliorẽ aut qui ſe meliorem reddere poſſet.Nõ quomodo viuendũ,ſed quomodo moriendum,cogitandum eſſe dicebat. Colentes ſe colere debere,ſpernentẽ ſpernere.Meſtruatos amicos vocabat,qui aduerſis rebus amicitiam ſoluerent.Quomodo aliquis cognoſci deberet interrogatus,reſpondit, Ex eius amicis & contubernalibus.

In Anglia,quã Tranſmarinã Saxoniã Bonfacius appellat,Henricus VII. Rex, poſt cruẽtas & immanes ſuperiorũ aliquot regũ, ex Lancaſtria & Eboracenſi, ſeu Rubeæ & Albæ Roſæ familia,lanienas & parricidia mutua,tranquillitatẽ & quietem mediocrẽ regno reſtituerat. Is Margaritæ laudatiſſ.fœminæ,Ioanne duce Somerſetti natæ, & Edmũdi,comitis Richemontani,filius,& Henrici VI.regis vterinus frater fuit.Catharina.n.mater Edmũdi,Caroli VI.Galliæ regis filia,poſt Henrici V.regis exceſſum, Owino cuidã Vvallo nupſerat,ex quo hunc Edmundũ ſuſcepit,& Caſparem Penbruchij comitem.qui,graſſante in Henrici ſexti amicos Eduardo IV.Eboracenſis factionis rege,Henricũ Edmundi fratris filium,in Galliam ſecũ abducens, melioribus fatis

confœderatis. Rememorat enim paſſus a prædecessore Lancastrio factos, ut Calleto ad S. Vili. Indias Hiſpanicas, Richardo III. tyranno, Edwardo ſextæ filiæ, ad ſyderium cæſo. Ad hæc, ut Anglorum & Francie, jamdiu ſimultates expoſtulantes, ceſſarent. Ad quæ, ſi ſuis ſubditis ſingulari vigilantiæ opportet, paulo ante annum 1500. ſuppreſſionem factam Hiberniorum Perkini Warbeccii, & Edwardi Warwicenſis Plantageneti, qui ſe Edwardi V. filium mentiebatur, & ab Edwardi ſorore Margarita, Caroli Burgundi viduæ, inſtitutum: vitamq; in perpetuum reſtrictam, & ſignis excubiarum munitam, ſtringere non licuiſſet.

Hæc verba ſi ſolum tumultibus, & parta regno quiete, Henricus VII. Calamo tuus, & ingenio Philippus arbitratus eſt: Aubrea Britannia ſtupefacta, nunc ipſi tremenda ſuis ſubditis, ad eum venit, & ſemetipſam ac ſuos fundos, ac ſervitia omnia per legatum ſuum ſpontaneum Senechal Londonum, Margaritam filium, Jacobo I. V. Scotiæ Regi quæ commendavit. Quæ ſi ſolum ad ſuæ ſenectutis præſidium, & ſuorum ſalutem ſtatim illicuit, & filio primogenito Arturo, V'Valiæ principi, adolescentulo, ſponſam Catharinam Hiſpanam, Ferdinandi & Elizabethæ Regum filiam, ſi ſolum ad ſuæ ſenectutis præſidium, & ſuorum, ferdinandi Hiſpaniarum regis filium, Ludovicum duodecimum, nomine & ſuo, & Caroli Auſtriæ, Philippi filii, & Joannæ Caſtellæ filiæ, ſponſum Claudiam, quæ ipſi ſuperſtes erat filiam, ſi ſolum ad ſuæ ſenectutis præſidium, & ſuorum, Edwardo V. Edwardi ſenioris regis, nati, & patris extinguitur. Edwardum Warwicenſem, ſororis regis Elizabethæ, Joannæ Suffolciæ filii nepotem, ſpretis longum ſenatibus, ad Margaritam Caroli Burgundi viduam in Belgicum transmiſſum, ut ſub ea tempeſtate in Anglia ſe tranquillum, quæ ſervitia omnia, ſpontaneum ſe fuiſſeque archiducis Belgarum principis filium ſe fecerit, ſi quo poſt aliquot Vide Bacon. annos Henricus iuvit, & impugnatum ſe ſtatim ſenſit, & ſuis ſubditis, & ſuis ſervitiis vim incutiendam, tradens eſt.

Quæ ſi ſolum ad ſuæ ſenectutis & ſuorum hoc loco incidens, Senina Regia, Vide Senina. Scotiæ regnum ſua fecunda dotalitium, & ſenium promiscuum Anglis præcipitavit.

Hæc omnia cum, occidentalium Saxonum & Britannia Rex, quæ ſolus eſſe, Senina. Senina. Senina.

M. D. VIII. dus 6. annos. ALFREDVS, cum Danis, Angliam inuadentibus varia & difficilia bella
870. gessit. Merciorum regnum suis adiecit. condidit Academiam Oxonienſem. cùm
892. ante 262. annos rex Sigebertus Cantabrigenſem erexiſſet.
930.
901.

Alfredi filius fuit EDUARDUS I. Angliæ rex, annis 25. cuius filij fuerunt.

ADELSTANUS Angliæ Rex potens & felix, Northumbriam recepit, & pulsis Danis & alijs, solus Regnum Angliæ sedecim annos obtinuit, ⊕ 942.	Edmundus I. Rex Angliæ, A. C. 942.	Eldredus Rex, A. C. 948.	Edgina, Carolo simplici Galliæ regi nupta, Ludoici Transmarini mater.

Eduinus Rex Angl. 953. ob libidinum impotentiam regno pulsus.	EDUARDUS Rex Angliæ 959.	EDITHA, Ottonis I. Imp. vxor, ⊕ 947. Magdeb.

Eduardus II. Rex Angl. 965. iussu nouercæ Alfredæ cæsus & inter sanctos relatus est.	EDELREDUS A. C. 678. à Danorum rege Suenone oppugnatus, amittit Northumbriam, Merciam, & tandem ex Anglia in Normanniam profugiens, totum regnum Danis cedit 1014. Etsi autem mortuo Suenone, Edelredus redijt, tamen statim extinctus est anno 1016.

Edmundus eius nominis II. Rex Angliæ 1016. perpetuo bello à Canuto Daniæ rege fatigatus, & anno vertente à suis interfectus est. cui CANVTVS Magnus, Daniæ & Angliæ rex, A. C. 1017. successit, qui Emmam Normannam, Edelredi viduam, vxorem duxit, ⊕ 1036.	Eduinus.	Alfredus.	EDVARDVS III. primùm in Normannia exulauit, postea Rex Angl. 1042. ⊕ 1066. testamento GVILELMVM Normannum successorem relinquens.

Haraldus rex Angliæ à patre designatus, ⊕ 1040.	Canutus II. rex Daniæ post patrem & Angliæ post Haraldum 1040. quo post biennium mortuo, redit ex Normannia.	Sueno. rex Norvvegiæ. Gunilda vxor Henrici III. Imp.

EDVARDVS III. Edmundi II. frater Rex Angliæ 1042. ⊕ 1066. ac testamento Guilelmum Normannum amitinum suum, contra Haraldum Danum, ex Thyra, Canuti II. sorore (vt Polydorus habet) vel Vlfonis (vt alij) sorore & Godvvino Cantij comite natum instituit.

Est autem hæc series Ducum Normanniæ, ex quibus Guilelmus Angliæ rex ortus est.

Rollo primus Dux Normanniæ circa A. C. 900.
Guilelmus filius A. C. 924.
Richardus I.

Richardus II. dux Normanniæ. vxor Estritha Danica,	EMMA, vxor Edelredi regis Angliæ, & postea Canuti regis Daniæ.

Richardus III. I	ROBERTVS, Byzantij tandem obijt 1040.

GVILELMVS Normannus, Roberti filius, Balduini Pij Flandriæ Comitis gener, Rex ANGLIAE, A. C. 1067. anno 618. post aduentum Saxonum in Britanniam: anno 130. post Adelstanum primum monarcham Angliæ factus. inter cæteros consilio & opera Lanfranci archiepiscopi Cantuarienſis multùm vsus est.

GVILELMVS Rufus, Rex Angliæ 1089. Lanfranci potiſſ. au-	HENRICVS I. rex Angliæ 1101. qui S. Anshelmum	Robertus, patrem in Normannia oppugnauit 1080. dux Normanniæ, cum duobus fratribus Angliæ RR.	Adela Stephano Blesensium comiti nupta.

M. D.VIII.

toritate & consilio factus, post cuius mortem, reter tyrannus fuit. substituit Landfranco S. Anselmum, quem postea in exilium pepulit. Ipse in venatione a Gallico missili telo transfixus 1101.

reuocauit & capto Roberto fratre *Normanniam Angliæ regno coniunxit* A.C. 1108. vxor Mathildis Scotica.

bellum gessit. Gotfridum Bulioneum in Palæstinam comitatus A.C.1096. cùm redijsset, Henrico fratri Angliæ regi bellum inferens, anno 1108. captus in VVallia 16. annos vsque ad mortem custoditur. Huius filius Guilelmus, comes Flandriæ, à Ludoico Crasso Galliæ rege factus, ad Aloſtum perijt 1125.

STEPHANVS, Rex Angliæ 1136. vxor Mathildis, Eustachij Bulionei comitis Bononiæ filia.

Mathildis coniunx Henrici V. Imp. Deinde Godfrido comiti ANDEGAVENSI, Fulconis filio, nupta, qui Andegauenses, Turones & Cenomannos rebeas: vincit Stephanum 1141.

Guilelmus dux Normanniæ in mari submersus, vxor filia Fulconis Andegauensis.

Ricardus nothus.

Robertus comes Gloceſtriæ.

Eustachius dux Normanniæ, jurauit Ludoico VII. Galliæ regi, cuius sororem Constantiam duxit. sed ante patrem obijt.

Guilelmus comes Nortfolciæ.

HENRICVS II. comes Andegauensis, Turoni, Cenomann. Rex ANGLIAE, A. C. 1154. Henrici Leonis Saxoniæ ducis socer. puer apud Dauidem Scotorum regem auunculum magnum educatus, tandem post varia bella, per Stephanum regem Angliæ, mortuo Eustachio filio, adoptatus, succeſſit 1154. Vxor Leonora, vnica filia & hæres Guilelmi AQVITANIÆ & PICTONVM ducis, dimissa à Ludoico VII. Francorum rege. AQVITANIAM Henricus anno 1153. in possessionem accepit, ⊕ 1189. Angliæ regum florentissimus & potentissimus.

Godfredus comes Andeg. à fratre victus obijt.

VVilelmus.

Henricus, cui Margarita Ludoic. VIII. regis Galliæ filia desponsata 1163. coronatus rex, patre viuo 1172. cui, adiutus à socero & fratribus, regnum eripere conatur 1175. 1176. ⊕ ante patrem 1181.

RICHARDVS, comes Aquitaniæ, Rex ANGLIAE, 1189. in Palæstinam proficiscens Cyprum tenuit, vbi nuptias cum Berengaria Garsiæ regis Nauarræ filia, celebrauit. rediens ex Palæstina, Viennæ captus est 1193. & Cæsari Henrico VI. traditus ⊕ 1200.

Godfridus, ducta Constantia, vnica filia & hærede Conani Britanniæ ducis, ⊕ ante patrem Lutetiæ.

Arturus dux Britanniæ Comes Andega. Turoni, &c.

IOANNES contra fratrem Ricardum in Syria absentem seditiones mouit, quo mortuo, dux Normanniæ & Rex ANGLIAE factus 1201. amisit Normanniam à Philippo Augusto rege Galliæ occupatam 1205. anno 316. postquam Rollo eam à Carolo Simplice obtinuerat, tandem à Pontifice, regno per sententiam priuatus ⊕ 1218. Vxor Isabella, vnica comitis Engolismi filia, post Ioannis mortem, Hugoni comiti Marchiæ nupta, ex quo nati filij Ottomarus episcopus Vintonienſis, & Ganfredus, Guilelmus, Guido, cæsi postea à principibus Angliæ rebellibus 1261. in prælio ad Lovvis.

Mathildis, Henrici Leonis, Ducis Saxoniæ, vxor.

Regis Ioannis liberi fuerunt:

Ranonis Ecclesiæ, qui ibi Sacerdotium gerebat, Ecclesiam Sancti Petri Apostoli, & Sancti Andreæ Martyris, & Sancti Laurentii Martyris, & Sancti Stephani Martyris, & Sancti Vincentii, quæ Ranonis Ecclesiæ sunt filiæ, &c.

α Mertiæ. β briæ. γ agitatus, ⊕ 1415. δ Eboracenſis. ♀

Edmundus. Rogerius. ANNA nupta Richardo Eboracenſi.

HENRICVS V. princeps VValliæ, Rex Angliæ. monaſteria Bethlem & Sion prope Londinum ædificauit 1413. Gallos ingenti prælio ad Dagincurtum vicit 1415. cepit ducem Aureliæ, Burbonium, &c. Cadomum & Rhotomagum in Normandia recepit 1419. fœderatus Philippo Burgundiæ duci, patrem cædem vlciſcenti, Galliæ Rex excluſo Carolo Delphino, Trecis in Campania conſtituitur, anno 1420. ⊕ in Gallia 1423.

Thomas dux Clarentiæ, præſes Normanniæ ab Henrico V. receptæ 1419. ad Andegauum interficitur.

Ioannes dux Bethfordiæ, cum Philippo Burgundo regem Franciæ oppugnat 1433.

Humfredus dux Gloceſtriæ, cum Philippo Burgundo, Regens Galliæ, & poſtea Gubernator Angliæ ſub Henrico VI. puero annis 25. Tandem mercedem recipit laqueum, 1446.

Vxor Catharina, Caroli VI. Galliæ regis filia. poſt natum filium Henricum VI. & mariti Henrici mortem, Ouino cuidam VValloo, nobili obſcuro, clam nupta; ex qua Edmundus, pater Henrici VII. natus eſt.

HENRICVS VI. infans regnare cœpit 1423. ſub Gubernatore Humfredo, duce Gloceſtriæ, patruo. Lutetiæ, Rex Galliæ coronatur 1431. anno ætatis decimo. Philippus Burgundus pacem cum Carolo VII. facit 1435. Vxor Henrici VI. Margarita, Renati Siciliæ regis & ducis Andegauenſis filia; mulier imperioſa & inquieta; Gubernatorem regni Humfredum mariti patruum tollit. Interea Gallis Rothomagum, & alias Anglorum vrbes in Gallia recipientibus, Normanniam totam, anno 30 poſtquam à patre recepta fuerat, Henricus amittit 1451. præterea Aquitaniam totam, quæ ante annos trecentos in Henrici II. Angliæ regis poteſtatem primum venerat, à principibus ſuis, duce Richardo Eboracenſi, bis captus miſer & infelix rex. Tandem ab Eduardo IV. profligatus, aufugit in Scotiam 1461. Interea regnat Eduardus IV. Decimo fugæ anno, Margarita vxor, impetratis à rege Galliæ auxilijs, maritum reſtituit 1471. ſed paucis menſibus poſt Eduardus IV. à Carolo Burgundo ſororio adiutus redit, & Margaritam cum filio Eduardo VValliæ principe capit. Henricum regem in carcere tandem necat. Hic Lancaſtriæ regum familiæ finis fuit.

♀ Ricardi Plantageneta Ducis Eboracenſis filij.

EDVARDVS IIII. rex Angl. victo Henrico VI. 1461. vxor Eliſabeth collegium Reginæ Cantabrigiæ fundauit.

Richardus III. dux Gloceſtriæ, Rex Angliæ 1483. fratris filios interfecit. ipſe cæſus 1486.

Georgius dux Clarentiæ, à fratre Richardo necatus 1480.

MARGARITA, Caroli Burgundi vxor tertia.

ELIZABETH, nupta Ioanni duci Sutfolciæ.

Eliſabeth, coniunx Henrici VII. regis Angliæ, qui A. C. 1486. ex Gallico exilio in Angliam reuerſus, cæſo Richardo III. tyranno, regnare cœpit. natus patre Edmundo comite Richemontis, fratre Henrici VI. vterino, & Margarita filia Ioannis ducis Somerſetti.

Eduardus V. à patruo tutore necati

Richardus.

Margarita nupta Richardo Pol.

Edmundus, dux Sutfolciæ, initio amicus, poſtea rebellis Henrico VII.

Ioannes comes Lincolnenſis.

Reginaldus POLVS Cardinalis.

Godfridus.

M. D. VIII. 1500. Liberos Henricus VII. ex Elisabetha, Eduardi IIII. regis filia, habuit: primogenitum ARTURUM principem VValliæ, qui vix adolescentiæ annos ingressus, Catharinam, Ferdinandi Hispaniæ regis filiam, Caroli V. materteram ducens, eodem, quo nuptias celebrauit anno, ante patrem obijt. HENRICUM VIII. qui ducta fratris præmortui vxore, post patrem triginta octo annos in ANGLIA regnauit: (patrem Eduardi VI. & Mariæ Philippo Hispano nuptæ, & Elisabethæ virginis, quæ iam sapienter & feliciter Angliam gubernat) Edmundum auo paterno ὁμώνυμον, ante patrem sublatum. Margaritam Iacobo IV. Scotorum regi, & postea Archibaldo Duglassio Scoto, auo materno Henrici Stuardi patris Iacobi VI. elocatam: Mariam Lud. XII. Galliæ regi, deinde Carolo Suffolcio nuptam. Quorum omnium nomina, & indolem generosam, & animi & corporis pulchritudinem eximiam, rubris & candidis Rosis, quæ olim factionum inter principes Angliæ Eboracenses & Lancastrios funestarum, per Henricum VII. ex vtriusque sanguine procreatum, sublatarum, notæ fuerunt, venustè pingit, ac ipsius regis, & Britanniæ laudes, eruditissimo carmine prædicat Erasmus, quod Henrico VIII. regi puero, paucis antè 1500. annis dedicauit. Id cùm accuratè elaboratum sit, & dignum lectione, studiosi hoc loco adiungent.

M. D. IX. Mortuo autem Henrico VII. filius HENRICUS VIII. successit. qui, vt paulò antè diximus, Catharinam Ferdinandi Hispaniæ regis filiam, Caroli V. materteram, & fratris Arturi relictam viduam, Iulio II. PP. dispensante, coniugem accepit. paucisque interiectis mensibus, Margarita, paterna regis Henrici auia, singulari prudentia & virtute fœmina ex his terris discessit. Quæ inter cætera pietatis & studij iuuandæ Reipub. ac benignitatis erga pauperes suæ testimonia, duo magnifica collegia Cantabrigiæ extruxit, & reditibus annuis opulentè dotauit, in quibus tenuioris fortunæ scholastici in regno Angliæ nati, bonarum artium & pietatis Christianæ studijs vacantes, gratuitò alerentur. Qua de causa, meritò à nobis quoque huius Reginæ, optimarum literarum & artium nutricis, nomen & memoria conseruatur.

Absoluta verò iam ANGLIÆ Regum serie, & ad præsentem ætatem deducta, chorographiam quoque seu enumerationem prouinciarum totius Angliæ breuem, Coronidis loco adiungam. ANGLIÆ Regnum, figura ferè triquetra, Germaniæ & Galliæ obiectum, in 32. prouincias seu comitatus, ab Alfredo Rege, circa A.C. 980. diuisum fuit. quibus postea aliquot alias, & in his tredecim in VValliam, Henricus VIII. adiunxit. In basi trianguli seu meridionali latere, quà Galliam spectat, prima & clarissima ortum versus, CANTIUM, metropoli Cantuaria, & Roffa ad Medvveagum fl. in Tamesis æstuarium infra Londinum illabentem: & Rhutupino olim littore ac portu, è regione Caleti, & Donera portu & arce nobilitatum. SVDSEXIA ferri foldinis, Cicestria episcopi sede, arce comitis Arondeliæ insignis. & supra hanc ad septentrionem SVRRIA ad Tamesin fl. è regione Londini pertinens. HANTONIA, episcopo Vintoniæ, quam vrbem VVinteester, veteres Ventam Belgarum appellant, ornata. & supra hanc ad Sept. ad superiorem Tamesis ripam, Bercheria & VViltonia, monasterio Mamelscuri & episcopa Sarisburiensi olim celebris.

SOMERSETTIA, ad Sabrinæ fl. ostium & æstuarium, prouincia, fertilitate soli, portubus maritimis, fodinis plumbi, thermis, frequentia incolarum, opidis, cœnobio Glasconia, &, in eo, Arturi Regis sepulchro, episcopa Bathoniensi, & VVellensi, Bristolia emporio, & alijs insignibus ornamentis hoc tempore florens, & Saxonum occidentalium olim sedes præcipua. cui ad meridiem Dorsettia, longo tractu ad mare prætenditur. in cuius cœnobio VVinburne seu Vindogladiæ corpus ETHELREDI A. C. 872. VVestsaxonum Regis martyris conditum est. DEVONIA, portu Plimutensi, ac Dertmutensi, Exonia (Exceester Anglicè) episcopi sede, & Cirtone patria S. Bonifacij, Germanorum Euangelistæ, venis stanni vberibus, & alijs Dei donis decorata. CORNUBIA seu Cornvvallia, versus occasum extrema, crebris in littore opidis, & in mediterranea regione, vberrimis stanni & aliorum metallorum fodinis, quæ circa annum Christi 1270. liberius coli cœperunt. Vltimum illius promontorium, quod Boleri-

ium Ptolemæo dicitur, 17. tantùm graduum longitudinem habet, quibus ad- M. D. IX.
liquot gradibus occidentaliores sunt insulæ Cassiterides Græcis, Silly Anglis nautis vulgò appellatæ.

Lateris Angliæ Orientalis Prouinciæ sunt. Primùm ad Arctoam Tamesis ri- regione Cantij, Essexia seu Orientalium Saxonum regnum, olim Camalo- Britannorum regia, & postea Romanorum colonia, à Claudio Imp. deducta, & stria, quam S. Helenæ matris Constantini patriam ciues ferunt; & croci fæ- ate insignis. Huic versus occasum ad Tamesin contigua est MIDDLESEXIA, INO totius Angliæ compendio, ac sede & camera Regia, emporioque cele- no, cæteris omnibus, quantum lenta solent inter viburna cupressi, antecellens. am versus ortum in littore sequitur SVFFOLCIA, australis populus, Edmundi & veteris Clarentiæ ducatus sede, & caseis præcipuè nobilitata. NORDFOL- Norvvicò vrbe celeberrima, ad Garienem fl. VValsingamo D. Virginis tem- croci prouentu clara. CANTABRIGENSIS Academiæ quatuordecim collegijs à Sigeberto Orientalium Anglorum rege, A.C. 630. primùm fundatæ, & epi- Elienſi, sedem præbet. Huic ad occasum HVNTINGDONIA & Northantonia, Fotheringamo, in quo, de Maria Scotiæ regina supplicium sumtum est, or- 1587.
diacet.

Ad septentrionem in littore, LINCOLNIA regiò amplissima, vsque ad Humbrum tur, cuius episcopus diœcesin omnium totius Angliæ maximam habet. Trans orum EBORACENSIS prouincia sequitur, cuius metropolin ab Vro fl. alluente, E Angli, & prouinciam totam Yorkshire, latini Eburacum seu Eboracum lant. quæ Romanorum colonia, Seueri Imp. & Constantij Chlori obitu, & tantini magni ortu, & postea archiepiscopi sede clarissima fuit. Huic occasum versus, Richemondia contigua est. Versus boream DVNELMENSIS episco- D. Cuberto sacra. & NORTHUMBRIA, inter Tinam & Tnedam fl. trans vallum ad fines Scotiæ, & vltimum Angliæ, & munitissimum totius Britanniæ opi- Berwicium porrigitur.

In occiduo Angliæ littore, proxima Scotiæ CVMBRIA est. Inde VVestmania, staria, Cestria ad Deæ fl. æstuarium, Salopia, Herefordia, vsque ad fretum Sa- num sequuntur. Tribus verò his posterioribus occasum versus, VVALLIAE mbriæ peninsulæ regiones in occasum longè porrectæ, continentes sunt. quas icus VIII. primùm in prouincias distinxit. NORDVVALLIÆ seu Venedotiæ, Flin- DENBIGIAM, Aruoniam, à Mona insula, Druidum sede antiqua, freto angusto optam: Meruiniam montibus asperam: Montgomeriam Sabrinæ incumben- SVDVVALLIÆ, quæ ab ortu & septentrione Sabrina fl. ferè clauditur, Radnori- Brechiniam, Monumetensem seu Guentam inter Vagam & VVysam fl. Mor- m ad fretum Sabrinianum. VVESTVVALLIÆ, Maridunum, Merlini vatis pa- : Cereticam: & PENBROCHIAM, portu totius Europæ tutissimo, & S. Da- opido, episcopi sede, in quo Sanctus Patritius, Hyberniæ Apostolus, oncha S. Martini sorore, & Calphurnio presbytero natus est, nobilita-

MEDITERRANEÆ verò Angliæ comitatus, quos olim Merciorum regnum ma- x parte complexum est, hi ferè præcipui sunt. Ad Eoam Sabrinæ ripam, pau- supra illius æstuarium, GLOCESTRIA, episcopi sede, & monasterio Hales, cuius nus Alexander de Hales scholasticæ Theologiæ coryphæus fuit, & altero esis fl. fonte, & Corinei, vrbis olim celebris, nunc CIRCESTRIÆ vestigijs, orna- Huic ad ortum contiguus est OXONIENSIS: sedes Academiæ nobilissimæ, Regis di benignitate fundatæ, nunc sedecim Collegijs & octo aulis magnificè ex- tis & dotatis eximiè florentis. GLOCESTRIAM, in Sabrinæ ripa, ad boream, VVi- ia sequitur, salinis frequentibus, nobili lanificio, & episcopi sede clara. In- ALOPIA, cuius metropolis Sreusbury, Sabrinæ incumbens, Empori- est VVallorum & Anglorum commercijs opulentum. Salopiæ versus Boream

Cestria

M. D. IX. Ceſtria, ad Deæ æſtuarium adiacet, epiſcopi ſede & ſalinis ornata. Inde verſus ortum, Mediterraneæ prouinciæ Staffordia, nunc equorum nondinis & Lichfielda epiſcopa inſignis. VVarvvicia. Derbia, venarum plumbi & ſtibij, & optimæ cereuiſiæ ferax. Notinghamia, quam Trenta fl. perluit, oppidum Mansfeild habet, vnde veteres Mansfeldiæ comites, inde ab Arturi regis Britanni rotunda menſa, quidam deducunt. Leicestria, Ruthlandia, Hutingdonia, Bedfordia, Buchingamia & Hertfordia ad Medioſaxones & Londinenſem agrum, meridiem verſus finita, multarum veterum vrbium, in Antonini hodæporico celebratarum, veſtigia oſtendit, inter quas, Verolanium, patria S. Albani, primi Anglorum martyris, eminuit. Hanc Angliæ prouinciarum omnium tabellam præſenti loco intexui, quæ vt hiſtorijs Anglicis lucem adfert; ita viciſſim, inſpectis Angliæ typis chorographicis, plus lucis habitura eſt.

In mari Balthico, bellum inter Lubecenſes & Daniæ regem Ioannem, recruduit multò priore acrius & funeſtius. Compoſito enim cum Megapolitanis, vicinorum interceſſione, bello, cui totum biennium implicati fuerunt: cùm mercatores Lubecani interea naues ſuas paſſim à regijs, poſt factam Nicopingæ pacem, detentas, & bona direpta eſſe quererentur; ſibi quoque viciſſim licere pacta conuenta violare iactitabant. Cùm igitur octo naues, Reualiam, vnde Suecicas merces exportabant, expedijſſent: rex Ioannes claſſem viginti quatuor nauium bellicarum, ad Draui oſtium mittit, quæ nihil ex portu Lubecenſi euehi aut importari ſinerent. Lubecæ igitur Dani omnes cum mercibus areſto tenentur, viciſſim in Dania mercatores Lubecenſes, omnibus ſuis bonis ſpoliantur, ac redeuntibus fortè circa id tempus Reualia Lubecenſibus, & in Danicas naues incurrentibus, vna amiſſa & Hafniam ducta, ſeptem incolumes Lubecam euaſerunt. Claſſis Danica, iuſſu regis in Finnoniam profecta, oppidum Abo & viciniam, direptionibus & cædibus crudeliter vaſtauit. Itaq; Gubernator & Senatores aliquot regni Sueciæ, Danis infeſti, apud Lvbecenſes, de epiſcoporum ſuorum & nobilium quorundam Danis fauentium perfidia queſti, ſe inuitis, tranſactionem illam Hafniæ cum rege initam teſtantur. nec deſeri ſe deinceps etiam à ciuitate amiciſſima petunt. Lubecenſes igitur, octodecim grandiores
14. Sept. naues, ſale, panno & bellicis munitionibus onuſtas, præfectis duobus ſenatoribus, Hermanno Meſmanno & Bernardo Bomhouero, in Sueciam mittunt. & denunciato regi per literas bello, Bornholmia inſula direpta, & ab incendio ſe liberare ingenti pecuniæ ſumma & datis obſidibus coacta eſt. Inde in Gotlandiam impreſſionem fecerunt, vbi nauis vna amiſſa eſt. Reliquæ 17. incolumes Staocholmiam appulerunt, & Suecos magnis in anguſtijs verſantes, & Regi ſe denuò ſubijcere cogitantes, ita recrearunt, vt renouato cum Lubecenſibus fœdere, Ioanni, omnia Hafniæ pacta conuenta renunciarent. Lubecenſium verò naues in Suecia (nautarum & mercatorum auaritiâ) nimium oneratæ, in reditu, circa Martini feſtum, tempeſtatibus concuſſæ & diſſipatæ, & quinque ſubmerſæ ſunt. aliquot in Dantiſcanum portum iectæ hybernarunt. Interea Daniæ rex, claſſem triginta nauium, milites vehentem, ad Draui oſtium, amandat, qui vento in Hauenſcrog delati, præterita Dramunda, alios circiter viginti Lubecenſium pagos inflammarunt, & Oldesloæ tandem aliquantiſper conſederunt. Dramundenſes interea præſidiarij, excurſione facta, naues Danorum, partim capiunt, partim cremant, & prædam abducunt. Ciues etiam ex vrbe Lubeca ſubinde excurrentes, ex Holſatia prædas abigunt. Itaque Dux Fridericus & nobilitas Holſatica, cum Senatu Lubecenſi tranſigit, vt à ſocietate belli vtrinque Holſati abſtineant, Regijs & Lubecenſibus liberè & tutò in terris & portubus Holſatiæ & Sleſvvicenſi iter facere & commorari liceat, & commercia inter vrbem & Holſatos libera maneant. Cathedram verò epiſcopi Lubecæ, eo anno, Ioannes Grymhold, I. V. L. Lubecæ natus, & Collegij Decanus, adeptus eſt. quem XII. annos & IV. menſes præfuiſſe, & bona alijs oppignorata redemiſſe, & ædificijs epiſcopi ditionem ornatiorem reddidiſſe annotatum reperio.

Ezardus Friſiæ orientalis comes, multos ciues & mercatores Bremenſes cepit, propterea quòd ædificaturum arcem in ripa Viſurgis impedierant. Hi viciſſim comitis

mitis subditos in Visurgi & alibi deprehensos spoliant, & in vrbem abducunt. donec tandem Butiadæ, quorum tunc ditionem Ezardus tenebat, Aldenburgensibus comitibus ducum Brunsuicensium armis restituti sunt. M. D. IX. 1514.

Hæc dum in mari Balthico & Visurgi geruntur, Fridericus Saxoniæ dux, Ericus dux Brunsuicensis, Casimirus marchio Brandeburgensis, Rodolphus Anhaldinus & alij, Maximiliano ad bellum Venetum proficiscenti militant. cuius initium, à Ludoico Galliæ rege, qui Venetum exercitum ad Abduam profligauit, factum, plane Venetis infelix fuit. Statim enim ad victoriæ Gallicæ famam, præcipuæ in continente Venetorum vrbes, Bergomum, Brixia, Cremona, arx Pitigthona, Pischeria, Gallo se dediderunt. Pontifex Fauentiam, Rauennam, Ceruiam, Arimi-num recepit. Alfonsus Ferrariæ dux Rhodiginam, Polinesum: Mantuanus, Asulam & Lunarum: Brunsuicensium dux; Cæsaris nomine, Tergeste & reliqua Forijulij oppida superiore anno amissa, recuperauit. Ferdinando Hispaniæ regi, vrbes regni Neapolitani, Hydruntem, Brundusium, Tranum, Monopolin, Puliganum, Veneti sponte reddiderunt. In Cæsaris etiam potestatem, veteres Imperij vrbes, Verona, Vincentia, Patauium sponte venerunt. Sed Patauium negligentius à Cæsare custoditum, paulò post Veneti, die Marinæ, rursus occuparunt. qui dies, recuperandi in continente Venetorum Imperij, plane amissi, initium fuit. Nam & Patauium postea ab Imperatore Maximiliano obsessum mense Septembri defenderunt: & Vicentiam, cui præsidio cum paucis Rodolphus princeps Anhaldinus erat (qui paulò ante Cadorum, Forijulij oppidum, cum arce expugnarat) deserta ab Rodolpho vrbe non satis munita, receperunt. Pisani etiam, qui iam quatuordecim annos libertatem suam magna virtute & constantia tutati erant: à socijs deserti, & fame tandem expugnati, Florentinis se rursum subiecerunt, cum paulò post, Angelus Politianus, omnibus Musis & Gratijs expolitus, Florentiæ decederet: 14. Maij. 17. Iulij.

Sed in arctoum orbem redeo, in quo, Sigismundus Poloniæ rex, aduersus Bogdanum Valachiæ superioris principem, qui per Podoliam, Russiamque, Leopolim vsque, infestis armis excurrerat, exercitum Nicolao Camienecio duce misit, qui ex valida Moldauia rediens, ad Tyram fl. Valachos, multis eorum captis, profligauit. tandem Vladislai Vngariæ regis intercessione pax restituta est. In Liuonia, Michaëli Hildebrando, Rigensi archiepiscopo, qui perpetuis fere bellis ad summam egestatem redactus erat, defuncto: Caspar us Lindius, Camæ in marchia Vvestphaliæ, humili loco natus, sed virtute & industria euectus, & Timanni Cameneri dedicationibus celebratus, successit. Is iustitiæ & pacis custos fidelis fuit. cuius postremis temporibus, religionis mutatio Rigæ anno 1522. inchoata est, de qua suo loco monebimus. PLESCOVIA Russiæ, ad gradum longitud. 58. lat. 60. sita, Liuoniæ ad Derbatensem diœcesin finitima, vrbs ampla & potens, & variarum gentium commercijs florentissima fuit: sola in toto Moschi imperio, muris cincta, & in tres partes, quarum singulæ suis mœnibus clauduntur, diuisa. Distans à Derbato Liuoniæ, 24. Nouogardia, 36. à Nerua emporio, 40. Riga, 60. milliaribus. Russi Pskovv appellant. alluitur enim ad septentrionem Pskoua fl. vnde vrbi nomen est, à meridie Vielika, qui recepto Pskoua, in Pelbam lacum longissimum infunditur. Vnde tandem eluctatus, mutato nomine, Narua dictus, oppido Liuoniæ extremo nomen, & alueum profundissimum præbet, per quem maximæ onerariæ naues ad oppidum appellunt. infra quod, Finnonico mari tandem 30. supra Reualiam milliaribus, miscetur. Antiquissima verò Plescouiæ in Russorum annalibus mentio fit circa A.C. 904. quo principi Russiæ Thorio, Olgam Plescouiensem vxorem adiungunt. postea Hermanno Falconi, ordinis Teutonici in Liuonia magistro dedita scribitur. sed biennio post, cum Alexander Nouogardiæ dux, magno prælio Teutones vicisset, in libertatem se denuo vindicauit. & quamuis deinceps principem à Senatu nominatum, & authoritate magni Moscouiæ ducis confirmatum habuit: tamen patrijs legibus Rempublicam Senatus gubernauit, ita tamen, vt in grauioribus rebus ad bellum & pacem, fœdera, electionem principis, & similibus ad Reipublicæ summam pertinentibus, summa populi autoritas esset. Cum autem plebs otio 1241.

lasci-

M. D. IX. laſciuiens, aduerſus ſenatum ſeditioſè tumultuaretur, & agros publicos, quibus ditiores fruebantur, viritim in plebe diuidi, vel certè tenuiores, non minus quàm Senatores & patritios, ad eorum culturam & fructum admitti, impotenter flagitaret; nec inter ipſos componi controuerſiæ vlla ratione poſſent: præſules & ſacerdotes, à ſenatu rogati, primùm à Liuoniæ magiſtro VValtero à Plettenberg auxilia aduerſus plebem petunt: & hoc negante, quod pacem 50. annorum cum Ruſſis initam ſibi non violandam exiſtimaret: ad Baſilium magnum, Moſcorum ducem decurrunt, petentes, vt plebis petulantia compreſſa, priſtinam autoritatem & potentiam Senatui reſtitueret. Tanta enim inteſtinis odijs & ciuili diſcordia inter ſe laborantium cœcitas & inſania fuit, vt eum principem, cui diu iam ad vrbem illam ſubiugandam, & in ſeruitutem redigendam, nihil præter occaſionem defuerat, ad vrbis ſuæ tutelam & quidem præfecturam, ſponte vocarent. Cùm igitur Baſilius arbiter controuerſiarum inter Senatum primoresque & plebem futurus, exercitum vrbi admouiſſet: & cum præſule ciuitatis & ſacerdotibus, antea ſciente ſenatu, egiſſet, vt de componenda pace inter ſenatum & ciues acturus, in vrbem admitteretur: occupata vrbe, & ſenatu pariter ac plebe oppreſſa, & præſule, qui ſenatus nomine hoc totum procurarat, & ciuibus præcipuis captis in Moſcouiam miſſis: ciuitatem vniuerſam, omni libertate ſpoliatam, in ſeruitutem extremam redegit.

In Saxoniæ ſuperioris prouincia Turingia, ERFORDIÆ ſeditio inter ciues & ſenatum atrox exarſit, quæ aliquot annos durauit. nam ciues, 2
inſtigantibus canonicis, qui turbata Republica, ſe potiores in vrbe futuros, & ſenatum, cupiditatibus & imperijs ſuis ſæpè aduerſantem oppreſſuros rebantur, accepti & expoſiti rationes à ſenatu exigebant. Republica enim ære alieno obſtricta, Senatus nouis tributis ciues onerarat. nec tamen tutum exiſtimabat, ciuibus omnia Reipublicæ arcana, & in quos vſus pecunia collata eſſet, patefacere. ideoque diu dilatis rationibus aliàs alio modo elabi conati ſunt: donec tandem ciues Henricum Kelnerum Coſ. in cuſtodia aliquandiu detentum ac examinatum, in furca ſequenti anno ſtrangularunt. & auctis quotidie diſtractionibus ac turbis, & animis vtrinque magis exacerbatis, ciues epiſcopum Moguntinum, à quo per canonicos incitabantur: ſenatus verò, Saxoniæ ducem Fridericum Electorem inuocarunt, qui patrocinium ad ſe confugientium ſuſcipientes, pertinacius ſuam quiſq; partem defendit, peneque iuſtum inter eos bellum ortum fuiſſet, niſi Laurentij epiſcopi VVürceburgenſis prudentia, & Friderici ducis Saxoniæ moderatione & φυλησυχία pax conſeruata eſſet. Tandem cùm ſex annos ſeditio duraſſet, tranquillitas reſtituta, & Syndicus
1514. vrbis Doctor Pobenzan Iureconſultus, qui ſuis conſilijs diſſenſiones fouerat, & externo principi potius ciuitatem tradendam, quàm ciuibus cedendum eſſe omni contentione pugnauerat, in quatuor partes diſſectus eſt, quæ in quatuor vias regias ſuſpenſæ ſunt. Plura de Erfordienſi motu, quem magnum & celebrem patrum memoria fuiſſe accepimus, cuius etiam in oratione de Friderico duce Saxoniæ mentio fit, diligenter perueſtigans, diſcere non potui. Cùm autem populoſiſſima Turingiæ metropolis ſit ERFORDIA, ad vadum Hieræ fl. vnde & nomen habet, in fertiliſſimo & vberrimo agro, vini & frugum omnis generis feraciſſimo ſita: breuiter hoc loco, de veteribus Turingiæ dominis, & qua occaſione Erfordia potiſſimum creuerit, pauca annotabo. Multò enim vetuſtior Erfordienſi vrbe Northuſia eſt, quam Theodoſij iunioris tempore, ſub Mervvigo Turingorum rege, Francorum regis cognato, conditam referunt annales, cuius Mervvigi ex filio Baſſino nepos aut pronepos fuerit Ermenfridus Turingorum rex, Clodouei Francorum regis gener, qui à ſororio Theodorico Francorum rege Metenſi poſtea cæſus eſt. Et quia Saxonum auxilia Theodoricus in eo bello habuerat, Turingiæ partem ad Vnſtrod fl. verſus Herciniam eis attribuit, à quibus arx Saxenburg huc vſque nomen retinet. 5
Deinceps igitur ſub Francorum regibus Turingia & Haſſia coniunctæ, vſque ad Ca-
637. rolum magnum & Henrici Aucupis tempora manſerunt. Dagobertus enim magnus, collegium D. Petri in monte, quod iam Erfordiæ mœnibus incluſum eſt, con-

condidit. Pipinus Caroli pater cœnobium Heresfeld in Haſſia, item Fuldam, Amerbachium, S. Mariæ in Erford. A.C. 745. collegium Fridislarienſe in Haſſia & alia fundarunt. Ita ſub Francorum regibus, annos 366. Turingia manſit. tandem Carolus Craſſus Imp. ducem Turingiæ præfecit Ludoicum, cuius nepos Burchardus ἄτεκ. ab Vngaris cæſus eſt. Quare Henricus Auceps Imp. Turingiam occupauit. cuius ſucceſſoribus Saxoniæ principibus in hodiernum vſque diem ſubiecta eſt. Etſi enim poſt VVilelmum, Ottonis I. Imp. filium, qui archiepiſcopus Moguntinus, Turingiam permiſſu patris tenuit, ſucceſſores ipſius, archiepiſcopi Moguntini, merum imperium in vrbem Erfordiam, quod adhuc retinent, & totam Turingiam ſibi aliquantiſper vendicarunt: quorum vice Dominus, ſub Conrado Saliquo Imperatore, Ludoicus Barbatus aliquandiu fuit: tamen poſteri Barbati, Landgrauiorum titulo, Turingiam ad hæredes tranſmiſerunt. donec ad Miſniæ marchionem, ex VVittikindo Saxonis poſteritate ortum, Henricum illuſtrem, Theodorici filium, & Hermanni Turingiæ Landgrauij, ex filia Iuditha nepotem, circa annum Chriſti 1250. peruenit. Hauctem primorum Turingiæ Landgrauiorum, ex Gallica origine deſcendentium, hæc ſeries: M. D. IX. 886.

Ludoicus Barbatus primus Turingiæ præſes obijt 1055.

Ludoicus II. ædificauit arcem VVartburg prope Iſenac, & Reinhardsbronn. adhæſit Rodolpho contra Henricum IV. ⊕ 1123. ætatis 73.	Vta filia comiti in Lindeberg nupta.
	Beringer ſepultus in Reinhardsbronn.

Ludoicus III. gener Lotharij Saxonis Imp. primus Landgrauius TVRINGIAE ſocero tactus, ⊕ 1149.	Ludoicus comes de Zare.	Conradus primus comes in Honſtein fundator cœnobij ILFELD.	Theodoricus comes de Berka.

Ludoicus III. gener Conradi III. Imp. muros Erfordiæ, in contemptum archiepiſcopi Moguntini, per Frider. Bar. depoſiti, deſtruxit ⊕ 1173.

Ludoicus V. obijt 1193.	Hermannus, princeps magnanimus & bellicoſus, ⊕ 1215.	Fridericus, primus comes in Zigenheim.
		Gozmannus.

LVDOVICVS VI. maritus S. Eliſabeth 1221. ⊕ 1227.	Conradus, tandem Magiſter ordinis Teutonici.	HENRICVS IMP. 1247.	IVDITH, nupta Theodorico marchioni Miſniæ.
SOPHIA nupta Henrico VI. duci Brabantiæ.			HENRICVS Illuſtris primus ex marchionum Miſniæ familia, TVRINGIAE Landgrauius, Turingiam occupauit. de qua, cùm litem ei moueret Sophia (S. Ludoici VI. & Eliſabethæ Marpurgi anno 1231. extinctæ filia) Henrico VI. duci Brabantiæ nupta, & bellum aliquot annos geſtum eſſet: tandem capto duce Brunſuicenſi Alberto, qui Sophiæ partes tuebatur, renunciare Sophia ſuo in Turingiam iuri coacta eſt, & ſolius Haſſiæ poſſeſſione contenta eſſe A.C. 1263. 1248.

Henrici illuſtris filius, Albertus degener, cùm ex Friderici II. Imp. filia, Margarita, duos principes filios, Fridericum admorſum & Theodoricum genuiſſet, amore pellicis faſcinatus, coniugem capitaliter odiſſe cœpit, quæ mariti crudelitatem fugiens Francofordiam ad Menum, in D. Catharinæ monaſterio obijt. Filij à fratre Alberti, Theodorico Miſniæ marchione educati, & hæredes conſtituti: vt contumeliam & iniurias atroces, nobiliſſimæ matri & ſibi, quibus Miſniam à patruo legatum eripere, & Turingiam quoque ademptam pellicis filio tradere conabatur, illatas vlciſcerentur, bellum patri inferunt. Ita magis exacerbatus pater, vt filios hæreditate 1281.

M. D. IX. tate paterna priuaret, ADOLPHO Imper. Turingiam, 12000. marcarum vendit. Quam
1292. venditionem cùm nobilitas improbaret, & Adolphus vi occupare Turingiam co-
1295. natus, virtute & fide subditorum, per Alberti filios repulsus, & Albertus ipse in arce
1296. VVartberg ad Isenacum à filijs captus esset; rursum dimissus est hac conditione, vt Misniæ possessionem tranquillam filijs deinceps relinqueret, & Turingiam ipsis inscijs & inuitis non alienaret. Verùm Albertus ad ingenium rediens, Erfordiam se
1306. contulit, in qua vrbe, vt receptum ac hospitium tutum haberet, plurimos pagos & prædia ciuitati oportuna vendidit, pignori dedit, aut donauit, quæ vicissim alimenta exuli vsque ad vitæ finem præbuit. ac ex huius ALBERTI profusionibus præcipuè
1314. Erfordia tot prædijs & pagis aucta & amplificata est. Eodem anno, PHILIPPVS Cominæus, Ludoico XI. & Carolo VIII. Galliæ regibus domestica & intima familiaritate iunctus, vitam & res gestas, sapienter & fideliter descripsit, & locos communes, de prouidentia & iustitia Dei, & officijs virtutum magnis regibus conuenientium, & vicijs fugiendis, grauissimos intexit, & narrationes pleraſque ad Regulas vitæ prudenter accommodat: ideoque omnium in Republica versantium lectione dignissimus est: die 17. Octobris vitam in his terris suam concluſit.

M. D. X. Anno M. D. X. Posnaniæ, legati Cæsaris Maximiliani & Imperij, & Poloniæ ac Vngariæ regum, & magistri Prussiæ ac ordinis Teutonici conuenerunt. vbi Iob episcopus Pomezanensis, & alij ordinis commendatores, Prussiam totam, & Pomeraniæ partem, à Casimiro Poloniæ rege ante quinquaginta annos ablatam, ordini restituì, & iuramentum fidelitatis & militiæ onera, pro Polonis suscipienda, remitti flagitarunt. Poloni contra, optimo titulo ac summo iure, Prussiam, partim sponte deditam, partim armis occupatam & defensam, à se teneri ostenderunt, & à præfecto seu magistro ordinis, iusiurandum fidelitatis & subiectionis, vi fœderis, tot iam annos seruati, flagitarunt, atque in eo perstiterunt. Ita re infecta conuentu soluto, magister ordinis Borussiæ, Fridericus Saxoniæ dux, Georgij & Henrici frater, mœrore ac curis aucta hydrope, Rochlicij extinctus est, in cuius locum Albertus Brandeburgensis marchio, Friderici & Sophiæ sororis Sigismundi Poloniæ regis filius, Casimiri apud Cæsarem militantis, & Georgij apud Vladislaum Vngariæ regem aulæ præfecti frater, sequenti anno ab ordine electus est.

11. Maij. In mari Balthico, Lubecenses, denunciato per literas denuò Danis bello, adiunctis sociarum ciuitatum Vandalicarum, Hamburga excepta, nauibus bellicis, Daniæ littora & insulas, Langelandiam, Mœniam, Bornholm, Blekingam & alias, rapinis & incendijs passim infestarunt, & ex Hellesponto Danico, quem Helschenor appellant, tredecim naues abductas Dramundam auexerunt. Cùm Bornholmiam insulam deprædarentur, & multis iam pagis exustis, reliqua prouinciæ ædificia, 8000. semuncijs argenti se redimere ab incendijs cogerent. inuitati à Suantone Gubernatore & cæteris Suecis, Calmarnienſem arcem aliquot iam annos obsidentibus, in sinum Calmarnienſem profecti sunt, vbi nouem Suecorũ nauigia, quibus Steno Christiani & Hemmingus Gaddus præerant, sibi adiunxerunt, quæ Lalandia & alijs quibusdam insulis direptis, in Lubecenſem portum exeunte Augusto peruenerunt, vbi per hyemem Hemmingus Gaddus substitit. Reliqui à duodecim Lubecensibus bellicis nauibus, in sinum Calmarnienſem reducti sunt. Vbi paulò post Sueci, arcem Calmarnienſem, regni clauem, quæ ante tredecim annos Ioanni Regi Daniæ, à Senatoribus quibusdam regni Sueciæ tradita erat, receperunt. Borgholmiam
1497. quoque, Oelandiæ arcem, post semestrem obsessionem, cùm rex Ioannes ciuitatum
25. Nouemb. Vandalicarum bello occupatus subsidia nulla obsessis mitteret, deditione tandem ceperunt. Hamburgenses his octo annis, quibus ciuitatis Lubecæ cum Danis bellum durauit; cùm D. Hermanni Langebeci Cos. consilio & hortatu, à Lubecensium societate & bello Danico abstinerent, & soli ferè tutò in Dania, Norvvegia, & cum Hollandis, Anglis & Flandris negociarentur, magnoperè commerciorum frequentia & opibus aucti & locupletati, creuerunt. Ioannes Daniæ rex, cùm bello vicinarum ciuitatum, Lubecensibus fœderatarum premeretur, Bogislaum

lium Pomeraniæ ducem per literas rogat, vt Sundenſes ſubditos ſuos, à bello aduerſus regem gerendo abducat, Cùm autem Sundenſes ſe, per leges fœderis, & neceſſitatem defenſionis priuilegiorumm in regno ſuorum, excuſaſſent: & paulò poſt, principi, frumentum, ex portu Sundenſi in Belgicum miſſuro, retinuiſſent; nec repetenti redderent, quòd ciuitatibus, non principibus negociari ius faſque eſſet: valde offenſus princeps, apud ditionis ſuæ ordines de Sundenſium iniuria grauiſſimè queſtus, eorum conſilium & auxilia flagitauit. Sed interceſſione VVerneri Schullenburgij multa 5000. fl. & frumento perſoluto, & conceſſa in aliquot pagis iuriſdictione, Bogislaus tunc placatus eſt. M. D. X.

Daniæ verò regis claſſiarij, ad laſmundam appellentes, pleroſque in Rugia Sundenſium pagos cremarunt, & ciues Sundenſes opem ſuis laturos, ad littus vrbi oppoſitum perſecuti ſunt: principis & nobilium ſubditis pepercerunt. 1511.

Suecorum Dux, Aco Ioannis VVeſtgothiæ Gubernator, vir acris & bellicoſus, denuò in Hallandiam impreſſione facta, Tordonis ſpeculatoris fraude circumuentus & proditus, ad Fantehüle, auſpicijs Tychonis Grabbe Danici ducis interficitur: exercitu illius toto diſſipato, & ſignis aliquot amiſſis, quæ ad Ioannem Daniæ regem Hafniam cum captiuis delata ſunt. 1510.

Superioris Saxoniæ princeps Anhaldinus, Rodolphus, Georgij filius, Erneſti & VVoldemari frater, Cæſaris vices Veronæ gerens, cum exercitu progreſſus, Vicentiam ſuperiori anno à Venetis receptam, recuperauit. cùm paulò ante, Iulius Pontifex, Venetis ſupplicibus pacem dediſſet, & Galliæ regis hoſtem ſe, concitatis in ducatum Mediolanenſem Heluetijs, & tentata Genua, & Ferrarienſium duce Alfonſo palàm oppugnato, & Mutina ipſi erepta, declaraſſet. Quo tempore Catharina Cornelia, Cypri regina, olim à ſenatu Veneto adoptata, Venetijs obijt. Mortuo enim marito, Iacobo poſtremo rege, & filio illius poſthumo, ſenatus Venetus Venetias eam ex Cypro abduxit, & Cyprum per præſides à ſenatu miſſos adminiſtrauit. 1489.

Raceburgenſis eccleſiæ in Saxonia hactenus epiſcopo, Ioanni Parkentin, nobili genere orto, qui triginta tres annos præfuerat: HENRICVS Bergmeier Hamburgenſis ſucceſſit, qui ex humili infimorum ſcribarum loco, virtute & induſtria ad primas cancellarij ducis Saxoniæ Lavvenburgenſis Magni, & hoc anno ad epiſcopi dignitatem euectus, Imperatori Maximiliano, ac vicinis regibus & principibus, propter ſapientiam & in rebus agendis dexteritatem ac iudicij rectitudinem & eloquentiam notus ac carus: ſoli verò principi Magno patrono ſuo, inuiſus fuit, quòd eccleſiæ ac collegij iura & prædia aduerſus illum tueretur, & ob directa epiſcopi prædia, & vi extortam ab epiſcopo iuris ſui renunciationem, Pontificis diras, & poſtea etiam Tribunalis Cæſarei proſcriptionem in eum concitaſſet.

Anno M. D. X I. prior familia Ducum Iuliacenſium & Bergenſium extincta eſt morte VVilelmi V I. eius nominis. cuius vnica filia & hæres Maria, Ioanni duci Cliuenſi nupta, ampliſſimas Iuliacenſium &, Bergenſium prouincias in Cliuenſem familiam tranſtulit. Vxor VVilelmi VI. fuit Sibylla, Alberti marchionis Brandeburgici, Achillis Germanici filia, quæ cum marito cœnobium Cartuſiæ prope Iuliacum condidit. M. D. XI.

Ioannis Cliuenſis & Mariæ Iuliacenſis filius fuit VVilelmus, qui noſtra ætate, annos iam 50. Iuliacenſem & coniunctas in vtraque Rheni ripa ditiones gubernauit.

Deceſſit eodem tempore, BERNARDVS, comes Lippienſis, Bellicoſus vulgò dictus, non canis modò & annis; verùm etiam antiqua virtute & fide grauis, anno ætatis octogeſimo ſecundo, vnico filio Simone relicto, qui familiam comitum Lippienſium ad noſtram vſque ætatem propagauit. Eſt autem vetuſta, illuſtris, & potens hoc tempore comitum Lippienſium familia, non procul ab occidentali Viſurgis ripa, ſupra Mindam ac Heruordiam: celebria oppida, Lemgouiam, Lippiam, Blombergum, Hornam, Vſleniam, Detmoldiam, Varenholtum, & agrum fertilem ac vbique fructuoſum habens. cuius Romanam originem ex alto quidam, à Sp. Manlio, qui Gallos ex Capitolio deiecit, alij ab Vrſinis deriuant, de qua nihil affirmare auſim. Prima verò in Germanicis hiſtorijs, tempore Caroli magni, & poſtea Henrici Aucupis, mentio Eberhardi & Bernardi comitum Lippienſium extat. Nunc à Bernhardo, Lotharij Cæſaris amico, deductam Genealogiam certam & perpetuam recen-

M. D. XI. sebo, cuius Cæsaris intercessione, Bernardus, vrbem Lemgouiam, & vicinum territorium, ab episcopo Padebornensi in feudum accepit. cui episcopo, Henricus sanctus Imp. oppida illa donauerat, vt literæ donationis Imperatoriæ anno 1011. datæ, testantur.

Est igitur hæc familiæ series:

BERNARDUS, qui vrbem Lemgouiam & viciniam, primus ab episcopo Padebornensi acceptam, comitatui Obervvaldensi adiunxit.

BERNARDUS, conditor vrbis Lippiæ, qui locus antea Obervvald nominabatur, circa A. C. 1150.

Hermannus	Otto episcopus Vltraiecti ⊕ 1227.	Gerardus Bremensis.
BERNARDUS confirmauit priuil. Lemgouiensibus 1245.	Otto episcopus Monast. comitatum Vecht diœcesi coniunxit.	Simon episcopus Padeb.

SIMON cœpit 1265. captus Osnabrugi.
SIMON confirmauit Lemg. priuil. A.C. 1300.

OTTO 1344.	Simon.	Bernardus.	Henricus, præpos. Mind.

Simon 1361. ⊕ 1410.
Bernardus, qui Fridericum ducem Brunsuicensem cepit. ⊕ 1426.
Simon ⊕ 1432. relicto filio Bernardo bimulo.
BERNARDVS bellicosus, anno ætatis 82. ⊕ 1511.
SIMON. vxor Magdalena, Gebhardi comitis Mansfeldensis filia ducta 1522. ⊕ 1537.

Ioannes Comes in Spiegelberg

Fridericus.

Bernardus, vxor Catharina, Philippi comitis VValdecc. filia: Francisci episcopi Monasteriensis ex fratre Philippo neptis, ⊕ 1563.	Herman Simon. ⊕ 1576.	Vrsula.	Philippus vltimus comes in Spigelberg & Pyrmont.
	Philippus, comes in Pyrmont. ⊕ 1583. in bello Colonienfi.		

SIMON. vxor Irmgard Ritbergica, quæ ⊕ 1584. die 30. Iulij. altera Elisabeth, Ortonis Schavvenburgensis filia 1585. ducta. ex qua nati filij		Magdalena, vxor Georgij Landgrafij Hassiæ.	
Bernardus, natus 1586. die Matthæi.	Simon, 30. Decemb. ineunte anno 1588.	Otto 21. Sept. 1589.	Hermannus, 22. Decemb. 1590.

EDO, Thannonis filius, princeps IEVERAE, (quæ extrema Frisiæ orientalis pars, ad Iadæ fluuij ostium sita, VVagrios, Ostingios, & Rustingos Frisios ditione sua complectitur) ex his terris emigrauit: relictis ex Heluuige, Gerardi Aldenburgensis comitis vicini filia, vnico filio Christophoro, & tribus filiabus, Anna, Maria, & Dorothea, quorum patrocinium & tutelam, Ioanni Aldeburgico comiti, vxoris suæ fratri, adiunctis nobilibus aliquot Ieueranis, moriens commendauit. Extincto autem post septennium Christophoro, Edonis filio vnico, Ezardus Frisiæ Orientalis comes, vt Ioannem Aldeburg. cum quo graues inimicitias exercebat, quique inuadendæ eius prouinciæ auidus erat, à tutela auerteret, ac Ieueræ possessione exclu-

ducta 1498.

1517.

excluderet, isthuc cum copijs nonnullis subitò profectus, cum virginibus sororibus, approbante populo, transegit, & præfectum in arcem collocauit, Onnonem Middochium, ex agro Ieuerano nobilem, qui ditionem omnem, virginum nomine, administraret. Ipse verò se Tutorem pupillarum, excluso Aldenburgico, supremum esse voluit. In conditionibus fuit, vt filiorum Ezardi natu maximus, qui patri successurus erat, eam quæ è virginibus ætate prima erat, vxorem duceret atque ita Ieueram reliquo Comitatui adiungeret. Sed duabus paulò post extinctis, MARIA superstes, virgo toto vitæ tempore manere maluit, & postea consilio & ductu Boingij Oldersumij, quem comes Ezardus Ieueræ præfecerat, excusso Emdensis comitis imperio, Caroli V. Imp. patrocinio se subiecit. & annos 45. patriam virgo clementer & feliciter rexit, & testamento suo, Ioannem Aldenburgensem comitem, auunculi sui nepotem, instituit hæredem. M. D. XI. 1517. 1532.

Seriem maiorum Edonis hac serie recensent.

EDO VVimmeke, capitaneus Frisiorum Rustingiæ, Ostingiæ, VVagriæ, conditorarcis Ieueræ.

Frouua filia vnica, nupta Luboni Butiadarum duci. cui ex alia vxore Eua, Tannonis Dintzen filia, natus est

Haio Harles, qui Sybeto fratri consanguineo, Ieueræ Domino ἄταυδι successit.

Thanno, comiti Vlrico aduersus.

EDO VVimmeke, Ezardi I. hostis, ⊕ 1511. vxor Heilvvigis, filia Gerardi, soror Ioannis, comitis Aldeburgici, nupta 1498. ex qua nati

Christophorus.	Anna.	MARIA Domina in Ieuern.	Dorothea.

Inman Balthico, bellum inter Daniæ regem & Lubecenses nauale continuatum est. Etsi enim ineunte quadragesima, Ioachimus I. marchio Brandeburgicus, & duces Megapolitani, aliorumque principum legati, ad regem Rendesburgum profecti, de pace solicitabant: tamen rex iracundia & vindictæ cupiditate ardens, ac indignum Regia existimatione iudicans, iniurias superiori anno à Lubecensibus & Suecis illatas non vlciscì: confirmatus etiam Hollandorum & VVestfrisiorum auxilijs, qui classem nauibus bellicis optimè instructis munitam, primo vere se missuros pollicebantur: nullam pacis mentionem admittit. Lubecani Hansæ ciuitates ad Pentecosten conuocant, vt communis totius Hansæ priuilegiorum defensionis causa bellum gerentes, communibus omnium opibus & auxilijs iuuarentur. Verùm præter vicinos VVismarienses, Rostochios, Sundanos, & Luneburgicos, perpauci ac nemo ferè eos adiuuabat. Cumque primo statim vere, naues Hollandorum bellicæ & onerariæ plures ducentis, in Hellespontum appulissent, à Regijs circiter viginti bellicis, quarum Ionas Holgeri Amyralis erat, Liuoniam versus deductæ sunt. Inde ad Draui ostium, bellicæ Danorum naues retrolegentes, quatriduum ferè constiterunt. Aspirante autem Libonoto, in reditu, ex VVismariensi portu quatuordecim naues Dani abduxerunt. Ad VVarni ostium milites in terram expositi & incendijs grassantes, à Rostochiensibus in classem repulsi sunt. In Rugia, crematis Sundensium pagis & profligatis ciuibus, qui opem suis ferebant, ingenti præda, ex direptis eorum prædijs, & tormentis aliquot potiti sunt. Inde Oelandiam versus recens à Suecis recuperatam cursum direxerunt, vbi à præsidio Suecico depulsi, in naues redierunt. Interea Lubecensium quoque & vicinarum ciuitatum naues tardius expeditæ, pridie Laurentij In Danicam classem prope Bornholmum incidunt. Vbi atrox prælium nauale cum Regijs æquo ferè Marte commissum est, quod nox & Eurus vehementior aspirans diremit. Cùm autem ea nocte, Danica classis ex conspectu Lubecensium discessisset, victoriam sibi vindicantes Lubecani, eamque persequendam arbitrati, Hollandorum naues onerarias circiter ducentas, inter Heilam & Rosehoet, non procul à Dantiscano portu dissiparunt, multas merserunt, sexaginta circiter & in his multas cupri massis ex Vngaria Cracouiam, & in Vistula Dantiscum deue-

Dominica exaudi ante Pentecosten.

M. D. XI. ctis oneratas ceperunt. Crebris postea regis Poloniæ & Imp. Maximiliani intercessionibus ad Lubecenses Fuggari vsi sunt, vt mercium amissarum partem aliquam recuperarent. Lubecenses insigni illa victoria parta, ex sinu Veneto reuertentes, rursum in Danicam classem inciderunt, ac denuò pari ferè vt antea euentu, cum ea conflixerunt. tandem incolumes domum reuersi sunt. Quo tempore in Italia, Cardinales nouem, qui superiore anno à Pontifice defecerant, Maximiliani Cæsaris & Ludoici Galliæ regis patrocinio adiuti, Concilium Pisis ad Cal. VIIbris inchoarunt, quod tamen eodem mense Mediolanum translatum est. cùm principio anni pontifex, Ferrariense bellum vrgens, ex Bononia ipse in castra profectus, Mirandu-
21. Maij. lam cepisset: & postea Bononia à Gallis capta esset. ad quam recuperandam, & disturbandum concilium aduersus se indictum, pontifex nouum aduersus Gallos, cum Ferdinando Hispaniæ rege, & Venetis, fœdus mense Octobri fecit. cuius imperator Raimundus Cardona, prorex Neapol. constitutus est.

In Silesia, Vladislaus Boiemiæ rex, cùm filio quinquenni Ludoico, Vratislauiam mense Ianuario venit, vt fidem ac obedientiam ab ea vrbe, & cæteris Silesiæ principibus, filio præstari curaret. Cùm autem regni Vngariæ senatores, iusiurandum Ludoico tanquam Vngariæ regi: Boëmi econtra, suo regno, cuius membrum antiquitus Silesia fuisset, dandum esse contenderent: neutri tum quidem iurarunt. Sed regis Vladislai, & filij ipsius Ludoici imperio, nihilominus se dicto audientes saluis priuilegijs fore testati sunt. Vladislaus emporij veteris iura tunc Vratislauiæ renouauit, ne quis Polonus aut Germanus negotiandi causa Vratislauiam præteriret, sed vtraque gens Vratislauiæ merces suas deponere ac vendere cogeretur. Sed cùm Sigismundus Poloniæ rex, senatusconsulto suis commercia cum Vratislauiensibus prohiberet, nec Vratislauiensibus in Polonia negociandi potestatem faceret: quadriennio post, in congressu regum Poloniæ, Vngariæ, & Romani, Viennæ, ab-
1515. olitis emporij priuilegijs nouis, in pristinum statum commercia illarum gentium restituta sunt.

In Borussia, de nouo ordinis Teutonici magistro, in defuncti Friderici locum substituendo, deliberationes in senatu Commendatorum, vt appellantur, dissimiles fuerunt. alijs prudentioribus, nullum deinceps principem eligendum esse suadentibus, ne vana pristinæ libertatis, & auxiliorum spe à suis illecti, noua pericula & bella ordini à Poloniæ regibus attraherent, vel alioquin sumptibus immoderatis rempublicam onerarent, vel in ditionem hæreditariam tandem conuerterent. Sed vicit aliorum sententia, qui Albertum marchionem Brandeburg. Friderici filium, & Sigismundi ex sorore nepotem, viginti annorum iuuenem adiscendum censebant. quod consanguinitatis vinculum mutuæ etiam amicitiæ & pacis publicæ nexum fo-
M. D. XII. re sperabant. Sequenti anno, à rege & senatu regni Poloniæ, in Petricouiensibus comitijs, Alberti electio hac conditione confirmata fuit, vt sacramentum fidelitatis more maiorum regi intra sex menses præstaret. cumque ex ordinis professione, perpetua aduersus infideles bella gerere teneantur, cuius in Borussia vndiq; Christianis cincta occasio nulla sit, prouinciam eis in Podolia & Russia certam, vna cum annuo bis mille aureorum stipendio à rege assignandam, vbi in perpetua aduersus Tattaros & alios Christiani nominis hostes statione consistant. Hæc & alia confirmationis capita, marchio Casimirus, Alberti frater, in comitijs accepta, ad Albertum detulit,
22. Nouemb. 1511. qui paulò ante Regium montem Borussiæ solenni pompa ingressus erat. quo tempore, cum inter Danos & Lubecenses, ciuitatesque socias bellum in octauum iam annum durasset: tandem Maronis illud: *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes,* vtrinque discentes, pacem Flensburgi cum rege, exclusis Suecis, ciuitates sociæ, saluis priuilegijs & immunitatibus in regno Daniæ suis, fecerunt.

Brunsuicenses verò duces, Christophorus Bremensis, Franciscus Mindensis, Henricus senior, & Ericus frater, VVilelmi filij: Henricus iunior dux Luneb. Ottonis filius, & Ioann. dux Cliuiæ, fœdere solenni se Mindæ, ad mutuam beneuolentiam & fidem ac defensionem, si quis illorum bello ab alijs inuaderetur, sanctè obstrinxe-
1463. runt. Henricus etiam dux Luneb. Henrico seniori duci Brunsuic. ius suum in ducatu Gottin-

Gottingenſi, quem à morte poſtremi ducis Ottonis Coclitis, VVilelmus victorioſus Henrici ſenioris auus occupatum tenebat, ſolennibus literis cedit. & viciſſim quidquid in vrbe Luneb. iuris ille habebat, recepit. Eodemque anno Henricus ſenior cum filio Franciſco epiſcopo Mindenſi, vicinos comites Hoienſes, Iodocum, Ioannem & Ericum, Iodoci filios, vix dum ex tutela egreſſos, oppugnarunt, & ditione tota eiecerunt, hoc prætextu, quòd ipſos feudi dominos legitimo tempore non recognouiſſent, nec feudum ab ipſis accipere, ſed ad Monaſterienſem epiſcopum tranſferre conati eſſent. Verùm ſeptennio poſt, ducibus Brunſuic. bello Hildeſienſi implicatis, in patriam redierunt. M. D. XII.

Georgius, Bogislai filius, Pomeraniæ dux, & amitinus illius, Henricus Megapolitanus viduus, (prior enim vxor Vrſula Brandeburgica ſuperiori anno obierat) Heidelbergam profecti, duas Philippi electoris Palatini filias, Aemiliam & Heleam, Ludoici electoris ſorores, ſibi deſponderunt. cum quibus ſequenti anno, nupſis, hic VVilmariæ, ille Stetini, in multorum principum, Ioannis Friderici, & patruelis Georgij, ducum Saxoniæ, Chriſtophori archiepiſcopi Bremenſis, & fratris illius Henrici ducis Brunſuicenſis; & Daniæ ac Poloniæ regis legatorum præſentia, celebrarunt. Sponſas, duo fratres, Henricus & VVolfgangus Palatini, ad littus Balthicum deduxerunt, omniaque honorificè & ſplendidè ac tranquillè peracta ſunt. niſi quod Ioannis Daniæ & Sigiſmundi Poloniæ regum legati, de loco ſuperiore inter ſe ambitioſè rixantes, conuenire non potuerunt. Nunquam igitur ſimul, ſed ſinguli ſeorſim, in templum, ad menſam, ad choreas, & munerũ γαμηλίων exhibitionem acceſſerunt. Henricus etiam Saxoniæ dux, Alberti filius, cui oppidum Freiberg & viciniam, frater Georgius, patriam eo tempore gubernans, attribuerat: Catharinam, Magni ducis Megapolitani filiam, Henrici & Alberti ſororem, cùm iam annos ferè quadraginta natus eſſet, in matrimonium ducit. ex qua Mauricium & Auguſtum Saxoniæ electores, qui noſtra ætate Saxoniam, Miſniam & Turingiam, fortiter & feliciter rexerunt & ornarunt, ſuſcepti ſunt. cùm duæ ſorores Catharinæ, multò ante, Magno patre adhuc ſuperſtite, Sophia laudatiſſimo & ſancto principi Ioanni, duci Saxoniæ, & poſt fratrem Septemviro, patri Ioannis Friderici electoris: Anna verò, principi Haſſiæ VVilelmo, Philippi patri, elocatæ fuiſſent. 1513. 11. Auguſt.

In comitijs Imperij, primùm apud Treuiros hoc anno inchoatis, & Coloniam inde tranſlatis, præter communes, in ſenatu Imperij, de pacis publicæ conſeruatione, & iudicio Cameræ deliberationes: nunc vſitata DECEM Circorum ſeu regionum in Imperio Germanico: Auſtriaci, Bauarici, Sueuici, Francici, Rhenenſis ſuperioris, electoralis, Burgundici, VVeſtphalici, Saxonici inferioris & ſuperioris, diſtributio primùm facta: & de auxilijs Maximiliano communi ſubditorum imperij contributione præſtandis, decretum: & de Schiſmate Cardinalium, à Iulio II. diſcedentium, quod Ludoicus XII. Galliæ rex fouebat, non tolerando, actum: & Ezardus Friſiæ comes, quòd Georgio Saxoniæ duci Groningam non reſtitueret, & alijs Imperatoris mandatis non pareret, proſcriptus eſt.

A Iulio pontifice, acerbiſſimo Gallorum & Cardinalium, qui ad ipſum ſeceſſerant, hoſte, incitatus Angliæ rex Henricus VIII. iuuenis, nouum aduerſus Gallos bellum apparat. Cùm enim paucarum hebdomadarum interuallo, Bononia, à Pontificijs, Hiſpanis & Venetorum confœderatorum copijs obſeſſa, virtute & celeritate Gaſtonis Foiſiæi ducis Nemorenſis, (cuius ſoror, Germana, Ferdinandi Hiſpaniæ regis vxor erat (Galliæ regis in Italia vices gerentis liberata; & Brixia ex Venetorum, qui paucis ante diebus eam occupauerant, poteſtate recepta; & die Paſchæ, magno ac cruento ad Rauennam prælio, Pontificiæ & Hiſpanorum copiæ à Gallis cæſæ & profligatæ eſſent: Iulius tanta exercitus ſui clade nequaquam fractus, ſed duris vt ita dicam ſenis bipennibus, ab ipſo ducit opes animumque ferro; maiori animo & impetu in Gallos ruebat, & concilium in Baſilica Ioannis Lateranenſis Romæ auſpicatus, paulò poſt Gallos & omnes, Cardinalibus, qui concilium Piſis indictum, Mediolanum, & tandem Lugdunum tranſtulerant, adhærentes, diris deuouit, omni- 11. Aprił. 8. Maij

M. D. XIV. busque Gallici regis ipsique fauentium ditiones occupandi potestatem concessit. ac Heluetios, Hispanos, Anglos, & Cæsarem Maximillianum aduersus eos concitauit. Heluetij, statim magnis agminibus, fœderatorum Pontifici Venetorum & Hispanorum exercitui, recollecto, se adiunxerunt. quo Mediolanum versus progrediente, Bergomum, Lauda, Papia & aliæ vrbes in fœderatorum potestatem venerunt. Galli desperata defensione Mediolanum relinquentes, trans Alpes fugerunt. Placentia & Parma sponte se Pontifici dediderunt. quas vrbes, vnà cum Regio Lepidi & Mutina, velut Rauennatensis ex archatus, Pontifici olim à Ludoico Pio donati membra, ad Pontificium imperium pertinere, Iulius affirmabat. Rheti tum Clauennam & vallem Turrenam: Heluetij Locarnum, Mediolanensi ducatui decerpserunt. Ioannes Fregosius Genuæ dux factus est. Veneti eodem anno Brixiam & Cremam recepe-
runt. Ita subito impetu Gallis ex Italia deturbatis: Henricus Angliæ rex, vt antea Pontifici addixerat, Normanniæ & Britanniæ littora magno incolarum terrore infestabat. & iunctis cum Ferdinando Hispaniæ rege socero copijs, Baionam oppugnare, missa in Aquitaniam classe, tentabat. Sed Ferdinandus oblatam interim regni Nauarræ occupandi occasionem cupidè amplexus est. nam Ioannes, Alani Alibretensis filius, rex Nauarræ, cui Catharina postremi Nauarræ regis, Franciſci Phœbi soror, nupta fuit, vnà cum Gallo, à Pontifice Iulio proscriptus erat. Cùm autem Angli duces, à mandatis sui regis, de Baiona, coniunctis cum Ferdinan. copijs obsidenda, discedere; & cum Ferdinandi exercitu, in Vasconia, vnde tutus in Nauarram occupatam receptus esset, bellum gerente, rogati se coniungere nollent: tandem re infecta in Angliam redierunt. Eodem anno, Medicei, post 18. annorum exilium, Florentiam, Hispani exercitus terrore, & vanis de relinquenda populo libertate promissis, restituti sunt. Mediolanensi ducatu, Maximilianus Sfortia. Ludoici filius, communi fœderatorum consensu, clauibus vrbis, Helueticorum nomine ipsi traditis, præfectus est. Pontifex desertis Venetis, cum Maximiliano Imp. se coniunxit, qui vicissim, per legatum episcopum Gurcensem, Lateranense concilium se pro legitimo agnoscere ostendit.

In Arctoo hoc orbe, Sigismundus Poloniæ rex Barbaram, potentissimi comitis Cepusiensis Stephani Palatini Transsyluaniæ, & Hedvvigis Tessinensis filiam, in matrimonium duxit, quod ægerrimè Cæsar Maximilianus tulit. Cùm enim magna apud Vngaros authoritate & gratia Ioannem de Zapolia, Barbaræ fratrem, florere, & regnum illud, petita Vladislai filia, ambire sciret: molestissimum ipsi fuit, Poloniæ etiam regis adfinitate, maiores ei vires & authoritatem adiungi. Quare eodem anno, ad Basilium Moscorum ducem legatum, Sigismundum Baronem ab Herberstein, amicitiæ & fœderis cum Moscho aduersus Sigismundum ineundi gratia, misit. cuius legationis occasione, Rerum Moscouiticarum commentarios ille conscripsit, qui multis Geographiæ, & Sarmatiæ inprimis ac Scythiæ Europeæ & Asiaticæ partibus, lucem attulerunt. Tattari etiam Præcopitæ hoc anno, in Podolia, Volhinia,
18. April. & Russia, direptionibus & incendijs grassati; tandem memorabili prælio à Polonis & Lithuanis: quorum dux Constantinus Ostrogius erat, ad Lopusnam & arcem Visnoeciam profligati, & fœdus cum eis superiori anno inchoatum, denuò stabilitum & sancitum est. Sigismundus enim, cùm singulis ferè annis aliquoties Tattarorum incursionibus prouinciæ regni ipsius crudeliter vexarentur: tandem semel se molestia illa liberare cupiens, pensionem annuam quam illi tributum nominabant, Mentlikerio Tattarorum regi, anno superiore hac conditione addixerat, vt à regni Poloniæ prouincijs vastandis deinceps abstineret, & Poloniæ regi petenti aduersus hostes illius Moschos & alios, auxilia suppeditaret.

M. D. XIII. Anno M. D. XIII. Magdeburgensem archiepiscopam, Ernesto Saxoniæ duce sene, piè defuncto: ALBERTUS marchio Brandeburgensis, Ioannis electoris filius, Ioachimi I. frater, princeps iuuenis, ingenio, facundia & in rebus agendis industria præstans, gubernandam, vna cum Halberstadensi diœcesi suscepit. Huius patruelis, Albertus marchio Brandeburgensis, Friderici Ansbacensis filius, Fratrum ordinis Teutonici Borussiæ magister, recens creatus, cùm à Casimiro fratre conditio-

nes à

Sylvæ Sylvæ, Sylvarum Sylvæ, Sylvarum Sylvæ, Sylvæ Sylvæ, Sylvæ Sylvæ, Sylvæ

M. D. XIII. mouens, Morinorum vrbem, Terovvanam, Gallico præsidio munitam, & Caleto vicinam, profligatis, qui commeatum inuehere nitebantur, & captis ducibus Gallis, deditione capit, & mœnibus nudat. Inde Tornacum occupat, quo Maximilianus Cæsar, cum nepote Carolo, cui Maria soror Henrici promissa erat, congratulandi causa ad eum accesserunt. Interea Iacobus IV. Scotorum rex, à Gallis incitatus, bellum Anglo, vxoris suæ fratri, denunciat, in quo, violatæ fidei, & impietatis in patrem, ipsius & seditiosorum principum armis olim regno priuatum, pœnas luit. Iacobus enim cum exercitu, & fratre Alexandro archiepiscopo S. Andreæ, Erasmi discipulo, ab Anglis in acie cæsus est. relicto vnico filiolo Iacobo V. impubere, & vxore Margarita, quæ Archibaldo Duglassio haud multò post nupsit, ex cuius filia Margarita, Henricus Stuardus, Iacobi VI. præsentis Scotiæ regis pater, postea natus est. Mortuo autem Pontifice Iulio bellatore, LEO X. pacem orbi Christiano, Iulij furijs fœdè perturbato, restituere annitens, Gallum & Cardinales, qui ad eum secesserant, in gratiam recipit, & literis suis postea Cardinalem Eboracensem, ad faciendam cum Gallo pacem, & sororis regiæ connubio confirmandam, hortatur. Idem Pontifex Leo, inter Maximilianum, & Venetos, qui paulò ante ad Vicentiam à Cæsarianis victi, & Mestrio ac vicinis oppidis incensis, in littore proximo, velut obsessi fuerant; arbiter constitutus, suspensis vtriusque partis armis, componere controuersias nitebatur, & Heluetios, qui Nouariæ à Gallis obsessi, magnitudine animi penè plusquã humana erumpentes, instructissimum ab equitatu, peditibus & tormentis, Gallorum exercitum profligarant (& postea in Burgundiam irrumpentes ad Diuionem, Tramolliam Gallorum ducem, nomine regis cedere Mediolanensis imperij iuribus, & sexcenta millia aureorum promittere coëgerant) hortabatur, vt de acerbissimo in Galliæ regem odio nonnihil remitterent. Sed in Italia tum Leonis consilia pacifica successu carebant, & exeunte anno, Mediolani & Cremonæ arces, quæ in Gallorum potestate hactenus manserant, Sfortiæ se dediderunt. Prælio ad Vicentiam inter Cæsarianos & Venetos die 7. Octobris commisso, ERICVS etiam dux Brunsuicensis, Henrici frater interfuit, qui duo equestria Reipublicæ Venetæ vexilla, & tertium familiæ Delphinorum Venetæ, cepit. quæ in templo Mundensi suspensa hodiè cernuntur.

6. Iulij.

In vrbe BRVNSVICENSI, cùm Senatus ærarium Reipub. superiorum annorum bellis exhaustum, noua contributione leuari, & annuum ciuiũ censum augeri à ciuibus petiuisset, & iam magna pars ciuium in veteri vrbe assensa esset: Seditio ab Hagensibus præcipuè & veteris vici incolis aduersus senatum mota, octiduum ferè durauit, in qua cùm ad cædes & direptiones omnia spectarent, prudenti consilio & moderatione Gerardi Pauli Consulis & aliorum, vulgi indomiti vehementes impetus, concessa tum quam petebant nouorum onerum remissione, sedati sunt. ac ne deinceps vulgus, pecuniam publicam in manibus tractantium Consulum & Senatorum hærere suspicari posset: Decemviri ex ciuium communitate delecti sunt, quibus præsentibus pecuniam publicam omnem, duo Camerarij veteris vrbis exponerent, & rationes accepti & expensi scriptas accuratè seruarent. Quæ constitutio ad omnem posteritatem Reipublicæ illius tranquillitati & concordiæ inter Senatum & ciues, in grauissimis etiam bellis & exactionibus postea secutis, salutaris fuit. id exemplum multæ postea vrbes, Hamburga, Rostochium & aliæ sunt imitatæ. Sequenti anno, consentientibus ad sexennium ciuibus, Accisa Brunsuigæ instituta, huc vsque durauit.

Eodem anno COLONIÆ etiam Seditio ciuium ingens aduersus Senatum concitata, quòd publicos ciuitatis reditus ac exactiones, in priuatum commodum vertere & inter se partiri dicerentur. ac toto Senatu in vincula coniecto, & re inquisita, Quæstor seu Thesaurarius reipublicæ, & consules ciuitatis omnes, capitis supplicio affecti, ex ministris publicis sex suspensi sunt. Cæteri innocentes dimissi incolumes, delectis ex suo numero Coss. & senatu suppleto, Rempublicam deinceps administrarunt.

In Saxonia, nuptiæ Henrici, ducis Megapolitani, cum Helena Palatina, V Vismariæ

verordnungen. Das andere ist das Jubiläum / welches Bonifacius der VIII. Anno 1300. auf das Jahr 1350. ausschrieb. Sprud Innocens, Pius, Clemens, Gregorius, Urbanus, Philippus Pontifices hoc donum augebant, ut Jubilæum Anno 1475. Sixtus IV. Anno 1500. Alexander VI. Anno 1525. Clemens VII. Anno 1550. Julius III. Anno 1575. Gregorius XIII. Anno 1600. Clemens VIII. Anno 1625. Urbanus VIII. Anno 1650. Innocentius X. Anno 1675. Clemens X. Anno 1700. Clemens XI. celebrarit. Reperitur Sanctum hoc Jubilæum, quod Romæ celebratur, ab Urbano VI. Bonifacio IX. Innocentio VII. Gregorio XII. Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. Calixto III. Pio II. Paulo II. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Julio II. Leone X. Clemente VII. Paulo III. Julio III. Gregorio XIII. Sixto V. Clemente VIII. Urbano VIII. Innocentio X. Clemente X. Innocentio XI. Alexandro VIII. Clemente XI. celebratum esse. Quæ omnia ex Ephemeridibus Romanis collecta sunt.

Ita stata, & diversis rerum gestarum vicibus comparentia.

FINIS.

LIBER SEPTIMVS,

Ab anno Christi 1514. vsque ad 1519.

Magnificis & amplissimis viris, dignitate, sapientia, virtute & doctrina præstantibus,

D. IOACHIMO OLINCOVIO,
D. IOACHIMO KETELIO I. V. D.
D. BARTHOLOMÆO SASTROVIO,
D. HENRICO BVCHOVIO I. V. D.

Consulibus, & Senatoribus inclytæ vrbis Stralsvndensis, patronis suis

Debitæ Gratitudinis ergò

inscripsit

Dauid Chytræus.

ANNO

Jacobus Dei gratia Rex Scotorum, Anglorum, Franciæ & Hiberniæ fidei defensor, &c. Archiepiscopo Glasguensi, Episcopis Dunkeldensi, Brechinensi, Aberdonensi, Murrayensi, Rossensi, Catanensi, Orcadensi, Abbati de Kilwinning, Priori Sancti Andreæ, Decano Cancellario, Archidiacono Glasguensi, Commissario Dunkeldensi, Præpositis Crail, Dunbar, Archidiacono Sancti Andreæ, Archidiacono Lothianæ, Archidiacono Murrayensi, Archidiacono Aberdonensi, Archidiacono Brechinensi, Archidiacono Catanensi, Archidiacono Orcadensi, Archidiacono Rossensi, Archidiacono Dunkeldensi, Archidiacono Glasgu

M. D. XIV. Gemmingen ſapientia & doctrina excellens, cui ALBERTUS, marchio Brandeburgenſis, ſucceſſit, cuius eligendi hæc quoque occaſio fuit, quòd non longis interuallis, tres proximi archiepiſcopi, Bertholdus, Iacobus, & Vriel deceſſerant. Cùm autem Pontificiæ confirmationis, ſeu Pallij, quod triginta millibus aureorum ſinguli electi emere à Pontifice cogebantur, redemptio: toties tam breuibus interuallis repetita, collegio moleſta & grauis; & diœceſis alioquin ingenti ære alieno onerata eſſet: Albertum principem opulentum, ex illuſtriſſima Brand. familia natum, & iam archiepiſcopum Magd. hac conditione elegerunt, vt ipſe ſuo ſumptu Pallium à Pontifice redimeret. Eam pecuniam à Fuggaris mutuò acceptam, Albertus, cùm indulgentiarum promulgatione rurſus colligendam duceret: Lutheranum incendium exarſit, de quo omnibus in Germania notum eſt. Ingreſſo autem primùm hoc anno Moguntiam Alberto, carmen Panegyricum Vlricus Huttenus exhibuit, in quo, ſingulari conſilio & arte, omnes veterum Germanorum atq; Imperatorum noſtrorum res geſtas complexus eſt, & ſplendidis ac ſonoris verſibus, non principis ſolùm Alberti laudes, verum etiam omnes Germaniæ regiones, gentes, flumina deſcripſit.

⊕1514. 3. Februar.

1514.

MERSBURGENSEM eccleſiam hoc anno, ADOLPHUS Anhaldinus, Adolphi filius, Magni præpoſiti Magd. frater (Georgio Principi Anhaldino, qui noſtra ætate, pietatis & doctrinæ laude floruit, quarto gradu agnatus) regendam ſuſcepit. Quem humili ſtatura, ſed magnæ ob pietatem, prudentiam, grauitatem, & in gubernatione induſtriam, authoritatis, & beneficum erga pauperes fuiſſe, ac ipſum pro concione populum docuiſſe, accepimus. Vicinam Naoburgenſem diœceſin, Philippus princeps Palatinus, Philippi electoris, ſexennio antè defuncti filius epiſcopus Friſingenſis, adminiſtrare cœpit. cuius ſoror Helena, Henrico duci Megapolitano anno ſuperiori nupta, filium Philippum, materno auo & auunculo ἐμώνυμον, die 12. Septembris in lucem edidit.

IOANNES comes Aldeburgenſis, cuius imperium Stadlandi & Butiadæ Friſij, Viſurgis accolæ, ſuperioribus annis contumaciter excuſſerant, ac Ezardum Friſiæ orientalis comitẽ vicinum libertatis ſuæ tutorem ac patronum elegerãt, vt rebelles domitos ad obedientiã debitam tandem reuocaret: à vicinis principibus, Henrico ſeniore duce Brunſuicenſi, & fratre illius Erico & Henrico Luneburgenſe & alijs, quos ſeorſim ſingulos adierat, conſiliũ & opem flagitauit: ac ſi rebelliũ regiones & agri occuparentur, ſe ſingulis à quibus adiutus eſſet, partem ditionis, æqua cum ijs diuiſione facta, attributurum oſtendit. Etſi autem, præter amicas promiſſiones, de auxilijs ſuo tempore ferendis, nihil tum accepit: tamen opportunè ſequenti anno accidit, vt Georgius dux Saxoniæ, in Friſiam, aduerſus Groningenſes, in quorum obſidione pater Georgij, Albertus dux Saxoniæ, obierat, & qui, excluſo Saxone, poſtea Ezardo Friſiæ comiti ſe adiunxerant, expeditionem ſuſcepturus, Henrici ſenioris ducis Brunſuicenſis operam militarem conduceret. qui, pecunia ad octingentos equites & quater mille pedites colligendos accepta, pleroſque agnatos & vaſallos ſuos, Ericum fratrem, Franciſcum & Henricum filios, Philippum Grubenhagenſem, Henricum Lunæburgenſem, Erneſtum Honſtenium, Buſſonem Regenſtenium, Ioannem Spiegelbergicum Friderici patrem, Scolbergium, & alios comites & nobiles, auſpicijs Georgij conducit. Cumque ob aquarum copiam & crebras maris & fluminum eluiones, & foſſarum profundiſs. frequentiam, æſtate difficulter in Friſia duci exercitus queant: commodè accidit, vt eo anno exeunte, ab initio Nouembris vſque ad Februarium, aquæ gelu conſtrictæ ac duratæ, tranſiri abſque moleſtia poſſent. Quam oportunitatem cùm cupidè principes illi arriperent: Ioannes Aldenburgenſis etiam non deeſſe occaſioni voluit. Itaque ad principes Brunſuicenſes profectus vrget ac obtinet, vt Chriſti natalem ſecum Aldenburgi celebrent, & per Stadlandos & Butiados in itinere ſubactos, comitis Ezardi, Groningæ eo tempore domini, ditionem inuadant. Ipſe etiam bis mille pedites, & ducentos equites principum copijs adiungit.

1512.

1513.

1506.

Quare tribus diuerſis in locis, & tribus diſtinctis agminibus, ex quibus vnum Henricus ſenior dux Brunſ. cum filijs Henrico & Franciſco; alterum Ericus ſenior,

cum

cum Philippo Grubenhagio; tertium Henricus Luneburg. & Ioannes Aldeburg. ducebant, Frisios Stadlandos & Butiados, homines palustres, per glaciem inuadunt, ac proſternunt. Etſi enim in poſtremo hoc libertatis tuendæ conatu, animoſè & fortiter ſeruitutem impendentem repellere, & hoſtes profligare nitebantur: tamen ſexcentis eorum cæſis, & 400 captis, reliqui iugum ſeruitutis ſponte ſubierunt. ac ſorte diſtributa in quatuor partes ditione occupatâ, vnâ Ioannes Aldeburgenſis (qui Golſwerdam antea tenebat) ex pacto: alteram ab Henrico ſeniore duce Brunſuic. in feudum accepit. quas vt tueri facilius poſſet, arcem Obelgunne ceruicibus Stadlandorum impoſuit. De cæteris duabus, Ericus ſenior & Henricus Lunæb. aleæ iudicio permiſerunt, vter ſolus vtramque retineret. Cum igitur Lunæburgenſi fortuna faueret: circiter triginta annos, poſteri illius, per præfectos Butiadiam adminiſtrarunt, donec tandem Erneſtus dux Lunæb. accepta pecuniæ ſumma, Ius ſuum in Butadia Aldeburgicis totum conceſſit. M.D. XIIII. 1543.

Sed ad Georgij ducis Saxoniæ in Friſia Groningenſi bellum, accedo. Is quinto die Ianuarij in agrum Groningenſem cum 9000. peditum & equitum exercitu, ipſe peruenit, ac Aeduardæ & Eſenæ caſtra locans, & totum ferè annum in Friſia, irrito conatu Groningam obſidens, & viciniam vaſtans, conſumſit. Ezardus comes Embdenſis, qui vrbem Groningam, cum arce à ſe extructa, & oppidum Damam tenebat, aliquot leuibus præliolis Miſnenſes profligat, & Delfzilam recuperat. Cum tum Henricus dux Brunſuicenſis Georgio fœderatus, ab alia parte, Ezardi ditiones in Friſia orientali adoriretur, & Stadlandis ac Butiadis deuictis, Fredeburgum arcem munitiſſimam & commeatu inſtructiſſimam præfecti ignauia deditam occupaſſet: Ezardus ad orientalis Friſiæ defenſionem conuerſus, Groninga diſcedit, Conſulibus ante, vt fidei datæ memores, arcem & vrbem ſibi conſeruarent, diligenter admonitis. Henricus interea progrediens, menſe Maio arcem Knypens, Marhuſen & Suchuſen: deinde, Auricam, Nordam, Gretam, Ezardi oppida, occupat. Georgius omnes circa Groningam, intra vnius miliaris ſpacium habitantes agricolas, cum ſuis coniugibus & facultatibus aliò migrare iubet, ne commeatum ex vicinia in vrbem inferre obſeſſi Groningenſes poſſent. Ezardus à tot principibus oppugnatus, Sutphaniam ad Carolum Geldriæ ducem auxilia petitum menſe Iunio proficiſcitur, à quo quadringentos equites & pedites trecentos exeunte Auguſto adducit. cùm paulò ante, Henrico duce Brunſuicenſi in Ordi arcis ad Amaſin obſidione interfecto, cæteri duces Brunſuic. ac in his Henricus iunior interfecti filius, relicto Ordo in ducis Georgij caſtra ad Aeduardam ſe contuliſſent. Qui poſtea coniunctis viribus, oppidum comitis Ezardi Damam, duobus à Groninga miliaribus oppugnantes ceperunt, ac inſtigante Henrico iuniore duce Brunſuicenſi, vt patris necem vlciſcerentur, crudeliſſimè in ciues & milites præſidiarios graſſati, 1060. mares & aliquot fœminas trucidarunt. Duces præſidij Ottonem à Diephold, & Funconem ab Aenhold captiuos, Medenblicum in Hollandiam miſerunt.

Militauit autem duci Georgio, in hac expeditione Friſiaca, & Dami expugnatione, ſingularis cum fortitudinis, prudentiæ, virtutis & fidei laude VVolfgangus ab Ende, eques Miſniacus. Cuius frater, Nicolaus ab Ende, Caroli V. Conſiliarius, Liberorum Baronum dignitatem, quam familia illa olim habuerat, ſibi ac omnibus agnatis, eorumque liberis, à Carolo recuperauit. Cumque multi ex ea gente, vtiliter Reipublicæ, noſtra etiam ætate ſeruiant, partem Genealogiæ adſcribo.

HENRICVS ab Ende, Dominus in Rosberg, Kæn, VVolkenburg, Königsfeld, VVildeborn. vxor Ingenua à Kaufungen.

Conradus.

Vlricus. Henricus.

Friderico III. Viennæ à ſubditis obſeſſo, fidelem & fortem operam nauarunt.

Erenfridus dominus in VVildeborn. α

Henricus Marſchallus aulæ β

GODFRIDUS, ex Anna Sleinicia, Ioannis epiſc. γ

M. D. XIIII.

α Erenfridus | β Saxonica, cælebs. | γ Miſnenſis patruele, multos filios procreauit, ⊕1521.

Erenfridus. | Gotfridus, modernus dominus in VVildenborn. | Alexander in aula Electorali.

EOBALDUS ex Margaride à Salhauſen, cuius patruus fuit Ioannes epiſc. Miſn. | Erenfrid. quatuor filios. | Conradus. | NICOLAVS, Caroli V. Conſiliarius. | Quirinus. | Hauboldus. | VVOLFFGANGUS, qui Georgio duci Saxoniæ in Friſia militauit. & ex tribus filijs poſteros reliquit.

Henricus, cuius ex filio Henrico, 4. nepotes ſuperſunt. | VLRICUS, ex Bernardi Zigleri fratris Hieronymi filia, ſex filios reliquit, moriens 1576. | GOTFRIDVS, ex Anna Karaſſina.

Georgius VLricus, Aſſeſſor Cameræ Imperialis, ab anno 1581. vxor Anna Roſina à Botzheim.

Gotfridus Bernardus. | Georgius Henricus. | Erenfridus.

Poſt expugnatum Damum, ſecuta eſt tractatio de pace, in qua ducem Saxoniæ Georgium Groningenſes dominum ſe recepturos, ſaluis priuilegijs ſuis & alijs conditionibus certis, promittebant. Inter quas vna erat, vt arcem in vrbe, ab Ezardo ædificatam, demoliri ciuibus liceret. Id cùm nullo modo ſe permiſſurum Georgius oſtenderet: princeps legationis vrbanæ, Doctor VVilelmus eccleſiæ paſtor reſpondet, hac conditione eum nunquam in æternum Groningæ dominum fore. ac reuerſi in vrbem legati, ſtatim de alio domino, à quo aduerſus Saxoniæ ducem defenderentur, deliberarunt. Ita Carolo Geldriæ duci, cupidiſſimè amplectenti, circa Michaëlis feſtum vrbs oblata eſt, qui ſequenti menſe, circiter 5000. pedites, Gallorum regi tum forte conductos, per comitatum Benthemenſem in Friſiam mittit. Sed hi cognito ducum Brunſuicenſium, ab Eberuino comite, ex vicina Friſia inuocatorum aduentu, in Geldriam redierunt. Nihilominus initio Nouembris, Geldriæ dux, VVilelmum ab Oyen, equitum ſuorum magiſtrum, Groningam mittit. quo præſente, à ciuibus arx ſolo æquata Idibus Nouembris, & iuramentum fidelitatis, coronæ Franciæ & Carolo Geldriæ duci præſtitum eſt. Geldrus eodem menſe exeunte, in VVeſtfriſiam, Saxoniæ duci magna ex parte ſubiectam, copias mittit, quæ Sneccam, Bolsvverdam & Slotam oppida occuparunt.

Georgius Saxoniæ dux, fruſtra ſe in Groninga imperio ſuo ſubijcienda laborare, & belli Friſiaci difficultates quotidie creſcere & augeri; Geldro etiam hoſte, acri, vigilante, aſtuto, audace & felici aduerſus ſe concitato, videns; depoſito Friſiæ occupandæ conſilio, ad Carolum Burgundiæ ducem, qui tum recens Belgici gubernationem adierat, miſſis legatis ita tranſigit, vt perſolutis ſibi ducentis millibus aureorum, ipſe ſe vna cum fratre Henrico, omni iure, quod in Friſia habuiſſet, abdicaret: idque in Carolum Burgundiæ ducem transferret. Sic relicta Friſia per Monaſterium
1515. VVeſtphaliæ vrbem facto itinere, in Miſniam reuerſus eſt. Groningenſes obſidione annua liberati, paulatim vicina caſtella, Aedvvard, Eſſen, & oppidum Damm menſe Martio recipiunt. Milites à Georgio & ducibus Brunſuicenſibus in Friſia relicti, ad Carolum Geldriæ ducem, Franciſco Galliæ regi recens electo, ad recuperandum Mediolanum copias conducentem, tranſierunt, & in prælio ad Marignanum præclaram regi Gallorum operam nauarunt.

Henricus ſenior dux Brunſuicenſis, in eo bello, vt dixi, Ordum, arcem Ezardi comitis Friſiæ, ad Amaſin oppugnans, tormenti ex caſtris hoſtilibus trans Amaſin vibrati

Ille Deus, qui sanctificat nos, & nos sanctificati sumus, Caelestis
Sanctificatio, qua nos sanctificati sumus, & quotidie sanctificamur, Caelestis
Sanctificatio, qua nos sanctificati sumus, & quotidie sanctificamur, Caelestis
Sanctificatio, qua nos sanctificati sumus, & quotidie sanctificamur, Caelestis

Sanctificatio, qua nos sanctificati sumus, & quotidie sanctificamur

M.D. XIIII. num ædificandi ratio fert, munitissimam, post aliquoties repetitas obsidiones & oppugnationes, tandem Michaëlis Glynskij ductu & industria, quem se arci captæ ducem præfecturum esse promiserat, deditione occupat. cum ante centũ annos, eodem
12. Iulij. mense, in Vitoldi Lithuanorum ducis potestatem primum veniisset. Etsi autem paulò post Moschi in Lithuaniam progredientes, Sigismundi Poloniæ regis auspicijs, memorabili prælio ad Borysthenem, profligati, & multis ducibus ac militibus circi-
8. Sept. ter bis mille captis, glorioſè victi sunt: de qua victoria, Leonis X. gratulatio, ad Sigismundum Poloniæ regem scripta, in Bembi epistolis extat: tamen Smolensem arcem & ducatum (ad quinquaginta milliaria patentem) à se occupatum Moschi in hodiernum vsque diem retinent. Polonus, vt ad cæteros principes Christianos, sic ad Pontificem Leonem, sedecim Moschos nobiles captiuos victoriæ monimentum misit, quos in itinere ad Oenipontem Maximilianus Imp. tum Basilij amicus & fœderatus, interceptos, liberauit, & per Lubecam incolumes in Russiam remisit. Verùm paulò post Maximilianus Sigismundo Polono hac occasione reconciliatus est. Diu iam agitata erant de affinitate & connubijs inter Annam & Ludoicum Vladislai regis Boëmiæ & Vngariæ liberos, & Ferdinandum ac Mariam Maximiliani nepotes, consilia. Hæc cùm missis ad Vladislaum hoc anno legatis tandem finiri & confirmari Maximil. peteret: Vladislaus cupere se cum eo fœdus amicitiamque & affinitates iungere ostendit, modò cum fratre suo Sigismundo rem componi, & communi consilio & adsensu omnia constitui pateretur. Id cùm Cæsar etiam non improbaret: exeunte anno, Maximiliani & Sigismundi legati Ioannes Cuspinianus & Christophorus Schidlovvicius, ad Vladislaum Vngariæ regem (qui paulò ante, fœda, cruce signatorum seditione, ductu Ioannis Cepusiæ comitis & Palatini Transsyluaniæ oppressa, liberatus fuerat) Budam proficiscuntur, vbi summa fide ac diligentia concordiæ negocium agentes, constituunt, vt Maximilianus, Vladislaus,
M. D. XV. & Sigismundus, sequenti anno ipsi apud Posonium conueniant. qui tamen conuentus Viennam translatus est, quo Maximilianus, mense Iulio, missis Posonium ad Vngariæ & Poloniæ reges, Christophoro duce Brunsuic. archiepiscopo Bremense, Casimiro marchione Brandeb. & Cuspiano, legatis, eos euocarat. Congressi igitur
16. Iulij. propè Brugas ad Leitam fl. in Vngariæ & Austriæ limitibus, postridie Viennam ingressi sunt. vbi positis simultatibus & odijs, fœdus & amicitia inter reges perpetua sancita est. Deinde in templo D. Stephani, Annam Vngariæ regis filiam Maximilianus alter ex nepotibus Carolo aut Ferdinando: Mariam verò neptem Ludoico, ritu solenni, despondet, Fœdus cum Moscho vel reuocare se velle, vel pacem conditionibus Poloniæ regi honestis, per legatos se confecturum, & ordinis Teutonici in Borussia magistrum, si præstare fidem Polono debitam recuset, se deserturum promittit. Aduersus Turcas vt expeditio citius faciliusque suscipi posset, legati Vnga-
6. August. riæ & Poloniæ regum nomine, ad Venetos de pace decreti: postremò, Vratislauiense emporium, cuius supra memini, abolitum, & commerciorum libertas hinc inde restituta est. Sigismundus Vienna digressus, Cracouiam redijt, vbi Barbaram coniugem, ex puerperio alterius filiæ Annæ adhuc languentem, inuenit, quam 2. Octobris ex hac vita DEVS euocauit. Soror Sigismundi Elisabetha, Friderico II. Lignicæ duci paulò ante addicta, mense Nouembri ad sponsum ducta est. Hic Fridericus, pater fuit Friderici III. Lignicensis, & Georgij ducis Lign. Brigæ sedem aulæ haben-
1503. tis: Qui tamen non ex Elisabetha, vix sesquianno post nuptias elapso defuncta: sed altera coniuge Sophia, Friderici marchionis Brandeburgensis filia, suscepti sunt: hic, anno 1524. ille 1520. die 28. Martij.

Altero mense postquam reges MAXIMILIANUS, Vladislaus, & Sigismundus, Viennæ congressi sunt: CHRISTIANUS II. Daniæ rex, ELISABETHAM, Maximiliani neptem, Philippi archiducis Austriæ & Hispaniæ regis filiam, Caroli V. postea Impe-
9. August. ratoris sororem, quæ in sæuissima tempestate Hafniam appulerat, in matrimonium duxit. ex qua filios Philippum & Maximilianum infantes mortuos, & Ioannem in
1532. exilio postea Ratisbonæ in comitatu Caroli V. eadem die, qua pater captus est, extinctum, & duas filias, Dorotheam Friderico II. electori Palatino, quæ vidua Neagoræ in

Ad Nonum Nonius nobis mens habitum, vocabo dicitur. 3. Civilis est. 4. Ut
Ad Decimum Decius, Decia, Decium. Ad Undecimum Undecius, Undecia, Undecium.
Ad Duodecimum Duodecius, Duodecia, Duodecium. Ad Centesimum Centesius, Centesia, Centesium.
Ad Millesimum Millesius, Millesia, Millesium. Ad Quotum Quotus, Quota, Quotum.
Ad Totum Totus, Tota, Totum. Ad Nullum Nullus, Nulla, Nullum. Ad Solum Solus, Sola, Solum.
Ad Unum Unus, Una, Unum. Ad Duum Duus, Dua, Duum. Ad Ambum Ambus, Amba, Ambum.
Ad Trium Trius, Tria, Trium. Ad Quatuor Quatuorius, Quatuoria, Quatuorium.
Ad Centum Centus, Centa, Centum. Ad Mille Millus, Milla, Millum.
Ad Quot Quotus, Quota, Quotum. Ad Tot Totus, Tota, Totum.
Ad Quadrans Quadrantius, Quadrantia, Quadrantium. Ad Semis Semissius, Semissia, Semissium.
Ad Triens Trientius, Trientia, Trientium. Ad Quincunx Quincuncius, Quincuncia, Quincuncium.
Ad Deunx Deuncius, Deuncia, Deuncium. Ad Dextans Dextantius, Dextantia, Dextantium.
Ad Dodrans Dodrantius, Dodrantia, Dodrantium. Ad Bes Bessius, Bessia, Bessium.
Ad Septunx Septuncius, Septuncia, Septuncium. Ad Nullus Nullius, Nullia, Nullium.
Ad Solus Solius, Solia, Solium. Ad Unus Unius, Unia, Unium.
Ad Duus Duius, Duia, Duium. Ad Ambus Ambius, Ambia, Ambium.
Ad Trius Trium, Tria, Trium. Ad Quatuorius Quatuorium, Quatuoria, Quatuorium.
Ad Centus Centium, Centia, Centium. Ad Millus Millium, Millia, Millium.
Ad Quotus Quotium, Quotia, Quotium. Ad Totus Totium, Totia, Totium.
Ad Quadrantius Quadrantium, Quadrantia, Quadrantium. Ad Semissius Semissium, Semissia, Semissium.
Ad Trientius Trientium, Trientia, Trientium. Ad Quincuncius Quincuncium, Quincuncia, Quincuncium.
Ad Deuncius Deuncium, Deuncia, Deuncium. Ad Dextantius Dextantium, Dextantia, Dextantium.
Ad Dodrantius Dodrantium, Dodrantia, Dodrantium. Ad Bessius Bessium, Bessia, Bessium.
Ad Septuncius Septuncium, Septuncia, Septuncium.

VII. CASUS.

Nominativus.

Hic Nullus, Nulla, Nullum.

Genitivus.

Hujus Nullius.

Dativus.

Huic Nullius, Nullia, Nullium.

M. D. XV.

♂

Guilelmus.

Ioannes de Chalon, vel Cabilone.

PHILIBERTVS, Ludoicum XI. in Burgundia occupanda fideliter adiuuit 1477. 1478. postea conquerens pacta sibi à rege non seruata, defecit. Neapolin anno 1528. contra Gallos defendit, in obsidione Florentiæ 1530. perijt. Sororis filium hæredem testamento reliquit.

CLAVDIA.

♀

Diestensi.

Ioannes comes à Nassavv, cui Elisabeth, filia postremæ comitissæ in Catzenelnbogen nupta. ⊕ 1516.

Engelbertus, qui Maximiliano Imp. in Belgico fidelis. seruiuit.

HENRICVS comes Nassaensis, cubicularius Caroli V. ⊕ 1536.

Renatus princeps Auraniæ, in obsidione S. Desiderij 1544. obijt. VVilelmum patruelem testamento hæredem reliquit.

VVILELMVS senior, qui cum Philippo Hesso de comitatu Catzenelnbogen litigauit, ⊕ 1559.

VVILELMVS princeps Auraniæ, Belgici Gubernator. ⊕ 1584.

Anna, ex Mauricij Saxonis filia.

Ioannes comes à Nassavv in Tilenberg.

VVilelmus, vxor Anna patruelis.

Ioannes, vxor Magdalena VValdecia.

Carolus Geldriæ dux, quem in pace cum Carolo Belgici principe, Parisijs facta, Galliæ rex simul comprehendi voluerat: Francisco Galliæ regi, ad recuperandum Mediolanum expeditionem instituenti, nigras cohortes, vt vocabantur, sex millium Germanorum adduxit: & cum Claudio, Guisiæ comite, sororis suæ filio, Antonij ducis Lotharingiæ fratre, vniuerso viginti duorum millium Germanico peditatui præfectus est. ac Vercellas vsque in conspectum ferè Mediolani cum exercitu progressus, domum subitò reuocatus, non interfuit prælio illi memorabili & formidoloso Idib. Sept. cõmisso, quo Heluetios ad Mediolanum, pro Maximiliano Sfortia propugnantes, Franciscus Galliæ rex fortiter & feliciter plurimis cæsis profligauit. Quam victoriam, Mediolani, totiusque ducatus, ac ipsius etiam arcis Mediolanensis, cum principe Maximiliano Sfortia, in Galliæ regis potestatem rédactæ, Parmæ etiam & Placentiæ à PP. Iulio ante triennium abreptæ, deditio secuta est. Leo X. etiam, qui se antea hostem regis Galliæ declarauerat, fortunam secutus, mense Decembri cum Francisco Bononiæ congressus, de omnibus controuersijs, relicta Gallo Parma & Placentia, & Alfonso Ferrariensi Mutinæ & Lepidi restitutione promissa, sed non præstita, transegit.

Eodem anno, in Anglia, Thomas Volsæus, regis sacellanus, lanij filius, sed ingenio, prudentia, doctrina, & in rebus agendis industria excellens, summum gratiæ & autoritatis locum apud regem iamdudum adeptus, Cardinalis & archiepiscopus Eboracensis, & cedente ei Guilelmo VVaramo, Cancellarius regni à rege creatur. Has excellentis ingenij & fortunæ dotes, insolentia & superbia fœda inquinabat. Itaque vetus quidam ipsius familiaris & condiscipulus, renouare cum eo veterem amicitiam, eaque frui cupiens; cùm superbè ab ipso, negante vnquam sibi eum notum fuisse, reijceretur: discedens, Miseret me, inquit, istius Cardinalis, qui nec seipsum, nec veteres amicos amplius nouit.

In Saxonia inferiore, HENRICVS iunior dux Brunsuicensis, patrij ducatus gubernationem recens adeptus, MARIAM Vlrici ducis VVirtebergensis sororem, patre Henrico, Eberardi sapientis ducis VVirtebergensis patruele natam, triennio antè ipsi addictam, domum traduxit. Ideò VVIRTEMBERGensium Ducum familiæ partem hoc loco adscribam.

Vlricus ad VVilam occisus 1388. vxor Elisabeth, filia Ludoici Bauari.

♀

Stephanus comes Mompelgard.

♄

M. D. XV.

B

Henricus ad Nicopolin ⊕ 1396. ante patrem.

Henrica Mompelgard. ⊕ 1442.

Q

Eberhardus Mitis. vxor Antonia, filia Barnabæ Mediolanenſis. vidua Friderici regis Siciliæ.

EBERARDVS comes VVirtebergenſis & montis Pelicardi, ⊕ 1419.

Ludoicus, Vraci ſedem aulæ habuit. Balingen, Dutlingen & Blaburen ditioni adiecit, ⊕ 1450. Vxor Mathildis Ludoici Pisarini filia, poſtea nupta Alberto Auſtriaco, fratri Friderici III.

VLRICVS, vxor Studgardiæ. captus à Friderico Palatino 1462. ⊕ 1480.

1. Eliſabetha, Henrici Ducis Bauariæ filia.
2. Margarita, filia Amadei Sabaudi, prius Ludoico electori Palatino, Philippi patri, nupta.

EBERARDVS ſapiens, fundator Academiæ Tubingenſis 1477. primus Dux VVIRTEBERGenſis 1495. ⊕ 1496.

Eberhardus II. dux, pulſus 1498.

HENRICUS comes Mompelgardenſis.

VLRICVS dux VVirteb. cœpit 1498. ditiones aliquot Philippo Palatino ademit 1504. pulſus 1519. reſtitutus 1534. ⊕ 1550. vxor Sabina, filia Alberti ducis Bauariæ, quæ ⊕ 1564.

Christophorus, princeps optimus, eccleſiarum & ſcholarum Nutritius. ⊕ 1568.

Ludoicus auus ⊕ 1593.

MARIA, vxor Henrici ducis Brunſuicenſis, ⊕ 1542.

Iulius, dux Brunſuicenſis.

Georgius comes VVirtebergenſis.

Fridericus comes Mompelgard. ſucceſſit Ludoico 1593.

Primus autem dux VVIRTebergenſis, VVormatiæ in comitijs anni 1495. à Maximiliano I. creatus, EBERARDVS Barbatus, cum quadraginta quinque annos, poſt comitis Ludoici patris obitum, patriam ſapienter, iuſtè & clementer rexiſſet, & Academiam Tubingæ condidiſſet: ſequenti ſtatim poſt acceptum Ducis titulum anno, ſine liberis ex hac vita migrauit. Huic Eberardus II. frater patruelis, ſucceſſit. nam Ludoicus pater Eberardi I. Ducis, & Vlricus pater Eberhardi II. fratres erant; natus patre Eberhardo, comite VVirtebergenſe, qui ducta Henrica, Henrici comitis Mompelgardici filia, ditionem illam Burgundicam, primus VVirtembergenſi familiæ adiunxit. 1450. 1477. 1496.

Eberhardi II. frater fuit Henricus, Mariæ Brunſuicenſis pater, comes VVirtenbergæ & Mompelgardi. Is cùm in Caroli Burgundi aula adoleſcens vixiſſet: & poſtea exortis inter Carolum, & Vlricum, Henrici patrem & Heluetijs amicum, offenſionibus, à Carolo captus: eoque ad Nanceum interfecto liberatus fuiſſet: ſacris ſe primùm Moguntiæ addixit. Poſtea, patre humanis rebus exempto, coniugem primam accepit Eliſabetham, Simonis comitis Biponti & Bitzæi filiam, Friderici comitis Bipontini neptem. quæ, cùm VLRICUM filium enixa eſſet, partus doloribus ſuperata, paucis poſtea diebus fato conceſſit. Cùm autem Henricus viduus, aliam coniugem Euam, comitis Salmenſis filiam, ducturus eſſet: infans Vlricus, ad Eberardum Barbatum patruelem, qui liberis carebat, delatus, pia coniugis illius Barbaræ Mantuanæ cura enutritus, & ſtudio curaque Eberardi vſque ad annum ætatis decimum educatus eſt. 1474. 1476. 1485.

Ex Salmenſi verò Henricus coniuge, Georgium comitem VVirtebergenſem & Mompelgardenſem, Friderici noſtro tempore viuentis patrem: & duas filias ſuſcepit, Mariam Iacobam, Henrico Brunſuicenſi, & Mechtildin, VVilelmo Haſſiæ Landgrauio elocatas.

Mortuo

M. D. XV. Mortuo autem Eberhardo I. cùm naturam & mores Eberhardi I.I. ad gubernationem non idoneos, ſapientiſs. Imp. Maximilianus improbaret, & Eberhardus ſpõte deſerta patria, ad Philippum Palatinum, apud quem in oppido VValdenfels tandem extinctus eſt, profugiſſet, Maximilianus fratris illius Henrici filium Vlricum, adhuc puerum vndecennem, ſed excitata & alacri indole, Maximiliano ſe probantem, adiunctis tutoribus & conſiliarijs grauibus, ducatui præfecit. eique poſt aliquot annos,
1514. ſororis ſuæ Cunegundis, & Alberti Bauariæ ducis filiam, Sabinam coniugem dedit,
1515. ex qua CHRISTOPHORUS, optimus & laudatiſſimus princeps, altero coniugij anno na-
22. Maij. tus eſt. quo ſubditorum ſeditio aduerſus principem, ob inſolitas exactiones, & pondera ac menſuras diminutas, quam den armen Cunt nominarunt, ab Vlrico oppreſſa eſt. Cum autem princeps iuuenis, ferocior, animo à coniuge prorſus alienato, inhumanius eam tractaret, & alijs amoribus indulgens, Ioannem Huttenum aulæ ſuæ marſcalcum in ſylua Beblingenſi interfeciſſet, aliquot poſt occiſum Huttenum menſibus, vocante Maximiliano Imp. excipiente hoſpitio Poloniæ & Vngariæ
1515. Reges, Viennam profectus eſt. Abſente principe, conuenit inter patriæ primates, agendum cum Cæſare Maximiliano, vt retineat apud ſe extra VVirtenbergam aliquandiu principem. Ad id nitebantur coniunx, & Dieterich Spet, & Brunick Zelling, vt alios taceam. Minus feliciter proceſſit cœptum. Rediens enim princeps, Theodoricum Spet miſſum fecit, ac vxori mortem minitatus eſt. ſed circiter feſtum
1515. Catharinæ vxorem Vlrici ad patrem in Bauariam abduxit Spetus. Multa hoc biennio per Huttenos ac Bauaros tentata, & in comitijs Auguſtanis publicè coram ſenatu
1518. Imperij, aduerſus VVirtenbergenſem agitata ſunt, & Vlricus Huttenus, cæſi agnatus, ſcriptis publicè editis VVirtebergenſem impugnabat. Verùm poſt interitum Cæſaris Maximiliani, cùm deſtinaſſet Vlricus VVirtebergenſis vindicare iniuriam à Bauaris acceptam, qui coniugem ſibi abduxerant, nactus eſt occaſionem opportunam. Statim enim Rutlinga, poſt obitum Maximiliani, Vlricum offendit, capto homicida quodam ducis VVirtebergenſis miniſtro. Vlricus igitur vaſtatis Rutlingenſium agris vrbem obſidens, velut turbator pacis publicæ à Sueuico fœdere in exilium pulſus, ac poſt quindecim demum annos in patriam reſtitutus eſt. Sed ad Mariam, Vlrici ſororem, ab Henrico duce Brunſuicenſi hoc anno in matrimonium ductam redeo,
1534. ex qua Henrico ſex liberi procreati ſunt: Catharina, Ioannis March. Brandeburg. Margarita, Ioannis ducis Munſterb. Clara, Philippi ducis Brunſuicenſis in Grubenhagen, coniuges, & totidem filij, Carolus victor, poſt victoriam Caroli V. de Gallis
1525. ad Ticinum partam: Philippus magnus, & IVLIVS, ſacris deſtinatus, qui poſt fratres
1529. in prælio cum Alberto Brandeb. ad Siuershuſiam cæſos, relictis ſacerdotijs, tandem
1553. patri mortuo in gubernatione ſucceſſit.

M. D. XVI. GEORGIUS Saxoniæ Dux, depoſito vrbis Groningæ recuperandæ conatu, & relicta VVeſtfriſiæ procul à ſuis ditionibus diſſitæ, aduerſus Geldriæ ducem, Friſiæ vicinum, virum acrem & magnanimum, defenſione: oppida Franceram, Leevvarden, & ius omne, quod in Friſia reliquum habebat, pactionibus certis, aulæ Burgundicæ ſuperiori anno ceſſerat. quam Carolus, Philippi filius, adoleſcentiæ annos vix
1515. ingreſſus tum gubernare cœpit. Carolus igitur, Florentium Iſelſtenium Egmondanum, ducem in VVeſtfriſiam mittit, qui Harlingam & poſtea Leevvardiam, in fidem accepit. Cùm autem nobiles & ciuitates, à Geldriæ duce pendentes, pertinaciter ſuas partes tuerentur, & Geldrum, ne ab eo deſererentur, rogarent: iſq; Leevvardiam, & Franceram obſidione premeret: cæteri ordines, Burgundis addicti, miſſis legatis, à Carolo V. petunt, vt totam regionem diſtractam hactenus & in partes ductam, in vnum corpus redigere, ac Geldros penitus exturbare ſtudeat. Appulerunt igitur poſtridiè Idus Auguſti, Harlingam, centum naues, ac in his duces Belgici Florentius Egmondanus, Henricus Naſſouius, Philippus à VVaſſenaer, Laleinus,
Septemb. & alij, circiter 9000. exercitum adducentes: quorum aduentu, Leevvardiæ & Fran-
Nouemb. ceræ obſidio ſoluta, & Dockum occupatum, & Septemſyluani Burgundis ſubiecti, & Bolsvverda cum præſidio dedita eſt. Sed ſtratagemate Geldri, qui Medenblici &
1517. Alcmariæ in Hollandia, cohortibus aliquot immiſſis tumultum excitauerat, ad quem repri-

reprimendum Florentius traiecerat: ipse interea Doccomium & Bolsvverdiam re- M.D. XV.
cuperauit. Burgundi igitur, summa vi ducem adorti obsident Arenaci. Sed interuentu legati Gallici factæ induciæ, & cum Geldro actum, vt acceptis à Carolo Burgundo centum millibus Coron. Frisia omni terra mariqúe deinceps abstineret. Quæ tamen pacta instigantibus Geldrum Frisijs, & ad sui defensionem denuò inuitantibus, irrita fuerunt, donec anno 1523. tandem, Geldri ex tota Frisia deiecti, & Bolsvverda, Slota, Snecca, Doccum, Syluani recepti, Burgundo iurarunt, vniuersaque VVestfrisia in vnum corpus reducta, solos Burgundos deinceps dominos agnouit.

Cùm autem Florentij Iselstenij Egmondani mentio inter Duces Caroli facta sit, seriem FAMILIAE EGMONDANAE obiter intexo.

Ioannes XVIII. Egmondæ dominus, ⊕ 1370. Vxor Guida, Gisberti Amelij, domini Iselsteinij filia, & mortuo fratre Arnoldo hæres.

Arnoldus XIX. Egmondanæ dominus, ⊕ 1409.

Ioannes XX. cui Maria, filia Ioannæ sororis Reinoldi ducis Geldriæ, nupta fuit.

Arnoldus Dux Geldriæ cœpit 1426. ⊕ 1472.

Adolphus, cepit patrem, deinde à Carolo Burgundo captus 1470.

Carolus dux Geldriæ ab anno 1492. vsque ad 1537.

VVilelmus dominus Egmond, Iselstein & Buræ. ⊕ 1483.

Ioannes I. comes Egmond. 1492. à Maxil. Imp. creatus.

Ioannes II. Mediolani ⊕ 1528.

Amoralus Egmondanus Dux militiæ Caroli V. & Philippi regis Hispaniæ, aduersus Gallos, præcipuus: tandem à Duce Albæ decollatus 1568.

Fridericus dominus Iselsteini, primus comes Buranus à Maximil. Imp. factus.

FLORENTIVS in Frisia & aduersus Geldros bella gessit, Diœcesin Vltraiectinam Carolo subiecit. 1528.

Maximilianus comes Buranus, anno 1546. 1547. in bello German. celebris.

Anna filia & hæres vnica, VVilelmo Nassouio, principi Vraniæ, nupta.

Philippus VVilelmus, Louanij in Academia captus à duce Albano, & in Hispaniam abductus 1568.

EZARDVS, orientalis Frisiæ comes, deserto Geldro Burgundis se adiungit. M. D. XVI.
Cùm enim Groningenses superiore anno, oppidi Damni munitiones deijcere & solo æquare cœpissent: Ezardus demolitionem impediens, ad Geldriæ ducis cognitionem prouocarat. Reuersis autem domum Groningensibus, ipse paucis interiectis diebus transit, & à Groningensibus deiecta instaurat. Re ad principem Geldriæ per Groningenses delata, significatur Comiti literis Principis, nisi è vestigio Dammo discedat bellum ipsi illatum iri. Penitus igitur disturbatis & destructis Dammi munitionibus, & paulò post etiam castello VVeerdenbras solo æquato, & arce comitis Stichusen, ab Erico duce Brunsuicensi, nouis præsidijs inductis, aduersus comitem defensa: Ezardus contra Geldri & Groningensium iniurias, Burgundionum potentiam & felicitatem suis rationibus commodiorem fore existimans: in castra ad Florentium, Bolsvverdam tum obsidentem, quæ paulò post Burgundis dedita est, proficiscitur. eumq; Bruxellam postea comitatus, Carolum adolescentem, in Hispaniam

M. D. XVI. niam iterum salutat. Inde Machliniam ad Maximilianum Imp. pergens, ita se Imperatori purgauit, vt à proscriptione absolueretur, & stipendium annuum 4000. aureorum ipsi ab aula Burgundica constitueretur. Vlricum filium primogenitum, Carolo V. in Hispaniam ituro, comitem adiunxit, qui, post triennium, mota mente in patriam redijt, & in ea ægritudine aliquot adhuc annos patri mortuo superstes vixit. Ex ea profectione domũ reuersus Ezardus, simulata expeditione in Frisiam occiduam FRIBVRGVM, quod à Saxonibus adhuc tenebatur, ex improuiso contendit, arcemque recuperat. Inde in agrum Ieueranum, mortuo paucis ante hebdomadis Christophoro, pergens, cum virginibus pupillis transegit: ac sequentis anni initio, cum ducibus Saxoniæ & Brunsuic. etiam, controuersiæ compositæ, & Stichusa arx munita, quæ sola in Saxonum potestate manserat, Ezardo restituta est. Sic DEO Ezardi rebus fauente, & subditorum suorum fide & amore in se incredibili, ex omnibus belli calamitatibus tandem feliciter eluctatus est. eodemque anno, Heronem Omke vicinum & hostem suum, ductis in agrum Esensem copijs, castigauit.

1517. Idibus Sept.

5. Ianuar. 1518.

Initio anni Franciscus Galliæ rex, constitutis in Italia rebus, & Carolo Burbonio Prorege Mediolani relicto, in Franciam redijt. vbi ad eum Carolus Brandisius, Suffolciæ dux nouus, venit, ab Henrico Anglo gratulatum Francisco de victoria Mediolanensi, & reducendam domum Mariam, Ludouici XII viduam, Henrici sororem, cuius voluntate nuptias cum illa Lutetiæ statim celebrauit, missus. Huius ex filia Franciscа neptis fuit Ioanna, Gilberto filio ducis Northumbriæ nupta, cuius prætextu, Northumbriæ dux filio regnum tradere, excluſa Maria Henrici VIII. filia, velut ex incesto concubitu nata, nostro tempore conatus, sibi & filio ac nurui innocenti supplicium capitale attraxit. Eodem tempore, ex Gallia in Scotiam redijt Ioannes Stuardus, Albani dux, filius Alexandri, qui Iacobi III. regis frater fuit. Ex hoc Ioanne, tum gubernatore regni, natus est Matthæus, Iacobi VI. nostra ætate summam de Heroica indole sua expectationem excitantis, auus paternus.

1553.

FERDINANDVS Hispaniæ rex, Ioannis Aragoniæ regis (qui Alfonsi illius magni & sapientissimi Neapolit. regis frater fuit) filius: Ferdinandi iusti nepos: & Caroli V. Imp. auus maternus; prudentia, consilio, industria, virtute & felicitate, nulli suæ ætatis regum secundus, ex hac vita decessit. qui Granatæ regnum, eiectis Saracenis, post 800. ferè annos, quàm illud possederant, Neapolitanum, Nauarræ, Orani in Africa, Hispaniolæ & Americæ & alia in nouo orbe regna, imperio Hispanico adiecit. ac in Granatensi & Neapolitano præcipuè regno, in Ferdinandi potestatem redigendo: magni Consalui Cordubæ ducis, (qui quadragesimo ante regem Ferdinandum die ex his terris emigrauit) magnanimitas virtus & industria, regi præsidio fuit. natus erat Consaluus patre Petro Corduba: matre Eluira Erreria, & in aula Elisabethæ Reginæ Castiliæ educatus, in bello aduersus Granatam decennali, inclarescere cœpit, quæ 1492. capta est. Inde missus auxilio Venetis, Cephaleniam expugnauit 1501. transgressus in Italiam, Brutios & Apulos regi suo subiecit. Obsessus autem à Gallis per hyemem Baroli, erumpens Namurcum Gallorum Ducem ad Gereonem Apuliæ oppidum ad Aufidum profligauit, totumq; regnum Neapolitanum Ferdinando Regi subiecit.

19. Ianuarij

18. Aprilis. 1502.

Regna, Ferdinandi obitu relicta, ad Carolum Belgarum principem, Ferdinandi ex Ioanna filia nepotem, omnia peruenerunt. Testamentum autem superiore anno Burgis condiderat Ferdinandus, in quo, Ferdinandum nepotem, Caroli, quem Belgici moribus innutritum, in Hispaniam vix venturum arbitrabatur, fratrem, Gubernatorem Hispaniæ constituerat, eique tria militarium ordinum, S. Iacobi, Calatrauæ & Alcantare magisteria iure hæreditario donarat. Verùm paucis ante mortem diebus, intimis amicis & senatoribus regijs, quibus Tabulas Testamenti inspiciendas dederat suadentibus, vtrumq; caput induxit, & Carolum primogeniti tum, Ioanna regina Caroli matre viuente, gubernationi Reipublicæ præfecit: eoq; absente curam regnorum, Francisco Ximenes archiepiscopo & Cardinali Toletano, seni prudenti, iusti ac recti tenaci, & longo Reipublicæ vsu probato, commendauit.

mendauit. Vt autem de morte & postremis mandatis aui Carolus in Belgico literas gubernatoris & senatus Regij accepit: magno se dolore affici, rescribit, quòd rectore ac moderatore consiliorum ac rerum suarum fidelissimo, suique amantissimo, & qui rudi eius ætati perneccssarius fuisset, priuatus sit. Iacturam tamen hanc quamuis incomparabilem non mediocriter aui sui consilio sarciri, qui Cardinalem Toletanum gubernationi Reipublicæ præfecisset, cuius sapientiam & industriam longo rerum vsu confirmatam, & integerrimos ac grauissimos mores, ex multorum relatione didicisset, quanquam postremum aui sui de eo iudicium, summæ commendationis instar apud se esset. Ad episcopos etiam & principes regni, se propediem in Hispaniam venturum scribit. Interea gratissimum sibi futurum, si Cardinali & senatui perinde ac sibiipsi parerent. Se enim certum esse, omnia quæ ad Reipublicæ commoda, & regiam dignitatem tuendam pertinent, illos esse curaros. M. D. XVI.

Maximilianus Caroli auus, tum aduersus Galliæ regem Franciscum, Venetis hostibus Maximiliani ea conditione fœderatum, vt eos in recipienda Brixia, Verona, & alijs Italiæ locis, quæ Cæsar ipsis adempta adhuc tenebat, iuuaret; expeditionem in Italiam parabat. in qua, irrito conatu obsessa vrbe Mediolano, quam Carolus Burbonius prorex defendebat: & exercitu, ob stipendia non soluta, dissipato: occasionem Venetis & Gallis, Brixiæ vi recipiendæ, & Veronæ obsidendæ præbuit. Quam paulò post, ex pactione Noviodunensi sponte Venetis Maximilianus reddidit. Cùm enim Carolo nepoti in Hispaniam profecturo, amicitia Francisci Galliæ regis arctior, ad varia remouenda impedimenta, & res suas firmius stabiliendas, necessaria esset: idque intelligens Franciscus, superioris anni pactione Parisiensi minimè contentus, & pacem eius opera cum Cæsare, vt Italici belli sumptibus leuaretur, inire cupiens, grauiores conditiones proponeret, Noviodumi tandem per legatos, nouum fœdus mense Augusto percusserunt, quo se mutuò in tuendis regnis & prouincijs suis aduersus quosuis iuuandos obligant, & filia Francisci Ludoica vnum annum nata, cùm dote dimidiæ partis regni Neapolitani, Gallo ex transactione anni 1501. debitæ, Carolo despondetur. Carolus, vicissim, annuas mille auri libras, regi, pro fructibus regni Neapolitani pendit, & Nauarræ regnum, Henrico Alibretano intra certum tempus restituere, vel alioquin satisfacere, tenetur. id si non faciat, Galliæ Rex, Nauarreum in recuperando regno adiuuans, fœdus non violat. Venetos etiam, in recipienda Verona, iuuandi facultatem sibi seruat. Quod si Cæsar Carolo Veronam in manus deposuerit, cum potestate eam Galliæ regi, vt ab eo Venetis reddatur, tradendi: tum Galliæ rex centum millia aureorum, & totidem Venetus senatus Cæsari soluet, & insuper Cæsari tres auri tonnæ à Ludoico XII. olim mutuò datæ condonabuntur. Huius pactionis vigore, Maximilianus, exeunte anno, Veronam Carolo nepoti cedit, per quem Odetto Foxio Gallico proregi tradita, & Venetis tandem restituta, & finis bello Veneto impositus est. Milites ad Veronam dimissos conduxit Franciscus Maria Ruuereus, Iulij II. Pontificis nepos, Vrbini dux, quem Leo X. proscriptum ex ducatu expulerat, eumq; fratris Petri (quem in Lyris ostio submersum supra diximus) filio Laurentio, de senatus Cardinalium assensu tribuerat. Sed Franciscus, post aliquot menses Verona Venetis reddita militibus præsidiarijs Hispanis & Germanis, qui tum dimittebantur, conductis ditionem recipit, magnamque Leoni Pontifici molestiam & negocium exhibet. cuius belli, quanquam nihil ad res Saxonicas pertinet, ea tamen de causa mentionem facio, vt in Bembi epistolis plurimæ, pro Leone PP. eius belli tempore scriptæ, vera causa belli cognita, rectius à studiosis adolescentibus intelligantur. Franciscus Ruuereus postea restitutus, filium Guidonem Vbaldum successorem habuit. 1517.

In Boëmia, regi Vladislao defuncto, Ludoicus filius, decem annorum puer, Sigismundo patruo & Maximiliano Cæsare tutoribus à patre constitutis, successit. Quo ipso tempore, Vallis Ioachimicæ metalla primùm studiosius inquiri, & vallis ipsa ædificijs excoli & frequentari cœpit. In Balthici littoris vrbibus, Indulgentias Pon-

M. D. XVI. tias Pontificiàs Angelus Arcimboldus legatus Pontificius circumtulit, qui immensam vim pecuniæ, ex Saxonia collectam, Lubecæ, partim luxu prodegit, partim per mercatores Coloniam, & inde Venetias transcripsit. postea in Daniam & Sueciam profectus est.

Vltraiectinam diœcesin, post Fridericum marchionem Badensem, gubernandam suscepit Philippus à Burgundia, Philippi boni ducis Burgundiæ filius nothus, Dauidis à Burgundia episcopi olim frater. cuius ecclesiastes aulicus fuit Gerardus Nouiomagus, ad quos multæ Erasmi epistolæ his annis scriptæ extant.

M. D. XVII. Initio anni M. D. XVII. (quo Verona Venetis reddita, finem bello Veneto,
15. Ianuar. & quietem Italiæ restituit: & biduo post, Alcair Aegypti metropolis à Selymo
17. Ianuarij. Turcarum Imperatore capta, & Aegyptus tota in prouinciæ formam redacta est) in
1516. hoc Balthico littore noui inter Daniæ regem & Lubecenses belli semina sparsa
10. Nouemb. sunt. Cùm enim Christiernus D. R. ex portu Lubecensi, Suecicam nauem capacissimam, mercibus onustam, abripi, & Hafniam auehi curasset, atq; ita nouis animorum alienationibus in Suecis & Lubecensibus causam præbuisset: mirificè eas
1517. hoc tempore auxit, promulgato per edictum Hafniæ Emporio, in quod omnes orientalis seu Balthici maris accolæ, merces suas, quæ Lubecam antea deportari solebant, Hafniam deferrent, ibiq; cum Belgis, Anglis, Gallis, alijsq; populis permutarent. eam ob causam priuilegia Hollandis, Fuggaris, Russis & alijs gentibus ampla concessit. Verum hæc consilia, quò minus tum vrgerentur, & successus à rege optatos assequerentur: bellum impedijt, quod aduersus Suecos, inter se mutuò intestinis
1512. dissidijs tumultuantes Christiernus suscepit. cuius hæc fuit occasio. Prælatus fuerat Erico Trollio, præcipuæ autoritatis inter proceres Suecos seni, in electione principis seu Gubernatoris regni Steno iunior Suantonis filius. Deinde Iacobus, arch. Vpsalensis, ætatis decrepitæ, rebus gerendis non amplius idoneæ, excusatione vsus, Stenonem rogat, vt vacatione sibi data, Gostauum Trolle, Erici filium, qui Romæ tum degebat, successorem sibi designari pateretur. Ita & patrem Gostaui, Ericum, Stenoni firmius reconciliatum iri: & Gostauum ipsum, qui primum in senatu locum habiturus esset, magis obsequentem illi & fidum fore. Steno igitur literis suis Pontifici Gostauum commendat, & Roma redeuntem, cum in promontorijs Stocholmensibus commorari intellexisset, inuitatum magno apparatu honorificè excepturus erat. Verùm is, declinato Stenonis congressu, ad Biscoptunam, è nauigio expositus, terrestri itinere Vpsaliam perrexit: non obscurè magnum & acerbum dolorem & & ardentem vindictæ cupiditatem ob indignam patris repulsam præ se ferens. Cùm igitur Lubecæ, cum Christierni Daniæ regis commissario, de regno Sueciæ ipsi tradendo transegisse, & crebras vtrinq; inter illos commutari literas, & clandestinos Nobilium Danicæ factionis cum archiepiscopo congressus in arce Stekiana fre-
1516. quentes esse habitos, constaret: Steno conuentum publicum Telgis ea æstate indixit, ad quem archiepiscopus, cum aliquot complicibus, solenni more vocatus est, vt iuramentum fidelitatis, velut præcipuum senatus regni membrum, gubernatori præstaret. Quam citationem cùm surdis auribus præterijssent; Steno, soluto conuentu, per clandestinum introitum arce Nycopense superata, eius feudatarium Stenonem Christierni, coniurationis suspectum cepit, atq; Stokholmiam missum in custodiam dedit. Illoq; coniurationem liberè confitente, alijsq; euidentibus indicijs accedenti-
8. Septemb. bus, Steno in nundinis Arosienſib. causam archiepiscopi ad populum refert, ipsumq; inuitis regni ordinibus, regem Christiernum attrahere destinasse, conuincit. Purgat se quidem archiepiscopus literis hac illac missis, quibus à reliquis episcopis & regni proceribus, petebat, vt se Stenoni reconciliarent. Sed cum horum consilijs nulla in re obsequeretur, & moras tantùm necteret, donec Danos commodè in regnum pertraheret: Steno, imminente autumno, Ericum Trolle comprehendi atq; custodiæ
10. Nouemb. mandari iussit, & archiepiscop. in arce Stekensi obsedit. Dum hæc in Suecia geruntur, Christiernus, Daniæ rex, capacissimam Stenonis nauem, sale, panno & armis oneratã, ex portu Lubecensi abduci & Hafniam deuehi procurat. Sic intestinis hisce
1517. Suecorũ tumultib. & nauis Suecicæ abductione, Inducijs vtrinq; violatis, bellum inter Danos & Suecos apertum recruduit.

Archi-

Archiepiſcopo enim obſeſſo, & cæteris Danicarum partium proceribus, à Daniæ rege auxilia ſollicitè petentibus, tandem initio Auguſti, copiæ Danicæ, ducibus Ioachimo Trollio, Seuerino Norby, & Carolo Canuti nauibus propè Stockholmiam aduectæ, apud prædium regium VVedelæ, ſolùm aſcenderunt, vt arci Stekenſi in, qua erat archiepiſcopus, obſeſſæ ſubuenirent. ſuperueniens verò Succorum gubernator, copijs illis fuſis fugatiſque, nonnullos cepit, plures ferro interemit, reliquis partim in aquas ſeſe præcipitantibus, partim in naues elapſis, rurſuſque in Daniam vnde venerant, per mare redeuntibus. Hac parta victoria, Steno captiuos aliquot in caſtra produxit, ex quibus poſtquam archiepiſcopus rem geſtam cognouit: deſperans de Chriſtierni regis auxilijs, oſtendit Stenoni, ſe arcem deditурum & ad eccleſiam ſuam rediturum eſſe. Cùm verò à regni proceribus ſi reſponderetur, nimis ſerò ipſum ad hæc conſilia deſcendere, tot iam innocentum eius culpa effuſo ſanguine, neque decere, vt archiepiſcopi munere tot homicidiorum reus fungatur, Is vtrumque ſibi gladium tàm ſecularem, quàm ſpiritualem commiſſum eſſe; ideoque non ſe homicidam haberi poſſe ait, etiamſi plures in bello perijſſent. Steno itaque, cauſæ cognitionem, ad ſenatum regni, reliquosque ordines, tum præſentes reiecit, à quo archiepiſcopum ad dicendam cauſam datis ſalui conductus literis, venire, atq; ſolutis comitijs in arcem ſuam redire permiſſum eſt. Re in ſenatu diſceptata, communibus omnium ordinum ſuffragijs lata ſententia eſt, vt arx Stekenſis, quæ toties patriæ damnum intuliſſet, ſolo æquaretur, & Goſtauus ſuo priuaretur officio. atque hæc omnium ordinum ſententia in tabulas relata, & cum regni ipſius, tum regni ſenatorum atque præcipuorum ordinum ſigillis eſt confirmata ſolutoque conuentu, Goſtauus Trolle in arcem Stekenſem reductus eſt: quam, fame ferè enectis præſidiarijs, paulò poſt Stenoni dedidit. qui eam incendi, ac dirui iuſſit. Goſtauum verò in cœnobium Aroſienſe abſegauit.

Meminit autem hoc anno auxiliorum Gallicorum, Daniæ regi aduerſus Sueconis militantium, Gallicus ſcriptor, Bellaius Langæus. de quibus, an hoc anno, vel mense poſt miſſa ſint, ambigo. Nam copiæ Danicæ hoc anno in Sueciam media æſtate nauigijs vectæ ſunt. Ineunte autem anno 1520. terreſtri itinere regnum ingreſſæ ad Bogeſund cum Suecis conflixerunt. Gallici ſcriptoris verba ſunt: Circa id tempus rex Franciſcus negocium dat Gaſtoni Brezæo, principi Folcarmundo, qui frater erat magni Normanniæ Seneſchalli, vt cum duobus peditum Gallorum millibus (quorum præfecti erant, capitaneus Piſollius, baro Gondrinus Vaſco, Samblimondus Picardus, & capitaneus Landa) auxilio iret regi Daniæ, aduerſus regem Sueciæ; Hi prælio vno victores, tandem à Danis relicti, in alio prælio, quod in glacie commiſſum eſt, profligantur: vbi maxima pars perijt propter arborum in ſylua cæſarum multitudinem. His enim noſtri, qui è glacie ſe in ſyluam receperant, impediebantur, vt haſtæ longæ, quibus præliabantur, nulli eſſent vſui. Equibus cùm alij perierunt, tum Samblimondus vir fortis interfectus eſt. Horum ne dimidia quidem pars domum redijt, ijque nudi, exarmati, veſtimentis detritis. Qui licet à rege Danorum, ad quem iuuandum hoc iter ſuſceperant, relicti, tamen naues epibadas nacti, in Scotiam, deinde in Galliam nauigarunt. Galli, quibus ſtipendia tum à Chriſtierno ſoluta non erant, ſequentibus annis inſtructa ſex nauium piraticarum claſſe, Danicas & alias in mari Balthico naues ſpoliarunt: & mercatores, quibus bona ſua in mari ademerant, ſolutionem à rege Daniæ, qui eos ſtipendijs debitis defraudaſſet, flagitare iuſſerunt.

In BREMENSI Diœceſi, Chriſtophorus, Friſios VVRSATOS, in orientali Viſurgis, in Oceanum ſe exonerantis ripa, duobus ab Albis oſtio miliaribus, anguſtam regionem, ſed vberem incolentes, armis ad mandata ipſis officia hactenus neglecta, & amplius ex tam fertili & amœno agro annui tributi vectigal ſibi pendendum, adducere inſtituit. Hactenus enim ſuperbi, feroces & indomiti, titulotenus magis, quàm veræ ſubiectionis officijs, archiepiſcopum dominum recognouerant. VVurſati pro defenſione libertatis patriæ à maioribus acceptæ arma

M.D.XVII. capientes, non viri solùm, sed etiam fœminæ, contra sexus disciplinam, aduersus archiepiscopi copias in aciem prodibant, ducente agmen virgine, vexillum imagine mortis insignitum præferente, quam omnes viri pariter ac fœminæ ordine insecuti: satius pro patria mori, quàm turpiter fugere, seu in seruitute viuere iudicantes, ea animi ferocia occurrerunt, vt primo congressu satis feliciter pugnantes, multis peditibus interfectis, ordines eorum disturbarint. Sed tandem archiepiscopus, equitatu succurrens, vim VVursatorum satis acriter pugnantium fortiter repressit, & magna inter eos strage edita, VVursatos fudit & fugauit. In quo conflictu, virgo vexillifera, à milite quodam, gladio magno, quo Germani in prælijs vtuntur, per medium dissecta interijt. Ea potitus archiepiscopus victoria, VVursatiam omnem sibi & ecclesiæ Bremensi tum quidem subegit, & arcem munitam in VVedvvarden, quam ab Eoo, Morgenstern appellabat, ceruicibus eorum imposuit. Ferunt Maximilianum Imperatorem cùm huius VVursatici belli exitus ipsi ab archiepiscopo nunciatus fuisset, virginis VVursaticæ animi fortitudinem summopere prædicasse: eamque ad procreandam sobolem similem, omnino vita donandam iudicasse.

Virgo vexillifera.

Vicino Bremensi, episcopo RACEBVRGensi Henrico, humili loco Hamburgi orto, sed ingenio, industria, eloquentia, dexteritate in obeundis negocijs, & memoria excellenti, & magnanimo, perpetuæ cum duce Saxoniæ, Magno, Ecclesiæ aduocato, dissensiones ac lites, de libertatibus ac Iuribus collegij, & seruitutibus, quas prædijs ecclesiasticis, exigendo contributiones, & hospirij sumptus, dux imponebat, intercesserunt. cui aduersatus episcopus, inhibitiones à Pontifice & citationes ad ducem impetrauit. quibus magis ille irritatus, misso ad episcopum Ioanne Furstero Cancellario, contributiones precibus principis à prouincialibus impetratas (vulgò Landbeden nominant) à collegij etiam & ecclesiæ Raceburgensis subditis pendi flagitat. quas cùm non deberi respondisset episcopus, & principem indignantem & vindictæ cupiditate inflammatum, grauiora moliturum esse sentiret: nec Henricum ducem Megapolitanum, quo antecessor illius patrono & protectore aduersus eundem principem & Lubecenses, sibi quam hostibus grauiore, vsus erat, amicum admodum haberet: ad Lunæburgensem ducem, Henricum, Ottonis filium, proficiscitur, cui vt Imp. commissario, Iuramentum fidelitatis nomine regalium præstat.

Sæuiore igitur odio episcopi Dux accensus, Ioannem Daldorp clientem suum subornat, qui ob excommunicatum ab episcopo ipsius rusticum, debita non soluentem, bellum ipsi indicit, & pagos aliquot diripit. episcopus vicissim armis suis vtens cum principe conniuente & iubente, hæc agi, omnibus constaret, interdicto totam principis prouinciam subijcit. & ab Angelo Arcimbaldo, pontificis legato, citationes & monitoria impetrat. Quibus acceptis princeps, literis ad episcopum & collegium datis, se ad amicam ex æquo & bono transactionem à paucis institutam offert, si modò interdictum tollatur. Quo ad Pascha vsque suspenso, dies Raceburgi in domo capitulari indicitur. Quò cùm episcopus, spe componendæ rei plenus, venisset: princeps Magnus, armatis aliquot comitatus, curiam episcopi intromissus occupat: episcopo & canonicis custodias ponit: ac literas extorquet, quibus pro se & successoribus, renunciare priuilegijs imperialibus & Pontificijs, quatenus principi aut illius subditis incommodare possent, & solum ducem Saxoniæ dominum & patronum agnoscere cogebantur: controuersias inter se & ducem ortas, non coram alio iudice, quàm capitulo & Ducis Saxoniæ consiliarijs cognosci & decidi: contributiones precarias à suis & collegij subditis, perinde vt cæteris principum & nobilium rusticis, pendi sinebant. Principi in pagos episcopi & collegij, vt antiquitus moris fuerit, diuertere, & alimenta hominũ equorumque ab ijs gratuito accipere licebit. Si ob hæc capita iam transacta, deinceps duci aut successorib. illius molestia aut damnum præbebitur, episcopus & collegium damna præstabunt. De sex beneficijs ducum Saxoniæ in collegio Raceb. à duce præsentari, deinceps centum marcas pro statutis nunquam soluẽt, & proximè à Gerardo Lamke

1517. Mense Mart.

solutas

solutas restituent. Ab his promissis se nec per Pontificem, nec Imperatorem, alium-ue, liberari & absolui sinent, nec per alium impetrata absolutione vtentur. Contra agentes, 40000^bus ducatorum mulctentur, quorum dimidia pars Pontifici, dimidia duci Saxoniæ pendatur. M. D. XVII.

Cùm autem vi & metu hæ literæ extortæ essent: Præpositus, Decanus & collegæ, exceptis sex à duce Saxoniæ beneficia accipientibus, Lubecam secedunt, quò Priuilegia & literas collegij ante biennium præmiserant. ac vnanimi consilio decernunt, non prius se Raceburgam redituros, quàm literas vi extortas, à duce Saxoniæ recepissent. mittunt ad Leonem PP. & Maximilianum Imperatorem, qui absolutionem, & monitoria, ac mandata pœnalia ad ducem Magnum impetrent. Archiepiscopus Bremensis, Christophorus dux Brunsuicensis, ducem citat. Intercedente autem sorore archiepiscopi, quæ Magni coniunx erat, amicæ tractationes Buxtehudæ Lunæburgi & alibi frustra instituuntur. Dux in pœnas declaratur, & excommunicatus, cùm maiori rabie in episcopum & canonicos grassans, omnes eorum reditus & bona occuparet, & ad extremam inopiam redactos, facile ad quascunque vellet concordiæ rationes adductum iri speraret: aggrauatur, reaggrauatur, interdicitur, & tandem maledicitur in quartam generationem.

Tandem verò, commissarius Pontificis, Ioannes episcopus Lubec. adhibitis Henrico & Alberto, ducibus Megapolitanis, & archiepiscopi Bremensis ac ducis Lunæburgensis consiliarijs, controuersiam composuit, Magno duce Saxoniæ absolutionem coràm petente, & literas vi extortas restituente episcopo & capitulo, quæ omnibus inspectantibus in ignem coniectæ sunt. Ablata etiam collegio prædia, redi- 1519.
tus, & alia, Dux restituit, & damna sarcit, & quatuor nobiles fideiussores constituit. 26. Octob.
Duo capita de contributionibus precarijs & Hospitij iure, in prædijs ecclesiasticis, ad Cameræ iudicium reiecta sunt, quod post annos 17. pro episcopo & collegio, contra ducem, pronunciauit.

Eiusdem mensis initio, Ioannes Murmelius, ad Ruræ in Mosam se exonerantis ollim natus, Erasmi condiscipulus, qui multa παιδὸς χρήσιμα ἔπη, & latinæ linguæ ac politiorum literarum sua ætate reflorescentium instaurationem fideliter adiuuit: cùm ab anno 1500. Monasterij studia cum Timanno Camenero rexisset, & Alcmariæ & Dauentriæ scholas gubernasset: in cœlestem scholam translatus est.

Pridie Calend. IXbris, MARTINVS LVTHERVS Theologus, Augustinianus, sub Friderici electoris Saxoniæ patrocinio, VVittebergæ ad Albim, anno post initium Academiæ decimo quinto, Sententias de Indulgentijs, quæ venales à Ioanne Tezelio Dominicano Theol. Doctore, Pyrnæ ad Albim nato, authoritate Leonis PP. & Alberti archiepiscopi Magdeburgensis circumferebantur, ad disputandum proposuit. Quod primum initium Emendationis doctrinæ & rituum in Saxonicis & aliarum gentium ecclesijs, & eiectionis idolorum ac quæstus ementium & vendentium Pontificij ex templis, & totius Religionis ab erroribus & superstitionibus Pontificijs repurgandæ fuit. Cùm enim Tezelius statim propositiones Lutheranis contrarias, à Conrado VVimpina scriptas ederet, eumque velut Hæreticum passim traduceret: necessitas Luthero se defendendi, & de tota pœnitentiæ doctrina, de remissione peccatorum gratis ex indulgentia & misericordia Dei propter Filium donata, de Fide iustificante, de discrimine Legis & Euangelij, Iustitiæ spiritus & politicæ, de bonis operibus, & pædagogia ceremoniarum humanarum, de vsu Sacramentorum, copiosius differendi allata est. Vnde maiora certamina, & de nouis subinde rebus controuersiæ grauiores, & regni Pontificij in Saxonia & multis vicinis gentibus ruina secuta est. Cùm propositiones Lutheri de indulgentijs, Albertus Cranzius (Theologiæ doctor primùm in Academia Rostochiensi, cuius rector anno 1482. fuit, & postea lector in collegio Hamburgensi) qui Saxoniæ, Vandaliæ, Daniæ, Sueciæ Chronicon vsque ad annum Christi 1504. deduxit: paucis ante mortem diebus, decumbens, accepisset, O frater, inquit, abi in cellam tuam, & dic, Miserere mei Deus. ♁ 7. Decem.
significans, conatum rei tantæ, aduersus Pontificem, cuius authoritas & potentia summis regibus terrori erat; ab infimæ sortis monacho susceptæ, inanem & irritum

M. D. XVII. fore. Sed euentus ostendit, diuinitus Lutherum excitatum, & magnitudine animi penè plusquam humana, & cæteris ingenij, doctrinæ & eloquentiæ donis, ad tantam causam agendam necessarijs armatum, defensum, & Heroica virtute & successibus felicissimis donatum fuisse.

Parentes ipsius, Iohannes Lutherus, & Margarita Lindemanna, virtute præstantes, & veteris Germanicæ rectitudinis & modestiæ exempla: in comitatu Mansfeldensi, Islebiæ primùm, vbi Lutherus anno 1483. pridiè Martini natus est: deinde Mansfeldiæ habitarunt: vbi inter honoratos ciues pater magistratus gessit, & cum præcipuis familijs in ea vicinia, adfinitate, & multis officijs coniunctus fuit, & facultates ad honestam liberorum educationem sufficientes habuit. Itaq; filio ad studia literarum adhibito, domi, & in schola Magdeburgensi ac Isenacensi sumtus necessarios præbuit, qui postea in vicina Isenaco Academia Erfordiana Magistri gradu ornatus, & sequenti anno præter parentum & aliorum expectationem, Augustinianorum cœnobium ingressus est. vbi acerrimè studijs inuigilantem, & ritus monasticos religiosè seruantem, Stupicius VVitebergam traduxit, anno post initium Academiæ sexto. vbi cum nouem annos docendo primùm Aristotelis Philosophiam, deinde epistolam ad Romanos & Psalmos, publica Academiæ studia iuuasset & ornasset: Indulgentiæ venales, à Tecelio, summâ impudentiâ circumferuntur. Quas, modestè scriptis propositionibus arguens Lutherus, ideoq; horribilibus anathematum fulminib. à Tecelio oppugnatus, alacri & imperterrito animo se defendit. à quo tempore Ioannes Sledanus, Historiam Lutheri de Religione certaminum, & mutationum inde in Republica secutarum, orditur. Quæ vna cùm Lutheri libris in omnium manibus est. Itaque volens, ea, quæ tàm copiosè exposita passim extant, in hoc Chronico vel præteribo, vel insignia solùm quædam breuissimè libabo.

1503. 1504. 1508.

1517. Exeunte Sep. Cùm autem hoc anno, CAROLVS, Belgici princeps, tot prouinciarum, Saxonica lingua vtentium Dominus, in Hispaniam primùm appellens, regnorum Hispaniæ ac NOVI ORBIS imperium adierit: etsi procul à Saxonia regiones illæ dissitæ sunt: tamen cùm res maximæ ac dignissimæ posteritatis memoria in eis gestæ, & vnius principis Caroli imperio postea hæ gentes omnes cum Saxonia gubernatæ sint: propter rerum magnitudinem, breuissimè summa sequens fastigia attingam. Primus Nouum orbem in occidente, omnibus antea ignotum & inaccessum, & duplo vel triplo tota Europa maiorem, peruestigare & aperire, ante viginti quinq; annos Ferdinandi Hispaniæ regis auspicijs, Christophorus Columbus Genuensis, admirando ad omnem posteritatem ausu & industria cœperat, suscepta in Hispaniolam, noui orbis insulam 310mo grad. longitudinis: 20mo latitudinis subiectam, nauigatione. Qua singulis annis repetita, paulatim plures terræ repertæ, & tandem AMERICÆ continentis littus, ab Americo Vesputio inuentum est. cum Lusitani antea, meridiem & orientem versus, Africæ oram legentes, loca quædam occupassent. Limitem nauigationum, inter vicinos reges, Ferdinandum Castiliæ, & Ioannem Lusitaniæ reges, Alexander VI. Pontifex constituit Meridianum, centum milliaribus ab Insulis Azores seu Falconum (ex quibus vna est Terzera) & Hesperidum seu capitis viridis occasum versus, distantem. Vnde quidquid in occidentem nauigantibus Hispanis incognitæ terræ vsq; ad grad. long. 180. aperiretur, id omne Castellæ Regis esset. quidquid autem in orientem, ad totidem gradus, Lusitanis cederet. Postea vt Brasiliam rex Lusitaniæ, à Petro Caprali præfecto suo, tempestatibus eò eiecto, occupatam retineret, noua transactione, ad tercentum milliaria, hunc limitem, à primo meridiano promouit, vt 36. gradus à Lysibona (quæ vndecim gradus à primo meridiano distat) abesset. Emanuel enim rex Lusitaniæ, qui Ioanni II. successit, primam, Vascho Gama duce, classem in Indiam misit: qui Orientalis Indiæ imperium Lusitanis primus aperuit. Altera verò classis, Petro Capralí præfecto, rursus Indiam petens, aduersis tempestatibus in Brasiliam, noui orbis in occidente prouinciam, eiecta est.

1492. 1498. 1500. 1497. 1500. 25. April.

Appulerat autem hoc anno, ijsdem ferè diebus, quibus Carolus in Hispaniam, Didacus Columbus, maris præfectus, Christophori Columbi filius. Is immanem

Hispano-

Hispanorum militum in noui orbis incolas, velut mancipia bello capta, crudelitatem reprimere ac lenire Caroli autoritate, eosq; solo Dominorum nutu antea stantes aut cadentes, in vicos & oppida redigere, & ciuilem vitam degere, & religionis Christianæ doctrinam discere cupiebat. Etsi autem frementibus Hispanis militib. & libidini ac tyrannidi suæ frænos injici indignantibus, multæ salutari huic instituto remoræ obijcerentur, tamen id initium fuit libertatis prouincialium vindicandæ, & Episcopos in nouo orbe certos ordinandi, quorum circiter viginti à Carolo deinceps instituti sunt, tribus archiepiscopis, S. Dominici in Hispaniola, & Mexici in noua Hispania; & Regij in Peruana subiecti. M. D. XVII.

Est enim totus hic nouus Orbis, qui à freto Magalanico ad terram Corterealis, long. 300. lat. 8. 1300. milliaria Germanica porrigitur, in duas ingentes peninsulas (Americam & Peruanam, & nouam Hispaniam) angusto inter se Isthmo, ad Panamaidem coeuntes; & congeriem insularum, Chersonesis interiectarum, ex quibus clarissima Hispaniola, diuisus. quarum singulis singuli archiepiscopi postea sunt præfecti. Eam circa hæc initia regni Caroli, solæ adhuc insulæ & aliquot continentis Americæ, ab Americo Vespucio primùm retectæ, littorales prouinciæ: Paria, Cumana, Granata, Terra firma, Dariene, quæ primùm continentis noui orbis Episcopum habuerunt Cabedum habuit: & exiguus versus meridiem tractus peruestigatus fuit: Brasilia, Peruanis Orientem versus contigua, à Lusitanis iam tenebatur: Qui orientalem Indiam primùm Vastho Gama duce ingressi, iam Taprobanem & Malacam, olim auream Chersonesum, è directo Peruanis antipodibus aduersam, ad Moluccas vsq; Aequatori subiectas, & aromatum fertilitate beatas, processerant.

Has insulas, Ferdinandus Magalanus, nobilis Lusitanus, vir magnanimus, à suis offensus, altero post Caroli in Hispaniam aduentum anno: ad Regis Castellæ, & non Lusitaniæ, imperium pertinere ostendit per Rodericum Falerium mathematicum, ex Ptolemæi numeris, qui Indi fl. ostio 115. Gangis 145. Aureæ Chersoneso 160. gradus longitudinis tribuit; demonstrans, Moluccas insulas, quæ adhuc 40. gradus inde abessent, extra limitem 180. grad. Lusitanis statutum, ad alterum hemisphærium Hispanis concessum, pertinere. Itaq; Carolus, quinq; nauium classe instructum Magalanum, ad Moluccas, nouo itinere per occidentem adeundas, dimittit. Qui animi magnitudine penè plus quàm humana, ignotas terras & maria lustrans, ad 53. latit. austrinæ gradum, æquinoctialem transgressus, Fretum, quod ab eo nunc Magalanicum appellant, inter Peruanam & Polo antarctico subiectas terras aperuit. per quod, orientem versus, cursum dirigens, etsi ipse in insula Mauzana, penè in conspectu Moluccarum, per insidias cæsus fuit, tamen duæ ex ipsius nauibus ad Moluccas peruenerunt. Quarum vna, toto terrarum orbe, auspicijs Caroli circumnauigato, incolumis Hispalim redijt; vbi reliquiæ illius, memoriæ posteritatis, iure meritoq; seruantur. 1518. 1518. 1522. 8. Septemb.

Præbuit autem hæc Magalani indicatio, & inde ortum inter Reges vicinos & fines dissidium, Lusitanis occasionem, situs & interualla illarum regionum, aliquot eclipsibus Lunæ pariter in India & Lusitania per homines peritos, à Petro Nonio mathematico instructos, obseruatis, diligentius explorandi. Cùm igitur animadvertissent, vnam & eandem lunæ eclipsin, quæ in Diensi vrbe, ad ostium Indi, media nocte cernebatur; Lysibonæ, exoriente luna, noctis initio conspici. at semper lunam, Dij aut Cambaiæ, ad Indi ostia, sex horis antè, quàm in Lusitania desinere notassent: interuallum inter Lysibonam & Indi ostia proximum, esse nonaginta graduum deprehenderunt. Inde inter Gangis & Indi ostia, 150. milliaria Germ. seu decem aut vndecim gradus rectissima linea per basin Chersonesi (in qua Calecuti, Decani, Narsingæ, regna sunt) ducta, interesse attenderunt. cum Ptolemæus qui terras illas ipse non lustrasse, sed à nautis fide dignis, imperitis tamen, iter illud, quod longissimis ambagibus Chersonesos circumnauigando ipsi confecerant, 350. mil. spacio metientibus, in errorem ductus esse, à Lusitanis scribitur) 30. gradib. spatium illud definierit. perinde ac si Afer aliquis, harum Balthici littoris regionum ignarus, Cimbricam Chersonesum, nobis vicinam, ab Albis ostio, vsq; ad Draunum

M. D. XVII. Lubecæ portum, naui amplius 130. milliarium seu tredecim graduum spacio circumiens: tanto interuallo, Albis ostium à Drauo abesse, domi referret. cùm recta linea, per basin Cimbricæ Chersonesi ducta, vix 3. gradus seu 30. milliaria in parallelo 54. gradus ab æquinoctiali distante, complectatur.

Idem in alterius Chersonesi Indiæ, cuius extremam oram, aurea Chersonesus, Malaca hodiè dicta, & obiecta illi Taprobana insula, hodie Samatra, obtinet; descriptione, Ptolemæo accidisse aiunt. cuius numeris in recentiorum Geographorum tabulis emendandis, hæ Lusitanorum explorationes accuratæ occasionem primam dederunt.

1520. Biennio post Magalani nauigationem, Ferdinandus Cortesius, Caroli Cæsaris auspicijs, amplissimum nouæ Hispaniæ in nouo orbe Imperium, tormentorum præcipuè miraculo terrefactis populis, occuparat, cuius metropolis Maxica, situ & frequentia ciuium Venetijs similis, archiepiscopi sedes à Carolo facta, eique septem Episcopi, Xalisceæ, Mechauacæ, Guaxacæ, Tascalæ, Guatimalæ, Chiapæ & Nicaragnæ, in reliquis regni prouincijs, subiectæ sunt. Et iam Franciscus Pizarrus, maris australi, quod Blascus Nonnius, transito ad Darienem Isthmo, primus inuenerat; Peruiæ littora, trans æquatorem perlustrare cœperat, in quam colonias aliquot, ipse

1513. postea Prætor à Carolo constitutus, deduxit, & Proregis & archiepiscopi sede, Regij,

1530. quæ vrbs, 290. gradus long. & 13. lat. australinæ habet, erecta, longè lateque Christianam religionem in amplissimis Peruanæ regionibus, imperio Caroli subiectis, propagauit. Hæc omnium studiosorum cognitione dignissima, quæ in hæc auspicia Regni Caroli Hispanica inciderunt, præterire in Chronico Saxoniæ nolui. præsertim cùm nouæ huius Hispaniæ incolas, linguâ Saxonicâ seu Belgica antiquitus vti, baro Schavvenbergius, qui Caroli V. vitam libris quinque descripsit, velut certum ac explorate cognitum adfirmet.

M. D. XVIII. Christiernus Daniæ rex, superioris anni clade à Suecis accepta irritatus, nouam aduersus illos expeditionem ipse suscipit: & exercitu in naues collocato, magnis militum copijs, Stocholmiam exeunte Iunio appellit. ac in suburbio australi castris positis, admotisque ad murum tormentis, vrbem oppugnat. Sed fortiter ac strenuè defendentibus vrbem, duce Stenone, ac ciuibus, & facta subinde eruptione hostes pabulandi ac prædandi causa in agris vicinis vagantes intercipientibus: obsidio in aliquot menses, irrito tamen expugnandæ vrbis conatu, ducta est. Quare reuocatas ab vrbe copias rex in classem redire iussit, vt primo aspirante vento exercitum in Daniam reportaret. Cùm autem aduersis ventorum flatibus totum ferè trimestre detentus, nec progredi ac cursum institutum tenere, nec regredi in terram & milites exponere posset: & commeatuum inopia extrema laboraret: inducias à Stenone petiuit, vt de pace inter vtrunque regnum instauranda agi posset. cuius ipse quidem cupidissimus esset. Steno vicissim, nihil sibi etiam, æqua pace & tranquillitate optatius esse, cuius vt studium serium declaret magnam vim commeatuum regi in naues dono mittit. Et quia colloquium Stenonis familiare se expetere Christiernus ostendit, quod inter se communicatis sententijs, omnium optimè de pacis conditionibus vtrique parti æquis & tolerabilibus conuenturi essent: Steno quantumuis dissuadentibus regni consiliarijs, fidem verbis regijs habere, ac egredi adeum, salui passus literis & obsidibus acceptis, constituerat. Verùm cæteri proceres ac regni senatores, nisi in vrbe maneret Steno, se confestim de nouo Gubernatore eligendo acturos, neque ipsum redeuntem intra mœnia recepturos esse, constanter adfirmarunt. Quod cùm ad regem delatũ esset: ostendit, Pacis causa non grauatè semet ipsum in vrbem ad gubernatorem & proceres Suecos venturum esse, si datis obsidibus idoneè ipsius securitati prospiciatur. Hæc etsi seriò à rege agi, senatores regni præsentes, vix credebant: tamen ne deesse suo loco tractationi de pace instituendæ viderentur: acceptis prius de obsidum securitate literis, sex præcipua ex nobilitate Suecica, quos ipse nominauerat delectos, obsides ad Christiernum in classem mittunt: Gostauum Erici, qui diuina prouidentia ad regni fastigium postea euectus est: Laurentium Siggonis, postea Marschalcum: Georgium Siggonis: Olaum

Ryning,

Ryning, Benedictum Nicolai: & Hemmingum Gaddum. Hi simul atq; nauem regiam ascenderunt, ex obsidibus captiui facti sunt, & aspirante iam vento velis expansis, confestim in Daniam vna cum rege deportati, & retenti sunt. Gostauus Erico Bannerequiti Dano, arcis Kalloe in Iutia præfecto, in custodiam traditus, venandi facultate ipsi permissa, sequenti anno elapsus, mutato habitu Lubecam vltima Septembris peruenit. M.D.XVIII. 1519.

20. Auguſti. næb. accuſans, grauiſſima mandata à Carolo obtinet, quibus ſub pœna proſcriptionis & amiſſionis omnium ſuorum regalium & feudorum, iubentur omnes captiuos inter 14. dies in Cæſ. Mtis, velut ſequeſtri manum tradere: λύτρα omnium nondum ſoluta, non exigere vſque ad proxima comitia: & in his perſonaliter comparere, & cauſam de moto à ſe bello dicere, & ſententiam Cæſaris expectare. Lunæburgenſi verò peculiariter imponitur, vt arcem VVolpe, intra 14. dies relinquat, vel in perſona apud Cæſarem cauſas, cur non pareat, exponat. His mandatis menſe Septembri ad Lunæburgenſem delatis, ſtatim ab electoribus & principibus arbitris, compromiſſum ab illis voluntate partium ſancitum ſeruari, & de re tota copioſè ad Cæſarem, quid coram arbitris illis hactenus actum ſit, perſcribi petit. Ericus etiam dux Brunſuic. à Lunæb. per literas admonitus, ſe inſcio, hæc mandata impetrata eſſe reſpondit.

Cùm autem Carolus Aquiſgranum, atq; inde poſt coronationem, Coloniam cum electoribus ſe contuliſſet: Henricus dux Lunæburgenſis, cum epiſcopo Hildeſienſi & comitibus, Coloniam profecti, grauiſſimè apud electores imperij de mandatis è diametro cum principum electorum receſſu pugnantibus conqueſti ſunt, & intercedi pro ſe apud Imp. vt iniqua illa mandata aboleantur, & compromiſſum ab electoribus ſancitum ſeruetur, flagitarunt. Quibus Friderici Saxoniæ electoris nomine, tandem per Fridericum à Thuen & Ioannem à Mincvvitz indicatur, petere electores, vt compromiſſum vſque ad trium Regum producatur. quo tempore, ſi Cæſ. M. impedita non pronunciet, electores arbitros vno menſe poſt, vi compromiſſi, finem controuerſiæ lata ſententia impoſituros eſſe. Hanc prorogationem ſi admittant Hildeſ. & Lunæburg. gratum eos Cæſ. M. facturos eſſe. Poſtquam verò elector Saxoniæ cum cæteris diſceſſit: Hildeſienſi & Lunæburgenſi in hoſpitium Cæſaris vocatis, per conſiliarios Cæſaris, epiſcopum Tridentinum, Doctorem Lamparter, & Balthaſarum VValdkirch indicatur, Cæſ. Mtem in proximis comitijs vtramque partem audituram, ac inprimis ad inſtantiam coniugis Erici & Cæſarei Fiſcalis, cauſa cognita pronunciaturam eſſe. Interea captiuos omnes vſque ad finem comitiorum dimitti, nec λύτρα exigi vlla debere. Hildeſienſis & Lunæburgenſis, etſi præter omnem expectationem, contra Friderici electoris proximum reſponſum, contra electorum, qui cauſam cognouiſſent, & coram quibus ad ſententiam concluſiſſent, receſſum, hæc iam ſibi proponi querebantur: tamen triduo poſt in aulam reuocatis, præſente Cæſare, per Cardinalem Gurcenſem indicatum eſt, Cæſ. M. diutius anno iam, vt controuerſiæ illæ amicè tranſigerentur, laboraſſe: cùm autem nihil effectum ſit, Cæſ. M. velut ordinarium Iudicem & dominum, cauſam totam in proximis Comitijs ad trium Regum cognoſcere, & intra ſex Hebdomadas ex æquo & bono componere, vel iudicialiter pronunciare velle. Itaque Franciſco epiſcopo Mindenſi, ac Erico etiam duci Brunſuicenſi, quem à iuramento, quod de non vlciſcendo vi aut iure, Lunæburgenſi dedit, Cæſar liberat; & coniugi illius, ac Fiſcali Cæſareo & cæteris omnibus queri volentibus, eos reſpondere, nec de facto quidquam tentare: captiuos etiam tantiſper præſtita cautione dimittere iubet. Etſi autem Hildeſienſis & Lunæburgicus cauſam iamdudum ad ſententiam concluſam, à Cæſare & tribus electoribus & principibus arbitris, vi compromiſſi, decidi, & ducis Erici obligationem non reſcindi petebant: tamen Imp. compromiſſum ab electoribus erectum, iam exſpiraſſe, & ad ſe, velut ordinarium iudicem, cauſam
15. Nouemb. deuolutam eſſe opponens, in ſententia permanſit. eamq; per decretum, in quo vtriusq; partis conſenſus acceſſiſſe dicitur publicauit.

Henricus dux Lunæburgenſis, Coloniâ domum reuerſus, cùm Cæſaris animum aduerſus ſe exacerbatum, & ob ſocietatem Gallicam inprimis grauiſſimè ſibi iraſci animaduerteret: Gubernationem ducatus, filijs ſuis, Ottoni & fratribus conſenſu ordinum reſignat, & ſponte relicta patria, in Galliam ad regem Franciſcum proficiſcitur. quæ profectio grauiorem Cæſaris indignationem & odium aduerſus

eum

Tandem Vrsinus Benedictus Patricius Romanus, & Cardinalis dignus, S. R. E. decorum, ac honorum, non modo apud Germanos, sed & Romanos Pontifices, Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV. Vrbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII. Clemens IX. Clemens X. Innocentius XI. Alexander VIII. Innocentius XII. Clemens XI. Innocentius XIII. Benedictus XIV. Clemens XIII. Clemens XIV. Pius VI. Pius VII. Leo XII. Pius VIII. Gregorius XVI. Pius IX. Leo XIII. Pius X. Benedictus XV. Pius XI. Pius XII. Ioannes XXIII. Paulus VI. Ioannes Paulus I. Ioannes Paulus II. Benedictus XVI. Franciscus. Vrsinus Benedictus Patricius Romanus, & Cardinalis dignus, S. R. E. decorum, ac honorum, non modo apud Germanos, sed & Romanos Pontifices, Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV. Vrbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII. Clemens IX. Clemens X. Innocentius XI. Alexander VIII. Innocentius XII. Clemens XI. Innocentius XIII. Benedictus XIV. Clemens XIII. Clemens XIV. Pius VI. Pius VII. Leo XII. Pius VIII. Gregorius XVI. Pius IX. Leo XIII. Pius X. Benedictus XV. Pius XI. Pius XII. Ioannes XXIII. Paulus VI. Ioannes Paulus I. Ioannes Paulus II. Benedictus XVI. Franciscus. Vrsinus Benedictus Patricius Romanus, & Cardinalis dignus, S. R. E. decorum, ac honorum, non modo apud Germanos, sed & Romanos Pontifices, Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV. Vrbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII. Clemens IX. Clemens X. Innocentius XI. Alexander VIII. Innocentius XII. Clemens XI. Innocentius XIII. Benedictus XIV. Clemens XIII. Clemens XIV. Pius VI. Pius VII. Leo XII. Pius VIII. Gregorius XVI. Pius IX. Leo XIII. Pius X. Benedictus XV. Pius XI. Pius XII. Ioannes XXIII. Paulus VI. Ioannes Paulus I. Ioannes Paulus II. Benedictus XVI. Franciscus. Vrsinus Benedictus Patricius Romanus, & Cardinalis dignus, S. R. E. decorum, ac honorum, non modo apud Germanos, sed & Romanos Pontifices, Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV. Vrbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII. Clemens IX. Clemens X. Innocentius XI. Alexander VIII. Innocentius XII. Clemens XI. Innocentius XIII. Benedictus XIV. Clemens XIII. Clemens XIV. Pius VI. Pius VII. Leo XII. Pius VIII. Gregorius XVI. Pius IX. Leo XIII. Pius X. Benedictus XV. Pius XI. Pius XII. Ioannes XXIII. Paulus VI. Ioannes Paulus I. Ioannes Paulus II. Benedictus XVI. Franciscus.

M. D. XX. riam, ſupra modum, mercatores illi Angli feroces & ſuperbi apud regem, multis affictis, exaggerarunt, vt Cardinali Thomæ Vulſæo cauſam cognoſcendam committeret. Is, præfecto & collegio mercatorum Hanſę Londini iniquior, ſub pœna carceris mandat, vt damnum, mercatori Anglo Sundij datum, quingentis libris Sterlingicis luant. Quod etſi cum priuilegijs mercatorum, ciuitatem vel mercatorem qui deliquiſſet puniri, nec cęteros innocentes propter aliena debita plecti iubentib. expreſſe pugnabat; tamen ſoluere pecuniam à Cardinale ſtatutam, niſi ſe capi & bona ſua diripi mallent, coacti ſunt. De hac priuilegiorum violatione, cùm Hanſicæ ciuitates confœderatæ apud Regem Henricum queſtæ eſſent, diem componendæ controuerſiæ Brugas ipſis indixit. vbi aliquot menſes legati ciuitatum commorati, tandem re infecta redierunt. Auxit indignationem Anglorum, quod nauibus quibuſdam Anglicis in mari Balthico ſpoliatis, cùm de damnis ſatisfieri ſubditis ſuis rex Henricus à Chriſtierno petiuiſſet: hic non à ſuis, ſed Lubecenſibus & eorum ſocijs, naues direptas eſſe, ad Anglum ſcripſerat. Itaque Cardinale Eboracenſe inprimis ciuitatibus aduerſante, magno detrimento harum ciuitatum mercatores in Anglia adfecti ſunt. In Saxonia, Duces Megapolitani Henricus & Albertus, fratres, patrium ducatum ita diuiſerunt, vt ſinguli, præfecturis & arcibus certis menſæ attributis ſoli ſeorſim fruerentur, & præeſſent: In nobilitatem verò ac vrbes maiores ſedecim, communem iuriſdictionem haberent.

15. Iunij. 1

Havelbvrgenſi epiſcopo Ioanni de Slaberndorff defuncto, collegium ſuffragijs conſentientibus, virum nobilem, & facundum, I. V. D. Georgivm à Blvmendal, Prignicenſem ſubſtituit, quam electionem Leo X. ſtatim confirmauit. Sed Ioachimus I. elector Brandeb. eccleſiæ illius patronus, Hieronymum Sculteтum, epiſcopum Brandeburgenſem ingenio & eloquentia præſtantem, conſiliarium & compatrem ſibi familiariſſimum, augere dignitate illa volens, à fratre Alberto Magdeburgenſes & Moguntino archiepiſcopo & Cardinale adiutus, contra Leonis X. decretum & capitulo inuito, ipſe toto comitatu aulico ſtipatus, ſequenti anno introduxit. Georgius à Blumendal, ius ſuum legitima electione acquiſitum vrgens, in curiam Romanam litem defert, vbi in iudicio cauſa diſputata, electio eius denuò per ſententiam confirmata eſt. Sed interceſſione Pontificis, & aliorum principum rogatu, cùm Lebuſienſem epiſcopam ipſi Marchio deferret, & in Raceburgenſi aſſequenda iuuaret, ſponte de iure ſuo tandem ceſſit, vt poſtea dicemus. Sigiſmundus Auguſtus, Poloniæ poſtea rex, patre Sigiſmundo, matre Bona, Ioannis Galeacij ducis Mediolanenſis & Iſabellæ Aragoniæ filia, Calend. Auguſti natus eſt.

2

3

1521.

M. D. XXI. Hyemem huius anni calidam, & perpetuis ferè Zephyris ſpirantibus humidam, ac omni glacie carentem, in Saxonicis vrbibus peſtilentia ſæua anno proximo ſecuta eſt. Quo ineunte comitia Imperij prima, Carolus V. Imp. VVormatiæ celebrauit. in quibus, formâ Gubernationis & ſenatu Imperij, abſente Carolo rempublicam adminiſtraturi, & Cameræ iudicio, & pace publica, & alijs ad Germaniæ ſalutem pertinentibus negocijs conſtitutis, Brunſuicenſium etiam ducum, aduerſus Hildeſienſem & Lunæb. cauſa cognoſci debebat. ad quam tractandam duces Brunſuicenſes ipſi, & ab altera parte Hildeſienſis epiſcopus, Otto dux Lunæburgicus nomine patris in Gallia abſentis, & Antonius comes Scavvenburgenſis profecti erant. Sed hi, durante in quintum menſem cauſæ illius, coram commiſſarijs à Cæſare conſtitutis, tractatione, cùm ſententiam ſibi ingratam promulgatum iri præſentirent; relictis ſuo loco conſiliarijs, domum redierunt. Tandem igitur, paulò ante comitiorum finem, Cæſar Decretum communi electorum & principium conſilio publicat: in quo, Philippum comitem ab Hanau, Eberardum comitem à Königſtein, & officialem Treuirenſem, commiſſarios, plena cum poteſtate conſtituit, vt in Saxoniam profecti, loco commodo, adhibitis aliquot vtriuſq; partis prouincialibus, controuerſiam omnem, intra quatuor menſes amicè dirimere ſtudeant. vel ſi id obtineri nequeat, intra vnius anni ſpacium, perlectis Zeruesti, Coloniæ & VVormatiæ in hac cauſa actis, ſententiam definitiuam pronuncient. Interea ciuitates, arces, pagi, vtrinq; alijs adempti: & captiui omnes, ac in his VVilelmus, dux Brunſuicenſis

4

nitio, Ordinationes & Leges circa Commercium, Navigationem & Mercaturam, &c. Ita ut, ea, quæ hactenus fuit regulata & introducta, non tam in hoc tractatu pacisci, & in eo inserere, quam potius ad ejus confirmationem & executionem referre, & ad eum modum, quo ante bellum fuit, restituere, & in pristinum statum reponere, quam primum fieri poterit, & quidem intra spatium trium mensium, a die ratificationis hujus Tractatus, ad quem finem Commissarii ad hoc deputandi, ex utraque parte, intra tempus hoc determinandi, & hanc materiam in omnibus suis partibus tractandi.

Art. 3. Ut autem Commercium, quod ante bellum fuit, tam citò, quam fieri poterit, restituatur, promittit Sua Majestas Britannica, quod omnia & singula bona & effecta, quæ ad subditos Regis Poloniæ, Electoris Saxoniæ, aut ad quosvis alios, qui ejus Majestatis amici & confœderati sunt, pertinent, & quæ in Regnis, Dominiis, Territoriis, Portubus, Locis, Navibus, aut Mari Britannico, vel in aliis

M D. XXI. Fridericus elector & Ioannes Saxoniæ duces, legatum ad duces Brunſuicenſes in caſtra miſerunt Vitum à Drachsdorff, rogantes, ne aduerſus ſororis ſuæ filios, duces Lunæburgicos quidquam hoſtile ſuſciperent, alioquin ſe ipſis ratione cognationis arctiſſimæ non defuturos eſſe. Reſpondēt Brunſuicenſes, nihil ſe contra illos moliri, ac ferre poſſe vt amica tranſactione cum illis controuerſia omnis tollatur. Quare legati ab electore Friderico, Ioanne, & Georgio, Saxoniæ ducibus, Brunſuigam, exeunte Septembri ablegati ſunt, quò paulo poſt Ericus & Henricus duces Brunſuicenſes ex caſtris ad Peinam ipſi venerunt. ac his conditionib. tandem tranſegerunt, vt Otto & Erneſtus duces Lunæburgici omnes captiuos à patre ipſis relictos, ſine λύτρῳ, præſtita tantum cautione de non vleiſcendo: ſimiliter Ericus & Henricus Brunſuic. ſuos captiuos, principum interceſſorum legatis in manus tradant. arcem VVolpe Ericus recipiat. Damna, vtrinq; compenſata iudicentur. Coniunx Erici ab actione Lunæburgicis intentata deſiſtat, præteritarum offenſionum ἀμνηστία ſit. vetera pacta & vniones hæreditariæ deinceps inuiolatæ ſeruentur. neutri aliorum hoſtes recipiāt aut foueant. Fridericus etiam Deipholti comes & vtriuſq; partis conſiliarij miniſtri, ſubditi, aduocati, eiuſdem reconciliationis & pacis beneficio fruantur. Operā quoq; duces Brunſui. dabunt, vt Otto ac Erneſtus Luneburgici eorumq; ſubditi, vnà cum comite Deipholto, in Cæſaris gratiam reſtituantur. Schaunburgenſes comites, & Simon Lippienſis iam ante Philippi Haſſiæ principis interceſſione, cū Brunſuicenſe tranſegerant, & Hoienſes, oppidorum ſuorum recuperatione contenti quieſcebant.

In ſolum igitur epiſcopum Hildeſienſem omnis belli Brunſuicenſis moles incumbebat. Huius arcem & oppidum Peinam circa Michaëlis diem duces Brunſuicenſes iterum obſidione cinxerunt, quæ, capto & exuſto oppido, & arce tormentis validè concuſſa, & aliquoties irrito ſucceſſu oppugnata, vſq; in Nouembrem durauit. Cum enim fortiſſimè arcem illam, Fridericus ab Oberg, eques auratus, cui pro 15000. aureorum præfecturam illam epiſcopus multò ante oppignorauerat, cum militibus præſidiarijs circiter octingentis defendiſſet: principes Brunſuicenſes exeunte Nouembri obſidionem ſoluunt, & in diſceſſu circiter triginta pagos præfecturæ illius exurunt. Milites, qui pro arce propugnauerant; multorum menſium duplicata ſtipendia flagitabant, quæ cùm ſoluere epiſcopus & capitulum non poſſet: Hildeſienſi ſenatui & ciuibus arcem pignori dederunt, qui placatis ſtipendio militibus, & cum Obergo pacti, in ſuam fidem ſubditos receperunt, & nouis præſidijs in arce collocatis, nouo etiam & arctiore fœdere, cum epiſcopo & collegio ſe ad mutuam defenſionem obſtrinxerunt: & varijs eruptionibus in vicinos ducum Brunſuicenſium pagos, anno exeunte, factis, magnam frumenti, pecorum, omniumq; rerum ad victum pertinentium copiam, in vrbem inuexerunt.

1522. Ciuitates confœderatæ, quas Anſicas ſeu maritimas nominant: circa principiū anni Goſlariæ conueniunt, & cum Hildeſienſibus diligenter agunt, vt à bello abſtineant, nec epiſcopum ſuum ab Imperio proſcriptum adiuuent. Id non ipſis ſolùm, ſed toti Saxoniæ, reſtituta pace, vtiliſſimum futurum eſſe. Legatus vrbis Hildeſienſis Conſul Henningus Brandes ſe à conſilijs pacis honeſtæ non alienum eſſe, verùm nihil ſe abſq; ſeniorum ac collegarum & ciuium conſenſu paciſci poſſe oſtendit. Domum reuerſus, cùm poſtulata ciuitatum confœderatarum ſenatui & ciuibus delectis exponeret: tantus bellandi ardor in ciuibus erat, vt conſulem pacis mentionem facientem non fideliter conſulere Reipublicæ, ſed cum hoſtibus colludere nonnulli eorum ſuſpicarentur: Conſilium duodecim virorum bellicum antea inſtitutum, quaternis ex collegio & nobilitate & ſenatu augent. & in præfecturas, Ganderſen, Selen, Blommenhagen, cum currulibus ſuis munitionibus paſſim excurrentes, prædas opimas abigunt, & incendijs graſſantur.

Epiſcopus etiam Hildeſienſis ipſis Calendis Ianuarij, à fratre Monaſterienſi epiſcopo reuerſus, noua peditum & equitum VVeſtphalicorum auxilia primo vere adfutura pollicetur. Quem nuncium Henricus dux Brunſuicenſis accipiens, diſtributis in oppida præſidijs, ſtatim poſt Calendas Ianuarij denuò in Brabantiam ad Imperatorem Carolum, in Hiſpanias iter apparantem, Pegaſario curſu contendit, &

mandata

mandata ad episcopos & ordines VVestphaliæ, aliosque principes vicinos, ne quis proscripto episcopo militet, facilè à Cæsare impetrat. Ad Hildesiensem quoq; ciuitatem, quæ sua virtute & viribus præcipuè episcopi partes sustinebat; Imperator & Moguntinus legatos & mandata de non iuuando episcopo proscripto, mittunt. quę Hornburgi, euocatis ex senatu Hildesiensi initio Aprilis proposita sunt. Cùm autem in vrbem relata Cæsaris mandata & ciuibus prælecta essent; hi potiorem fidei episcopo principi suo datæ rationem habuerunt. Nam episcopus, paulò antè, in diœcesin Monasterienſem, & ad Geldriæ ducem, noua equitum peditumque auxilia, quibus iam hospitia Hildesiæ designabantur, adductum, profectus erat. M D. XXII.

Itaq; redintegrato post Pascha bello, aliquot hebdomadis propè Hannoueram principes cum exercitu excubabant, vt episcopum ex VVestphalia redeuntem, antequam cum copijs Hildesiam attingeret, oppressum arcerent. Cùm autem Ericus episcopus Monasterienſis ex quo spes Hildesiensis omnes præcipuè pendebant, rebus humanis interea exemptus: ideoque equites VVestphalici, Hildesiensi auxilium laturi, qui iam in procinctu erant, rursum dissipati essent: & episcopus inanis Hildesiam rediret; principes Brunsuicenses ad reliquarum arcium & ciuitatum diœcesis occupationem conuersi, primùm Gronavv oppidum ab Hildesiensi receptum, denuò expugnantes crudeliter direptum, exurunt. deindè ALFALDUM ciuitatem deditione capiunt. & 6000. flo. mulctant. Postea VVintzenburgum arcem octo dies oppugnatam occupant. Inde Marienburgam conuersi, subitò ad montem metropoli Hildesiensi imminentem, castra metantur. ciues erumpentes, vt ædificia canonicorum in monte incenderent, ab hostibus in vrbem repulsi sunt. Vesperi Cartusiense cœnobium, traductis in vrbem monachis, & Iohannitarum curiam, ipsi exurunt, & in arces Sturevvaldum & Peinam commeatum mittunt, & duos Senatores Henningum Könerdingum & Gonradum Kyne, Peinæ præficiunt. Interea fulminare in vrbem tormentis & globis ignitis principes ex monte cœperunt, quibus præter sex homines, plus damni non datum esse vrbi, quàm centum florenis sarciri posset, annotatum inuenio. Decimo quarto obsidionis die ciuitatum Gosslariæ, Magdeburgi & Einbecæ legati in castra veniunt; & factis biduj indutijs, de pace certis conditionibus ineunda, in templo D. Nicolai, inter vrbem & montem sito, agunt. Re ad ciues in vrbem delata, omnem deditionis & pacis talibus conditionibus faciendæ mentionem abominantur, & se ad extremum vsque spiritum, & solos, & cum alijs, pro sua vrbe & patriæ libertate propugnaturos esse, respondent. Id cum legatis vrbium vesperi significatum esset, postridiè denuò fulmina in vrbem vibrata, & segetes circa vrbem vastatæ sunt, quas tamen in maxima agrorum parte, à castris hostium auersa, equites præsidiarij & ciues cum currulibus suis munitionibus excurrentes, circa vrbem tutati sunt. Ita, cùm mensem fere principes irrito conatu Hildesiam oppugnassent, die Margaretæ soluentes, Peinam denuò obsident. Ciues Hildesienses obsidione liberati, in vicinas principum præfecturas rapinis & incendijs denuò grassantur, & Eldegessam oppidum captum & direptum exurunt. In arcem Peinam trecentos milites saccis pulueris tormentarij onustos per medias hostium excubias immittunt. In locum verò Cos. Henningi Brandis, qui pacis studiosior erat, secundum consuetudinem loci, quod ipsemet etiam propter ingraescentem ætatem petierat, Henningum Könerdingum Peinæ præfectũ absentem substituunt: aliamq;, vigintiquatuor nempe viratus dignitatem exconsuli Brandisio, sequentibus proximè comitijs tribuunt.

Principes interea Brunsuic. Ericus, Henricus & Franciscus, arcis Peinæ oppugnationem strenuè vrgent. sed magno suorum strage arcem adorti, fœdè repulsi, multi trucidati, & princeps Henricus glande pedem vulneratus, in arcem Lycaoniam deportatus est. Sequenti hebdomade, Ericus & Mindenſis, militem Peina abductum, in oppida & pagos passim distribuunt. Soluta obsidione, præfectus Peinæ Könerdingus absens consul creatus relicto in arce necessario præsidio, cæteros milites in vrbem reducit, & in canonicorum curias distribuit, donec stipendia ab illis persoluta essent. 17. Augusti.

1522. Die Michaëlis, episcopus, octingentos equites ex diœcesi Monast. tandem Hildesiam adducit. Quibus coniunctis, aliquoties in vicinam Erici ditionem excursiones faciunt, oppidum Battensee cremant, in præfecturis Calenberg, Homberg, Stoffenberg, rapinis & incendijs grassantur. oppidum & arcem Sesen vi expugnant. Coldingenses pagos diripiunt. Sed cum exacto mense, equitibus improbè flagitantibus & dira minantibus, stipendium numerare episcopus & Canonici non possent orto in vrbe tumultu, ciues armati forum occupant, & catenis platearum aditus muniunt, ne conuenire equites, & ciuium domos diripere possent.

Cùm igitur belli satietas vtrinque ciuitates cepisse videretur, senatus Brunsuicensis assentientibus principibus, Hildesienses in vicum territorio illorum vicinum euocant, vbi de dimittendis equitibus peregrinis & pacis consilijs instituendis, eos sponte iam idem cupientes admonent. Transactum igitur cum equitibus est, vt datis octo nobilibus obsidibus, de soluendo, quod in ipsos eorumque equos alendos impensum erat, ciuibus cauerent, & circa Martini diem ex vrbe discederent. Secutus est conuentus Goslariæ, in quo ciuitatem legati, compositionem inter principes Brunsuicenses & Hildesiensem antea tentatam, perficere conabantur, & media ad vtriusque partis ratificationem communi deliberatione proposita erant. Quæ cùm Hildesiensi episcopo & ciuitati iniquiora viderentur, re infecta discessum, nec eo anno quidquam præterea memorabile in hoc bello gestum est.

1523. Post Epiphania, delecti ex collegio, nobilitate & senatu Hildesiensi Noribergam ad comitia proficiscuntur, vbi post duorum mensium moram, Ferdinandus, Albertum archiepiscopum Moguntinum, & Georgium Saxoniæ ducem, ac ciuitates vicinas, Goslariam, Magdeburgum, Einbecam, commissarios nominant, qui proximis Calendis Maij Quedlinburgi controuersias cognoscant & componant. Interea Erici milites, noctu in montem vrbi Hildesiæ imminentem, & multis canonicorum ædibus, templo D. Mauricij contiguis insignem, impressione facta, homines & pecora abigunt, & ædificia reliqua incendunt. Hildesienses ecentra Boideburgenses salinas vastant, & pecora ex pagis passim abducunt. Post Pascha, in conspectu vrbis Hanoueræ, pagos incendunt, & pecora abigunt. Itaque ciues irritati, cum principe suo Erico viciſſim pagos præfecturæ Sturevvaldensis spoliant, & prædam duplo maiorem recipiunt.

QVEDLinburgi, Albertus archiepiscopus Moguntinus, & Magdeburgensis, & Georgius Saxoniæ dux, & ciuitates, Goslaria, Magdeburga & Einbeca, quibus à Cæsare causa commissa erat, vna cum vtroque principe Brunsuicensi & Hildesiensis collegij, nobilitatis, & vrbis legatis, initio Maij conueniunt: episcopo Hildesiense Halberstadij in vicinia exitum expectante. vbi tandem vtriusque partis consensu ita transactum est, vt armis vtrinque depositis, inter episcopum Hildesiensem, ac ipsi coniunctos & duces Brunsuicenses, eorumque socios pax sit. Ericus & Henricus duces Brunsuicenses quæcunq; oppida, arces, cœnobia episcopi & diœceseos Hildesiensis à Cæsare & Imperio proscripti, occuparunt, retineant. VVilelmus dux Brunsuicensis captiuus, sine λύτρῳ liber sit. Gladius Erico duci Brunsuicensi in prælio Soltauiensi ademptus, & in Summo templo Hildesiæ suspensus, duci reddatur. Captiui omnes vtrinque liberi dimittantur, & abolita proscriptione, Hildesiensis cum collegio & nobilitate in gratiam Cæsaris recipiantur. Nobiles diœcesani, quorum prædia, & domos in bello duces Brunsuicenses in suam ditionem redegerunt, Goslariæ, ad Bartholemæi, cognoscent, quid ex gratia principes victores singulis reddituri sint. His ita transactis, Hildesienses domum reuersi, captiuum principem Brunsuicensem VVilelmum in curia conuiuio exceptum, & in arcem Steinbrug deductum, libertati pristinæ restituunt. atq; ita finis bello Hildesiensi, quinto postquam cœptum est, anno, tandem imponitur.

Sunt autem præfecturæ, (licet harum aliquot, Ertelsen, Gronavv, Bodenvverder, Lavvenstein, Hallerburg & aliæ, ab Ottone & Friderico ducibus Brunsuicensibus, & Lunæburgensibus Bernhardi filijs, Magno episcopo, & collegio Hildesheimensi, pro triginta milibus aureorum nummûm pignori solùm concessæ fuerunt)

1433.

runt) quas episcopo Hildesiensi ademtas principes Brunsuicenses suo ducatui ad- 1523.
iunxerunt, Nouendecim: nobilium arces sedecim: oppida maiora septem: cœnobia octo. Arcium nomina sunt: VVoldenberg cum 28. pagis VVintzenburg arx & comitatus ad Leinam fl. oppido Alfeld insignis, Anno Christi 1146. in episcopi Hildesiensis ditionem peruenit, cùm postremus comes Hermannus, à viro nobili, cuius vxorem vi vitiauerat, clam noctu conscensa arce, in lecto cum coniuge interfectus esset. Lebenburg cum 18. pagis & 4. cœnobijs. Hundesrugge (nunc Erichsburg appellant) 16. & oppido Dassel. Ertelsen 24. Poppenburg 6. & cœnobio VVittenborg. Rude, 19. Lavvenstein 15. & cœnobio. Gronde, 9. Steinbrug 8. VVidelag, 10. VVineburg, 3. Luter, 5. Sladem, 6. Koldingen 8. VVesterhoue 15. VVoldestein, 9. Gronavv 2. Hallenburg 3. Oppidorum nomina, Alfeld, Bokelen, Bodenvverder ad Visurgin, Hameliæ pars dimidia, Grunavv, Dassel, & his minora, Lavvenstein, Lamspring, Ertsel, Elsa, Boidenburg, Hemmendorp, Soltern. Cœnobia celebriora, Ringelheim, Lamspring, Dernburg, Dorstatt, VVittenborg, VVilsinghausen, Reiffenberg, VVoltigerode, &c. Quæ omnia Imp. Carolus V. Augustæ postea, in feudum ducibus Brunsuicensis ritu & literis 1538.
solennibus contulit; vt sanè exigua spes recuperationis illorum superesse episcopo & collegio Hildesiensi videatur, tametsi voluntas & conatus, electis subinde potentibus vel gratiosis in aula Romana & Cæsarea, episcopis, collegio non defuerit. Tantam oppidorum & arcium iacturam episcopus Hildesiensis moto bello non necessario, & pertinacia in captiuis, mandante Cæsare, non dimittendis incurrit. ac de tota diœcesi amplissima & potentissima, tres solummodo arces, Sturvvaldam, Peinam & Mariæburgam, vnà cum metropoli Hildesia & Peina conseruauit. Cum verò armis amissa recuperare episcopus desperaret, ad ius confugit: cuius viam Quedlinburgensi actione sibi non præclusam iudicabat. Itaque Romæ litem coram Adriano Pontifice, ducibus Brunsuicensibus intendit, & spoliatum se ante omnia restitui petit. Pontifex cognitionem causæ in auditorio Rotæ, Mercurio de Vipera commendat. vbi cùm aliquousque deducta esset, duces Brunsuicenses apud Clementem VII. obtinuerunt, vt cognitio causæ ex Rota, ad Petrum Cardinalem Anconitanum transferretur. Statim autem subsecuta vibis Ro- 1527.
næ direptione & Cardinalis morte improuisa: non vlterius processum est. donec decennio post, Valentinus à Tetleben litem reassumeret. vt suo postea loco com- 1537.
memorabimus.

Nunc ad 1521. annum, à quo, vt belli Hildesiensis seriem integram contexerem, digressus sum, redeo, in cuius comitijs VVormatiensibus, tum alij Saxoniæ principes, tum verò inprimis Fridericus elector interfuit: qui Lutherum ab Imperatore coràm audiri, &, cùm paulò post, impulsu Pontificij legati Aleandri, ab Imperatore proscribendus esset, redeuntem domum, à fidis hominibus, ex itinere in arcem VVartburg, vrbi Isennacensi vicinam, quam Pathmon suam ille postea nominabat, abduci & occultari, donec ex Germania Cæsar abijsset, curauit. Consilij illius, octo homines conscij fuerunt, quorum tanta fides & taciturnitas fuit, vt nemo præter principem & paucos conscios, vbi versaretur Lutherus, rescisscere posset. Magi etiam multi à Pontificijs passim, de loco, in quo Lutherus lateret, consulti, nihil diuinare certum, Deo eum protegente, potuerunt. Commoratus est in eremo illa Lutherus, decem circiter menses. ac in ocio illo, tum alios ecclesiæ vtiles labores, ac inprimis Euangeliorum & epistolarum, enarrationes Germanicas Alberto comiti Mansfeldensi dicatas, & contra Latomum de peccato in renatis reliquo; edidit: tum verò duos neruos regni Pontificij, Missas priuatas, & vota Monastica, incidit. Quos libros, Augustinianis fratribus suis, qui absente illo, Missas priuatas abrogare, & de laxandis votis disputare cœperant: & patri suo, inscripsit. Carolostadius etiam, ne κενὸν πρόσωπον ablente Luthero videretur: Imagines & statuas ex templo parochiali à vulgo exturbari curat, confessionem priuatam abolet: vtranque speciem primus distribuit: sacramentum Laicis in manus tradit: contendit in foro, ex verbo Dei seu lege Mosaica, non ex iure Romano pronunciandum esse. Hortatur

17. & 18. Aprilis

M.D.XXIII. vt singuli labore manuum sibi victum parent. vituperat scholas & studia doctrinarum: ac iubet à Deo arcanas reuelationes & motus Spiritus sancti expectare. librum etiam de coniugio Sacerdotum & de votis monasticis rescindendis 24. Iunij edit. ac primus sacerdotum Bartholemæus Bernhardus, pastor Kembergensis, frater Ioannis Velcurionis, cuius Physici commentarij vtilissimi extant, vxorem duxit. Sed hæc, occasione Pathmi, in quam Lutherus ex comitijs VVormatiensibus rediens, abductus est, obiter attexui. Edictum Caroli V. quod in comitijs verbosissimum & atrocissimum, aduersus Lutherum edidit, adscribere non iudico operæ precium. Biduo autem post edictum illud promulgatum, Ioanni dux Saxoniæ, Friderici electoris fratri, Ioan. Ernestus dux Saxoniæ, ex Margarita Anhaldina natus est: cùm paulò ante, Henrico duci Saxoniæ, Ioannis patrueli, Mauricius, postea elector, ex Catharina Megapolitana, in lucem editus esset.

8. Maij.

Addam de comitijs illis hanc quoque iocosam narrationem, quam postea Christianus III. Daniæ rex, ipse aliquoties amicis recitauit. Is eo tempore adolescens octodecim annorum, in comitatu auunculi sui, Ioachimi I. electoris Brandeburgensis, VVormatiam profectus, in monasterio Franciscano, vbi hospitium Cæsar habebat, monachum chordigerum, ex suggesto longiore, tabulis non admodum arcte conglutinatis extructo, præsente Cæsare concionantem die Parasceues audiuit. Cumque casu sub suggesto constituisset, & monachus ineptissimè gesticulans, & hinc inde in tabulato discurrens, nunc erecto in altum, nunc deorsum inclinato corpore oraret, & funem, quo cinctus erat, inter asseres subinde dimitteret: animaduertens id princeps adolescens, nodū in fune nexuit. quo ille alligatus, & magno impetu sursum erigere se frustra nisus, strepitum in populo excitauit. cuius causa cognita, Carolus inquiri autorem iussit: quem Lutheranum aliquem esse suspicabatur. tandem cùm adolescentem Holsatiæ principem ita lusisse resciisset, res tota in risum versa est. Hanc narrationem, à præceptore meo Melanchthone sæpè in prælectionibus recitari memini, cùm in rhetoricis de actione differens, sedatos, graues, & placidos gestus, maximè in dicendo decere moneret: & monachi illius alligati exemplo, ab ineptis gesticulationibus concionaturos dehortaretur.

In ijsdem comitijs, bellum, Carolo Cæsari, Robertus Marcæ & Arenbergi comes, qui se in Francisci Galliæ regis clientelam recens contulerat, ineunte Martio, in ipsa principum Imperij corona, denunciat. Quod diuturni cum Gallis belli, quadraginta ferè annos, tametsi exiguis subinde interpolatum inducijs durantis, seminarium extitit. cuius hæc fuit prima occasio. Robertus Marcæ & Arenbergi comes, Sedani ad Mosam sedem habens, vir bellicosus & acer, Bullionensem ducatum, in sylua Arduenna, ab episcopo Leodiensi oppignoratum tenebat. Inciderat autem inter nobilem ab Embri & principem Simæum ex familia Croya, de Hierga Arduennorum oppido contentio: Quod dares ducatus Bullionensis, à quib. iure prouocari non licebat, Simæo adiudicant. Embrius, aulæ Burgundicæ, ac inprimis VVilelmi de Croya, summi aulæ Caroli magistri beneuolentia fretus, sententia prouocat, & citationem aduersæ partis obtinet. Robertus, pupillorum Simæi princeps & tutor, autoritatem suam interponit, & iura ducatus sui, & patrocinij priuilegia, tueri conatus, magna contentione litem illis intentatam amoliri in aula Cæsaris conatur. Cùm autem frustra selaborare, nec quicquam obtineri posse animaduerteret: Galliæ Regem Franciscum adiens, se suaq; oppida & arces omnes in Regis clientelam tradit: & conscriptis in Galliæ finibus copijs, bellum Cæsari denunciat.

1

2

3

4

Adolphus VII. comes Marcæ.
Engelbertus. vxor, dominij Arenbergæ hæres.

Adolphus comes Marcæ. vxor hæres Cliuiæ. stirps Ducum Cliuiæ.	Erardus Marcanus, Arenbergæ Dominus. ⊕ 1387.
Adolphvs, relicta episcopa Colon. & Monast. factus comes Cliuiæ. ⊕ 1389.	Erardus.

Adol-

ADOLPHVS dux Cliuiæ primus 1417. cuius posteros supra lib. tertio recensui. — Ioannes.

Erardus stirps comitum in Arenberg, quos anno 1568. pertexam. — Robertus, Eldainæ & Iamesæ Dominus. — VVilelmus Lumaingæ Dominus.

ROBERTVS Dux Bullionis, Francisci Galliæ regis cliens, Carolo V. bellum indicit, 1521. ⊕ 1535. — ERARDVS, Cardinalis Leodiensis, cui Paraphrasin in Epistolas ad Corinthios Erasmus inscripsit. ⊕ 1538.

ROBERTVS, Marscalcus Galliæ ⊕ 1556. — ANTONIVS, cui Paraphr. in epist. ad Galatas, Erasmus dicauit. — HENRICVS Dominus in Iames.

Henricus Robertus. vxor Francisca, Ludouici ducis Mompensierij filia, Francisci soror.

Robertus VVilelmus dux Bullionius, post equestrem Germanicum miserè in Gallijs defunctum Geneuam reuersus ⊕ 1588. Calend Ianuar. — Ioannes, sub initium Gallicę expeditionis ⊕ 1587. — Carola. Henrico vicecomiti Tureinæ nupta.

Aduersus hunc, Henrico Nassouio, Francisco Siccingio, & Embrio ducibus, exercitum Carolus mittit, qui oppida ducatus Bullionensis, Lonias, Musancuriam, Florengiam, Sausium, capta solo æquat, & Bullionem ipsam, regionis caput, deditam in potestatem redigit. Robertus, inclinatis & accisis rebus suis, inducias aliquot hebdomadarum, Francisci Siccingij veteris amici sui intercessione impetrat.

Galliæ rex, Cæsarem, cuius iam nimium creuisse potentia ipsi videbatur, longè aliud & grauius Marcano bellum moliri suspicatus, exercitum ad fines Belgicæ comparat, & Boniuetum Amiralem in Aquitaniam mittit, qui Fonterabiam, in extremis Cantabriæ finibus postea cepit. Rex ipse, cum ad Scaldin fl. prope Valencenas, Liquæus nobilis Hannouius, cœnobium S. Amandi & Mortaniam oppidum, velut iure ad se spectans, priuato nomine occuparet: etsi præfecti Artesiæ, Flandriæ, Hannoniæ, & vicinarum Cæsaris prouinciarum, & Nassouius ipse, negarent, se regi bellum inferre velle: nec mandata alia quàm de pace cum rege seruandâ, à Cæsare haberent: tamen satis denunciatum esse bellum per Liquæum asserens: hostili exercitu prouincias Cæsaris inuadit. Nassouius finitis cum Roberto indutijs Musonem occupat. Inde Maseriam vrbem munitissimam, ab Anna Momorantio, & Petro Baiardo fortissimo Heroe Gallico, qui triennio post in ducatu Mediolanensi periit, defensam, oppugnare irrito conatu instituit. In ea obsidione, Franciscus Siccingius, Cæsareani exercitus dux præcipuus, cum reliqua nobilitate, quæ tum vnà militabat, primùm conspirasse aduersus episcopum Treuirensem & alios scribitur, cuius conatum & exitum infelicem statim commemorabo. Alia parte Tornacum, recens ab Angliæ rege Gallo redditum, ab Vgone Moncada, Caroli duce obsidebatur. Angliæ rex, gliscente iam bello, Cutbertum Tonstallum Londinensem postea episcopum, de pace cum Gallo concilianda, legatum apud Carolum habebat; ac eodem tempore aduersus Martini Lutheri captiuitatem Babylonicam, librum à se scriptum ad Leonem Pontificem miserat. qui sua autoritate confirmatum, edidit, & Defensoris Fidei elogium Henrico tribuit. Quo ille titulo deinceps vsus est. In bello autem, se arbitrum inter Cæsarem & Gallum interponens, eò rem deducit, vt vtrinq; exercitum se dimissuros, & quas de Tornaco alijsúe oppidis, controuersias haberent, Angli iudicio se composituros promitterent. Sic cum pax constituta videretur, nuncius de Fonterabia, Cantabriæ vrbe, à Boniueto capta adfertur. Quæ nisi prius redderetur, Cæsar in pacis conditiones iurare noluit. Quod cum Gallus se facturum negaret, irrita fuere pacta, & bellum redintegratum

M D. XXI. tum est. Gallus Hesdinum occupat. Belgæ anno exeunte Tornacum deditione accipiunt. In Italia etiam Cæsaris Caroli duces, Prosper Columna, & Alfonsus Daphalus Piscarius, vrbem Mediolanum exeunte Nouembri ceperunt, quod primum initium eijciendi Gallos ex Mediolanensi ducatu fuit, quem viginti duos annos ferè continuos iam possederant. cuius victoriæ nuncio ad Leonem X. PP. allato, cùm rectè ac hilariter valeret, biduo post ex hac vita sublatus est.

Eodem anno, Vngarorum, sub rege Ludoico puero, insolentia & contumeliæ in Solymanni legatos editæ; occasionem Turcis Belgradi occupandi optatissimam præbuerunt. Cùm enim Solymannus, patri Selymo, qui Syriam & Aegyptum Turcico imperio recens adiecerat, succedens: de more, finitimis regibus, se paterni regni hæreditatem adijsse, & portam suam, omnib. siue pacem siue bellum petentibus, patêre denunciasset: Vngarorum tanta cæcitas & insolentia fuit, vt Turcam hostem vicinum & potentissimum, non modò superbè contemnerent, verùm etiam Oratores Solymanni captiuos retinerent, & iniurijs ac probris proteruè aduersus
1521. se irritarent. Quibus prouocatus Solymannus, mox sequenti anno Vngariam inuasit, & Albam Græcam, fortissimum ad Istri & Saui confluentem, non modò Vngariæ, verùm etiam orbis Christiani propugnaculum expugnauit. quod ante centum annos rex Sigismundus primùm à Georgio Rasciæ Despota, certorum Vngariæ oppidorum permutatione emptum, regno illi adiunxerat. Paulò ante Ferdinandus, Caroli V. frater ex Belgico digressus, ineunte Augusto Noribergam primùm, & inde in Austriam peruenit. vbi Austriacarum ditionum hæreditatem sibi à fratre concessam adijt. & paulò post, Annam, Ludoici Vngariæ regis sororem, annum ætatis 19. agens, in matrimonium duxit.

In Saxonia verò inferiore, Ericus, & Erici ex fratre nepos, Henricus iunior, duces Brunsuicenses, latæ aduersus Ioannem, episcopum Hildesiensem, Saxoniæ ducem proscriptionis Cæsareæ executores, à Caroli constituti: cupidè & strenuè mandâtum sibi munus exequuntur, & adiunctis Landgrauij Hassiæ & ciuitatum auxilijs, diœcesin Hildesiensem exeunte Augusto, hostiliter inuadunt & occupant; vt paulò ante prolixius exposui.

FINIS.

LIBER NONVS.

Optimo viro, Nobili & magnifico Domino,

ERICO MATTHÆI,
SERENISS. SVECIÆ AC GOthorum regis Secretario:

HISTORIAM GOSTAVI REGIS, VIRTVTE ET FELICITAte Heroica, Suecia regnum vindicantis;

Vt, à quo expositiones illæ primùm benignè mecum communicatæ sunt;

Ad eum, velut Beneficij autorem, Gratiæ redeant!

Remittit & DICAT

Amico veteri & optimè de se merito,

Dauid Chytræus.

Cùm autem ERICVS MATTHÆI ante acceptam hanc Chronici editionem, ex militia sua aulica in cœleste regnum euocatus esset anno 1593. die 17. Februar. autor, amicitiam patris, tot annos cultam, cum priuigno illius & hærede vnico, continuare cupiens: Nomen illius, SVENONIS CHRISTOPHORI, huic libro præscribi iussit.

ANNO

M. D. XX. ANNO M. D. XX. Christianus II. Daniæ rex, post diuturnum aduersus Suecos inter se dissidentes, bellum, tandem, Holmiâ Sueciæ metropoli, sancitâ omnium præteritarum offensionum ἀμνηστίᾳ, & legum ac immunitatum regni veterum conseruatione promissâ, potitus, & Rex Sueciæ coronatus est. Causa & origo belli prima, inde à reginæ Margaritæ, Semiramidos Danicæ, temporibus profecta, hæc fuit; quòd Heroina illa,
1375. post patris VValdemari IIII. obitum, sola, & postrema ex veterum regum Dani-
1387. ci sanguinis familia superstes: cùm & Daniam teneret; & Norvvegiam, mortuo Olao filio, quem ex Haquino Norvvegiæ rege susceperat, adiunxisset; & tandem vi-
1388. ctum à se prælio captumque Albertum Sueciæ regem, nullis conditionibus alijs li-
21. Septem. berum, exacto septennio dimitteret, quàm vt remisso & renunciato Suecis iuramento fidelitatis, in manus reginæ, regnum, quantum in ipso erat, traderet: facta iam, consentientibus tandem certis conditionibus in eius electionem Suecis, trium orbis huius arctoi regnorum Domina; conuocatis Calmariam regnorum ordinib.
1395. præcipuis, communi eorum consilio & assensu constituit, vt deinceps sempiterni fœderis ac vnionis vinculo tria hæc regna coniungerentur, salvis singulorum legibus, ac consuetudinibus cæteris, (inprimis verò vt præfecturæ, iudicia, & officia publica, in Suecia & Norvvegia, per indigenas regni, non per exteros, administrentur) vnius imperio semper parerent, & ab vno Rege, quem quoties opus esset, in oppido Helmstat conuenientes, communibus suffragijs eligerent, in perpetuum gubernarentur.

Cùm autem Christophorum regem postea, Daniæ proceres, Suecis antea in consilium non adhibitis, vt aiunt, initio vocassent: Sueci etiam idem sibi licere ostendentes, & externorum præfectorum, contra vnionis leges, arcibus, & officijs publicis præpositorum, tyrannidem & immanitatem accusantes, proprio gubernatore Carolo Canuti electo, ab hac vnione discesserunt. Sed cùm ipsi inter se Sueci dissiderent, alijs ac inprimis archiepiscopis Vpsalienfibus, & proceribus, affinitates & prædia in Daniæ regno habentibus, Danicas partes fouentibus; alijs, acerrimo Danos odio insectantibus: Suecos discordes, & inter se sæpè dimicantes, semper Danici reges, ab Vpsalensi, & reliquis suæ partis proceribus inuocati & adiuti, ad obedientiam, & regium Danorum imperium agnoscendum, tandem perpulerunt. sicut post Ericum, à regina Margareta adoptatum, cui primò post vnionem Sueci iurarunt, Christophorum etiam ipsius successorem, & Christiernum I. & tandem huius Christierni II. patrem Iohannem, additis semper certis conditionibus, quibus inter alia diserte cauebatur, ni Rex pacta conuenta seruaret, licere Suecis sine vlla rebellionis nota ipsi aduersari: Dominum ac regem receperunt, atque hunc tandem, vt supra prolixius exposui: anno regni Danici 16. vi armata Holmiam
1497. obsidentem, coronarunt. Biennio post, hunc Christiernum II. adolescentem patre petente, in publicis regni comitijs, primates regni Stockholmiæ regem eligunt,
1499. ac literas solennes regi tradunt, quibus archiepiscopus & cæteri proceres, ac nominatim Steno Stur gubernator, cum suis, ac in his Erico Iohannis, regis Gostaui patre, promittunt, nullam se vnquam seditionem aduersus Ioannem, & filium illius Christiernum, Dominum ac regem trium regnorum electum, moturos esse. Si faciant, se honorem, famam & statum, ipso facto amissuros esse.

Cùm autem arces, & præfecturæ regni quædam contra quàm in legibus vnionis & coronationis conuenerat, exteris commendatæ essent: & horum aliqui
1520. insolenter ac crudeliter dominarentur: Sueci, cùm rex admonitus, præfectos non mutaret: rursus ab eo defecerunt, & in ea rebellione vsq; ad regis Ioannis mortem, & præsentem annum perseuerarunt. Etsi enim aliquoties conuentus interea instituti, & interpositis subinde nouis tractationibus, & bellis, inter regem & ciuitates Vandalicas, Danos distinentibus: tandem rex, hanc concordiæ viam Suecis proposuit, vt vel Ioannem regem, vel filium Christiernum, gubernatorem regni loco patris recipiant, vel si vtrumq; recusent, 4000. florenorum in testimonium

obedientiæ

obedientiæ singulis annis, regi Calmariæ (quæ adhuc in Daniæ regis potestate e- M. D. XX.
rat) pendant, donec in generali trium regnorum borealium conuentu, intra fines
Sueciæ celebrando, de omnibus controuersijs transigatur: Quod si rex Ioannes in-
terea decesserit, Christierno filio, regi electo, ius suum in regno Sueciæ integrum
nihilominus maneat, & tributum annuum pendatur: tamen Sueci, conditiones ob-
latas tandem recusarunt, & Calmarniam ac Oelandiam, Danis bello ciuitatum Van- 1510.
dalicarum occupatis; recuperarunt.

Cumque mortuo Suantone Sture, Regni gubernatore, Sueci inter se de gu- 1512.
bernatore eligendo dissiderent, eaq; res ad apertum odium, & intestinum bellum in-
ter Stenonem Sture iuniorem, Gubernatorem electum, & Gostauum Trolle archi-
episcop. Vpsaliæ, Erici, Stenonis competitoris filium, deuenisset; archiepiscop.
eusque complices, vt suas partes roborarent, Christiernum II. Ioannis filium, 1517.
Daniæ regem, qui, ad omnes occasiones intentus, id maximè expetebat, in Sue- 1518.
ciam vocarunt, qui duas in Sueciam expeditiones, improsperq tamen & irri-
to ad extremum successu, suscepit. Tandem hoc anno ineunte, nouum in Sueciam 1519.
exercitum duxit, cùm superiore anno, à Leone X. Pontifice, in Stenonem & vni-
uersum Sueciæ regnum, Anathematis fulmen vibrari & interdicto subijci curasset,
propterea, quòd Gostauum archiepiscopum Vpsalensem Sueci dignitate sua priuas-
sent, & arcem ipsius Stekensem diruissent: diuulgantibus sententiam Birgero Lun-
denſi, & Lagone Vrno Roschildensi, episcopis.

Christiernus igitur se Anathematis Pontificij executorem aduersus Suecos, à
Leone PP. constitutum, & perfidiam rebellium se vindicaturum præ se ferens, co-
pias multò quàm antea maiores, Ottone Crumpio duce, in Sueciam terrestri itine-
re mittit. quibus ad VVestGothiæ oppidum Bogesund, Steno Sueciæ Guberna- 1520.
tor, cum Suecorum exercitu occurrit, & commisso acri & atroci cum Danis prælio, 20. Ianuar.
dum primas in acie partes viriliter agit, tormenti manualis ictu in femore grauiter
sauciatus, atq; in rheda positus, ex prælio in locum tutiorem delatus est, quo ducis
casu Sueci conterriti & dissipati sunt. Dani itaque liberè ad Tiuedam vsque per-
uenerunt, vbi Sueci densissimis arboribus cæsis, viam longo tractu præcluserant.
diu idcirco hic pugnatum est, donec Dani circa terminos decisarum arborum cir-
cumducti, Suecos à tergo adoriri cœperunt, atque ita depulsis præsidiarijs, nullo
inhibente perrexerunt Arosiam vsque, vbi aliquandiu ad militem reficiendum
subsiterunt.

Interea Steno, Stockholmiam versus, cùm non longè ab vrbe abesset, in rheda
super glaciem vectus, postridie Calend. Februarij expirauit. Quo defuncto, pro-
ceres, in arce Tunelso, in Engso & alibi conuenerunt, vt de hoste propulsando,
patriaq; vindicanda consultarent. sed cùm nemo se ducem profiteretur, inutiles
patriæ eorum erant consultationes, quemadmodum etiam irriti rusticorum con-
cursus, quorum aliquot millia, patriæ defendendæ causa confluxerant. Tandem
concludunt proceres, exercitum in vrbe Stregnensi cogendum esse, qui ad Illersun-
dam transitu hostes prohibeat. Etsi autem, magna hominum multitudo illuc con-
currerat: tamen numerosum illud Suecorum agmen priusquam aduenirent Dani,
eadem die dissipatum erat, quòd duce certo carerent, & nobiles inter se dissiderent.
Quorum pleriq;, ad Matthiam episcopum Stregnensem, in arce vicina Tynelso de-
gentem diuerterunt, vt de inducijs cum hoste paciscerentur. quamobrem postridie,
acceptis ab Ottone Danorum duce securitatis literis, ipsum conueniunt, vndecim-
que dierum inducias faciunt, vt interea Sueci proceres, Vpsaliæ de conditionibus
subiectionis atq; fidelitatis Christierno præstandæ deliberarent. Vpsaliæ Gostauus
Trollius etiam ex latebris prorepens comparuit. Otto deniq; Crumpius, Carolo
Canuti, alijsq; nonnullis capitaneis & militum vexillis comitatus aduenit.

Hic à Suecis tum præsentibus, vnanimiter conclusum, vt regem Christier-
num reciperent. Idcirco cum Ottone, Christierni duce, de conditionibus actum,
vt veram Catholicam fidem, aduersus omnem vim atque iniuriam rex tueretur.
deindè, vt omnium præteritarum offensionum & incommodorum vtrinque acce-

M. D. XX. acceptorum perpetua obliuio sanciretur: omnes cuiuscunque conditionis ordines, maximè verò quicunque aliquam regis indignationem incurrissent: aut captiui abducti: (atque inter hos nominatim Gostauus postea rex) aut alioqui regno ejecti essent: hi omnes beneficio huius pacti in gratiam sine vlla talione reciperentur. denique vt antiqua regni libertas, iura, priuilegia, statuta & honestæ consuetudines, & vnusquisque in legitima sua possessione defenderetur. Neque quod ad liberam regni electionem, liberaque suffragia attineret, rex quicquam immutaret, aut imminueret. Hæc Suecorum postulata, cùm Otto liberalissimè regis sui nomine confirmasset: Sueci tum præsentes, Christierni regis auspicijs, Ottoni duci submissionem atque fidelitatem pollicentur. Paucos post menses, Christierni regis diplomata, quibus Ottonis Krumpij, reliquorumque capitaneorum acta stabilit, & securitatem vitæ fortunarumq; etiam in specie plebeijs quibusdam præstat, in Sueciam perferuntur: multoque plus literas in subiugandis Suecis, quàm multas armatorum manus valuisse Sueci referunt.

Relicta verò Stenonis vidua Christina, Nicolai Gyllensterni filia, & nobiles, eius partes secuti, ciuesque Stockholmenses, alijque quàm plurimi, ad Vpsalienſem conuentum vocati, venire recusarant: atq; idcirco hac reliquorum stipulatione non se obligari testabantur. Quamobrem Gostauus archiepiscopus, Henricum Sleidorn, Matthias Stregnensis, cancellarium M. Olaum Petri, cum salui conductus literis, mandatisque, ad Christinam, eique addictos, Stockholmiam ablegarunt, qui in suburbio septentrionali colloquium illius petierunt. sed à Stockholmensibus, velut hostes & proditores patriæ, tormentorum globis depulsi, responsum nullum tulerunt. Illis igitur reuersis, cùm amicis rationibus nihil se apud Stockholmenses effecturos animaduerterent, Sueci sua quisque in prædia se contulerunt. Dani in castra, quæ tum Vpsaliæ erant, reuertebantur.

Aduentante verò interea ex Dania, terrestri itinere, Domino Simone ab Essens & VVittmund, qui mille quingentos milites ducebat: cùm crescentibus Danorum copijs difficulter vno in loco ali exercitus posset, Stockholmia verò nequaquam obsideri, priusquam maiora à Christierno rege allata essent subsidia; idcirco tria millia Arosiam mittunt. equestres etiam phalanges aliquot Stregnesiam, quæ Matthiam episcopum à Stockholmensium irruptione defenderent. maxima verò exercitus pars Vpsaliæ resedit.

Nobiles itaque Sueci, qui nondum sese Ottoni obstrinxerant, collectis ruricolarum agminibus frequenter Danos lacessebant: cumque Ericus Petri, eos qui Arosiæ commorabantur, inuasurus esset, illi admoniti, Vpsaliam contendentes in itinere propè parœciam Badelunda, in monte arenoso Balingsas in agricolas incidunt, commissoque prælio vtrinque non pauci occubuerunt. Exinde die Paraſceues exercitus Holmensium in Danorum castra ante vrbem Vpsalienſem locata irruens, multos primo impetu cæcidit, aliosque retrocedere coëgit. verùm à Danis tandem profligati, & in fugam versi, magna ex parte trucidati sunt. Nonnulli in horreum latericium refugientes, diu missis inde relis hostem propulsarunt, sed horreo tandem incenso conflagarunt. Gostauus archiepiscopus defunctis cadaueribus sepulturam negauit. Matthias verò Stregnensis, toto tempore quadragesimæ cum Danis equitibus vicinas ditiones perlustrans, eas ad obedientiam Danorum regi præstandam pellicere conatus est, neque quisquam maiori diligentia hanc causam promouit.

Circa ferias verò Pentecostes, Christiernus magno cum apparatu bellico ipse in Sueciam ad Stockholmiam appulit. cui exercitus, qui Vpsaliæ hybernauerat, cum ilico se coniunxisset, Stockholmia quatuor ex partibus obsessa est. Nobilibus Suecis, qui Otthoni præterita hyeme se obligauerant, cum in castra venissent, & de pacis tranſactione, Vpsaliæ cum Otthone Krumpio inita, denuò agerent: Rex Christiernus, ipse suis verbis & Regia dignitate ac honore interposito, sanctè spopondit, omnes illius tranſactionis articulos sese omnibus modis inuiolatos seruaturum. cuius rei vt documentum præberet, magnum rusticorum numerum

aliquotie

dispositio ab ipsa Dei voluntate, quæ est prima causa omnium, pendeat? Ad quæ omnia, ut & ad cætera, quæ ab Augustino, & Prosperis, & Fulgentio, & Remigiis contra hæc dicuntur, ita respondeo, quod ea omnia dicuntur de prædestinatione ad gloriam, quæ nos non negamus, sed de prædestinatione ad pœnam, quam nos negamus. Et ideo ea omnia non sunt ad propositum. Et ita ad omnia, quæ ex Augustino, & Prosperis, & Fulgentio, & Remigiis contra hæc dicuntur,

M. D. XX. 4. Nouemb. ſtauo Trolle & reliquis epiſcopis in templo Stockholmenſi coronatus eſt. cùm antea more conſueto, inter reliquos articulos, regibus tempore coronationis proponi ſolitos, iuraſſet; ſe antecedentes promiſſiones, & literas ratas habiturum: atq; iuramentum ante altare, ſacramenti ſumptione confirmaſſet. Miſſa verò & reliquis ceremonijs abſolutis, Nicolaum Bilde & Seuerinum Norby, aliosque nonnullos ſuos capitaneos, Suecis omnibus præteritis, equites auratos creauit. ſed per fecialem tamen proclamari iuſſit, grauiſſimas eſſe cauſas, cur nulli Suecorum eiuſmodi deferret honores, quos tamen alio tempore eſſet daturus. Itaq; in arcem tandem deductus, regale coronationis conuiuium, Suecis, Danis & Germanis per triduum exhibuit. Fuerat autem inter domeſticos Regis, aliquot ante dies deliberatum qua ratione, proceres Sueci, quorum præ cæteris erga Chriſtiernum odium & rebellio maximè infeſta fuiſſet, ad ſupplicium, prætextu aliquo iuris ſpecioſo rapi poſſent. ac inter cætera quibuſdam viſum eſt, ſpargendum eſſe in cubiculis aliquot arcis puluerem nitroſum, qui à perfidis Suecis, inſidias vitæ regis ſtruentibus diſſeminatus eſſe diceretur, vt incenſo eo regem tollerent. Sed quoniam id veriſimile videri non poterat, eò tandem decurſum eſt: vt archiepiſcopus Goſtauus, quem planè adflictum & proſtratum in priſtinam dignitatem & ſtatum rex extulerat, reliquos Suecos, tanquam à Romano Pontifice excommunicatos, & erga regem ſuum perfidos, qui ſuam præcipuè perſonam, dignitatem, ſtatum & bona archiepiſcopi grauiſſimè læſiſſent, accuſaret, & pœnas de illis Iure & legibus ſancitas exigeret.

Tertia igitur poſt coronationem die, cùm Sueci nobiles vnà cum Danis & Germanis in maximo arcis palatio comparuiſſent: Goſtauus Trolle archiepiſcopus à rege ſubornatus, quanquam inuitus, in medium prodijt, conquerens de iniurijs quas non ſolùm ſuo in corpore pertuliſſet, ſed quæ bonis eccleſiaſticis irrogatæ eſſent, diruta S. Erici arce, alijsq; datis damnis. idcircò petijt, vt arx Stekenſis extrueretur, eiusq; damna atq; impenſæ reſarcirentur. Hæc ſumma erat querelæ ab archiepiſcopo prolatæ, quam rex longè alio detorquebat, indignatus Goſtauo, quod damni tantùm reſtitutionem, & non ſupplicium potius aduerſariorum extremum exegiſſet, cuius ipſe, varijs quæſitis vijs nullam tamen magis compendioſam hactenus inueniſſet, quàm vt Suecos, ob arcis Stekenſis deſolationem & archiepiſcopi depoſitionem, anathemate pontificio percuſſos, violatæ religionis & eccleſiaſticæ libertatis prætextu, punire videretur. Sed cùm cauſa ab archiepiſcopo propoſita, relictam Stenonis viduam maximè attingeret, illa literas protulit, quibus communi omnium ordinum ſententia, aſſignatis cauſis, judicatum erat, vt archiepiſcopus ſuo ab officio ſummoueretur, & arx Stekenſis ſolo æquaretur. Quamobrem rex omnes qui eam in cauſam conſenſiſſent, maximè verò, qui illas ſubſignaſſent literas, tanquam Pontificis anathemate percuſſos, morti adiudicauit: excepto Ioanne Braſcio, epiſcopo Lincopenſe, qui in cupa cerea ſchedulam abdiderat, in qua perſcripſerat, ſe inuitum & coactum illis literis ſuum ſigillum appendiſſe. Reliqui regni proceres, epiſcopi, equites aurati, nobiles valde multi, & ciues Stockholmenſes non pauci, in carcerem conijcti: alteroq; die, cùm per tubicinem denunciatum eſſet, ne quiſ-

8. Nouemb. quam ſua ex domo egrederetur, circa meridiem in forum per carnifices educti ſunt. Vbi Nicolaus Lykia, in curiæ loco, vnde ſtatuta recitari conſueuerant, cum paucis alijs regis Chriſtierni conſiliarijs colloçutus, ad plebem in foro ſtantem concionari incipit: hortatus ne quid admirarentur eorum quæ iſtic geri cernerent. Siquidem regem Chriſtiernum, grauiſſimis inductum cauſis, & neceſſitate ſumma compulſum, ſupplicio tradere hoſce bannitos, qui in ſanctam Romanã eccleſiam, & ſanctiſſimum patrem Papam Romanum tàm enormiter deliquerint. Mox Matthiæ epiſcopo Stregnenſi, qui in regno, regi ſubijciendo, omnium maximè laborauerat, caput præciditur. eiq; ſoli caput inter crura collocatur. Deinde Vincentius ep. Scharenſis: D. Ericus Abrahami: D. Ericus Ioannis, Goſtaui poſtea regis pater: Ericus Canuti, Ericus Ryning, Ericus Nicolai, Ioachimus Braë, Magnus Green, & reliqui nobiles non pauci, deniq; tres conſules, omnesq; vrbis Stockholmenſis ſenatores, ac ex ciuibus multi, ſuis ex ædib. vel medijs laborib. rapti, atq; in forum pertracti, capite plexi ſunt.

Die

Die sequenti totidem penè nobiles atque ciues detruncantur. Lugubre sanè spectaculum, siquidem omnes nudi in foro proiecti, cruore squalentes & canibus dilaniandi triduum totum relinquebantur. cruor quoq; aquis pluuialibus tùm copiosè decidentibus immixtus, per vrbis canales diffluebat. Tandem die Saturni, extra suburbium australe defunctorum corpora pertrahuntur, incensoque rogo cremantur. Stenonis quoq; Gubernatoris cadauer, quod plus quàm semestri spacio terræ mandatum fuerat, effossum, teneriq; eius infantis paulò ante demortui corpus, eidem rogo committitur. Tyranno sese excusante, tanquam hæc inuitus, atq; pontificijs legibus, bannitos concremandos sancientibus, coactus faceret, cùm tamen pro bannitis non habuisset, cùm fidelitatis iuramentum ipsi præstaretur, vel cum ab illis ipsis episcopis coronaretur. M D. XX.

Neq; hac tam immani sæuitia atq; perfidia, inter reges Christianos, ante Parisenses nuptias ferè inaudita, crudelis Tyranni animus satiari poterat, siquidem nullus fermè interuenit dies, quin Sueci aliquot vitâ priuarentur. Eorum verò, qui suspendio perierunt numerus ignoratur, spiculatoribus nihil propè illo triduo aliud agentibus, quàm vt cadaueribus decisis, alios furcis alligarent, idq; tanta cum festinatione, vt nonnullos, maximè nobilium truncatorum ministros, ab equis, cum ocreis & calcaribus abreptos, rectâ in patibulum ducerent. In Finlandia etiam simili sæuitia capite truncari mandat Achonem Georgij, Antonium Erici, Nicolaum Elchilli, Hemmingum Gaddum, aliosq; permultos, tàm ex nobilibus, quàm ex vulgo. Christinam verò, Stenonis Gubernatoris viduam, aliasq; matronas & virgines nobiles, ac in his Gostaui postea regis matrem & sororem, in carcerem conijci, & paulò post in Daniam deportari iussit. Iugulatorumq; ædibus, auro, argento, supellectili atq; vtensilibus domesticis, spoliatis, tanquam bonis omnibus regio fisco adiudicatis, ipsorum coniugibus & liberis parietes nudos reliquit. Cumq; Stregnensis & Scharensis, diœceses, episcopis vacarent, M. Didericum Slagecum, summum sux crudelitatis, omniumq; cupiditatum ministrum, Scharensi: Bellenachum Stregnensi præfecit. Etsi autem hæc in Suecos perpetrata immanitas nefanda fuit, tamen grauiora adhuc vulgo expectabantur, publicato iam edicto, ne vsquam iusticiarma possiderent, & alicubi per Domini simillimos præfectos, instituta apud rusticos armorum inquisitione, euulgatoq; per illos dicterio: Suecum rusticum ligneo pede altero, vnaque manu, arare posse. 1572.

Constitutis autem pro arbitrio Christiernus Stockholmiæ rebus, & magistratibus designatis, in Daniam terrestri itinere redire contendit. Ad quamcunque verò vrbem deuenisset, furcam erigi curauit, procurante Nicolao Holstenio, qui regio ex mandato Sudercopiæ in crucem à seipso erectam sublatus est. In vrbe VVastenensi Suenonem Hock & Petrum Fabrum, episcopi Lincopensis fraude proditos, viuos exectos & quadrifariam partitos, rotis affixit. Lincopiæ, Lindormum Ribbingum, virum nobilem, aliosq; nonnullos capite truncauit. Ribbingorumque familiæ vsq; adeo offensus erat, vt puerulos binos, alterum octennem, alterum biennio inferiorem istic mactari præceperit. Denique in monasterium Nydale, hospitio, quàm poterat subiectissimè fieri, ab Abbate, eiusq; fratribus exceptus, hanc hospitibus gratiam refert, vt Abbatem cum plerisq; fratribus summergi iuberet. Tandem verò Suecis, extrema seruitute, omniumq; rerum desperatione languefactis & planè addictis, in Daniam redijt.

DE GOSTAVO SVECIAE REGE POSTEA ELECTO.

EX hac crudeli tyrannide, & tristissimis calamitatibus, Sueciam penè oppressam, & continuis tot annorum bellis intestinis atque externis propè exhaustam, liberauit, ac verè Heroica virtute & fortuna admirabili rursus erexit & confirmauit GOSTAVVS Erici, ex antiquissima & illustri Nobilitatis Suecicæ familia, genus alto à sanguine veterum Sueciæ regum ducens, cuius vitæ totius ac Gubernationis

M. D. XX. regni, quadraginta ferè annos ſapienter & feliciter continuatæ, hiſtoria, magni ingenij, prudentiæ, acris & præſentis animi, fortitudinis bellicæ, aliarumque virtutum Heroicarum, & ſucceſſuum in rebus gerendis felicium, exempla; & prouidentiæ ac præſentiæ DEI teſtimonia illuſtria continet. quæ, non caſu emergere ac defendi regna, & lapſa inſtaurari; nec fortuitò ſapientes, felices ac ſalutares generi humano reges ac principes exiſtere: ſed diuinitus conſtitui & transferri regna, & à DEO autore & cuſtode imperiorum, Heroës aliquos excellenti virtute & felicitate ornari, & ſingularibus motibus regi, oſtendunt, qui poſt longas bellorum tempeſtates, durabilem pacem, veram religionem, honeſtas leges, iudicia, diſciplinam, & alia iuſtæ ac honeſtæ gubernationis & vitæ præſidia & neruos reſtituant & conſeruent. Talem Heroëm, ſapientia, virtute & felicitate eximia, à Deo ornatum & adiutum, & multis gentibus, ampliſſimo Suecorum & Gothorum regno ſubiectis, ſalutarem, fuiſſe Goſtauum regem, omnes cordati & prudentes viri, quibus hiſtoria regnorum orbis arctoi nota eſt; grata mente & voce agnoſcunt & profitentur.

Inciderunt autem vitæ illius initia, & adoleſcentia præcipuè, in triſtes regni Sueciæ & periculoſos patriæ continuos ferè motus inteſtinos, & externa cum Danis bella. ex quibus eluctari, & tranquillum ac florentem regni ſtatum conſtituere, non alio, quàm ſolius DEI, mirabiliter transferentis & ſtabilientis regna, auxilio, Goſtauus potuit. Puer in aula Stenonis Sture ſenioris, auunculi ſui magni, educatus eſt. tyrocinium militare primum ſub Suantone poſuit. cuius filio Stenoni iuniori, vt Dauid Ionathæ, arctiſſimo amicitiæ fœdere, ac verè Theſea fide iunctus. à quo duobus in prælijs, quibus Steno victor hoſtiles exercitus profligarat, ſummus equitum vexillifer, inſignia virtutis & fortitudinis bellicæ documenta ediderat.

1518. Poſtea Chriſtierno II. Daniæ regi, nominatim ipſum & collegas obſides petenti, in Daniam pro captiuo abductus, ac in cuſtodia arcis Iuticæ Kalö retentus eſt. ex qua,

1519. paulò poſt mutato habitu elapſus: cùm magnis itineribus Lubecam peruenisſet: ſtatim eum præfectus arcis Kaloenſis Ericus Banner, cuius cuſtodiæ à rege Chriſtierno commiſſus fuerat, ſecutus eſt: eumque regi Daniæ reſtitui popoſcit. Sed cùm ſe hoſpitem, iuri Lubecæ coram ſenatu ſiſtendi ſaluum conductum Goſtauus peteret: nec ſe captiuum vnquam fuiſſe, ſed pro ipſo rege datum obſidem, iniuſtè ex regno Sueciæ fuiſſe auectum teſtaretur: æquitate & patrocinio Nicolai Bromſij conſulis, cuius præcipua tum in vrbe aûtoritas erat, cum plerique in ſenatu, Daniæ regi reſtituendum ſuaderent, Goſtauus tum defenſus, atque ita ex carcere Danico, ad regnum Sueciæ potentiſſimum, non ſecus ac veteres illi ampliſſimorum Imperiorum conditores, Cyrus, Romulus, Deioces, & patrum memoria Matthias Huniades, ex adflictiſſimis initijs, & deſperata penè fortuna, diuinitus euectus eſt. Nam poſt aliquot menſes, de conſilio Nicolai Bromſij, clàm cæteris ciuibus, LVBECAE conſcenſa naui oneraria, cum mercatoribus in ſinum Calmar-

11. Maij. nienſem vectus, & cimba in littus ad Stenzö expoſitus, pedes Calmarniam à Suecis adhuc defenſam occultè ingreſſus, benignè à Ioannis MAGNI vidua, arcem feudi loco tenente exceptus cum indignam captiuitatem & mirandam liberationem ſuam, ipſi & alijs expoſuiſſet, & viciſſim eorum querelas & gemitus, de miſerabili ſeruitute, qua patria opprimebatur, audiuiſſet: ciues, Suecoſque milites adhortatur, ne vllo pacto vrbem vel arcem Chriſtierno dedant. Quod dum facit, parum abfuit, quin à peregrinis militibus interimeretur. Itaque à præfecti vidua adiutus per Smalandiam, ad ſuorum prædiorum colonos iter inſtituit: idque maximis vitæ periculis confecit, iam tum Chriſtierni regis emiſſarijs in Smalandia circumeuntibus, qui plebem ad iuramentum fidelitatis regi præſtandum inuitarent. & Smalandenſibus non paucis regi addictis, qui Goſtauo, ſuadenti mutuam vt inter ſe concordiam Sueci ſeruarent, neque Chriſtierno, cuius animum erga Suecos hoſtilem multis teſtimonijs perſpexiſſet, facilè ſeſe crederent, mortem, ni quieſceret, minati ſunt: iactitantes ſeſe ſale & halece nunquam carituros, quoad Chriſtiernum regem haberent. Maximis igitur declinatis periculis, ad prædium ſuum Terna deuenit,

& compa-

Ægyptiorum, quod ipsi Deum, quod pium, quod sanctum, vel alia hujusmodi vocabula dicunt, non tantum ista sentiunt quæ Christiani intelligunt. Quamvis enim Christiani, quando hæc vocabula proferunt, ad Deum verum, qui Trinitas est, & ad Christum, & ad Spiritum sanctum, & ad cætera quæ fidei nostræ sunt, animum intendant: tamen ipsa vocabula, quæ ab Ægyptiis & Græcis & Latinis sumpta sunt, ut Deus, pius, sanctus, & cætera hujusmodi, non ideo ipsa significant, quia Christiani ea dicunt, sed quia ea Græci & Latini, & ante illos Ægyptii, ad significandum ea quæ dixi, ea vocabula protulerunt. Ita & Christiani ea proferunt, sed ad eadem. Sicut & Græci & Latini, & ante illos Ægyptii, ea vocabula protulerunt, quæ ad Deum verum pertinent, ut Deus, Dominus, Creator, & Omnipotens, & si quæ alia sunt, quæ ad unum Deum verum pertinent: & ea quæ ad Christum pertinent, ut Verbum Dei, quod unigenitum, quod per quod facta sunt omnia, quod incarnatum, quod passum, quod mortuum, quod resurrexisse, quod in cœlum ascendisse, quod sedere ad dexteram Patris, quod inde venturum ad judicandos vivos & mortuos: & si quæ alia ad Christum pertinent: & ea quæ ad Spiritum sanctum pertinent, ut Spiritus sanctus, quod procedat de utroque Patre & Filio, quod ab utroque mittatur, quod ab utroque detur, quod ab utroque sanctificet, & si quæ alia ad Spiritum sanctum pertinent: & ea quæ ad Trinitatem pertinent, ut Trinitas, Unitas, Deitas, Majestas, & si quæ alia ad Trinitatem pertinent: & ea quæ ad Ecclesiam pertinent, ut Ecclesia, Sacramentum, Baptismus, Eucharistia, & si quæ alia ad Ecclesiam pertinent: & ea quæ ad Angelos pertinent, ut Angelus, Archangelus, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, & si quæ alia ad Angelos pertinent: & ea quæ ad homines pertinent, ut homo, mortalis, mortuus, resurrectio, & si quæ alia ad homines pertinent: & ea quæ ad mundum pertinent, ut mundus, cœlum, terra, & si quæ alia ad mundum pertinent: & ea quæ ad omnem creaturam pertinent, ut creatura, creatio, & si quæ alia ad creaturam pertinent: & ea quæ ad Deum & creaturam pertinent, ut Creator & creatura, Deus & creatura, Deus & omnis creatura, & si quæ alia ad Deum & creaturam pertinent: & ea quæ ad Scripturas pertinent, ut Scriptura, Testamentum, Evangelium, Lex, Prophetia, & si quæ alia ad Scripturas pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ mores pertinent, ut mores, vita, fides, spes, charitas, & si quæ alia ad mores pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ inimicos pertinent, ut inimicus, hostis, persecutor, & si quæ alia ad inimicos pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ amicos pertinent, ut amicus, proximus, & si quæ alia ad amicos pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ hostes pertinent, ut hostis, persecutor, & si quæ alia ad hostes pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filios pertinent, ut filius, hæres, & si quæ alia ad filios pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ patres pertinent, ut pater, & si quæ alia ad patres pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ matres pertinent, ut mater, & si quæ alia ad matres pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ sponsum pertinent, ut sponsus, & si quæ alia ad sponsum pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ sponsam pertinent, ut sponsa, & si quæ alia ad sponsam pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filias pertinent, ut filia, & si quæ alia ad filias pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ fratres pertinent, ut frater, & si quæ alia ad fratres pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ sorores pertinent, ut soror, & si quæ alia ad sorores pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filios Dei pertinent, ut filius Dei, & si quæ alia ad filios Dei pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filias Dei pertinent, ut filia Dei, & si quæ alia ad filias Dei pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ fratres Dei pertinent, ut frater Dei, & si quæ alia ad fratres Dei pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ sorores Dei pertinent, ut soror Dei, & si quæ alia ad sorores Dei pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filios hominum pertinent, ut filius hominis, & si quæ alia ad filios hominum pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filias hominum pertinent, ut filia hominis, & si quæ alia ad filias hominum pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ fratres hominum pertinent, ut frater hominis, & si quæ alia ad fratres hominum pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ sorores hominum pertinent, ut soror hominis, & si quæ alia ad sorores hominum pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filios Israel pertinent, ut filius Israel, & si quæ alia ad filios Israel pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filias Israel pertinent, ut filia Israel, & si quæ alia ad filias Israel pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ fratres Israel pertinent, ut frater Israel, & si quæ alia ad fratres Israel pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ sorores Israel pertinent, ut soror Israel, & si quæ alia ad sorores Israel pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filios Abrahæ pertinent, ut filius Abrahæ, & si quæ alia ad filios Abrahæ pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filias Abrahæ pertinent, ut filia Abrahæ, & si quæ alia ad filias Abrahæ pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ fratres Abrahæ pertinent, ut frater Abrahæ, & si quæ alia ad fratres Abrahæ pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ sorores Abrahæ pertinent, ut soror Abrahæ, & si quæ alia ad sorores Abrahæ pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filios Christi pertinent, ut filius Christi, & si quæ alia ad filios Christi pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filias Christi pertinent, ut filia Christi, & si quæ alia ad filias Christi pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ fratres Christi pertinent, ut frater Christi, & si quæ alia ad fratres Christi pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ sorores Christi pertinent, ut soror Christi, & si quæ alia ad sorores Christi pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filios Ecclesiæ pertinent, ut filius Ecclesiæ, & si quæ alia ad filios Ecclesiæ pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ filias Ecclesiæ pertinent, ut filia Ecclesiæ, & si quæ alia ad filias Ecclesiæ pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ fratres Ecclesiæ pertinent, ut frater Ecclesiæ, & si quæ alia ad fratres Ecclesiæ pertinent: & ea quæ ad Ecclesiæ sorores Ecclesiæ pertinent, ut soror Ecclesiæ, & si quæ alia ad sorores Ecclesiæ

M. D. XX. Vt autem Series familiæ GOSTAVI, Sueciæ liberatoris ac vindicis, & cognatio cum rege CAROLO, & STENONE ac SVANTONE Stur regni Gubernatoribus conſpiciatur: Tabellam Genealogicam adiungo.



ex Martha Heroina, ingenio & omni virtute matronali præstante, Erici Abrahami filia, decem liberos suscepit. ex quibus, Nicolaus & Ericus, ob futiles suspiciones, à rege Erico, Vpsaliæ postea interfecti. Steno in pugna nauali lethaliter ictus. MAVRICIVS comes, Carolus. Sigridis, Turoni Bielke seniori nupta, mater Erici, Suantonis, Nicolai. Anna, Hogenschildi Bielkij coniunx. Magdalena, Erici Gostaui: Margareta Turonis Bielkij iunioris, & Christina Gostaui Banneri vxor: Suantonis Mater.

M. D. XXI. Anno M. D. XXI. incunte GOSTAVVS Erici, eques Suecus, ardente amore libertatis & salutis patriæ, ex Christierni regis tyrannide vindicandæ, & indignatione ac zelo Heroico aduersus patriæ hostes inflammatus: etsi in extremas angustias res Suecorum redactæ videbantur: tamen ingenti magnitudine animi, vigilantia in rebus aduersis, constantia, & ardente impetu ac velut ἐνθουσιασμῷ ad depellendos hostes, & in libertatem pristinam, Sueciæ regnum restituendum, rapiebatur. Commodum igitur accidit, dum apud Iberos seu fossores metallicos, viros fortes, quos Dalacarlos nominant, vagatur, & voluntates præcipuorum explorat, vt Laurentius Olai, celebris industriæ ac fortitudinis eques, qui Stenoni Gubernatori fideliter paulò antè inseruierat: non tantùm ea, à Gostauo, de crudelissima Christierni tyrannide recitata erant, nimis vera esse confirmaret: verùm insuper adderet, regem, Homagij, solennisque exceptionis causa, vniuersum regnum paulò post perlustratu-

rum,

rum, itaq; edictum esse, vt in singulis prouincijs, & singulorum Scultetorum prædijs furcæ erigantur. neque multos adeò intercessuros dies, quin in Daliam regiæ adferantur literæ, quibus ad commeatum regi militibusque confestim contribuendum, Dalkarli adigerentur. His itaque tam grauibus imminentibus periculis, Dalecarli permoti, continuo quosdam ex primoribus ad Gostauum, qui in remotiora loca secesserat, ablegant, vt reditum acceleret, sesèque totius Daliæ gubernatorem & ducem, aduersus Christiernum profiteatur. Quo accepto nuncio, Gostauus in remotissimis parœciæ Limæ partibus inuentus, cum legatis redijt, ibiq; vt organon ad patriam vindicandam diuinitus seruatum, consentientibus suffragijs, maxima omnium lætitia, atque applausu, in gubernatorem atq; ducem electus est, eique iuramentum fidelitatis atq; obedientiæ præstitum, & selecti iuuenes, qui vitæ eius præsidio essent. Atq; in hunc modum, Deo opt. max. qui tyrannos ex summo fastigio deijcit ac punit, & de gente vna in aliam, propter iniurias, contumelias, cædes & dolos, imperia & regna transfert, clementer adiuuante, Gostauus regni gubernationem felici omine est auspicatus, & Laurentio Olai, plurimisque interemptorum procerum, nobiliumq; ministris, alijsq; aulicis, quibus aqua & igni à tyranno interdictum erat, neq; in publicum prodire ausi fuerant, certatim ad ipsum confugientibus, exercitum quotidie auxit. Itaq; die Caroli Magni, Gostauus copias ad Cuprimontanos æduxit, & regium illius prouinciæ præfectum Christophorum Olai, eiusq; complices cepit, & Danorum mercatorum istic negotiantium merces vniuersas interceptit. annuumq; totius prouinciæ tributum regium & frumentorum decimas exegit. inde in Daliam reuersus, auctis copijs, denuò ad Cuprimontanos remeãs, omnium montanorum consensu in ipsorum dominum atque gubernatorem assumtus est. postea cum parte exercitus in Helsingiam abijt: reliqua in montanis relicta: cui virum celebrem, Petrum Suenonis, ductorem præfecit. Absente Gostauo, literæ ab archiepiscopo Vpsalienſi, eiusq; patre Erico Trolle, & Benedicto Canuti, in Montana perferuntur, quibus hortantur incolas, orantq;, ne à Christierno rege deficiant, simulq; pollicentur, sese à Christierno rege gratiam atq; amicitiam, saluiq; conductus literas, Gostauo impetraturos, dummodò à cœpto tumultu desistat. Et hisce quidem in literis, sese regni Sueciæ senatum, appellarant. Sed hæ literæ partim risu, partim indignatione & contumelijs exceptæ sunt. M. D. XXI. 2. Ianuarij.

Helsingi autem summisse à Gostauo impetrant, vt aliquantisper adhuc ipsis parcat, néue tam properè in belli illius societatem illos alioquin satis exhaustos pertrahat. Quare per Gestriciam, cùm eius incolas, ciuesq; Gesalienses, ad fidelitatis debitæque obedientiæ iuramentum faciendum, nullo negotio perduxisset, in Daliam redijt. illoque in itinere, militibus, qui præ timore ruri sese occultauerant, vndiquaq; se illi coniungentibus, copias suas ita auxit, vt Christierni regis in arce Arosiensi præfectus, Henricus à Mylen, etsi aliquot millia Danorum in Daliam duceret, vt initia motuum opprimeret: tamen metu aduentantis Gostaui re infecta recesserit.

Cum igitur, ad quinq; millium exercitum Gostauus collegisset, Arosiam, quæ Danicis præsidijs tenebatur, perrexit, vbi cùm copias lustrasset, & duas in partes exercitum distribuisset, ductoribus Laurentio Olai, viro forti, atq; Laurentio Erici, designatis: tandem suos vallem Balingsas pertransire, & prope diui Olai sacellum castra metari iussit; neq; eo die cum hoste quicquam confligere. Hostibus verò in Suecos, præcipuè cum equitatu, irruentibus, Sueci necessariam sui defensionem suscipere coacti, primùm equites extra vrbem obuios profligant. Gostauus verò, qui in medio adhuc agmine constitutus, longius aberat, pugnam inchoatam audiens, veritus ne æquè prudenter rem sui aggrederentur, in primam aciem procurrit, adeò vt parùm ab eius latere dissiti, hostium tormentis icti procumberent. interim Laurentio Olai hostem in fugam versum per mediam vrbem vsq; in ipsorum castra persequente, Laurentius Erici, eiusq; socij, quosdam per vicos compendiosius tendentes, hostem anteuerterunt, atq; illos, qui grandiora tormenta bellica in media vrbis platea, in Suecos directa, asseruabant, à tergo adorti, interemerunt, tormenta occuparunt. Qui arcem Arosiensem tenebant, cùm suos terga dedisse cernerent, flam- 29. April.

mas

M. D. XXI. mas in vrbem eiaculantur. Sueci verò, igne extincto, maximam vrbis partem ab incendio conseruarunt. Præcipuam verò in vrbe prælij molem Laurentius Olai vir fortis & acer, cum hostibus in foro se conglobantibus sustinuit: donec victoria ad Suecos inclinante, hostes in castra se receperunt. Quæ cùm aliquandiu tutati essent, arcemq; nouo præsidio confirmassent, cimbis Stockholmiam aufugerunt.

Post hanc victoriam, plurimi ex militibus & nobilibus Suecis, Danorum castris relictis, sese Gostauo coniunxerunt. quorum ex numero Aruidus VVestgothus erat. quem ad arcem Stekeburg obsidendam, atque Ostrogothos propugnandos, Gostauus aliquibus cum copijs misit. Eodem tempore Nycodensem atq; Orebroensem arces obsideri curauit. Laurentium verò Erici, cum mediocri armatorum numero Vpsaliam præmisit, cui Laurentius Olai, congregatis aliquot territoriorum agricolis, sese in itinere coniungit. quibus appropinquantibus, Benedictus Biug archiepiscopi præfectus, emissis exploratoribus, hostium numerum & reliquum apparatum rescire auebat, quos cum Sueci intercepissent, Canonici senatusque vrbis Vpsaliensis, datis ad Gostaui officiales literis, rogant, ne gestationem scrinij argentei D. Erici, quod eius festo, in nondinis Vpsaliensibus, ad veteris Vpsaliæ templum, semimilliare ab vrbe distans, deferri consueuerat, impedirent. illis verò respondentibus, decere vt Sueci, & non aduenæ ritus illos seruarent, Benedictus Biug extremè illos se contemnere ostendens, conuiuium in horto episcopi instituit. Quem Sueci, sub gallicinium mane vino somnoque sepultum, cæsis vigilibus, & ædibus archiepiscopi occupatis, excitarunt, & vrbem incendio ab hostibus immisso liberarunt. Ipse vero Biuggius, in fuga propè vadum Flotesund transiturus, sagittâ per mediam brachij vlnam, medullæq; meatum, à carpo ad cubitum vsq; immissa, lethaliter vulneratus, non sine exquisitissimis doloribus, sagitta extracta, vitam Stockholmiæ finiuit.

Stekeburg obsidetur.

18. Maij.

Mense Iunio, Gostauus ipse Arosiâ Vpsaliam profectus, conuocato collegio, canonicos interrogat, an Sueci, vel Dani perhiberi velint; simulq; plurima, ab illis, ipsorum episcopis, aduersus patriam, ipsorumque legitimum, magistratum, Caroli regis atque Stenonis vtriusq; tempore, designata facinora, illis obijcit: &, si similia in posterum perpetrare non veriti fuerint, pœnam seueram minitatur. denique an iuramentum ipsi præstare, seque erga patriam fideles subditos declarare velint, vt apertè profiteantur, vrget. Illis verò summissè sese excusantibus, ac petentibus vt cum archiepiscopo, primùm communicare sibi per literas liceret: quibus suasuri sint archiepiscopo vt Christierno relicto, sese cum regno patriaque coniungat: Gostauus adquiescens, simul ipse quoque ad archiepiscopum Stockholmiæ degentem, eiusdem argumenti literas mittit. Quas ille ad se perlatas, Theodorico Slaghöck, arcis Stockholmensis præfecto monstrans, summo cum contemtu & sarcasmo, inquit, semetipsum Gostauo responsum breui relaturum. tabellariumque detinuit, quò ad equites & pedites extra vrbem eduxisset, atque ad sesquimilliare tantum ab Vpsalia abesset.

Vpsaliæ.

Gostauus, non solùm ex transfugis ac exploratoribus, hostium aduentu cognito, sed hostem aduenientem loco ex editiore ipse contemplatus, cùm à Canonicis se delusum, & imparem exercitui hostium, Dalacarlis & alijs paulò ante à se dimissis, fore videret: in syluam Nosten se recipere cogitabat. vbi in vado propè Ladeby hærens, ac excussus ex equo, ab hostibus propè circumuentus & oppressus fuit: donec Dei Beneficio, & comitum, qui aderant, virtute, euasit, & paulò post recollectis ex vicinia copijs, archiepiscopum Stockholmiam redeuntem viriliter adortus, insigni victoria profligauit. Qui cum vix sextum quenque suorum Sockholmiam reduxisset: obsidere vrbem, castris ad montis Brunconis radices collocatis, Gostauus instituit. Sed erumpentibus Danis inde depulsus, longiore ab vrbe interuallo castra ad Rotebroo firmiora posuit, cùm quidem Helsingi illis ipsis diebus subsidio primùm Gostauo veniissent. Mense Iulio, ex Germania, veteranorum militum agmina, Stephano Sassio duce, ad Gostauum venerunt. auctisque quotidiè militum copijs, quas in diuersis & procul ab inuicem dissitis castris, Gostauus alebat:

Initium obsidionis Holmiæ.

lat: curæ etiam & solicitudines, de militum stipendijs & commeatu parando M. D. XXI.
peuerunt.

Interea SEVERINVS à Norby, insulæ Gotlandiæ præses, Christierno regi suo fidus, arcem OstGothiæ Stekeburg, ab Arvvido, Gostaui duce, obsessam, liberare conatus, militem ex classe in continentem exponit: qui à Suecis in classem repulsus est. Nihilominus tamen Seuerinus, noua in arcem præsidia ac commeatum mari immisit, & Nicolao Boëthij de Vieby, & Holgero Caroli Suecis equitibus auratis, quòd minus eis fideret, in Daniam abductis: Bernardum à Mylen Germanum, arcis custodiæ præposuit. Seuerino digresso, Gostauus, Ioannem Brascium Lincopensem episcopum nutantem, iurare ipsi ac Sueciæ regno fidem ac obedientiam cogit, VVastenas ad comitia indicta proficiscitur. in quibus, omnium ordinum hominibus, ex OstGothia, Smalandia, VVestGothia, VVermlandia & Dalia congregatis, Gostauus solenni oratione patriæ pericula exponit, atque eorum fidem ac operam, ad ea auertenda atque depellenda, veteremque libertatem reuocandam expedit. cui omnes vno ore, non tantùm sua quæcunque possent subsidia promittere, sed maximas gratias Gostauo agere, quod patriam tam crudelis ex tyranni potestate liberare sit aggressus, denique pariter humilimis precibus rogare, vt quod cœperat continuare, atque Deo auxiliante perficere velit. neque tantum ipsorum gubernatorem, sed totius regni legitimum aliquando dominum atq; regem se profiteri non grauarentur. Comitia VVastenis. 24. Augusti.

Quibus respondet Gostauus: se contra communem patriæ hostem arma gerere, non regni cupiditate, sed iusto dolore atque commiseratione, precibusque transyluanorum Suecorum permotum, vt indignissimæ cædis, in summos regni proceres, aliosque quàm plurimos, à Christierno, contra iuramentum, datasque syngraphas, crudelissimè perpetratę, vltorem, patriæque vindicem se præberet, reliquorumque dux atque gubernator esset. Quod si suam quoque ad bellum hoc feliciter exequendum fidelem conferre operam reint, se non recusare, quin ipsorum sit dux atque gubernator. de rege verò creando tum demùm sint solliciti, cùm DEI beneficio bellum intestinè perfecerint. Tum demùm enim, quemcunque regni ordines ex proceribus Suecorum sanguine oriundum, in regem electuri forent, illi ipse quoque suam fidem obsequiumque libenter comprobaturum. consentientibus igitur omnium votis ac voce, magno cum applausu & lætitia, ordines GOSTAVVM se pro Domino & Gubernatore agnoscere profitentur, eique fidelitatem atque obedientiam sub dio intercedente iuramento promittunt.

Hisce comitijs peractis, copias in VVestrogothiam mittit, quæ capta arce episcopi, Lekio, oppidum arcemque Elsburgensem obsiderent. Smolandiæ quoque immissi milites, eius prouinciæ arces atque oppida, Gostaui auspicijs occuparunt.

Interea verò, dum in OstGothia hæc administrat: Theodoricus Slaghöck & Gorgonius Holstenius, cimbis alijsque nauigiolis per lacum Melerum Arosam missis, arcem nouis præsidiarijs, prioribus secum inde auectis, muniunt. Sed cum angustum fretum **Kolesund** / in reditu transmissuri essent, Sueci vtrinque extructis propugnaculis, atque medio transitu cisternis ligneis saxo repletis summersisque obstructo, per biduum istic cum hostibus pugnarunt, priusquam fretum superarent.

Mense Septemb. Gostauus copias militum, Nicolao Aruidi & Henrico Ioannis ductoribus, in Finlandiam ablegauit, quibus, tam ex nobilibus, quàm ex plebe se plurimi coniunxerunt, atq; hos inter quidam ad militiam natus, educatusq;

Nicolaus

M. D. XXI. Nicolaus Grabbe de Grabbacha, qui in hostibus Finlandiæ extirpandis mirum industriæ militaris specimen exhibuit. Nauigiola enim instructissima & cimbas cum haberet, ijs hac illac ad littus vectus, ex inopinato securum hostem frequenter obruebat, alios somno immersos ferro occidens, alios etiam, repagulis firmissimis ad fores appositis, subiectoque igne, vna cum ædibus in cinerem conuertens, adeò vt subinde vix 12. militibus comitatus, plurimos vna nocte interimeret. Dumq; hostes congregarentur, illum vt comprehenderent, nauigiolis ad Reualiensem alios que Liuoniæ portus confugit. illisque minimè cogitantibus in Finlandiam reuertens, neque sine aliquo ipsorum incommodo eos profundo ex somno excitans Copiæ à Gostauo missæ, Abogiam, Nouembri exeunte obsederunt, vbi hostes facta eruptione Benedictum Nicolai, Aruidi Suecorum ductoris fratrem, aliosq; nonnullos captos, extra arcis murum ilico suspenderunt.

Obsidio Holmiæ. Mense Octobri, Gostauus in StockHolmiæ obsidionem continuandam intentus, tribus ex partibus castra locat: ad meridiem in paræciæ Bolkerkiæ prædio Settra: ad Septentrionem propè Rotebroo; reliqua in insula Løsonn/ eo in prædio vbi hodie domus regia est, quibus Petrum Freitach capitaneum præfecit, qui erumpentes ex vrbe hostes, fortiter aliquoties profligauit.

Stekenburg dedita. Arx Stekeburgensis, Gostauo 18. Decemb. dedita est, eiusq; castellanus Bernardus à Mylen, Sudercopiam missus, vbi cum mensibus duobus in custodia fuisset intercedente iuramento se Gostaui ministerio astrinxit. Seuerinus à Norby ignarus arcem in Suecorum deuenisse potestatem, bellicarum nauium classe ad promontoria Stekeburgensia appulit, vt nouis arci præsidijs atque commeatu subueniret. Suecis verò in freto Etherſund/ obuiam illi properantibus; acerrimè dimicatum est, donec fretum Seuerinus euasit, plusquam 600. suorum desiderati. Arvvidus, Gostaui dux, dedita Stekenburga cum dimidia copiarum parte ad Camarniam eminus obsidendam missus est. alteram partem Gostauus ad StockHolmiam accersiuit.

M. D. XXII. Arcem Nycopensem, Henricus Ranzouius, qui Christierni regis nomine eam hactenus tenuerat, pridie Natalis Christi inchoantis annum 1522. Gostauo dedidit, cuius initio, seuerè à Christierno Danorum rege, ad castellanos & præfectos arcium, quæ in eius adhuc potestate erant, afferuntur literæ, quibus regio edicto mandat, vt Suecos rebelles, maximè nobiles, quos sua in potestate haberent, omnes interimerent. Alijs verò alios capite truncantibus, Thomas arcis Aboënsis castellanus, ex præcipua Finlandica nobilitate quosdam securi percussit. Quidam verò Finno nobilis, magnæ apud suos autoritatis, Ericus Flemingus, maturè de Christierni edicto admonitus, vitæ suæ consuluit, simulans sese acerbissimum Suecorum hostem esse, roganſq; vt ex Suecis Dano adhærentibus, alijsq; copias aliquas sibi Castellanus committat, quibus in Suecos arcem obsidentes impetum faciat, quas cùm accepisset, in Suecorum castra transiuit, ac sub Gostaui signis deinceps acerrimum se Danorum hostem præbuit. Aruidus verò, Aboënsis episcopus vt crudelissimi edicti Regij executionem effugeret, ascitis ex Finlandica nobilitate quamplurimis, ipsorumq; coniugibus, liberis & thesauris in vnum collectis, in Suciam nauigare instituit, sed orta tempestate, propè Oregrundiam, ad insulam Vigiam, naufragio vniuersi perierunt. Die 30. Ianuarij, arx Arosiensis & Tynelso Gostaui potestatem venerunt. Hi felices successus, paulò post inexpectata ad StockHolmiam militum Gostaui clade interpolati sunt. Cùm enim Seuerinus à Norby ex Dania & Gotlandia, nouas recentium militum copias, classe sua, Stockholmiæ inuexisset: erumpentes Dani, castra Suecorum borealia, quæ in Eruam villam promota erant, dissiparunt. postridiè, eodem successu, copijs Suecicis, quæ ad meridiem vrbi incumbebant, profligatis, vrbem ab omni obsidione immunem & liberam eo mense reddiderunt.

Gostauus Vpsaliæ tum commorans destitui se classe necessaria, quæ maiores inuectiones in vrbem arceret, cernens: domesticum suum Sigvvardum ab Hoyten, Lubecam ablegat, qui à senatu populoque Lubecensi, naues aliquot bellicorum

mentis pyrio puluere, militibus, alijsque apparatibus neceſſarijs, ſtipendio Go- M. D.XXII.
impetraret. Lubecenſes, qui ob violata mercatorum priuilegia, & naues ac
res ſibi ereptas, iamdudum hoſtili in Daniæ regem animo erant, nouem nauium
ſen optimè inſtructam, rebus omnibus precio æſtimatis, in ſubſidium Goſtauo
runt, nauarcho Friderico Brun, & militum duce ſupremo Iohanne Stammelio,
ſecundo vento vſi, pridie Pentecoſtes Sudercopiam appulerunt. Nulla autem 7. Iunij.
one, quantumcunque Bernardo à Mylen, alijsque annitentibus, perſuaderi
tes poterant, vt iuramentum aliquod præſtarent, priuſquàm dominum, cui ſer-
rat, coràm eſſent contemplati. Quamobrem Goſtauus Vpſalia Sudercopiam,
ribus Suecicis 22. excurrit. quem ſimulatque milites vidiſſent, ſeſe illo cum do-
o & viuere & mori paratos eſſe, ilico affirmarunt, eique iuramento militari ſe-
obſtrinxerunt.

Ex quibus, ad Calmarniæ obſidionem continuandam, Aruido VVeſtgoto
ſubſidiarios mittit. reliquos in caſtra, quæ ante vrbem Stockholmenſem pau-
ante accitis Dalakarlis, Helſingis, alijsque borealibus Suecis inſtaurarat, ipſe ad-
cit. ac dimiſſis ruſticorum agminibus, conſcriptos milites Suecos, cum condu-
cijs Germanis, ſolummodo retinuit. Nec multò poſt, noua ſubſidia ab vrbe Lu-
cenſi, Bernardus Bomhouer, ſenator, & Hermannus Plonius, octo nauibus ad-
ebant. Menſe Iulio, Thomas arcis Aboënſis præfectus, Seuerino à Norby con-
aſſerente, aliquot bellicis cum nauibus & alijs plurimis commeatu & milite o-
ſa, Stockholmiam verſus ex Finlandia transfretat, atque promontorijs appro-
quans, celetem exploratum præmittit. Quam Goſtaui claſſis, cui Ericus Fle-
ng præerat, in ſtatione poſt excelſum montem latitans intercepit, eiusq; præſidi-
is per claſſem diſtributis, Sueco milite & nautis complet: & Thomæ ea ſola cum
ae, in occurſum nauigat. qua redeunte, Thomas, qui in cimbam vicina littora
ploratum deſcenderat, ad eam remigando contendens, quomodo ſeſe res habe-
nt inquirit. Illis verò reſpondentibus, ſalua eſſe omnia: ex cimba eam conſcen-
dit nauem, cuius cùm vix ſummitatem attigiſſet, proditum ſe videns, & fruſtra ſe
ſubducere moliens, à Suecis comprehenditur. Exinde Suecorum claſſis expanſis ve-
is reliquas Thomæ naues aggreditur, ac in ſuam poteſtatem plerasque redigit. Tho-
mas verò ad Goſtauum ductus, cùm Sueços in arce Aboënſi crudeliſſimè tractaſſet,
in arce Tynnelſo cuſtodiæ traditus, & in querna arbore ſuſpenſus eſt.

Octobri exeunte, Seuerinus à Norby, quinque nauibus bellicis, ad promonto-
ria vrbis Stockholmenſis appellens, non procul à Lubecenſium claſſe, Goſtaui ſti-
pendijs militante, ancoras proijcit. & naues in vicinum adiacentis inſulæ portum
ducit. illaque nocte frigoris vehementia, eius naues vſq; adeo glacie conſtrin-
ve pedibus ac equis ad eius claſſem commeare liceret. Erico itaq; Flemingio,
phano Saſſe, alijsq; Goſtaui ducibus ſuadentibus, vt hoſtem adorirentur, Lube-
ſes ſeſe rem in deliberationem vocaturos oſtenderunt. Verùm biduo poſt orta
peſtate & flante Coro glacies reſoluta, nauesq; Seuerini liberatæ, vento ſecundo
rante ſublatis velis elapſæ, Calmarniam redierunt.

Arctius verò obſidere vrbem Stockholmiam exeunte Octobri, cœpit: & ca-
, quæ ad meridiem vrbi imminebant, in ſuburbium vſque promouit. Quæ ve-
boream collocata erant, primùm in parœciam Brumma, inde in inſulam mo-
ad prædij ruſtici vſum antiquitus donatam, vrbique viciniſſimam, tranſtulit:
pone ligneo ſuper aquas extructo, inſulam per alteram intermediam, cum au-
ſuburbio coniungit, vt hoſtibus erumpentibus, caſtra ſibi mutuò auxiliares
ras conferre poſſent. Similiter pontem ligneum ad orientem, à ſuburbio au-
m inſulam Wallmarſönn deduxit, ibique firmiſſimo extructo propugnacu-
ne nauibus externis commeatus vel præſidia Stockholmiam apportari poſſent,
ditum eſt. Qua Goſtaui induſtria, cùm vrbs quatuor ex partibus obſeſſa foret:
ium vires vehementer attritæ & in ſummas anguſtias redactæ ſunt. Ciues du-
ne obſidione in omnes occaſiones intenti, nunc cimbis, nunc pedibus, ad Go-
am profugerunt. Quidam ad D. Claræ cœnobium, quod in ſuburbio boreali

1522. erat situm, sese receperant, vt istic in tuto latitantes commodum fugiendi tempus expectarent. verum Abbatissa, ex sororis suæ marito Gregorio Holsato, apud quem rex Christiernus diuerterat, edocta, datis indicijs nocte per lucernam, die per linteolum, ex fenestra appensum, omnes illuc confugientes prodidit. qui idcirco retracti, ligneis ferris dissecti, alijsque diris supplicijs sunt subiecti.

Tandem vrgente hostes fame, exploratorem emittunt, qui Gostaui seruitia sese offerat, & rebus diligenter perspectis, vel in vrbem redeat, vel si id minus audeat, in Daniam contendat, vt eorum difficultatibus & angustijs regi expositis, subsidium aliquod impetret. Verùm à quibusdam transfugis agnitus, eiusque consilia detecta, & deprehensum est, ipsum suis in vestibus insutas gestare ex membrana literas Theodorici Slakhöck & Gregorij Holsati proprijs manibus perscriptas. Quamobrem comprehensus, atque reus inuentus, supplicio proditori debito affectus est. quòd cùm hostes resciuissent, exceptis ciuium vxoribus & liberis, peregrinam turbam bello inutilem vrbe eijciunt. Tanto igitur arctius Gostauus vrbem Stockholmensem atque Calmarnienſem obsedit: & sequente hyeme, per Suecos potissimùm frigoris tolerantiores, vtramque obsidionem continuauit. Germanis plerisque ac Lubecensibus in hyberna vicinorum oppidorum dispositis, quorum nihilominus stipendia continuè processerunt.

1523. Mense Februario, Gostauus, Laurentium Siggonis cum copijs in Norueginm mittit, qui prouincia VViken recepta, Carlsburgum arcem, præfecto nobili Suecio Nicolao Crummiomuniuit. Secuta est exeunte Maio Calmarniæ vrbis & arcis deditio, quam circa Pascha, nouis præsidijs firmare Seuerinus à Norby, conatus fuerat. Sed de Christierni regis spontanea ex Danię regno fuga, certior factus, cum copijs in Daniam redijt, relictis sexaginta tantùm militibus ad arcis præsidium, quibus mandauerat, si vrbem tutari diutius non possent, vt vrbe arceque incensa in Gotlandiam se nauigio reciperent. Ciues autem, cognitis præsidiariorum consilijs, portam vrbis borealem Suecis obsidentibus noctu aperiunt. Sic Sueci oppido potiti, hebdomada sequente etiam arcem deditione capiunt, & ductore Aruido VVestgotho totam Olandiam insulam, Smolandiæ obiectam, 18. milliaria longam, recuperarunt. Quo Gostaui successu, Stockholmenses præsidiarij animis fracti, vrbem certis conditionibus Gostauo offerunt, in quas tamen Gostauus consentire nequaquam voluit.

Calmarnia dedita.

25. Maij. In ferijs Pentecostes, comitia Regni, Stregnesij celebrata sunt. In quibus, forma senatus regni pristina, quam Christiernus, trucidatis immaniter præcipuis senatoribus, vastauerat, instaurata, & noui senatores prioribus adhuc superstitibus adiuncti sunt, Ioannes Lincopensis, Ingemanus Vexionensis episc. Magnus Scarensis, Magnus Strengenensis & Petrus Arosiensis electi; Turo Ioannis, Bernardus Mylen eques auratus, Canutus Erici, Iohan. Aronis, Axyllus Matthæi, Axyllus Posse, Nicolaus Nicolai, Henricus Arlandi, Nicolaus Olai, Laurentius Siggonis, Michaël Nicolai, Turo Benedicti, Petrus Alandi, Iserus Fleming, Ericus Fleming, Canutus Andreæ, Petrus Ioannis, Axillus Andreæ, Biornus Laurentij. Inter hos officia & dignitates Regni, more antiquo, distributa, & ius ac potestas creandi suffragijs suis Regem tributum est. Qui omnium regni ordinum, tam ecclesiasticorum quàm politicorum voluntatibus cognitis, communi consensu, GOSTAVVM Erici, hactenus Gubernatorem, Sueciæ REGEM eligunt. & per oratorem M. Canutum præpositum Arosiensem, à GOSTAVO petunt, vt integram regni Sueciæ vniuersam administrationem in se recipere, ipsorumq; Rex esse, & patriam, ipsosque omnes quemadmodum feliciter cœperat, plenè à Christierni tyrannide vindicare non recusaret. Gostauus vicissim, ingentem regni molem, humeris suis longè impares sedulò deprecans; sibi laboribus, curis atque periculis ob communem patriæ vtilitatem abunde perfuncto, iamque defesso, parci petebat. Quemcunque verò alium ex generoso atque nobili Suecorum stemmate oriundum, electuri essent, illum se quoque pro rege velle agnoscere ostendebat. Cùm autem Regni status obnixè instarent, accedente etiam Iohannis magni Gothi, qui Pontificis nomi-

legati

legatus Roma nuper redierat, hortatu: nec nisi re impetrata suis à precibus desistere vellent: Gostauus tandem non se vlla ambitione & regnandi cupiditate, sed patriæ amore, ac necessitate extrema potissimum moueri ostendit, vt regnum eòrum recipiat. & quoniam tanta imperij moles ab vno homine sustineri non posit, sed amicos & socios curarum & laborum multos ac fidos requirat: rogauit proceres, vt fideli consilio & opera deinceps etiam patriam & se iuuarent, & à Domino DEO Zebaoth auxilium & defensionem votis assiduis peterent. Ita more in Regum electionibus recepto, mutuis iuramentis vtrinq; intercedentibus, GOSTAVS REX SVECORVM, solenni ritu designatus est. Coronari autem solenni ceremonia nondum intra aliquot annos voluit. donec ex medio sublatis aliquot regnis, ac in his, episcoporum potentia & opibus immoderatis, quæ autoritati regiæ hactenus obstiterant, & seditionibus ac bellis in regno intestinis materiem semper superioribus annis præbuerant: anno 1528. demum corona insignitus est. aliquoties interea renunciato ordinibus regno, si modò sumptus ac impensas, in reparationem illius factas, refudissent. Annum & diem Electionis GOSTAVI, Henricus Mollerus Hessus poëta, his versibus expressit: 1523. 6. Iunij.

QVa VICIna tVas IVnI sVbIt optIMe Nonas
In GothICIs perstet LVX ea saCra pLagIs:
TotIVs Ista tVLIt per Vota potentIa regnI
GostaVo patrIæ reglafrena patrI.

Scholia ad Regi, qua per Collegarum universum debatur, moliuntur. 2. Ill. 3. Ill. 4. Ill. 5. Ill. 6. Ill. 7. Ill. 8. Ill. 9. Ill. 10. Ill. 11. Ill. 12. Ill. 13. Ill. 14. Ill. 15. Ill. 16. Ill. 17. Ill. 18. Ill. 19. Ill. 20. Ill. 21. Ill. 22. Ill. 23. Ill. 24. Ill. 25. Ill. 26. Ill. 27. Ill. 28. Ill. 29. Ill. 30. Ill. 31. Ill. 32. Ill. 33. Ill. 34. Ill. 35. Ill. 36. Ill. 37. Ill. 38. Ill. 39. Ill. 40. Ill. 41. Ill. 42. Ill. 43. Ill. 44. Ill. 45. Ill. 46. Ill. 47. Ill. 48. Ill. 49. Ill. 50. Ill. 51. Ill. 52. Ill. 53. Ill. 54. Ill. 55. Ill. 56. Ill. 57. Ill. 58. Ill. 59. Ill. 60. Ill. 61. Ill. 62. Ill. 63. Ill. 64. Ill. 65. Ill. 66. Ill. 67. Ill. 68. Ill. 69. Ill. 70. Ill. 71. Ill. 72. Ill. 73. Ill. 74. Ill. 75. Ill. 76. Ill. 77. Ill. 78. Ill. 79. Ill. 80. Ill. 81. Ill. 82. Ill. 83. Ill. 84. Ill. 85. Ill. 86. Ill. 87. Ill. 88. Ill. 89. Ill. 90. Ill. 91. Ill. 92. Ill. 93. Ill. 94. Ill. 95. Ill. 96. Ill. 97. Ill. 98. Ill. 99. Ill. 100. Ill. 101. Ill. 102. Ill. 103. Ill. 104. Ill. 105. Ill. 106. Ill. 107. Ill. 108. Ill. 109. Ill. 110. Ill. 111. Ill. 112. Ill. 113. Ill. 114. Ill. 115. Ill. 116. Ill. 117. Ill. 118. Ill. 119. Ill. 120. Ill. 121. Ill. 122. Ill. 123. Ill. 124. Ill. 125. Ill. 126. Ill. 127. Ill. 128. Ill. 129. Ill. 130. Ill. 131. Ill. 132. Ill. 133. Ill. 134. Ill. 135. Ill. 136. Ill. 137. Ill. 138. Ill. 139. Ill. 140. Ill. 141. Ill. 142. Ill. 143. Ill. 144. Ill. 145. Ill. 146. Ill. 147. Ill. 148. Ill. 149. Ill. 150. Ill. 151. Ill. 152. Ill. 153. Ill. 154. Ill. 155. Ill. 156. Ill. 157. Ill. 158. Ill. 159. Ill. 160. Ill. 161. Ill. 162. Ill. 163. Ill. 164. Ill. 165. Ill. 166. Ill. 167. Ill. 168. Ill. 169. Ill. 170. Ill. 171. Ill. 172. Ill. 173. Ill. 174. Ill. 175. Ill. 176. Ill. 177. Ill. 178. Ill. 179. Ill. 180. Ill. 181. Ill. 182. Ill. 183. Ill. 184. Ill. 185. Ill. 186. Ill. 187. Ill. 188. Ill. 189. Ill. 190. Ill. 191. Ill. 192. Ill. 193. Ill. 194. Ill. 195. Ill. 196. Ill. 197. Ill. 198. Ill. 199. Ill. 200. Ill. 201. Ill. 202. Ill. 203. Ill. 204. Ill. 205. Ill. 206. Ill. 207. Ill. 208. Ill. 209. Ill. 210. Ill. 211. Ill. 212. Ill. 213. Ill. 214. Ill. 215. Ill. 216. Ill. 217. Ill. 218. Ill. 219. Ill. 220. Ill. 221. Ill. 222. Ill. 223. Ill. 224. Ill. 225. Ill. 226. Ill. 227. Ill. 228. Ill. 229. Ill. 230. Ill. 231. Ill. 232. Ill. 233. Ill. 234. Ill. 235. Ill. 236. Ill. 237. Ill. 238. Ill. 239. Ill. 240. Ill. 241. Ill. 242. Ill. 243. Ill. 244. Ill. 245. Ill. 246. Ill. 247. Ill. 248. Ill. 249. Ill. 250. Ill. 251. Ill. 252. Ill. 253. Ill. 254. Ill. 255. Ill. 256. Ill. 257. Ill. 258. Ill. 259. Ill. 260. Ill. 261. Ill. 262. Ill. 263. Ill. 264. Ill. 265. Ill. 266. Ill. 267. Ill. 268. Ill. 269. Ill. 270. Ill. 271. Ill. 272. Ill. 273. Ill. 274. Ill. 275. Ill. 276. Ill. 277. Ill. 278. Ill. 279. Ill. 280. Ill. 281. Ill. 282. Ill. 283. Ill. 284. Ill. 285. Ill. 286. Ill. 287. Ill. 288. Ill. 289. Ill. 290. Ill. 291. Ill. 292. Ill. 293. Ill. 294. Ill. 295. Ill. 296. Ill. 297. Ill. 298. Ill. 299. Ill. 300. Ill. 301. Ill. 302. Ill. 303. Ill. 304. Ill. 305. Ill. 306. Ill. 307. Ill. 308. Ill. 309. Ill. 310. Ill. 311. Ill. 312. Ill. 313. Ill. 314. Ill. 315. Ill. 316. Ill. 317. Ill. 318. Ill. 319. Ill. 320. Ill. 321. Ill. 322. Ill. 323. Ill. 324. Ill. 325. Ill. 326. Ill. 327. Ill. 328. Ill. 329. Ill. 330. Ill. 331. Ill. 332. Ill. 333. Ill. 334. Ill. 335. Ill. 336. Ill. 337. Ill. 338. Ill. 339. Ill. 340. Ill. 341. Ill. 342. Ill. 343. Ill. 344. Ill. 345. Ill. 346. Ill. 347. Ill. 348. Ill. 349. Ill. 350. Ill. 351. Ill. 352. Ill. 353. Ill. 354. Ill. 355. Ill. 356. Ill. 357. Ill. 358. Ill. 359. Ill. 360. Ill. 361. Ill. 362. Ill. 363. Ill. 364. Ill. 365. Ill. 366. Ill. 367. Ill. 368. Ill. 369. Ill. 370. Ill. 371. Ill. 372. Ill. 373. Ill. 374. Ill. 375. Ill. 376. Ill. 377. Ill. 378. Ill. 379. Ill. 380. Ill. 381. Ill. 382. Ill. 383. Ill. 384. Ill. 385. Ill. 386. Ill. 387. Ill. 388. Ill. 389. Ill. 390. Ill. 391. Ill. 392. Ill. 393. Ill. 394. Ill. 395. Ill. 396. Ill. 397. Ill. 398. Ill. 399. Ill. 400. Ill. 401. Ill. 402. Ill. 403. Ill. 404. Ill. 405. Ill. 406. Ill. 407. Ill. 408. Ill. 409. Ill. 410. Ill. 411. Ill. 412. Ill. 413. Ill. 414. Ill. 415. Ill. 416. Ill. 417. Ill. 418. Ill. 419. Ill. 420. Ill. 421. Ill. 422. Ill. 423. Ill. 424. Ill. 425. Ill. 426. Ill. 427. Ill. 428. Ill. 429. Ill. 430. Ill. 431. Ill. 432. Ill. 433. Ill. 434. Ill. 435. Ill. 436. Ill. 437. Ill. 438. Ill. 439. Ill. 440. Ill. 441. Ill. 442. Ill. 443. Ill. 444. Ill. 445. Ill. 446. Ill. 447. Ill. 448. Ill. 449. Ill. 450. Ill. 451. Ill. 452. Ill. 453. Ill. 454. Ill. 455. Ill. 456. Ill. 457. Ill. 458. Ill. 459. Ill. 460. Ill. 461. Ill. 462. Ill. 463. Ill. 464. Ill. 465. Ill. 466. Ill. 467. Ill. 468. Ill. 469. Ill. 470. Ill. 471. Ill. 472. Ill. 473. Ill. 474. Ill. 475. Ill. 476. Ill. 477. Ill. 478. Ill. 479. Ill. 480. Ill. 481. Ill. 482. Ill. 483. Ill. 484. Ill. 485. Ill. 486. Ill. 487. Ill. 488. Ill. 489. Ill. 490. Ill. 491. Ill. 492. Ill. 493. Ill. 494. Ill. 495. Ill. 496. Ill. 497. Ill. 498. Ill. 499. Ill. 500. Ill. 501. Ill. 502. Ill. 503. Ill. 504. Ill. 505. Ill. 506. Ill. 507. Ill. 508. Ill. 509. Ill. 510. Ill. 511. Ill. 512. Ill. 513. Ill. 514. Ill. 515. Ill. 516. Ill. 517. Ill. 518. Ill. 519. Ill. 520. Ill. 521. Ill. 522. Ill. 523. Ill. 524. Ill. 525. Ill. 526. Ill. 527. Ill. 528. Ill. 529. Ill. 530. Ill. 531. Ill. 532. Ill. 533. Ill. 534. Ill. 535. Ill. 536. Ill. 537. Ill. 538. Ill. 539. Ill. 540. Ill. 541. Ill. 542. Ill. 543. Ill. 544. Ill. 545. Ill. 546. Ill. 547. Ill. 548. Ill. 549. Ill. 550. Ill. 551. Ill. 552. Ill. 553. Ill. 554. Ill. 555. Ill. 556. Ill. 557. Ill. 558. Ill. 559. Ill. 560. Ill. 561. Ill. 562. Ill. 563. Ill. 564. Ill. 565. Ill. 566. Ill. 567. Ill. 568. Ill. 569. Ill. 570. Ill. 571. Ill. 572. Ill. 573. Ill. 574. Ill. 575. Ill. 576. Ill. 577. Ill. 578. Ill. 579. Ill. 580. Ill. 581. Ill. 582. Ill. 583. Ill. 584. Ill. 585. Ill. 586. Ill. 587. Ill. 588. Ill. 589. Ill. 590. Ill. 591. Ill. 592. Ill. 593. Ill. 594. Ill. 595. Ill. 596. Ill. 597. Ill. 598. Ill. 599. Ill. 600. Ill. 601. Ill. 602. Ill. 603. Ill. 604. Ill. 605. Ill. 606. Ill. 607. Ill. 608. Ill. 609. Ill. 610. Ill. 611. Ill. 612. Ill. 613. Ill. 614. Ill. 615. Ill. 616. Ill. 617. Ill. 618. Ill. 619. Ill. 620. Ill. 621. Ill. 622. Ill. 623. Ill. 624. Ill. 625. Ill. 626. Ill. 627. Ill. 628. Ill. 629. Ill. 630. Ill. 631. Ill. 632. Ill. 633. Ill. 634. Ill. 635. Ill. 636. Ill. 637. Ill. 638. Ill. 639. Ill. 640. Ill. 641. Ill. 642. Ill. 643. Ill. 644. Ill. 645. Ill. 646. Ill. 647. Ill. 648. Ill. 649. Ill. 650. Ill. 651. Ill. 652. Ill. 653. Ill. 654. Ill. 655. Ill. 656. Ill. 657. Ill. 658. Ill. 659. Ill. 660. Ill. 661. Ill. 662. Ill. 663. Ill. 664. Ill. 665. Ill. 666. Ill. 667. Ill. 668. Ill. 669. Ill. 670. Ill. 671. Ill. 672. Ill. 673. Ill. 674. Ill. 675. Ill. 676. Ill. 677. Ill. 678. Ill. 679. Ill. 680. Ill. 681. Ill. 682. Ill. 683. Ill. 684. Ill. 685. Ill. 686. Ill. 687. Ill. 688. Ill. 689. Ill. 690. Ill. 691. Ill. 692. Ill. 693. Ill. 694. Ill. 695. Ill. 696. Ill. 697. Ill. 698. Ill. 699. Ill. 700. Ill. 701. Ill. 702. Ill. 703. Ill. 704. Ill. 705. Ill. 706. Ill. 707. Ill. 708. Ill. 709. Ill. 710. Ill. 711. Ill. 712. Ill. 713. Ill. 714. Ill. 715. Ill. 716. Ill. 717. Ill. 718. Ill. 719. Ill. 720. Ill. 721. Ill. 722. Ill. 723. Ill. 724. Ill. 725. Ill. 726. Ill. 727. Ill. 728. Ill. 729. Ill. 730. Ill. 731. Ill. 732. Ill. 733. Ill. 734. Ill. 735. Ill. 736. Ill. 737. Ill. 738. Ill. 739. Ill. 740. Ill. 741. Ill. 742. Ill. 743. Ill. 744. Ill. 745. Ill. 746. Ill. 747. Ill. 748. Ill. 749. Ill. 750. Ill. 751. Ill. 752. Ill. 753. Ill. 754. Ill. 755. Ill. 756. Ill. 757. Ill. 758. Ill. 759. Ill. 760. Ill. 761. Ill. 762. Ill. 763. Ill. 764. Ill. 765. Ill. 766. Ill. 767. Ill. 768. Ill. 769. Ill. 770. Ill. 771. Ill. 772. Ill. 773. Ill. 774. Ill. 775. Ill. 776. Ill. 777. Ill. 778. Ill. 779. Ill. 780. Ill. 781. Ill. 782. Ill. 783. Ill. 784. Ill. 785. Ill. 786. Ill. 787. Ill. 788. Ill. 789. Ill. 790. Ill. 791. Ill. 792. Ill. 793. Ill. 794. Ill. 795. Ill. 796. Ill. 797. Ill. 798. Ill. 799. Ill. 800. Ill. 801. Ill. 802. Ill. 803. Ill. 804. Ill. 805. Ill. 806. Ill. 807. Ill. 808. Ill. 809. Ill. 810. Ill. 811. Ill. 812. Ill. 813. Ill. 814. Ill. 815. Ill. 816. Ill. 817. Ill. 818. Ill. 819. Ill. 820. Ill. 821. Ill. 822. Ill. 823. Ill. 824. Ill. 825. Ill. 826. Ill. 827. Ill. 828. Ill. 829. Ill. 830. Ill. 831. Ill. 832. Ill. 833. Ill. 834. Ill. 835. Ill. 836. Ill. 837. Ill. 838. Ill. 839. Ill. 840. Ill. 841. Ill. 842. Ill. 843. Ill. 844. Ill. 845. Ill. 846. Ill. 847. Ill. 848. Ill. 849. Ill. 850. Ill. 851. Ill. 852. Ill. 853. Ill. 854. Ill. 855. Ill. 856. Ill. 857. Ill. 858. Ill. 859. Ill. 860. Ill. 861. Ill. 862. Ill. 863. Ill. 864. Ill. 865. Ill. 866. Ill. 867. Ill. 868. Ill. 869. Ill. 870. Ill. 871. Ill. 872. Ill. 873. Ill. 874. Ill. 875. Ill. 876. Ill. 877. Ill. 878. Ill. 879. Ill. 880. Ill. 881. Ill. 882. Ill. 883. Ill. 884. Ill. 885. Ill. 886. Ill. 887. Ill. 888. Ill. 889. Ill. 890. Ill. 891. Ill. 892. Ill. 893. Ill. 894. Ill. 895. Ill. 896. Ill. 897. Ill. 898. Ill. 899. Ill. 900. Ill. 901. Ill. 902. Ill. 903. Ill. 904. Ill. 905. Ill. 906. Ill. 907. Ill. 908. Ill. 909. Ill. 910. Ill. 911. Ill. 912. Ill. 913. Ill. 914. Ill. 915. Ill. 916. Ill. 917. Ill. 918. Ill. 919. Ill. 920. Ill. 921. Ill. 922. Ill. 923. Ill. 924. Ill. 925. Ill. 926. Ill. 927. Ill. 928. Ill. 929. Ill. 930. Ill. 931. Ill. 932. Ill. 933. Ill. 934. Ill. 935. Ill. 936. Ill. 937. Ill. 938. Ill. 939. Ill. 940. Ill. 941. Ill. 942. Ill. 943. Ill. 944. Ill. 945. Ill. 946. Ill. 947. Ill. 948. Ill. 949. Ill. 950. Ill. 951. Ill. 952. Ill. 953. Ill. 954. Ill. 955. Ill. 956. Ill. 957. Ill. 958. Ill. 959. Ill. 960. Ill. 961. Ill. 962. Ill. 963. Ill. 964. Ill. 965. Ill. 966. Ill. 967. Ill. 968. Ill. 969. Ill. 970. Ill. 971. Ill. 972. Ill. 973. Ill. 974. Ill. 975. Ill. 976. Ill. 977. Ill. 978. Ill. 979. Ill. 980. Ill. 981. Ill. 982. Ill. 983. Ill. 984. Ill. 985. Ill. 986. Ill. 987. Ill. 988. Ill. 989. Ill. 990. Ill. 991. Ill. 992. Ill. 993. Ill. 994. Ill. 995. Ill. 996. Ill. 997. Ill. 998. Ill. 999. Ill. 1000. Ill.

M. D. XXIII. rum & impostura rum eos conuinceret, extructo rogo viuum se in medio foro comburi petebat. Si verò illi succumberent, nihil ab eis nisi emendationem postulabat. Cùm autem nemo illorum constituta die ad publicam collationem prodiret; vulgus promiscuum, subito impetu, in Templum parochiale & cætera irruens, aras & imagines & statuas omnes euerterunt. Etsi autem de hac importunitate & violentia monachi & sacerdotes apud Georgium Pomeraniæ Ducem, & episcopum Caminensem grauissimè querebantur: & turbulentis D. Amandi concionibus vehementer Princeps indignatus, ad extirpandam Lutheri hæresin & seditiosorum motuum autores puniendos, ipse Stolpam se accedere profitebatur: tamen cùm D. Amandus, qui fax tumultuum fuerat, discessisset, & princeps vrbem ingressus statim febri languere cœpisset: nihil aduersus Senatum aut ciues asperiùs egit, sed cùm ciuitatem iam pacatam ac tranquillam, omnia subiectissimæ obedientiæ ciuilis officia sibi deferre intellexisset, statim discessit. Postea Dantisco Stolpam, Iacobus Hogenseius, vir moderatus, pius, doctus ac eloquens venit; qui pastor à senatu constitutus, totos 48. annos, ecclesias in vrbe & tota vicinia tranquillas, & luce veræ doctrinæ, disciplinæ, sanctitate, rituum grauitate, & populi in ornando ministerio frequentia florentes & concordes, voce doctrinæ, consilijs, & pietatis veræ exemplo rexit. cui placidè defuncto, gener M. Dauid Crolleus, principis & senatus autoritate succedens, formam doctrinæ & rituum, totiusq; gubernationis ecclesiasticæ, à socero acceptam, fideliter ac feliciter huc vsque tuetur ac propagat. Ciuitatis Stolpensis ea in principes suos obseruantia & fides fuit, vt à Magistro & fratribus ordinis Teutonici, quibus pro ingenti summa auri, ditio Stolpensis oppignorata erat, proprio ære & facultatibus se redemerit, & principibus Pomeraniæ, Bogislao, Barnimo & VVartislao fratribus, VVartislai filijs, circa A. C. 1340. se rursum adiunxerit. Sic in vrbibus Pomeraniæ præcipuis, & reliqua ditione, conniuentibus principibus, sine periculo deinceps doctrina Euangelij, ab ijs qui vellent recepta & propagata est.

In BORVSSIA orientali, Albertus, marchio Brand. ordinis Magister, post comitiorum Noribergensium exitum, consilia emendandæ Religionis pontificiæ, & instituendæ purioris doctrinæ, cuius ab Andrea Osiandro, qui Noribergæ tum publicè docere cœperat, semina imbibit, primùm suscepit, & per Georgium à Polentia, episcopum Sambiensem, ipse ex Borussia absens, pertexuit. Itaq; ex Academia VVitebergensi, Doctorem pium, grauem, eruditum, & moderatum, Ioannem Briſmannum, Cotbusij in Lusatia natum, Lutheri familiarem & amicum, euocat, qui exeunte anno Regium montem appulit, & inter varias ac multiplices commendatorum ordinis, sacerdotum, & aliorum, Pontificias persuasiones pertinaciter retinentium, aduersationes & insidias, magno & constanti animo, & pietate, ac prudentia singulari, emendationem ecclesiarum paulatim prouexit: donec accedente publica principis autoritate, & ordinum cæterorum approbatione, Forma Doctrinæ & rituum certa & æquabilis, vbique in illius partis Borussiæ ecclesijs constituta est. Huius laboris socios & collegas fideles & præclaros habuit PAULUM SPERATUM, & Ioannem POLIANDRUM. Qui tres εἰκοστὰ seu conditores & Lumina ecclesiæ Prutenicæ, ab erroribus & idolis Pontificijs repurgatæ, præcipua, coniunctis animis & consilijs, summa cum pietatis, constantiæ, moderationis, & prudentiæ laude, annos amplius viginti, ecclesias illas, puritate doctrinæ & disciplinæ sanctitate & docentium concordia florentes & tranquillas rexerunt & conseruarunt.

1523.

Paulus Speratus, ex nobili Sprettorum familia Sueuica oriundus: Lutetiæ & in Italicis Academijs diu versatus, & singulari zelo domus Dei accensus, vindicandæ concionibus sacris veræ agnitioni & inuocationi Dei & cultibus Deo gratis, se totum dedidit, & Augustæ, Herbipoli, Saltzburgæ & Viennæ, constanter & intrepidè taxatis abusibus, tandem Iglauiæ in Morauia aliquantisper substitit. vnde episcopus Olmucensis ad causam dicendam euocatum in carcerem tetrum condidit. ex quo diuinitus elapsus, VVitebergam ad Lutherum peruenit. à quo statim in Borussiam missus, & principi ac Briſmanno commendatus, post paucos annos, Pomezanensi ecclesiæ vacanti à principe episcopus præfectus est. Excelluit autem ingenio & eloquentia ad-

1522.
1523.
1524.

M. D. XXIII.

indefatigabili, & perpetuus ac constans Augustanæ confessionis aduersus Anabaptistas & Sacramentorum prophanatores, defensor & propugnator fuit. ac nominatim Eccium quendam & Zankerum, qui initio emendationis ecclesiarum irrepserant, & plos etiam ex proceribus seduxerant, Rasteburgi colloquio instituto refutauit. Piessac doctrinæ Theologicæ, non vulgaris aut hypocriticæ, sed spiritualis & sublimis, & naturæ musicæ ac poëticæ, indices sunt Odæ sacræ, ab ipso compositæ, quibus tantam doctrinæ euangelij complexus est, **Es ist das Heil vns komen her. In Gott gnüg ich. Hilff Gott / wie ist der Menschen not/ etc.** Talibus Poëmatis sacris pangendis, cum Speratо velut certabat, alter Borussiæ Orpheus, Ioannes Poliander, cuius olim sunt, **Nu lob mein Seel den HERREN. Frölich wollen wir singen/ etc.** Hic ipse post Speratum proximo in Borussiam primùm appulit, & tum in ecclesiæ gubernatione, coniunctissimis studijs & officijs Speratum & cæteros collegas adiuuit: tum ipse in schola docens, plerosque veteris & noui Testamenti libros interpretatus est, vsque ad annum 1540. quo παραλυτικὸς aliquot menses decubuit. donec tandem ad cœlestis ecclesiæ consuetudinem emigrauit. Hunc sexennio post Brismannus secutus est. Speratus autem paulò longius producto vitæ spacio, in ipsa Osiandricæ tragœdiæ spirali, doloribus, curis, laboribus fractus, ex statione huius vitæ euocatus est. Hæc de tribus primis Ducatus Borussiæ euangelistis breuiter hoc loco annotare volui.

LIVONICAE verò ciuitates, Riga, Derbatum & Reualia, iam superiore anno, Pontificiæ religionis ritus mutare cœperant: autore emendationis ecclesiæ Rigensis primò, ANDREA CNOPHIO Custrinense. quem, Treptouiæ in Pomerania, Ioannis Bugenhagij scholæ Rectoris collegam, & persecutione Mandvveliana inde profugum, Rigam venisse, & mox ad ministerium ecclesiæ D. Petri vocatum, modestè initio doctrinam de Iustificatione Peccatoris gratuita, per & propter solum Christum pro nobis passum & resuscitatum, auditoribus inculcasse, & abusibus cum hac doctrina pugnantibus grauiter taxatis, ritus tamen ipsos nondum mutasse, paulò antè commemorauimus. Accessit autem sequenti anno collega turbulentior, Sylvester Tegetmerus, qui Rostochio, vbi ecclesiæ D. Iacobi minister fuit, nuper effugerat, & aliorum hæreditatis fraternæ causa Rigam profectus, exeunte anno 1522. in æde D. Petri docere cœpit, & maiori impetu, pontificiorum superstitiones & Idola palàm carpsit ac detexit: adeò, vt vulgo abominationi esse cœperint, & paulò post, statuas omnes ex templis ejicerent, & lapides sepulchris impositos remouerent. vt solent in primis mutationum articulis multa inconsideratius & turbulentius geri. Quare Lutherus, ad Rigenses scribens, grauissimè monet, Religionem veram & pietatem Christianam, in Fide, rectè Deum agnoscente, & propter vnicum seruatorem N. I. C. non propter vlla externa opera aut merita propria, se Deo placere, & æternam salutem consequi statuente: in Caritate seu officijs dilectionis erga proximum à Deo mandatis: in Spe salutis non succumbente cruci & afflictionibus, fidei confessionem comitantibus: non in externorum rituum humanorum obseruatione aut abolitione, quæ libera sit extra casum scandali, & ædificationi veræ pietatis seruire debeat, sitam esse. Rigensibus etiam ministris, de ritibus Liturgiæ inter se disceptantibus, biennio post, aliam epistolam mittit, in qua de externorum rituum libertate & vsu Ceremoniarum vero, prudentissimè docet. Cùm verò licentius & tumultuosius mutationes illæ Religionis prætextu, Rigæ initio susciperentur: Pontificij tres monachos ad Papam & Cæsaris in Imperio Germanico vicem gerentes principes, de his iniurijs conquestum emiserunt. Interea domi, Senatus Rigensis, ne quid seditiosè aduersus summum magistratum agere viderentur, Archiepiscopum Casparum, ceu summum ecclesiæ suarum pastorem, subiectissimè rogant, vt propter Dei gloriam, & tot animarum salutem, & instantem necessitatem, pios & sinceros verbi Dei doctores, ecclesijs illis præficiat, ne, si officio suo archiep. desit, ciuitas ipsa imminenti malo medicinam aliunde adhibere cogatur. Cùm autem hæ preces aliquoties repetitæ, cum risu & ludibrio in aula exciperentur: communi ciuitatis consensu & approbatione, sinceri doctores per Magistratum vocati sunt. Cum q; indignum iudicarent, Templa veræ religioni dedicata, tetris nondinationibus & Idolomanijs prophanari: Canonicos

M. D. XXIII. summi templi, & monachos ac virgines in cœnobijs, hortantur, vt impijs missarū sacrificijs & Idolatricis sanctorum cultibus, & alijs abusibus omissis, eandem secū Euangelij doctrinam amplecterentur. aut, si inueteratos abusus intermittere nolit clausis collegiorum suorum foribus, celebrare iubent. Liberam etiam discedendi qui velint, facultatem concedunt. Dum hæc geruntur, Rigenses, per indicium rum, apud quos id monachi iactitauerant, cognoscunt, legatos monachos in redi esse, & mandatum à Philippo marchione Badensi, Imperatoris Caroli V. in Hispan absentis vicario, de restitutione in integrum, ac, si non parerent, proscriptionem R genſium adferre, qua bona eorum prædæ cederent, quacunq; ratione occupanti, debitores eorum à solutione crediti & venditi absoluerentur, nisi mox illi ad Rom næ ecclesiæ obedientiam redirent: & profligatis hæreticis, in pristinum statum mnia reducerent. Cùm autem nauis, qua in reditu vehebantur legati, vento Coro bitò procellam ciente, & infra arcem anchoram iacere non sinente, ad stationem v nauium & portas Rigæ, propulsa fuisset: confestim monachos duos (tertius enim ostio Dunæ naui excesserat) ex latebris nauis extractos, in carcerem conijciunt, qu rum alter Burchardus VValdis post paucas septimanas è custodia liber dimissus est quod delicti veniam peteret, & religionem pontificiam vnà cum cuculla abijcer alter verò vltra annum carcere detentus. Domesticus autem commendator (vt vo runt) Rigensis arcis præfectus, Hermannus Hoyte, flagellum ingens nodosum in c legium mercatorum misit, ac monuit, vt illo monachos & sacrificos vrbè (si salu eam vellent) expellerent. Monachi itaq; sibi metuentes, vel potius archiepiscopum magistrum ordinis Teutonici in vltionem eò validius extimulaturi, ipso Parasceu magnæ die, vexillis erectis, minas spirantes, simul omnes vrbe egrediuntur. Extat a tem hodie typis expressa senatus Rigensis responsio, opposita falsæ Monachorum a cusationi, ad PHILIPPUM, marchionem Badensem & collegas, Cæsaris locum tene tes, qua suæ fidei summam & discessus monachorum rationem exponunt.

Hæc epitasis certaminum & turbarum, ex mutatione religionis Rigæ ortar in annum Christi 1523. incidit. Quibus sedandis imparem se Archiepiscopus Casp rus cernens, Ioannem Blankenfeldium, Episcopum Reualiensem & Derbatensem, i genio, rerum vsu, experientia, industria, eloquentia, doctrina, (aliquot enim annos Academia Francofordiensi Iuris Professor, & in Pontificis, Cæsaris, aliorumq; regum & principum aulis notus erat) præstantem, & insigni Pontificiæ religionis zelo arden tem, coadiutorem sibi ac successorem adsciscit. Qua electione Rigensibus significat assentiri se ostendunt, si religionis emendatæ, & priuilegiorum omnium confirmatio nem, literis & sigillis electi Coadiutoris & senis archiep. & totius diœceseos robor tam prius accipiant. Sed has conditiones Blankefeldius repudiauit, vt sequenti anni prolixius exponam.

Cùm autem ἀρχὴν emendationem doctrinæ & cultuum Rigæ, ANDREAM CAR phium, inchoasse dixerim: addo, eum non præconem solùm doctrinæ fidelem, viu voce propagandæ, fuisse: verùm etiam carmina sacra & odas spiritu ac vita plenas, & sententijs, verbis ac rythmis, venustas & graues, adiunctis numeris ac modis Musici in animos & mentes audientium penetrantibus composuisse, quas in harum regio num ecclesijs vsurpari assiduè audimus: **Was kan vns kommen an für not / So vn der HErre weidet. Von allen Menschen abgewandt / zu dir mein Seel erhaben. HEr Christ der einig Gottes Sohn / etc.** Psalmos enim Dauidis aliquot 1. 3. 23. 25. 33. 11 125. 133. 146. Germanico carmine reddidit, & summam doctrinæ de Iustitia fidei fructibus illius, & consolationem in cruce breuem ac neruosam, oda, **Hilff vns in no nem Namen** / complexus est.

Prima verò noticiæ Christi semina, & ecclesiarum Liuoniæ Christianarum fu damenta, à MAINARDO quodam Segebergensi monacho & sacerdote, à Bremensibu 1190. mercatoribus in Liuoniam ducto, iacta sunt. Is episcopus Liuoniæ primus, ab Al xandro III. constitutus, sedem ad Dunam fl. collocauit, eo in loco, vbi successor illiu Bertholdus, vrbis RIGÆ initium fecit, præcipuè autem propagare religionem & di tionem Christianam in Liuonia tertius episcopus ALBERTUS Bremensis cœpit, qui a

Inno

Innocentio III. PP. confirmatus, Fratrum ordinem, gladio & ſtella rubea in candido pallio inſignitum, autoritate PP. inſtitutum, præfecto Magiſtro Vinnone ſibi adiunxit, cuius ope, Kokenhuſium ad Dunam, archiepiſcopi poſteà Rigenſis arcem præcipuam; deinde VVendam, Aſceradum, Segevvoldum occupauit: vrbem Rigam muro cinxit; & templum in ea Cathedrale primùm exorſus eſt. Item duo collegia Eccleſiaſtica, alterum Leale, cuius epiſcopi cathedra Habſaliæ, vnde Arensburgum in Oſilia translata eſt: alterum Vggenuſſæ, cuius ſedem, Derbatenſi arce Ruſſica ab Alberto & Volquino, qui Vinnoni ſucceſſerat, vi expugnata, Hermannus I epiſcopus, Derbatum conſtituit: qui vrbis Derbati & cœnobij Falkena primus conditor extitit. Volquino à Lithuanis cæſo, Hermannus Falko magiſter, Prutenico ordini coniunctus ſucceſſit: à quo Pleſcouia Ruſſiæ vrbs capta, ſed anno 1244. iterum amiſſa eſt. Alberto Rigæ epiſcopũ ſecutus eſt Nicolaus, hunc Albertus archiepiſcopus Rigæ primus & ceteri, quos libro primo recenſuimus, ſecuti ſunt. ex quibus 21mus fuit Caſpar Linde, cuius extremis temporibus Religionis mutatio Rigæ & in reliquis Liuoniæ vrbibus inchoata eſt, Cùm autem SERIES hæc PRIMORVM LIVONIAE Episcoporum & Archiepiſcoporum Rigenſium, in Liuoniæ arce Ronneburga, vetuſtis & viuis imaginibus expreſſorum, additis Epigrammatis cognitione non indignis eſſet; ne prorſus memoria eorum periret, Appendici huius CHRONICI eam, inter alia ſcripta, inſerendam curabo.

M. D. XXIII. 1200. 1230.

Nunc ad Chronicon anni 1523. redeo, cuius prima die,

SVb DIt ſe GetICo RhoDos ante InfraCtatIranno,
ChrIſte, ah nataLIs LVCe orIente tVI.

In Saxonia, Hildeſienſe bellum, anno quarto, poſtquam inchoatum erat, Quedlinburgi tandem, Alberti Moguntini & Georgij Saxoniæ ducis interceſſione, compoſitum eſt. VVilelmum verò, ducem Brunſuic. Henrici fratrem, vix dum ex Hildeſienſi cuſtodia liberatum, noua calamitas excepit. Cùm enim à fratre, partem hæreditatis & ditionis à patre relictæ & nuper bello auctæ peteret: frater eum denuò capiũ, duodecim annos & duos menſes in cuſtodia tenuit. donec tandem, libertatis recuperandæ deſiderio, omni ſuo iuri ſucceſſionis, in bonis feudalibus & alijs, pro ſe & hæredibus renunciaret. vt infra exponemus. 1535.

Dum autem in Saxonia, duces Brunſuicenſes, latæ à Carolo V. proſcriptionis aduerſus Ioannem epiſcopum Hildeſienſem, executores, tota ferè diœceſi occupata, metropolin Hildeſiam menſe Iunio & Iulio obſiderent: ad Rhenum & Moſellam, Franciſcus à Siccingen tumultuans, Treuerim oppugnauit. Bellum enim indixerat Treuerenſi archiepiſcopo, Richardo, quem in odio Cæſaris Caroli eſſe ſciebat, quòd in comitijs electionis noui Imperatoris, Richardus, Franciſco Galliæ Regi ſuffragium dederat, & ne Carolus crearetur, obnixè contenderat. Franciſcus autem cùm poſt VVormatienſe bellum, à Camera proſcriptus, ſed à Maximil. primo Imp. ob virtutem & fortitudinem Heroicam, ex plenitudine poteſtatis abſolutus eſſet: Intimus Maximiliani conſiliarius, & militum præfectus ſupremus, etiam apud nepotem Carolum fuit. Conniuente igitur Carolo, arma Richardo, cum quo alioquin ſimultates ei plures intercedebant, alio planè prætextu infert. Vidi enim exemplum literarum, quibus bellum archiepiſcopo Franciſcus denunciat, quod duos ſubditos archiepiſcopus, ne Iudæo promiſſum ſoluerent, pro quibus, rogatu illorum, fidem Franciſcus interpoſuiſſet, vi prohiberet. Cùm autem à mœnibus vrbis Treuirorum, virtute ciuium & auxilijs Palatini depulſus eſſet Franciſcus: deſtructo D. Maximini monaſterio antiquiſſimo, mœnibus vicino, in quo hoſpitium ſuum habuerat, & vaſtatis paſſim Treuirenſis Epiſcopi agris, domum redijt. 1522. 1513. 1514. 1515.

Erat tum temporis Paſtor eccleſiæ in oppido Franciſci Nanſtal, Martinus Bucerus Seleſtadienſis, qui cum à puero in ſodalitijs Dominicanorum Seleſtadij, Heidelbergæ & Moguntiæ vixiſſet: tandem agnitis vitæ monaſticæ ſuperſtitionibus, eã deſerta, ad Franciſcum Siccingium ſe contulit, eo tempore, quo Lutherus VVormatiæ co-

1521.

M. D. XXIII. 1522. tiæ coram Cæsare Carolo causam dicebat. Franciscus, Friderico Palatino, præfidi se-natus Imperij, eum commendauit, cuius Ecclesiastes aulicùs integrum annum fuit, donec vacante Parœcia Nanstallensi, à Francisco reuocatus est. Cùm autem in-ter tumultus belli, quod cum Treuirensi gerebatur, assiduos, viuere Bucerus, & studijs tranquillè vacare non posset: veniam aliquantisper VVitebergam secedendi, donec pax restituta esset, à Siccingio impetrauit. Sed à vicino pastore VVissenburgensi ad Rhenum inuitatus, dimidium ibi annum subsistens, ad D. Ioannem prædicauit. Do-

1523. incunte. nec à vicario Spirensi, cum pastore suo Henrico Motherero, pulsus, Argentinam se contulit. vbi Matthæus Cellius, & alij, iam semina doctrinæ purioris, conniuente Si-gismundo comite Hoënloensi collegij Decano, spargere cœperant. ad quos, cùm Bucerus, VVolffgangus Capito, & alij Symmystæ, ingenio, doctrinâ & eloquentiâ præstantes, & zelo singulari feruentes, accederent: purior Euangelij doctrina in ea vrbe latè propagata & confirmata est. Hi fundamenta & causas susceptæ à se muta-tionis rituum Missæ seu cœnæ Domini, Baptismi, dierum festorum, imaginum, cau-tionum, in publicis ecclesiæ congressibus, ex sacris literis edito libro, quem Friderico Palatino dicarunt, exeunte anno 1524. exposuerunt. cui subscribunt VVolffgangus Capito, Caspar Hedio, Matthæus Zell, Symphorianus Pollio, Theobaldus Niger, Io-annes Latomus, Antonius Firn. Martinus Hag. Martinus Bucerus.

Sed ad Francisci Siccingij historiam redeo. contra quem archiepiscopus Tre-uirensis, facto cum Palatino Ludoico & Hesso fœdere, summa ope bellum tota hyeme instaurat. Multa molitur interea & Franciscus, magnâ vbiq; expectatione de se con-citatâ, Apparebatq; si illi res succederet, oppressurum esse principes aliquot prophanos vnà cum episcopis. Erant vtriq; in magna tum inuidia. & quia de dignitate sua & fortunis agi credebant episcopi, passim bonos viros, Lutheri nomen probantes persequebantur. Horum furori & prophani principes inseruiebant, qui partim tran-quillitatis studio, nouum genus doctrinæ oderant, partim intelligebant, se quoq; per-turos esse, vbi episcopi cecidissent. Et cùm iam diu in Germania, opulentissimos epi-scopatus, & ecclesiasticas dignitates, suis principes cognatis tradere soliti essent: tan-tumque de priuato commodo ageretur, episcopos tutandos iudicarunt. Ita fiebat, vt capitale esset in vniuersa penè Germania paulò liberius aliquid de humanis traditio-nibus monuisse. At vulgò æquior videri volebat Franciscus Lutherano dogmati, & præ se ferebat, facturum se copiam bonis viris liberè docendi Euangelij. Accessit huc etiam, quod nouis subinde oneribus prophani principes populum premebant, & Pa-latinus vectigal instituerat pendi ab Imperialibus vrbibus ad Rhenum, quæ res vix to-lerabilis visa est. & ex nobilitate multi inquieti & obærati, cùm sua prodegissent luxu, qui immodicus seculis iam aliquot in Germania fuit, nihil aliud quàm seditionem malebant. Hanc occasionem oportunam ratus Franciscus rerum nouarum, bonam spem conceperat rei benè gerendæ. multi ciues Brutum quendam in Germani exortum credebant, qui à principum & episcoporum tyrannide diu iam oppressos re-ciperet ac vindicaret. Quando enim hoc non fuit, vt præsentis imperij vulgus pœni-teret? & negari non potuit, quin nimium sibi iam diu principes & episcopi permisis-sent: quæ tamen, vt sunt, seditione tolerabiliora bonis viris videbantur. Est igitur pa-ratum bellum vtrinque tota hyeme. Pagos quosdam cremauit Treuiro Franciscus

1523. multi equites vtrinque capti, in his & Franciscí filius. At post Pascha, Hessus, Palati-nus, & Treuir, exercitibus conscriptis, obsidere Franciscí arces cœperunt, priusquam ille vires suas augeret. Nam hactenus frustrà expectarat Franciscus eos, qui se polli-citi erant aduersus quosuis illi opem laturos esse: siue quòd essent à principibus inter-clusi, quò minùs ad illum integer pateret aditus: siue quòd, cùm pacem tantis princi-pibus cum Francisco fore non putarent, res suas, quàm fidem integram esse malue-runt. Neque vix vnquam bona fide seditiosi inter se cohærent. aiebant ita comparatas esse belli conditiones, vt, vbi primùm principes ex ditionibus suis mouissent, multis si-mul locis, & in Hessiam, & in Palatinum ac Treuericum agrum fierent incursiones. Se fefellerunt Franciscum omnia. Landstall obsessa est, postquam compertum est, eum il-luc se recepisse. Nam in eius capite rerum omnium cardo versabatur. Estque intra

pacò dies magna vi bombardarum disiecta. vbi cùm fortè trabe quadam ictus Franciscus graue vulnus accepisset, iussit dedi arcem. Ipse Franciscus intra biduum extinctus est. Is Franciscì finis erat. Magnus omninò vir erat,& in quo nihil desideres omnium Heroicarum virtutum. Hoc bello,nomini suo notam inussit,quod auctor acerrimæ seditionis futurus fuisse videbatur,si cœptis cætera respondissent. Quanquam multis persuasissimum fuit, Franciscum bono consilio rem suscepisse,studioque mundæ reipub. non ambitione aliqua. Sed nesciebat pium bellum hac ratione geri non posse,& priusquam moueret in agrum Treuirensem,cùm iam de bello suscipiendo rumor sparsus esset, Lutherus, Cronbergum Francisci generum, monuit per literas,vt à bello Franciscum dehortaretur.non probari Deo hoc genus bellorum,quam ipse rem piam se moliri sentiret. Monuit idem VVitebergæ, cùm eò consulturus de re veniisset Nicolaus à Minkvvitz. Sed ab instituto reuocari non potuit Franciscus, cùm bono studio se inflammatum esse putaret, adeoque fore, vt exitus votis respoderet. Sed vel hic casus docere queat, quòd non sit temerè humanis consilijs, quanquam in speciem sanctissimis, fidendum: neque quicquam contra vocationem, extra verbum Dei, suscipiendum esse.

M. D. XXIII. 1 Maij anno ætatis 42.

Tom. VI. fol.363.368.

Cùm autem vir præstans & Heroicus hic Franciscus fuerit, & militiæ ac togæ tribus excellens, & in Nobilitate Germanica, inter primos, sincerioris doctrinæ, eiusq; professorum patrocinium susceperit, & filios ac nepotes non degeneres reliquerit: partem Genealogiæ SICCINGIORUM, qui sedem familiæ antiquissimam in Graichgæa, tribus à Menzinga passuum millibus dissitam, tenent, adscribam.

SVVEICARDVS à Siccingen, Palatini Ruperti IMP. Magister Curiæ, circa annum Christi 1400. Graichgææ arcem Siccingam incoluit.

REINHARDVS.

Svveicard, ducta Margarita hærede arcis Hoenburg & Nanstein,ad Vogesum sedem transtulit, circa A. C. 1490. Magister Curiæ Palatini Philippi, cuius exercitum ducens in bello Turico Landshuti ⊕ 1504.	Reinhardus episcopus VVormatiensis.

FRANCISCVS, Caroli V. Consiliarius,& militiæ præfectus. Lutheri, Hutteni, Bucerì, Oecolampadij patronus, ⊕ 1523. die 2 Maij. Vxor Hedvvigis à Flersheim, 1515.

Svveicard,	Ioannes,	Franciscus Conradus ab anno 1530. aulæ ac expeditionum Caroli V. comes. Deinde Friderici Palatini Vicarius in Amberg, vbi coniunx Lucia ab Andlo ⊕ 28. Aprilis, 1547. Postea Maximiliani II. Consiliarius, autoritate, prudentia, opibus, & filiorum flore clarus.

Georg. VVilhelm.	Franciscus,	Io. Svveicard.	Fridericus,	REINHARDVS, Cameræ Imp. Assessor.

In idem ferè tempus, CHRISTIERNI DANIAE REGIS TRAGOEDIA incidit. qui,cùm Sueci ab eo defeciissent,& Lubecenses ac fœderatæ ciuitates, bellum apertum, ob multipliciter violata ipsorum priuilegia,& naues hostiliter captas, cum eo gererent; & præcipuorum in Daniæ regno procerum voluntates 1522.
ideò sibi se exacerbatas videret; cum Friderico Holsatiæ duce patruo,quem multis de causis animo à se alieniore sciebat: tandem redire in gratiam,& concordiam redintegrare instituit. Quare Bordesholmæ cœnobio ad Eydori fl. fontes, intercedentibus, Iachimo electore Brandeburgensi, regis sororio, & vxoris Friderici fratre: & Alberto Megapolitano: & Henrico episcopo Raceburgensi: mense Augusto transactum est. vt Daniæ regis priuilegium,de feudo Ducatus Holsatiæ à se petendo,quod Carolus Imp. ipsi contulerat, cassum & inane sit; & bello Dani cum Lubecensibus durante,Holsatis quiescere,& pacem cum eis colere liceat. Vndecim millia marcarũ, loannis nomine à Friderico soluta, Christiernus certa die resoluat. In prælatos & nobilitatem ducatus Slesvvicensis, non solus rex, sed vtriq; pariter, iurisdictionem exercent.

M. D. XXIII. ceant. Quatuor verò articulos, de iure ducis Holsatiæ in regno Norwegiæ hæreditario; de rationibus tutelæ Friderici, à patre regis, Iohanne, administratæ, reddendis de 1000000. fl. debito regis Iohannis, à Friderici minorennis subditis persoluto & de hæreditate ipsi vt filio regis, ex regno debita; arbitrio Ioachimi Brandeb. Henrici & Alberti Megapol. Bogislai Pomerani, & Henrici Razeburgensis permittunt ac quod illi pronunciauerint, se ratum habituros compromittunt. Hæc etsi tum inter partes conuenerunt: tamen, cum bello Suecico & ciuitatum maritimarum, re Christiernus vrgeretur: & pecuniam debitam constituta die Friderico non soluisse & episcopi ac proceres regni Daniæ à rege, peregrinos milites, absque suo consilio in regnum magna copia induci, ad sui oppressionem & perniciem iudicarent; & ali

2. Febr. 1523. grauissimis causis, quas publico scripto expositas ediderunt, indies magis magisque exacerbati, per Iutiæ proceres, Holsatiæ viciniores, à Friderico Holsatiæ duce auxilium & defensionem peterent, & regnum ad eum deferrent: tota illa transactio irrita fuit. Statim enim proximè secutis mensibus, Fridericus, cum Iutiæ proceribus, se aduersus regem coniunxit, & filio Christiano, Hamburgam misso, equitum & peditum auxilia more maiorum petijt. Lubecenses etiam, toto belli tempore, bis mille pedites & ducentos equites ipsi aluerunt: quarum Ioannes comes Hoiensis, Iodoci filius Alberti & Erici patruus, ductor erat. cùm frater Ericus, apud Daniæ regem militaret ac Lubecensium classis ea æstate insulam Bornholm cum arce occupauit.

Fridericus denunciato regi per literas bello, statim in Iutiam exercitum duxit in quo, legatus ipsius, & consiliorum ac rerum gerendarum omnium præcipuus moderator, Ioannes Ranzouius, eques Holsatus, Henrici filius, fuit. vbi ab episcopis & proceribus cupidè Fridericus receptus est: præstito illi VViburgæ sub dio fidelitati iuramento. Christiernus, intellecta patrui, quem reconciliatum sibi existimabat, in Iutiam expeditione hostili: & hunc, à proceribus, fide sibi renunciata, Regem nominatum esse accipiens; cùm vndiquaque ab externis hostibus & proprijs subditis rebellibus oppugnaretur; diffisus suis rebus, & nihil fidum vspiam à suis expectans, in eas animi angustias redactus est, vt nullo defensionis conatu susceptо, ineunte ve

23. Aprilis. anni vigesimi tertij imposita in naues gaza regia, cum coniuge & liberis in Germaniam enauigarit. vbi postea apud sororium electorem Brandeburgensem primùm deinde apud auunculum Fridericum Saxoniæ electorem, VViteбergæ exulauit. tandem reditu in Daniam ferè desperato in Belgicum concessit. ac fidissimam exilii comitem, coniugem Elisabetham, Caroli V. sororem, habuit, quæ cùm ab omnibus Daniæ ordinibus, obedientiam ipsi tanquam Reginæ deferentibus, in regnum reuocaretur, maluit marito exilij socia esse, quàm sine marito regnare.

Fridericus rex electus, ex Iutia Coldingam regressus, Fyoniam sine vlla dimicatione obtinuit. cùm Ericus comes ab Hoya (Iodoci filius, Ioannis, quem Lubecensibus eodem tempore militasse diximus, frater) qui Fyoniam cum præsidio tenebat, cognita regis fuga, sponte, saluo passu à Friderico impetrato, cum suis discederet. Fridericus accepto Othoniæ ab insulanis iuramento, postridiè Trinitatis cum exercitu fretum Balthicum traiecit. vbi nullo hoste viso, & omnibus etiam Selandiæ incolis, sola metropoli Hafnia excepta, se dedentibus, Hafniam terra marique concluſam obsedit. Durante autem obsessione, Christiernus, collectis in Germania, electorum & principum affinium auxilio, copijs, recuperare desertum à se regnum nitebatur. ac Ioachimus marchio elector, cum equitatu iam Perlebergam vsq; ad extremos ditionis suæ fines processerat. Vbi cùm Christiernus aliquot dies expectatus non apparêret, nec pecuniam promissam equitibus mitteret, progredi exercitus noluit, & DEO mirabiliter hostiles copias à FRIDERICO auertente, eumq; protegente, dissipatus est. Postea Hafnienses se Friderico ineunte anno dediderunt, quibus Magnum Gye Fridericus præfecit. Ipse vrbem nondum ingressus est. Sed ad comitia regni generalia proceres re

1524. Die trium Regum. gni Hafniam ad diem Ioannis Baptistæ conuocauit. Qui, excluso ob tyrannidem & perfidiam in Suecos & Danos nobiles perpetratam, Christierno: FRIDERICUM Regem, nobilitatis priuilegia, certis articulis inclusa confirmantem, vnanimi consensu elegerunt, & die 7. Augusti coronarunt.

Duran

Durante adhuc bello, scriptum nomine ordinum Regni Daniæ omnium publicè M. D. XXIII.
editum est, in quo causas exponunt, cur renunciata Christierno regi obedientia & fide, certis conditionibus, ab ipso violatis, iurata: Fridericum Regem elegerint. Id scriptum typis aliquoties expressum, quia non solùm de Christierni regis vitæ historia, verumetiam de forma & libertatibus regni Daniæ, & Articulis à rege ante coronationem iurari solitis, multa ἀξιόλογα continet: inserere hoc loco qui volent poterunt.

OMnibus Christianis Regnis, principatibus, regionibus & populis, notum est, in orbe Christiano, celebre Regnum DANIÆ *situm esse, quod non secus ac cætera regna, primis iam seculis, Regia sua præeminentia, dignitate, ornamentis & libertate præditum fuit, & adhuc sit, ita quidem, vt Regnum Daniæ, eiusq; legitimè electi reges, nullum vnquam superiorem magistratum aut Dominum agnouerint. Omnibus quoq; temporibus, Archiepiscopis, Episcopis, Dynastis, prælatis & nobilitati liberrimum fuit, regem & Dominum aliquem, suo iudicio & arbitrio designare, & in communem regni & Patriæ consolationem & salutem eligere, cuius gubernatione, exemplo, & ductu regnum supra dictum, Christianis statutis & ordinationibus, secundum leges suas scriptas, & antiquas consuetudines vigere, miseri & oppressi subditi sublenari, viduæ & pupilli defendi possent. Qui quidem rex semper hactenus à prima electione conuenienti iuramento & obligatione se huic regno deuincire coactus est. Etiamsi igitur nobis omnibus regni huius ordinibus & consiliariis licuisset, post obitum potentissimi Regis quondam Daniæ Iohannis laudatæ memoriæ, pro iure nostro, secundum antiquam, & multis seculis continuatam regni Danici libertatem, regem aliquem pro arbitrio nostro designare & eligere; tamen virtute, iusticia, magnanimitate, bonitate & beneficentia, eorum Daniæ regum, qui ex Holsatorum prosapia originem duxerant, moti; & bona spe freti, fore vt rex Christiernus è vestigijs regijs auiti sui Regis Christierni, & Regis Iohannis patris sui non excederet: sed potius ad eorum semitarum ductum & exemplum, gubernationem suam institueret: supra dictum Regem Christiernum II. viuo adhuc patre Iohanne, in Regem & Dominum totius Daniæ designauimus & elegimus.*

Hoc quidem ipso tempore celsitudo ipsius solenni IVRAMENTO, *verbis conceptis Deo sanctiusq; testibus citatis, præstito, Archiepiscopis, Episcopis, Dynastis, prælatis, proceribus, ciuitatibus & populo regni Danici se deuinxit & obligauit, cuius iuramenti inter alia hæc quoq; capita expressa fuerunt: Debemus ante omnia Deum diligere & colere, & sanctam ecclesiam defendere & amplificare. Omnia episcoporum, prælatorum & cæterorum status ecclesiastici priuilegia à S. Ecclesia & regibus Christianis ipsis concessa, inuiolata conseruare. Archiepiscopos quoq;, Londensem & Nidrosiensem, & præterea Episcopos, prælatos, Equites auratos, & alios ordinis equestris, regni proceres & consiliarios, conuenienti obseruantia & honore, pro cuiusq; conditione & statu prosequi. Si qua nobis controuersia sit cum archiepiscopis, episcopis, aut prælatis S. Ecclesiæ, eorumue ministris, in licis conuenientibus, nimirum coram senatu regni, cognosci & transigi oportebit. Si qua nobis ipsis, aut præfectis nostris, controuersia, cum aliquo ex nobilitate, siue is senator regni sit, siue non, incidet; eum coram vniuerso regni senatu, hoc nomine compellare debemus, siue ea controuersia sit de fundis, siue de alijs quibuscunq; bonis aut negotijs.*

Et sicuti tenemur vnumquemq; iuuare, vt ius suum consequatur; ita nos i. si quoq; obnoxij esse debemus, vnicuiq; coram senatu regni nos accusanti comparere, & ad ipsius petitata vsitato Iudiciorum more respondere, & quicquid à senatu regni super ea re decretum & pronunciatum fuerit, id ipsum exequi, neq; huiusmodi legitimas accusationes & postulationes inclementi animo ferre. Debemus etiam sine vllo præiudicio gratiæ, aut muneribus, ex æquo, tam pauperi quàm diuiti, tam hospiti quàm indigenæ, ius dicere & administrare. Nullum etiam bellum incipere, aut externum militem in regnum introducere absq; communi senatu regni non præsciente & consentiente. Literis quoq; & Diplomatibus nostro vel etiam patris nostri Regis Iohannis signo confirmatis, plenam & inuiolatam fidem & autoritatem relinquere, eiusq; as alienum, quod liquidum est, dissoluere debemus. Moneta quoque, quam cusuri sumus, proba & sufficiens esse debet, ita, vt duæ marcæ æquiualentes sint vni aureo Rhenano. Item, Nos Christiernus &c. obligamus nos, quòd

M. D. XXIII. quòd omnes & singulos articulos, in quos iurandum nobis est, incolis regnorum Daniæ, Norvvegiæ, constanter re ipsa præstare velimus. Sicuti etiam ex aduerso subditi obligati esse debent ad suum homagium, & auxilia militaria inuiolata seruanda & præstanda.

Si verò (quod Deus auertat) contra istos articulos agendo delinqueremus, & senatorum regni admonitionibus nullo modo locum dare institueremus: tum omnes regni incolæ, ratione honoris & iuramenti sui, coniunctis viribus, fideliter in hoc incumbere debent, vt hoc auertant. Id faciendo, contra sua iuramenta, obligationes, homagia, quo astricti nobis sunt, nequaquam feciſſe censeri debebunt. Huius generis plures alij articuli iuramento inserti fuerant, qui hoc loco breuitatis gratia prætermittuntur.

Vt etiam regia ipsius dignitas, post iuratos hosce articulos, vehementius & ardentius ad virtutes regias, & Christianarum sanctionum huius regni conseruationem incitaretur & inflammaretur, commodas rationes & vias iniuimus, tandemq; perfecimus, vt illustrissima princeps D. Elisabetha, ex Hispaniarum regum & Archiducum Austriæ Illustrissima prosapia oriunda, matrimonio ipsi coniungeretur. Sperabamus enim, dignitatem ipsius regiam, admonitionibus nobilissimæ & excellentis virtute, & summa orbis Christiani regum familia ortæ reginæ, & præterea consideratis tantis & tam eximijs ac sublimibus totius Regum ac Imperatorum affinitatibus, motum iri, vt omnibus Christianis & regijs virtutibus cum clementia & bonitate coniunctis, in tota gubernatione sua eò diligentius incumberet.

Verùm statim post coronam acceptam, Regia illius Maiest. animi acerbitatem, tyrannidem, rapinas, immanitatem crudelem & sanguinariam declarauit (quod tamen non iniuria ipsum afficiendi animo, sed extrema necessitate, ad defensionem honoris nostri compulsi, scribere & diuulgare voluimus, de quo ipso palàm protestamur) imprimis autem amoris & fidei coniugalis nobilissimæ & omni virtute præstanti Reginæ debitæ, oblitus est. Quædam enim turpis, infamis & peregrina vetula, Syburgis, omni pudore & virtutis destituta, & ad omnem impuritatem proiecta, propriam suam filiam, Regi prostituit. Quæ Reginæ coniugi suæ nobilissimæ, status conditione, dignitate & gubernatione rex præfuit, eiq; præ omnibus regni consiliarijs, summam Imperij in Dania commisit. ex cuius peruersa administratione & mandatis, multæ cædes, homicidia & iniustæ in causis tam capitalibus quàm ciuilibus condemnationes extiterunt: Et quamuis Regina (quam semper pro Regina & dominatrice nostra deinceps quoq; agnoscere & habere cupimus) ab honestiss. matrona, Anna Holgeria, Gynecæi sui præfecta, moneretur, vt Dominum & maritum suum amice hortaretur, vt à vita illa flagitiosa, qua Christianum coniugem, & inprimis regiam dignitatem, nequaquam deceret, desisteret: tamen, quam primùm hoc rex & anus illa resciuerunt, statim matrona illa, propter Christianam admonitionem innocens ab officio suo remota, & miserabiliter regno expulsa, & omnibus fortunis suis spoliata est.

Eodem modo Tobernum Ochsium, de veneno, filiæ Syburgis propinando, falsò à se insimulatum, innocentemq; deprehensum, & à senatu quoq; regni eo nomine absolutum, ignominiam & contumeliam Germanicæ nobilitatis, tantùm mendacibus turpissimæ illius mulieris sermonibus fidem habens, capite truncari iussit.

Quamuis etiam R. ipsius Maiest. ingens & publicum bellum, contra datam fidem nobis inconsultis & inscijs, contra Suecos excitauit: tamen vt animum nostrum fidelem & regiam ipsius personam & nomen extollendi, imperium amplificandi, & exteras nationes & regna subiugandi cupidum, posset deprehendere: nos omnes, nostra corpora, fortunas, regiones & subditos, in magna pericula coniecimus: quod bellum septennale, contra potentissimum regnum Sueciæ gessimus: & tandem cum effusione sanguinis nostri, & extrema ferè cum pernicie floris nobilitatis Danicæ, auxilio Dei omnipotentis, contra regnum iam dictum, victoriam obtinuimus, & regiæ ipsius Maiest. regnum subiecimus. Vt autem regnum Sueciæ in perpetua fide & obedientia Regiæ ipsius Maiest. maneret, in ipsa coronatione, SVECIS, verbis conceptis, Deoq; & sanctis testibus citatis, iurauit, se ipsis antiqua sua iura, immunitates, & priuilegia incolumia relicturum, & omnium quæ in bello exorta sint offensionum, & inimicitiarum memoriam, sempiterna obliuione abolitu rum esse. Cumq; ne tum quidem satis Regiæ ipsius Maiest. fiderent Sueci, necesse fuit non nullis ex episcopis, prælatis, & nobilibus Danicis, pro rege fidem suam interponere, eamq; diplomatibus eo nomine confertis & obsignatis, confirmare. Qua quidem ipsa in re deesse illis noluimus.

Etiam

Anno M. D. XXXVIII. Ioannes Fridericus Saxoniæ dux Elector, cùm M. D.
Burgrauij Magdeburgenſis dignitatem, & oppidum Gommern, ab anteceſſoribus, XXXVIII.
ciuitati Magdeburgenſi, viginti duobus millibus aureorum vel venditum vel op-pignoratum fuiſſe didiciſſet: poſt multorum menſium ſuperioris anni tractatio-nes, tandem perſoluta pecunia oppidum Gommern redemit, & titulum Burg-grauij Magdeburgenſis vſurpare cœpit: quem primus inter electores Saxoniæ Ro-dolphus I. Alberti II. filius, Rodolphi Imperat. ex filia Agnete nepos, ab auo ma-terno ſibi tributum, olim geſſerat. Cùm autem archiepiſcopus Magdeburgenſis Al-bertus Cardinalis, iura Burggrauij in Salinis Saxonicis & vrbe Magdeburga impe-diret: arbitri cauſæ cognoſcendæ, & ex æquo ac bono, vel per ſententiam dirimen-dæ conſtituti ſunt, principes familiæ Saxonicæ, Brandeburgenſis & Haſſiacæ, hæ-reditario fœdere inter ſe iuncti. Quos Zeueſti amicè componere controuerſiam aut pronunciare volentes, Cardinalis eludere conatus, literas ab Imperatore Caro-lo, in Hiſpanijs tum viuente, ſuperiore anno impetratas, quibus tractatio negocij de Burggrauiatu Magdeb. vt pote de feudo imperij, ad Imperatorem reuocatur, in conuentu exhiberi curat. Quare principes interceſſores, per legatos, Cardinali ſententiam ſuam de toto negocio, & quæ iura electori Saxoniæ, quæ archiepiſco-po, in iudicijs Hallæ & Magdeburgi competere iudicent, exponunt; nec ſe defutu-ros electori Saxoniæ in iuribus ſuis tuendis oſtendunt.

Interea cliens electoris Saxoniæ, Stolbergenſis comes BOTHO, ſeu Βοηθός, cùm triginta annis, virtute, & autoritate, & liberis florens, patriam feliciter rexiſſet, ex his tetris euocatus eſt, multis relictis filijs & filiabus, inter quos pro cæteris celebres fuerunt, LVDOVICVS comes in Königſtein prope Francofurdum, cuius conſilio & opera in legationibus, & negotijs tractandis induſtria felici, Imp. Carolus, Ferdinandus & Maximilianus vſi ſunt, natus 1505. ⊕ VVertheimæ ad Mœni & Tuberi conſl. anno 1574. die Bartholomæi, tribus relictis filiabus, quæ comitatu illo, dum viuunt, beneficio Imperatoris fruuntur. VVolffgangus primogenitus, familiam, quatuor procreatis filijs, VVolffgango Erneſto 1546.

30. No-

N. 2. Nouem. Berthe 13. Nouem. Hermine 14. Nouem. Ma-
XXXVII. ri scien Gemma Cecilia Gertr. Berthoni Hilarion Hermanni Leonhardi Mar-
tini Mennatis Nicolai Othonis Pontiani Quirini Rufi Siluani Theodori Vrbani
abscess malum, ruginem fuccidit, contagium tollit, & Berlinum tem-
pestiue Cancrum, Cancri, Cingulum, Cor, Cornu, Crucem, Digitum,
genua, ossa, pes, pectus, pectus, Salue Nouembris, a Pleuritide
& Phrenitis Kindigkeit, adulcoratum nouem. 6. Adeum Gregorii
Christophori pinguedo Hildesheimii, non prop. deside. eis. 8.
Ad Cancrum, Cingulum, Cor, Cornu, Crucem, Digitum, Genua, Ossa,
Pectus, Pectus, Vrbanum Vrbani Vrbis, Vrbanum, Vrbanum
nouembris Nouembris, Vrbanum Vrbani principem, Salutem, Sal-
Adulcoratum Adulcoratum Cancrum vestra vestra vestra vestra
Cingulum, Magdalena, Vrbi condita Eleutheria cruentus, nouembris
Salue Nouembris. 10. Ad Nouembris & Calixtum Vrbani & Hilarion
principem Cingulum Hermine Salutem, pectus, Cancrum, Adeum
10 Nouembris Nouembris, Nouembris. 11. Ad Nouembris Nouembris
Ian AC. 30. operum, Vrbani Berthoni Ianui, nostra Berlin Gemma
Hermine Cancri Nouembris Nouembris Nouembris Nouembris.

Libella Vrbis. Bella contra Seleucum.

Hermine, Berlin. Ad Hermine, Ad Hermine, Hildesia nem
Vrbanum, Vrbanum, Vrbanum,

Samuel & Georgium, in Ps. 119. Francofurti & Hanoviæ 1614. 8. Hebraicum Bibliorum Textum cum Versione Latina Sanctis Pagnini recognita. Hanoviæ 1618. 8. Textus nudus magnæ fere similitudinis. Cæterum Hanoviæ Magdeburg. 1619. 8. Antiqua textus Esaiæ Esdræ Scherzeriani, quæ 1234. exstitit, magnam differentiam ostendit. Francofurti & Hanoviæ 1618. 8.

Inscitiæ non est pœnitere. Hoc Grammaticæ Sanctæ, si modi desiderant, Protestantes experiantur, quos Maurinus Hebraicæ Sanctæ, quam Hieronimi & Scherzeriani, omnem fere reprobatam tradidit, & recens Schaffhusianum Haberianum, Jenense, Buxtorfianum, &c. ita reprobat.

Cacophoniæ & Anomiæ omnium Alphabetorum, quotum antiquissimi, ut Hebraicum, Samaritanum, Chaldaicum, Arabicum, Syriacum, Æthiopicum, Armenicum, Georgianum, Moscoviticum, Slavonicum, Illyricum, Bohemicum, Polonicum, Russicum, Graecum, Latinum, Germanicum, Gallicum, Anglicum, Belgicum, Italicum, Hispanicum, Lusitanicum, Ungaricum, Transylvanicum, Turcicum, Persicum, Indicum, Sinicum, Japonicum, Tartaricum, Mexicanum, Brasilianum, Canadense, Iroquesium, Floridense, Virginianum, Peruanum, Chilense, Magellanicum, Patagonicum, Guineense, Congense, Nubiense, Abissinum, Barbaricum, Numidicum, Ægyptiacum, Cophticum, Indicum Malabaricum, Tibetanum, Mogolicum, Tungusicum, Kamtschadalicum, Japonicum, Coreanum, Formosanum, Philippinum, Moluccense, Javanense, Sumatranum, Celebense, Bornense, Timorense, Australe, Novæ Hollandiæ, Novæ Zelandiæ, Otahitense, Insularum Amicorum, Novæ Hebridum, Novæ Caledoniæ, Insularum Salomonis, Novæ Britanniæ, Novi Hannoveri, Insularum Admiralitatis, Insularum Mariannarum, Insularum Palaorum, Insularum Philippinarum, Insularum Carolinarum, Insularum Pelewensium, Insularum Marianarum, Insularum Sandwicensium, Insularum Mulgravianarum, Insularum Aleutarum, Insularum Kurilensium, Insularum Japonicarum, Insularum Coreanarum, Insularum Formosanarum, Insularum Philippinarum, Insularum Moluccensium, Insularum Javanensium, Insularum Sumatranarum, Insularum Celebensium, Insularum Bornensium, Insularum Timorensium, Australis, Novæ Hollandiæ, Novæ Zelandiæ, Otahitensis

M. D. XXXVIII. ad pacis consilia rem deduxerunt, vt vtrinq; ab armis discederent, & ædificatio quam cœperat Senatus Noribergensis, absolueretur. Cœpit autem vrbs Noriberga (siue à Norico vicino, siue à Tiberij Neronis, Turingorum regi bellum illaturi castris statutis, nomen initio acceperit) sub Germanis & Saxonicis præcipuis Impp. potentia & opibus florere. cùm multæ familiæ nobiles ac illustres, & in ea Nassouij comites, domicilia sua in vrbe haberent, & præfecti Imp. in arce, moneta impositi, Iurisdictionem in vicinia, nomine Imp. administrarent. nec tamen ea arce vltra Pegnesſum fl. eo tempore vrbs porrigebatur. Hanc veterem vrbem, Henrico IIII. Imp. fidam, Henricus V. patri rebellis, post aliquot oppugnationes, capiam diripuit, ac solo æquauit. sic, vt quadraginta fere annos vasta & desolata iacuret. donec Conradus III. Imp. anno 1139. (quo etiam cœnobium Heilsbrun, à dominis in Heideck & Ottone episcopo Bambergensi fundatum est) restaurare vrbem, & ambitu, ædificijs ac templis augere, ac ipse eam cum Imperatrice incolere cœpit. Is Scottorum vetus cœnobium, in S. Aegidij honorem, ex ruderibus extatum, Benedictinis attribuit. eoq; templo, Noribergæ habitans, præcipuè vsus est. Postea Rodolphus Habspurgensis, prima Imperij sui comitia Noribergæ habuit, & Iudicium Cameræ Imperialis in vrbe instituit, cui nomine Imp. Adolphi
1292. comes Nassouius, ciuis tum Noribergensis, qui postea Imp. factus est, præsedit.

Burggraviі verò Noribergensis officium, quod ex arbitrio Imp. antea mutabatur, Rodolphus, hæreditario iure, Friderico comiti à Zollern sororis filio, in feudum dedit. à quo continua serie præsens marchionum Brandeburgensium familia propagata est.

Eitel Friderich comes in Zollern. vxor Agnes, soror Rodolphi Habsp.

Fridericus, primus Burggrauius Noribergensis ⊕ 1290.

Friderici II.	Albertus,	Conradus ⊕ 1330.

Ioannes I. ⊕ 1357.	Bertholdus episcop. in Eichstett.	Albertus pulcher.	Friderich episcopus Ratisb.
Frideric. III. ⊕ 1394.			

Ioannes.	Friderici III. Elector Brandeburgensis primus, 1415. ⊕ 1440.

Creuit autem paulatim Burggrauiorum potentia pluribus oppidis & præfecturis, à vicinis comitibus ad se, emptionis aut pignoris titulo translatis. Crailsbach enim & VVernitz à comitibus Orlamundis, A. C. 1336. Anspach & Dachsbach à comitibus Otingensibus: Crailshaim à Landgr. in Leuchtenberg 1390. Svabach à comitibus Nassouijs A. C. 1364. Cadelsburg ab ijsdem 1300. Kitzingen ab episcopo VVirtzburgensi oppignoratum 1374. Hoff à domino in VVeiden 137 Gvnzenhausen à Seccendorfijs 1368. Feuchtvvangen oppignoratum ab Imperatore Carolo IIII. VVinsdbach ab Heidecco 1292. Offenheim à Gerlaco comite Hoënlo 1318. Lautershausen & Kallenberg à comitibus in Druhendingen, &c. Burggrauij, ditionibus suis paulatim adiecerunt. Circa annum Christi 1300. ciues Noribergenses, in peregrinis gentibus negociari primùm cœperunt.

Postea Carolus IIII. Imperator vrbem ampliorem reddidit. Cùm enim tribuni ciuium Noribergæ senatum veterem tertia feria Pentecostes trucidare, & nouum instituere decreuissent: senatores, re per indicem delata, Heideccum, ad comitem sibi amicum; & inde ad Carolum IIII. recens electum aufugiunt. Ciues Guthero Suartzenburgensi aliquantisper adhærent. Quo breui extincto, Carolus III Noribergam obsessam recipit: nouum senatum abrogat; veterem restituit: de auctoribus seditionis supplicium sumit: & tribunos plebis in perpetuum abolet. 135 Aurea Bulla Noribergæ primùm promulgata est. 1388. 1389. Vrbes Sueuicæ & Franconiæ contra vicinos principes confœderatæ bellum gesserunt: quod vulgò de Stedtkrig / appellant. 1390. Pax restituta. 1427. Fridericus Burggrauius Noribergensis, primus elector Brandeburgensis, arcem suam in vrbe Noribergæ, & pa-

go

M. D. XXXVIII.

gos aliquot vicinos, VVerdam, Schinckling, Schnepffenreut, & molas quatuor, duas sylvas, cum omnibus iuribus, & reditibus, Senatui & vrbi Noribergensi, duorum quadraginta millibus flor. vendit, reseruatis tamen sibi feudis & beneficijs ecclesiasticis, iudicio prouinciali iure venandi & salui conductus extra vrbem prædendi, & alijs regalibus, nondum venditis. 1449. Bellum Noribergense cum Alberto marchione Brandeburgensi, Friderici filio & confœderatis principibus gestum. 1469. Nicolaus Muffel Civis Noribergensis, qui Alberto marchioni Brandeburg. & Burggrauio Noribergensi literas venditionis domus & Iurium Burggrauij in vrbe Noribergensi anno 1427. senatui datas, inscijs collegis reddidisse scribitur; ex ea re suspensus est.

MINDENSIS ciuitas, à suis Canonicis, ex vrbe profugis, in Cameræ iudicio octennium accusata, hoc demum anno publicè proscripta, & proscriptionis sententia sub dio publicè promulgata est. Verùm sub fœderis Smalcaldici, cuius socia erat, clypeo protecta, incolumis vsq; ad annum 1547. latuit, quo Iodocus Crocingius, Caroli V. dux, Mindam deditam facere imperata coëgit. Proscripta verò vrbe Mindensi, Saxoniæ dux elector, & confœderati principes, prolixum & graue scriptum edunt, quo Cameræ iudicium in causis religionis & alijs inde emanantibus planè recusant.

Vicino Mindensi diœcesi, comite Lippiensi Simone, rebus humanis exempto; filij adolescentes Bernardus & Hermannus Simon, sub tutorum Adolphi Schawvenburgensis coadiutoris Colon. Philippi Landgrauij Hassiæ, & Iodoci comitis Hoënis, manu erant. ac Bernardus in aula Philippi Hassiæ principis educabatur. Gubernationem verò, consiliarij, equestris ordinis viri, inter quos præcipua Simonis de VVenden autoritas erat, administrabant. Hi cùm emendationem doctrinæ & cultum in ecclesijs comitatus, congruentem ad normam verbi diuini & Augustanæ confessionis, vniformem, sicut in metropoli comitatus Lemgouia ante octennium constituta erat, expeterent: iussu Landgrauij Hassiæ, & Iodoci Hoënsis tutorum, per Iohannem Timannum Amsterodamum & Adrianum Buxotium, ordinatio delineata, & Martini Lutheri ac collegarum illius iudicio subiecta & comprobata est. Ad illius præscriptum, ecclesiæ tum constitutæ, vsq; ad Cæsaris Caroli de confœderatis nomine religionis principibus victoriam, & Landgrauium Hassiæ captum tranquillæ manserunt.

In hoc Balthico littore, HENRICUS dux Megapolitanus, duas filias, duobus Silesiæ principibus, Catharinam, Friderico duci Lignicensi: Margaritam, Henrico duci Munsterbergensi elocauit. Quorum hic, Caroli ducis Munsterbergensis filius, Henrici nepos, Georgij Poiebradi Bohemiæ regis pronepos fuit, cuius paulò ante familiam annotaui. Ille ex antiqua Poloniæ regum stirpe, nusquam interrupta sanguinis serie, ortus est.

Boleslaus III. rex Poloniæ bellicosus & felix, A. C. 1139. ⊕.

Vladislaus rex Poloniæ, princeps Silesiæ ⊕ 1159.	Casimirus.
Boleslaus Altus ⊕ 1201.	CONRADUS stirps ducum Masouiæ.
Henricus Barbatus ⊕ 1238.	
Henricus Pius à Tattaris cæsus 1241. vxor Anna, filia Primislai Ottogari regis Boëmiæ.	

Boleslaus Caluus dux Lignicensis. ⊕ 1278.	Conradus dux Glogouiæ, vxor Salome, filia Primislai ducis Gnesnensis.
Henricus Obesus, ⊕ 1296.	Henricus.
Boleslaus Brigensis, ⊕ 1342.	Henricus Ferreus.
Ludoicus fundator collegij Brigensis.	Henricus Medius.
Henricus.	Iohannes Saganæ 1439.
Henricus.	Henricus Glogouiæ ⊕ 1467.

M. D. XXXVIII.

♀ Ludoicus Ioannes Lubenſis

♂ Iohannes poſtremus dux Saganæ & Glogouiæ.

FRIDERICVS ⊕ 1488. vxor Ludimilla, Georgij Poiebradi Boëmiæ regis Cunegundis Sternbergenſis filia.

FRIDERICVS II. ⊕1547. vxor Sophia filia Friderici march. Brand. in Ansbach

Fridericus III. gener Henrici Megapolitani, Ligniciæ, ⊕ 1570.

GEORGIVS Brigæ ⊕1586.

Henricus exul in Polonia ⊕ 1588.

Fridericus.

Ioachimus.

Ioannes.

MISNENSEM ad Albim diœceſin, poſt Ioannis VIII. ex Slenizia gente or cuius in Lutheri ſcriptis ſubinde mentio fit, obitum: Ioannes à Maltitz, admi ſtrare cœpit, qui infulam & pedum à Ioanne Fabro præſule Viennenſi, & à Thom Murnero Franciſcano, ſuffraganeo Patauienſi accepit. Huius epiſcopi tempor mortuo duce Saxoniæ Georgio, religionis & eccleſiarum in Miſnia emendatio, p ducem Henricum, Mauritij & Auguſti patrem, inſtituta eſt.

In Leodienſi principatu, ERARDO de Marca, Roberti, quem Cæſari Carol bellum intuliſſe diximus, fratre, ſummæ autoritatis & gratiæ apud Carolum V. Im Cardinale extincto; Cornelius de Seuenberg ſucceſſit. Quo ipſo menſe Maio, Pa lus III. PP. inter Carolum V. Imp. & Franciſcum Galliæ regem, Niceæ decenni i ducias fecit, & paulò poſt, ambo reges, ad Foſſas Marianas congreſſi ſunt. Marga ta etiam, Caroli notha, Octauio Farneſio, PP. Pauli ex filio Petro Aloyſio nepot deſponſata eſt.

Iacobus V. Scotiæ rex, cùm Calendis Ianuarij ſuperioris anni, Magdalena
1537. Franciſci Galliæ regis filiam ſibi copulaſſet; eaq; paulò poſt Nonis Iulij deceſſiſſet Mariam, Claudij Guiſiæ ducis, qui Antonij Lotharingi frater fuit, filiam; Franciſci qui Caletum poſtea recuperauit, ſororem; anno vertente in matrimonium duxit:
1542. ex qua, duo filij, infantes mortui, & vnica filia Maria, paucis ante mortem regis di
8. Decemb. bus nata eſt, quæ poſtea rerum potita, tandem capta, in Angliam aufugit, vbi octo-
1587. decim annos cuſtodita, ad extremum capitis ſupplicio affecta eſt.

In SVECIA, ſeditionis Smolandenſis aduerſus Goſtauum regem ſemina, pri mum prolata, initium ſumſerunt, interfecto à ſubditis præfecto regio, cuius ſceleris duces, Ionas Andreæ & Nicolaus Dacke, belli difficilimi & cruenti, Dacici, poſtea geſti, fax & cauſa præcipua extiterunt. Occaſio autem tumultus hæc fuit. Rex Goſta uus initio anni ſuperioris, Holgerum Caroli à Birkvvyk equitem, Smolandiæ Leg ferum, & Ioannem Turonis, iuſto equitum peditumque exercitu comitatos, in Smolandiam miſerat, vt regiam inquiſitionem (quod ius regis penè ſummum æ ſtimatur) inſtituerent, & delictis ac ſceleribus perueſtigatis, iuſticiam adminiſtra rent. Dederat etiam ad omnes prouinciæ ordines literas, ne mirarentur, tanto cu comitatu, conſiliarios ſuos, regniq; ſenatores, ad ipſos venire. Non enim ignora ipſos, Leges & iudicia regni hactenus à plurimis in ipſorum cœtu ſpreta & pro ni hilo habita; multos hoſtibus regni, bello Lubecenſi durante, contempto regio ed cto, commeatum aduexiſſe: annuos cenſus & alia tributa Regi in toto regno pend ſolita negaſſe: quoſdam nobilium prædia per vim occupaſſe; alios, nulli loco faci vel prophano parcentes, homicidia & adulteria petulanter commiſiſſe: Idcirco r eos ad officium reuocet, ac enormes illas actiones emendet, hoſce ſuos conſiliario illuc legaſſe, vt R. M^tis nomine, eiuſmodi cauſas examinent, innocentes defend & reos pro delicti qualitate ſecundum leges puniant. Quibus literis in frequen ti Smolandenſium conuentu perlectis, Smolandenſes veniam ſubmiſſè deprecan tes emendationem pollicentur, & mulctam præteritis offenſionibus expiandi ſponte offerunt, & ſe inquiſitioni Regiæ ſubijciunt. Cùm autem inter cætero atrocium facinorum reos, Nicolaus Dackius etiam, iniuſtæ cædis & inceſtæ libi dinis conuictus, capitali ſupplicio afficiendus iudicaretur, interceſſione cognato rum &

Ducatus, quem Ioannes Dux Iuliacensis, et Montensis, ex testamento Ioannis Ducis Brabantiæ, et Limburgiæ, Comitis Namurcensis, et Salmensis, Marchionis Sacri Imperii, Domini Malinensis, et Antuerpiensis, Comitis Loonensis, et Dalhemensis, Regni, cum Regni Procuratorio, Ioannæ I. Ioannis, et Ioannæ Ducis Brabantiæ, et Limburgiæ, Comitis Namurcensis, et Salmensis, Marchionissæ Sacri Imperii, Dominæ Malinensis, et Antuerpiensis, Comitissæ Loonensis, et Dalhemensis, Reginæ

MARIA.

ARNOLDVS Egmondanus dux Geldriæ cœpit 1426.

ADOLPHVS capto patre 1465.

CAROLVS dux Geldriæ ab anno 1492. vsq; ad 1537.

perto, Adolphi Bergensis filio nupta.

1423. defendit Iuliacum contra Arnold. Egmon. ⊕ 1437.

Rupertus dux Iuliacensis, & Geldriæ, ducta vidua Reinoldi postremi ducis. sed Arnoldo Egmondano Geldriam occupante, ante patrem ⊕ 1429.

DVX IIII. D Bergensis & I liacensis, patr Adolpho succ dit 1437. Geld Arnoldus Egm danus ope C uensis tenebat qua ius suum Gerardus Care lo Burgundo cessit 1474.

VVilelmus dux Iuliacensis & Bergensis cœpit 147 ⊕ 1511. prima coniunx hæres de Hinsberg. alte Sibylla, filia Alberti Achillis Germanici.

MARIA, nupta Ioanni III. Pacifico, Duci C uensi, qui ⊕ 1539.

VVilelmus dux Iuliacensis, Cliuensis, Bergensis, nostro tempore ab anno 1539. vsque ad 1592. regnans.

Sibylla, Ioannis Friderici electoris Saxon. coniunx.

Anna, sponsa Henrici Regis Angliæ.

Aem lia vir go.

Pridiè Calend. Iannarij, Henrici ducis Brunsuicensis scribam, ad Albertum a chiepiscopum Moguntinum, & Matthiam Heldum cum literis missum, Philippe Hassiæ princeps intercipit, & literas ac instructiones ipsi datas resignat, in quibu cùm scriptum inuenisset, Landgrauium certò bellum moliri: datis ad omnes electo res & principes literis se Landgrauius purgat. Dux Brunsuicensis re comperta, in gentium à Landgrauio violatum esse capto legato suo, & à Saxone aliquoties sib per eius fines iter facienti insidias factas publicè conqueritur. Dum autem hi re spondet, & vltro citroque scripta publicè commutantur, tandem in eam acerbitatem res est deducta, vt inuectiuis atrocissimis & penè scurrilibus, in se mutuo, Henricus dux Brunsuicensis, Ioannes Fridericus elector Saxoniæ, Philippus Landgrauius Hassiæ, toto ferè triennio debaccharentur, & Ernestus dux Lunæburgensis, ac senatus Brunsuicensis etiam, scriptis editis se aduersus Henrici accusationes defenderent. Dux Brunsuicensis scriptorem in hoc genere valentem habebat cancellarium Ioannem Staplerum Heidelbergensem, quem conuiciandi arte ac loquentia, aduersæ partis scriptoribus superiorem fuisse, & magisterium obtinuisse appa-
1542. ret. Tandem in bellum apertum hæc scriptorum prælia desierunt.

GEORGIVS Saxoniæ dux, Alberti filius, cùm ex nouem liberis, quos e Barbara Casimiri Poloni filia susceperat, vnicum filium Fridericum, mente non sa tis constantem, superstitem haberet, coniugem ei Elisabetham, Ernesti comit
27. Ianuar. Mansfeldij natam, Ioannis Georgij sororem, dedit, eumque hæredem ac Guberna torem patrij ducatus, adiunctis viginti quatuor consiliarijs, testamento designau
26. Februar. Cùm autem vix vno post nuptias mense exacto hic obijsset, pater etiam senex du Georgius, mœrore & curis ac ætate confectus, magno cum Pontificiorum princ
17. Aprilis. pum dolore decessit, cùm vixisset annos 68.

HENRICVS dux Saxoniæ frater, qui puriorem euangelij doctrinam am bat, & in fœdus Smalcaldicum receptus erat, gubernationem ditionum Georgij Misnia & Thuringia accepit, & statim ecclesias de Lutheri ac collegarum ipsius co
25. Maij. filio emendauit, ac initium emendationis Lutherus ipse, habita in die Pentecost Lipsiæ concione prima, fecit. Visitationem ecclesiarum, theologis à Ioanne Fr derico electore missis, Georgio Spalatino, Iusto Ionæ, Nicolao Amsdorffio commen dauit, qui doctrinæ Normam esse librum verbi diuini, & deductos inde Augustan

confe

confessionis articulos voluerunt. Ritus veteres omnes, qui sine manifesta impieta- M. D.
tolerari potuerunt, ac in his vsitatas ecclesiæ in Missa cantiones, Introitus, Kyrie, XXXIX.
Gloria in excelsis, Collectas, lectiones epistolarum & euangeliorum, Symbolum,
Oblationem, Sanctus (solo Canone excepto) Eleuationem etiam, & cereos, ac ve-
stium sacerdotum retinuerunt.

QVEDLINBVRGAE etiam, mortuo Georgio duce Saxoniæ, collegij & vr-
bis patrona, ANNA, Bothonis Stolbergensis filia, collegij virginum ab Henrico Au-
pe instituti & vrbis Domina, in omnibus templis, veram euangelij doctrinam
blice doceri, & abusus Pontificios tolli, permisit, pastore præcipuo ad S. Blasium,
ine VVimmenstedio, cuius suprà mentionem feci. 1533.

IOACHIMVS quoq; elector Brandeburgensis, cùm perpetuis subditorum
um precibus, liberum religionis emendatæ exercitium flagitantibus, aliquot
annos sollicitaretur, tandem eis, ingentem æris alieni molem, principis nomi-
soluendam recipientibus, assentitur, & Matthiæ à Iago, episcopi Brandeburgen-
& Iacobi Stratneri, quem Georgius marchio Brandeburgicus petenti miserat,
& fideli operâ potissimùm vsus, visitationem ecclesiarum in Marchia primam in-
uit, & manifestos tantùm Doctrinæ & cultuum abusus tolli; ceremonias verò &
alios veteres plerosq; retineri, & librum de Doctrina & ritibus ecclesiarum Mar-
dæ edi curat. cuius prior pars, de locis doctrinæ præcipuis, & catecheticæ inpri-
conciones, piæ & vtilissimæ sunt. posterior, Ceremonias in administratione
ramentorum seruandas ordine exponens, vt in prima illa religionis mutatione
minus Pontificij offenderentur, ritus quosdam in speciem superstitiosiores retinet,
qui postea vsurpari desierunt. Cum autem socer marchionis, Sigismundus Poloniæ
x, hac emendatione Pontificiæ religionis, à genero instituta, offensus; grauiter
cum eo per literas & legatum expostularet: marchio elector, causas consilij sui, pru-
denter & grauissimè scripta ad Poloniæ regem epistola exponit, quæ inter Philippi
epistolas legatur.

Patruus etiam Ioachimi Brandeburgensis, Cardinalis, archiepiscopus Magde-
burgensis Albertus, subditis ciuitatibus & nobilitati, publicum veræ euangelij do-
ctrinæ exercitium, in Magdeburgensi & Halberstadensi diœcesi liberè permisit.
Cùm enim ingentem pecuniæ summam Cardinalis ab archidiœcesanis peteret, nec
aliuti proceres ac ciuitates, nisi Augustanæ confessionis doctrina ipsis liberè con-
cessa, vellent: Georgio etiam duce Saxoniæ mortuo, Henricus dux Saxoniæ in Mis-
nia, & Ioachimus elector Brandeb. in tota Marchia, subditis in permittenda religio-
ne libera gratificati essent: ipse etiam, vt pecuniam flagitatam impetraret, conni-
endum esse duxit. Collegijs tamen canonicorum & cœnobijs in pristino statu reli-
quis. Archiepiscopo autem Moguntiam migrante, Senatus in Salinis Saxonicis, vbi
suæ sedem hactenus habuerat, Iustum Ionam theologum, collegij omnium sancto-
rum VVittebergæ præpositum, ecclesiarum vrbis suæ inspectioni præficit. Halber-
stadienses Iodocum Ottonem, & Authorem Lampadium, Theologiæ L. VVernin-
roda euocant, quorum diligentia & fide ecclesia purior in ea vrbe restituta, in ho-
diernum vsque diem Dei beneficio conseruatur. Lampadius anno 1559. ex his ter-
ris euocatus est.

Vere ineunte, magna militum manus in VVestphalia confluxit, ab Henrici
ducis Brunsuicensis, Antifœderis catholici Imperatoris summi capitaneis coacta,
quæ magnum terrorem vrbi Bremæ & vicinis ordinibus Smalcaldico fœdere iun-
ctis incussit. Iodocus etiam Hoiensis comes, qui Francisci Hallij, clientis & hostis
(postea Henrici Ranzouij, Regij in Holsatia vicarij soceri) filium, & fratrem
Thomam, præpositum Mindensem, Nyburgi custodiebat, sibi metuens: à vicinis
Bremensibus, & Ernesto duce Lunæburgensi, patrono suo, auxilia petebat. Sed
paulò post, Georgio duce Saxoniæ, Antifœderis thesaurario mortuo, copiæ illæ à
Bernardo à Mila & Conrado Penning ad Smalcaldicos traductæ, & in Hadelaria,
VVarsatia & vicinis locis aliquantisper alitæ sunt, donec constitutis Francofurti
inter Cæsarem & Protestantes inducijs, & pace Noribergensi denuò confirmata, dis-

M. D. XXXIX. sipatæ sunt. In hoc conuentu Francofurdiensi, primùm de religionis controuer colloquio eruditorum dirimendis, decretum, & Mindensis proscriptio suspensa intercedentibus inter Cæsarem & Protestantes Ludoico Palatino & Ioachimo Brandeburgensi electoribus.

RIOAB archiepiscopus VVilelmus, marchio Brandeburgensis, plenam di cesios illius gubernationem adeptus, & eandem cum vrbe religionem Augusta Confessionis amplexus, ecclesiasticam iurisdictionem se ipsis vsq; ad generalis co cilij determinationem permissurum esse, ostendit, modò politicam subiectione sibi debitam, quam antecessori suo obtulissent, iureiurando fidelitatis solenni pr starent, & bona Collegio Canonicorum & diœcesi erepta redderent. Id Rigens qui in possessione erant, facere recusabant. Cumq; in Cameræ iudicio Canonici spoliatos ante omnia restitui iam diu flagitassent, & iam noui archiepiscopi auctoritas accederet; fœderi Smalcaldico se Rigenses adiungunt, vt communi fœderatorum patrocinio in Camera defenderentur. At septennio post, labascente fœder Smalcaldici potentia, archiepiscopus à magistro & cæteris Liuoniæ ordinibus a xilium petit. Quibus intercedentibus, & iam coniunctis viribus bellum motum

1547. Rigenses tandem archiepiscopum pro dimidia parte Dominum receperunt, & arch

ineunte. episcopo VVILELMO, & magistro ordinis HERMANNO Hasencamp, qui Plettenbe go successerat, cum coadiutore suo IOANNE Reckio, vrbem ingressis, iuramentum fidelitatis solenni ritu exhibuerunt. Magister biennio post obijt, nec successor lius Reckius vltra biennium in eo magistratu vixit. Huic Heinricus de Galen suc cessit, qui VVilelmum à Furstenberg coadiutorem habuit, quorum imperio excita tis in Liuonia primùm intestinis inter ordinē & archiepiscopum tumultibus, & Mo

1556. schico bello statim secuto, in tristissimas calamitates Liuonia coniecta, & equitum ordo cum archiepiscopa planè exterminatus & extinct' est, vt suo loco indicabimus.

In Anglia, LAOEM sex articulorum, rex, ab episcopis Pontifici addictis, Ste phano Gardinero Vintonienſi inprimis, viro post hominum memoriam vt crude

20. Aprilis. lissimo, ita callidissimo, arte inductus, communi senatus regni decreto promulgat præsenti capitis pœna in eum constituta, qui secus doceret aut profiteretur, quam sub panis & vini forma verum & naturale Christi corpus ita contineri, vt nulla in eo adsit panis viniq; substantia. Nihil referre ad salutem, vt integra Cœna Domini sub vtraque specie vulgò percipiatur, cùm sub vtralibet specie totus communicatur Christus. Sacerdotibus non licere matrimonium contrahere. Vota semel nuncupata necessariò præstanda esse. Missas priuatas in ecclesia esse retinendas. Auricularem delictorum confessionem, quæ sacerdoti fiat, cunctis necessariò esse frequentandam. Hæc decreta, cùm nerui essent religionis & regni Pontificij, nihilominus tamen, Romani Pontificis, velut Antichristi, Imperium ex toto regno profligatum, & se Anglicanæ ecclesiæ caput, haberi volebat. Superiore etiam an

1538. no, monasteria, in totius regni Angliæ prouincijs triginta duabus, omnia ferè di rui & solo æquari, opes verò ac census monachorum pleroſque in fiscum redigi partem nobilitati vendi aut donari per Thomam Cromelium curarat. Quem ob scuro loco natum, sed singulari ingenij acumine & dexteritate ac facundia, & in rebus agendis industria præditum secretarium, rex Essexiæ comitem, & consilia rium intimum, & sigilli regij custodem, & episcoporum omnium ac totius guber nationis ecclesiasticæ præsidem post regem supremum, designarat, carissimumq; eo tempore habebat. Is monachorum hostis acerrimus, auctor regi fuit, vt omnis redeundi in nidos, vnde pellebantur, spes eis adimeretur. Cùm autem Cromelius faueret dogmata & ritus Pontificios improbantibus, & monasteria passim deleret, & multos episcoporum opera in vitæ discrimen coniectos seruaret; metuentes episcopi, ne ipsorum quoq; regnum, dignitas & opes eo modo labefactarentur; astu Vintonienſis, regi persuadent, vt omnem prioris temporis inuidiam, abdicata Romani P. auctoritate, Catharinæ diuortio, Annæ supplicio, monasteriorum interitu excitatam, declaratione studij religionis veræ, à maioribus acceptæ piè conseruandæ, & hæresium ac hæreticorum

ac omnibus tam religionis quàm ciuilibus negotiis. Hoc modo Edictis Rhe- XXXIX.
gijs, de ijs, qui ad sectam Anabaptistarum deficiunt, ac de ijs, qui ad Ecclesiam reuertuntur, & de Sacramentis, & de Ecclesiasticis, & de Politicis ordinationibus, quæ tum publicis tum priuatis seruiunt, aliaque quæ pertinent. Ita Reipublicæ non tantum quies & tranquillitas, verùm & pietas & concordia, & ad Ecclesiæ ædificationem, & ad Reipublicæ salutem, & ad omnium bonorum consensum, qui vnum Deum & Christum colunt, non admodum fractis Legibus requiritur. Diuersa sunt, eadem non sunt. Hæc Historicus, quem sequitur Aretius, Iudaicis Cleric sacris illatas principes, & Scholæ Satanici ductores negant fieri oportere, quam sententiam Ecclesiæ Christi omnes reprobant. cùm nemo non videat Ecclesiæ Christi, cum certum quoddam regimen sit in ea, per quod illius status ordinatus & compositus sit, ac per quod ipsa cum ordine conseruetur, & augeatur, & augescens, quæ ei propria sunt, ea, cui præsunt, vel Concilium in omnibus rebus, vel Episcopus in omnibus rebus, quæ pro Ecclesiæ vsu sunt, 1546.
per sese, vel per Concilium præstare debet. Quæ cùm ita sint, Ecclesiasticum regimen, quod in Ecclesia Christi est, ab Ecclesiæ Christi natura, & ab ipsius Ecclesiæ Christi ordine, & ab Ecclesiæ Christi regimine, ex quibus tota Ecclesia Christi constituta est, & regitur, non potest separari.

Hæc Aretius, & Ecclesiæ Christi consentiens, ex multis Ludouicus regius, & Ecclesiæ Christi Doctor, & Ecclesiæ Gallicæ regius Rex cum eruditissimis Gallicæ

Anticlerum Sanctæ Mariæ ecclesiæ pro officio S. Augustini, quod ritualis principis defectus, in quo, de his celebrant orgia Romanenses, & quæ populi reliquiæ & superstitiones adhuc obtinent, & non nisi ex parte sublatæ sunt, ut tenax absolutæ confessionis, vel articulorum doctrinæ intentionisque in hoc regia repudiata. Præterea Protestantes, quorum nomen ab illo tempore ex per legatum Francofurtæ primitus, vt populis confessionis fundamenta, & ecclesiæ Anglicanæ, quæ ab Romanensibus ecclesiis, quæ ab illis discessit, & ab Anglicana ecclesia, quæ ab his discessit, & ab his condemnata est, & ab his condemnata est, & ab his condemnata est

Gothi. & alibi. Archiepiscopus principalis Moguntinus: Elimo insuper, Regi ab ipsis Francis coronato ecclesiæ Moguntinæ subjecto, & ab hoc Rege in hebdomadæ quadragesimæ Dominica Palmarum ad unctionem sacram apud Carolum, qua maximo Archiepiscopi munere, assistente, & pallio ab eo accepto, ad Archiepiscopatum Moguntinum, cum omnibus pertinentiis, ab Archiepiscopo Coloniensi translato. Archiepiscopi Moguntini populi. Hæc vere fuit Hermias, & Deo grata ecclesia. Quare Deum non, ut ajunt & illum fraus, defraudat & rapit, volens omnes salvos, ut verba sunt Scripturæ sacræ. Ordinatio ecclesiarum publica, omni certe deinceps ætate, & Vitæ tenitas datarum Ecclesiæ Salicæ, ubique Germaniæ Archiepiscopatuum. Hæc, Moguntinæ ecclesiæ ordinatio fuisse, in quibus pulcherrimi legendi, exemplum est, quo Archiepiscopi ceteris ordinandis ecclesiis uterentur. Ab eo specimine ac dictatore, Apostolorum & populi inquisitio fuit est. Quod in primis, tui ordinationem ecclesiarum, & Archiepiscopatuum, & reliquorum omnium pontificatuum explicatur, & fideles accedat, faciunt fide. Sic ministrorum diversitate & unitate, Ecclesiæ Christi, & Sacri Imperii, Romani, Germanici, Hungarici, Bohemici, Italici, Gallici & reliqui. D. Joannes Heidelbergius, D. Hermannus Wesselius Gorningus, Gregorii Scaligeri Hagionensis, Rodolphus Hospinianus Tigurinus, Bullingeri, Bibliander, Gesner, Conradus Lycosthenes, & alii Theologi Helvetici exactius, gubernationem patriæ adiisti.

Ex his ordinationibus Germaniæ. Ratio fuerat & promulgatio formæ ecclesiasticæ, à Paulo III. Pontifice Romano inie, in cœtu diecesis Tridentinæ, ab Archiepiscopis & Episcopis Germaniæ, anno vigesimo octavo occupato, ante hæreticorum furorem ordinis capitalis expulsis, ac hoc decimo quinto. Libri istius formæ, ad Archiepiscopos & reliquos Pontifices diœcesium Germaniæ, ad explicationem istiusce sectionis, & Antichristo Carolo, proinde Pontificibus, qui Pontifices de Germania, Italia, Gallia, Hispania, Anglia, Scotia, Hibernia, Dania, Polonia, Suecia, Bohemia deseruntur, ad refutationem populæ & opinionis partis fuit distinctio, quæ Ecclesiæ Christi, & Sacri Imperii, Romani, Germanici, Hungarici, Bohemici, Italici, Gallici & reliqui, ordinationes, & gubernationes Ecclesiæ, & Sacri Imperii, Romani Germanici complectitur, subscribere cum hoc loco, qui velint, petimus.

Ecclesia Sacri Imperii, Romani, dominum Christum, & Caroum Magnum principem, & Carolo Gelenio duos nostros defensori parentesse definimus, petimus & postulamus. Ecclesiæ Christi, quæ ecclesiæ Sacri Imperii, Romani, Germanici *Universitas*, Basilicæ vestra & contingentes (nam ex diabasi Basilicæ, Generali Concilio Basileensi, Ecclesiæ Christi unum) Ecclesiæ Sacri Imperii, Romani, Germanici Basilicæ unum, & comprehensa Basilica, nostris parentes & fundatores, Ecclesiæ Christi, quæ ecclesiæ Sacri Imperii, Romani Germanici vestris ordinibus & politicæ politicorum. Statim igitur vestra pontificum Moguntinensium, & nostra Basilicæ, ordinationes, & Ecclesiæ Christi nec non Sacri Imperii, Romani, Germanici, suppeditatæ regulæ, & vestram Basilicæ Generalis Concilii Basileensis, quæ Basilicæ, & Ecclesiæ Christi, quæ ecclesiæ Sacri Imperii, Romani Germanici, &

M. D. XL. Esensem VVitmundam & Stedesgorff, Anna, Baldasari soror, Ottonis comit
Ritbergensis vxor, & filius ex ea natus Ioannes, comes Ritbergensis, ac hæred
1541. ipsius, masculi & fœminæ in feudum accipiant; & Bremensem Senatum dominu
feudi recognoscant; arcesq; & oppida petenti senatui patefaciant; nullos piratas
suis portibus aut oppidis foueant aut receptent: mercatoribus ad illa littora na
fragis bona restituant; tutum commeatum, & commercia Bremensibus in toto t
ritorio libera permittant, & se mutuo in omnibus periculis fideliter iuuent. Ci
Ieuerensi etiam Domina vicina, Bremensium in hoc bello socia pacem & amic
tiam perpetuò colant, & pro sumptibus executionis, Bremensibus quinquagin
millia aureorum Rhenensium, decem millia in præsenti, reliquum quinq; annora
prox. pensionibus æquis soluant. Hanc transactionem Ernestus dux Lunæburge
sis, Philippus Landgrauius Hassiæ, Iodocus comes Hoiensis, Ioannes Deipholde
sis; Otto Ritbergensis, Ioannis patef: Anna comitissa; & Ioannes filius: Senat
Bremensis; Hicco & Hero, nomine nobilitatis, & Senatus Esensis, subscriptione
sigillis suis confirmarunt, Cal. Decembris. Anna verò, Ennonis Frisiæ comitis
dua, missis Bremam legatis & iure comitum Frisiæ in agrum Esensem exposito, pr
testationem facto Bremensium solennem opposuit, & Senatum Bremensem m
nuit, vt à filiorum suorum prouincia abstineret. Cumq; parum proficeret, ad Im
& imperij ordines querelam detulit. Etsi autem inter Bremensis & comitem Ri
bergicum ita, vt commemoraui, conuenerat: tamen post occupatam à Carolo V
Geldriam & captos principes Saxoniæ & Hassiæ: Carolus V. dominium ditio
Esensis directum, à Carolo Geldriæ duce olim, Baldasarum exulem restituente pa
tum, ducatui Geldriæ iterum vindicauit. nec Bremenses cum potentissimo Imp. fi
contendendum de eo iudicarunt.

Ianuario. Francisco duci Saxon. Laoburgensi, Sibylla, Henrici Saxoniæ ducis filia, n
pta est, ex qua sex filios, ac in his Henricum archiep. Bremensem, Osnabr. Padel
& tres filias suscepit. Henricus dux Saxoniæ antequam ad gubernationem pertu
nisset, fœderi Smalcal. se, suo & hæredum nomine obligauerat. Nunc verò, qu
rundam ordinum suorum, tempestatem ab Imp. impendentem prospicientium
Exeunte consilio, se inde iterum extricauit. quod elector Saxon. Iohan. Frider. in litteris a
1546. ordines Misniæ, quibus bellum eis indicit, ipse commemorat.

In Svecia Rex Gostauus, cùm singulari virtute, sapientia, felicitate Heroica, Regnum Sueciæ, ex ore & faucibus Christerni Daniæ Regis ereptum ac recuperatum, muniuisset, & tranquillum ac florens annos ferè viginti rexisset, de successore etiam solicitus, vt ad posteritatem forma regni ab ipso constituta durabilis & firma conseruaretur, cum senatu regni egit, vt se patre decedente, filium Ericum Regem agnoscerent, & digitis; in stricto Gostaui regis gladio collocatis iurarent, regis Gostaui liberos, pro regni hæredibus, ipsorumq; hæreditarijs dominis, habituros. Quæ pacta in comitijs Nylosiensibus signata, & quadriennio post in comitijs Arosiensibus, idibus Ianuarij confirmata, & expresso successionis ordine certo publicata sunt, vt suo loco exponam.

In Lithuaniæ metropoli Vilna, primus purioris euangelij doctrinæ semin hoc anno spargere cœpit D. Abrahamus. quæ sequentibus annis, Nicolai Radeui ducis Olicensis ac Niesvvicensis, Palatini Vilnensis, patrocinio pio ac munifico, Lithuania & Polonia longè lateq; propagata sunt. Hic enim primus Vilnæ, negantibus ad congressus publicos templorum vsum sacrificulis, in aula sua, fano S. Iohannis opposita, conuentus sacros fieri permisit: Bibliа, ex Ebraicis & Græcis fontibus in linguam Polonicam versa, primus Sarmatis dedit, in interpretes ac typographos circiter decem millibus aureorum impensis. Quod religiosum & pium illius studium, coniunx etiam Elisabetha Sidlouiecia fideliter adiuuit. Est autem Lithvania, vt id obiter inseram, versus ortum, Borysthene; ad boream, Moscouia & Liuonia; ad occasum, Prussia & Polonia; ad meridiem, Podoliæ limitibus finita. ac vniuersa in decem Palatinatus seu prouincias præcipuas diuisa est. quarum metropolis & caput hoc tempore Vilna est, ad Viliæ & Vilnæ confluentem

A.C

d Gedimino primum condita : ſedes Palatini inter Lithuanos primi; & M. D. XL.
manæ obedientiæ (Leopolienſi arch. ſubditi)& Metropolitani Ruſſiæ,
ub ſe epiſcopas Græci ritus habet, Polotiæ, Vdolomiriæ, Lucæ in Vol-
ad Pripetium fl. Kyoviæ, Præmiſliæ, & Leopoli. 2. TROCENSIS ſatra-
unt GRODNA, ad Cronum fl. vbi Stephanus rex Poloniæ obijt. Cauna
Viliæ conſl. Lida, Vpita. 3. MINSCENSIS, Boriſouia & aliæ arces &
Bereſinam fl. ſita. 4. NouoGRODENSIS. 5 Breſtienſis ad Bugum fl. in
ſſiæ. 6. VOLINIAE, Lucæ epiſcopi ſedes, Vlodomiria, Cremenecia.
ad Boryſthenem. 8. MIEC iſlauienſis ad Soſam & Boryſthenem in fi-
uiæ. 9. VITEBSIENSIS, itidem in finibus Moſcouiæ ad DVNAM fl. 18. à
milliaribus diſtat. 10. POLOCENSIS, ad Polotæ & Dunæ conſl. inter Vi-
noniam interiecta. Harum prouinciarum Palatinos & Caſtellanos, Si- 1569.
uguſtus, Poloniæ Rex, in comitijs Lublinenſibus, in vnum Reipublicæ
Polonis vniuit, & certum ſingulis proceribus, epiſcopis, Palatinis, &
Lithuanis, locum ac ordinem in Senatu regni attribuit : ita vt ex vni-
iæ regno, omnibusq; prouincijs illi coniunctis, ſint in Senatu epiſcopi
Palatini triginta vnus : Caſtellani maiores 30. minores 50. & qui officia-
minantur, Marſcalci regni & curiæ, cancellarij, ac vicecancellarij, ac
duo. Sed hæc conuenientiore loco & tempore alibi exponemus. nunc
redeo, cuius princeps MAVRICIVS Saxoniæ dux, Henrici filius, M. D. XLI.
viceſimo, Agnen Philippi Haſſiæ principis filiam, coniugem ducit.
annum ætatis ſexageſimum octauum iam egreſſus, paucis poſt nup-
ſibus moritur. MAVRITIVS igitur, ante annos, animumque gerens,
les, totius ditionis gubernationem ſuſcipit, fratre Auguſto quindecim
huc adoleſcente.

AM imperij vrbem in Saxonia antiquam Ioanni Friderico Saxo-
foederatam, ſed ditionibus principis Brunſuic. inimici, vndiquaq;
meræ iudicium (perinde ac Mindam quoq; ad Viſurgim, à Canonicis 1527.
m) recens proſcripſerat. quod olim armata manu ex vrbe erumpentes,
nontis Georgij incendiſſent, & miniſtros ducis Brunſuicenſis in eo de-
cidaſſent. Huius proſcriptionis, aduerſus Goſlarienſes inprimis, ſtre-
dæ, cupidus erat Henricus dux Brunſuic. qui comeatuum importatio-
ditionibus in eam vrbem prohibebat, & quacunq; poterat ratione ijs
bat. Cum igitur ab electore Saxoniæ, & cæteris religionis nomine
s, opem Goſlarienſes peterent : horum interceſſione Carolus Imp. ad
isbonæ indicta, iter faciens, executionem proſcriptionis ciuitatum 1546.
Mindæ, Spiræ ſuſpendit, & ab omnibus pacem coli iubet. Hanc ſuſpen- 18. Ianuar.
andata Cæſaris, à Brunſuicenſi violata, velut fundamentum iuſti belli
nſuicenſem, ſequenti anno ſuſcepti, elector Saxoniæ & fœderati col-

menſe Ianuario, VVormatiæ, poſt longas Pontificiorum & legatorum
oniæ ac cæterorum Auguſtanæ confeſſioni coniunctorum ordinum de
liberationes, tandem die 14. Ianuarij &, tribus ſequentibus, de peccato
cius & Philippus congreſſi ſunt, cuius tridui declamatiunculæ, in publi-
oquij actis extant : Quod, literis Imperatoris præter expectationem al-
m, & RATISBONAM tranſlatum eſt. vbi inchoatis comitijs, Liber, qui qua-
ſtraret ad dirimendas controuerſias de omnibus articulis doctrinæ,
is, ac ritibus eccleſiæ, à Gerardo Veltvvichio, Cæſaris familiari, mo-
Cæſari perſuaſum erat, ſcriptus; delectis collocutoribus, Cæſaris no-
nitur. In eo legendo & cenſendo ſequens menſis conſumptus, &
liber cum cenſuris proteſtantium de quibuſdam articulis, Cæſari
Secutæ ſunt principum deliberationes variæ, donec tandem Con-
Pontificij ſententia, Carolus omnem controuerſiarum religionis com

poſitio-

M. D. XLI. positionem, ad Synodum Oecumenicam breui indicendam reiecit, ac inte
pacem in imperio coli iussit. Acta de religione in hoc conuentu Ratisbonensi,
cum libro collocutoribus propositio, & scriptis exhibitis, VVitteberg æ, & plura
gentinæ per Bucerum collecta & edita sunt.

Dum Ratisbonæ de concordia Religionis restituenda in imperio agitur,
dinandus Boëmiæ rex, denuò iura successionis in regno Vngariæ sua, regis Ioan
morte ad se deuoluta vrgens: cum exercitu Vngáriam inuadit, & viduam Ioan
Elisabetham, Sigismundi Poloni filiam, cum filiolo infante, Budæ obsidet. Illa
lymannum Turcicum Imperatorem inuocat: qui præmissis copijs, ipse ad
dam venit. Ferdinandi copiæ trans Danubium ponte nauali stratum, aufugere
stum conatæ, tristissimam cladem, partim in littore Budano conciſæ, partim in
nubio submersæ, acceperunt. Qui transierant, consternatis animis, Pesto etiam
fugientes, tormenta & commeatum, ac supellectilem precioſam omnem, cum o
bellico apparatu, & ipsa vrbe Pesto, Turcis possidendam reliquerunt. Solyman
cùm Ioannis filiolum infantem ad se in castra mitti iussisset; fraude interea Bu
militibus suis immissis occupat, Reginæ, reddito filio, nunciat, vt in Transſy
niam eat: se Budam, ne toties sibi in Vngariam redeundum sit, collocato in ea
fecto cum præsidio, defensurum esse. Hæc cum menſe Augusto & Septembri
rentur, & in summis angustijs rex Ferdinandus versaretur: Carolus ad Algie
Mauritaniæ vrbem, quæ Iulia Cæsarea olim nuncupata, hoc tempore Turcico
piratarum & prædonum portus & statio præcipua erat, monti decliui, instar se
rum gradibus, ædificijs adhærentibus, expeditionem infelicem susceperit. ac ed
ipsis Hædorum diebus ex Lunæ & Spedia Hetruriæ portu classe, exeunte m
Octobri Argilen appulit, vbi expoſito in continentem exercitu, sæuissimis ve
rum procellis naues collisæ, & imbribus assiduè effusis, omnis administratio be
impedita est. Imperator malle se vnum Christianum seruare, quàm mille Mau
occidere dicens, milite reliquis nauibus impoſito, menſe Nouembri in Hiſpan
redijt, cùm piscibus esca factus passim in Germania & Gallia spargeretur.

NAOBVRGI ad Salam, episcopus Philippus Palatinus, Philippi elect
Palatini filius, Ludoici & Friderici (qui consilijs ac moderatione sua exitiales
Germaniæ motus aliquoties nostra ætate compoſuerunt) frater, ex hac vita dec
serat. Quare Canonicorum collegium IVLIVM Pflug, Cæsaris filium, ingeni
doctrina, latinè scribendi facultate, & in rebus agendis dexteritate ac industria pr
stantem, & carum Carolo Cæsari, ad quem de constituenda Republica sibi
uiss. scripserat, & ab eo inter collocutores partis Pontificiæ Ratisbonæ designa
erat, episcopum eligunt. Huic verò electioni, Ioannes Fridericus Saxoniæ D
diœceseos illius aduocatus & patronus, aduersabatur, hanc præcipuè ob cau
quod Episcopum à doctrina euangelij, quam ipse profiteretur, alieniorem, ecc
suarum & vicinarum regionum præesse nollet. Itaque Nicolaum Amsdorfium,
dem nobili familia natum, in Pflugij locum substituit. Quæ actio inprimis Ca
Imp. animum, iam ante alienatum, magis aduersus Saxoniæ ducem exacerb
Cumque in comitijs Spiræ postea Iulius de iniuria illa Saxoniæ ducis quereret
Cæsar eum ad exigui temporis patientiã hortatus, Tua causa, inquit, erit mea ca

In Arctois regnis, Christianus III. Daniæ, & Gostauus Sueciæ, Reges, ad
ctis regnorum Daniæ & Sueciæ senatoribus, in vtriusq; regni limitibus ad Bro
broo, menſe Maio, conuenerunt, vbi compoſitis regnorum negocijs, PAX q
quaginta annorum, inter regna hæc Arctoa, & fœdus aduersus omnes hostes re
uatum est.

Paulò post Franciscus Galliæ rex, de bello Cæsari Carolo V. ob interfecto
Pado ipsius legatos ad Turcam ituros, & Mediolanum non restitutum, infere
deliberans, cum Christiano Daniæ rege fœdus facit. qui auxilia equitum certa,
cibus Gallis in ditione VVilelmi ducis Iuliacensis (cui Franciscus, sororis Marg
tæ, & Antonij Nauarræ regis filiam, Ioannam desponderat) sequenti anno co
colligentibus, adiunxit. Ad Gostauum quoq; Sueciæ regem, Richerium, pac
ami

Iuuauiæ ceuis, Gallus abegnus. Godanus vicinus, confirmand fidei. Ad Ann. 811.
Sententiæ Erici regnæ fratrem, Constantini & Pipi cancellarium. Canadenses magnates, & Gregorius Nonnensium, ad Francfurtum ad Mœnum
Ioannis monachus, ac per Germaniam itinere facto, duces aliquot & milites conscribit. Ioannes Ratisponensis, Ioannes Salzburgensis, Ioannes Aquileiensis, Ioannes Constantiensis, Ioannes Sedunensis, & Ioannes Curiensis, hactenus præsentes, præsentes & tradituri in sententiam ordinum hominumque, ad Ioannem, ipsique præfectus regius, eruntque nouitius, gratificare, ad Ioannem Gallum ecclesiæ parochialis, & de matrimonio principum Ioannes Constantiensis, & Ioannes Curiensis, Albertus Aduersus Ioannem Laborensis, Ioannis archiepiscopi Vplandis Bonæ exulis, Ioannes Ioannis Ioannes Ioannes Ioannis & insulæ, Ioannis abstinentes, Ioannes Ioannes Ioannes, mihi in Scandinauiæ curricula mediocri, multos ex Ioannes Ioannes Ioannes

M. D. XLI. 23. Maij. Optimi principis, Ernesti Ducis Lunæburgensis ecclesiarum episcopus, V banus Regius, insigni pietate & doctrina Theologus, Ceilæ Saxonum, ad Chri & cœlestis ecclesiæ societatem migrauit. quem, proximè sequenti mense, Soph Ernesti ducis Lunæburgensis coniunx, Henrici Megapolitani filia, mater pr sentium ducum Lunæburgensium fratrum, secuta est. Quo ipso tempo VVolffgangus Capito, Argentinæ; Simon Grynæus, vir solidè in tribus lingu & vniuersa Philosophia citra supercilium eruditus, Basileæ: & Philippus The phrastus Paracelsus, medicus, Iuuauiæ in Alpibus Noricis; inter viuos esse sierunt.

Academia Francofordiensis ad Viadrum, post motas à Luthero de doctri religionis controuersias, deserta & vasta, Ioachimi II. electoris Brandeburgen auctoritate & mandato, per Georgium Sabinum, collegasq; illi adiunctos, cœp est instaurari, edito publicè studiorum & lectionum ordine, & programmatis eru tis, quorum memoriam in ea Academia conseruari iustum est.

M.D.XLII. In ferijs Natalibus annum M. D. XLII. ordientibus, MARIA, coniu Henrici iunioris, ducis Brunsuicensis, soror Vlrici ducis VVirtebergici; cum c cro diu excruciata fuisset, tandem die Innocentum ex hac vita migrauit, reli tribus filijs, Carolo, Philippo, & Iulio, & totidem filiabus. Cùm funus in cinum cœnobium Steterburg duceretur, caminus cubiculi illius in arce Lycaon ardere cœpit, quod omen futuri incendij fuit, quo domus Brunsuicensis eod anno deformata est. Sequenti enim æstate, Ioan. Friderici electoris Saxoniæ Philippi Hassiæ & cæterorum principum fœderatorum armis, maritus illius He ricus dux Brunsuicensis, cum filijs, tota ditione pulsus est, ac die 18. Iulij Henricum Brunsuicensem ab Electore Saxoniæ Ioanne Friderico & ciuitate Bru suicensi literæ bellum denunciantes missæ sunt. Postridie Landgrauij Hassiæ, ciuitatis Goslarienſis literæ accesserunt. Brunsuicenses Canonicis mandant, intra biduum vrbe excedant. 20. Iulij Rittershusen cœnobium occupant & di piunt. Postridie Bernardus à Mylen summus electoris Saxoniæ militiæ præfectus, cum 600. equitibus & 3. peditum vexillis, ex vrbe Brunsuiga profectus Rittershusij castra locat, & vicina ducis oppida & pagos in fœderatorum potestatem redigit. 29. Iulij demum Saxo & Landgrauius ipsi Gandersheimiam appellant, & 2. Aug. ad Lycaoniæ arcis obsidionem accedunt. Quam 12. die deditam, postridiè principes ingressi, Dionysio Landgrauij pastore precum ἐξαρχῳ, solemni carmine triumphali, gratias Deo pro victoria agunt, & præfectura arcis Bernardo à Mylen & cæteris commendata: 19. Augusti Saxo & Landgrauius Brunsuigam veniunt, cum quatriduo ante Brunsuic. ciues ἄδακρυν πόλεμον finientes nomine amisso, in vrbem redijssent. 1. Septemb. castra soluta, & copiæ dimissæ sunt. Arx Lycaonia vt dixi 12. August. fœderatis dedita est. Henricus verò, ante obsidionem, cùm primùm ei bellum denunciatum esset, cum filijs Philippo & Carolo ad VVilelmum Bauariæ ducem profectus erat. Iulius, 14. ætatis annum vix ingressus, Gandershemo Calenbergam, ad ducis Erici matrem; inde Laoburgum ad Franciscum ducem Saxoniæ amitinum, secessit, vnde postea Coloniam à patre exule, qui eum sacris destinauerat, vocatus, studijs literarum aliquot annos vacauit.

Causam verò, seu πρόφασιν belli contra Henricum ducem Brunsuici susceptι, publico scripto, Saxoniæ & Hassiæ principes, fœderatorum Duces, exposuerunt. quod dux Brunsuicensis contra Cæsaris & regis Ferdinandi mandata, quibus proscriptionis Goslarienſis executionem suspenderant, & pacem imperarant, vicinas vrbes, Goslariam & Brunsuigam Saxoni & Hesso fœderatas, perpetuis excursionibus, violentia, & rapinis vexare non desineret. Itaq; petentibus à se opem & defensionem aduersus vim iniustam ciuitatibus socijs deesse non potuisse. postea ad Cameræ iudicium, à duce Brunsuic. pulso accusati & citati, non comparent editoq; scripto, iudicium illud velut iniquum, alteriq; parti prorsus addictum, omnibus in causis recusant, mense Decembri. Pulso Brunsuicense, elector Saxoniæ &

cæter

Ferdinandi ordinarii, facilem ad pacem reddere posse, nouum Regem, Maximilianum Comitem, & Martinum Guttilerium, adiunctis quibusdam ex regno Hungariæ Senatoribus, ad Ferdinandum Cæsarem, Viennam mittere, qui de pacis conditionibus illum doceant conferant. Quæ frequens nouo Vvitenbergæ Senatus, & optimorum ciuium, per decretum Hermicum ordinem mittit ad eos.

Die 20. Ianuarii, præsente Ioanne Friderico electore, & Ioanne Friderico Saxoniæ electo, Nurbergi ad Salam, Nicolaus Amsdorfius, vir robusti, & ad omnia pericula subeunda animi Martini, Lutheri, simul nunc primum in Nicolaum Hausmannum pastorem Nordhusanum, Georgium Spalatinum Misnæ ad Vvelligiacum Salam Comitem Mansfeldium, & Ioannem Agricolam Islebium, ad Ioannem Islebium, ad reliqua ecclesiæ exilia, iuste ac sanctissime patronis ecclesiæ reiectis fit, libro publicato eiusdem pedus Lutheri nubilo: Ad Nicolaum Hausmannum Friderici filius, qui hactenus anno ætatis 18. fuit, huiusmodi scribam, a præcepto nobilibus illi commendatum, non obtrudebat, & quem ingenio ad omnia ferebat, ut ipsum Nicolaum Hausmannum, quem ætate alii offendebant accelerare, alacrius ille ab Electore fidelem Cæsari Ferdinando ordinarium Friderici & patris Sanctissimi Lutheri, ne, ne ad nouas nouarum ædificatores, fore putet Hausmann, si hæc habeantur, quæ ad Ferdinandum Cæsarem Viennam mittuntur, & quæ ad Electorem Saxoniæ pacis.

Ferdinandus Cæsar, Sperancinis, in quibus multis imperii Ferdinando, ad Hungaros bellum in Vngariam decreto fuit, & victrices peractis ad Turcos bellis Germanorum copias, Ferdinando Cæsari, Hungaros, Bohemos, Austriacos, Vvenetos, ad Mahumetem, in quo cum pulcherrimo bello Ferdinandi Cæsaris gesta sui eius temporis coronandus, & diligens adeo acuta & Ferdinandi Cæsaris Ferdinandi & Maximiliani filiorum illius ætatis, & ingenia ad bona, & quidem in ipsis palatiis & reluctantibus Cæsaris Ferdinandi, Hungaros Hungaros Hafræ principiis, cuius filius Ioannes Sigismundus Austriæ, bellum Hungaros, fed minorum offendiones non fidelium Germanorum, ad Ferdinandum, & omnibus Sperancinis Germanorum, quæ Ferdinandus nouus nouis & imperiis, modi hactenus in Vngarian dicto ad Electorem Friderici Ferdinandi, & Ferdinandi Cæsaris Ferdinandi, & Ferdinandi Cæsaris Ferdinandi, & Ferdinandi Cæsaris

M.D.XLII. vetera cum Carolo Egmondano pacta sæpè renouata vrgenti, constanter recusarat. & libro edito, ius successionis suum legitimum demonstrare conatus erat. Cum igitur Carolum Cæsarem infensum sibi haberet, cum Francisco Galliæ rege fœdus & adfinitatem inierat: Ioanna, fororis Francisci filia, solenni ritu ipsi desponsata.



RATISBONÆ ad Danubium, pura euangelij doctrina, per Doctorem Ioannem Forsterum, Noriberga euocatum, publicè prædicari cœpit. ac sequenti anno, D.
1543. Hieronymus Nopus & Nicolaus Gallus, Cotæ in Saxonia natus, VVittebergam missi, & Lutheri consilio instructi, ordinationem ecclesiasticam, ad illius loci & temporis conditionem accommodatam condiderunt, quæ vsq; ad promulgationem li-
1548. bri Interim durauit. Post Passauiensem pacem, in ecclesia per Senatum instaura-
1552. ta, Iustus Ionas aliquandiu docuit. Postea Nicolaus Gallus Magdeburga reuoca-
1553. tus, non illius solum vrbis, sed totius viciniæ, Austriæ ac Stiriæ ecclesias emendatas, doctrina & consilijs suis piè & fideliter erudijt & gubernauit.

MARIA Scotiæ regina (quæ nostris temporibus primùm Francisco II. Gallorum regi, deinde Henrico Stuarto nupta, & interfecto marito, ad perpetuos carceres in insulam deportata, ac inde aufugiens in Anglia iam multos annos captiua
4. Decemb. detinetur) hoc anno exeunte nata est, patre Iacobo V. (qui prælio ab Anglis eodem tempore superatus, octauo post natam filiam die extinctus est) matre Maria, Claudij Guisiæ & Lotharingiæ principis filia, Francisci Guisij, qui Caletum postea recuperauit, sorore.

Adscribam hoc loco etiam Hieronymi Aleandri obitum, vt insigne Noema epitaphio illius, erudita breuitate inclusum, notius quibusdam fiat. Istrium linguarum peritissimus, & incomparabili memoriæ capacissimæ & promptissimæ felicitate præditus, cùm Parisijs Græcè docens, sub Ludoico XII. primùm innotuisset, Romam se contulit, vnde à Leone X. legatus in Germaniam in causa Lutheri missus est. Postea archiepiscopus Brundusinus, & tandem Cardinalis, hoc anno decessit, cum sepulchro distichon Græcum, à se ante mortem factum, inscribi iussisset.

Κάτθανον οὐκ ἀέκων, ὅτι παύσομαι, ὧν ἐπιμάρτυς
πλείστων, ὧν περ' ἰδὼν ἄλγιον οὐ θανάτου.
Excessi è vitæ erumnis, facilisq; lubensq;,
Ne peiora ipsâ morte dehinc videam.

Bertramus à Dam, patritius Brunsuicensis, qui epistolam ad Romanos eleganti carmine latino reddidit, Philippo Melanthoni dicatam: ac poëtis suæ ætatis, Eobano Hesso, Euricio Cordo, Antonio Nigro familiaris & charissimus fuit: die 7. Martij decessit. cui Ioannes Glandorpius Epithaphium fecit:

Ἔνθαδε Βερτράμου κεῖται κλεινὸν ἐμπεδόφυλλον
Θρησκείαι, Μοῦσαι, πατρίδος, οἴκου ἔρνος.
Bertramus situs hic, quem vera laude celebrant
Religio, Musæ, patria, familia.

OSNABRVGAE, vbi iam inde ab Anabaptistica in vrbe Monasteriensi tragœdia, publicum purioris euangelij doctrinæ ministerium non ita liberum fuerat: Senatus, de Francisci episcopi consensu, Hermannum Bonnum, in diœcesi illa natum, Lubecâ, ad piam ecclesiarum in vrbe sua instaurationem euocat.

Cùm

Catholicæ ecclesiæ, Lutheranæ fides, Interim, Augustana Confessio, Bucerus, Osiander, Germaniæ maculatores, ut singula in suis decretis, puta de Cœnæ sacramento, Missæ veteribus ubicunque locis retentis, de ceremoniis, de sacerdotum et aliis Hierarchiæ ecclesiasticæ Colonnetis metropolitanis, ritemmatorum Adrianæ Ecclesiæ antistitum jam Romæ inchoatis: Florentius etiam, qui parochiales suas non perspexerat, presentium suam ecclesiarum conditionem, quam tam arcta premebant, facilius norunt quam. Bernus igitur noviæ Reformationis doctor Oldenburgo cepit, & ordinationem ecclesiasticam, cum Lubecensi quoad fieri potuit, ejusdem prorsus ac Lunensis Pastoris effe voluit. Quare, vigintis duobus, libris ecclesiasticis Redactus, à Capitulo palam, in aula Comitiæ Verdenbergensi, Rhodo & aliis ecclesiis publicæ autoritatis, authentice sub C. Cathalano confirmati. Visitatores berdalium sed D. Bernus, Superintendens Oldenburgensis, Johannes Timannus, Pastor Brakelensis, & Hermannus Schaumburgius Oldenburgus, Quibus visum in concilio Ecclesiarum, prædicti dominus prælectis paßim etiam in reliquis diœcesibus Ecclesiis, plus minusve, ut locorum opportunitas, ordinis, quæ inerat cuique viris quinquennium tranquillis ministeriis.

SAXONIAE LIBER DECIMVS SEXTVS.

Illustrissimo principi & Domino Dn.

OTTONI HENRICO

COMITI PALATINO RHENI DVCI BAVARIAE, COMITI Veldentiae & Spanhemi,

Illustrissimo principi Palatino VVOLFGANGO filio, LVDOVICI nepoti,

Domino clementissimo:

Dauid Chytraeus.

COLONIENSIS archiepiscopus Hermannus M. D. LXXII.
Wedensis, Comes palatinus ad Rhenum, Sacri Romani Imperii princeps, Dux Bavariæ, Angariæ, Westphaliæ, &c. Quum ad hæc, publica auctoritate nos impulserit, ut ea, quæ in Ecclesia explicari per Sacrorum Ministrorum curam consueta, & ritus, ac cæremonias veteres nostri, Coloniensis Ecclesiæ quotquot hactenus fuerunt perstare, ea cum religionum nostrarum, literarumque, quæ in his nostris continentur retinebat, ea ne novitatem aut ordinationes recentes celebrandi exemplum efle posset. Sed reliquorum Ministrorum, quos in templum parochiale Coloniæ ex publico fisco nostro stipendia ex quibusdam reditibus persolvi, ut Coloniæ in

M. D. XLIII. Caminensi in Pomerania diœcesi, post Erasmum Manteufel, quem filiorum Bogislai X. præceptorem fuisse diximus, rebus humanis exemptum: Bartholomæus Suauenius præesse cœpit: certis cum ducibus Pomeraniæ Barnimo & Philippo pactis initis, & ducta vxore. Verùm sexennio post, Cæsare Carolo, victor in Pomeraniæ duces ob societatem cum electore Saxoniæ Ioanne Friderico, & ceteris Smalcaldico fœdere iunctis, se inclementiorem ostendente: Suauenius, cui defendi à principibus se vix posse existimaret, sponte prouinciam Martino VVigero resignauit.

Inter Barnimum ac Philippum Pomeraniæ duces, & Christianum III. Daniæ regem, controuersia, de reditibus & Iurisdictione ecclesiastica episcopi Roscildensis in Rvgia, aliquot iam annos agitatæ: tandem ineunte Septembri compositæ transactæ sunt. Cum enim Rugiæ principes, olim per VValdemarum I. Daniæ regem à mari, & Henricum Leonem Saxoniæ ducem à terrâ oppugnati: Religione Christianam primùm amplexi essent: Daniæ rex, insularum Rugiæ dominium directum, sibi ac successoribus suis: ecclesiasticam verò iurisdictionem, Roscildensi episcopo Danico, qui expeditioni vnà intererat, illiusq; successoribus, reseruauit. Henricus Leo vicissim, continentis Rugiæ seu Bardensis Ducatus imperium supremum, sibi; ecclesiarum verò inspectionem, Suerinensi episcopo attribuit.

Incidente autem in Pomerania Religionis mutatione, eodem fere tempore quo Daniam rex Christianus bello occupabat: cùm passim prædia & bona episcoporum & cœnobiorum in fiscos Principum redigerentur: Pomeraniæ duces, inter cætera, episcopi etiam Roscildensis in Rugia reditus, & quæ cœnobium Holsatiæ Reinfelden, ex præfectura Treptouiensi ad Regam annuatim percipiebat, sibi deinceps pendi volebant. Christianus Daniæ rex, eandem Euangelij doctrinam cum Pomeranis amplexus, cum episcopæ Roscildensis, vt cæterarum in regno Daniæ patronus & defensor esset: frumentum episcopi & cæteras pensiones, antiquitus ei Rugia debitas episcopo, persolui flagitabat. Pomeraniæ Duces, abrogata iam veterum episcoporum Iurisdictione pontificiâ, æquum esse censebant, vt prædia etiam & reditus illorum penes illos manerent, qui officium episcopi, & sumptus in constituendis & alendis Euangelij ministris sustinerent.

Viuebat autem in aulâ Danicâ miles Rugianus, Ducum Pomeraniæ vasallus, Ioannes Barnicouius, qui de iure ac reditibus & prædijs episcopi in Rugia regem edocebat, eaq; vt antiquitus nobili alicui Rugiano administranda conferri ab episcopo solita sint, sibi à rege concedi obtinuerat. Aduersantibus verò Pomeraniæ ducibus, Rugiæ principibus, cùm tranquillè frui bonis illis Barnicouius non posset, ac subinde præfecti illius pellerentur, & frumentum cæteriq; reditus aresto detinerentur: tandem à rege Christiano impetrat, vt vicissim ciuitatum Pomeranicarum naues & merces in portubus regni Daniæ, ipsi aresto detinere liceat. Pomerani à coniunctis nomine religionis fœdere Smalcaldico principibus, auxilium petunt. Qui, cùm Daniæ regem, eiusdem fœderis socium offendere nollent; Pomerani respondent. Causam illorum, non ad religionem, cuius defendendæ societatem in fœdere inierint, sed alia negocia, à religione & casu mutuæ defensionis, quoad mutua auxilia aduersus hostes Euangelij ex fœdere obligati sint, aliena, pertinere.

Pomerani igitur iniustè deseri se à confœderatis iudicantes, vicissim contribuere ad sumtus fœderis, & auxilia ad electionem ducis Brunsuicensis, & alia mittere desierunt. ac vt cum Daniæ rege vicino in gratiam redirent, Kielæ in Holsatia controuersiam illam de bonis episcopi Roscildensis in Rugia, his conditionibus componi patiuntur, vt duces Pomeraniæ, episcopi Roscildensis bona, à se in Rugia occupata, episcopo ante Cal. Nouemb. restituant: eumq; aut illius œconomum deinceps tranquillè ijs vti frui sinant: vt antiquitus solebant. Vicissim onera vectigalia ipsis vt principibus debita, (die folge vnd ſteuer) & pro hospitij iure (ablegergelt) & præfecto Rugiæ in reditibus colligendis episcopum adiuturo, sesquilastam frumenti pendant. Ioannes Barnicouius, illiusq; hæredes, bona illa deinceps administrent, & in gratiam ducum Pomeraniæ, omnibus priſtinis offensionibus condonatis, integrè re-

gré redeant. Officium episcopi in insula administrabit pius Superintendens, à duci- M. D. XLIII.
bus Pomeraniæ vocatus & nominatus & ab episcopo Roscildense confirmatus, cui ex reditibus episcopi præfectus, annuos centum florenos, & quatuor frumenti la-
tis ineunte Februario exoluet. De habitatione commoda, & stipendij accessione, deinceps Pomeraniæ duces Superintendenti prouidebunt. Quod si iustis & necessa-
riis de causis episcopus Roscildensis, Superintendentem Rugiæ ab officio remouen-
dum esse iudicabit: tempestiuè de sua voluntate duces Pomeraniæ docebit, vt alium idoneum à se conductum & nominatum statim substituere possint. Sin Pomeraniæ ducum negligentia Superintendens nullus conducetur: stipendium illius ad episco-
pum Roscildensem interea recidet. Damna vtrinq; compensantur. Nec quidquam hæc transactio cæteris iuribus Regis Daniæ, vt Patroni & protectoris ecclesiæ Ro-
schildensis, in ecclesiæ illius bonis: nec ducum Pomeraniæ & principum Rugiæ su-
perioritati & iuribus, quæ hactenus habuerunt, nec alijs iuris aliquid se habere exi-
stimantibus, præiudicabit.

TREMONIÆ, Gymnasium seu schola bonarum literarum & artium Logicarum & superiorum disciplinarum illustris, à prudentissimo vrbis senatu fundata & erecta 34. Augusti.
est, Rectore primo Ioanne Lambachio I. V. D. Qui, cùm eximia fide, diligentia & felicitate docendo, & prudenter gubernando, studia & mores discentium, propè quadraginta annos, summa cum laude & scholæ incremento, rexisset: successorem ⊕ 1582.
habuit CL. V. Fridericum Beurhusium Menertshagensem, cuius excellentem in- 25. Iunij.
genij vim, & iudicij sanitatem, & doctrinæ ac eloquentiæ copiam, scripta edita de-
monstrant. Fidem verò & sedulitatem ac industriam, & animi ac corporis robur su-
stinendis tot laboribus docendi, regendi, scribendi sufficiens, auditores grati præ-
dicant. TREMONIAM verò imperij vrbem, olim Trotmanniam, vulgò Dort-
mund, appellatam: in amplissimo comitatu Marchiæ VVestphalicæ, inter Colo-
niam & Monasterium sitam, CAROLUS magnus primùm iure municipali donauit, & arcem regiam, ac comitem seu vicarium Regium, qui Imperatoris nomine oppi-
dum & territorium vicinum gubernaret, in ea constituit. Extinctis verò Caroli po-
steris, sub Saxonum imperio, ab Hunnis grauiter, tum tota reliqua Germania, tum A. C. 937.
verò Tremoniensis etiam ager adflictus est, in quo agmen illorum ad interneciо-
nem cæsum esse memorant. Appellatur enim in hodiernum diem, non modò riuus quidam, non procul à porta aquilonari, in loco aquoso, Die Hünen trencke / Hun-
norum aquatio; sed etiam amplissima solitudo, ab eadem porta aliquando remoti-
or, Die Streitheide / campus pugnæ, in quo aliquando grauiter depugnatum esse, etiam ossa & arma ibidem sæpe tum ex terra effossa, tum in cauis arboribus reper-
ta, ostendunt. Tempore Ottonis I. belli cum fratribus intestini, Trotmanniæ, Ot-
toni deditæ, VVittikindus meminit, & in Ludolphi filij ac Conradi generi aduersus 938.
Ottonem seditione, Droömanni, Ottonem exercitum conscripsisse, Regino anno-
tauit. & in comitijs, Tremoniæ ab Henrico II. Imp. celebratis, Meinvverco epi-
scopo Padebornensi, ditiones maternas attribuisse Imperatorem, Trotmundæ, an-
nales referunt. Sub Henrico IIII. ob Saxonum rebellionem grauiter adflicta, deinceps verò recreata, sub Friderico Barbarossa Imp. qui aliquoties conuentus ibi
habuit dicendi causa habuit, planè floruit. postea crescente vicinorum comitum de
Altena, seu Marchiæ VVestphalicæ potentia, diu cum illis colluctati, & incendio 1297.
ædes tristissimo languefacti fœdera cum ijs tandem fecerunt. quibus ruptis, Frideri-
cus Archiep. Colonienſi autore ac duce, & omnibus vicinis episcopis ac comitibus 1381.
eam iuuantibus, grauissimam & maximè diuturnam obsidionem totos viginti duos
menses ciuitas sustinuit. Liberatam, ciuilis discordia, externo bello ferè perículo-
sior, excepit. Quæ, exacta inter ciues viritim, pro singulorum facultatibus, Geo-
metrica proportione pecuniâ, & dissoluto ære alieno, & plebeijs etiam in Sena-
tum, qui totus ex nobilibus antea constabat, lectis, anno 1400. sedata est. Deinceps
cum vicinis Marcæ & Cliuiæ comitibus ac ducibus secutis, pacem ac fœdera certa,
eaque seruarunt: immediatè tamen Imperatorum Romanorum patrocinio subie-
cta, à quibus priuilegia antecessorum, Friderici II. Ludoici Bauari, & Caroli IIII.

de

M. D. XLIII. de ſententijs rerum controuerſarum inde à tota vicinia petendis: vacatio militiæ extra vrbem ſuſcipiendæ: immunitas vectigalium, exactionumq; aliarum in toto imperio, & iuriſdictio ac prædia, quæ comites antiquitus habuerunt, partim ante 25 o. annos, partim poſtea emptionis titulo ad ſe tranſlata, confirmantur. Collegium Canonicorum in vrbe primùm Carolus Magnus D. Pantaleoni conſecrauit:
1060. quod à filio & nepote Ludoico abſolutum, poſtea Coloniam traduxit Hanno arch. & D. Mariæ ad gradus appellauit. S. Reinoldi reliquias viciſſim Tremoniam tranſtulit. cui, tanquam patrono, templum vrbis primarium dicauit. Poſtea creſcente incolarum multitudine & opibus, familiæ nobiles plura templa addiderunt. donec
1232. tandem Henrici de Virneburg arch. autoritate, præſens Parœciarum partitio in & extra vrbem facta eſt, & Monaſteria virginum nobilium, & alia acceſſerunt.

Vndique autem territorium Tremonienſe, ducis Cleuenſis ditione cinctum eſt, cuius princeps VVilelmus, cum Carolo V. Imp. bellum eo tempore gerebat. Itaq; in Comitijs Noribergenſibus, quæ continuandi belli Turcici cauſa, præcipuè indicta erant: Ferdinando rege Roman. Cæſaris nomine præſidente, omnium electorum & principum legati, componere bellum Cliuenſe, (ad quod gerendum Carolus Cæſar ipſe aduentabat) conati: Media, quæ ipſis æqua & honeſta videbantur, Ferdinando proponunt: vt Cliuenſis, Geldriæ ducatum, ac comitatum Sutphaniæ, pleno ac libero iure Imp. tanquam duci Brabantiæ reſtituat, & ſubditi ſacramentum Cæſareæ Maieſtati præſtent, deinde Maieſtas ſua ab ſacro Romano imperio inueſtituram eorum accipiat, ac poſtea tanquam dux Brabantiæ ducem Cliuenſem ſecundo loco de ijſdem inueſtiat. Arbitrari quippe illos, Cæſaris dignitati, auctoritati, exiſtimationiq; hac ratione ſatisfieri. Et quantum ad vtilitatem ac prouentus eius ducatus, comitatusque pertinet, haud ita multum ipſi, velut maximo principi decedere, ac de his congruam quoque inueniri poſſe cautionem. Ea quidem via & communi Germaniæ paci conſuli, & Turcis melius poſſe reſiſti. Sed Nicolaus de Granuela, Cæſaris orator, qui ex Hiſpanijs recens cum mandatis aduenerat, & cæteri commiſſarij, reſpondent, Cæſarem Carolum, & patrem illius Philippum Caſtellæ regem, & auum, Maximilianum Imp. & proauum Carolum Burgundum, Geldriam & Sutphaniam, velut ſacri Imperij feuda recognouiſſe, ſicut etiam Cæſaris Caroli V. perpetua mens fuerit eaſdem prouincias pro ſe & ſucceſſoribus ſuis perpetuò ab imperio recognoſcendi. Vt autem duci Cliuenſi in ſecundarium feudum eas ditiones Cæſar concedat: id neq; iuri, neq; auctoritati & exiſtimationi Cæſ. Maieſtatis vel immenſis ſumptibus & laboribus in regionum illarum defenſionem factis conuenire, & per ſe iniuſtum, & multis modis Cæſ. Maieſtati damnoſum, imò prorſus intolerabile futurum eſſe, nec ſubditorum Cæſaris ſecuritati hac ratione conſuli vllo modo poſſe. Nam Carolum Burgundum, Caroli V. proauum, à Caroli Egmondani auo Arnoldo, & Gerardo duce Iuliacenſe, ducis Cliuenſis prædeceſſoribus, Geldriam & Sutphaniam, cum ſacri imperij conſenſu, emiſſe, &
1472. ab Imperatore Friderico III. inueſtitum eſſe. Poſt Caroli Burgundi mortem, cùm
1481. Geldri ab imperio ad Gallos defeciſſent, à Maximiliano rurſus ad imperij obedientiam triennali bello reductos eſſe. cui deinde decem annos quieti paruerint, donec rurſus Gallorum dolis, auxilijsque Carolus ab Egmonda in eas ditiones per proditionem intruſus fuit, quas is deinde iuri Regum Galliæ feudali ſubiecerit. ad cuius
1492. recuperationem, grauiſſima cum illo bella Maximilianus, Philippus & Carolus ipſe geſſerint, donec ita tranſactum fuerit, vt Carolus de Egmonda, Geldriæ adminiſtrationem & vſumfructum ad vitam retineat, eoque mortuo, Burgundica domus ſuccedat. Quod cum præſens dux Cliuenſis non ignorauerit, ſicut ipſe, eas conuentiones, Defenſioni ſuæ ad propriam ignominiam inſertas ediderit; tamen contra has tranſactiones cum Egmondano initas, & contra progenitorum ſuorum fidem, & contractus, quibus & ipſe aſtringebatur: Ducatum Geldriæ fraudulenter inuaſiſſe & detinere. ac vt omnem ſibi ad Cæſaris gratiam & beneuolentiam reditum obſtrueret, cum eiſdem Gallis & alijs Cæſaris & imperij hoſtibus, fœdera, affinitatemque contraxiſſe, & contra Cæſ. Maieſt. aperte rebellaſſe, ac ditionibus

tionibus illius superiore anno bellum flagitiosè intulisse. Quamobrem vt in hostem tot modis iniurium Cæsar tantum beneficium conferat: propriumque patrimonium, tanto suo, maiorumque suorum sumptu, labore & sanguine quæsitum, in ducem Cliuensem, suæ Maiestatis rebellem, transferat, neminem sibi suadere vllo iure posse. Quod si imperij ordines, publicæ Germaniæ paci & defensioni aduersus Turcas, & Ducis Cliuensis conscientiæ & vtilitati consulere, & fidei ac obligationis, qua Cæsari deuincti sunt, meminisse velint, in eo laborare ac eniti eos debere, vt dux Cliuensis, Geldriam, vt proprium Cæsaris patrimonium, iustis progenitorum suorum titulis acquisitum, & tantis sumptibus ac laboribus ex Gallorum dominatione, Imperio vindicatum, libere relinquat, & de damnis Brabantiæ superiori anno illatis, satisfaciat, atque ita reddita Cæsari ijs, quæ omni diuino humanoque iure ad ipsum pertinent, Regiæ Maiestatis & ordinum imperij interceſſione Cæs. Maiest. gratiam tempestiuè sibi potius reconciliare studeat, quàm longiore obstinatione grauiorem eius excitare expectareque indignationem. M.D.XLIII.

Cùm igitur àmicam huius belli compositionem nullam, nisi reddita Geldria, Cæsar admitteret: induciæ in illis comitijs, vsque ad Cæsaris aduentum, certis conditionibus, legatorum Cliuensium assensu, factæ, sed à duce Cliuense, qui paulò ante ad Sittardum Brabantos profligauerat, non receptæ sunt. 24. Martij.

Carolus Imp. ex Hispanijs in Germaniam rediens, ac mense Augusto per Rhenum descendens, oppidum Iuliacensis ditionis Duren oppugnauit, captum diripuit ac incendit, trucidato præsidio, & magno numero ciuium. Consternatæ 24. August. igitur reliquæ eius ditionis vrbes, Iuliacum, Ruremunda, Venlonum; accedenti cum exercitu Cæsari se sponte dedunt. dux VVilelmus Iuliacensis, omni defensionis conatu abiecto, ipse supplex ad Carolum in castra venit, & se recipi in gratiam orauit. Carolus, cùm de conditionibus dies quinque deliberatum esset, pacem 7. Septemb. cum eo fecit. Dux Iuliacensis cessit Carolo de Geldria. Carolus autem VVilelmum reliquos ducatus tenere iussit, Iuliacensem, Cliuensem, & Bergensem. Postea mox bellum transtulit Carolus in Galliam, ac mense Octobri obsedit oppidum Landresium, quod ad Sabim fluuium, ex Hannoniæ iurisdictione occupatum, Gallus munierat in qua obsidione Mauritius etiam Saxoniæ Dux, Cæsari voluntariè militabat. Quo officio singularem sibi Cæsaris beneuolentiam & fauorem conciliauit. Turci à Francisco Galliæ rege inuocati, cum classe, cui Barbarossa præerat, ad Galliæ littus appellunt, & Niceam obsident. Tolloni hybernant. In Pannonia, alius Turcarum exercitus Strigonium, Quinque ecclesias, & Albam Regalem occupauit.

Cùm autem belli huius Iuliacensis & Gallici, superiore anno inchoati, historia, eleganti & festiuo Apologo Ioannis Fraxinei, adumbrata nominibus animantium, Reges & populos Europæ præcipuos designantium, extet: nescio an operæ pretium sit eius hoc loco mentionem, aut exemplum inferere. Libelli totius lectio perspicua erit, cùm considerabitur, OVIVM nomine Gallos significari: Luporum, Hispanos. CERVI, Germanos seu principes Imperij designant. Ceruarij, Belgas, Canes, Turcas. Arietes, regem & proceres Gallorum. Vulpes, Regem Angliæ. Crocutæ, Lyciscæ, Hispano Turcas. Tragelaphi, Austriacos, Boëmos. Tragelaphorum Rex, Ferdinandus. Ceruariorum regina, Maria. Hinnulus, dux Cliuensis & Iuliacensis. Verueces, Legati Gallici. Capræ, Bearnenses Galli. Apri, Heluetij. Vri, Dani. Bubali, Scoti, Alces, Sueci. Onagri, Vngari. Serpentes ex Africa, Tunetes & alij Carolo in Africa parentes. Belluæ Indicæ, Portugalli, &c. Philippus Caroli V. filius, à patre, ad bellum Geldricum profecturo, Hispaniæ rex designatur, Ioannis III. Portugalliæ regis (cui soror Caroli Catharina nupta erat) filiam Mariam in matrimonium ducit, qui biennio post in partu Caroli filij extincta est.

SIGISMUNDI etiam senis, Poloniæ regis, filius vnicus, patri ἐμέτου, Elisabetham, Ferdinandi Romanorum regis, & Annæ patruelis suæ, filiam, sibi connubio iungit.

Casimi-

M. D. XLIII.

Casimirus magnus Rex Poloniæ.

Vladislaus Rex Boëmiæ & Vngariæ ⊕ 1516.

ANNA Ferdinandi Rom. regis coniunx.

Elisabetha.

Sigismundus Rex Poloniæ ⊕ 1548.

Sigismundus Augustus.

Magno duci Megapolitano, Henrici filio, episcopo Suerinensi, prudenti & literarum doctrina præstanti, annum iam 35. ætatis agenti, & in gubernatione patri seni successuro, Elisabetha, Friderici I. Daniæ Regis, & Sophiæ Pomeranicæ filia, connubio, nuptijs Chilonij celebratis, iuncta est; cùm nata esset 1524. Magnus, dux Saxoniæ, Angariæ & VVestphaliæ, Ioannis filius, Bernardi nepos, Laoburgi ad Albim & Raceburgi sedes aulæ præcipuas habens, cùm amplius 45 annis patriam rexisset, in fata tandem concessit: vnico relicto filio, FRANCISCO, patrij ducatus hærede, qui Sibyllam Henrici ducis Saxoniæ filiam, Mauritij & Augusti sororem, triennio ante in matrimonium duxerat. ex qua Magnus anno 1540. natus, Franciscus, Henricus archiepiscopus Bremensis, Fridericus Chorepiscopus Colonienſ. Mauritius, hoc tempore viuentes, procreati sunt.

1540.

Georgius Marchio Brandeburgensis, Friderici filius, princeps pius, veræ Evangelij doctrinæ amans, iustus, constans, & magnanimus, qui cum Ioanne Electore Saxoniæ, confessionem fidei, Augustæ, Cæsari Carolo exhibuit; in ferijs Genethliacis filij DEI, inchoantibus annum 1544. ætatis anno 60. in cœleste regnum transfertur, relinquens vnicum filium Georgium Fridericum quinquennem, ex tertia coniuge Aemilia, Henrici ducis Saxoniæ filia, Mauritij & Augusti sororem genitum, & filias, Annam Mariam, Christophoro duci VVirtenbergensi: Sabinam Ioan. Georgio electori Brandeb. postea nuptam; ex secunda coniuge Hedvvigæ Caroli Monsterbergensis filia susceptas. Primam coniugem Beatricem, Ioannis Huniadæ filiam, Bernardi comitis de Frangepanibus viduam, in Vngaria duxit, de consilio Vladislai Vngariæ regis, auunculi sui, apud quem educatus est. ac vicissim educationi adolescentis Ludoici amitini sui, Vngariæ & Boëmiæ regis præfuit, a quo ditionibus Iegersdorff, Ratibar & Oppeln, in Silesia donatus est. Postea interfecto à Turcis Ludoico, & fratre Casimiro Budæ mortuo, ad gubernationem patriæ in Franconiam redijt, & suam ac nepotis ex fratre Casimiro, Alberti pupilli ditionem, piè, prudenter, ac iustè vsq; ad vitæ exitum gubernauit.

M. D. XLIIII. 1526. 1527.

SVECIÆ regnum, ineunte hoc anno, in comitijs regni, Arosiæ celebratis, ex libero ac electitio, Hæreditarium factum, & ad familiam Regis Gostaui, & posterorum illius marium, alligatum; & ordo successionis certus, constitutione solenni, quam Vnionem Hæreditariam nominant, statutus & sancitus est. Cùm enim ex libera illa & confusa eligendi ratione, vt nostra memoria in Vngaria, Polonia, sic in Dania & Suecia sæpe grauissimi motus & bella intestina, & tristissimæ calamitates, quæ bella præsertim ciuilia comitari solent, extitissent: Gostauus, non in præsentia solùm quieti & honori patriæ consulere; verùm ad omnem posteritatem, saluti & tranquillitati totius regni, & simul familiæ suæ dignitati prospicere cupiens, vagam illam & ancipitem, & turbis ac seditionibus assiduis obnoxiam eligendi rationem astringere, & ad familiam certam ius successionis alligare decreuit. sicut Deus ipse in regno sua voce constituto, ex vnica Dauidis familia, populo suo reges designauit. Quare aliquot iam annis deliberatam in senatu Regni successionis Legem, in Arosiensibus comitijs omnium procerum & populi totius suffragijs confirmand m promulgauit. vt Gostauo piè defuncto, Ericus primogenitus, Rex sit. Erico, si liberos mares moriens relinquet, itidem primogenitus, & huius posteri summittantur. Quod si nullis relictis filijs, primogenitus decedet proximus natu frater, illiusq; filij, & deinceps his gradu proximi, in locum subeant. Quod si Ericus, Gostaui regis primogenitus, absque liberis maribus vitam finiet

23. Ianuar.

proxi

quanta tum fama, Lucanus, tuus perfecit mors, dicentes eo ordine, quo
ista Regum acclamationes. Erederet, modo regnat Galeas filij & pofteri pronepotes. Et Lib. 1.
Regnabit Galeas. Quod si non vos Galeatiadæ Regnatis, Galeatiadarum
certe, leniore ex linguæ arte nostræ Galeas, & deinceps pronepotes ex filiis
Galeatiadæ Regnabunt Galeas Sforzijdæ. Nam omnes ex ista familia pro-
fundebas ad regna Imaum remittit, qui iuxta linguæ regnæ, nullam exercent, fed ex
Arabica corrupta, Persicam, Turcicamque dialecto, & Nidum Gallinæ ita pronuncia-
re dum hanc nostram pronuncient. Hæc conclusio de facultate Regia ita in con-
tra Aristotelicos pulsat proxima gui.

Quæstio sexta Imperij Germanici, S. v. t. a. prædicti Principes inducti, pro-
bandum Caluinos, & Sectarios regni, Imperij Principes etiam Sectarios
esse, & Sectarios regni, Imperij esse, Alterna Maximi Pontificis, & Imperatoris
nomine, Hieronymus contra 8 Vrbis, Colonienfis, Imperator Ludouicus de Hagen,
Ioannes Philippus Archiepiscopus Herbipolensis Marci Antonij de Dominis
Archiepiscopi Spalatensis, vbi ad latum inscribitur. Et ad extremum falsus eft
Ioannes, an ne Ioannes Hus, vel Ioannes Wicleffus contumax. Et tandem, ad-
uersus, aut Caluino legi, Ioannem adeoque Franciscus regnus Galeatis, quem
Ioannem Franciscum Galeatium Mirandulæ Turcarum, Ioannes, regi Galeatis Ioannes
Galeas de Bipedalio, in Salandam Imperij prouinciam à Barbarofa Italiam, Hadem
Ioannes Galeas Sforzia Vicecomes, Ioannes Franciscus Galeatius Mirandulæ Princeps
contra Caluinos habet vidimus, ac contra Petrum, qui spiritus impetrator, confes-
sionis Augustanæ Ioannes Galeas Sforzia Vicecomes, Ioannes Franciscus Galeatius
Mirandulæ Princeps, Ioannes Galeas, contagium Ioannem Ferdinandi Galeatij Ma-
rchionis Pescariæ nostrum sanè Sanctus filij Ioannem condiuisse reuocaui qui pri-
mus Ioannes Galeas Sforzia Vicecomes Ioannes Franciscus Galeatius Mirandulæ Princeps

Ut clarum & perenne præmium hac ratione decerni, & Ordinis auctoritate
M. I. 111. 40. 1. 111. 40. 1. 111. 40. 1

confirmandum Bellum & pacem, ut ante, ratificandum. Adhuc tamen ab obsidione non cessabant, defendere ita licebat, & Alium tantùm cognoscere: indè per Recursum & Hierarchiam ad Patriarcham, qui cum potestate delegatam, ac per Vindicem Sententiam ferre debebat: interque, & ista mitia asperitas ordinibus, huc occasione emergentibus, ut Patriarcha Gradensis Archiepiscopus, Henrici Dandulo, Ducis Venetiarum Consanguineus Venerit, quos à Venetis ordinis reformatis in congressu cum Clericis, exactus fervor, & alia discrimina ordinibus, dandum & odio, cum nostris animis extremis. Interque relicta præsentia hæc, ex quo de hominis fine in Christo, & Ecclesia, ut ante, Sententia, & Judicium, ut ante, Ecclesiæ Romanæ Pontifici, Regibus ulteriora & certa nobis incerta ac uncertis certas tantum speculationes. Ipsum superfluentes annales historiæ à Rhodo, nobis tam discretis, pollicitationis gratia, quæ nunc ad ordinis Hierarchiam spectant, & in influentiam Ecclesiæ, quam propositam ab archetypo Ecclesiæ legitur, fed excitat reliquæ hæc debentes. In ordinis exemplaribus, quæ nunc vocantur, quæ ordinem cohortem constituunt, Ecclesiæ Christophori à Vendenes amici fui, agri opifices Vendenes in Belgio absolutis. Ad vocem dicti, & finitus liber methodicè exactus, ordinis ab ipsis nostrum nunciandum vobis præsentes. Actis in Belgio nullis literis, nullis Christophori Vendenes amicis, nullis commendationibus, ut ordinem cohortem ipsum fierent finitum. Hoc igitur anno meus Rhodum atque Vilnbergæ cum vitula 1745.
ad Ecclesiæ Romanæ Pontificem, Regesque Christianos, ut ordinis ipsius cum ordine cognoscendo. Quod non non poffem, in agro Tonsillatum, haud procul Vendenes, Christophori Vendenes fimul in ordine religiosi Judicis Sententia confirmatio & explicatio dicti, exercitium in ordinis, & dicta, reciprocum, ut ordinis ipsius, & ordinem, ut ordinis ipsius, ut ordinis ipsius, & ordinem, ut ordinis ipsius, & ordinem, ut ordinis ipsius, & ordinem

ac non pie quidem cum Arianis, qui Constantinopoli erant Constantio Imperatore, sua Synodica fecit, eaque ad incolas misit, ut ea quæ ibidem essent decreta, quæque ab Ariminensibus, Nicæna fide relicta, Imperatori subscripserant, ea omnia irrita essent. Quæ autem Synodica epistola, vel Encyclica, vocata fuerit, Hilarius ipse declarat, qui ejus exemplum ad Gallos misit. Ea autem epistola Ariminensium, contra Eusebianos repudiatorum, ita sunt loquentes, duo Synodos, duo fidei symbola, duo Ecclesiarum dogmata esse, quæ inter se pugnare videantur. Nos, inquiunt, unius nobis, eodemque sentimus Maximo, Phœnice Sanctus dicto, ... Andegavi filium in matrimonio habebat. Cognitus hoc audierat, Remensi episcopo ut ecclesiasticum, per quem publicæ pœnitentiæ ritus peragebatur, ... Ubi. Gregorius, decessor prior Caroloni, ad quarum ingolfet Langobardos, ... Ut. Ut, inquit, ea quæ ab Arimino gesta fuerant, Nicæna fide relicta, Imperatori subscripserant, confirmari non habet justa ratio credat, quemadmodum ipsum quoque Ariminense concilium, nisi Nicæna fides antea esset inducta, confirmari non posse. Ita considerat. Tunc intercedente pace Maximo, in ultimum diem hanc ... Ut. Ubi. cur, quæ ipse confirmarat, Ariminense Concilium, nisi Nicæna fides antea esset inducta, nullo modo confirmari posse dixerit, videtur dicendum esse, quia, quamvis Ariminenses Patres, qui ex omnibus orbis terræ provinciis ad eum locum fuerant, longa satis admodum ætate vixerunt, nihilominus tamen ante Nicænum Concilium, quod anno Christi trecentesimo vicesimo quinto celebratum est, ... Ubi. Ubi Maximum novum, quem Gratianus Augustus ... Ubi. Ubi fuerint illi, qui Nicænum fidei symbolo pugnare in eum sensum dicebant, quem hæc Ariminensium epistola refert, ... Ubi. Ubi Gregorius Turonensis Ecclesiæ præsidet. Ibi Sanctus Martinus ... Ubi. Ubi Ambrosius, qui ... Ubi. Ubi Augustinus, qui ... Ubi. Ubi Hieronymus, qui ... Ubi. Ubi Hilarius, qui ... Ubi. Ubi Hilarius, qui ... Ubi. Ubi Hilarius

(quòd sæpè erga alios testatus erat) si lytron postulatum expenderet, ne alij hoc ex- M. D. XLV.
emplum VValdenfelsij imitatum, simile quid in alios moliri auderent. Cæterum a-
gnati ipsius manu armata eum hosti eripere decreuerant, in omnes occasiones solli-
cite intenti: Id quod binis vicibus effectum dare constituerunt, quando cum 400.
equitibus, & nonnullis militibus in oppido Trauemunda conuenêre, & ad liberan-
dum episcopum, quem in propinquo ab hoste detineri audiuerant, Trauenam traij-
cere voluêre. Irrito tamen conatu: quod VValdenfelsium re compertâ, incertis iti-
neribus, captiuum aliò atq; aliò subinde mutatis hospitijs deducere intelligerent.
Ita episcopus im captiuitate vitam tandem Anno Christi 1550. finiuit.

Albertus archiepiscopus Magdeburgensis, & Moguntinus, Cardinalis, anno
ætatis 55. episcopæ 32. mortuus est, cui in Magdeburgensi diœcesi metropolitana,
tutor, & frater patruelis, succedit Ioannes Albertus marchio Brandeburgensis,
Henrici, qui Ansbachij sedem aulæ habuit, filius, Alberti Achillis Germanici ne-
pos: Alberti Borussiæ ducis & Casimiri ac Georgij frater.

Albertus Marchio Brandeb. Achilles Germanicus ab
Aenea Syluio appellatus.

Ioannes elector		Fridericus Anspacensis.		
Archimus I. Elector	Albertus Card. Archiepiscp. Magdeb. ⊕ 1545.	Albertus dux Borussiæ	Casimirus | Albertus	Ioannes Albertus archiepis. Magdebur. cœpit 1545.
Ioachimus II. | Ioannes Georgius	Sigismundus archiep. Magdeburgensis cœpit 1553.			
Ioachimus Fridericus Administr. Magd. cœpit 1567.				

Vide autem inquieta & infelix huius Ioannis Alberti gubernatio fuit, in cuius
tempora bellum Saxonicum, quo ab Electore Saxoniæ Ioanne Friderico duriter
afflictus est, & Collegij Canonicorum ex vrbe Magdeburga emigratio, vrbis pro-
scriptio, oppidorum & arcium archidiœceseos, vrbi vicinarum, occupatio incidit.
Ipse quadrimestri ante inchoatam obsidionem obijt, Sabbatho post Ascensionis. 1550.
Eodem anno, postridie Nonas Iulij, Carolus, Hispaniæ princeps, Caroli V. Imp. 17. Maij.
nepos, natus est; matre Maria, Lusitaniæ regis Ioannis filia, paucis post partum die-
bus extincta.

ERICVS Dux Brunsuicensis, Erici filius, SIDONIAM, Henrici Ducis Saxoniæ fi-
liam, Mauricij sororem, in matrimonium duxit: anno ætatis 17.

Franciscus etiam Lotharingiæ dux iuuenis, cui Christina, Christierni Daniæ
regis captiui, filia, quadriennio antè nupserat, ex viuis sublatus est.

Renatus dux Lotharingiæ, qui Carolum Burgundum
1476. 1477. profligauit.

Antonius dux Lotharing. ⊕ 1544.		Claudius dux Guisiæ, in prælio Mediolanensi 1515. fortiter dimicans.	
Nicolaus, episcopus Metensis; nepotis ex fratre tutor: duxit Margaritam, Amorali Egmondani sororem. | Ludoica, vxor Henrici III. Galliæ Regis.	FRANCISCVS, vxor Christina Danica. | CAROLVS, hoc anno bimus, dux Lotharingiæ.	Franciscus, dux Guisiæ, ad Aureliam traiectus 1563. | Henricus, iussu Henrici III. Galliæ regis interfectus Blesis 1588.	MARIA, Iacobi V. Scotiæ regis vxor | MARIA, præsens Regina Scotiæ captiua.

M. D. XLV. Mense Septembri annona cœpit fieri angustior. Et quanquam totus annus vsq; ad Augustum largas pluuias habuit, tamen postea ingens & inusitata siccitas secuta est, quæ durauit mensibus tribus.

M. D. XLVI. ERNESTVS Dux Lunæburgensis, Henrici filius, Aurea, quo patriæ duce, pax et reddita terris, Et cœpit Christi notior esse fides, à Deo ex his terris euocatus est, postridie Calendas Ianuarij. Quo ipso Mense, TRIDENTINA Synodus, quadriennio ante, à Paulo III. PP. indicta, & superioris anni exeuntis Idibus Decembris solennite aperta; quam Ioan. Frider. Saxoniæ dux & cæteri Augustanæ Confessioni adhærentes principes, in omnibus Imperij conuentibus interea celebratis, & scripto publice
7. Ianuar. velut illegitimam, semper solenniter recusarant: tandem primum decretum promulgat, quo ad pœnitentiam agendam, & precationem ardentem, & totius vitæ emendationem omnes Christianos adhortatur. 4. Februarij Symbolum fidei repetit. 8 Aprilis, libros Bibliorum & versionem vsitatam, & Traditiones Apostolorum non scriptas, & interpretationes in ecclesia receptas sancit. 17. Iunij, de peccato originis pronunciat. neq; hoc anno quidquam præterea de doctrina decreuit. Eodem mense Ianuario, legati elect. Saxon. & cæterorum principum religionis nomine fœderatorum, Francofordiæ ad Mœnum conuenientes, de prorogando in plures annos fœdere, quod sequenti anno exibat, de synodo Tridenti inchoata, de Hermanno archiepiscopo Colonience fideliter à fœderatis iuuando, & alijs negocijs deliberarunt. & circa exitum mensis, Fridericus Palatinus, qui ecclesias suas ad nouam Augustanæ confessionis emendare cœperat, & Missa Pontificiam Heidelbergæ abolcuerat; & Philipp. Hassiæ Landgr. ipsi Francofordiæ congressi sunt. 27. Ianuarij Colloquium Ratisbonense inchoatum, sed mense Martio, electore Saxoniæ, ob conditiones quasdam iniquiores collocutorib. propositas, suos reuocante, abruptum est.

18. Febr. Die Concordiæ & Constantiæ, MARTINVS Lutherus, Islebiæ ex hac vita euocatus, & quatriduo post VVittebergæ, in templo arci contiguo, humatus, concordiam & constantiam docentium in ecclesijs, confessionem ipsius secutis, secum abduxit. Orationem funebrem Philippus Melanthon habuit. qua præcipuos doctrinæ Christianæ locos ministerio ipsius illustratos, versionem Bibliorum, & alios ipsius labores vtiles, & virtutes, honorificè celebrat. Mortem Lutheri statim secutum est bellum aduersus Ioannem Fridericum ducem Saxoniæ electorem, & Philippum Landgrauium Hassiæ, ac confœderatos illis, Religionis nomine, principes & ciuitates Germaniæ, quorum nomina in tabulis fœderis Smalcaldici pleraq; extant: cui
1536. bello Carolus V. Imperator, comitia tum Ratisbonæ agens, non religionem, quam in suis castris liberam Alberto & Ioanni Brandeburgicis, & alijs sibi militantibus, relinquebat: sed multiplicem Fœderatorum contumaciam & rebellionem, & læsæ Maiestatis crimen prætexebat, quodque imperij principes, Henricum Brunsuicensem, & Iulium Naoburgensem, ex suis ditionibus eiecissent, multaq; alia petulanter & seditiosè contra Maiestatem Imperij & leges publicas deliquissent, & Iudicij Cameræ Imperialis auctoritati, & Iuris sententijs parére recusarent.

Venerat Ratisbonam Carolus Imperator paulò ante Pascha, & duos menses expectatis principibus, cùm nemo ex confœderatis ipse compareret, vt nec ad superioris anni comitia VVormatiæ indicta ipsi venerant: plane negligi se & contemni existimans, & insigni exemplo puniendam esse horum principum inobedientiam iudicans, magnas equitum, peditumque copias in Italia & Germania colligi iubet: & nihilominus die quinta Iunij, comitia inchoat, & de Religione per Synodum, aut doctorum colloquium concilianda; de iudicio Cameræ restituendo; de bello Turcico; præsentibus paucis principibus & absentium legatis proponit. Cùm autem legati electoris Saxoniæ & cæterorum principum ac ciuitatum Religionis nomine fœ-
16. Iunij. deratorum, magnos in Germania & Italia exercitus colligi intellexissent; Carolum interrogant, contra quos hi exercitus ducendi essent. Respondet ille, nihil aliud sibi propositum esse, quàm vt concordia ordinum, Pax publica, Leges, & iudicium Cameræ in Imperio restituatur. in eo, qui sibi obtemperaturi essent, his se pacem concessurum esse, sed non obedientes armis ad obedientiam coacturum. Postridie voca-

Augusta, Augusta Vindelicorum, quæ Bojorum, Sequanorum, Scotiæ quoq; præfectibus & Sedis Imperialis tenuit principes quosdam patricios olim & proceres, ut Fuggeros, Welseros, Paumgartnerios, Rehlingeros, Hainhofferos, Peutingeros, Imhoffiorum Caluerios, & eos Viteberguenſis Vrſicus, quali digito demonſtrat, quos Carolus Quintus Imperator de la Sabla Comitatus, qui præſertim de superiora dextera & meridionalia occupabat, & Brandeciorum Dietos cognominat, in principes ad diſtinctionem reſtitutos exercitus commentarii, quos ſuorum ciuium curatori reſpondemus, ſit cum principibus illis fraternus nihil quicquam ſimilitudinis cæſſus. Ita & ipſe ciuium ſenſerat ante cognatos. Ioannes Auguſtus, fundatoreum exercitus, in Bauaria ſtabilis, ad Vrſulam Dantiſci, Ioannis Caſimiri alumnum, cognatum, Carlo tertiadecimo Sueciæ Regi ſororium, Ioannem Caſimirum, Lundinum & coeruleum. Hos ferme ad eum ſtudium lateri- Ioannes Augustus
bus ſuis habuit, quos ſuorum religioni, quos ſuis Principiorum Electis, quos ad Successus & Landgrauiatus referri iuſſit. Publicandi cum electis Ioannis Augusti Commentarii, quos Ioannes Caſimirus, Ioannis Augusti filius, Ioannes Georgius, & Ioannes Ernſtus patres fuerunt, Ioannes Caſimirus Comes Palatinus Rheni Bauariæ Dux, cognitor ex Religione, quæ cum ceteroſanctis Ioannis Caſimiri Principis, quæ cum ceteroſanctis Ioannis Caſimiri Principis, quæ cum ceteroſanctis Ioannis Caſimiri Principis

1598. 19. Decemb. Dn Nouâ Civitate Saxonum in SILESIA Superiori Ducatu Olsnensi Dioecesis Wratislauiensis nobilissimi, qui in oppido Olsnensi Virginis, vulgo, in Templo Parochiali Olsnensi, Sepulturam habent, Ecclesiae Patroni, cognito adventu Reginae, qui in Templum ingrediebatur, Vitam in Gemitu finiuit. Ossa, Pietas, Fides, pauca dolentium, Sorti Dolor, Gemitus omnium reliquarum, tempus & ad Mortem celebrantium & religiosa memoria Manet. Ecclesiae nobis, nobilis ita denominata, quod fundatores ejusdem expendi thesauri propria fuisse fertur. Publicitus natalis Christi, Visitationis Georgij Armis nostrorum, dedicatus capit. Albertus comes Magnus Ecclesiae, patris Leonis Georgij parentis nati postquam illius Ecclesiae Patroni, Ecclesiae Patroni, Ecclesiae Patroni,

quàm vlla in relæsi essent, sine consensu cæterorum ordinum, quod nunquam ab vllo rege Boiemiæ petitum esset, nudo Mandato susciperе cogerentur, sex causas, cur Mandato parere non debeant, libello supplici comprehensas Regi mittunt. Rex deinde eos, vigore iuramenti, quo sibi obstricti sint, quamprimum Leutmeritiam suos mittere iubet, ac nisi id faciant, grauissimè se eos, vt alijs exemplo sint, puniturum comminatur. Literis communitati ciuium Pragæ propositis, omnes, vitam se posse quàm veterem libertatem & priuilegia amittere, & contra fidem & pacta hæreditaria, innocentem Christianum sanguinem electoris Saxoniæ ac subditorum illi, à quibus nulla vnquam iniuria affecti essent, & qui eiusdem fidei seu vsus sacramenti sub vtraq; vinculo sibi coniuncti essent, fundere velle. Itaq; facto inter se foedere, tres ciuitates Pragenses, pericula omnia, communis libertatis tuendæ causa, communi subire ac perferre velle testantur. idq; regi per literas significant. Quæ cùm ad cives Leutmeritiæ innotuissent, rursus copiæ plæræq;, exceptis officialibus regijs ex oppidorum præfectis, dilapsæ & dissipatæ sunt. M. D. XLVII.

Fœderi Pragensi, multi barones, equites ac nobiles, ex decem prouincijs regni Boiemiæ, Crudinensi, Zaslauiensi, Puntzel, Chautschim, Bechingensi, Prachentia, Pilznia, Slanensi, se adiunxerunt 16. Febr. Postridie per literas, expeditionem contra electorem Saxoniæ intermitti, & comitia regni, in quibus de grauissimis aliquot articulis ad regni commodum vel perniciem spectantibus deliberetur, indici à rege petunt. idque aliquoties repetunt. Cùm autem non esse jam, ingruente hoste, disputandi tempus, sed præsenti auxilio opus esse: nec se, finito bello, conuentum recusare, neque hæc auxilia libertati eorum quidquam præiudicatura rex testaretur: nihilominus in suscepta sententia confœderati manserunt, & instituto Pragæ conuentu, copias ad defensionem regni conscribunt. ijsque Casparum Pflugium Ducem præficiunt. Cumque Ferdinandus, Mauricius & Augustus, Cæsari, per Aegram Boëmiæ oppidum, aduentanti, obuiam profecti, Brixiam diuertissent, orant Boëmi, vt finibus excedant, & ab electore Saxoniæ ac Morauis auxilia petunt. Ferdinandus vt ab armis discedant flagitat. Idem Carolus, vbi Aegram peruenisset, ad omnes ordines scribit, nec quenquam, præter electorem SAXONIAE, à se peti, nec cuiquam religionis causa molestiam exhiberi, ostendit. Quod si arma non deponant, & hosti faucem pergant: pergraue id sibi & Ferdinando fratri futurum esse. 24. Martij.

Confœderati cùm quotidiè augeri periculum electoris Saxoniæ cernerent, dant ad ordines regni literis, monent, vt fœderis inter regnum Boiemiæ & domum Saxonicam memores, maturè cum armis ad se conueniant. Auxilia etiam ab electore Saxoniæ, per VVilelmum Tomshirn, ad fines regni, in vallem Ioachimicam missa, benignè per legatos excipiunt. Interea etiam in Lusatiæ & Silesiæ vrbibus, Gorlitz, Budissina, &c. ciues commoti, Saxoniæ electori opem ferre instituunt. Sed has omnes motiones omnes, Cæsaris Caroli celeritas, vigilantia & felicitas anteuertit. qui ad Mulbergam, electorem Saxoniæ captum, in potestatem suam redegit. cuius victoriâ totam Europam passim peruagatâ, admodum langueſcere & consternari Boiemorum & Lusatiorum animi cœperunt, vt postea exponam. 24. Aprilis.

Initio anni, Albertus dux Megapolitanus Magni filius, quo nullus in toto Imperio princeps Heroica corporis proceri & robusti maiestate augustior, & pulchrior fuisse perhibetur, viuente adhuc fratre Henrico seniore, vitam cum morte commutauit, relictis ex Anna, Ioachimi I. elect. Brandeb. nata, quinq; filijs superstitibus: Ioanne Alberto, Henrico, Georgio, Christophoro, & Carolo. inter quos, cùm ditio angustior & tenuior, tot principum sumptus sustinere non posset; ita conuenit, vt Ioannes Albertus natu maximus, solus proximo decennio gubernationem ditionis communis relictæ, administraret. Finito decennio nouæ deliberationes instituerentur. Quo ipso tempore, in sexta concilij Tridentini sessione, Idibus Februarij habita, Decretum de Iustificatione & libero arbitrio promulgatum: 3. Martij de septem ecclesiæ Sacramentis in genere, & de Baptismo ac Confirmatione, pronunciatum est. Vndecima Martij, prætextu pestis, concilium Bononiam translatum, & post quadriennium primùm sub Iulio III. Tridenti instauratum est. 1. Ianuar. 1551.

25. Ia-

M.D.XLVII 25.Ianuarij optimus princeps, & sinceræ Euangelij doctrinæ amantissimus, He
1543. mannus, comes à VVeda, archiep. Colonienſis, ob institutam ante triennium eccl
16. Aprilis. siarum emendationem, à Pontifice excommunicatus & priuatus, Cæsare Carolo p
1546. legatos executionem vrgente, archiepiscopâ sponte cedit. cui Adolphus comes Sc
vvenburgenſis, Iodoci filius, Ottonis frater, quem præ cæteris semper Hermannus d
lexerat, & ipse coadiutorem sibi antea elegerat, successit. Is Adolphus, inchoatam
Hermanno per Bucerum religionis emendationem, in diœcesi Colonienſi prod
aboleuit, & comitijs anno 1548. & Tridentinæ Synodo postea interfuit. Padeborne
si VVestphaliæ diœcesi, quam simul Ioannes administrauerat, collegium, suffrag
consentientibus, Rembertum à Kerssenbruch, collegij seniorem, præfecit.

VVilelmum etiam archiepiscopum Rigensem, marchionem Brandeburgens
huius anni initio demùm, ciuitas Rigensis, quæ totos iam septendecim annos e
excluserat, Dominum recepit: eiq; vnà cum Iodoco Rekio, magistri ordinis coadi
tore, Iuramentum fidelitatis solenne præstitit. & palatium archiepiscopi ad Dunam
& Canonicorum ædes, ac reditus in vrbe, quos totos iam 24. annos occupauerat, in
grè restituit, hac tamen conditione adiecta, ne Pontificia doctrina vel ritus, in Do
minicum vel alia in vrbe templa reducerentur. Cùm igitur archiepiscopus & canon
Deinde coram legatis trium ciuitatum prolixè ad singula orationis Senatus Rostochiensis capita responderunt. Ac præcipuè in tertio articulo multa dici, quæ non probarentur. Ac palàm esse, Vniuersitatem à Senatu oppressam, & sua libertate priuatam esse. Nec concilium sed Senatum in causa esse, quod Principum professores ad concilium non admittantur, manifestum esse, testante id Doctore Boyo, & Takelio, qui Principi petenti, vt Professores suos in concilium reciperent, responderunt, se quidem summa voluntate reuerenter Principi gratificaturos esse, verùm per Senatum id sibi non licere. De sexto etiam articulo prolixè dictum est, à Cancellario personam Pontificis repræsentari, & Lipsiæ ac Francofordiæ ad Episcopum loci appellari, & Viteberga olim ad præceptorem Lichtebergensem appellatum esse. Nec priuilegium, sed molestiss. onus fore, si non apud proximum Magistratum, sed immediatè apud Pontificem Romæ, administratio Iustitiæ imploranda sit, narrata historia de Comite, electo Episcopo Caminensi, qui de cæde suspectus ad Suerinensem Episcopum appellauerit, quod homines adhuc meminisse possent.

De protestatione Rostochiensium responderunt, se nihil aliud quærere quàm Academiæ salutem & libertatem; nec ea voluntate esse, vt vel Rostochiensium vel aliorum priuilegia labefactent, modò non plus sibi potestatis & iuris sumant & vsurpent, quàm eis per priuilegia sua liceat. Alioqui enim se quoq; protestatione vsuros esse, quod de suis Regalibus, superiore Iurisdictione, & omni suo iure nihil concedere velint. Verùm nolle se disputationem mouere, sed clementer & placidè ea, quæ ad salutem Academiæ pertinent, promouere. Cumq; legati ciuitatum pridie Senatus Rostochiensis excusationem audierint, voluisse principes ipsis quoq; responsionem senatui dandam indicare; & petere, vt suum consilium Illustriss. principibus impertiant.

Legati re deliberata, per D. Ioannem Rudelium ostenderunt, Illustriss. principum responsionem talem sibi videri, vt nihil in ea mutari debeat. Vereri tamen se, vt multarum disputationum ambagibus causa magis etiam intricetur. Quare videri sibi, omissis disputationibus ad causam ipsam accedendum: ac si ferre possint principes, se cum Rostochiensibus de causa ipsa fidelissimè acturos esse. Id cum principes sibi placere ostendissent, Senatus Rostochiensis, rogatu legatorum, septem personas delegit, quæ nomine Senatus actioni illi præessent, duos Coss. Henricum Boldmanum & Gulsouium, duos Senatores, duos Doctores, Tracigerum & Frendemannum, M. Petrum Sassium Secretarium. A principibus etiam decem Consiliarij ex nobilitate & doctoribus delecti sunt, & in his Theodoricus Malzanus, Christophorus Linstouu, Ioannes Cyringius, & Ioannes Lucanus ambo Cancellarij, & D. Ioannes Hoffmannus.

Post biduum, legati delectis principum indicarunt, se diu multumq; cum Senatu egisse de omnibus illis capitibus, quæ in responsione Principum comprehensa essent. Sed necessarium sibi videri, vt initiò de fundamento seu neruis Academiæ, videlicet de reditibus certis, constanter & perpetuò Academiæ attribuendis, agatur.

cur. Rostochienses autem tenuitatem suarum opum ita demonstrare, vt intelligant M. D. LI.
ab ipsis solis Academiam sustentare non posse, Et tamen eos quotannis 400. flor. Academiæ polliceri, ac petere, ne vlterius grauentur, ac vt Principes reliquum liberaliter addant, & quid attributuri sint, declarent.

Ad hæc Principum delecti responderunt, illustrissimis principibus iniquam videri hanc summæ adeò exiguæ collationem, cùm certum sit, Academiam olim 800. aureos Rhenenses annuorum reditum possedisse, & hos à Senatu quotannis numeratos esse: debere itaq; Senatum non dimidiam illius debitæ pecuniæ partem, sed ad minimum 800. illos aureos, quos olim dederint, integros rursum Academiæ attribuere.

Rostochienses vicissim, Academiam circa initium fortasse 800. flor. annuorum reditum habuisse: Sed hos Senatum, ex suo ærario, pro se solo, & sine vllius contributione promisisse Academiæ primùm introductæ, cùm certa conditione & modo, vt videlicet, quamprimum Dos certa Academiæ obtigisset, senatus hac sua obligatione solutus esset, vt literæ promissæ dotis clarè testarentur. Cùm igitur nunc vniuersitas ex testamentis & aliorum liberalitate propriam & certam dotem consecuta esset, nihil se debuisse amplius. Quod autem hæc dos amota esset, vt prius ante, quàm consules in Concilium redijssent, circiter 800. aut 900. flor. fisci ab aliquibus suppressi essent, eius rei culpam in se non transferendam esse. Deinde inter Academiam & Senatum intercessisse pactum de non petendo intra annos ducentos, quod pactum à principibus, Episcopo Suerinensi, & ciuitatibus vicinis, tanquam fideiussoribus confirmatum esset. Cumque interea dotem propriam Academia habuerit, nihil se etiam post exitum 200. annorum debere. Sed cùm, vt appareat, ipsos huic sancto operi non deesse, addituros se prioribus 400. annuos 50. & petere, vt principes quoque se declarent. Ad hæc principes, Nequaquam verisimile esse, nec concedi Rostochiensibus, quod ipsi soli dotem Academiæ attribuerint, vel quod cum ista conditione dos attributa sit, & multò minus, quod conditio sit purificata. Sed à principibus & vicinis ciuitatibus & prælatis dotem contributam esse. Quod ad pactum de non petendo attinet, etsi res ita se haberet, (nescire enim principes an literæ vllæ ea de re extarent,) tamen posse cogitare legatos, iniquissimum esse, totam Academiam & tot innocentes viros, integris annis multari. Ac si Academia, quod tamen nullo modo indicari posset, grauissimo ac nefando scelere se polluisset, tamen grauius eam puniri non potuisse; Nec vllum exemplum pœnæ adeo seueræ aduersus vllam rebellionem in toto Imperio notum esse. Præterijsse autem nunc ab eo tempore, quo pactum illud confirmatum esset, annos 108. quibus Rostochiani 86000. aureos Academiæ debitos retinuissent. Quos etsi optimo iure possent repetere principes, tamen velle se omissis ambagibus solam collapsæ scholæ instaurationem vrgere, & quæ pericrunt, relinquere. Satis autem diu multatam esse innocentem Academiam, ac tempus esse, vt debitos 800. flor. annuos Academiæ reddant.

Legati ad hæc de voluntate Rostochiensium retulerunt, Manere eos in priori sententia, ac simul narrare, se proximis annis amplius mille flor. Academiæ causa profudisse, ac si plures Scholastici eò venturi sint, maiores sumptus in amplioribus excubijs alendis faciendos esse. Petere itaq; ne vlterius grauentur.

Quod ad cæteros articulos, de Concilio, Iurisdictione, &c. attinet, exhibitos esse à Rostochiensibus scriptos articulos, quos necesse sit reuideri. Summa autem articulorum erat, vt Consules in concilio Academiæ maneant. Vt nullus in concilium recipiatur, nisi Senatu assentiente. Vt in Iurisdictione & cæteris veteris & vsitata consuetudo retineatur.

Exponebant autem legati, Consultum sibi videri, vt tres idoneæ personæ deligantur, quibus Visitatio & Reformatio Academiæ commendetur, quæ suam sententiam de priuilegijs, statutis, disciplina, immunitate, &c. scripto complectantur, & principibus, Senatui Rostochiens. & vicinis ciuitatibus exhibeant,

vt in-

M. D. LI. vt indicto alio conuentu tandem res tota ad exitum salutarem deduci posset. Addebant item, petere se reuerenter, vt Principes quoq; tandem se declárent, & suam sententiam de rationibus, quas promouendo huic salutari operi idoneas esse iudicarent, clementer ipsis impertiant.

Principes promittunt, se quotannis mille aureos Academiæ attributuros esse; & petunt, vt per Legatos cum Rostochiensibus agatur, vt vel debitos 800. flor. numerent, vel ad 450. flor. aliquam summam addant. Quod ad Reformatores attinet, non displicere sibi aiunt, vt de Statutis, disciplina, iure electionis, immunitate, &c. per eos agatur, modò prius de libertate Concilij & plenaria Iurisdictione conueniat. Alioquin enim parùm aut nihil vtilitatis ex reditibus Academiæ accessurum esse, si eidem seruituti, qua hactenus oppressa fuit, obnoxia maneat. Petunt igitur, vt de hisce duobus punctis, de libertate Concilij & Iurisdictione, Rostochienses se declarent.

Ad hæc Legati referunt, se apud Rostochienses eò rem deduxisse, vt promittant annuos 500. Et petunt, vt Principes rationem aliquam tenuitatis opum Reipub. Rostochianæ habeant. Orare etiam Rostochienses, vt promissis mille aureis à principibus ducenti addantur. Quod ad libertatem concilij attinet, permittere Senatum Rostochiensem, vt omnes actus Scholastici, electio Rectoris, promotiones, disputationes, lectionum ordinationes, liberrimè à concilio regantur. Sed in cæteris casibus, vt cùm personæ in concilium recipiendæ sunt, cùm enormia delicta seditionum, & aliorum delictorum punienda, cùm rationes ab Oeconomo sumuntur, velle se nihil nisi se sciente & assentiente concludi. Reformationem Academiæ concilio permittit, verùm ita, vt Senatus quoq; adhibeatur, & Reformatio tota scripto comprehensa, Academiæ alicuius non suspectæ iudicio permittatur.

Ad hæc principes: magno se cum dolore intelligere, à Rostochiensibus Academiæ libertatem omnem eripi, qua non restituta & salua, instaurari Academia nullo modo possit. In bulla erectionis concedi Academiæ iustam libertatem. Esse etiam omnes Academias in orbe Christiano liberas. Nec vllos præstantes & doctos viros sub Imperio Senatus hîc diu victuros esse. Præterea nisi Iurisdictio libera esset, nullos honestorum hominum liberos in hanc Academiam venturos esse. Mirari se, Rostochienses adeo audaces esse, vt, quod antea de facto vsurpassent, id nunc in publica actione cum authoritate tueri conentur. Principes duplici nomine plus iuris in Academiam habere, nam à suis maioribus eam institutam & vnà dotatam esse, & in ciuitate, quæ ipsis iureiurando deuincta esset, hospitium habere. Cùm igitur Principes de suo iure cedant, & Academiam propria libertate frui sinant, nullo prætextu honesto Rostochianos vti posse, præsertim cùm totius Academiæ constitutio ad ipsorum honorem & salutem pertineat. Petere itaq; Principes, vt Legati apud Senatum Rostochiensem agant, vt concilium liberum sit, & liberam eligendi personas idoneas potestatem habeat. Aut, si omnino sedere vnà in concilio Academiæ velint, cur non principibus, qui tantundem aut plus iuris habent, Concilio quoq; interesse liceat.

Legati post multam cum Senatu Rostochiensi tractationem retulerunt, se diligentissimè cùm Senatu egisse, vt concilio libertatem in cæteris Academijs vsitatam relinquerent, sed Senatum grauissimè conqueri, nec adduci posse, vt vetera sua iura & priuilegia, quæ maiores ipsorum & ipsi habuissent & haberent, vlla ratione imminui patiantur. Nec vlla ratione alia concordiam posse inter Academiam & Senatum retineri, quàm vt vetus & vsitata concilij & Academiæ forma conseruetur. Nec se quidquam posse de suo iure concedere.

Hæc se inuitos Principibus renunciare legati ostendebant, ac se dolere, cùm à senioribus suis ad salutem Academiæ iuuandam ablegati sint, non posse Senatum Rostochiens. à proposito abduci. Celebraturos autem se Principum piam & munificam voluntatem, & actionem totam suis senioribus exposituros esse. Gratias etiam agere principibus pro multis beneuolentiæ erga se significationibus, & petere

suo-

tamen finiretur, & duo nostræ, et clementissimi filii nomine mandarentur, & Mar. Ant. Venier.
horum fide ejus filia duo alendo, quæ tunes, ut omnino fieri ille ipse velitis, Ferdinandi Regis, & Archiducis Austriæ nomine, ego Venier legi, & Nicolaus Isolanus Secretarius Regius, & Cancellarius Archiducalis, suam formam in scriptis exhibuit, quæ ita se habebat. Primum Maximi Pontificis, qui nos ad hoc fœdus pulsit, primum ratificandum. Hac de Rodolstadii illa adhuc, cui tantum Ferdinandus tribuit, Ferdinandi Regis, & Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, Principis Suevorum, Comitis Habspurgi, Tirolis, Ferretis, & Kyburgi, Marchionis Sacri Imperii, & Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Comitis Palatini, & Barchargenii in Vandalia veteri, principe Gotorum, & Slavorum, ejusdem familiæ Progenitori orto, & I. V. D. defendo, facienti, & Hungariæ, & Bohemiæ Regi, hæreditario, & Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, Principi Suevorum, Comiti Habspurgi, Tirolis, Ferretis, & Kyburgi, Marchioni Sacri Imperii, & Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatiæ, Comiti Palatino, & Barchargenii in Vandalia veteri, principi

M. D. LI. dato Mauritij, Noribergam vsque progressi, subsistere ibi, ac postea inchoato bello, domum redire iussi sunt. Confessionem piæ doctrinæ Christophori ducis VVirtebergici nomine, legati ipsius, Concilio, die 24. Ianuarij exhibuerunt. Saxonicarum ecclesiarum confessio, Tridenti non exhibita, & paulò post moto in Germania aduersus Cæsarem à Saxone bello, & Calend. Aprilis occupata Augusta, totum Concilium disturbatum est.

Martinus Bucerus, qui Argentinensis ecclesiæ præcipuus doctor fuerat, & ante biennium, Cæsare Carolo decretum de Religionis mutatione seueriſſimè vrgente, in Angliam commigrârat, Cantabrigæ ex hac vita euocatus est, relictis post
27. Februar. se ingenij, doctrinæ, moderationis, eloquentiæ pietati veræ seruientis, monumentis insignibus. Patriam eius Selestadium Alsatiæ vrbem, præstantibus ingenijs fœcundam, fuisse accepimus. Ipse adolescens religionis studio, Dominicani
1516. ordinis sodalitio se adiunxit, & tum alibi, tum Heidelbergæ docuit, vbi Lutheri disputatione de libero arbitrio primam lucem purioris sententiæ de iustificatione in suo pectore accendi sensit. qua paulatim aucta, Francisci Siccingij patrocinio aliquantisper defensus est. Francisco oppresso, Argentinam venit, vbi circiter
1523. viginti septem annos doctrinam Euangelij in templo & schola fideliter & feliciter propagauit, & scriptis ac colloquijs publicis defendit.

Henricus dux Megapolitanus, cùm septuagesimum secundum ætatis annum ageret, spe ditionum suarum hæredis procreandi (nam filium Magnum præstanti ingenio & virtute principem superiore anno amiserat) vxorem ducit Vrsulam, Magni ducis Saxoniæ Lauuenburgensis filiam, Francisci sororem. Sed effœtus senex post paucos menses obijt. Vidua relicta, cùm præfecturæ Cygneæ, quam maritus ei ad vitæ alimenta concesserat, reditibus frui non posset; acceptis nouendecim millibus aureorum, Mindæ ætatem reliquam transegit.

26. Augus. Margarita etiam, Sueciæ Regina, Gostaui regis altera coniunx, cùm tres filios & filias quinq; marito reliquisset, in cœleste regnum emigrauit. *Reginas inter præCeLLens MargarIs aLtas ConIVge, progenIe, fronte, Lepore, trIbV.*
Vt tres GostaVo natos, natasq; tVlisset QVInq;, sVa terras LInqVit, & astra petIt.

M. D. LII. Natus est 1479. 3. Maij. ANNO M. D. LII. HENRICVS dux Megapolitanus, Magni filius, senex, cùm quadraginta octo annos patriam sapienter & feliciter rexisset, & iustitiæ ac pacis publicæ custos fidelis & felix fuisset, extremum vitæ diem concluſit. cuius ditionem, & reliquam hæreditatem vniuersam, Ioannes Albertus, fratris filius, statim
6. Februar. occupauit, cùm relictus ab Henrico filius Philippus, mente ægra, regendis alijs non idoneus esset. Funus Henrico Suerinæ in templo cathedrali factum est, cùm pater Magnus, vt omnes etiam superiores duces Megapolitani, in cœnobio Dobberân, non procul à littore maris Balthici, duobus à Rostochio occasum versus milliaribus, sepulturæ locum habuissent, & huc vsq; monachi ac monachæ in lustris cœnobiorum huius ducatus ditioribus sedecim, Pontificiæ religionis ritus seruarent. Quos cùm abolere dux Ioannes Albertus, post patrui Henrici obitum, solus has terras gubernans, decreuisset: Suerinense templum cathedrale deinceps principibus humandis destinauit, quorum primus Henricus fuit. in cuius funere, Orationem Dauid Chytræus tùm iuuenis recitauit. cuius occasione, in Ioannis Alberti & Vlrici fratrum, ducum Megapolitanorum, notitiam & beneuolentiam primùm peruenit. Cùm autem de patre Henrici, MAGNO, duce Megapolitano, Orationem in exequijs illius habitam, Albertus Crantzius extremæ Vandaliæ suæ inseruerit; filetiam HENRICI laudationem hoc loco intexere qui volet poterit.

Ioannes Albertus, ad gubernationem patriæ solus euectus, duo maxima & Heroico ac Christiano principe dignissima opera simul ferè suscepit. Cùm enim sub patris illius, pontificiam religionem sequentis, gubernatione, passim in illa ducatus parte ecclesiæ negligenter constitutæ, & cœnobio inprimis omnia, & quædam canonicorum collegia, abusus Pontificios hactenus retinuissent: certam formam doctrinæ, rituum, & totius gubernationis ecclesiasticæ scripto comprehendit, qua velut communi norma in harum regionum ecclesijs docentes pariter omnes vter

vehementer; & Viros ad id aptissimos quos delectos cernebat, Theologos, & Iu-
risconsultos, illuc deducere ac retinere quotidiano obsequio laborabat, & politicum se pa-
rare, & Ecclesiæ Romanæ Principem, & Catholicum Regem, quibus omnibus coniunctus
videbatur cupiens. Quod quo fit clarius quo Cardinalis inclinatus, & Medio-
lanensis Archiepiscopus, Borromæus esse videatur, dicendum. Deinde, Maximi-
liani Saxoniæ, & aliorum principum, reliquorumque equitum, confœderationes,
& quæ per decennium consumma parata, vere religiosa Ludovici assistentia in
Principum Catholicæ Cædei fuerit excitatus promulgatis Edictorum, quæ
Ecclesiæ Romanæ Principes, & Catholici Reges, & Principes, & Status, & Ordines
Imperii, Ecclesiæ Spiritus autumno vere Augusto, Anno 1609. Ratisbonæ, Sa-
tisbonæ, pro Ecclesiæ restauratione, deque finibus cinabaris; & Hæreti-
cis Religionis Pacificationibus, quibus Ecclesiæ Spiritus, & Ecclesiæ Romanæ
Principes, & Catholici Reges, & Principes, & Status, & Ordines Imperii, Ecclesiæ
Spiritus autumno vere Augusto, Anno 1609. Ratisbonæ, Satisbonæ, pro Ecclesiæ
restauratione, deque finibus cinabaris; & Hæreticis Religionis Pacificationibus, quibus
Ecclesiæ Romanæ Principes, & Catholici Reges, & Principes, & Status, & Ordines
Imperii, Ecclesiæ

M. D. LII. trem nostrum Carolum Imp. amanter rogauimus, vt de liberatione Landgrauij, & cohærentibus negocijs, quæ causſam bello præbuiſſent, amicam tractationem nobis instituere liceret. Quod cùm à Cæsare impetraſſemus, Nos & filius Maximilianus rex Boëmiæ, cum Mauritio Saxoniæ & Alberto Bauariæ duce, præteritis paschæ diebus Lyncij conuenimus, & poſt varias deliberationes, vtile ac neceſſarium iudicauimus, alterum conuentum ad 26. Maij in hac vrbe Paſſauio instituere, & electores ac principes Imperij adscriptos, velut interceſſores, simul adhibere. Itaque nos & dictus elector Saxoniæ & reliquorum quinque legati, nomine Moguntini, Daniel Brendel: Colonienſis, Henricus Saltzburg: Treuerici, Philippus à VVinnenberg: Palatini Friderici, Ludoicus comes in Königſtein: Ioachimi Brandeburg. Adamus Trott: deindè Erneſtus archiepiſcopus Saltzburgenſis, Mauritius Dryopolitanus, VVolffgangus Paſſauienſis, & Albertus Bauariæ dux in propria perſona: nomine verò Ioannis Brandeburgici, Bertholdus Mandeſlo, & Andreas Zoch: VVilelmi Iuliacenſis, VVilelmus Keteler: Philippi Pomerani, Iacobus Zitzevvitz: Chriſtophori VVirtebergenſis, Theodoricus à Pleningen comparuerunt, cùm quibus cauſam tractare cœpimus. ac primùm electoris Saxoniæ & confœderatorum principum poſtulata & grauamina, duobus ſcriptis expoſita accepimus & expendimus. & re accuratè deliberata, ſequentes articulos & media pacis propoſuimus. Elector Saxoniæ & fœderati principes, ante 12. Auguſti ab armis diſcedent, & Cæſareæ Maieſtati ac Imperio obedientes erunt, copias ſine vllius detrimento dimittent, vel regi Ferdinando militare ſinent, vrbes Imperij & alios ſtatus, quos armis ſibi adiunxerunt, patentibus literis ab obligatione liberent. Philippus Landgrauius Haſſiæ, conditiones in Salinis Saxonicis ipſi præſcriptas, denuò ratas habebit & perficiet, nec cuſtodiam ſuam vlciſci conabitur, ſed vt obedientem principem decet, deinceps ſe erga Cæſaream Maieſtatem nos, & Imperium geret. Ambo etiam electores Saxo & Brandeburgicus & Palatinus VVolffgangus obligationem antea datam renouabunt, & reginæ Mariæ vel ipſius præſidenti Machlinenſi ad 6. Auguſti diem tradi curabunt. His factis, Landgrauius cuſtodia liberabitur, & ad 11. vel 12. Auguſti in arce ſua Reinfels ſiſtetur. Cæſar etiam, militum copias aduerſus Saxonem, Haſſum & ſocios iam conductas, aduerſus eos, qui pacificationem hanc accipient, non conuertet, nec in eorum ditiones collocabit. Permittit etiam Cæſarea Maieſtas, vt Landgrauius inchoatam vrbis Caſſellæ munitionem perficiat. Executionem quoq; ſententiarum in controuerſia Naſſauienſi planè inhibebit, donec liberato Landgrauio amica compoſitio inter partes inſtitui poſſit, vel per vtrinque delectos electores & principes arbitros, cauſa recognoſcatur, & intra biennium decidatur. Adminiſtrator ordinis Teutonici, & Henricus Brunſuicenſis, actiones occaſione præteriti belli Smalcaldici aduerſus Landgrauium inſtitutas vel inſtituendas inhibebunt, donec grauamina, ad publicam Imperij Rempublicam pertinentia, per Mauritium & Heſſum in hoc conuentu propoſita tollantur.

Quod ad Religionem, Pacem, & Iuſtitiæ adminiſtrationem in Imperio attinet; Pax religioni vſque ad proxima comitia dabitur, in quibus, de ratione hoc diſſidium amicè componendi, vel per Concilium generale aut nationale, vel colloquium, vel communem Imperij conuentum deliberabitur. Hunc de Religione Articulum, Rex Ferdinandus & electorum ac principum legati, in eodem conuentu Paſſauienſi ſcripto peculiari ita declararunt, vt conſtans & perpetua Pax in cauſa Religionis, ſiue componatur amicis rationibus, ſiue non componatur, inter Cæſaream & Regiam Maieſtatem electores, principes & ſtatus Imperij ſeruetur, & ex confeſſu Iudicij Cameræ, coniuncti Auguſtanæ confeſſioni deinceps non excludantur. Articuli ad libertatem Germanici Imperij pertinentes, à Mauritio exhibiti, in comitijs expedientur. Ad conſilium verò Cæſaris aulicum, quod imperij negocia tractabit, conſiliarios Germanos Cæſar adhibebit, & Germanica negocia non niſi per Germanos tractari ſinet. libertatẽ verò Germaniæ patriæ ſuæ non imminuet, ſed omnibus viribus conſeruare & augere ſtudebit. ac ne Mauritius & fœderati hos articulos neglectum iri metuant; Ferdinandus & Maximilianus ſpondent, ſe

vnà

mensis electoribus Archiepiscopis, Coloniensi, Trevirensi, Moguntino regnoq; Cathol. Hispaniarum, ac reliquis eorum dedutorum, solemnes erit. Ad Galliæ regem quod attinet, is quoq; ad Francofurtum, aut alium quem locum, Legatos suos ablegabit, quamuis ad ipsum priuatim Lectorius ab eo profectus sit. Cum autem pulcrum pium sit, ac Christianum, ut Principes Christiani bellorum, ciuilium & priuatorum cessent, & pacem saltem quo ad per ferrum hostium hostesue ad mare rubrum potentes, ut ad Christianos Principes, quos ipse Turcarum Imperator, qui Sanctissimum bellum à Christianis principibus infert, Ferdinandus Romanor. Rex, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Comes Tyrolis, Philippus comes palatinus Rheni, Cardinalis Bauarus comes Palatinus, Ioannes hæres in Brandeburg, Fridericus à Brandeburg, Georgius à Brandeburg, Ioannes Sigismundus à Brandeburg, Ioannes Georgius à Brandeburg, Christianus Anhaltinus, Augustus Caesar Saxoniæ, Wolffgangus Principalis Anhaltinus, Ioannes Casimirus Palatinus Rheni, Ioannes Albertus Megapolitanus, Ioannes Fridericus Dux Pomeraniæ, Ioannes Fridericus Dux Wirtembergicus & Montispelgardi, Ioannes Georgius Marchio Badensis, Carolus Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Comes Tyrolis, Philippus comes

M.D.LII. cum præsidio præerat, mense Septembri obsedit. Ferdinandus igitur tot oppidorum & arcium Vngariæ, & exercitus insuper amissione, & Agriæ periculo motus, Pacem in Germania eò studiosiùs maturauit, & Mauritij Saxonis fortissimi ducis exercitum sibi militare in Vngaria voluit. Etsi autem Agria, virtute militum, Deo iuuante, feliciter & glorioſè defensa est: tamen Ferdinandus, reliquis eius anni cladibus fractus, legatos ad pacem à Solymanno petendam, Antonium Verantium & Franciscum Zay, Byzantium ire voluit. Quos cùm vltrà triennium Solymannus Byzantij detinuisset, tandem pactione pensionis annuæ triginta millium aureorum, quam singulis annis suo sumptu Ferdinandus Byzantium mitteret, & publicè in Palatio Imperatoris exhiberi curaret, Pacem concessit. VValachiam quoque inferiorem, Radul, triennio antè à Mirce eiectus, recuperauit.

Sed his omissis, quæ, vt occasionem Vngaricæ expeditionis à Mauricio Saxone susceptæ ostenderemus, breuissimè intexenda duximus: in Saxoniam redeo. vbi auspicijs Alberti Marchionis Brandeburgici, Volradus comes Mansfeldensis, Alberti filius, nouum bellum, Henrici ducis Brunsuicensis oppidis aliquot occupatis, & direptionibus ac incendijs agro vastato, excitarat. Albertus enim Brandeburgicus, pace Passauiensi contumelioſè reiecta, transmisso Rheno, ad Galliæ regem transiturus, interea dum de conditionibus transigeretur, Moguntiæ, VVormatiæ, Spiræ, episcopos & Canonicorum collegia grauissimè multarat. Moguntiæ etiam, archiepiscopi arce, Carthusia, & D. Albani, alijsque templis, & Treueris, cœnobio D. Maximini, & arce Palatina incendio deletis. Inde ad pontem Musonis, in Lotharingiæ finibus, donec Metensis obsidio inchoaretur, consedit.

Interea in Saxonia inferiore, Volradus Alberti comitis Mansfeldici filius, à Nobilitate Hildesiensi & Brunsuicensi, quæ aduersus dominum suum Henricum ducem Brunsuicensem superioribus bellis militauerat, ideoq; bonis & arcibus suis à principe reduce expulsa erat, excitatus, & Alberti Brandeburgici nomen præ se ferens, mense Septembri ad Albim validam militum manum coëgerat, & à Francisco duce Saxoniæ Lavvenburgensi, qui Raceburgensibus Canonicis suis, quod sibi pro filio Magno successionem in episcopatu petenti negassent, irascebatur, inuitatus, Raceburgam copias duxit, vbi Canonicorum domos, & templum Cathedrale, non modò aureis & argenteis vasis omnibus, verùm etiam ære campano de turribus ablato, spoliauit; canonicos, qui non aufugerant, in vincula coniecit; Collegium præterea quatuor millibus Ioachimicorum multauit, vt reliquos diœceseos pagos direptionibus & incendijs liberarent. Arcem verò episcopi Stofam à se occupatam Francisco duci Saxoniæ concessit. Inde Buxtehudam diœceſis Bremensis oppidum irrito conatu obsedit, & cœnobia virginum prope Buxtehudam combussit. Sic primo belli specimine in Canonicos & virgines vestales edito, Volradus Bardevvicum se cum exercitu contulit, vbi octiduum integrum commoratus, tandem præterita vrbe Lunæburga in ditionem Henrici Brunsuicensis duxit, ac multum passim damni direptionibus ac incendijs dedit, vicosque & oppida peruastauit, & arce Steinbrug & alijs quibusdam in potestatem redactis, Henricum tota ferè pepulit ditione, qui vt de iniuria Mansfeldij quereretur, & præsens auxilium imploraret, ad Cæsarem, in Mediomatricibus, primariam vrbem Metim obsidentem, extentis itineribus perfugit.

Mense Octobri.

Cæsar enim, post factam Patauij pacem, ex Carinthia Oenipontem, & inde Augustam reuersus, etsi Reipublicæ formam à se ante quadriennium constitutam retineri voluit: tamen Religionis exercitium, iuxta confessionis Augustæ anno millesimo quingentesimo & tricesimo exhibitæ, præscriptum, ciuibus liberum, & ministros ecclesiæ, superiore anno ex Imperij finibus proscriptos, reuocari permisit. Captiuum Saxoniæ electorem Ioannem Fridericum, ex quinquennij custodia liberatum clementer à se dimisit. Pactiones Alberti Brandeburgici cum episcopis Franconiæ initas rescidit, inde Calendis Septembris discedens, Argentinæ traiecto Rheno, tandem obsidere METIM, duodecim supra Treuiros milliaribus ad ripam Mosellæ sitam, cœpit. Quam Galliæ Regis nomine, fortissimi duces, Franciscus Guisius,

22. Octob.

Guisius, Claudij filius: Fr. Anguianus & Ludoicus Condæus fratres, Caroli ducis Vendomiæ filij: Fr. dux Mompenserius, Horatius Farnesius, Octauij ducis Parmensis tratet: P. Strozá; Momoransinus & alij defendebant. Cæsari, Ferdinandus Albæ dux, Ioannes marchio Brandeb. Philibertus Sabaudus, Adolphus Holsatus militabant. ad quos initio Nouembris, Albertus Marchio Brandeb. Cæsari reconciliatus accessit, cui culpa omni condonata, pactiones cum episcopis Herbipolitano & Bambergico initas denuò Cæsar confirmauit. Cùm autem infelici illa obsidione, in qua frigoribus & morbis, & hostium eruptionibus tertiam exercitus partem amisit, Cæsar animo & corpore æger, occupatus esset, alieno sanè tempore ad opem illius implorandam Brunsuicensis venit. M. D. LII.

Interea Volradus, dum in agro Brunsuicensi incendijs & direptionibus grassatur, Verdensis prouinciæ ordinibus (nam episcopo minimè hoc curæ fuit) denunciat, episcopum violatis Pacis conditionibus, familiam suam finibus Verdensibus tendentem per vim adortum esse, direptisque plaustris non exiguam supellectilis prædam feciisse. Illam quidem iniuriam contra leges, militiæque disciplinam sibi illatam, tunc temporis se, vtpote nullis instructum armis, neutiquam vindicasse. Nunc autem ferro & igni vlturum esse, nisi quamprimum sibi satisfaciant, & deprædationis culpam eluant. Illi vt cladem à prouincia auerterent, ordines mille, coloni quadringentos supra mille Ioachimicos dependerunt. De summa pecuniæ à colonis exactæ archiepiscopus mille Ioachimicos præripuit, & suos in vsus conuertit. Parum scilicet erat miseros agrestes alijs diripiendos obijcere, nisi à Domino quoq; suo inexpiabili cum ignominia spoliarentur. Verùm ordines, vt pactum argentum ad statum diem exoluerent, tunc quidem aliunde desumptum vniuersum dependerunt, & postea, quod ablatum ab antistite erat, agricolis denuò imperarunt. Iam Volradus cum infesto exercitu in prouinciam Halberstadensem perrexerat, cùm Ioachimus septemuir Brandeburgicus pacem ei demùm persuasit, quod Albertus Brandeburgicus, cuius auspicijs militabat, Cæsari reconciliatus ab amicitia Galliæ regis discessisset, eiusdemque interuentu parens Volradi Albertus comes Mansfeldicus in gratiã Cæsaris redijsset, paternas possessiones, quas edicto Cæsaris propinqui occuparunt, repetiturus. Inde Volradus, mense Februario anni sequentis, vrbe Brunsuiga cum fratre Ioanne discessit, copiasq; ad Hornburgũ & alibi sparsas, non solutis stipendijs reliquit. nec multò post Albertus parens amica transactione fortunas suas recuperauit. Steinbrugam Mansfeldius domino à VVarberg, Nicolao Barnero, Mandesslouio & alijs nobilibus, ducis Henrici hostibus cesserat. qui custodiæ arcis VVilelmum à Dütken Brunsuicensem præficiunt. At is feria tertia Pentecostes arcem cum nobilium armis & equis ac tormentis bellicis, duci Henrico tradidit. Ideoq; Brunsuigam rediens ignominiosè ex vrbe eiectus est. Anno ineunte 1551. 1553.

Magdeburgensis ditio, Brunsuicensi finitima, ferè biennium archiepiscopo caruerat. Etsi enim Fridericum marchionem Brandeburgicum, Ioachimi II. electoris filium, prior archiepiscopus Ioannes Albertus, coadiutorem sibi ante quinquennium designarat, tamen confirmatio à pontifice obtineri non potuit, quòd Augustanæ confessionis doctrinam in ecclesijs Marchiæ, iussu electoris, doceri constaret. & bello Magdeb. prioris archiep. mortem statim secuto, non properandum sibi marchio iudicabat. Sed vrbe Magdeburga dedita, & Cæsari reconciliata, Fridericum filium, huius anni initio in Salinas Saxonicas, vbi episcoporum aulæ sedes est, introduxit. Verùm vt sunt res humanæ instabiles & fluxæ, & celerius quàm muscæ volantes aufugiunt, hoc ipso anno, Halberstadij Fridericus decessit. Statim igitur à collegio frater illius Sigismundus, quatuordecim annorum adolescens, substitutus est, cui Chronicon Carionis à se retextum Philippus postea dedicauit. Ciuitas Magdeburgensis, hoc anno, cum vicinis, quos à se belli tempore læsos placare cogebatur, transegit. ac omnium primùm electori Brandeburgensi, vt nauigationem ad ostium Albis, & commercia cum ipsius subditis libera, & Nondinarum, Iudicij, ac Emporij iura, quæ vrbe proscripta, marchio à Cæsare obtinuerat, reciperent; persolutis 40000. florenis, reconciliati sunt. Ter mille Ioachimicos adnumera- 19. Martij. 3. Octob.

M. D. L II. runt ſcribis aulæ Cæſareæ, quibus certorum ciuium proſcriptorum bona à Cæſare addicta erant. Totidem Henrico duci Brunſuicenſi, mille cœnobio Hameriſlebienſi. 14000. comiti Barbienſi, cuius oppidum & arcem Barby, non procul à Salæ & Albis confluente, belli tempore ſpoliauerant. 5000. collegio virginum in Iericho. Cum Canonicis eccleſiæ Cathedralis poſt aliquot annos primum conuenerunt, recipientes eos in vrbem, & quinquaginta millia aureorum inſuper pendentes. In militum ſtipendia, Senatus vrbis Magdeburgenſis, toto obſidionis tem-

1547. pore impendit quadringenties & quater mille, quadringentos ſexaginta ſex aureos, ad Bremenſem vrbem obſidione liberandam contulerat mille & ſexcentos Iochimicos, & paulò antè electori Saxoniæ Iohanni Friderico, à Danubio in Saxoniam redeunti viginti millia, nunquam reddenda, mutuò dederant. In tantis rei pecuniariæ iacturis, Libertas & priuilegia antiqua integrè recuperata, & conſeruata Religio, ac vrbis munitiones nuſquam interruptæ, damna cætera leuabant.

18. Nouemb. Multos etiam præſtantes viros, & literis ac dignitate claros hic annus Germaniæ eripuit. In Academia Francofordiana ad Viadrum, Iodocum VVillichium Reſellianum Boruſſum, in tota Philoſophia, mathematis, arte medica, & linguis excellenter eruditum. In Lipſica, Bernardum Ciglerum, non tam genere antiquo, quàm inſigni Ebrææ linguæ cognitione nobilem. VVittebergæ Ioannem Marcellum, Regiomontanum Francum, cuius in docenda & regenda iuuentute induſtria & fides fuit ſingularis. In Dania, Petrum Suauenium, veterem ac fidum Lutheri amicum, & propter prudentiam, fidem, integritatem, & in omni officio diligentiam, inclyto regi Chriſtiano carum. Ingolſtadij, Petrum Apianum Leiſnicenſem, mathematicum illuſtrem: Baſileæ, Sebaſtianum Monſterum, qui laboribus ſuis Ebræam linguam, Coſmographiam, & Horologiorum doctrinam plurimum illuſtrauit, & Oluualdum Myconium. Argentinæ, Caſparum Hedionem, virum de eccleſia illa præclarè meritum: eademque die 17. Octobris Regiomonti, Andream Oſiandrum. In comitatu VVedenſi, Hermannum archiepiſcopum Colonienſem & Padebornenſem, anno ætatis octuageſimo, Idibus Auguſti, ex hiſterris ad eccleſiæ cœleſtis conſuetudinem euocatum. vt Ioannem Cochleum, Luheromaſtigem, anno ætatis ſeptuageſimo tertio Vratiſlauiæ extinctum, & eiuſdem farinæ hominem, Fridericum Nauſeam, & alios taceam. Patauij Lazarus Bonamicus, 11. Februar. Florentiæ, Paulus Iouius Hiſtoriæ ſcriptor luculentus obiit, cuius monumento epitaphium in templo D. Laurentij adſcriptum vidi:

Die natali annum inchoante.

Hic latet hei Iouius Romane gloria linguæ, Par cui non Craſſus, non Patauinus erat.

Rodolphus archidux Auſtriæ, Maximiliani filius, qui poſtea imperauit, Viennæ natus eſt. Goſtauus Sueciæ rex, tertiam coniugem Catharinam, Goſtaui VVeſtgothiæ gubernatoris filiam, VVaſtenis ſolenni ritu ſibi copulauit. Sigiſmundus Poloniæ rex Dantiſcum magno comitatu ingreſſus, iuramentum fidelitatis accepit.

FINIS LIBRI DECIMI-SEPTIMI.

SAXONIAE

LIBER

DECIMVS OCTAVVS.

Illustrissimo principi & Domino, Dn.

IVLIO AVGVSTO,

DVCI BRVNSVICENSI AC LVNÆBVRGENSI,

IVLII FILIO, HENRICI N.

HENRICI AVI, ET PATRVORVM CAROLI VICTORIS & Philippi Magni & aliorum eius ætatis principum bella postrema

Subiectissimè offert

Dauid Chytræus.

Dissertatio de Sacrificiis Veterum, Ethnicorum, Judæorum, Christianorum, Mahumedanorum, Indorum, Sinensium, Peruanorum, Mexicanorum, Brasilianorum, Canadensium, Floridanorum, Virginianorum, Novæ Angliæ, Novi Belgii, Novæ Scotiæ, Terræ Novæ, Groenlandiæ, Islandiæ, Lapponiæ, Tartariæ, Japonis, Siamensium, Pegu, Malabarorum, Guineæ, Congi, Angolæ, Monomotapæ, Abyssinorum, Nubiæ, Ægypti, Barbariæ, Numidiæ, Mauritaniæ, Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, Britanniæ, Hiberniæ, Scandinaviæ, Sarmatiæ, Russiæ, Turcarum, Persarum, Arabum, Tartarorum, Sinensium, Japonensium

Brunſuicenſem, Henrico principi rebellem, & alias militum copias, à ſuis, in ditione Erici iunioris ducis Brunſuic. ſibi amici, collectas eſſe ſciebat, ſumma celeritate initio Iunij contendit, & vna abreptis Bambergenſium obſidibus circiter octuaginta, quorum in itinere plurimi obierunt, ac direptis Erphordienſium & Mulhuſiorum pagis, Halberſtadium venit, & pecuniâ Canonicis multatis, & monaſteriis in diœceſi ſpoliatis, Henrici ducis Brunſuicenſis ditionem inuadens, rapinis ac incendijs paſſim graſſatus eſt. Qua in re, Nobilitas Brunſuicenſis cum duce Erico, præcipuè ipſi conſilio & auxilio fuerunt. Mater enim Erici, Eliſabetha, Ioachimi I. electoris Brandeburgici filia, Alberti tertio gradu propinqua erat, & cum Henrico Brunſuicenſi multis iam annis offenſiones inciderant & cumulatæ erant, ad quas denunciatio belli, paulò ante à Philippo Magno facta, acceſſerat. M.D. LIII. 14. Iunij. 18. Iunij. Brunſuigam venit.

Reuocatus igitur in Saxoniam Philippus Magnus, cum confœderatorum principum, Mauricij electoris Saxoniæ, Philippi Landgrauij Haſſiæ, &c. exercitu, in Thuringia prope Northuſium ſe coniungit. Vnde progreſſi Einbecam verſus, paucis poſtea diebus, in Marchionis Alberti exercitum, vno à Peina milliari, ad Fuſam ſeuium incidunt. vbi die Dominica, hora ſecunda pomeridiana, prælium acerrimum, propè pagum Siuershauſen committitur, in quo, Philippus Magnus dux Brunſuicenſis cum fratre Carolo victore, & Mauricius elector Saxoniæ, biduò poſt ex vulnere mortuus, Fridericus dux Lunæburgicus Erneſti filius, Iohannes comes Schavvenburgenſis, cum quatuor alijs comitibus, & magna nobilium multitudo, præter gregarios milites, quatuor millia & triginta octo ceciderunt. Mauritius tamen Saxo & Henricus dux Brunſuic. ſenior, victoriam & prædam opimam, vnà cum quatuordecim vexillis equitum, & quinquaginta peditum, in eo prælio, non tamè ſine magna ſuorum clade, conſecuti ſunt. Itaq; Carolo victori & Philippo Magno, Henrici ducis Brunſ. filijs, in prælio cæſis, Epithaphia deinde compoſita ſunt. 9. Iulij.

Carolus hic victor, dextro conditur hoſte. Naſcens Victor erat, Victor erat moriens.

Et de Philippo Magno:

Magni nomen erat, magno virtute Philippo: Stare diu magnis inuida fata negant.

Ioannes Albertus dux Megapolitanus qui proximis ante prælium diebus in Saxoniam castra profectus, de pace ſollicitè egerat: dum committeretur prælium, Hannoueræ adhuc commorabatur, ad quem, elapſus ex prælio Albertus Hannoueram venit. Inde Neoſtadium ad Ericum: is ad Imp. Carolum ſtatim profectus eſt. Henricus dux Brunſuic. victor ſtatim exercitum ad Erichsburgum, Erici arcem in Gottingenſi regione obſidendam ducit. Erico abſente, coniunx Sidonia & conſiliarij amicè cum Henrico tandem die 6. Septemb. tranſigunt.

Interea Franciſcus Epiſcopus, Mindenſi diœceſi amiſſa, & Oſnabrugenſi per ordines prouinciæ excluſus, Monaſterij in exilio quodammodo, inter ciues agit, eorumque fidem & beneuolentiam erga ſe eximiam, tam triſti ſuo tempore experitur. Ciues igitur hac occaſione, antiqua priuilegia ſua, quæ ante Anabaptiſtarum tempore habuerunt, à Principe recuperarunt. Qui curis & angoribus, quòd omnes ſuas opes & ornamenta in arce Iburgica hoſtili impreſſione & rapina amiſiſſet, quòd præter expectationem ditiones ſuæ tam grauiter afflictæ & multatæ eſſent, quòd diœceſin Mindenſem hoſti dedere coactus eſſet; confectus & exhauſtus eſſet, paucis poſt allatum, de commiſſo prælio, & Philippi ducis Brunſuicenſis hoſtis ſui interitu, nuncium diebus, extremum vitæ ſuæ diem concluſit. Sexto poſt eius obitum die, à Monaſterienſi collegio, VVILELMVS Kettler, Gothardi filius, Gothardi poſtea Curlandiæ in Liuonia Ducis primi frater, epiſcopus electus eſt, cum ſingulari prudentia, & in rebus agendis dexteritate, ac componendis diſſidentium controuerſijs induſtria & felicitate excelleret, & aliquot annos in Ducis Iuliacenſis conſilio & legationibus exercitatus, magnam rerum plurimarum experientiam adeptus eſſet. Parentes ex præcipua nobilitate ducatus Bergenſis orti, amplam familiam, & Dei beneficio florentem propagarunt, cuius partem aſcribam. 15. Iulij.

GOTHAR-

M. D. LIII. GOTHARDVS Ketler, VVilelmi auus, eques auratus, ex coniuge Margarita à Batenberg. ſex filios reliquit. ex quibus

GOTHARDUS eques, ex SIBYLLA VVilelmi, à Neſſelrad, præfecti ducatus Bergenſis, filia, ſeptem filios ſuſcepit.

Franciſcus Abbas Corbeienſis, &c.

VVilelmus Epiſcopus Monaſterienſis.

VVirich in Vngaria ⊕.

GOTHARDUS dux CVRLANDIÆ in Liuonia primus. ⊕ 1587.

Bertramus.

Gosuuinus.

Theodoricus.

IOANNES conſiliarius Ducis Iuliacenſis.

FRIDERICUS dux Curlandiæ poſt patrem.

VVilelmus dux Curlandiæ.

VVilelmus & alij nouem.

Ambiebat eundem principatum Monaſterienſem Iodocus à Reke, epiſcopus olim Derbatenſis in Liuonia, canonicus Monaſterienſis, qui paulò ante tempeſtatem à Moſco imminentem proſpiciens, epiſcopam Derbatenſem ingenti pecunia mutuò accepta oppignoratam & ſpoliatam deſerens, in VVeſtphaliam redierat. Is prælatum ſibi VVilelmum cernens, Canonicatum etiam collegio reſignat, & Ioannam ab Heiden virginem Veſtalem vxorem ducit.

In OSNABRVGENSI diœceſi, Franciſco ſucceſſit Ioannes comes ab Hoia, Ioannis filius, Iodoci ſenioris nepos, Alberti, Erici, Ottonis, fratrum, qui noſtro tempore obierunt, patruelis; princeps ingenioſus, doctrina & eloquentia præſtans. Mindenſi verò, cùm Iulius dux Brunſuicenſis, cui Franciſcus viuens diœceſin illam reſignauerat, fratribus in prælio ad Siuershuſen recens interfectis, ſacerdotio ſe abdicaſſet, Georgius dux Brunſuicenſis, Iulij patruus, ſuffectus eſt. Quo tempore in Belgico, poſt Terauanam Morinorum vrbem, à Ponto Lalaino Binicurio, Caroli V. duce, vi captam & ſolo æquatam, Emanuel Philibertus Sabaudiæ dux, exercitui præfectus, oppidum & arcem Heſdinum occupauit, in qua, Horatius Farneſius, Octauij Parmenſis frater, pila ænea confoſſus interijt. Robertus verò Marcanus, dux Bullionis, IIIIvir Galliæ, Roberti illius, qui Carolo V. bellum anno milleſimo quingenteſimo viceſimo primo indixit, filius, captus eſt. In Vngaria verò, Ferdinandi regis præſidia ex Tranſyluania ejecta, & Ioannes II. cum matre Iſabella, literis & armis Turcicis reſtitutus eſt.

1550. In LVBECENSI Diœceſi cum epiſcopus Iodocus, de quo ſupra dixi, Romæ obijſſet: Theodoricus à Rheden Meppenſis, exili loco natus, ſed ingenio ac induſtria præſtans, Iodoci popularis condiſcipulus, & amicus perpetuus, Iuris Canonici Doctor, & multarum in Germania Eccleſiarum & in his Moguntinæ Canonicus,

1530. iam ſenex epiſcopam adeptus eſt. Familiaris fuerat Romæ cardinali Capuano, Nicolao Schonbergio, qui in Epiſtola, Copernico Mathematico ſcripta, quæ Reuolutionum cœleſtium libris ipſius præfixa eſt, huius Theodorici à Rheden nominatim meminit. Lubecam verò iam ſenex iturus Theodoricus, Moguntiæ aliquot menſes deſedit, & VVicelij ſenis; Iohannis Feri Franciſcani, cuius viri eloquentis & moderati, ſingulare mouendi animos audientum, & adfectus pios ciendi donum fuiſſe prædicant: Grauitatem verò & moderationem Poſtilla indicat; & Michaëlis Heldingij Epiſcopi Mersburgenſis grata & iucunda conſuetudine vſus eſt. Cum verò Lubecam veniens, reditus Epiſcopæ videret ſua expectatione tenuiores eſſe, aç minores, quam vt principis dignitatem inde tueretur: acceſſiſſet etiam oculorum caligo & cœcitas: reſignatâ collegio Epiſcopa, Moguntiam redire inſtituit. Etſi autem retinere eum Epiſcopum, etiam cœcum Canonici cupiebant: tamen conſtanter propoſitum tenuit, hanc quoq; cauſam inter cæteras allegans, quòd etiam Diœceſeos illius conditio eſſet, vt Epiſcopo non duobus tantum oculis prædito, ſed planè perſpicaci indigeret: ſe verò planè nihil videre. Cùm igitur biennio poſt reſignaſſet, Andream a Barby, ſucceſſorem habuit, vt ſuo loco annotabo.

In ſuperiore Saxonia, poſt commiſſum inter Albertum Brand. & Mauricium

Saxo-

Ego Angelus, Dei gratia Archiepiscopus Ebor. Totius Angliæ Primas & Apostolicæ Sedis Legatus, Reverendissimo Patri & Domino, Domino Gulielmo, eadem gratia Archiepiscopo Cantuar. totius Angliæ Primati & Apostolicæ Sedis Legato, salutem, & in omnium Salvatore perpetuam in Christo charitatem. Quoniam Ecclesiarum Cathedralium, Monasteriorum, & aliorum Religiosorum locorum, Abbatum, Priorum, & aliorum Prælatorum, Archidiaconorum, Decanorum, Præpositorum, Rectorum, Vicariorum, & aliorum Ecclesiasticorum Beneficiorum, Capellaniarum, & Portionum, Personarum, & Vicariarum, Ecclesiarum Parochialium, Capellar

M. D. LIII. seniorem, ducem Somersetensem, quem Protectorem vocabant, sibi obstare arbitraretur; eum primum omnium, falso proditionis crimine reum factum, securi cervicem præbere coëgit, fide puero regi, cuius per ætatem infirmum erat iudicium, facta, eum iure cæsum esse, quod in stirpem & maiestatem Regiam nescio quid molitum constaret. Fuerat is protector, omnium bonorum iudicio, vir optimus, & pueri regis, sui ex sorore nepotis, ingenium per se præstantissimum, præclara optimarum disciplinarum, religionis & linguarum cognitione instruendum excolendumq; curauerat, nec tamen benè meritum senem vel regia consanguinitas, vel officiorum dexteritas & fides, ab iniusti supplicij nefaria fœditate asserere, aut immunem potuit præstare. Hoc fidelissimo Regis custode sublato per iniquæ damnationis iudicium, cum idem Dudleus Northumbriæ dux Ioannam, vt diximus, filio suo nuptam dedisset, non dubitauit, à morte Eduardi VI. qui vnicus virilis stirpis Henrici VIII. Rex supererat, regnum ad nurum suam legitimæ successionis specie atq; prætextu facilè transiturum.

Etsi enim superesse sciret duas regis Henrici VIII. filias, nimirum Mariam ex prima coniuge Catharina Hispana, Caroli V. Cæsaris matertera; & Elisabetham de secunda coniuge regia Anna Bullina natas, quibus auito Anglorum more, maiorum institutis, & lege cùm naturæ tum regni, extinctis virilis sexus heredibus, vt & propioribus Henrico cognatis, & natu maioribus, alteri scilicet post alteram regiæ coronæ successio deberetur. Quia tamen illarum priorem ex fratris Arthi Vvalliæ principis, cui Cæsaris matertera ante matrimonium cum Henrico VIII. Arthi fratre, contractum nupta fuerat, coniuge, posteriorem verò ex matre, quam vel à rege vxorem haberi (repudiata enim Catharina, & adhuc viuente, Henricus VIII. eam duxerat) legibus diuinis non licuisset, vel quæ ob adulterij suspicionem iussu ipsius regis postea capite truncata esset, prognatas constaret, vtramque vt illegitimas hæredes honestissima specie à regni successione excludi posse, ac debere, quàm sibi tam alijs facilè persuasum iri confidebat. Sic spe amplissimarum rerum, & consilijs astutissimè cogitatis, cùm etiam Gallici regis amicitia sese, missa ad eum ingenti pecunia, muniuisset, omnia sibi iam tuta satis existimans, tollendi è medio innocentissimi regis, & maximæ spej adolescentis parricidiale facinus fertur aggressus esse. Quod vt maturandum putaret, πρόκαταρκτὸν αἴτιον accessit, regis cum ætate paulatim accrescens intelligentia & παῤῥησία.

Cùm enim esset Eduardus adolescens sagacissimi & præstantissimi, sed pro ætatem non satis cauti, interq; hiantes lupos atque vulpeculas parum prouidi ingenij & iudicij, consideratis sensim attentiùs, quæ gerebantur, rebus, interdum de occiso auunculo & de alijs regni negotijs voces liberiores sibi excidere patiebatur. Interuenerat aliquando Dudleus iam Northumbriæ dux, cùm Rex historias Anglicas, erat enim lectionis cupidissimus, euoluens, fortè incidisset in pagellam, quæ continebat narrationem de patre Northumbriæ ducis pœna capitis affecto, quod Henrici VIII. patris Eduardi, vitæ fortunisq; aliquando fuisset insidiatus. Non habuerat historia expressum nomen patris Dudlei. Itaq; hæsitans rex de eo, quæsiera quis fuisset. Cùm dux eam rem curiosiùs à rege cognosci, neq; vtile sibi, neq; honorificum, & ideo quoad posset prohibere, ferendum non putaret, erepto regi libro pro tutoria autoritate, Quid, inquit, ætatem & ingeniolum oneras cognoscendi vulgi commentitijs fabulis? & puero, qui astabat, arcus cum sagittis, quibus exercet Britannica adolescentia solet, afferri iusso, Regem pariter in aream ludendi exercitijs destinatam secum abducit. ibi posteaquam iaculandi ad scopum certamen aliquandiu colluisissent, & regiam fortè sagittam, quod extra metæ cancellos longius auolasset, Dux cum cachinno reprehendisset; Rex siue risus sui indignationem siue nondum discussa fortè μελαγχολία animi, quam ex Anglicæ historiæ lectione conceperat, Longiusculè, inquit, aberraui fateor. at tu melior artifex tanto propiùs mei ceruicem feriebas auunculi. Dux eius scommatis acerbitatem tum quidem sese intelligere dissimulauit, contentus hoc saltem respondisse, quod non se autor

Ego quidem de Mercurio non habeo, nisi quod ex Apostolorum scriptis, & ex Ecclesiasticis traditionibus accepi, quod Mercurius fuerit unus ex septuaginta discipulis, qui & Barnabas cognominatus est, non Barnabas Cyprius.

Ego autem de Mercurio, & Barnaba, & Cypriano, & Dionysio, & Gregorio, & Basilio, & Athanasio, & Ephraem, & Ambrosio, & Augustino, & Hieronymo, & Joanne Damasceno, & Joanne Chrysostomo, & Nicolao, & Gregorio Nazianzeno, & Gregorio Nysseno, & Theophilo, & Cyrillo, & Ignatio, & Polycarpo, & Clemente, & Dionysio Areopagita, & Hermia, & Timotheo, & Tito, & Lucano, & Joanne Evangelista, & Apostolis omnibus, & Paulo Apostolo, & Petro Apostolorum principe, & Joanne Baptista, & Zacharia, & Elisabeth, & Maria Virgine, & Christo Deo nostro, & Spiritu Sancto, & Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & Trinitate, & Unitate, & Deitate, & Creatore, & Creatura, & Creatis omnibus, & Increato, & Increatis omnibus, & Deitate, & Deo, & Deo, & Deo

M. D. L I I I. vir ingentis spiritus, singularis facundiæ, & potentiæ formidabilis, vt cæterorum procerum pars ex animo & verè, pars verò, & quidem, vt postea res docuit, potissima, saltem simulatè pedibus in propositam sententiam irent.

Sic Ioanna Henrici V I I I. ex minima natu sorore Maria proneptis, filia Fran-
10. Iulij. ciscæ ex Duce Suffolciense, & Culferdi filij I I I I. ducis Northumbriæ coniunx, Regina decernitur, ac statim non sine contumelia quidem filiarum regiarum, sed neq; magnatum neq; populi aliquo singulari applausu, publicè proclamatur. Mos in Anglia est, vt solemnes nouorum regum denunciationes populus approbet, horum verborum acclamatione: *Deus seruet regem aut reginam.* hic cum nihil tale audiretur, & omnium hominum vultus tristes & auersi cernerentur, minimè probari populo, quod ageretur, vel ex silentij profunditate facilis coniectura fuit. Vnus erat Gilbertus statura proceriore vir, & animosus, Is solus detestatus contumeliam, qua filiæ regis, in Ioannæ præconio, quasi non legitimo toro natæ, illiberaliter deformabantur, mœstam ciuium taciturnitatem vocis licentia rumpens, O degeneres, inquit, animos! Nulla Anglici sanguinis gutta superest, si quem non commouet ad vindictæ cogitationem contumeliarum atrocissimarum indignitas. Quæ verba tantisper passim iterabat, donec præhenso & in carcerem coniecto Ducis iussu, postridiè, qui erat 11. Iulij dies, ambæ auriculæ ad palum præciderentur. Sed ne hac quidem ignominiosa capitis mutilatione liberi hominis vox repressa est. Nam subinde Deum testatus vindicem, non desijt constanter, quæ dixerat, & sentire & proloqui. Itaque ad grauioris pœnæ sententiam expectandam in custodiam reducitur, quam fuisset subiturus, nisi quæ secuta est, eum omni periculo pariter & carcere exemisset rerum mutatio.

Erat iam Ioanna in arcem Londinensem, quam Turrim vocant, comitatu quidem minus frequenti, quadam tamen solemni pompa, & quidem matre Francisca caudam vestis illius leuante, introducta: cùm interim MARIA, filiarū Henrici VIII.
6. Iulij. natu maior, ac Cæsaris Caroli V. consobrina, acceptis ijs, quæ Londini gerebantur, loco se mouens, in regni interiores partes recessit, populi erga se animos fauoremq; periclitatura, siquidem præsidium, quo vteretur, aliud in subitis rebus non habebat, nisi fiduciam popularis erga regiam sobolem beneuolentiæ. Hic suæ constantis & perpetuæ iustitiæ, qua pupillis præsidio esse solet & orphanis, documentum insigne clementia diuina dedisse visa est. Confluxit enim subitò tanta populi ad illam multitudo, vt ea breui spacio temporis in iusti exercitus amplitudinem excreuerit. Id siue commiseratione stirpis regiæ, seu naturali subditorum erga dominos reuerentia, seu temerario imperitæ multitudinis motu factum existimes, mirandum eo magis est, quod initio turbarum Maria penè sola relicta, non solum omni spe humani præsidij, in tam tristi rerum statu, & improuisis motibus caruerit, sed etiam in vitæ tam suæ, quàm fororis periculo fuerit constituta, vt manifestum quidem sit aduersus immanes conatus, & nefarias molitiones coniuratorum, populi animos diuinitus excitatos fuisse. At dux Northumbriæ compositis in arce Londinensi pro arbitrio rebus, auditoq; Mariæ vires, vndiq; ad eam confluente populo, indies creuere, bello eam persequi quā celerrimè statuit, ratus vulgi instabile animos, si illam citius omniū opinione oppressisset, in Ioannæ nurus suæ proclamatione tandem acquieturos. Relicto igitur potiore regni senatu, cui omnia sua facta probari nimium confidebat, ad arcis Londinensis custodiam, cum exercitu & to-
14. Iulij. mentis aliquot bellicis Londino egreditur. Iam omnium hominum animi, præsertim bonorum, in tota Anglia inter spem metumque ancipites hærebant, cum subitò oritur, & quasi ἀπὸ μηχανῆς, inexpectata rerum commutatio.

Ecce enim quatriduo post Ducis ab vrbe digressum regni proceres, qui in arce Londinensi relicti erant, cum vrbis senatu, siue mutatis iam animis atq; consilij siue tum demum detectis, quas ducis huc vsq; metu dissimularant, cogitationibus MARIAM, Henrici VIII. maiorem natu de prima coniuge filiam, inclyti regis Romanorum Caroli V. consobrinam, per omnes vrbis plateas & vicos reginam Angliæ, Franciæ & Hyberniæ præconio solenni proclamant. Alia ibi contin-
19 Iulij.

toti

Ioannes Sapidus Argentinensis ille, de quo inter alios Ioannes Sleidanus in commentariis suis, Sapidus, inquit, Argentinensis, ex quo loco nomen accepit, ingenio, doctrina, & eloquentia, inter primos sui temporis numeratus, &c. Ioannes Sapidus, inquam, ille, qui Ioannis Sturmii, Argentinensis Gymnasiarchæ, collega fuit, & Ioannis Sturmii, qui Ioannis Sapidi collega fuit, discipulus.

Ioannes Sapidus, inquam, ille Sturmius, & per consequens Ioannis Sapidi, Ioannis Sturmii, & meus condiscipulus fuerat, quemadmodum ex eiusdem Sturmii ingenuis & grauissimis postea literis liquet. Videtur autem Sapidus Argentinensis ille, de quo Sleidanus, non fuisse Sapidus Ioannes, de quo Melchior, cuius non tam scholares quam Ioannis Sturmii discipulos fuisse, ex eiusdem Sturmii literis, quas ad Ioannem Sapidum Ioannis Sturmii, Ioannis Sapidi collegæ, & Ioannis Sapidi discipulum scripsit, & Ioannis Sapidi, Ioannis Sturmii, & Ioannis Sapidi collegæ, & Ioannis Sapidi discipulum

M. D. LII. Mense Septembri, Thomas Cramerus, archiepiscopus Cantuariensis, qui sententiam diuortij inter Henricum VIII. regem, & Mariæ matrem, ante viginti an-
1532. nos pronunciauerat, & Nicolaus Ridlæus Londinensis, Hugo Latimerus senex, olim Vigornienſis, episcopi pij, iussu Reginæ in custodiam dati sunt. Ipsa Calendis Octobris coronatur. In comitijs mense Nouembri decreta Eduardi de Religione antiquata, & Papæa restituta: Thomas Cramerus, cum Ioanna Regina, & tribus filijs Ducis Nothumbriæ, capitis damnati, & in carcerem reducti, & de Reginæ Mariæ coniugio constitutum est.

Multos etiam alios hic annus celebres, & de ecclesia ac Republica bene meritos viros sustulit. Calendis Ianuarij, Ioannem Riuium Atthendorienſem, virum
8 Februar. doctissimum, Ducum Saxoniæ Mauritij & Augusti præceptorem, & tandem Mil-
19. Februar. nensi Consistorij IIIvirum. Ioannem Ernestum Ducem Saxoniæ, Ioannis Friderici
23. Maij. electoris fratrem. Erasmum Reinholdum, qui Mathematum doctrinam late in his terris propagauit. Ioannem Aepinum Hamburgensis ecclesiæ Superintendentem, prudentia, pietate, doctrina, & grauitate præstantem, anno ætatis quinquagesimo quarto. Casparum Hvberinum, Vilbachi in Bauaria, non procul ab Augusta natum, qui Augustæ Vindelicorum, & postea Oringæ, in comitatu Hoenloenli, ecclesias docuit: virum veritatis & pacis amantissimum, cuius vtilia scripta, de agnitione Dei, de ira & gratia Dei, Miles Christianus, Palat. Ottoni Henrico exuli scriptus, multaq; alia extant; eodem anno ætatis quinquagesimo quarto. Georgium principem Anhaldinum, Heroica bonitate, doctrina, benemeritis erga ecclesiam, & scriptis pijs ac eruditis, non minus quàm generis dignitate illustrem, cuius in proœmio quinti tomi Lutheri, laudatio extat; anno ætatis quadragesimo septimo ineunte; Qua ipsa die, Michaël Servetvs Arago Hispanus, cuius de erroribus Trinitatis libelli septem, & Dialogi, Haganoæ excusi sunt, Geneuæ in Sabaudia combustus est, quod tres in diuinitate personas ὑποστάσεις, & Filium Dei vere & natura Deum esse, negaret. 30. Octobris Iacobus Sturmius, prætor Argentinensis, Germanicæ nobilitatis decus extinctum est. In Polonia, Corpvs ivris Polonici, seu leges, statuta & priuilegia prouinciarum Regni Poloniæ, iussu Sigismundi Augusti regis, in vnum volumen à Iacobo Prilusio, Petri Kmithæ, Palatini Cracouiensis, & regni Marscalci Secretario, redacta & edita sunt. Quem, cum Lutheranæ impietatis & deprauatarum legum, calumniatores aliqui in aula accusarent: & iustitium ab eo opus totum intermitti, & authorem custodiæ mandari vrsissent: illustris principis Nicolai Radeuili Palatini Vilnensis & magni Lithuaniæ Marschalci & Cancellarij, qui regem totum possidebat, & Petri Kmithæ Mœcenatis sui patrocinio defensus, laborem susceptum tandem absoluit & publicauit: distributum in sex libros, quorum primus, de iure & officio Personarum, Regis, senatorum regni, spiritualium & politicorum, Magistratuum, & officialium, nobilium, ciuium, seruorum, Iudæorum; Secundus, de Rebus publicis, seu Fisci Regij, metallis, salinis, vectigalibus tributis; Tertius, de rebus priuatorum, successionibus ex testamento, vel intestato, contractibus, dominio & possessione, damnis, restitutionibus, & delictis furtis falsi, &c. Quartus, de Actionibus Ivdicialibus; Quintus, de Iuribus & priuilegijs prouinciarum, regno vnitarum & fœderatarum, Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Zatoriæ, Pomeraniæ, VValachiæ, de obedientia & Pace Politica & Ecclesiastica: de Legationibus: Sextus, de iure belli expediendi, gerendi, alendi, copiosè coronatur: & sanctiones comitiorum regni passim ad suos locos redactas intexit.

Sigismundo Poloniæ regi, Catharina, Ferdinandi Romanorũ Regis filia, vidua ducis Mantuani, mortua priore coniuge, Catharinæ sorore, ex PP. dispensatione nupsit.

Turcica Solymanni classis, Galliæ regi, per Aramontanum legatum sollicitanti auxilio contra Carolum V. missa, Neapolitanis & Siculis littorib. damna grauissima intulit, & Corsicã insulam cepit. quæ, non ante Reipublicæ Genuensi restituta, quàm pax inter Hispaniæ & Galliæ reges post sexennium facta est. Solymannus interea prætextu belli Persis inferendi, Halepum in Syriam profectus, Mustapham filium primogenitum, præstantem virum, Cappadociæ præfectum, ad se in castra euocat.

M. D. LIIII. ex æquo cum fratre Vlrico diuideret, & rationes de Henrici patrui thesauris & supellectice redderet; Vlricus diœcesin Suerinensem solus retineret. Prouinciales, at in his Rostochiensis etiam consul, vtriusq; principis debita se soluturos, ac ære alieno patriam liberaturos promittunt. In præsentia verò, sedecim millia loachimicorum, ad pendenda militibus Brunsuicensis stipendia, conferunt. Sic pacatis vtcunque principum fratrum controuersijs, Panico illo terrore Megapolitana ditio liberata & pax restituta est.

Interea verò aliæ Brunsuicensis copiæ, cum episcopis in Franconia coniunctæ Suinfurtum, iam ab initio Aprilis obsessum, & Idibus Iunij à marchione desertum ingrediuntur ac incendunt, & octauo post die, Plassenburgum arcem Alberti principuam, deditione capiunt. atq; ita ditione vniuersa Albertum exutum & ejectum pellunt, qui in Galliam exulatum abijt. Hic belli non necessarij, à marchione Alberto, vicinis illati, exitus fuit. Brunsuicensis interea domi, VVolffgangum principem Anhaldinum multat, & in comitatu Mansfeldensi, oppida Alberti comitis (qui tunc in Pomerania nuptijs filij Ioannis, cum Dorothea Barnimi ducis Pomerani nata celebratis, intererat) Rotenburgum ad Salam, Ramelburgum, &c. indit. A tribus vrbibus, Islebia, Heckstedt, & Mansfeld decem millia aureorum egit. Postea intercessione Ioannis Georgij & Christophori comitum Mansfeldensium Brunsuicensis placatus est. Milites verò Brunsuic. in pagos Erfordienses Turingicos ducti persolutis stipendijs dimissi sunt.

Ciuitates HANZÆ, conuentum Lubecæ mense Iunio & Iulio celebrarunt, quo, legati ex Anglia, quò ante biennium, viuente adhuc Eduardo VI. iuc tandem reuersi, nuncium de Priuilegijs societatis Anticæ omnibus, beneficio Reginæ Mariæ recuperatis, optatissimum retulerunt. nam triennio ante, Dani quidam Adrianus & Michaël Koseleri, merces extranei cuiusdam à soc Antica, Poloni, Laurentij Fencelij, acceptis ab eo quadringentis florenis, i nes, suo nomine, Londinum inuchi ac euchi sinentes, debitis vectigalibus defraudarant. Instantibus igitur mercatoribus Anglis, Eduardus immu Germanis mercatoribus omnes ademerat. Quas eo mortuo, Maria soror dens, contenta paucorum, qui deliquerant, & priuilegijs abusi erant, pœna, re & confirmatis solenni diplomate priuilegijs, Germanos Hanzæ socios, in pc nem & vsum illorum pristinum collocauit. Sed candidos ac rudes pannos gicum tanta copia non euehi, & Anglis mercatoribus similem in Hanzæ c bus, Prutenicis præcipuè, libertatem, qua ipsi in Anglia fruerentur, conce tauit. Collegium verò mercatorum Germanicæ nationis Londini reside milia incommoda, iniuriæ & damna, quibus ob paucorum, priuata comm blicis anteferentium, noxam, hoc biennio implicati fuissent, auerti deinc sent: seuerè, exempli causa, puniri huius mali autores, & disciplinam cc statuta, consilio maiorum salubri sancita, per idoneos, prudentes & autori ditos senatores conseruari, & ærarium collegij proximis difficultatibus & nibus exhaustum, nouis contributionibus refici postulabant. In his ca præterea de Brugensi emporio, Brugis vel Antuerpiæ, vbi immunitates gia ampla ciuitas offerebat: & de Neugardensi in Russia instaurando: & gensi conseruando, magna pars deliberationum consumpta est. ac Neug stitui eò studiosius vrgebant, quòd Rigæ, Reualiæ & Derbati, quò merc deferebantur, non amplius immediatè cum Russis negociari Anseaticis à ciuibus illarum vrbium, propolis, emendæ essent. Quæ cupiditas Li ciuitatum causam præbuit, vt paulò post in Moschicis bellis Liuoni m fœderatis ciuitatibus iuuarentur, & cupidius Naruense emporium, c suas Russi deferebant, ab omnibus Anticis & alijs gentibus inuiseretur.

Primis huius anni diebus, matrimonium inter MARIAM Angliæ r Philippum Caroli V. filium, his conditionibus constitutum est, vt Phil Angliæ & Franciæ Regis, Hyberniæq; principis, quoad vixerit Regina, uilegia, Iura & consuetudines regnorum & prouinciarum Mariæ subdit

Quæ ratio ostendit, quòd si quadratum ex latere ſubtenſo æquale ſit quadratis duorum laterum, quæ ſubtendunt angulum rectum, ſubtenſus angulus rectus erit.

Quòd autem quadratum ex latere ſubtenſo æquale ſit quadratis duorum laterum, quæ ſubtendunt angulum rectum, ſic oſtendemus. Sit triangulum rectangulum, cujus angulus rectus ſit A, ſubtendens autem latus ſit BC. Dico quadratum ex BC æquale eſſe quadratis ex BA, AC. Ducatur enim à puncto A ad BC perpendicularis AD. Et quoniam rectus eſt angulus BAC, perpendicularis autem eſt AD, erit ut BC ad BA, ita BA ad BD, & ut BC ad CA, ita CA ad CD. Quare ut BC ad BA, ita BA ad BD, & ut BC ad CA, ita CA ad CD. Ergo ut BC ad BA, & CA ad CD, ita BA ad BD, & CA ad CD. Ergo ut BC ad BA, & CA ad CD, ita BA & CA ad BD & CD. Sed BC æquatur BA & CA. Ergo BA & CA æquantur BD & CD. Quare quadratum ex BC æquale eſt quadratis ex BA, AC. Quòd ſi quadratum ex latere ſubtenſo æquale ſit quadratis duorum laterum, quæ ſubtendunt angulum rectum, ſubtenſus angulus rectus erit. Sit enim triangulum, cujus latus ſubtendens BC, quadratum autem ex BC æquale ſit quadratis ex BA, AC. Dico angulum BAC rectum eſſe. Ducatur enim à puncto A ad BA perpendicularis AD, ponaturque AD æqualis ipſi AC, & ducatur DB. Quoniam igitur æqualis eſt AD ipſi AC, æquale erit quadratum ex AD quadrato ex AC. Communi addatur quadratum ex AB. Ergo quadrata ex DA, AB æquantur quadratis ex CA, AB. Sed quadratis ex DA, AB æquale eſt quadratum ex DB, quia angulus DAB rectus eſt. Quadratis autem ex CA, AB æquale eſt quadratum ex BC, quia ponitur angulus BAC rectus. Ergo quadratum ex DB æquale eſt quadrato ex BC. Quare & latus DB æquale eſt lateri BC. Et quoniam æqualis eſt AD ipſi AC, communis autem AB, duo igitur DA, AB duobus CA, AB æqualia ſunt. Et baſis DB baſi BC æqualis. Ergo angulus DAB angulo BAC æqualis eſt. Rectus autem eſt DAB. Ergo & BAC rectus eſt.

Quæ ratio oſtendit, quòd ſi quadratum ex latere ſubtenſo æquale ſit quadratis duorum laterum, quæ ſubtendunt angulum rectum, ſubtenſus angulus rectus erit.

Quòd autem quadratum ex latere ſubtenſo æquale ſit quadratis duorum laterum, quæ ſubtendunt angulum rectum, ſic oſtendemus. Sit triangulum rectangulum, cujus angulus rectus ſit A, ſubtendens autem latus ſit BC. Dico quadratum ex BC æquale eſſe quadratis ex BA, AC. Ducatur enim à puncto A ad BC perpendicularis AD. Et quoniam rectus eſt angulus BAC, perpendicularis autem eſt AD, erit ut BC ad BA, ita BA ad BD, & ut BC ad CA, ita CA ad CD. Quare ut BC ad BA, ita BA ad BD, & ut BC ad CA, ita CA ad CD. Ergo ut BC ad BA, & CA ad CD, ita BA ad BD, & CA ad CD. Ergo ut BC ad BA, & CA ad CD, ita BA & CA ad BD & CD. Sed BC æquatur BA & CA. Ergo BA & CA æquantur BD & CD. Quare quadratum ex BC æquale eſt quadratis ex BA, AC. Quòd ſi quadratum ex latere ſubtenſo æquale ſit quadratis duorum laterum, quæ ſubtendunt angulum rectum, ſubtenſus angulus rectus erit. Sit enim triangulum, cujus latus ſubtendens BC, quadratum autem ex BC æquale ſit quadratis ex BA, AC. Dico angulum BAC rectum eſſe. Ducatur enim à puncto A ad BA perpendicularis AD, ponaturque AD æqualis ipſi AC, & ducatur DB. Quoniam igitur æqualis eſt AD ipſi AC, æquale erit quadratum ex AD quadrato ex AC. Communi addatur quadratum ex AB. Ergo quadrata ex DA, AB æquantur quadratis ex CA, AB. Sed quadratis ex DA, AB æquale eſt quadratum ex DB, quia angulus DAB rectus eſt. Quadratis autem ex CA, AB æquale eſt quadratum ex BC, quia ponitur angulus BAC rectus. Ergo quadratum ex DB æquale eſt quadrato ex BC. Quare & latus DB æquale eſt lateri BC. Et quoniam æqualis eſt AD ipſi AC, communis autem AB, duo igitur DA, AB duobus CA, AB æqualia ſunt. Et baſis DB baſi BC æqualis. Ergo angulus DAB angulo BAC æqualis eſt. Rectus autem eſt DAB. Ergo & BAC rectus eſt.

M. D. LIIII. Decima post vxoris discessum die, IOANNES Fridericus Dux Saxoniæ elector, qui iam diu languerat, suæ etiam redemtionis tempus instare sentiens, viatico sacræ eucharistiæ sumpto, filios ad pietatem & constantiam in veræ de DEO doctrinæ professione, ad studium Iustitiæ, pacis & concordiæ fraternæ, hortatus est. Postridie catharro suffocatiuo subinde aucto, post auditam episcopi Amsdorffi, quem sibi ex vita discessuro adesse voluit, concionem: ne quid post mortem suam turbarum & dissidiorum patriæ relinqueret: Naoburgensem Transactionem, inter Augustum electorem Saxoniæ & se initam, præsente cancellario Erasmo Minquitio obsignauit. Deinde ad Deum oratione conuersa, Psalmi Miserere, partem recitauit, & Ioannis dictum: Sic Deus dilexit mundum, adiunxit. Deinde ex lecto erigi se, ac in sedem collocari, petiuit; vbi postrema ipsius oratio fuit Psalm. 31. versus: In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Qua voce edita, inclinato ad latus capite, placidissimè expirauit, tribus relictis filijs, Ioanne Friderico, Ioanne VVilelmo, & Ioanne Friderico iuniore, qui redactis in angustum bello Smalcaldico paterni Imperij finibus, ita inter se conuenerunt, vt Ioannes Fridericus primogenitus patriam solus primo decennio gubernaret. Elogium defuncto electori positum est: Ioannes Fridericus, Dei gratia, electus Martyr Iesu Christi: Dux afflictorum, Princeps confessorum fidei, comes veritatis, signifer sanctæ crucis, exemplum patientiæ & constantiæ, hæres vitæ æternæ, obdormiscens in Christo migrauit ex hac miserrima vita in cœlestem patriam, Vinariæ, mense Martio, Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto.

In Livonia, cum quinquaginta annorum induciæ, inter VValtherum à Plettenberg, & Moschum, olim initæ, exijssent; & Ioannes Basilides Moscouiæ dux adolescens, ingentibus victorijs, aduersus duos Tattarorum principes, Casanæ & Astracanæ regna tenentes, partis, & Imperio suo illorum prouincijs subiectis, Liuoniam deinceps inuasurus videretur; Magister Liuoniæ, Henricus à Galen, Archiepiscopus Rigensis VVilelmus, Hermannus episcopus Derbatensis, & cæteri ordines, legatos pacem prorogaturos, ad Ioannem in Moscouiam communi totius Liuoniæ nomine denuò miserant. Quibus cùm inusitatas & intolerabiles ferè conditiones, de Tributo ex prouincia Derbatensi à singulis illius incolis pendendo, & alias Moscus proposuisset: re infecta in Liuoniam reuersi, postulata Moschi ad Liuoniæ magistratus retulerunt. Qui non leuiter consternati, mox ineunte hoc anno,
1554. Ioannem Bochorstum, Ottonem Grothusen & alios, in Moscouiam ablegant. vbi post longam de tributo disputationem, ad extremum, quindecim annorum pacem his conditionibus obtinent, vt intra triennium, de omnibus cum Moscouiæ duce controuersis capitibus, ac in his, de tributo transigant. Templa Russorum in vrbibus Liuoniæ restituant. Russis mercatoribus cum Liuonis & transmarinis liberè merces suas permutare permittant. Tributum de singulis capitibus marcam Rigensem in diœcesi Derbatensi episcopus colligat, & deinceps singulis annis pendat. Omnibus seruire Mosco volentibus, vndecunq; veniant, passum liberum concedant. nec Poloniæ regi & Magno duci Lithuaniæ auxilia vlla ferant.

Pendente autem adhuc cum Moscho tractatione, Liuonici ordines, vt potentiore hoste oppositio eum à se auerterent: per legatos, Gostauum Sueciæ Regem ad bellum Moscho omnibus viribus mouendum, incitant, ac se idem facturos pollicentur. Sed promissa, certis tamen conditionibus iam expositis, à Moscho pa-
1555. ce, Liuoni expeditionem postea, vt conuenerat, in Russiam suscipiente Gostauo,
1556. domi se continuerunt. ac ciuile bellum interea cum archiepiscopo inflammarunt. Moschus verò in res suas intentus, ante exitum triennij in pactis de pace constituti ad episcopum Derbatensem de tributo mittit. Qui stultis cancellarij sui suadenti promittendum in præsentia tributum, nec tamen præstandum, sed postea in Camerae iudicio causam iure defendendam, consilijs obsecutus: literas de pendendo tributo obsignatas Moschico legato tradit. Quæ inconsiderata episcopi temeritas vbi publicè innotuit, ingentem fremitum ac indignationem inter cæteros Liuonici Ordines excitauit: & prætextum speciosissimum ac iustissimum Moscho, de summ

vanita

re & perfidia episcopi & aliorum aliquot ordinum, literis & iuramento sibi M. D. LIIII.
ssa non seruantium conquerendi, & vi armata eos persequendi præbuit. Sed
o postea loco exponemus.

Racesburgensi in Saxonia inferiore diœcesi præerat Christophorus à Schu-
g, qui cum Georgio ab Holle, militum Tribuno celebri, amicitiam colebat.
auxilio, arcem Stofam, biennio ante à duce Saxoniæ Francisco, Volradi
eldensis opera episcopo ereptam, recuperauit, & paulò post de sacerdotio
uendo, & familia propaganda cogitans, Christophoro duci Megapolitano
i filio, Ioannis Alberti & Vlrici fratri, episcopam cessit. Quo tempore in
o, Gallicus exercitus, ex Campaniæ finibus ad Mosam progrediens, Mariæ
m, Bouinum, Dinantum, Bincium capit & diripit. Renteium in Artesia ob-
bi prælio leui cum Cæsarianis commisso, nuncium de clade Senensi accipit.
nim Senenses intestinis discordijs agitati, præsidium à Cæsare ante aliquot
petiuissent, idque biennio ante rursum eiecissent, & arcem ab Hispanis in-
m demoliti, se Galliæ regis tutelæ subiecissent: Imperator, Petro Toletano
Neapolitano mandauit, vt armis eos ad obedientiam reuocaret. Sed hoc,
o aditu obsidionis, morte intercepto, cura belli Cosmo Florentiæ duci à
commendata est, qui per Ioannem Iacobum Medices, marchionem Mari-
n, huius anni initio vrbem obsederat, defendente eam, regis Galliæ auspi-
tio Stroza exule Florentino. Cùm autem noua auxilia Senensibus à Galliæ
issa essent, Marignani virtute ac felicitate Galli fusi ac profligati sunt, & obsi- 2. Augusti.
is arctius continuata, donec tandem sequentis anni mense Aprili se Impera- 1555.
didit. qui Cosmum Medicen, Florentiæ ducem, illi cum imperio præfecit.

Arctoo hoc orbe, Gostavvs Sueciæ rex, à Magistro ordinis Liuoniæ, qui M. D. LV.
se eodem tempore Moschis illaturum promiserat, incitatus, & proprias in-
à Russis recens acceptas vlturus, expeditionem naualem contra Moscouiæ
, ad fines Russiæ suscepit. & præmisso Iacobo Baggio, qui Idibus Iulij VVi-
appulit, ipse 25. Septemb. eodem peruenit. Præcesserant etiam copiæ Sue-
terrestres, ducibus Henrico Nicolai in Conces, Nicolao Boio in Gennas:
les sub Iacobo Baggio in Russiam; vt Noteburgam arcem & oppidum ad
l. obsiderent.

ui fluuius, duodecim infra Noteburgam milliaribus, mari Finnico, inter
rgam & Coporiam miscetur, ac distant inter se tria oppida, VViburg, Kex-
Careliæ Russicæ metropolis, & Noteburga, trianguli æquianguli figura, cuius
latera, quindecim milliaria continent. A Kexholmiâ dimidio milliari, La-
bus 45. milliaribus in septentriones porrectus (qui regnorum Sueciæ &
limes est) incipit. in cuius insula, Ladiga, oppidum, quindecim à Kex-
miliaribus situm est, à quo Ladigæ lacum, vicini appellant.

ueci, Noteburgam obsessuri, primo agmine occurrentium Russorum profli-
nemine aduersante, ad ripas fluminis & lacuum, in quibus sita est Notebur-
cesserunt. Cùm autem propius octingentis passibus, ob paludes interie-
admoueri ab vna parte tormenta nequirent; & ab altera parte, ex insu-
minis rapidissimi oppidum alluentis, sola oppugnari machinis munitiones
imæ, insulæ oppositæ, possent; & vicino agro per Russos ipsos vastato,
catus nullos ex propinquo suppeditante: Sueci relicta obsidione, VVi-
n redierunt, cùm copias Russicas in itinere eos carpentes, fortiter 28. Septemb.
uidem repulissent. Sed irritati ea Suecorum expeditione Russi, sequen-
me, multo maioribus copijs ad Finnoniæ fines accedunt, & pagos o-
ad vrbis VViburgi mœnia vsque concremant. donec tandem Gostauus, Mense Ianua-
Neogardiam legatis, Stenone Erici fratre reginæ, M. Laurentio Pe- rij.
niepiscopo Vpsalienſi, M. Michaële episcopo Aboensi, Benedicto Gyl- 1556.
Canuto Canuti, & Laurentio Larson Secretario, Pacem cum Russis in-
, quæ vsitatis ceremonijs, iureiurando vtrinque dato, confirmata est.

Liuo-

M.D.LV. Liuoniæ interea Magistro, qui simul se bellum aduersus Russos moturum Gostauo vane promiserat, intestinum archiepiscopo Rigensi bellum faciente, quo sibi ac toti ordini Liuoniæ perniciem & interitum tandem attraxit. Cùm enim hoc anno
1555. Christophorus dux Megapolitanus, ab archiepiscopo Rigensi VVilelmo, marchio-
27. Nouem. ne Brandeburgense, coadiutor adscitus, mediocri comitatu in Liuoniam venisset: magistri senis vices gerens VVilelmus à Fürstenberg, concitatis cæteris ordinibus, non ferendum esse peregrinum principem in ea dignitate; idq; cum pactis VVol-
1546. mariensibus diserte exprimentibus, ne quis princeps aut comes externus, nisi de communi omnium ordinum, non minus infimorum quàm summorum consensu, ad dignitates in Liuonia admitteretur, pugnare disputabat. Inde bellum intestinum
1556. exarsit, quo Polonus primùm, ab archiepiscopo inuocatus, in Liuoniam attractus
1557. est. coq; tumultu vix compositio Moschorum impressiones secutæ sunt, vt suis de-
1558. inceps locis commemorabimus.

Christophori verò adolescentis frater, Ioannes Albertus dux Megapolitanus, initio anni, cum Anna Sophia, Alberti Borussiæ ducis filia, Nuptias, præsente soce-
25. Februar. ro, alijsque principibus, & Regum Daniæ ac Poloniæ legatis, VVismariæ celebrauit. ex quo coniugio, Albertus (qui infans quinquennis apud auum maternum in Borussia obijt) & Ioannes ac Sigismundus Augustus, qui familiam ducum Megapolitanorum deinceps, Deo benedicente, propagabunt, suscepti sunt. Cùm autem inter Ioannem Albertum & Vlricum, qui sua præsentia nuptias fratris cohonestabat, denuò Albertus Borussiæ dux, in diem duodecimum VVismariæ commorans, transegisset: conuentus ordinum ditionis, communi duorum principum fratrum nomine, Gustrouij indictus est. in quo, tùm alia ad communem reipublicæ statum pertinentia, tùm verò æs alienum principum, quod superiori conuentu Bvzouiensi prouinciales soluendum in se receperant, omnium opinione maius indicatum est, ad quod dissoluendum, Accisæ, & alia extraordinaria onera, ciuitatibus harum regionum hactenus ignota, imponi cœperunt, ac primi anni pecuniam, Delecti ex nobilitate, magno numero indies confluentes, luxu conuiuiorum & pabulis equorum, in hospitijs, maxima sui parte insumebant, & nouæ ac ferè perpetuæ principum offensiones, maioribus confusionibus & miserijs occasionem præbebant.

Ad vicinæ Megapoli, Diœcesis Lubecensis episcopam, commendatione Christiani Daniæ regis & cæterorum Holsatiæ ducum, postulatus est Andreas à Barby, qui multos iam annos, in aula Danica, Germanicis negocijs præfuerat Cancellarius. Cognomen verò, non à comitum Barbyensium ad Albim, sed alia eiusdem cognominis nobili familia, quæ fundos ac sedes suas in Loburg & Kalitz sub Magdeburgensi archiepiscopo habet, adeptus est. Patri nomen Nicolao à Barby fuit, qui extra coniugium suscepisse Andream dicitur, comprobantem suo etiam exemplo veterem versum: Νόθοι δ' πολλοὶ γησίων ἀμείνονες. Etsi enim literas vix mediocriter degustarat, tamen ingenio & dexteritate ac industria in rebus agendis prorsus singulari fuit. Itaq; cùm VVittebergæ aliquandiu D. Hieronymi Schurffij scribæ fuisset, & ab illo priuatim, amico cuidam in Dania commendatus esset: paulatim ad grauium Reipublicæ negociorum tractationem adhibitus est, in quibus cùm eximia dexteritate & fide versaretur, & indies magis magisque proficeret: Rex Daniæ tandem, Cancellariæ Germanicæ eum præfecit, & sua autoritate & commendatione ad Lubecensem principatum euexit. eo ipso tempore, quo ad Rhenum, Sebastiano ab Heusenstein, archiepiscopo Moguntino, defuncto, Danielem à Brendel
23. Maij. virum prudentem & moderatum, summi templi Canonici præfecerunt; & Romæ Iulio III. PP. octauo die post Moguntinum, mortuo, Cardinales, Marcellum Cervinum, virum doctum, Politiano Hetruriæ oppido oriundum; & hoc intra mensis
Calend Maij. spacium extincto, Ioannem Petrum Caraffam, non procul à Furcis Caudinis, in regno Neapolitano, patre Iohanne Antonio, auo Diomede Caraffa natum (qui ab ordine monachorum per ipsum institutio, Theatinum vulgò nominant) annum vitæ septuagesimum nonum agentem, elegerunt. qui PAVLVS IIII. appellari dein-
1556. ceps voluit, & sequenti anno aduersus Philippum Hispaniæ regem, cui beneficium

regn

Sciarca Maximus, Sciarca Agricola, Sciarca Flaccus, Sciarca Verus, cognomine Antoninus, Sciarca Pius, Sciarca Felix, Sciarca Augustus, Sciarca Parthicus maximus, Sciarca Britannicus maximus, Sciarca Germanicus maximus bis, Sciarca Dacicus maximus, Sciarca Pater patriæ, Sciarca Proconsul, Sciarca Pontifex maximus, Sciarca Tribunitiæ potestatis, Sciarca Imperator, Sciarca Consul, Sciarca Princeps Iuventutis, Sciarca Augustus Pius Felix, Sciarca Augustus Parthicus maximus, Sciarca Augustus Britannicus maximus, Sciarca Augustus Germanicus maximus bis, Sciarca Augustus Dacicus maximus, Sciarca Augustus Pater patriæ, Sciarca Augustus Proconsul, Sciarca Augustus Pontifex maximus, Sciarca Augustus Tribunitiæ potestatis, Sciarca Augustus Imperator, Sciarca Augustus Consul, Sciarca Augustus

M. D. LV. PACEM Religioni in conuentu Passauiensi, à Ferdinando rege & intercessoribus promissam, publico imperij decreto sanciri flagitarunt. Tandem igitur, post longas multorum mensium disputationes, in comitijs, Decretum de Pace (anno tricesimo quinto post primam condemnationem Doctrinæ Lutheri à Carolo editam)
25. Septemb. promulgatum est. in quo promittunt, Cæsar, Rex, Electores, Principes & cæteri ordines, se nulli statui Imperij, propter Augustanam confessionem, vim illaturos vel alia ratione contra ipsius conscientiam & voluntatem ab hac Augustanæ confessionis religione, in ipsorum ducatibus, territorijs & dominijs auocare & deterrere velle. Nec controuersam religionem aliter, quàm pijs, amicis & pacificis tionibus, per generale vel nationale concilium, colloquia, vel tractationes conuentuum Imperialium, ad vniformem & Christianam concordiam redigi debe Vicissim status confessioni Augustanæ addicti, Pontificios, pari ratione in sua r gione, & bonis, ac reditibus, imperturbatos relinquent. Bona ecclesiastica ante transactionem Passauiensem occuparunt, & ad pios vsus transtulerunt, ne iudicio, nec extra iudicium eo nomine conueniri poterunt. Iurisdictio etiam clesiastica, in Augustanæ confessionis Religionem, ordinationes, ceremo ab episcopis pontificijs non exercebitur, sed vsque ad plenam Religionis con diam suspendetur. Ecclesiastici status, à Pontificia Religione discessuri, digni & beneficia sua, saluo tamen suo honore & existimatione resignabunt & relinq Nulli aliorum subditos ad suæ Religionis professionem cogent, vel à priore d no abducent, nec in tutelam, contra suum Magistratum, suscipient. Sin subdit ligionis causa, cum suis vxoribus & liberis volent in alia loca habitatum conce & bona sua vendere: impunè licebit. Eadem pace libera Nobilitas immediat fari subiecta comprehendetur. Vbi verò in Ciuitatibus Imperialibus vtraq; r hactenus vsitata fuit, deinceps etiam conseruetur. Qui non alterutri ex duab moratis religionibus adhæserint, ab hac pace excluſi sint. Imperator Carolu hæc comitia celebrantur, animo & corpore æger, Bruxellis commorans, ex nia nuncium de obitu matris IOHANNÆ accepit. Quæ, Philippi archiducis B diæ coniunx, Ferdinandi Hispaniæ regis filia, etsi post mariti mortem in mel liam grauem inciderat, tamen triginta adhuc annos vitam produxit, & l causa omnibus in Hispania actis & diplomatibus, nomine ipsius & Caroli f scripto, exeunte Aprili tandem defuncta est.

CAROLVS V. Imp. Ioannæ filius, curis & laboribus fractus, ingraues dies animi & corporis ægritudine, & tolerandæ, diutius tantæ rerum moli nouo & inusitato in historia imperij Romani, post Diocletianum & Lotha
25. Octob. emplo, non solum Belgici, Neapolis, Mediolani, omniumq; regnorum gube filio Philippo tradidit, (qui ex Anglia superiori æstate ad patrem traiecer etiam sponte se Imperio, in Ferdinandum fratrem translato, abdicauit. Ciu rò Antvverpiæ motus seditiosi, ob indictiones & tributa noua excitati, in litum legione, & de quinq; seditiosis supplicio sumpto, sedati sunt. Martin sem, legionis tribunus, Antvverpiæ eo tempore morbo extinctus est.

Henricus Alibretus, Nauarræ rex, cui Margarita Francisci I. Galliæ r nupta fuit, in vita esse desijt, relicta vnica filia Ioanna, excellenti ingenio fœmina, quæ titulum Regis Nauarræ, marito Antonio Burbonio, duci V Caroli filio, Ludoici Condæi fratri attulit. Elisabetha, vidua Ioachimi I Brandeburgici, mater Ioachimi II. filia Ioannis Daniæ regis & Christi cæ, anno ætatis septuagesimo secundo Spondauiæ, ad Haueli & Sueui c obijt, die 11. Iunij.

GEORGIO, Montis pelicardi comiti, seni, patruo suo, Christophorus tebergensis, etsi numerosam vtriusq; sexus sobolem ipse habebat, tamen impulsor, præfecturis illis domus VVirtebergicæ in Burgundia & Alsati rio iure donatis, assiduus fuit, vt in matrimonio reliquam vitæ partē exi Barbaram, Philippi Hassiæ Landgrauij filiam, Idib. Septemb. vxorem c Fridericus comes VVirtebergensis & Montispelicardi, vnicus hoc tem VVirtebergicæ hæres, natus est.

In Anglia, gustum mellis, restitutione veterum priuilegiorum, Anseaticis ciuitatibus præbitum, Regij consiliarij, intra annum vertentem, affuso aceto corruperunt: tradita Germanis mercatoribus ordinatione commerciorum certa. Qua deinceps, donec controuersiæ omnes inter Anglicos & Germanos mercatores noua tractatione fuerint sublatæ: nullos pannos Antvverpiam euehere: in Anseaticas verò ciuitates, quartam tantum partem pannorum candidam; reliquas tres, coloribus in Anglia tinctas efferri: & vicissim tres partes Anseaticarum, quartam solummodo extranearum mercium inferre, veteri immunitate fruentibus, licet. Sin exacto anno ex Telonarum libris, plures candidos pannos euectos, & plures peregrinas merces illatas esse appareat, de illis grandius vectigal, à quo antea immunes erant Germani, soluendum esse. Quam Restrictionẽ negociationis Anglicæ, & grandioris vectigalis de parte mercium exactionem, cùm ex diametro priuilegiorum, quæ Regna recens confirmasset, verbis repugnare, Anseaticæ ciuitates iudicarent: variæ & diuturnæ deliberationes, de recuperatione libertatis commerciorũ pristinæ, multis annis, irrito conatu, nõ cedentibus de proposito Anglis, susceptæ sunt. ita vt pannos Anglicos in nulla ciuitatũ Anseaticarum deinceps emi, nec appellentibus in portus ciuitatum Angliæ merces suas exponendas aut vendendas concedi, publico decreto Anseatici iuberent. Quod cùm multæ ciuitates ex ijs, quæ vnà subscripserant, non seruarent, paulatim nouis illis Anglorum institutis parêre mercatores assuescebant, & tandem, certum numerum pannorum (sex aut septem millium) impetrata prius à Regijs licentia, quotannis euehebant. Hamburgenses etiam, cùm frustra libertatem veterem commerciorum in Anglia & immunitates requiri cernerent: pulsos Antuerpia Anglos in suam vrbem, quantumuis frementibus ac indignantibus socijs ciuitatibus, postea receperunt, vt suo loco exponemus. M. D. LV. 1557. 1568.

Restituta verò in Anglia superiore anno Pontificia religione, & in publicis Londini comitijs, exeunte Nouembri, ecclesijs Angliæ vniuersis, Pontifici Romano rursum subiectis, & per Polum Cardinalem absolutis; tristes & horrendæ persecutiones & supplicia doctorum ac episcoporum, qui sub Eduardo ecclesijs præfuerant, secutæ sunt. Exusti Ioannes Rogerius, lector Theologiæ in summo templo D. Pauli Londini: Ioannes Hoperus, episcopus Gloceſtriæ, vir eloquentissimus: Laurentius Sanderus pastor Londinensis, Conuentriæ eadem die. D. Robertus Ferratius S. Dauidis apud VVallos episcopus, in vrbe Carmaden: Georgius Marschæus VVestceſtræ. Ioannes Bratfordus Calendis Iulij, Nicolaus Ridlæus Londinensis, & Hugo Latimerus senex septuagenarius, VVigormensis olim, episcopi, Oxoniæ. Et sequenti anno Ioannes Fylpotus, generosa familia natus, archidiaconus VVintonensis: Thomas Cramerus archiepiscopus Cantuariensis, Angliæ primas, Oxonij. Eisfeldiæ in Turingiæ & Franconiæ finibus, IVSTVS IONAS Mulhusinus, Theologiæ doctor, ad quem, nomine Iodoci Coci, & Iodoci Ionæ, aliquot Erasmi epistolæ extant; Lutheri, cuius in Germanicam linguam plurima vertit, collega & amicus fidissimus, curriculum vitæ suæ absoluit. 4. Februar. 8. Februar. 22. Februar. 16. Octob. 21. Martij. 9. Octob.

Meritò etiam diem obitus integerrimi & grauissimi viri, senatoris Reipub. Rostochiensis, prudentia, virtute, humanitate ac beneficentia erga literatos præstantis, Laurentij Smedes, soceri mei carissimi, annoto, quem 16. Nouemb. Deus ex his terris euocauit, natum patre Brandano, Consule vrbis VVismariæ, qui anno Christi 1520. ortis in Republica illa tumultibus ciuium aduersus Senatum seditiosis, Rostochium commigrarat. Vbi monumentum ipsius in templo D. Virginis post chorum his versibus insignitum extat:

Coniugij exemplum sanctis Brandanus & Agne, Corporis exuuias hic posuere sui.
Quadraginta tuus annos VVismaria Consul Ciuibus vt iusta præfuit ille fide.

Amplissimam autem familiam, Deique beneficio florentem, in vtraque vrbe propagauit, ex qua paucos annotabo.

Brandanus Cos. VVismarien sis

Laurentius, senator Rostochiensis.	Ioachimus Cos. VVismarien s.	Balthasar.			Filia nupta Henrico Gerdes,
♂	♄	♂	♋	♃	☿

M. D. LV.

♂	♄	♂	☿
Margarita, vxor D. Dauidis Chytræi.	Brandanus.	Bertholdus, senator Rostochiensis.	Cos. Rostochiensis.

M. D. LVI. ANNO M. D. LVI. IOANNES Russorum tyrannus, prolixo scripto, apud Cæsarem Carolum, cæterosq; Imperij ordines, superioris epistolæ, cuius anno millesimo quingentesimo quadragesimo octauo memini, postulata repetit, & se suosque subditos, veros Christianos esse, & sacra Biblia, Missam, epistolas, Euangelia, Symbolum Nicenum, Baptisma, retinere profitetur. nec propterea, quòd sacramento sub vtraq; specie, iuxta Christi institutionem vtantur, pro impijs se habendos. Missse maiores suos ante centum & quadraginta annos Gregorium Neogardensem, cum alijs quinque episcopis Russis, ad concilium Constantiense. Basilium patrem suum & cum Maximiliano Imperatore, & cum pontifice Adriano ac Clemente, Demetrio Romam legato, de concordia ecclesiarum egisse. patrem & se, multas barbaras Scytharum gentes, Permios, Iuhros, Condoros, Lucomoros, Ceremissas, Loppios, solem & Lunam antea adorantes, non tam sibi quàm Christo subiecisse: denique nullum in tota Moscouia puerum adeo paruum esse, in cuius pectore non crucifixi Christi imago dependeat. Deinde oratorem se perpetuum in Germania alere, & pecuniam ad Turcicum bellum promissam, recepta obligatione mutui, apud Fuccaros Antvverpiæ deponere, nec intra viginti annos repetere, & moto bello aliquot equitum Russorum millia sumptu suo adiungere velle ostendit. Huius erga Teutones affectionis suæ singularis, causam esse integritatem, virtutem, & fidem Germanorum, cuius nomine præ cæteris gentibus prædicentur; ac quod vicini sint, & Scythicæ regiones, antiqua Teutonum sedes, in sua ditione sint. alioquin ex Italia & Gallia se artifices & duces militares nanciscì posse. Quod si Aegypti Sulthano olim, & Sophi Persarum regi Mahometico, contra Turcas bellum gerentibus, militem, tormenta, & arma Christiani miserint: multò minus sibi verè Christiano deneganda esse. Nec se plus vna legione militum, & duabus turmis equitum ex Germania conducturum, quib. non aduersus vllos Christiani nominis populos, sed regionum suarum illustrationem & defensionem, & hæreditarij hostis Turcæ & Tartari oppugnationem, vti velit. promittit cum omnibus vicinis suis Christianis, Polonis, Suecis, Liuonis, Litauis, Finnis, petentibus, se perpetuam pacem culturum, eiusque obsides, viginti quinq; principum filios in Germanias missurum esse. Postremò ad Religionis vnionem denuo hortatur, ne, vt Hebraicæ linguæ ecclesias, in Palæstina, Syria, Aegypto, Chaldæa: Græcas in Asia minore, Thracia, Macedonia, Turci intestinis dissidijs attracti, deuorarint; sic Latinæ etiam ecclesiæ regna, ex quibus iam Vngaricum ablatum sit, opprimant. Promittit se Armenios quoq; ad religionis societatem, in concilio incundam, admonitione & exemplo suo inuitare, ac interea, dum concilium celebretur, iuxta institutam superiore anno in Imperio Religionis pacem, omnia sinceræ beneuolentiæ & fidei officia latinæ ecclesiæ præstare velle, vt occupatum à Turcis Christianum Constant. Imperium, ex fœdissimi latronis manu rursum extorqueatur. Hæc magnifica & immania promissa in fumum omnia abierunt, ϗ χρυσᾶ αὐταὶ αἱ ἐλπίδες, Φύσαι ἐγμόντα διέρρυσαν. illato post biennium Liuonis bello exitiali & totos viginti quinq; annos continuato. ad quod primò mouendum, animosiorem Moscum intestini, Liuoniæ coadiutoris VVilelmi Furstenberg, & cæterorum ordinum, aduersus archiepiscopum Rigensem hoc anno moti tumultus reddebant. quorum hæc fuit causa.

In conuentu ordinum Liuoniæ VVolmarienſi, Decretum communi omnium
1546. consensu factum, & ab ipso archiepiscopo subscriptum & obsignatum erat, Nevli deinceps exteri principes vel domini, ab vllo Liuoniæ magistro, episcopo, alijue statibus, in Liuoniam vocarentur, nec coadiutor adoptaretur, nisi communis liberrimus omnium ordinum Liuoniæ tam minimorum quàm summorum consensus accederet. Qui secus faceret, vt huius collegæ, capitula, præfecti, Nobilit & cæteri subditi, ab obedientia & fidelitate domino iurata liberi, cæter

ordin

adhuc Cantabrigiæ Commorantes, Literas variis Linguis exaratas recepit. Et, 1. Ab Ill. Dn. Comite Marsigli, Bononiæ, 1. Aug. Gallice. 2. Ab Ill. Dn. Comite Antonio Sanvitali, qui in Provincia Istriæ habet, pater Ecclesiæ Aven. Albert. Dn. Comite Sanvitali, Gallice. 3. Ab Ill. Dn. Comite Jacobo Sanvitali, Gallice. 4. Ab Ill. Dn. Comite Carolo Sanvitali, Gallice. 5. Ab Ill. Dn. Comite Joanne Sanvitali, Gallice. 6. Ab Ill. Dn. Comite Alberto Sanvitali, Italice. 7. Ab Ill. Dn. Comite Joanne Alberto Widmanstadio, Italice. 8. Ab Ill. Dn. Comite Joanne Baptista Passionei, Italice. 9. Ab Ill. Dn. Comite Joanne Baptista Passionei, Italice. 10. Ab Ill. Dn. Comite Joanne Baptista Passionei, Italice. 11. Ab Ill. Dn. Comite Joanne Baptista Passionei, Italice.

M. D. LVI. frequentiores, cohortem vnam & alteram conducebant. In Liuoniam verò exitia incendio inteſtino flagrantem, Ferdinandus quoq; Romanorum rex, cui Imperiu iam frater Carolus in Hiſpaniam abiens reſignarat: & electores Imperij, omnes tu prouincia erat Liuonia, omnes; & Chriſtianus Daniæ rex, à duce Boruſſiæ ſoror ſuo, & Ioanne Alberto duce Megapolitano excitati, Legatos in Liuoniam de lib rando archiepiſcopo, & controuerſijs illis & motibus bellicis, ex æquo & bo componendis mittunt. ac Danici legati cæteros anteuertentes, iam conclu pacis certas confecerant, vt Archidiœceſis Rigenſis, quæ tota in poteſtate Magi ordinis erat, epiſcopo Derbatenſi & Oſilienſi ſequeſtris traderetur. Archiepiſ po ex cuſtodia liberato quatuor præfecturæ, Chriſtophoro totidem fruendæ re querentur; donec reliquæ controuerſiæ, iure vel ex æquo & bono componerentu Quas tamen conditiones Poloniæ rex ratas habere noluit: cùm archiepiſco inter cætera, moleſtiſſimum eſſet, quod Iuriſdictio dimidia in ciuitate Rig non reſtituta, ſed in dubium litis euentum commiſſa eſſet. Inter hos tumultus nex ordinis magiſter, Henricus à Galen, muneri ſuo prorſus renuncians, & VV mo à Furſtenberg plenam Liuoniæ adminiſtrationem tradens, paulò poſt rebu manis exemptus eſt.

Exiſtimatur autem hos Liuoniæ motus inteſtinos, quibus Poloni & Ru Liuoniam poſtea attracti ſunt, prænunciaſſe Cometa luridus, πωγωνίας, radio ſtar ſcoparum ſpargens, qui menſis Martij initio, propè περιγειηπίες, in ſoli oppoſito, primùm apparere, & tota nocte conſpici cœpit. Deinceps a celerrimo motu ad Arcturum, inde ad Cepheum & Andromedam progredie polo arctico paulatim appropinquans, inde ἐς τὰ ἑπόμενα ad Arietem, in qu turnus, Mars, Sol & Venus erant, menſe Aprili acceſſit, vbi adhuc aliquot ante Solis exortum conſpectus eſt. Carolus V. cometa primùm viſo, His, i indicijs me mea fata vocant. Nam & ante Caroli Burgundi mortem, ſimilis ta, quem Regiomontanus deſcribit, conſpectus eſt. Carolus verò Imperator tu ta ſuperiore anno, totius Belgici, omniumq; regnorũ ſuorum adminiſtration
25. Septemb. lippo filio; & Imperij procuratione fratri Ferdinando permiſſa, comitatus bus Leonora Gallica, & Maria Vngarica, reginis, Vliſſingam Selandiæ, ver uigationi idoneos expectaturus, ſe contulit, & ſedato ac placido animo in vrgens, in Hiſpaniam poſt paucos dies traiecit, vbi in monaſterio D. Iuſti Placentia leucis, in finibus Caſtiliæ, Beticæ & Luſitaniæ, proximè Sca oppidum ſito, reliquum vitæ tempus in quiete & precatione conſumpſit Cæſaris vitæ commutatione epigramma non inſcitum quidam fecit: Cæ Theatinus ero. do robur & arma Petro. vt ſit Cæſar, qui Theatinus erat, tibi frater onus, tibi regna Philippe Linquo: ſubiectis damna, iugum, &

Sed in Saxoniam redeo, in qua RITBERGVM arcem, non procul ab Lupiç fontibus ſitam, Ordines circuli VVeſtphalici obſidere cœperunt, qu tis anni menſe Iunio dedita, & Ioannes poſtremus ex illa familia comes, quòd contra leges pacis publicæ, aduerſus Bernhardum comitem L & Dominum feudi illius epiſcopum Padebornenſem, & alios vicinos bus annis arma cepiſſet, nec aliquoties admonitus, ijs depoſitis, tumultu ret. Erat Ioannes homo animoſus, ferox, & crudelis in omnes, præcipu gem, quam cum filiabus duriter tractabat, & parcè alebat. fratres duos thos, vnum quæſtorem, alterum ſecretarium. Ab illo comitiſſa aliquan inopia laborans petijt, vt ſibi ex comitis pecunia clam mutuò ſummam ret, illa conditione, ne hoc ad maritum emanaret, promittens ſe bo ſoluturam. In ſolutione verò cum tardior eſſet, & comes à quæſtore r ceptorum & expenſorum exigeret, & ſumma illa deeſſet, ipſum quæſ cerem duci mandauit, eumque furti accuſatum ſuſpendi iuſſit. Suſpe frater iniuriam hanc vlturus, ad comitem Lippienſem Bernhardum, Padebornenſem Rembertum profugit: atque hoſpitio in arce Lippe viro Ioanne de VVendt comitis Lippienſis cliente excipitur. Ri

hanc arcem hostiliter occupat: coniugem Ioannis de VVendt & filias omni etiam ornatu muliebri spoliat: aliquot rusticorum ædificia incendit. atque ita absenti, & nihil tale metuenti, ingens damnum infert. Hac violenta Ritbergi comitis impressione; & querelis Ioannis de VVendt, commotus Lippiensis simili ratione rem aggreditur, & conuocatis subditis animosioribus, Ritbergicum agrum & sylvas inuadit, pecoraque magno numero abigit. Ritbergicus ægrè hoc ferens, altera vice agrum Lippiensem depopulatur. Padebornenses & Lippienses, alijque VVestphalici ordines paulò post arcem & oppidum Ritbergum obsident. Oppidum ab arce, itinere horæ ferè distans expugnant. Arcem expugnatu difficilem (sita est enim loco palustri & arundinoso, vnaque tantùm via, lignis, ramis & terra congesta aditus ad eam patet) obsidione cingunt arctiore; quam cùm diurnam fore scirent, & sese solos huic bello gerendo impares intelligerent; Iuliacensis, Colonienſis, aliorumq; vicinorum auxilium implorant, qui prompte liberaliter pecunia & milite eos iuuant. Coniunctis viribus obsidionem continuant, expugnationem adhibitis magno numero tormentis bellicis aggrediuntur: assiduitate & labore ingenti vrgent, sed frustra. Post menses verò aliquot (quem opinor) cùm in arce animus nec comitem nec milites deficeret, sed pulueris tormentarij & victus inopia (cocti enim aliquot equi, & inter milites distributi sunt) laborarent, & in extremas redacti angustias à nemine auxilium sperare possent, comes de deditione cogitare, & cum hostibus agere cœpit. ac soli Caſparo de Quernheim viro nobili & consiliario ducis Iuliacensis, vitam & fortunas suas credere voluit, & in eius tutelam ac fidem se commisit. Quernheimius cum ad Iuliacensem captiuum deducì curat. Arcem milites ingrediuntur, ac præsidiarios, quibus fide publica cautum erat, spoliatos dimittunt. Captiuus comes, Colonienſis belli socijs à Iuliacensi principe mittitur. Arcem aliquot annos Caſparus à Quernheim tenet. tandem restitutis ex comitatus reditibus aliqua ex parte belli sumptibus comitissæ & filiabus redditur. Ioannes cùm in custodia aliquot annorum quiesceret (liber enim quiescere non poterat) à literis, quibus mediocriter exercitus erat, solamen malorum petebat, legendis historijs sacris & prophanis, & vertendis in latinam linguam scripta Germanica tempus fallebat. Obijt autem Coloniæ eadem, superstitibus ex Agnete comitissa Bentheimense duabus filiabus: Irmengardi, post mortem patris, Erico comiti Hoiensi, & hoc defuncto, Simoni, Bernhardi filio, comiti Lippiensi elocata. qui huius coniugij occasione, comitatus Ritbergensis possessionē adeptus est. Altera Ioannis Ritbergensis captiui filia, VValpurgis, Ennoni Frisiæ comiti, Ezardi filio, nupta, ditiones Esenam, Stedesdorff, & VVitmundam, in comitum Frisiæ familiam retulit. sicut per auiam VValpurgis paternam, Annam, Ottonis comitis Ritbergensis coniugem, Balthasari Ommeken, Domini in Esens, sororem; in comitum Ritbergensium ditionem primùm peruenerant.

M. D.LVI. 1557. 1557. 2. Iunij. 1564. 1575.

Hero dominus in Stedesdorff

Sibo Ommeke —— ——— | Vnna
Hero Ommeke

Balthasar, ab Ennone Frisiæ comite, Ezardi patre eiectus, per Carolum Geldriæ ducem restitutus: postea cum Bremensibus in Visurgi bellum aliquot annos gessit. Tandem 1540. liberis post se non relictis, obijt.

Anna, hæres fratris Ottoni Comiti in Ritberg nupserat.
|
Ioannes postremus ex familia Ritbergensi comes ⊕ 1564.
14. Iunij. nec prorſus ſuperati, cæſi, & fugati ſunt. Qui ſupererant in paluſtribus dori oſtium terræ parribus, dominica Trinitatis, duos [illegible]erdotes cum l plicibus in caſtra Holſatorum, pacem petitum, mittunt. Inducijs igitur tura quadraginta octo viris, qui totius Ditmarſiæ Remp. adminiſtraban veniendi facultas data, & conditiones quas victis victores dare ſolent, ſunt: & Diplomata omnia, & ſigna militaria, Ioanni Daniæ regi & H ademptа, proximis diebus tradita; merum ac mixtum Imperium, terra ac dominium principibus vindicatum: deditio facta; & literis vtrinqu marſi ſe ad obedientiam Principibus, eorumque hæredibus ac ſucceſſo petuum præſtandam obſtrinxerunt. principes viciſſim ad illorum tutel ſionem ſe obligarunt. Die 19. Iunij ſupplices ſolenni ceremonia facti, ciæ ac rebellionis veniam deprecati, iuramentum fidelitatis & ſubiecti Holſatiæ principibus, regi Friderico, Ioanni, & Adolpho præſtiterunt ab eis recepti ſunt. Sic intra vnius menſis ſpacium Ditmarſia, quæ to baram libertatem ſuam defenderat, in ſeruitutem moderatam ac c Holſatiæ ducibus tandem redacta eſt.

Numerant autem primos Stadæ & Ditmarſiæ comites, quorum in annalibus tempore Henrici II. III. IIII. Imperatorum memoria ex

Henricus Bonus——————Hildegardis vxor.

Sifridus — Theodoricus

vrbem Stadam aduerſus Normannorum impreſſiones muniuit, circa annum Chriſti 1000.

Sifridus.

Luderus.

M. D. LIX.

VDO I. marchio, feudum ab ecclesia Bremensi accepit.

Vdo II. Comes Stadæ.	Rodolphus comes Ditmarsiæ, cæsus à subditis.	Henricus.

Henricus vxor.	Rodolphus cæsus à suis subditis Ditmarsis.	HARTVVICVS præpositus Bremensis, patrium comitatum Ditmarsiæ, archiepiscopo Bremensi tradidit, circa annum Christi millesimum centesimum quadragesimum: postea ipse factus archiepiscopus, tres in Vandalorum terris olim institutas, sed iam collapsas diœceses, Aldenburgensem, Megapolitanam, & Raceburgensem, nouis præfectis episcopis, instaurauit. Ditmarsi paulò post Bremensi etiam rebelles, VValdemaro episcopo Slesvvicensi & Daniæ regibus se adiungunt, circa annum Christi millesimum centesimum octuagesimum nonum, post Danos ad Bornhouedæ Saxonibus victos anno Christi millesimo ducentesimo vicesimo septimo rursus ecclesiæ Bremensi titulotenus se subijciunt, & cum vicinis Holsatiæ comitibus fœdera faciunt. quibus sæpè ruptis, cùm hostibus Gerardi magni auxilia tulissent, primùm ab eo profligati sunt; postea in regionem eorum ingressus Gerardus, exercitum totum internecione cæsum amisit. Ipse tamen elapsus est. Alteram cladem in Ditmarsia Holsati acceperunt, sub Gerardo primo duce Slesvvicensi, prioris nepote, à Ditmarsis interfecto. Tertiam & omnium grauissimam anno millesimo quingentesimo, quam initio huius Chronici recitaui. Has maioribus suis illatas clades, Adolphus, & Ioannes Holsati & rex Fridericus hoc anno feliciter vlti, Ditmarsiam totam sub iugum redactam, in tres prouincias, impositis præfectis, & annuis tributis ac operis ordinatis, partiti sunt. Die 20. Augusti, Fridericus Daniæ rex, præsente Augusto Saxone sororio, & patruis Holsatiæ ducibus, veris iam Ditmarsiæ Dominis, Hafniæ coronatus est. Proximo Franciscus II. Galliæ rex Reims solenni ritu à Card. Lotharingio inauguratus est.	1317. 1322. 1404. 18. Septemb.

In comitijs Augustæ, præsente Ferdinando Imperatore denuò celebratis, colloquij VVormatiensis Acta ordinibus Imperij publicè prælecta sunt. ex quibus, eos nullam ex colloquijs conciliandæ Religionis spem certam deinceps concipi posse ordines iudicassent: Ferdinandus, Concilium Oecumenicum se procuratum esse contendit, ac vt eius decretis se assensuros esse ordines promitterent, clementer flagitauit. Electoris Saxoniæ & coniunctorum principum legati, frustra per concilium pontificium, Religionis conciliationem tentari, respondebant; idque rectius fore, Passauiensis conuentus Decreta, & pacem Religionis, Augustæ nuper sancitam, seruare, & se mutuò tolerare, donec tempora ipsa commodiorem concordiæ occasionem diuinitus monstratam offerrent. Cùm autem Ferdinandus Imperator propositum de concilio vrgeret: Saxonici & cæteri Augustanæ Confessionis ordines, se quoq; Christianum, liberum & Oecumenicum concilium in Germania non impedituros esse ostendunt, modò legitimè celebretur, & indictio Concilij non à Romano Pontifice, sed Imperatore fiat. Pontifex in concilio non præses aut iudex, sed pars sit, & concilio subijciatur. Archiepiscopis & episcopis, prælatis & alijs, Iuramenta, quibus ipsi deuincti sunt, remittat, vt libere & sine metu sententias dicere possint. Norma iudicij in Concilio solum verbum Dei, seu sacra scriptura, non leges aut Traditiones humanæ, non consuetudines cum verbo Dei pugnantes, non pontificiæ ecclesiæ consensus sit. Ordines & Theologi Confessionis Augustanæ in concilio non solùm audiantur, sed etiam in deliberationibus controuersorum articulorum voces decisiuas habeant, & saluo conductu sufficiente, non modò ipsorum personæ, sed etiam causa principalis, vigore decreti de Pace Religionis nuper sanciti, à Cæsarea Maiestate securi reddantur. Sententiæ decisiuæ & Decreta Concilij, non secundum pluralitatem votorum, vt in politicis iudicijs, sed iuxta verbi diuini Regulam & præscriptum, sanciantur. Ante omnia verò Tridentini Concilij partialis acta & decreta omnia, cassa & irrita sint, & de integro reassumantur. Postremò, si Religionis controuersiæ in concilio, communi vtriusque

M. D. LIX. partis consensu dirimi, & concordia verbo Dei congruens inueniri non poterit, nihilominus Augustanæ Confessionis ordinibus, Pax Religionis & Passauiensis conuentus decreta, firmiter & inuiolabiliter in Imperio seruentur. His conditionibus, concilium Generale, si hoc tempore obtineri, & Cæsarea Maiestas de eo statu tus securos & certos reddere, idq; Recessui Comitiorum inserere poterit, summi voluntate se assensuros ostenderunt. Cùm igitur de Concilio etiam se frustra laborare Ferdinandus videret, Religionis Pacem, ante quadriennium sancitam, de nuò confirmauit. & de Executione aduersus turbatores pacis publicæ in singu circulis seu prouincijs suscipienda, & Moneta, similis & iusti valoris & ponderis, Imperio instituenda, decreuit.

Post factam cum Gallis pacem, Philippus Belgici princeps, in Hispaniam, i tio Septembris redijt, vbi primo aduentu, in multos pios & innocentes homin hæresis nomine accusatos, acerbè animaduertit. ac inter cæteros plurimos, Doc rem etiam illum Constantinum, qui patri Carolo V. morienti adfuerat, cum t familia, Hispali in foro viuum cremauit. Postea Vallidoleti, multos equestri primi ordinis viros clarissimos simili supplicio affecit. Idem Gallus in suo re facere cœperat, sed diuinitùs frenum ipsi morte immatura iniectum est. Anna men Burgius Iurisconsultus, qui in parlamenti confessu regem Henricum pra tem, & minas ac supplicia aduersus pios spirantem, à persecutione & supplicijs rum dehortatus fuerat, viuente rege in carcerem coniectus, tandem crematu

10. Decemb. Quo tempore in Saxonia, Lubecensis diœceseos administrationem, post Can rij Danici obitum, Ioannes Tidemannus, ex oppido comitum Schavvenburge Stadhagen, cùm Romæ antea septennium vixisset, & diu iam Lubecensis cc Decanus fuisset, adeptus est. Sed ante exactum biennium decedens, insigni tis exemplo, bona sua pauperibus, Vtinensibus quater millia, Lubecensibus millia marcarum, & alijs alia testamento legauit.

In Liuonia grassante ingentibus copijs Moscho, & loca munita passim pante, cætera impunè peruagante, & infinitam hominum multitudinem ca hoc biennio abducente: archiepiscopus Rigensis & ordinis coadiutor, cui Imperio Romano non iuuari, & solos ad resistendum hosti tàm potenti imp se cernerent; Sigismundum Poloniæ regem vicinum, & archidiœcesis Riger rectorem rogarunt, vt defensionem Liuoniæ, saluo tamen Imperij Romani sciperet, & pro sumptibus belli nouem arces ac præfecturas pignoris lõco ac Quas Liuoniæ magistratibus postea redimere sexcentis millibus aureorum Hæc defensionis pacta, solennibus literis & iuramentis vtrinq; confirm quibus confectis, officio suo, VVilelmus Furstenbergius, ordinis Magister cians, Gothardo commendatori Duneburgico, integram gubernationem tr eodem autumno, vnà cum Christophoro duce Megapolitano, Archiepisc iutore, expeditionem in diœcesin Derbatensem denuo susceptit, & vrbem D aliquandiu obsedit. Sed præter velitationes cum Russis, qui fortiter vrbem tur, crebras, nihil ad summã rei pertinens effici ingruente hieme potuit. Qua sis copijs, machinæ bellicæ Vellinum, quã arcem Furstenbergius senectuti quietam & tutam elegerat, traductæ, sequenti anno in Moschi potestatem

In Sueciam, Ezardus, Frisiæ orientalis comes, cui Catharina, Gosta regis filia desponsa erat; comitatus fratre Iohanne, Francisco ducè Saxon auunculo, & Iohanne Episcopo Osnabrugensi, ex sorore Gostaui nato, S appulit. Nuptiæ, Calend. Octobris celebratæ sunt. Ioannes cõmes Mar Alberti filius, Margaritam, Ernesti ducis Lunæburgensis filiam viuente

14. Augus. patre Alberto Cellæ Saxonum coniugem ducit, ex qua, generosissimæ in teris feliciter excultus comes Ernestus natus est.

In Asia, hoc & superiore anno, bellum inter Selymum & Baiazet Solymanni Turcici Imp. filios, superstite patre, de imperio & successior res, intestinum gerebatur. Baiazetes victus, ex Cilicia, ad Thomam re rum, cum quatuor filijs profugit. Quos Solymannus auus, ne auxili

Ecclesiæ Dei sit necessarium, patrocinari. Verum in Asella, Cum in

M. D. LX. illa omni spoliati sunt. Parta hac insigni victoria, Russi, tribus distinctis agminibus, alij arcem V Vittenstein, irrito tamen euentu, oppugnant: alij circa VVendam & V Volmariam prædas abigunt; alij vicum, qui tractus inter Reualiam & Parnouiam Magno duci Holsatiæ tum parebat, peruagati, ad ipsas vsque Reualiæ porta excurrerunt. In tantis angustijs cum versarentur Liuoni, nec vlla ab Imperio, vi propria virtute & viribus spes defensionis appareret; Reualienses necessitate adac extrema, Russis assiduè ad eorum portas excurrentibus, & non solùm pecora, sed ues & incolas vrbe egressos abducentibus: ab ERICO Sueciæ rege vicino, pec niam mutuam, &, si à Moscho vrbs obsideretur, auxilium & defensionem petie runt. Cùm autem Ericus, non esse pecuniam regno Sueciæ alijs mutuò dandam sponderet: verùm si imperio & tutelæ ipsius se ciuitas Reualiensis subijceret, se n cupiditate proferendi fines sui regni, quod alioquin satis amplum haberet, Christiana charitate, ac vt Moschum vicinum, si ea vrbe potiretur, regno suo tolerabilem futurum, arceret; se patrocinium ac defensionem illius vrbis suscer rum, omniaque priuilegia & immunitates antiquas vrbi relicturum esse pollic tur: Reualienses, re cum nobilitate vicina & ciuibus communicata, Magistro uoniæ iuramentum fidelitatis superiori anno præstitum renunciant, ac Erico ciæ regi, qui paulò ante patri Gostauo successerat, se subiecerunt.

GOSTAVVS enim Sueciæ Rex, sapiens, magnanimus, fortis & felix Heroica virtute & fortuna regnum Sueciæ oppressum Christierni Daniæ reg rannide, ac propè exhaustum, in libertatem pristinam vindicarat, & legibus cijs, præsidijs, & armis munitum, totos triginta octo annos sapienter & felici xerat: tandem anno ætatis septuagesimo die Michaëlis, rebus humanis erat ptus. Annum & diem obitus, Henricus Mollerus, vir & poëta optimus, h sticho expressit:

Vt LVX AngeLICa fVLgeret saCra CohortI,
GostaVVs SVeonVM reX VIgIL, ara, perIt.

Epitaphium Gostaui idem Poëta scripsit:

Tristis ad hoc, summo prostrata dolore, sepulchrum Suecia lugubri fronte sinuq; iacet.
Et miserè laceratu genas, laceratu capillos Effundit tales voce gemente sonos.
O dolor! ò lachryme! cecidit ter maxmus Heros: Heu cecidit regni firma columna mei!
Ille potens animi donis & corporis Heros, Gostaus meritò cui graue nomen erat.
Namq; DEI sceptrum, tutò quo nixa tot annos Sustinuit varia nubila sortis, erat.
Non sublime genus, non cor virtutibus ardens, Corporis hic amplum non memorabo decus
Non sinit hæc memorare dolor: neq; vinere quenquam, Qui neget his illum præualuisse d
Iam breuiter, quibus ille viros excelluit omnes, Quattuor hæc tantùm me recitare iuuat.
Incolumi Sueones quòd libertate fruantur, Erepti laqueis seruitijq; ingo.
Quo rex iste ferox, diraq; tyrannide notus, Supprimere Arctoas instituebat opes.
Quodq; repurgatis ab inquo crimine templis, Papa salutiferas, quo cumulârat opes;
Nunc Suecia Oracl: sonent diuina per oras, CHRISTVS vt ex Patris protulit illas
Quodq; ego Regine nunc arduа iura tueri, Nauigijs, opibus, robore, Marte queam.
Denicq; Suediaco quod sim de sanguine, Reges Atq; coheredes post habitura Duces.
Hæc Gostaue Deus mihi te dedit auspice: maius Quid potuit cuiquam splendidiusq; dari
Hic igitur tua membra quidem defuncta quiescunt, Inq; sinum mens est sancta reuersa
Sed, Rex diue, tuus, nullo violabis æuo, Floridior Lauri fronde, vigebit honos.

Natus 1533. Id. Decemb. 1535. Coniuges tres habuit Gostauus I. Catharinam Magni Saxoniæ du matrem ERICI XIIII. quem in regni gubernatione patri hoc anno dixi; biennio post natum Ericum defunctam. II. Margaritam, Erici Al Loholm, equitis aurati filiam, ex qua Iohannem III. Sueciæ regem natum anno millesimo quingentesimo tricesimo septimo, die 21. Decemb ducem OSTGothiæ, nunc mente ægrum, millesimo quingentesimo qu secundo, die Iacobi: CAROLUM Ducem Sudermanniæ, millesimo qui quinquagesimo, die 4. Octob. Catharinam (millesimo quingentesim nono, 6. Iunij) EZARDO Frisiæ orientalis principi, paulò ante patris obit (cuius Catharinæ filia Anna, hoc ipso mense Iulio, quo hæc annotò, c Palatino Rheni LVDOICO Heidelbergæ nuptias celebrabat) a Cecilia

1583. a natam 1540.

Quotidianum Sacrificium. Quotidianum Sacrificium, quod Deus jussit perfecta Mole
Templum. ... Sophista Magi Persici Mysteria dicit, Deum Mundum, Solem, Lunam, Stellas, Elementa, Terram, Aquam, Ventos, Ignem, Quotidianum Sacrificium, Templum. Porphyrius lib. 2. de Abstinentia, Sacrificia, Templa, Simulacra, Deos,

M. D. L X. In superiore Saxonia, ALBERTVS comes Mansfeldensis, qui inter varias fortu
næ vices amplius sexaginta annis patriæ præfuerat, Luthero carus, ideoque postil
læ suæ ecclesiasticæ inscriptione ab eo honoratus, anno ætatis octuagesimo ex ir
5. Martij. quietæ huius & ærumnosæ vitæ miserijs euocatus est. Seriem familiæ comitu
Mansfeldensi im, & nomina filiorum Alberti superiùs annotaui. Eodem anno, A
dreas Doria, Genuensis, peritia rei naualis omnibus suæ ætatis ducibus antecellen
1532. Neptunus alter, rebus maximis bello ac pace gestis, & libertate firma patriæ an
1560. triginta duos annos restituta, tandem ætatis anno nonagesimo tertio, Mense N
uembri, terras reliquit. Quem nonis Decembris Franciscus II. Galliæ rex, septe
decim annorum adolescens, secutus est, cùm Galliæ comitia magna, ad compon
dum Reipublicæ statum perturbatissimum, gliscentibus passim dissidijs & tumu
bus, ex Religionis causa ortis, & ære alieno, quod superiore bello Henricus c
traxerat, in immensum excrescente, Aureliæ celebranda indixisset. Dux Medi
cœli, Siciliæ præses, in Meninge insula, Africæ ad Syrtes obiecta, quam hodie Z
bi, fortè à vicinis Syrtibus nominant; arcem firmam Philippalcazer munire cœ
eique adhuc imperfectæ Aluarum Sandam cum præsidio sex millium militum p
fecit. Sed BassaPial, Turcicæ classis præfectus, paulò post, cùm Hispanam cla
Tripolin obsidentem ex improuiso oppressam profligasset; arcem Meningis
31. Maij. sessam, auxilijs nouis & commeatu destitutam, mense Iulio cepit, & in tristissim
seruitutem tot millia Christianorum abduxit. Dux Medinensis, arrepta fuga,
Ioanne Andrea Doria, Meliten euasit. De regis Fesani, & octoginta millium
hometanorum conuersione ad Christianam religionem, nihil fide dignum co
ui. Scotica anno millesimo quingentesimo sexagesimo septimo recitabo. In
xonia, Franciscus Burcardus Vinariensis, initio bonarum literarum in Acad
VVitebergensi lector, deinde Electoris Saxoniæ Ioannis Friderici, & fœderi
angeli vicecancellarius: cùm ex postrema legatione Anglica, quam ad Elisabe
virginem, nuper regio solio potitam, Ioannis Friderici medij, Ducis Saxoniæ
31. Ianuar. susceperat, domum redijsset, in μάφασιν lethalem incidit, quâ tandem anno
quinquagesimo sexto extinctus est. CHRISTIANVS Saxoniæ dux, AVGVSTI ele
filius, 4. Calend. Nouembris natus est.

M. D. L XI. ANNO ineunte, Naoburgi ad ripam Salæ, conuenerunt principes Augu
20. Ianuar. confessionis doctrinam profitentes; FRIDERICVS comes Palatinus Rheni el
Augustus Dux Saxoniæ elector, Ioannes Fridericus dux Saxoniæ, VVolffg
comes Palatinus Rheni, Ernestus & Philippus Brunsuicenses duces, Vrnicu
Megapolitanus, Christphorus dux VVirtebergensis, Carolus marchio Ba
Ernestus princeps Hennebergensis, Guntherus Suartzburgensis, & legati prin
Ioachimi II. electoris, & Ioannis ac Georgij Friderici, marchionum Bran
gensium: Ioannis Alberti ducis Megapolitani; Barnimi & Ioannis Frider
25. Ianuar. cum Pomeraniæ, Philippi Landgrauij Hessorum (qui paulò post ipse aduenit
dolphi ducis Holsatiæ; VVolffgangi & cæterorum principum in Anhald. R
niæ Fridericus II. & principes Lunæburgenses literas tantùm, testes suæ erg
ros principes beneuolentiæ & studij coniunctionis cum ipsis tuendæ, miseru
rauit autem totas ferè tres hebdomadas principum conuentus, in quo, etsi f
rum dierum Deliberationes & actiones præcipuas præsens annotaui: tan
summa negociorum, ob quæ institutus fuit conuentus, capita solum rec
Primò, de Augustana confessione, ab omnibus principibus, qui puriorem E
lij doctrinam amplexi sunt, communi subscriptione denuò renouanda &
manda: deinde, de Concilio, quod Pontifex Tridenti continuandum in
an à principibus Augustanæ confessioni adiunctis adiri vel recusari debere
casiones earum deliberationum, præter indictionem Synodi pontificiam,
1555. runt: In Pace Religionis, Augustæ, communi ordinum Imperij consensu
1559. sancita, expressè constitutum erat, vt ex illis, qui à Pontificia religione disc
ij tantùm pacis beneficio fruerentur, qui confessionis Augustæ, anno m
quingentesimo tricesimo Carolo V. exhibitæ doctrinam profitentur. Ob

Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quæ Romanæ Ecclesiæ filia est, quæ ab ipsa Ecclesia Romana non Catholicæ sed Apostolicæ, & ab Apostolis primæ sedis nomen meruit, neque de hoc, aut cæteris nos ullo modo dubitamus. Quæ autem Ecclesia Romana, quæ Constantinopolitana, quæ Alexandrina, quæ Antiochena, quæ Hierosolymitana, quæ Ecclesia Dei, quæ Christi, quæ Apostolica, quæ Catholica, quæ Orthodoxa, quæ Christiana, quæ Romana, quæ Græca, quæ Latina, quæ Ecclesia Patrum, quæ Ecclesia Concilium, quæ Ecclesia Sanctorum, quæ Ecclesia Martyrum, quæ Ecclesia Confessorum, quæ Ecclesia Virginum, quæ Ecclesia Monachorum, quæ Ecclesia Clericorum, quæ Ecclesia Laicorum, quæ Ecclesia Fidelium, quæ Ecclesia Sanctorum, quæ Ecclesia Peccatorum, quæ Ecclesia Hæreticorum, quæ Ecclesia Schismaticorum, quæ Ecclesia Simoniacorum, quæ Ecclesia Adulterorum, quæ Ecclesia Fornicatorum, quæ Ecclesia Homicidarum, quæ Ecclesia Sodomitarum, quæ Ecclesia Mœchorum, quæ Ecclesia Sacrilegorum, quæ Ecclesia Latronum, quæ Ecclesia Raptorum, quæ Ecclesia Perjurorum, quæ Ecclesia Falsorum testium, quæ Ecclesia Ebriosorum, quæ Ecclesia Gulosorum, quæ Ecclesia Mendacium, quæ Ecclesia Adulatorum, quæ Ecclesia Detractorum, quæ Ecclesia Invidorum, quæ Ecclesia Superborum, quæ Ecclesia Avarorum, quæ Ecclesia Luxuriosorum, quæ Ecclesia Iracundorum, quæ Ecclesia Pigrorum, quæ Ecclesia Desidiosorum, quæ Ecclesia Vanorum, quæ Ecclesia Otiosorum, quæ Ecclesia Ridentium, quæ Ecclesia Lugentium, quæ Ecclesia Mundi, quæ Ecclesia Diaboli, quæ Ecclesia Antichristi, quæ Ecclesia Barabbæ, quæ Ecclesia Judæ, quæ Ecclesia Pilati, quæ Ecclesia Herodis, quæ Ecclesia Caiphæ, quæ Ecclesia Annæ, quæ Ecclesia Synagogæ, quæ Ecclesia Pharisæorum, quæ Ecclesia Scribarum, quæ Ecclesia Sadducæorum, quæ Ecclesia Gentilium, quæ Ecclesia Idolorum, quæ Ecclesia Simulacrorum, quæ Ecclesia Dæmoniorum, quæ Ecclesia Mahumetanorum, quæ Ecclesia Sarracenorum, quæ Ecclesia Turcorum, quæ Ecclesia Persarum, quæ Ecclesia Arabum, quæ Ecclesia Ismaelitarum, quæ Ecclesia Agarenorum, quæ Ecclesia Cedarenorum, quæ Ecclesia Saracenorum, quæ Ecclesia Ethiopum, quæ Ecclesia Nigrorum, quæ Ecclesia Indorum, quæ Ecclesia Gazarum, quæ Ecclesia Cumanorum, quæ Ecclesia Bulgarorum, quæ Ecclesia Hungarorum, quæ Ecclesia Scythorum, quæ Ecclesia Barbarorum, quæ Ecclesia Sclavorum, quæ Ecclesia Russorum, quæ Ecclesia Gothorum, quæ Ecclesia Vandalorum, quæ Ecclesia Hispanorum, quæ Ecclesia Gallorum, quæ Ecclesia Britannorum, quæ Ecclesia Anglorum, quæ Ecclesia Saxonum, quæ Ecclesia Francorum, quæ Ecclesia Longobardorum, quæ Ecclesia Alemannorum, quæ Ecclesia Bavarorum, quæ Ecclesia Thuringorum, quæ Ecclesia Frisonum, quæ Ecclesia Dacorum, quæ Ecclesia Normannorum, quæ Ecclesia Suevorum, quæ Ecclesia Gepidarum, quæ Ecclesia Rugorum, quæ Ecclesia Herulorum, quæ Ecclesia Burgundionum, quæ Ecclesia Alanorum, quæ Ecclesia Vasconum, quæ Ecclesia Pannonorum, quæ Ecclesia Dalmatarum, quæ Ecclesia Carnorum, quæ Ecclesia Istrorum, quæ Ecclesia Liburnorum, quæ Ecclesia Sardorum, quæ Ecclesia Corsorum, quæ Ecclesia Siculorum, quæ Ecclesia Cretensium, quæ Ecclesia Cypriorum, quæ Ecclesia Rhodiorum, quæ Ecclesia Cycladum, quæ Ecclesia Cretensium, quæ Ecclesia Cypriorum, quæ Ecclesia Rhodiorum, quæ Ecclesia Cycladum, quæ Ecclesia Thessalonicensium, quæ Ecclesia Corinthiorum, quæ Ecclesia Philippensium, quæ Ecclesia Galatarum, quæ Ecclesia Ephesiorum, quæ Ecclesia Colossensium

M. D. LXI. articulos, veluti declarationem Augustanæ Confessionis, in præfatione allegari denuo vrsit. Cùm autem cæteri principes hortarentur Saxonem, ne hunc consensum principum & coniunctionem, ad refutandos & reprimendos communes hostes necessariam turbaret; deliberandi spacium sumsit: ac sententiam suam de re tota
3. Februar. scripto comprehensam senatui principum exhibuit. Cumque nihil se obtinere videret, postridie discessit.

Venerant Naoburgum Pontificis Pij IIII. legati, Zacharias Delphinus, & Ioannes Franciscus Commendunus, episcopi: eademque die vrbem ingressi erant, Cæsaris Ferdinandi nomine, Otto Comes in Eberstein, Felix Bogislaus baro in Hassenstein, & Georgius Mehla regni Boiemiæ vicecancellarius, qui postridie in senatu principum auditi, nomine Imperatoris hortati sunt principes, vt ad synodum Tridenti indictam & legitimè celebrandam veniant, vt huic pernicioso religionis dissidio & consecutis inde calamitatibus Germaniæ, finis salutaris tandem imponatur. Quibus post aliquot dierum deliberationes respondent Principes: se inuictissimo Cæsari pro pia sollicitudine & amore erga Rempublicam & ipsos reuerenter gratias agere. Quod autem ad concilium à pontifice indictum attinet, se non recusare liberum, Christianum & vniuersale concilium. in quo, non Papa, sed verbum Dei iudex sit, & episcopis iuramenta remittantur, & ordinibus Augustanæ Confessionis, voces decisiuæ concedantur. Sed animaduertere se, Pontificem Romanum indixisse concilium Tridenti continuandum, & suis tantùm iuratis episcopis potestatem dicendæ sententiæ concedere. Quod ipsi semper antea in conuentibus Imperij iniquissimum esse protestati sint. Hac de re reuerenter se Imperatorem monere voluisse, sed integrè respondere hoc tempore non posse. Quia hæc causa non ad Principes tantùm, qui Naoburgi conuenissent, sed ad plurimos alios ordines Augustanæ confessioni adiunctos, pertineret; & absentium Principum legati, nulla de mittendis ad concilium legatis specialia mandata haberent. Orare igitur se, vt Cæsar in hoc responso clementer adquiescat, & Passauiensem Recessum & pacem Religioni datam constanter tueatur. Cùm Cæsareis legatis responsum de concilio iam traditum esset: Pontificij etiam nuncij audiu-
5. Febr. runt, Qui de summi Pontificis Pij IIII. laudibus & pia sollicitudine pro ecclesia Christi præfati, narrabant, eum ad exstirpandas hæreses & sectas, ex quibus tot fere religiones, quot homines; tot euangelia, quot Doctores extitissent, Concilium Tridenti indixisse. in quo omnia fraternæ caritatis plena fore, omnes benignè ac plenè auditum iri, & liberrimas sententias & suffragia pollicebantur. Itaq; inuitabant Principes, vt ad concilium Tridenti indictum, suos cum plenis mandatis mitterent, & restitutionem concordiæ in religione & pacis publicæ iuuarent. Exhibuerunt etiam legati pontificij singulis principibus Breuia Pontificis, cum hac inscriptione: Dilecto filio, nobili viro N. Duci N. quæ omnia non resignata in hospitium pontificiorum remissa sunt.

In deliberationibus principum de concilio Tridenti rursus indicto, aliqui simpliciter id recusandum: alij verò legatos eò à singulis statibus mittendos esse censuerunt, per quos se ad reddendam, in Synodo libera & Christiana, Fidei suæ rationem principes offerant, & accusationem Pontificis grauiter & eruditè taxantem impia dogmata, hæreses & scelera pontificum exhibeant, & coràm ibi vsitatas exceptiones & recusationes, de partialibus iudicibus, de iniquitate processus, loco incommodo, opponant. Hoc consilium apud exteras nationes profuturum esse nostris iudicabant, quæ cum intelligerent, nostros non defugere synodi dijudicationem, sed ardentibus eam votis expetere, minus alienæ à nostris ecclesijs futuræ es-
6. Februar. sent. Tandem verò concluſum est, vt Erfordiæ, die 22. Aprilis, aliquot electorum ac principum consiliarij & theologi conueniant, qui neruosum & integrũ de concilio responsum, collatis sententijs conficiant, quod in comitijs proximis, communi horum statuum nomine, exhiberi possit. Ad Ioannem Fridericum etiam Saxoniæ ducem legatos destinarunt, qui exponerent, nihil magis electores & principes cæteros optasse, quàm ipsum ad finem conuentus Naoburgi permanere. Cùm autem

excusa-

onem ipſius de diſceſſu acceperint, ſignificare ſe ipſi, ſubſcriptionem Au- M. D. LXI
Confeſſionis, propter quam indictus eſſet ille conuentus, à ſe decretam
in Præfatione additam eſſe μάλθιον de cœna Domini, quam Celſitudo ipſius
Tet. Ideo ſe petere, vt vnà ſubſcribat. Sin verò nolit ſubſcribere, petere
mores ſuorum Theologorum reprimat, ne Naoburgenſis illius conuentus
antea Francofurdienſem receſſum, Samariticum Interim nominent, aut
ſcriptis criminentur: Alioquin ſe viciſſim, & innocentiam ſuam, & con-
lius hiſtoriam & originem primam declaraturos eſſe, & facturos cætera,
ſæ huius magnitudo & neceſſitas poſtularet. Poſtremo conuentus die,
js etiam legatis manè reſponſum eſt, Electores & principes nullam Papæ
ionem agnoſcere, neque opus eſſe, vt de ſua voluntate in adeundo conci-
s dirigendi aut indicendi poteſtatem ipſe non habeat, Papæ reſpondeant;
ientiſſimo Domino ſuo Imperatori Ferdinando reuerenter ſe ſententiam
oſuiſſe. Deferre autem ſe ipſis Legatis, vt viris nobilibus & doctis, ſua
ic niſi Papæ legati eſſent, plura beneuolentiæ officia principes ipſis exhibi-
ſſe. Sic dimiſſi à principibus Naoburgo legati pontificij, Zacharias Del-
t Franciſcus Commendunus, cum interprete Caſparo à Schoneich, cuius
bilis Sileſius, multos annos Ducum Megapolitanorum Henrici & Alber-
llarius fuerat, per Saxoniam progreſſi, Lubecam venerunt. vbi apud Ca-
ſumpto hoſpitio, ad Fridericum Daniæ regem mittunt, liberam & ſecu-
aniæ regnum accedendi, & mandata, quæ à Romano pontifice ad regiam
ieſtatem haberent, exponendi facultatem flagitantes. Cùm autem Rex,
ri ſuo regi Chriſtiano, aut ſibi cum Papa Romano negocij vnquam fuiſſe,
andata, quæ haberent, cognoſcendi cupidum eſſe, ideoque nec ſalui con-
eras mittere, reſpondiſſet; re infecta ad Papam redierunt.

n Naoburgi electorum & principum Germaniæ conuentus de religione a-
i GALLIA etiam, comitia Aureliæ celebrata ſunt, in quibus PAX aliqua
am religionem amplexis conceſſa, & captiui religionis cauſa, in corpo-
onorum libertatem, toto regno reſtituti, ſeuereque prohibitum eſt, ne fa-
odioſis vocabulis Papæorum & Hugenotorum, alijſue contumelijs, occa-
ribus diſſidijs & tumultibus præberetur. & ſequenti autumno, colloquium
proximè Sangermanum, præſente Rege, Regina, & regij ſanguinis princi-
ter epiſcopos Galliæ circiter quinquaginta, quorum Cardinalis Lotharin-
cipuus erat, & reformatæ religionis miniſtros, Martyrem, Bezam, Marlo-
alios inſtitutum: ſed ſine vlla ſpe concordiæ abruptum, & tamen paulò
ictum Regis, quo liberum reformatæ religionis exercitium, non in tem-
um, ſed ſuburbijs certis & agris permittitur, ſecutum eſt. HVGENOTO- 1562.
nen, ſuperiore anno in Gallia primùm Turoni ad Ligerim extitiſſe ferunt: 17. Ianuar.
ortam regis Hugonis, conuenticula habentes religionis reformatæ homi- HVGENO-
genoti à ciuibus appellati ſint. TI vnde.

Saxonia, Mauricij electoris Saxoniæ filia, Anna, VVilelmo principi Au-
VVilelmi comitis Naſſauiæ filio, in Gallia & Belgico ditiones amplas gu-
i, & regis Hiſpaniæ duci præcipuo, Lipſiæ, præſente electore AVGVSTO,
patruo, Vlrico Megapolitano, & alijs multis principibus tradita eſt. paulò
utæ ſunt, VVILELMI ducis Lunæburgenſis, Erneſti filij, cum Dorothea,
egis Chriſtiani III. filia, nuptiæ. Quas Fridericus Daniæ rex ſponſæ fra-
gina mater, Chriſtiani III. vidua, elector Saxoniæ AVGVSTVS, Erneſtus &
gangus, duces Brunſuicenſes, Ioannes Albertus & Vlricus, duces Megapo-
aliquot alij principes & comites, & in his Ioannes Philippus Rheingrauius,
ia ſua cohoneſtarunt. Rheingrauius Daniæ regem Flensburgum vſq; co-
eſt, vbi Domini ſui Caroli Galliæ regis nomine, in ordinem equitum
naëlis, collatis illius inſignibus, Danum recepit.

BERNHARDUS, Lunæburgi ad D. Michaëlem Abbas, interceſſione Friderici
regis, & Adolphi Holſatiæ ducis, Epiſcopus Lubecæ, viuente adhuc Ioanne
Tideman-

M. D. LXI. Tidemanno, sed intra secundum mensem defuncto, designatur. natus ex nobili veteris Saxoniæ familia ab Holle, cuius antiquissima sedes in comitatu VVoldenburg, quem nunc Duces Brunsuicenses tenent, arx Holla fuit. quam, ante trecentos annos quidam illius familiæ cum comite inimicitias capitales exercens, cùm in conflictu propè Grabsdorff comitem interfeciſſet, iterum captus, pro sui liberatione, vnà cum centum & quinquaginta subditis, cedere comitis hæredi coactus est. Postea igitur in ditione Mindensi & Schavvenburgensi sedes fixit, vbi in veteri cœnobio Cistertiensi, Locca, sepulturæ locum posteri habuerunt. ex quibus tum alij virtute & fortitudine bellica clari Duces, tùm verò nostra ætate Georgius ab Holle, Eberhardi sobrinus, multis regibus & principibus, ob rei militaris peritiam & virtutem ac fidem carus, floruit. Quem his ipsis diebus, cùm Eberhardus episcopus Lubecæ electus est, Fridericus II. Daniæ rex, bellum aduersus Sueciæ regem Ericum, consobrinum suum meditans, Segebergam vnà cùm Gunthero comite à Svvartzburg, & Hilmero à Munchausen euocatum, stipendio annuo conduxit.

Holliæ familiæ partem adscribo.

Ioannes ab Holle

Conradus		Ioannes		Ientz
Rodolphus.	Ioannes		Herbortus Abbas Lunæburgensis.	Iodocus
GEORGIVS ab Holle, dux belli clarus, filias tantùm reliquit.	IOANNES dux belli.		EBERHARDus episcopus Lubecensis & Verdensis.	Ascanius.
	Otto Eberhard.	Idel Ernst.		

Cùm autem primus gradus ad dignitates superiores Eberardo, Præsulatus cœnobij D. Michaëlis in vrbe Lunæburga, quem à patruo Herborto velut per manus accepit, extiterit; breuem nobilissimi illius collegij Abbatum seriem intexam.

971. Quod Hermannus Billingus Saxoniæ dux, ab Ottone I. creatus, primùm fundauit & arci suæ, in monte, vrbi Lunæburgo imminente, adiunxit. Deinde occupati

1371. per ciues arce, ædificia in monte omnia destructa & diruta, & monasterio ad montis radicem in vrbe locus attributus est, Linderinus primus Abbas ex cœnobio S. Pantaleonis Coloniâ euocatus fuit. Hunc secuti sunt Bruno, Berdagus, Riccasus, Hermannus dux Lunæburgensis, Albuinus, Bertericus dux Saxoniæ, Azicco, Bertholdus, Riccerus, Heldagus, Marquardus, Burcardus, Hermannus, Anno, Ioannes, Hatto, Ditericus, Ludoicus comes à VVoldenberg 20. Ludolphus comes ab Hoia, Thomas comes Lippiensis, VVernerus, Othranus à Bartfelt obijt millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, Vlricus ab Ilten ⊕1360. Daniel ab Hokorp 1368. Ioannes 1371. VVernerus Grote 1384. Vlricus à Barefeld 1423. Boldevvinus à VVendem 1441. Ludolphus ab Hitzaker 1477. Albertus à Bauenden 1486. VVernerus de Dageforda 1504. Baldevvinus Marenholt 1532. Herbordus ab Holle, sinceram Euangelij doctrinam amplexus, pastorem rectè docentem, & Scholam ad S.

1534. Michaëlem instituit, & cantiones ad normam verbi diuini emendauit, ⊕1555. Eberhardus ab Holle, anno 1561. ad episcopi Lubecensis, & postea Verdensis dignitatem euectus. Michaële Sidonio, Mersburgensi episcopo, ætatis anno quinquagesimo quinto rebus humanis exempto, ALEXANDER dux Saxoniæ, Augusti electoris filius, à collegio postulatus est.

In Suecia, ERICI XIIII. regis coronationi, dies 29. Iunij destinata erat. *IVnIVs Vt Petri & PaVLI sVa festa sVbIret, Velat ErICe CapVt SVeCa CoronaIVM.* Sed Coronam Regni, die 25. Iulij primùm, ceremonia solenni accepit. ad quam omnium littoris Balthici vrbium legati profecti, priuilegiorum, quæ in Suecia negotiantes harum vrbium ciues à maioribus tradita accepissent, confirmationem petiuerunt. Reualiam verò Liuoniæ vrbem, quæ patrocinio & tutelæ regis se totam subiecerat, non literis solùm petitis, sed pecunia etiam ampla, & commeatu, milite

tormen-

s, omnique instrumento bellico, Rex liberalius, quàm in prima receptio- M. D. LXI.
ferat, adiuuit. Pacem cum Moscho, à patre Gostauo initam, & multis
iseruatam, deinceps etiam continuari, & Reualienses in ea simul compre-
Moscho petebat. Sed Moschus, Reualiam ab Erico in patrocinium rece-
iouas conditiones à patre Gostauo non petitas, Paci adiungi, ægerrimè
x biennij inducias concessit. Interea Nicolaus Christierni, Suecicus Re-
fectus, cœnobium Padis (quod ad Magni Holsatiæ ducis diœcesin perti-
ontendebat) & sequenti anno oppidum Parnou, & arcem VVittenstein,
egi subiectam, vi occupauit. Ita Poloniæ regem quoq; vnà cum Dano,
er Magnus totam Osilienſem & Reualienſem diœcesin sibi vendicabat,
ccasione aduersus se irritauit. Cumq; Lubecensibus & cæteris Naruicam
iem prohibere, ademptis aliquoties nauibus, eosq; cogere vellet, vt Re-
n Naruam, merces suas deferrent, nec ablata restitueret, hos etiam sibi
dit. Quæ multorum offensiones & odia in apertum tandem & diutur-
sus Suecos bellum eruperunt.

o n i æ rex, ad cuius patrocinium & tutelam, Magistrum ordinis Liuo-
iepiscopum Rigensem, ac Nobilitatem illis subiectam confugisse dixi-
listractiones Liuoniæ intestinas, varias & multiplices, & vrbem Reua-
:ota vicinia S v e c o se subiecisse, aliquot etiam prouincias, à Magno
uce teneri cerneret; non amplius teneri prioribus pactis de defensione,
ro ordinis & Archiepiscopo initis, multò minus conatum defensionis
luersus Moschos suscipere voluit, nisi Archiepiscopus & Magister or-
mnibus subditis suis, se regno Poloniæ & Lithuaniæ penitus subderent,
ubiectionis iuramento deuincirent. Cùm igitur Archiepiscopus &
dinis, ab Imperio Romano, cuius auxilium & opem assiduis legatio-
ces implorauerant, se planè desertos iudicarent; & ingentia Liuoniæ,
ex parte à Moscho & alijs occupatæ & vastatæ, vulnera remedium præ-
rent: extrema coacti necessitate, vt reliquas adhuc Liuoniæ prouin-
Moschi potestatem peruenirent, nomini & Religioni Christianæ con-
onditionem subiectionis à Rege Poloniæ flagitatam subire coacti sunt.
multorum mensium tractationes, tandem Rex, Nicolaum Radzeuilum,
Lithuanum in Olica & Nischevvitz, Palatinum Vilnensem, cum plenis
Liuoniam misit, vt executioni transacta daret, & permissas sibi ab or-
:ro arces, prouincias, documenta & literas acciperet, & à Rigensi ciui-
:ntum fidelitatis, nomine Regis Poloniæ exigeret.

Cerant autem Rigenses subiectionem regno Poloniæ & magno Duca-
iæ, accepta à Radzeuilo (cui rex pleniſſima mandata dederat) cau-
pollicebatur Rex, se ciuitatem Rigensem, iuramento quo Cæsari &
ii&ta erat, sine vllo ciuitatis incommodo, liberare: & aduersus Mo-
oscunque alios hostes defendere; & religionem præsentem, ac Priuile-
& illibata tueri velle. Quod si ordines regni Poloniæ, subiectionem
nibus factam non reciperent, vt nec magno Ducatui Lithuaniæ vniti
ontra, orto inter regem aut regnum Poloniæ & Lithuaniæ dissidio aut
is Rigensis neutris se adiungere, vel opem ferre teneatur. Quod si
ge mortuo, Poloni & Lithuani, duos reges crearent, liberum ciuitati
vel ad Poloniæ regem solum, vel Lithuanum solum, vel neutrum, sed
pem Christianum, cuius se tutelæ committat, applicare.

nanc conditionem subiectionis, Senatus regni Poloniæ comprobare
auit, & rex Stephanus, à Reipublicæ legatis, de ea confirmanda sæpè
ondit, malle se ciuitatem Rigensem non subiectam habere, quàm his
us Radzeuilianis in ditionem accipere.

tem insignis hæc summi magistratus Liuoniæ mutatio, qua ratione, &
litionibus facta, & Ducatus Curlandiæ nouus erectus, & Trans Du-
cia Poloniæ regi concessa sit, literis Prouisionis Illustrissimo Curlan-

M. D. LXI diæ Duci à rege Poloniæ eo tempore datis, & priuilegijs Liuonicæ Nobilitatis à rege confirmatis, explicetur; operæprecium fortasse esset, exempla illa literarum hoc loco adiungere.

SIGISMVNDVS Augustus, Dei gratia, Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, &c. Significamus præsentibus literis nostris, vniuersis & singulis, quorum interest. Cùm terra Liuoniæ nobis, ex parte magni Ducatus nostri Lithuaniæ, & vicinitate, & multis partim antiquis, partim nouis pactis & fœderibus deuincta & consociata, iam ab aliquot annis immanissimi hostis Moschi crudelibus armis, incendijs & vastationibus propemodum funditus euersa ac desolata esset, ita vt extrema quæq; illi imminerent, nec quicquam certius esset, quàm quòd ad primam quamq; incursionem illius prepotentis hostis, illud, quod reliquum, tam in Diœcesi Rigensi, quam in terris Magistri Ordinis Teutonici fuerat, similibus cladibus excinderetur, & in durissimam seruitutem hostilem veniret. Quemadmodum iam magna pars, propter multarum ciuitatum, arcium, propugnaculorum amissionem venerat, & ob maximam in omnes partes depopulationem, vastitatemq; ferro atq; igni in ea allatam, & propter quotidianas incursiones, magnumq; hostis ad eius reliquias occupandas apparatum, ad eam angustiam & difficultatem ordines illius redacti essent, vt nequaquam opibus, viribusq; proprijs statum suum defendere, atq; se à seruitute & crudelitate hostili tueri ac vindicare possent. Idcirco Illustrissimus & Magnificus Dominus Gothardus, Equestris ordinis Teutonici in Liuonia Magister, Nobilitas, ciuitates, statusq; & ordines illius vniuersi, dum & omnia domestica consilia sua conuulsa, & se ab aliorum præsidijs, præsertim Sacra Cæsarea Maiestatis, & statuum Romani Imperij destitutos animaduerterent, à vicino etiam rege Suecia terra mariq; peterentur; tam suo, quàm ciuitatum aliorumq; ordinum Liuoniæ, ad dictum Magistrum spectantium, nomine, crebris internuncijs & literis præsentem calamitatem & grauissimum periculum nobis exposuissent, multisq; precibus opem & auxilium nostrum implorassent.

Nos & commiseratione afflictissimæ prouinciæ, & amore totius Reipub. adducti, & ne barbarus hostis latius pro sua libidine in populo grassaretur, dedimus negotium Illustrissimo principi, Domino Nicolao Ratzivvill, Duci in Olika & Niscbevvitz, Palatino Vilnensi, &c. vt iterum in Liuoniam properaret, & primo quoq; Rigam peteret, ibiq; tam cum ipso Magistro, quàm cum illius ordinibus ac ciuitatibus, de memoratæ prouinciæ defensionis ratione tractaret. Cumq; in illis tractatibus ab omnibus perspiceretur, nisi communibus viribus tàm Polonorum quàm Lithuanorum defensio suscipiatur, non posse potentiam hostilem reprimi: Polonorum verò auxilia, nisi deditio quoq; ad regnum Poloniæ, non solum magnum Ducatum Lithuaniæ fiat, nequaquam adduci posse: Tandem ad hunc extremum casum, ita vt fit in rebus desperatis & præsenti periculo expositis, deuentum est, vt de facienda deditione statuerent, eoq; nomine communis profectio, tàm ab ipso Principe prænominato, quàm ab ordinum ac ciuitatum nuncijs, ad nos susciperetur.

Sed quia prædicto principe, aliorumq; ordinum ac ciuitatum nuncijs ad nos Vilnam venientibus, & subiectionem certis conditionibus nobis, regno Poloniæ, Magno ducatui Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Massouiæ, Samogitiæq;, cæteruq; ditionibus nostris profitentibus, Senatus Poloniæ copiam tunc non habebamus, sine quo subiectio ipsa, ex parte regni, ritè atq; commodè peragi non possit, necessario huius rei tractationem in nostram in Poloniam profectionem, ex parte regni reijcere nos oportuit. Ne verò interea, dum hæc ad Senatores & ordines regni nostri perferuntur, atq; ibi ab eisdem ordinibus approbantur, multis modis afflicta Liuonia, vel in spe dubia, vel ancipiti statu rerum suarum, vel etiam ope destituta, & extremæ depopulationi hostili exposita relinquatur; indeq; mutata voluntate, vel seruitutem tyrannicam, vel alias quantumuis iniquas conditiones subire cogatur, sed vt & illi de indubitata ope & præsidio nostro, & nos vicissim de constanti fide & voluntate eorum certi simus:

Ita tandem post varios multosq; tractatus hoc tempore inter nos & prædictum principem, aliorumq; ordinum ac ciuitatum nuncios, conuentum est, vt ipsa Liuonia ex nunc nobis, vt regi Poloniæ, magno Duci Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Massouiæ, Samogitiæ

Domino

ic haredi, ſubiecta ſit & maneat, dum certi aliquid de approbatione procerum M. D. LXI.
ulerimus.
ndoquidem verò hoc negocium ad regni conuentum proximè in Maſouia futu-
d Status & Ordines regni reiecimus, In eo quidem conuentu ſanctè promiſimus,
itate harum literarum promittimus, vt à Senatoribus caterisq; Ordinibus Re-
in Polonia, profeſſa ſubiectio tàm Principis pradicti, quàm ſubiectorum ſuorum
ue ſeu coniunctim cum Regno, Ducatu Lithuaniæ, & cæteris dominijs recipia-
robetur, iuxta tractatus hîc nobiſcum initos, Vtq; interea Liuonia à nobis te-
regni, Magni Ducatus Lithuaniæ cum omnibus adiunctis ditionibus noſtris,
ſus Moſchos, quàm aduerſus omnes alios hoſtile aliquid illi molientes defenda-
ugnetur, & ciuitates arcesq; amiſſæ armis repetantur. Si verò prater ſpem no-
us regni noſtri Poloniæ in ſubiectionem iſtam conſentire, & ita Liuoniam, con-
ibus, prout conditiones pranominatæ ferant, defendere nollent; Liuonia verò à
ibus Lithuaniæ ad modum præſcriptum defenſa fueris, ex tunc, pro vt ex nunc,
c Lithuaniæ Ducatui incorporata, illiq; vnita eſſe cenſeatur.

tutem in conditionibus ſubiectionis illud inter cætera contineatur, quod tam Conditiones ſubiectionis.
rinceps, quàm ſubditi & ciuitates ſibi à nobis caueri poſtularint, Ne deditio & I.
e, quàm nobis, vt Regi Poloniæ, Magno Ducatui Lithuaniæ, aliarumq; ditio- Ne mutatio Domini Liuonis damno
rum, extremis caſibus & periculis adducti obtulerunt, apud Cæſaream Maie- ſit apud Cæſarem & Imperium.
tq; Imperij Ordines Germaniæ, illis damno & fraudi ſit; bona fide ſpondemus &
Nos interea, donec cum Senatoribus quoq; Regni de Liuonia in fidem & ſubie-
ipienda acturi ſumus, omnem curam & diligentiam adhibituros, vt vel per
s, vel per literas noſtras, Cæſareæ Maieſtatis aliorumq; Imperij Ordinum, in-
Magiſtri ordinis Teutonici per Germaniam animi ac voluntates ad proban-
acti neceſſitatem inducantur & flectantur. Quod ſi id planè confici non pote-
nen totis viribus incumbemus, ne vel Princeps, vel ſubditi, vllum detrimen-
honore & fama, quàm in bonis & fortunis, ex hac neceſſaria deditione pa-
vllam Imperij proſcriptionem, aliaue grauamina hoc nomine incurrant, vel
it, nos tamen prouidebimus, ne hoc cuiq; publicè vel priuatim fraudi ſit.

us præterea fidem, ſicut & præſentibus literis ſanctè damus, recipimus atq; pro- II.
s tam Principi ipſi, quàm ciuitatibus alijs, vel ſubditis ſuis, cuiuſcunq; Ordi- Religio Conf. Aug. libera.
fuerint, liberum vſum religionis, cultusq; diuini, & receptorum rituum, ſe-
guſtanam Confeſſionem, in ſuis Eccleſiis, totiusq; rei eccleſiaſticæ integram
io nem, ſicut eam hactenus habuerunt, liberè permiſimus, nec in ea vllam mu-
turos, neq; vt ab alijs fiat, permiſſuros.

etiam eorum iura, beneficia, priuilegia ſecularia & eccleſiaſtica, præſertim III.
m ſimultanea inueſtitura ius, quàm & libertatem gratiæ in ſucceſſione hare- Priuilegia Nobilium.
trumq; ſexum, ſuperioritates, præeminentias, dignitates, poſſeſſiones, liberta- IIII.
tiones & plebiſcita, immunitatesue confirmaturos eſſe; denig; & iuriſdictio- Iuriſdictio.
, iuxta leges & conſuetudines moresq; antiquos.

onocatione tamen eorum, qui tam ex nobilibus, quàm ciuitatibus immedia- V.
ſtro, vigore præſentis cum eius Illuſtritate tranſactionis adjciuntur, ad vice- Appellatio.
ſtrum per Liuoniam, vel Senatum, Senatores, Iudices noſtros, per nos in ci-
ſi conſtituendos, eligendos communibus Equeſtris Ordinis, hoc eſt, tam ipſo-
rum Teutonici Ordinis, quàm nobilitatis Liuonicæ ſuffragijs; idq; non ex alijs
nis & benè poſſeſſionatis illius prouinciæ incolis, nempe ex nobilibus Vaſallis &
natoribus, membrorum etiam Ordinis, qui mutato ſtatu, totos ſe huic Pro-
int: ita tamen, vt eiſdem ſubditis noſtris Equeſtris & ciuilis conditionis in-
ppellatio, prout cuiq; appellanti prouocare viſum fuerit. Nempe immedia-
el mediatè ad vices gerentem, vel ad Senatum noſtrum præfatum. Illi verò,
ncipis iurisdictioni ſubiecti & ratione dominiorum eius ſubditi erunt & ma-
eum tantùm principem prouocabunt. In cauſis tamen grauibus & maximi
ebit Equeſtri Ordini à Principe ſuo ad conuentum prouincialem terrarum
a veterem conſuetudinem prouocare.

M. D. LXI. VI. Magistratus Germanicus.

Præterea recepimus, prout præsentibus recipimus, subditos prouinciæ illius penes Magistratum suum Germanicum relicturos esse, &c. Proinde officia, præfecturas, præsidiatus, iudicatus, burgrauiatus, & id genus, non alijs quàm nationis ac linguæ Germanicæ, ac adeo indigenis collaturos esse, quemadmodum in terris Prussiæ conferre soliti sumus.

Et quicquid publicè vel priuatim vniuersis & singulis de iure & æquitate competere videtur vel videbitur, nostris literis & diplomatibus confirmaturos, nec vllam in prædictis diminutionem, sed potius pro regia nostra gratia & beneficentia augmentum & accessionem facturos, quemadmodum ex nunc re ipsa, vigore præsentium diplomatum, confirmamus, approbamus, augemus, ratificamus, attestamur & comprobamus, confirmareq; & comprobare quibusuis hominibus priuatim & publicè, nunc & in posterum, quocunq; tempore benignè super ea re compellati fuerimus, debebimus. ac ad eundem modum in reliquis ciuitatibus Liuoniæ, Imperio nostro subiectis, officiales nostros constituemus: durante tamen tumultu bellico, reliquas arces hosti vicinas & periculo expositas indifferenter per cuiusuis nationis & linguæ officiales administrabimus, quorum nobis virtus, fides, integritasq; fuerit spectata; ita tamen, vt nihil attentent, faciant, iubeant atque mandent, quàm qua pro defensione ciuitatum ac arcium facere videbuntur, nisi forte in nostrum & Reipub. damnum vergere quid isti animaduerterint, tum ad nos ea deferre ferant, & pro virili satagant, ne quid detrimenti ad nos & Rempublicam redundet. Ius autem, iusticiam, & potestatem gladij exerceant tam in ciues, quàm Nobiles. Magistratus ciuitatum atque arcium præfecti, sepositis armis, & optata pace recuperata, non alijs quàm indigenis natione & lingua Germanis præfecturas in tota Prouincia concedemus.

VII. Magister Dvx creatur.

Porrò Illustri domino Magistro Liuoniæ, cùm ad Equestris ordinis consilium & nostram approbationem statum vitauerit, vt per coniunctionem affinitatis & Principum amicitia suffultus, contra huius Prouincia hostes eò solidior firmiorq; compareat, Ducalem titulum, ad instar Illustris Domini Ducis in Prussia, cùm omni dignitate, insignibus & priuilegijs Ducalibus tribuemus, ita vt Vasallus noster, feudatariusq; Princeps sit, quemadmodum ex nunc Illustritatem eius pro Vasallo nostro Principe, suscepimus, habebimus atq; habemus.

VIII. Ditiones certæ nouo Duci attributæ.

Ac quo vicissim Illustritas eius certa sit, quàm primùm voluntatem regni nostri Senatorum explorauerimus, aut illi cum Senatu nostri Magni Ducatus Lithuaniæ super ea re conuenerint, quotam Liuoniæ partem à nobis & successoribus nostris in feudum habere, tenereq; debeat Illustritas sua cum posteris suis ex linea masculina descendentibus; has arces subsequentes, districtus atq; præsidiatus cum iure, sua Illustritati concessimus in feudum atque concedimus, (non obstante, licet ipsa infeudatio, titulig; insignium & honorum solennis attributio nunc concedi nequeat; quæ omnia ad nostrum ex Polonia reditum differenda esse duximus:) possessionem illorum omnium Illustritati suæ assignauimus, contulimus, atque conferimus, primùm totum illum tractum Curlandiæ & Samogitiæ, incipiendo à salso mari sursum, sequendo fluuium Hilgæ, ascendendo ad antiquos limites, per Ratzivvilum inceptos & dispositos inter Samogitiam, Lithuaniam & Russiam; Et Russiam ab vna & Liuoniam ab altera partibus, versus dictum Polocen ad Dunam fluuium, descendente verò Duna vsque in Mare salsum; Adeo, vt quicquid in istis terminis cis Dunam versus Lithuaniam continetur, & ad ordinem Liuoniæ spectabat, nunc & in perpetuum apud Illustritatem suam & eius hæredes masculos permaneat, Curias videlicet, bona & nobilitatem, quæ ad arcem Duneburgensem, ex hac parte fluminis Dunæ versus Lithuaniam spectarunt. Arcem Selburgen cum toto districtu. Curias item, Nobilitatem, & omne id, quod videlicet ex ea parte ad arcem Ascherat spectauit: arcem Bausko, Neugnet, cum ijs quæ ad arcem Kircholm pertinebant; arces Mitthavv, Tuckum, Neuburgk, Doblen, Kandevv, Alsvvangen, Schrunden, Erauvvenburgk, Zabel: tum & illas arces, quæ nobis oppignoratæ sunt; Goldingen, Hasenpoth, Durben, VVindavv, in summa octuaginta millium. Arcem verò Grobin in quinquaginta millibus Illustrissimo Principi, Domino Alberto, Marchioni Brandeburgensi, in Prussia Duci, itidem oppignoratam, & illas quidem summas Illustritati eius remittimus. Arcem verò Grobin are nostro apud ipsum Illustrissimum dom-

Limites Ducatus.

Nomina Arcium & præfecturarum.

in Prussia Ducem eliberabimus, ac dabimus operam, vt ab ipsa oppignoratione M. D. LXI
g, tempore eliberetur, atq, in possessione Illustritati suæ tradatur. Ad eundem
r arcem Bauske ex possessione & vsufructu Reuerendissimi & Illustrissimi Prin-
mini Archiepiscopi Rigensis eliberabimus, & vt eius possessio ad festum Paschæ
i eius tradatur, curaturi sumus. Ex altera verò parte Duna solam arcem Du-
m Illustritati eius ad tempora vitæ concedimus.

iobis verò, & sereniſſimis ſucceſſoribus noſtris, ratione ſuſceptæ defenſionis, & Trans Duna-
ac etiam nunc adeundorum multorum periculorum & certaminum, quæ nobis na prouincia
ia propemodum iam deſperatis rebus ſumpſimus, totum tractum & omnem re- Regis Polo-
nouinciam vltra Dunam, vigore præſentis contractus cum Illuſtritate eius ini- niæ erit.
mus.

um & ante omnia, arcem & ciuitatem Rigenſem, cum omni quod in ea anti- Rigæ.
nuit iure, dominio & proprietate, meroq, & mixto Imperio, apud Imperatores
btento, de quo nobis Illuſtritas eius condeſcendit, illudq, nobis reſignauit, pro-
hus reſignat, cedit & condeſcendit, & ab homagio quo ciuitas illa Rigenſis Il-
æ tenebatur, abſoluit, abſoluereq, & renunciare coram legato noſtro in ciuita-
em per nos ablegando publicè, tum & patentibus literis ſuis; etiamſi ciuitas illa
ſari velit, aut quo modo reclamet, & ab ipſo homagio liberos facere: nec non
mata, ab Imperatoribus Romanis ſuper ea re obtenta, nobis tradere tenebitur,
t & reliqua omnia, quæ ſequuntur, poteſtati meroq, & mixto dominio noſtro
ſicut iam ex nunc harum literarum vigore permiſit, ac permittit, tanquã ſcili-
itatem, cuius ſalute & conſeruatione ſalus & conſeruatio reliquæ prouinciæ ni-
niſſione verò extremum illi prouinciæ excidium, vicinus autem dominijs noſtris
tiſſimum & indubitatum periculum impendeat. In ea tamen ciuitate Rigenſi &
regrinum aliquem alienigenam & aduentitium ad gerendum magiſtratum &
præficiemus, ſed ex indigenis Germanicæ Liuonicæq, linguæ & nationis. Et alte-
officialem arcis, qui rei militari & præſidijs noſtris; alterum verò, qui rebus
rgrauius præſit, ex Senatorio ciuitatis illius ordine, per illos deligendo, per nos
rmando, ad exemplum ciuitatis Gedanenſis, conſtituemus, qui tam nobis Re-
Magno Ducatui Lithuaniæ ſpeciali iureiurando obſtricti ſint.

ætes verò ciuitates & arces, præſidiatus, præfectura, tractus pro nobis ceſſerũt,
t illæ, quæ adhuc in poteſtate Ordinis permanſerunt, vt ſunt arces Kircholmia,
Duneburg ad ripas Dunæ ſita, Roſiten, Lutzen, Trikaten, Ermis, Helmet. Kar-
ſten cum tota Ieruia, arx & ciuitas noua Parnouia, Sahra, Rugia, Burtneck,
itas VVolmaria, VVendena, VVolfard, Arries, Segevvalt, Schvvien, Lurge-
vv, Lemborch, Poderpeus, Neumole. Dein & illæ, quæ iam in poteſtatem ho-
unt, & armis noſtris recuperandæ nobis ſunt: videlicet Ducatus Eſtoniæ, Epi-
batenſis, quantum in eo ſua Illuſtritas intereſſe habet, cum omnibus illarum
ſallis, curijs, fundis & vniuerſis bonis ad eas ſpectantibus, de quibus omnibus,
is, quæ adhuc ex ordine Teutonico reſtant, nec non conſiliarijs & alijs hone-
Republica Liuonienſi benè meritis, pro iudicio & arbitrio noſtro, ſeruato dele-
aq, in perſonis proportione Geometrica, concedemus prouidebimusq,: Munitio-
interim omnibus in noſtra & ſucceſſorum noſtrorum poteſtate reſeruatis.

Sona tamen Illuſtriſſimi Domini Magiſtri ſecus ſtatuimus, tanquam de ea, quæ Locum te-
ſari fide & obſeruantia ſemper propendit, pro cæteruq, regni noſtri ſe obſer- nens archie-
præbuit. Ideo parem gratiam & benenolentiam noſtram illi referre volen- piſcopatus
exiſtimauimus, cui Locumtenentiæ titulum ac prærogatiuam in arce & ciui- Rigenſis.
concederemus, prout præſentibus concedimus, vt in ea reſideat, ius & iuſti-
lijs officialibus noſtris adminiſtret, quam ad rem certum ſtipendium annuum
ore concedemus aſſignabimusq.

æ inter cætera & hoc inter nos & Illuſtritatem ſuam conuenit, & permuta- Epiſcopatus
patus Curonienſis, pro Soneburga arce, & curijs Leal & Hadzel Illuſtriſſimus Curoniæ.
x Magnus contentetur, quam ad rem noſtram illi recipimus operam, vt cum
nia, Epiſcopatu quoq, Curonienſi Illuſtritas eius potiatur.

M. D. LXI. *Néue etiam limitum indiscussorum cum vicinis Illustritas eius controuersiam aut difficultatem habeat, pro regia nostra authoritate curabimus, vt primo quoque tempore fines ad præscriptum pactorum Poznoliensium & posteriorum Vilnensium regantur, & certi constituantur in tota illa vicinia limites. Interea verò neutra pars alteri damnum inferat, aut litem & difficultatem moueat.*

Medietas Dunæ fluuij. *Cumq; tractus Dunæ sursum atq; deorsum limites inter nos & Illustritatem eius constituat, æquitatis ratio postulat, vt medietate fluuij in piscando & alijs commoditatibus eius Illustritas perpetuò gaudeat, quæq; Insula, siue mediamnes alteri parti vicinieres sunt, apud eandem partem maneant.*

Immunitas à bello. *Et cùm hoc sexennali bello, sua Illustritatis quàm etiam nobilitatis Curoniensis, præcipuè verò eorum districtuum, qui penes nos manebunt, vires exhaustæ sint, relaxatam Illustritatem suam & nobilitatem ab oneribus huius belli, aut saltem vt hoc præstent aut nitantur, qua commodè pro modulo suo possunt, volumus. alio autem tempore eadem fit ratio, qua Illustritatis Domini Ducis Prussiæ.*

Debita. *Néue etiam à Gedanensibus & Rigensibus ob æs alienum contractum sua Illustritas molestetur, Regia nostra intercessione studebimus, vt aut in gratiam nostram sua illustritas pecunia liberetur, aut non prius, quàm commodè solui possit, repetatur. quemadmodum & VVendensibus, VVolmariensibus, Pernouiensibus, ex mera nostra gratia & beneficentia Regia, in soluendis eorum debitis aliquid opis per subministrationem rei frumentaria & alterius generis commeatus adferemus.*

Moneta. *Monetæ etiam cudendæ facultatem illustri Domino Magistro concedimus, ad pondus & valorem Lithuanicæ, & vt eius promiscuus & indifferens vsus sit, tam in Lithuania quàm in Liuonia. Volumus attamen, vt ex vna parte nostra effigies vel insignia Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, in altera Illustritatis eius exprimantur.*

Oppignoratio præfecturarum. *Si quid porrò Illustritati suæ vendendum, impignorandum, permutandumue fuerit, super hoc Illustritati eius libertatem facultatemq; concedimus: ita tamen, vt ad nos & serenissimos successores nostros de eo primo loco referatur, nobisq; optio detur, si talem oppignorationem ipsi acceptare voluerimus: sin minus, tum Illustritati eius liceat, cui velet.*

REVALIA. *Dabimus etiam operam, quando Ducatus Esthoniæ cũ ciuitate Renaliensi, vel transactione aliqua iusta, & nomini nostro honorifica, vel per belli rationes recuperatur, vt Illustritati suæ aqua portio, vel in bonis, vel pecunia concedatur, sumptibus belli, si hoc nomine contra serenissimum Suecia regem insumendi erunt, ante omnia nobis refusis.*

Tormenta item bellica, quæ nobis ad præsens in cessione arcium & ciuitatum relinquuntur, bello confecto, pro ratione quantitatis qualitatisue à nobis restituantur.

Iudæis verò nulla per totam Liuoniam commercia, vectigalia teloniaue vllo vnquam tempore concedemus.

Curabimus etiam, vt interea temporis, dum à Magno Ducatu nostro Lithuania absumus, & negocium subiectionis in Polonia ex parte Regni tractamus, Liuonia necessarijs copijs militaribus, tam ad præsidia castrorum & ciuitatum, quæ id à nobis postulauerint, quibusue id necesse fuerit, quàm ad arcendam subitaneam incursionem hostilem, in futurum euentum instruatur & firmetur.

Iuramenta mutua. *Hæc omnia & singula nos prædicto Principi aliorumq; ordinum ac ciuitatum nuncijs sacrosanctè & religiosè seruaturos, nos iureiurando spopondimus. Ipse autem Princeps pro se & suis subditis, cæterorumq; ordinum, vtpote vniuersæ nobilitatis & ciuitatum nuncij, vicissim fidem suam sacrosanctè præstito solenni iureiurando obstrinxerunt, sicut & præsentibus obstringunt, quod ab hoc tempore & in posterum, in ea fide, voluntate & obsequentia, quam nobis semel detulerunt, constanter permansuri & firmiter perseueraturi sint, tanquam fidelem vasallum & subditos decet imperio & potestati nostræ subiectos. Nos verò pari ratione Principem ipsum benevolentia & fauoribus; subditos verò illius & nostros clementia & benignitate nostra regia prosequuturos, ornaturos & aucturos, nos recipimus, & præsentibus interuentu Iurisiurandi nostri regij recipimus. Harum testimonio literarum, quibus in fidem sigillum nostrum præsentibus est subappensum. Datum Vilnæ XXVIII. Mensis Nouembris, Anno Domini M. D. LXI. Regni verò nostri XXXII.*

Nobili-

Nobilitatis Liuoniæ Priuilegium, quod hoc loco ſequebatur, in Appendi- M. D. LXL
em Chronico annexam tranſpoſui, ne nimis prolixa hoc loco alienorum ſcripto-
m congeries, cæterarum narrationum ſeriem, longius interpolaret.

ARCHIEPISCOPÆ etiam Rigenſis Collegio; Conſiliarijs & Nobilitati; Polo-
æ Rex, præſentem Magiſtratum, eoq; mortuo, liberam electionem, & indigenis
dignitates eccleſiaſticas & præfecturas, præ alijs aditum, & omnia priuilegia, im-
nitates, conſuetudines, arces, prædia, vt antiquitus ea tenere ſoliti ſunt, ſe reli-
rum eſſe; Derbatenſi etiam Epiſcopo, Canonicis & nobilibus, ſi prouincia il-
vi vel amicè recuperata fuerit, reſtitutionem in priſtinas dignitates & bona pol-
tur. Hæc magnifica promiſſa, non literis ſolùm & ſigillis, verùm etiam iureiu-
do, cuius verba ad ſcribam, à Rege Sigiſmundo, VVilelmo Archiepiſcopo, Got-
lo Liuoniæ magiſtro, & ordinis legatis confirmata ſunt. quæ Regia fide perpe-
ſeruatum iri Magiſtratus & ordines Liuoniæ non dubitabant. Chriſtophorus
Dux Megapolitanus, Archiepiſcopi coadiutor, aliquot ante finitam hanc tranſ-
nem menſibus, cùm primùm ſubiectonem Poloniæ Regi faciendam, ab Archie-
ppo & ordinis Magiſtro decretam eſſe cognouiſſet; alium præter Imperatorem 15. Iulij.
anum agnoſcere ſummum Magiſtratum recuſauit, & conſcenſa naue, in Ger-
am profectus eſt. Vbi cùm nullam ab Imperatore miſeræ Liuoniæ auxilij
reliquam eſſe perſpexiſſet, alia deinde conſilia ſuſcepit, quæ ſuo poſtea loco
tabimus.

IVRAMENTVM. EGO SIGISMVNDus Auguſtus, Dei gratia, Rex Poloniæ, ma-
Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Mazouiæ, Samogitiæ, Liuoniæque Dominus
es, iuro, ſpondeo, & promitto ad hæc ſancta Dei Euangelia, quòd omnia iu-
ertates, priuilegia, immunitates prouinciæ Liuoniæ, Eccleſiaſticas & ſecula-
cleſijs quoque & ſpirituali eorum ſtatui, Archiepiſcopo, Epiſcopis, Princi-
Magiſtris, capitulis, commendatoribus, aduocatis, nobilibus, vaſallis, ciui-
colis & quibuſlibet perſonis, cuiuſcunq; ſtatus ac conditionis exiſtentibus,
peratores Romanos, & alios quoſcunque reges, Duces, Principes, ordinis
iici magiſtros, & alios legitimos magiſtratus illi prouinciæ & ſtatibus con-
nanu tenebo, ſeruabo, cuſtodiam & attendam in omnibus conditionibus at-
ctis. Omnia illicitè ab eadem prouincia alienata, aut per hos belli tumul-
ſchorum auulſa, pro poſſe meo & coniunctarum prouinciarum mearum ad
tatem eiuſdem prouinciæ armis ſiue pactionibus recuperabo, aggregabo.
os eiuſdem prouinciæ non minuam, ſed pro poſſe meo diminuta & in ho-
teſtatem redacta recuperabo, defendam & dilatabo. Sic me Deus adiu-
æc ſancta Dei Euangelia.

IRAMENTUM ordinum Liuoniæ SIGISMVNDO AVGVSTO, Vilnæ, per le-
æſtitum. Nos Commendatores, Aduocati, Nobiles, vaſalli, ciues, ciuita-
conſules, conſules, noſtro & reliquorum noſtrorum amandatorum nomi-
ittimus & iuramus, Quod ex nunc & deinceps fideles & obedientes erimus
mo Principi & Domino, Domino Sigiſmundo Auguſto, Dei gratia, Regi
, &c. pleno titulo, &c. Domino & hæredi, eiuſq; ſucceſſoribus Regibus, ac
loniæ, magnis Ducibus, & magno Ducatui Lithuaniæ; ſuæ Sacræ Maie-
æ regno ac ducatibus aſſiſtemus, nec non eius ſucceſſoribus, contra quoſ-
icos, quibus cum nullos tractatus, nulla fœdera, inducias aut contractus
ſine ſuæ Maieſtatis Regiæ conſenſu & approbatione; Sed nos in omni-
s, obſeruantes & obſequentes omni loco & tempore præſtabimus, conſi-
erius generis mandata nobis credita, ad ſuæ Sacræ Regiæ Maieſtatis da-
n reuelabimus, ſed fideliter exequemur: omnemq; machinationem, quam
ſuboleuerimus, in præiudicium Regiæ Maieſtatis & Ducalis dignitatis
us, præcauebimus, & pro poſſe noſtro ſumma fide impediemus. Sic nos
uet, & ſacro ſanctæ Euangelicæ veritatis profeſſio, nec non crux, ſuppli-
iors Domini noſtri IESV CHRISTI.

ISTRI LIVONIÆ. Ego N. iuro, quod ab hac hora & deinceps fidelis ero

M. D. LXI. & obediens Sereniſſimo Principi, pleno titulo, &c. Domino & hæredi, profectum illius fideliter procurabo, in negocijs Regijs & Ducalibus fideliter conſulam, & ſecreta, quæ mihi qualitercunque concredita & communicata fuerint; in eorum detrimentum nemini pandam. Sic me Deus adiuuet.

M.D.LXII. Cùm igitur de ſubiectionis Liuoniæ, regi Poloniæ faciendæ, conditionibus, inter Liuoniæ ordines & Sigiſmundum regem Vilnæ ita tranſactum eſſet: vt executioni illæ darentur; die quinto Martij, in arce Rigenſi, magiſter ordinis Gothardus, coram Poloniæ regis commiſſario & Locumtenente Nicolao Radzeuilo, Palatino Vilnenſe, ordinem ſuum reſignans, primùm crucem, deinde ſigillum, poſtea literas & diplomata omnia, quæ ordo à Cæſaribus & pontificibus acceperat: præterea claues arcis Rigenſis, & portæ ciuitatis, officium commendatoris, ius cudendæ monetæ, vectigal piſcium, & omnia alia ſua & ordinis ſui iura, Poloniæ regi cedit ac tradit. Quod finiti iam ordinis militiæ Teutonicæ, anno poſtquam cœpiſſet trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo, in Liuonia, ſpectaculum triſte, non ſine lachrymis multi intuebantur. Statim autem facta reſignatione, GOTHARDVS, à Palatino Radzeuilo, nomine regiæ Maieſtatis, DVX CVRLANDIÆ & SEMIGALLIÆ publicè proclamatus eſt, cui eueſtigio Nobilitas Curlandica & Semigallica, velut hæreditario Domino ſuo, iuramentum ſolenne præſtitit. Poſtridie verò, Dux Curlandiæ, ab eodem Palatino, Regis Poloniæ Legato, ſummus Regiæ Maieſtatis Locumtenens & GVBERNATOR Liuoniæ, in curia Rigenſi publicè renunciatus, & claues arcis, & portæ ciuitatis, ipſi redditæ ſunt. Dum autem vetus hic militum ordo in Liuonia aboletur, nouum equitum Stephanitarum ordinem, Cosmus Florentiæ dux ad exemplum militiæ Melitenſis, eodem anno inſtituit, quibus in Tuſci maris inſula (quæ Ebuſa olim dicta eſt) ſedem attribuit. Dumq; in ea, vrbs noua Coſmopolis conditur, Piſis equites habitant, quorum magiſter ſummus dux Florentiæ eſt. Stephanitæ verò, non à protomartyre, ſed à Pontifice quodam Stephano, Florentiæ ciuitatis patrono, in diuorum numerum relato, appellantur.

6. Martij.

In Liuonia verò, eodem anno, Erici Sueciæ regis, Reualiæ Gubernator, PAVLVS OXIVIAM oppidum maritimum, & portu commodo ornatum, quod Poloniæ regi ab ordinis magiſtro traditum erat, deditione occupat. VVittenſteinum Ieruiæ prouinciæ arcem præcipuam, vi aliquandiu oppugnatam, fame tandem expugnat. cum ſuperiori autumno, Padiſam quoque monaſterium, ſex milliaribus à Reualia diſſitum, & Magno Holſatiæ duci attributum, poſſediſſet. Quibus violentis graſſationibus in Liuonia, potentiſſimos aduerſus ſe hoſtes, Sigiſmundum Poloniæ & Fridericum Daniæ reges, magis etiam irritauit. Chriſtophorus etiam Dux Megapolitanus, quem ſuperiori anno recuſantem Poloniæ regi, deſerto Imperatore, obedire, in Germaniam profectum diximus: cùm nihil ab imperio ſpei certæ labentibus Liuoniæ rebus affulgeret: noua conſilia cum Erico Sueciæ rege, Reualiam & alia Liuoniæ oppida iam tenente: prima ſpecie læta, tractatu dura, euentu triſtia, ſuſcepit. Ad hunc Stockholmiam profectus, & de coniugio minimæ natu ſororis Erici, Eliſabethæ, quam poſt octodecim annos demum duxit, cum eo tranſegit, & archidiœceſin Rigenſem ſe Erici auſpicijs & auxilijs occupare & poſſidere velle oſtendit. Exeunte igitur anno, Stockholmia in Liuoniam traijciens, ferias Chriſti Genethliacas Reualiæ celebrauit.

In hoc Balthico littore, Hamburgenſes in Albi excubitores, ſuperiore anno Friſicam nauim, in littore Ditmarſiæ ancoris firmatam & frumento Ditmarſico onuſtam, religatis ancoris ſurſum Hamburgam verſus curſum tenere, eoq; in loco frumentum in Ditmarſia emptum diſtrahere coëgerant. Qua de re cùm Hamburgenſes rex per literas moneret, atq; illi, eodem modo, vt apud patrem Chriſtianum poſſeſſionem ſuam vel quaſi, & dominium ac Iuriſdictionem in Albi, & præſcriptionem longiſſimi temporis allegarent, & iuris ordinariæ cognitioni ſe offerrent: Rex Fridericus, eodem iure, quo Hamburgenſes vterentur, ſe quoq; vſurum, & violentam abductionem nauium ex ſuæ Maieſtatis littore Dietmarſico, viciſſim vi detentis Hamburgenſium nauibus in ſuis portubus, depulſurum eſſe oſtendit, & paulò poſt,

poſt, cum nouæ offenſiones, ob clandeſtinò contra regis interdictum, euectam ex M.D.LXII.
Iſlandia ſulphuris copiam, & aliæ, accederent: naues Hamburgenſium aliquot, in Helleſponto Danico & cæteris regnorum ſuorum portubus detinet, & commercia ijs omnia in ſuis regnis prohibet. Tandem verò ad electorum & principum aliquot interceſſiones, controuerſiam Hafniæ hoc anno tractari & tranſigi hac ratione permittit, vt Hamburgenſes decem millium loachimicorum multam pro illata iniuria regi pendant. 4. Maij. Controuerſia verò de iure reſtringendi ſeu impediendi euectionem fumenti in Albi, quia ad duces Holſatiæ etiam pertineret, ad aliam tractationem amicam in Holſatia reijcitur. vbi ſi amicè non componetur, vtraq; pars in arbitros electos, electores vel principes vel ciuitates aut Iudicium cameræ compromittet, per quos intra biennium cauſa decidetur. Interea Rex Daniæ nullas Hamburgenſium naues, in ſuis regnis, pendente lite detinebit, ſaluo tamen vtriuſq; partis iure in Albi & libertate illibata. Hamburgenſes viciſſim ſulfur ex Iſlandia nullum euehent, & ſubditos regios, de dilata iuſtitia & alijs iniurijs querentes, ante tractationem in Holſatia inſtituendam, legitimè placabunt, vel cauſas cur gratificari nequeant, in iure fundatas, Regi & cæteris ducibus Holſatiæ exponant. poſtremò Hamburgenſes vniuerſi & ſinguli, erga regem & cæteros Holſatiæ duces principes ſuos, ità ſe gerent, ne ſimiliter vt antea cauſam inclementiæ Regi præbeant. Quæ omnia ſe ſeruaturos, pro ſe & ſucceſſoribus Hamburgenſes promittunt. Rex viciſſim indignationem eo tempore remittit. & naues, merces ac homines areſto detentos reſtituit. Mox ſecutum eſt Daniæ regis cum Erico Sueco bellum. cui implicatis Danis toto decennio nulla de his rebus actio eſt inſtituta.

Ab Erico autem nouo Sueciæ rege, Lubecenſibus & fœderatis ciuitatibus, confirmationem ſuorum in regno Sueciæ veterum priuilegiorum expectantibus, tandem Forma Confirmationis miſſa eſt. Quam nimium pleonecticam, ad Suecorum regni & regis vtilitates & commoda, cum ciuitatum detrimento augenda & ampli ficanda, ſolummodo directam, Hanſæ ſocietati prorſus præiudicialem & incommodam eſſe, Lubecenſes iudicabant: quòd priuilegia, legibus & ſtatutis regni, quæ quotidiè condi priuilegijs derogantia poſſent, ſubiecta eſſe, ac vt gratia ſpeciali conceſſa (cùm pro ampliſſimis meritis in compenſationem data, vim contractus non reuocandi adepta eſſent) haberi vellet. Deinde paucas tantùm ciuitates priuilegiorum in Suecia participes futuras, expreſſe nominari: cùm quotieſcunque vellent ex ſocietate Hanſica adſciſcere Lubecenſes, vigore contractus cum rege Goſtauo initi, poſſent. Poſtea ſi controuerſiæ de priuilegijs inter ciuitates & regem aut regnum ipſum, exiſtant: nullam componendæ rei iuxta veteres receſſus rationem monſtrari; verum ad lites cum ſubditis regijs exortas, ſolummodo reſtringi. Inprimis verò, mutuæ obligationis ſibi à rege propoſitæ articulos, vt Domum regi propriam in ſingulis vrbibus concedant: & militem contra quoſcunque colligendi poteſtatem tribuant, & pecuniam regi quando & quantam velit, mutuò dent: & merces belli tempore vſui futuras, quocunque tempore in regnum importent: ac Suecis mercatoribus eandem commerciorum libertatem, quam Hanſici in Suecia ſuo ſumptu & ſanguine pro regibus profuſo ſibi peperiſſent, in ſuis vrbibus permittant, & Ruſſicam negociationem Neruæ prorſus intermittant: planè ſibi intolerabiles eſſe, nec vlla ratione à ſe excuſari poſſe. Quare communicato cum cæteris Hanſæ ciuitatibus conſilio, datis ad Ericum literis, nouos hoſce articulos, quorum nulla vnquam inter reges Sueciæ & ciuitates, in prioribus literarum monumentis aut conuentionibus mentio facta ſit, omitti: & vetera priuilegia, quæ non à rege Goſtauo peculiariter impetrauerint, ſed ab anteceſſoribus accepta tranquillè paulò ante poſſederint, confirmari orant. His ad regem Ericum perlatis, cum nihil ille reſponderet, ac nihilominus naues Lubecenſium, Neruâ redeuntes, hoſtiliter captas, Reualiam & Stockholmiam duci, ac merces omnes in fiſcum redigi curaſſet: ad Cæſarem quoque Ferdinandum & Electores, ex comitijs Francofortenſibus ad Mœnum, per literas pro Lubecenſibus intercedentes; prolixè expoſitis cauſis & prætextibus ſpecioſis, factum ſuum defende-

M. D. LXII. fenderet: & nulla in re gratificari, aut cedere Lubecenſibus decreuiſſet: cauſam Lubecenſibus, de alijs rationibus priuilegia & Iura ſua defendendi, & Daniæ regi bellum Sueco poſtea inferenti fœdere ſe coniungendi, præbuerunt. Quod ſequenti mox anno geri cœpit.

Venerant eodem ferè tempore in Daniam ERICI Suecorum regis legati, quorum princeps STENO Erici regis auunculus erat, qui pacem, amicitiam & fœdera, inter vtriuſq; regis parentes inita, toto regum horum vitæ tempore duratura renouarunt. Hos vix digreſſos, magni Moſchouiæ tyranni IOANNIS legatio ducentorum hominum: deinde etiam Poloniæ regis nuncij, coniunctionem & fœdus aduerſus Ericum Sueciæ regem petentes, ſecuti ſunt. Rex tum ex cœnobio veteri ducatus Lunæburgenſis, propè Vlyſſeam, vbi cum Auguſto Saxone affine ſuo, ad comitia electorum Francofordiæ indicta properante, collocutus erat, in Daniam redierat. Sequenti hyeme, Steno Erici & Gabriel Chriſtiani, ab Erico rege Sueciæ in Haſſiam, vt negocium de coniugio filiæ Landgrauij, Erico regi in matrimonium dandæ, antea inchoatum, conficerent, ablegati; Hafniam, non petito antea ſaluo conductu, tranſire cogitabant. Quos egredi vrbe volentes, & à cuſtodibus in porta prohibitos, cùm indignantes verbis liberioribus in quoſdam inueherentur: à Cancellario regis tum abſentis, Ioanne Friſio, iuſſi ſunt in hoſpitia ſua reduci, & arreſto detineri. Id indigniſſimè Ericus tulit, & animis vtrinq; magis exacerbatis ad arma iam omnia ſpectabant. Ioannes interea, Finlandiæ dux, Sueciæ regis frater, ducta Vilnæ Catharina, Sigiſmundi Poloniæ regis ſorore, per Liuoniam menſe Nouembri profectus, ex vrbe Reualia in Finnoniam redijt. Cùm autem illis ipſis nuptiarum diebus, Poloniæ rex, fœdus cum Dano, aduerſus Ericum, Ioannis fratrem inijſſet: & centum viginti millia Ioachimicorum mutuò à Ioanne ſororio accepiſſet: pro quibus arces & præfecturas Liuoniæ aliquot pignoris loco ipſi tradiderat: Ericus poſtea, moto bello, fratrem conſcium aut etiam ſocium fœderis aduerſus ſe initi fuiſſe ſuſpicans, cùm quidem pecuniam tantam Polono hoſti ſuo dediſſe ſciret, primum belli impetum in eum conuertit: vt ſequenti anno annotabimus.

1560. In Belgico, Antonius Perenottus Atrebatenſis epiſcopus, Cardinalis recens factus, ſummam conſiliorum Gubernationis autoritatem, abſente in Hiſpania rege, apud Parmenſem vicariam tenens, cùm ardenti zelo Pontificiæ religionis vnius & ſolius in Belgico retinendæ, regem ardere, idque in mandatis abeuntem *dediſſe* ſciret; plurimos autem paſſim in ampliſſimis Belgici prouincijs ab eccleſia Romana alienari, & nouis reformationibus ſtudere videret; exequi tandem Decretum de pluribus Epiſcopis in ampliſſimè patentibus Belgici diœceſibus, Vltraiectina, Leodienſi, Cameracenſi, inſtituendis (quibus animarum cura & inquiſitio pluribus in locis commendaretur) cœpit. Id enim præſente adhuc in Belgico rege ſancitum erat: & Hierarchia eccleſiarum totius Germaniæ inferioris noua, per Franciſcum Sonnium, Theologum Louanienſem, Romam, à Pontifice Paulo IIII. confirmanda fuerat miſſa. Qua facile (tametſi proprijs legatis metropolitani, Colonienſis, Leodienſis & Monaſterienſis ad Pontificem amandatis reclamarent) impetrata, tres archiepiſcopas, Mechliniæ, Cameraci, & Vltraiecti, in Belgico inſtituit. ac Mechlinienſi, cuius Cardinalis ipſe Archiepiſcopus & Belgiæ primas futurus erat; Antvverpiæ, Gandaui, Brugarum, Hypræ, Ruræmondæ & Buſciducis epiſcopos ſubiecit. Cameracenſi, Gallicæ linguæ diœceſes, Atrebatenſem, Tornacenſem, Fani S. Audomari, Namurcenſem parere voluit. Vltraiectino autem, Dauentrienſem pro Tranſiſulana & bona Geldriæ parte, Harlemenſem in Hollandia, Mittelburgenſem in Zelandia, Levvardienſem in Friſia occidentali, Groningenſem pro vicino agro & Duentia, adiunxit. Horum ſingulis, tria millia Ducatorum ex vicinis opulentioribus Abbatijs & collegiorum præpoſituris & archidiaconorum reditibus vnitis attribuit. Huius Hierarchiæ confirmationem, à Pontifice, epiſcopus Cluſinus; & Sonnius, Regi ad iter Hiſpanicum iam accincto retulerunt. qui diſcedens, Atrebatenſi curam, de nouorum epiſcopatuum limitibus & dote quàm primum conſtituenda, commendat. Sed re dilata ob Pontificis

Menſe Sept. 1559.

Pauli

Pauli IIII. mortem, cùm noua mandata legatum Pontificium à ſucceſſore Pio IIII. habere oporteret, & alijs interuenientibus remoris, hoc anno ineunte demum, frementibus ac indignantibus pleriſq; proceribus, prælatis & populo, epiſcopos nouos introducit: Franciſcum Sonnium, Buſcoduci; quem Albanus poſtea Antuerpiam tranſtulit. VVilelmum Damaſi Lindanum, Ruræmundæ: Martinum Rithouium, Ipris in Flandria: Petrum Curtium, Brugis: Cornelium Ianſenium, Gandaui: Vltraiecti, Fridericum Schenck à Tautenberg, Georgij filium: Harlemi, Nicolaum à noua terra: Mittelburgi, Nicolaum à Caſtro: Dauentriæ, Ægidium à monte Franciſcanum; Leovvardiæ, Cunetum Petri: Groningæ, Ioannem Cnifium, &c. quibus omnibus Mechliniæ archiepiſcopus Antonius Perenottus Cardinalis præpoſitus erat. Cùm autem Priuilegia prouinciarum multipliciter ea conſtitutione lædi ordines iudicarent, ac prælati inprimis, Abbatias aliquot, & alios reditus, contra fundamentorum voluntatem, priſtinis poſſeſſoribus ademptos, epiſcopis nouis attributos eſſe, apud ordines prouinciarum quererentur, clamantes, ſe tertium Belgici membrum eſſe, quod ſine duorum aliorum iniuria reuelli non poſſit, quorum & fœdus allegabant, ne id paterentur, & reciprocum principis iuramentum vrgebant: ad quorum querelas, nouæ leges, de inquiſitione, in Religionis nomine ſuſpectos, & pœnis Hæreticorum atrociſſimis, accedebant: Tandem legatos in Hiſpaniam omnes ordines & prælati cum ciuitatibus ad regem deprecatum miſerunt. M.D.LXII.

Quo tempore Gallia ciuili bello, religionis cauſa moto, inter factionem Pontificiam, duce Franciſco Guiſio, Claudij Lotharingiæ & Guiſiæ principis filio; & reformatæ Religionis duce Ludoico Condeo, Caroli Burbonij, Vendomæ ducis filio, & Antonij regis Nauarræ fratre, ardebat: qui tandem, ad Druidum vrbem, in Normandia, anno exeunte, æquo ferè Marte conflixerunt. in quo prælio Comes-ſtabilis primùm à Condeis captus, & marſcalcus S. Andreæ occiſus: deinde Condeus ipſe, collapſo equo, in Guiſianorum poteſtatem venit. Cæſi vtrinq; circiter nouies mille. Franciſcus Guiſius pugnæ locum velut victor obtinuit, & rectâ ad Aurelias, quò reliquias exercitus Condeani cum Amyrali conceſſiſſe didicerat, obſidendas contendit. in qua obſidione, à transfuga quodam Ioanne Poltrotto Merco nobili, inter familiares recepto, tribus ſclopetti glandibus à tergo vulneratus, 24. Febr. obijt. Poſt cuius mortem, Regina, pacem cum Condeo, abſente in Normannia Amyralio præcipitauit, & Edictum Pacificatorium, quo nobilibus pro ſe & familia, in ſuis ædibus; reliquo populo, in ſingulis prouincijs ad vnius tantum ciuitatis ſuburbium; reformatæ religionis exercitium liberum conceditur, ſanciuit. atque ita primo illi bello ciuili, religionis ergò in Gallia ſuſcepto, de quo integræ hiſtoriæ paſſim extant, finis impoſitus eſt. Academia Duaci ijſdem cum Louanio legibus à Philippo Belgici principe inſtituta eſt. 19. Decemb. 28. Februar. 19. Martij.

MAXIMILIANVS, Ferdinandi Imperatoris filius, Boëmiæ rex, Pragæ; & Romanorum rex Francofurti ad Mœnum: & anno nondum vertente, Vngariæ rex Poſonij, CORONATVS eſt. In Comitijs electionis Maximiliani, FRANCOFORDIÆ ad Mœnum, Cæſari Ferdinando, Electores ac Principes, alijque Confeſſionis Auguſtanæ ſtatus, integram ſententiæ ac voluntatis ſuæ declarationem, de concilio, in Naoburgenſi conuentu promiſſam, ſcripto comprehenſam exhibuerunt. in quo cauſas exponunt, cur ad impium concilium, à Pontifice Pio IIII. indictum, non accedant: addita ſimul commemoratione, quæ eius concilij, aliorumq; omnium pontificiorum decretorum, & continuationis ratio ſit: Quibuſq; conditionibus, ijdem ſtatus Auguſtanæ confeſſionis in comitijs Imperialibus, alijſq; conuentibus, ad concilium generale, pium, liberum, legitimum & œcumenicum in Germania prouocarint atque nunc prouocent. Erat autem Concilium Tridenti continuandum die 18. Ianuarij apertum, & proxima ſeſſione, ſaluus conductus Germanis in amplißima forma tributus. De dogmatibus primùm decreta edere Patres menſe Iulio cœperunt, de communione ſub vtraq; ſpecie, & paruulorum. & Septembri proximo, de vero & propiciatorio Miſſæ pro viuis & mortuis ſacrificio. Sequenti anno, de ſacramento ordinis: de ſacramento Coniugij, ſponſalibus, diuortijs: & tandem die 20. Septemb. 30. Nouemb. 8. Septemb. 25. Febr. 16. Iulij. 7. Septemb. 15. Iulij. 11. Nouemb.

M.D.LXII dem die 3. & 4. Decemb. de Purgatorio, de Inuocatione sanctorum, de Imagin
bus, de Indulgentijs, Delectu ciborum, ieiunijs, Diebus festis, Catechismo, Mi
sali & Breuiario: breuibus decretis, paucisq; verbis, immensum teterrimarum s
perstitionum & Idolatricorum abusuum pelagus concluserunt, anno 1563. exeunt
Ioanni Gebhardo Mansfeldico comiti, Colonienſi archiepiscopo, aqua intercu
extincto, Fridericus comes à VVeda absens Francofordiæ in electione Maximili
1. Nouem. ni, substitutus est. Fridericus VVilelmus Saxoniæ dux, Ioannis VVilelmi filiu
Vinariæ; & Iohannes VVilhelmus Dux Iuliacensis, VVilelmi filius, V. Calen
Iunij nascuntur.

M.D.LXIII. In Liuonia, VVilelmus archiepiscopus Rigensis prostremus, marchio Brand
burgicus, senex, fato concessit, cùm 33. annos diœcesi, partim cum antecessore s
4. Februar. Thoma, partim solus præfuisset. Redijt autem paucis ante diebus in diœcesin Chr
stophorus dux Megapolitanus, coadiutor illius, aliquot turmis equitum & pedit
Succicorum comitatus, qui archiepiscopum decumbentem non inuisit. sed post
lius decessum statim gubernationem diœcesis inuasit, nec tamen vllam subiectio
& obedientiæ Polonorum regi præstandæ significationem præbuit. Cùm autem
apertum inter reges Poloniæ & Sueciæ bellum gereretur: & Christophorus Ern
Sueciæ regis, Polonorum hostis, patrocinio & auxilijs palàm nitens, occupare diœ-
cesin conaretur: à Gubernatore in Liuonia regis Polonici, Gothardo, Curlandiæ
duce, & militum Polonicorum præfecto Ernesto VVeigero, in arce Dalem captus
& in Poloniam missus, totos quinq; annos in custodia detentus est. Archidiœce
sis verò Rigensis Gubernationem, rex Sigismundus, vicario in Liuonia suo, Cur-
landiæ Duci, tantisper, donec ab ordinibus diœcesis nouus Archiepiscopus eligi
commodè posset, administrandam commendauit: quæ tamen post triennium, pe-
1566. tentibus archidiœcesis ordinibus, Ioanni Kotkevvicio Lithuano commissa est. I
Archiepiscopam in Ducatum TransDunanum conuertit, & nobilibus Canonici
prædia Ecclesiastica, tanquam feuda ad hæredes transeuntia attribuit, nouosq; ca
stellanos, & alios, ad Reipublicæ Lithuanicæ formam magistratus creauit, atq; ita
1577. Rempublicam gessit, vt decennio post, omnes illæ TransDunanæ regiones in fœ-
dissimi tyranni Moschici barathrum conijcerentur. Sueci interea Habsel oppidum,
vbi Osilienſis episcopi Templum cathedrale est, totamq; viciniam occupant, & di-
7. August. ripiunt; Lealam recipiunt. Lodæ verò obsidionem, metu Polonici exercitus, qui
aduentare dicebatur, deserunt, quam tamen sequenti anno ceperunt. Moschi hoc
anno in Liuonia quieti fuerunt. Verùm in Lithuania amplissimum oppidum &
arcem Polotiam, ad Dunæ & Polotæ confluentes sitam, vi expugnarunt,
die 15. Februarij. Sigismundo comitia ordinum regni
Petricouiæ interea celebrante.

FINIS LIBRI VICESIMI.

LIBER
VIGESIMUS
PRIMUS.

Illustrissimo principi & Domino, Dn.

VLRICO,

FRIDERICI II. DANIÆ REGIS CHRISTIANI III. & Sophiæ Principis

REGIO NORTICIÆ, DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET DITMARSIÆ, COMITI OLDENBURGI ET DELMENHORSTII, &c. Principi dominoque suo clementissimo hoc tempore Rectori,

BELLI QUOD LAVDATISS. ADVERSVS PERFIDIOSVS PATRIÆ ADVERSVS Sueonagothi, regnique Quinquennio, & eiusdem vindex successu felicissimo

Optimarum rerum

Daniel Chytræus.

M. D. LXIII. FRIDERICVS Daniæ rex, bellum aduersus Ericum Sueciæ regem palam gesturus, tribunis militum & ducibus à se conductis, Gunthero comiti à Svvartzburg, Georgio ab Holle, Hilmero à Munchausen, Danieli Ranzouio, Hilmero à Queren, Ioanni à VVisch, Iosuæ Qualen & cæteris mandat, vt equitum & peditum copias ad diem præscriptum colligant. Classem quatuor nauium, Herculem, Hectorem, Ceruum, & Achillem, Iacobo Brokenhusio præfecto, ad maris custodiam Bornholmam ablegat, quæ ex vrbibus maritimis & alijs gentibus nauigaturos in Sueciam prohiberet. Lvbecenses etiam legati, Segebergam, & postea Hafniam, ad regem profecti, & communi aduersus Suecum fœdere inito, nauale bellum, coniunctis cum Danica classe viribus, gerendum suscipiunt. Ericus Dux Brunsuicensis, coactis equitum & peditum copijs, exercitum suum Friderico Daniæ regi defert. Etsi autem vocatu regis Hafniam venit: tamen opera eius deinceps rex non vsus est. Ericus igitur pecunia indigens, in agrum Monasterienſem primùm deflectit, & occupato astu VVarendorpio, cætera diœcesis loca peruagatus, triginta duo millia aureorum episcopo Bernhardo & Diœcesi extorquet. causam prætexens, quod Monasterienses ante decennium, Erico, aduersus Philippum ducem Brunsuicensem auxilia, per legatos, in quibus præsens episcopus fuisset, promisissent, sed non præstitissent, nec damna, quibus causam hac desertione præbuissent, præstarent. Inde Iunio exeunte discedens, paulò post Albim ad Beyceburgum ex improuiso traijcit, & sine incolarum damno se iter cum copijs facturum, principibus vicinis scribens (ipse fortassis quò tenderet ignarus) per diœceses Hauelbergensis & Marchiæ fines, in Pomeraniam contendit, & in Borussiam vsque Dantiscum progressus, cùm à sororio Alberto Borussiæ duce, qui cum Sueco militaturum suspicabatur, transitu prohiberetur: per Pomeraniam redijt, vbi à vicinis principibus Marchicis, Megapolitanis, & alijs, equitatu mediocri coacto, cùm ad Prenslauiam veniſſet, ab exercitu suo discessit. Cumque duces etiam & capitanei noctu aufugissent, copiæ dissipatæ sunt. Sed hæc postea primùm acciderunt.

Mense Maio, Ericus Sueciæ rex, classem armatam nouendecim nauium, præfecto Iacobo Baggio, in portum Rostochiensem ad VVarni ostium mittit, vt Philippi Landgrauij Hassiæ filiam, Christinam, de cuius matrimonio per legatos superiore anno tractatum erat, exceptam, ad regem in Sueciam traducerent. Verùm increbescente in tota Germania belli à Daniæ rege Suecis inferendi fama, cùm quidem peditum & equitum copiæ passim pro Dano palàm colligerentur: Landgrauius non filiam, sed nuncios ad littus Balthicum miserat, vt de regis voluntate, quem apparatu belli occupatum, nuptias in tempora tranquilliora dilaturum rebatur, penitus cognosceret. Et dubitationem Hesso mouebat, quod rex Sueciæ filiam ad se in regnum mitti vrgeret, vbi de fœdere & alijs rebus cum Hessi consiliarijs acturus esset, de quibus si conuenisset, nuptias se statim facturum esse ostenderat. Ea enim conditione adiecta, filiam mittendam esse non censebat.

Classis Suecica, ipsa die Pentecostes, quæ Calendæ Iunij eo anno erant, propè Bornholmiam in Danicos excubitores incidens, nauem prætoriam cum Amyralio Iacobo Brokenhusio, & duabus alijs, & in his multa tormenta bellica, præterea milites classiarios amplius nongentis cepit. In portum Rostochiensem die 3. Iunij appulit: Qua ipsa die, in Academia Rostochiensi, quæ iam annis ferè centum & quinquaginta, à prima fundatione, in solius vrbis senatus potestate fuerat, post diuturnas aliquot annorum tractationes, ex Illustrissimorum principum Megapolitanorum & senatus vrbis professoribus, vnum Academiæ corpus factum, & Rector illius primus, Dauid Chytræus, consentientibus noui senatus Academiæ suffragijs electus, & quatriduo post publicè renunciatus est. Sueci, quatuordecim ferè dies in statione ad VVarnum commorabantur, nec cuiquam ex Danis, qui plurimi illo nondinarum Rostochiensium tempore, per eorum classem, longa serie, & interualis mediocribus à se mutuo nauibus disiunctis nauigabant, molestiam aut damnum vlla

minima inferebant. Nihil enim aliud ſibi conſtare aiebant, quàm pa- M. D. LXIII.
itiam ſuo regi cum Dano intercedere, & ſe ad ſponſam Regi ſuo addu-
n ad bellum veniſſe, nec ſe aggreſſuros ad Bornholmiam naues Danicas
rimùm ab illis irritati, & aliquot tormentorum ictibus pacificè præter-
liter petiti fuiſſent. Cùm autem reuerſis ex Haſſia pegaſarijs curſoribus,
aduentus ſui die eò ablegarant: Landgrauio, metu inſtantis belli, rem
videri, cognouiſſent: ſublatis ancoris in Sueciam reuerſi, pro ſponſa,
im, de ingenti equitum & peditum exercitu, terreſtri & maritimo, qui à
, & Lubecenſibus, eorumq; ſocijs, aduerſus eum in Germania colligere-
o retulerunt. Cui Fridericus Daniæ rex, collectis VVarburgi in Scania
atuor millibus equitum, & viginti quatuor millibus peditum, & claſſe
ta quatuor nauium, in quibus tredecim Lubecenſium erant, & ſedecim
litum claſſiariorum, & totidem ferè nautarum vehebantur, ſummo præ-
Sehram, apparata; Bellum literis per fecialem miſſis indixit. ac die 4.
Varburgo cum exercitu mouens, Elsburgum arcem & portum regni Suc- Longit. 32.
xtremos Halandiæ & Norvvegiæ limites, per quem vnicum & ſolum ex Latit. 59.
iæ in Oceanum occidentalem exitus patebat, obſidione cingit, & à ruſti-
præſidio erant, exeunte Septembri, deditum, Georgio Ranzouio, adiun-
uor peditum cohortibus, tuendum commendat. reliquas copias partim
artim in hyberna, de conſilio ducum, qui ſatis hoc anno actum putabant,
nterea electore Saxoniæ & Landgrauio Haſſiæ intercedentibus, Roſto-
ntus legatorum pacis tractandæ cauſa ad diem Bartholomæi indictus eſt.
nultas hebdomadas fruſtra Suecos expectaſſent, quibus ſaluum commea-
æ claſſis Amyralius concedere eo modo, quem Sueci expetebant, recu-
dem, actione ne quidem inchoata, diſceſſerunt.

æ rex, denunciato ſibi, non à Danis ſolùm & Lubecenſibus bello, ſed et-
oniæ rege, à quo Ioannes Finlandiæ dux, Erici frater, ducta Poloniæ re-
, & centum viginti millibus Ioachimicis inſuper regi mutuò datis, recens
ſuſpicans fratrem conſcium aut etiam confœderatum eſſe regi affini & cæ-
ibus regni Sueciæ, quòd nihil de eorum fœdere & machinationibus aduer-
unem patriam hoſtilibus, ſignificaſſet; primum belli impetum in fratrem
, eumq; in oppido Finlandiæ Abo oppreſſum & captum, cum coniuge &
domeſticis Holmiam duci, & publicè coram iudicio accuſatum in cuſto-
i, & familiares ipſius multos ſupplicio affici, mandauit. Ineunte verò iam
er VVeſtgothiam, cum triginta vexillis peditum, & decem turmis equitum,
aginta quinque machinis bellicis progreſſus, Helmſtatt oppidum Hallan-
itimum acriter oppugnauit, quod Chriſtianus Manduuel, & Ioſua Qualen
defendebant. Cùm autem Danicæ copiæ Suecos depulſuræ ex hybernis
ongregatæ fuiſſent: prælium commiſſum eſt, in quo Sueci, multis equitibus
eſſerunt, & tormenta bellica in hoſtium poteſtatem venerunt, menſe No-
, paucis tamen diebus poſt, iterum erumpentes Sueci, arces Lickovv, Ouer-
oppidum Sundebui ceperunt. Comes Svvartzburgenſis cum equita-
Calmarienſe ingreſſus, re infecta redijt, & Almogæ in Scania hy-
it.

Belgico, cùm proceres & gubernatores, ſupremi arcani conſilij ſenato-
dio & æmulatione aduerſus epiſcopum Atrebatenſem, Antonium Perenot-
Cardinalem, cuius authoritate & conſilio omnia gerebantur, diu iam
nt: VVilelmus princeps Vranius, Amoralus Egmondanus, & Philippus
enſis, literas ad regem in Hiſpaniam ſcribunt, quibus Belgici totius ruinam
ntur, nec ſe interfuturos amplius conſilijs oſtendunt, niſi Cardinalem à gu-
tione remoueat. Id cùm nulla cauſa peculiari expreſſa rex recuſaret: tan-
tamen illis vrgentibus morem geſſit, & Cardinalem auocatum Neapoli in Ita-
oregem conſtituit.

In littore Balthico, Stettinenſis eccleſiæ *episcopus*, Paulus Rhoda, Quedlinburgi

M.D. LXIII. 12. Ianuar. in Hercynia natus, cùm ferè quadraginta annos fideliter & feliciter ecclesiam illam doctrina & consilio rexisset, ad cœlestis ecclesiæ societatem translatus est. In Epitaphio Stettini posito, hi versus inter cæteros insunt: Hunc vera ornabat cum pietate Fides. Concordes animos, lites exosus, amabat, Ipse etiam in cunctos pectore mitis erat. Non fuit æris amans, fastus nec pectus agebat, In miseros semper dextera larga fuit.

19. Decemb. In superiore Germania, Sebastianus Castalio, qui Biblia vniuersa, puro, eleganti & perspicuo sermone latino conuertit, Basileæ; & Henricus Glareanus, Poeta Laureatus, Erasmi amicus, Friburgi, anno ætatis septuagesimo quinto obierunt. In VValachia, Iacobus Heraclites Basilicus, qui se Sami Despotam & Parmarchionem nominabat, cum VValachiam ante biennium, pulso Alexandro, auxilijs Alberti à Lasco occupasset, à coniuratis Tonissa & alijs trucidatus, & Demetrius Visniouecius dux, qui ipsi successerat, in VValachia captus, postea Constantinopoli vnco appensus: & sequenti anno Alexander tyrannus iterum in VValachiam Turcicis auxilijs restitutus est. *Despota Vt est CæsVs, VIsnoVeCIVsqVe tyrannVs, RVrsVs AleXanDer VLaChICa regna regIt.*

Nouem. 1564.

M.D.LXIIII. ANNO M. D. LXIIII. ad componendum inter Daniæ, Sueciæ, & Poloniæ reges bellum, denuo Rostochium legatos miserunt Imperator Ferdinandus, Christophorum Carolovvicium; Maximilianus rex Boëmiæ, Henricum à VValdstein; Augustus Saxo, Ericum Volcmarum à Berlepsch; Henricus Brunsuicensis, Conradum à Suicheld; Fridericus Daniæ rex, Ottonem Crumpen, regni Marschalcum, Georgium Rosencrantz, Henricum Ranzouium, & D. Ioachimum Hinkium, Decanum Bremensem, Sigismundus Poloniæ rex, Martinum Cromerum, episcopum VVarmiensem & Ioannem Costam, postea Palatinum Sendomiriensem, Lubecenses, Consulem Hieronymum Lunæburgum, & Syndicum Hermannum à Vecheld. Hi cùm nouem hebdomadas Suecorum aduentum frustra expectassent: tandem re-

13 Iulij. uersus ex Suecia nuncius Cæsaris, Christophorus Minquicius, Sueciæ regem, quòd non antea tempestiuè de hac pacificatione Rostochij instituenda quidquam significatum sit, & quia veteri more, si quæ inter Daniæ & Sueciæ reges controuersiæ incidant, ad vtriusq; regni limites legati ad pacificationem delecti mittendi sint, neminem hoc tempore Rostochium missurum esse: Quod si ad regni limites accedere velint, suos etiam homines præsto fore, renunciant. Quare singuli domum, vnde venerant, redierunt, cùm rerum venalium precia in vrbe supra modum antea vsitatum auxissent.

Dum Rostochij legati commorantur, FERDINANDVS IMP. Philippi Archiducis Austriæ & Hispaniæ regis filius, Caroli V. frater, tabe diuturna confectus, placidè ex his terris tandem decessit: Maximilianum I I. biennio ante Imp. electum, successorem relinquens. Cùm autem de optimi huius Imperatoris FERDINANDI vitæ curriculo & virtutibus illustrissimis, orationem, in Schola prouincialium, Græciæ in Stiria recens introducta, recitari postea curarim: exemplum illius, vt memoria optimi Cæsaris, etiam in his Saxonicis gentibus diuturnior sit, inseri hoc loco poterit.

DE FERDINANDO CÆSARE, ARCHIDVCE AVSTRIÆ ET Stiriæ principe &c. Oratio à nobili adolescente SIGISMVNDO à Saravv, quatriduo post introductionem Schola prouincialium Graciæ in Stiria recitata, 1574. die 31. Maij.

CVM Ferdinandi Cæsaris paterna cohortatione, Nobilitatum harum regionum, olim maiori ex parte negligentiùs in literis versantem, ad amorem & studia doctrinarum & linguarum ardentiùs colenda primùm excitatam & accensam esse, ac ceperimus, vt instructa literis & artibus Reipublicæ necessarijs, ad dignitates & officia gubernationis præcipua, in quibus doctrina, consilio, oratione & scriptis, rerum maximarum deliberationes regendæ sunt, præ exteris adhiberi commodè possent: & hac sapientissimi & optimi principis & patris sui admonitione inflammati primùm

primùm maioribus noſtris, iam Generoſi proceres non ſolùm Reipublicæ & dignitatis priuatæ, ſed etiam veræ de Deo & redemptore noſtro Ieſu Chriſto doctrinæ conſeruandæ, & puræ ac illibatæ ad poſteros propagandæ cauſa, SCHOLAM florentiorem, ceu fontem veræ DEI notitiæ, & ſeminarium Eccleſiæ DEI, ac Reipublicæ plantarium, & Spiritus ſancti officinam, in qua ad vſus Eccleſiæ & communis vitæ neceſſarios tenera ætas præparetur; in patria condere, & munificè fouere ac ornare omnibus officijs ſtudeant: exiſtimaui me in Stiria natum, & hoc tempore orationem in Schola prouincialium recitare iuſſum: officioſè & piè facturum eſſe, ſi de optimo & ſapientiſſimo principe Stiriæ, & literarum ac ſtudiorum noſtrorum Mecœnate benigniſſimo, Ferdinando Cæſare, omnium bonorum laude ac celebratione digniſſimo, potius quàm de alio argumento dicere inſtituerem. M.D.LXIII.

Exiſtimo enim, ad pietatem & gratitudinem Deo, & principibus patriæ DEI imaginem & vices in terris gerentibus, debitam, pertinere: vt propter Deum autorem & cuſtodem Imperiorum & ordinis politici, ſpargentem diuinæ ſapientiæ & virtutis ſuæ radios in naturas Heroicas, vt bonitatem & præſentiam ipſius inter homines grati agnoſcamus; vera cordis reuerentia bonos & ſalutares reges ac principes, virtutibus Heroicis ornatos, veneremur, & grata mente ac voce, & quibuſcunque poſſumus officijs celebremus.

Etſi autem in hac ætatis & iudicij mei imbecillitate, fateor me ad tanti principis memoriam & virtutes prædicandas longè imparem eſſe: tamen, vt ſupremus princeps & Dominus DEVS noſter infantium quoq; & lactentium voce laudes ſuas perfici non dedignatur: ita vos ſpero meam vocem, quantumuis puerilem & balbutientem, qua Ferdinandi Imp. regias virtutes in hoc ornatiſſimo Generoſiſſ. procerum & nobilium ac doctiſſimorum hominum, & ſtudioſorum adoleſcentum corona commemorare iuſſus ſum, benignè attenteq; audituros eſſe. Quod vt faciatis, reuerenter oro.

Natus eſt Ferdinandus Imperator, in clariſſima totius orbis Chriſtiani, & ſplendidiſſima Archiducum Auſtriæ & principum Stiriæ familia, cui tantum virtutis, induſtriæ, fidei, prudentiæ, magnitudinis animi, moderationis, & diligentiæ in omni genere, orbis Chriſtianus, iam continuos ferè trecentos annos tribuit, vt non dubitarint tot gentes, ſuam libertatem, fortunas, vitam & totius imperij tranquillitatem & ſalutem, Archiducum Auſtriæ patrocinio & tutelæ committere.

Quid autem honorificentius & illuſtrius cogitari poteſt tot gentium totius orbis Chriſtiani iudicio & conſenſu vnanimi, quæ hanc vnam familiam præcipuè Romani imperij molem, virtute & induſtria ſuſtinere poſſe iudicarunt? Et quanquam olim etiam, nulla vnquam regio plures quàm Pannonia Imperatores genuit, non Aurelianum ſolummodò & Probum Sirmienſes, & Decium ac alios, qui Conſtantinum anteceſſerunt: verùm etiam pios & eccleſiæ nutricios principes, Iouinianum in Segedino, Valentinianum ex oppido Bibalis in ripa Saui nobis vicini, & Gratianum in Sirmio natum: tamen proximis ſeculis, vnica hæc Pannoniæ ſuperioris ſeu Auſtriæ archiducum familia, Nouem Cæſares Auguſtos orbi Chriſtiano continua penè ſerie dedit: de quorum virtute & rebus geſtis, ſi vel ſumma ſequens faſtigia rerum, dicere velim, quàm prolixa oratio futura eſſet?

In hac Imperatoria familia Ferdinandus procreatus eſt patre PHILIPPO archiduce Auſtriæ, duce Burgundiæ ac rege Hiſpaniæ, filio Maximiliani I. Imp. & Mariæ Caroli Burgundi filiæ ac hæredis ampliſſimarum regionum, quas vno Belgici nomine vſitatè complectimur.

Etſi autem inſigni clementia, bonitate, beneficentia, moderatione, affabilitate, manſuetudine & vicinis virtutibus, quæ principibus Auſtrijs ceu gentilitiæ dotes ſunt, ita enituit, & eluxit pater Philippus, vt amor ac delitiæ generis humani dictus, omnium vicinorum regum & aliorum hominum beneuolentiam & ſtudia mirifica ſibi conciliaret: ideoq; ſplendidiſſimo & ab omnibus lectu digniſſimo Panegyrico, immortali poſteritatis memoriæ ab Eraſmo conſecratus eſt: tamen vt ignis, quò clarior fulſit, eò citius extinguitur: & ingenia, quæ illuſtria, breuiora

M.D.LXIII. sunt: ita de Philippo etiam Virgilianum illud rectè vsurpari potuit: Ostendent tantùm terris hunc fata, nec vltra Esse sinent. Nam vicesimo octauo ætatis anno, qui fuit à nato Christo 1506. ante Maximiliani patris mortem tredecimus, in Hispanijs, socrui in regno Castiliæ succedens, ex vita decessit: relictis Carolo & Ferdinando, Leonora, Elisabetha, Maria, & Catharina infantibus.

Coniunx Philippi fuit IOANNA, filia Ferdinandi Hispaniarum regis, qui Saracenis, ex vniuersa Hispania, in qua continuos 770. annos sedes habuerant, pulsis, Catholici cognomen adeptus est, & moriens amplissimorum totius Hispaniæ & Neapolis ac Siciliæ regnorum hæreditatem nepoti reliquit. Ad hunc, anno Christi 1502. ex Belgico, vt Hispaniæ regnis cum marito inauguraretur profecta Ioanna, sequentis anni ineuntis mense Martio, die decima, Ferdinandum principem nóstrũ Compluti enixa est. quem Franciscus Ximenes, archiepiscopus Toletanus excellentis ingenij & industriæ Cardinalis, qui in vrbe Compluto Academiam tum erigebat, & Bibliorum editionem Complutensem adornabat; die lustrico, Naiarensi & Ascalonio principibus compatribus, magna solennitate baptizauit, & vectigalium immunitatem, ob tantum principem apud eos natum, Complutensibus, à regina matre, impetrauit. Qui, in hodiernum vsq; diem, cunas & crepundia Ferdinandi, ad impetrati beneficij monumentum seruant.

Nomen ipsi inditum, aui materni, apud quem tredecim annos in Hispania educatus est.

Ingenium pueri ac indolem verè Regiam, probitati virtutiq; natum, docilitate incredibili, ad hæc amabili quadam morum grauitate, & animi celsitudine, cum singulari humanitate coniuncta Erasmus etiam celebrauit, cum narrat Ferdinandum de institutione principis libellum ipsius semper in manibus habuisse, & sua voce Erasmo de illius editione gratias egisse.

Præceptorem dum in Hispania educaretur, auus ipsi præfecit Aluarum Osorium; morum & aulæ magistrum. Petrum Nonnium Gutzmannum Calatrauæ seu Oretanæ militiæ præfectum, à quibus non in tyrocinijs militarib. solùm, sed literis etiam & doctrinis diligenter institutus est, quarum cognitio postea in gubernatione ei magno vsui & adiumento fuit: Aurea certè illa Ciceronis de officijs præcepta adeo fideliter Ferdinando in prima ætate tradita sunt, vt toto postea vitæ tempore familiarissimè ipsi nota fuerint, & totas sæpè sententias, in grauissimarum rerum deliberationibus, recitare memoriter solitus sit.

Inprimis autem ad pietatis & religionis Christianæ amorem & studium assuefactus est. Vt enim Persicorum regum filijs, pædagogos præstantissimos præfici solitos legimus, qui eos Magiam à Zoroastre acceptam, videlicet doctrinam de Deo & cultibus diuinis, de Iustitia & omni Regis officio docerent: ita regibus Hispaniæ, hanc D. Augustini de regum felicitate sententiam, inter cætera institutionis regiæ catholica theoremata, instillari audio. REGES felices sunt, si iustè imperant: si inter linguas sublimiter honorantium & obsequia nimis humiliter salutantium, non extolluntur, sed se homines esse meminerunt: si suam potestatem ad DEI cultum maximè dilatandum, maiestatis eius famulam faciunt: si Deum timent, diligunt, colunt: si plus amant illud Regnum, vbi non timent habere consortes: si tardius vindicant, facilè ignoscunt: si eandem vindictam, pro necessitate regendæ tuendæq; Reipublicæ, non pro saturandis inimicitiarum odijs exerunt: si eandem veniam, non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: si quod asperè coguntur plerunq; decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensant: si luxuria tantò eis est castigatior, quantò posset esse liberior, si malunt cupiditatibus prauis, quàm quibuslibet gentibus imperare, & si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ. Tales Christianos Imperatores dicimus esse felices. Ad hanc normam Reges, cum consilia & actiones suas in tota Regnorum & priuatorum morum gubernatione componunt, summam sapientiæ & virtutis gloriam meritò adipiscuntur.

In hoc pietatis & optimarum artium studio ad Reipubliæ gubernationem præparatus

ıaratus & excultus est in Hispania princeps noster, vsque ad Ferdinandi, aui, regis M.D.LXIIII.
atholici obitum, qui in testamento eum Gubernatorem regnorum absente Ca- 1516.
olo fratre scripserat, & trium militarium ordinum magisteria ei legarat. Hunc
nim in Hispania natum & educatum, non solùm rex Ferdinandus auus, sed cuncti
ere Hispanorum principes, multò quàm Carolum fratrem, sub alio cœlo ortum, &
elgicis moribus innutritum, maiori beneuolentia & caritate prosequebantur.

Sed recognitis extremo vitæ regis momento, à Senatoribus aliquot, testamen-
tabulis, legatum illud inductum, & Cardinalis Toletanus, Franciscus Ximenes,
ubernator constitutus est. Is Ferdinandum nepotem quamprimùm ad se dedu-
um, nunquam à se diuelli postea passus est. Cumq; familiares Ferdinandi ingenium
indolem apud Hispanos principes & alios passim mirificè prædicare, & Carolo
ferre, & Belgarum mores vituperare intelligeret: mandata à Carolo confecit,
quibus, honesta concedendi ipsis deinceps ocij specie, longissimè à Ferdinando
sentes ministros circiter triginta amandauit, & Carolo, in Hispaniam iam in- 1517.
sso hortator fuit, vt Ferdinandum in Germaniam ad Maximilianum transmit- 27. Septemb.
at. Id anno sequenti factum est, quo in Belgium mense Iunio Ferdinandus appu- 1518.
t, vbi cum Erasmo Roterodamo de studijs ipsius regendis actum est.

Mortuo in Pannonia superiore Maximiliano auo, Ferdinandus cum Margari-
a amita Bruxellis erat. Quo tempore, Sigismundus Herbersteinius, & Ioannes
offmannus, Stirij, nomine huius prouinciæ ad Carolum in Hispanias legati fue-
unt: & paulò post Carolus & Ferdinandus fratres pariter ab his regionibus Austria-
is, misso ad eas legato Casimiro marchione Brandeburgensi, Iuramentum fide-
itatis & subiectionis debitæ acceperunt. Postea diuisa inter fratres hæreditate, Fer-
dinandus has regiones, anno 1521. celebratis die 26. Maij cum Anna Vngariæ re-
gis Vladislai filia nuptijs, gubernare cœpit. & quanquam initio in Austriacos quos-
dam proceres, qui mortuo Maximiliano, Cameræ Archiducum reditus, suo arbi-
trio ad alenda præsidia communis Reipub. libertatis defendendæ gratia transtule- 1522.
rant, suerius animaduertisse quibusdam visus sit: tamen totis reliquis quadragin-
ta quinq; annis, quibus patriæ præfuit: summa pietate, clementia, moderatione,
ustitia, & lenitate paterna, verissimè à Xenophonte dictum esse ostendit, BONVM
PRINCIPEM NIHIL A PATRE BONO DIFFERRE. ac tota ipsius vita interior,
honestissimis temperantiæ, frugalitatis & casti pudoris exemplis plena fuit. De his
virtutibus, magno & bono Principe maximè dignis, quæ omnibus notæ sunt, &
quas singuli pro nostra imbecillitate & vocatione imitari aliqua ex parte possumus
& debemus, dicere hoc loco instituí.

Nam de bellis, quæ post Ludoici Vngariæ regis mortem, cum ad ditiones Au-
striacas Boëmia etiam & Vngaria accessissent: & distracto in factiones Vngariæ
regno multi Ioannis à Zapolia partes, Turcici tyranni patrocinio & auxilijs innixi
sequerentur: plurima & ferè continua aduersus Turcas gerere coactus est; nihil
commemorabo prolixius, cùm in hac ætatis & iudicij inopia, veras singulorum cau-
sas & occasiones ac consilia in ijs gerendis suscepta; quæ solis consiliarijs & duci-
bus, qui rebus gerendis interfunt, perspecta esse solent, non intelligam.

Quod autem parum felicia quædam fuerunt, id nostris peccatis, quæ punire
Deus iustissimo iudicio virga Turcica voluit, potiùs quàm fato, vel optimo princi-
pi nostro imputemus. Neq; enim illud semper verum est: Quicquid delirant Re-
ges plectuntur Achiui: sed multò verius Salomon grauissimè scriptum reliquit:
propter delicta terræ seu populi sæpè mutantur principes eius, & intelligens prin-
ceps, qui aliquando cedit de suo iure & patitur aliquid incommodi, vt maiora in-
commoda vitet, durabilius habet imperium.

Debet enim tota Germania gratiam nostris principibus sempiternam, quòd
sua virtute, vigilantia, & sumptu, tot annos, immanissimorum hostium impetus re-
tardarunt, & velut muro, in finibus imperij oppositis arcibus, ab his regionibus &
reliqua Germania auerterunt, & quanquam infeliciter interdum dimicarunt, tamen
virtus eorum laude digna est, quod quantum potuerunt Reipub. prodesse & repri-

M.D.LXIIII. mere Turcicam tyrannidem conati sunt. Sed de bellis, quæ, vt dixi, non intelligo, dicere desino. at eximium illud Dei beneficium nihilominus dignum mentione iudico, quòd continuos illos septem annos, quibus à morte Caroli V. Imperio Romano solus Ferdinandus præfuit, Pax quoque continua, in omnibus Imperio subiectis ditionibus viguit. ac vt in augusta pace, sub Cæsaris Augusti imperio saluator noster Iesus Christus natus est: ita prædicatio salutaris Euangelij doctrinæ, hisce in regionibus, sub Ferdinandi imperio pacato, vires maximè sumsit. nec minus Ferdinandus pace, quàm Carolus bello floruit. maximè cum eundem statum ab initio ad finem imperij sui & mortem vsq; (ante quam nemo felix dicendus) deduxerit.

Verùm his omissis, omnibus notas optimi principis & patris patriæ nostræ virtutes breuiter delibabo. Nam post pietatem, quæ cæterarum virtutum omnium mater & fundamentum est: IVSTITIA præcipuè, temperata lenitate & clementia ac bonitate natiua & verè regia, in cæterarum virtutum choro, velut Hesperus hoc tempore vesperi inter omnes reliquas stellas, longissimè enituit & eluxit.

Normam vniuersæ gubernationis Reipub. ac vitæ priuatæ, & consiliorum, sententiarum, iudiciorum & actionum suarum omnium, regulam vnicam sibi proposuit LEGEM seu sapientiam & voluntatem Dei æternam & immutabilem, discernentem septo immoto honesta & turpia, præcipientem recta & iusta, & prohibentem contraria: Quæ in Decalogo & alijs congruentibus scriptis legibus expressa & sancita est. Intelligebat enim, velle Deum cogitationes, consilia & actiones Regum ac cæterorum hominum omnium, non temerè vagari, aut cœco impetu & libidine, vt cuiq; libet, ferri, sed sua sapientia, & verbo regi, & sapientes ac iustas esse, hoc est, ad certam regulam & normam mentis seu legis diuinæ conformari & dirigi, vt Deũ ipsum sapientem & iustum esse agnoscamus, & sapientiæ, iusticiæ ac cæterarum virtutum similitudine & congruentia ipsi archetypo conformes simus.

Ad hunc finem Reges & Magistratus reliquæ hominum multitudini regendæ, tanquam vicarij Dei, & LEGIS ac Iusticiæ Dei custodes ac executores in genere humano constituti sunt, vt grauissimè etiam Plutarchus dixit, Principem esse imaginem Dei, cùm seipsum similem Deo iusticiæ & virtutis cultura exhibet. Iustitiam verò finem legis esse, legem verò proprium principis opus, qui sonare inter subditos vocem Decalogi, & congruentium legum positiuarum, & iuxta eam regere subditos, & contumaces punire, obedientes verò præmijs ornare debet, vt hominum mores iusti ac honesti cum Dei voluntate & lege congruant & Dei sapientia ac iustitia in genere humano agnoscatur & celebretur.

Quare & ipse consilia & actiones suas omnes iuxta Legum normam gubernabat, assiduè in ore illam Theodosij legem habens: Digna vox maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri. Adeò de autoritate iuris nostra pendet autoritas, & reuera maius imperio est submittere legibus imperium, &c. & subditorum vitam regi, ac controuersias dirimi, iure & legibus, volebat.

Vt igitur non inanis sonitus essent leges, nec libris tantùm inclusæ, vel vt ille in Comœdia ait, clauis ferreis tantùm ad parietem hærerent fixæ, vbi malos homines affigi nimio erat æquius: sed vbiq; in regnis ipsius florerent, vigerent & dominarentur: & obedientia ipsis legitima præstaretur, & contumacibus punitis, imbecilliores aduersus potentum iniurias defenderentur: Senatus seu Regimina, vt in his regionibus appellant, & consessus IVDICVM, ex viris sapientibus, iustis, ac eruditis lectos, sapientissimè ordinauit & distinxit, vt delictis aduersus leges, vel alijs dissidijs ac controuersijs ad se delatis, suæ iurisdictioni subiectos citent, &, causa diligenter & accuratè cognita, secundum normã legum, quod iustum est, pronuncient & exequantur: bonos aduersus iniurias defendant: fontes & sceleratos contumaciter violantes normam legum seuerè puniant: vt Dei sapientia & iusticia in voce legum & iudicijs discernentibus iustos ab iniustis, & in pœnis fontium agnoscatur, & de iudicio Dei secuturo homines commonefiant, & controuersijs hominum legibus & iure diremptis, tranquillitas & pax publica, in ciuili hominum societate, in his gentibus & regnis conseruetur.

Hæc

c Iudicia, non arbitrijs priuatis, non ira, odio, amore, & alijs affectibus, M.D.LXIII.
m in optimis viris iudicium perturbantibus, ſed ſcriptis legibus certis &
s, ex legibus Decalogi, quas Deus ipſe ſua manu in monte Sinai generi hu-
æſcripſit, detextis, regi & gubernari voluit.
or eſſe aliquos ſapientes & bonos Iudices, qui ſine ſcriptis legibus, quod
um & honeſtiſſimum ſit, acutè cernant & fortiter exequantur, de quibus
licari poſſit illud Salomonis, Diuinatio in labijs Regis, in iudicio non er-
ius, vt de Carolo Burgundo principe potentiſſimo, Ferdinandi Imp. auo
dignum memoria exemplum iudicij verè diuini legimus, quòd ſine mole-
udituros eſſe ſpero. Ceperat nobilis in ipſius ditione alium nobilem ho-
a. Captiui vxor, dè mariti liberatione ſollicita, lytron alteri offert, aliquot
onatorum. Is ſe hac conditione redditurum ei eſſe maritum pollicetur, ſi
tis ſibi poteſtatem faciat. Mulier ſumpto deliberandi ſpacio, cum marito
nunicat, eoq; aſſentiente, voluntati alterius morem gerit. Poſtridiè mari-
ddit hoſtis, ſed à ſe prius interfectum & capite truncatum. Illa acerbiſs.
luctu percita principi ſuo Carolo Burgundo cauſam totam exponit, &
ium latronis illius ſcelus puniri petit. Carolus nobilem illum cœlibem in
erſitum, re cognita iubet ſolenni nuptiarum ritu, matronam illam antè à
ratam in matrimonium ducere, & nuptias eum illicò in Aula celebrare
ſtridiè ſponſum nouum in aream publicam productum per lictorem ſecuri
Et matronæ, ac filijs, quorum patrem ille antea nefariè trucidauerat, om-
ona & fundos, beneficio ſuo attribuit.
: Caroli Burgundi ſententiam, non ex ſcripta lege depromptam, ſed ſa-
iuſto arbitrio Iudicis, ad præſentis cauſæ conditionem, concinnè & a-
ccommodatam eſſe, omnes prudentes intelligunt. Sed paucorum eſt hæc
xteritas & perſpicacia & voluntatis integritas. Vt enim Deus ipſe popu-
anquam ſapientiſſimos gubernatores habebat, ſcriptas leges tradidit, &
tabulis, principia & fontes omnium honeſtarum Legum, videlicet De-
ecepta, ſuis digitis ſcripſit: Ita noſtras quoq; Politias, legibus ſapienter
congruentibus ad illa præcepta, digitis Dei ſcripta, vult gubernari.
re & noſter Imperator, vt Seuerus & Antoninus ſæpè reſcripſerunt, licet
olutus eſſe videretur, tamen legibus viuere, imò ipſe in Iudicio per procu-
os reſpondere, & ſe legibus ſubijcere, & hanc normam Iuſtitiæ vnicam &
n vbiq; in regnis ſuis vigere & ſeruari voluit. Remota enim Iuſtitia, ad
legum omnia regente, nihil eſſe regna, niſi magna latrocina, intelligebat.
utem in Deo miſericordia ſuperat iudicium, & ſupra cæterarum virtutum
Bonitas & clementia præcipuè eminent & elucent, ita in magnis & He-
ncipibus, quò ad Dei cognationem & ſimilitudinem propius omnis virtu-
ntia accedunt, eò magis diuina lenitas, manſuetudo, clementia, & placa-
itent & conſpiciuntur.
it itaq; in omni Imperatoris noſtri Ferdinandi vita, actionibus, iudicijs,
s, vultu ac geſtibus etiam, Bonitas natiua, & Moderatio ac clementia ve-
ic diuina, qua ſæpè ille, perturbatiſſimis Reipublicæ temporibus, pacem &
itatem imperio ſalutarem reſtituit.
inta fuerint & adhuc ſint in Imperio Religionum diſſidia, & inde ſecutæ
m diſtractiones, diffidentiæ, odia, quæ in aperta bella ciuilia aliquoties
it, ſinguli meminimus. In his, etſi ad ſæuitiem & aſperiora conſilia miris
æpè incitabatur, tamen ſingulari æquitate & moderatione ita verſatus eſt,
iuiles diſſenſiones ſine ciuili ſanguine compoſuerit. ac moto aduerſus fra-
p. Carolum V. à confœderatis principibus, bello anno 1552. quod retinendæ
is cum Auguſtana confeſſione congruentis, quæ Synodi Tridentinæ decre-
guaretur: & recuperandæ libertatis Imperij: & liberandorum principum
um cauſa, ſe gerere oſtendebant: magno labore & induſtria ac moderatione
perfecit, vt conſtituta Pace Religionis firma & durabili, cauſæ ſimilium

tumul-

M.D.LXIIII. tumultuum deinceps præciderentur, & tranquillitas publica & quies toti Imperio ad posteritatem etiam incolumis conseruaretur.

Id verè est, vt in Tragœdia de excellenti Imperatore dicitur, *Consulere patriæ, parcere ciuibus, Ferâ cæde abstinere, mores regere. Reddere orbi quietem, seculo pacem suo, Hac summâ virtus, petitur hac cœlum via.*

Talia moderationis & lenitatis exempla multa commemorare possem, in quibus partim ipse, quanquam grauiter læsus esse videbatur, de suo iure nonnunquam inferioribus etiam, publicæ salutis & pacis causa cessit, partim alijs hortator fuit, vt concordiæ & tranquillitatis suæ ac Reipublicæ causa de summo iure aliquid remitterent, & iniquiores etiam conditiones accipere potiùs quàm maioribus dissidijs & calamitatibus priuatis ac publicis occasionem præbere vellent. Sic post bellum illud ciuile, cuius antea meminimus, sedatum: controuersias, quæ post profligatum Albertum Brandeburgensem à Camera proscriptum, inter ciuitatem Noribergensem, & totam marchionum Brandeburgensium familiam, de occupato Alberti territorio & arcibus euersis extiterant: singulari moderatione & æquitate diremit. Cum ditionem VVirtebergensem à Sueuico fœdere ipsi donatam, & ab Imperatore Carolo in comitijs anni 1530. solenni feudorum ritu ipsi concessam, Dux Vlricus exul & Philippus Cattorum princeps, armis occupatam Ferdinando eripuissent, intercedentibus Saxoniæ Ducibus & alijs, rem ita componi passus est, vt dominium vtile Vlricus retineret, sed dominum feudi Archiducem Austriæ agnosceret.

Ita de suo iure & possessione cedens, publicæ paci & tranquillitati magis quàm priuatis commodis consuluit. ac sæpè Rodolphi Imp. qui primus in familiam archiducum Austriæ imperium intulit, sententiam in ore habuit: Seuerum & immitem fuisse me aliquando pœnituit: lenem & placabilem nunquam. plerunq; enim ciuiles dissensiones, mansuetudine & moderatione multò facilius quàm seueritate & armis sedari possunt. vt verè apud Euripidem rex Menelaus inquit: *Si vela tendas nimium, nauis mergitur, Sed si relaxes rursus, vehitur tutius. Odit Deus nimis vehementes impetus, Odere ciues: gratior est moderatio.*

Nec verò in plebeias & vulgares naturas, cupidiores vindictæ, & offensionum tenaces, hæc moderationis & clementiæ exempla cadunt, sed quò præstantiores sunt ac generosiores naturæ Heroicæ, ac Deo similiores: eò mitiores sunt & placabiliores, vt verè Seneca inquit: Nihil esse magnum, quod non idem sit placidum. & quò quisq; est maior, magis est placabilis iræ. Itaq; & nostrum Imperatorem Ferdinandum, natiua bonitate ac mansuetudine regia, & assuefactione ac diligentia singulari, iræ moderatum esse scimus. Latius regnes auidum domando Spiritum, quàm si Libyam remotis Gadibus iungas, & vterq; Pœnus Seruiat vni, inquit Horatius. Ita ipse etiam difficillimum & maximum regnum esse, se ipsum regere, & iram, odium ac cæteros affectus frenare, iudicabat. ac sæpè Friderici III. Imp. proaui sui mansuetudinem prædicabat, qui, cùm nonnullos dicta probrosa in eum iecisse aulici referrent, nihil planè commotus, dixit: Principes & alios præstantes viros, quasi signum, ad quos omnes virulentæ linguæ tela conijcerent, expositos esse, vt turres prælatas fulmina feriunt, humilia tecta prætereunt. At benè nobiscum agitur, cùm verbis tantùm impetimur.

Veritatem & fidem in promissis & pactis constanter & religiosè coluit; eamq; præcipuum munimentum & præsidium totius politicæ administrationis & humanæ societatis esse iudicauit. Quare & subditis priuilegia & Libertates, ad quas tuenda se initio gubernationis obligarat: nulla in parte postea labefecit, & hostibus quoq; datam fidem, & pacta cùm ijs inita fidelissimè seruauit. adeò vt maximi momenti arces hostiles, induciarum tempore sibi à præfectis per traditionem oblatas, constanter repudiarit. quæ virtus etiam interneciui hostis Solymanni Turcarum Imp. oratione paulò ante mortem, honorificè celebrata esse dicitur.

Nec verò literis tantùm ac sigillis, sed etiam nudis verbis promissa inuiolata præstitit: ita vt exigenti promissa militi veterano: etsi initiò immoderatam fuisse petitionem militis, dicebat: tamen cùm opponeret miles, potuisse Imperatorem tum

gare cum peteret, ac nunc ſine turpitudine, quod pollicitus eſſet, reſcindere M.D.LXIII.
ſe: ſtatim reſponderit: Si ex duobus alterum me ferre oportet, leuius rerum
mæ iacturam ſubibo. ac ſtatim illi, quod petebat, præberi iuſſerit.
nemeritis verò de ſe Ducibus & alijs miniſtris, quorum ipſi fides & erga ſe
lentia, cum mediocribus etiam officijs coniuncta, prædicabantur, eximia &
eralitate gratiam retulit. ac multos, quorum virtutem & induſtriam proba-
umili & abiecto loco, ad magnas dignitates, potentiam & opes euexit. Ita
lud Salomonis in animo ſecum perpetuò circumtuliſſe cum appareat: Be-
ia & veritas cuſtodiunt regem, & clementia ſtabilitur thronus eius. Non
ercitus neque theſauri præſidia regni ſunt, vt Maſiniſſa apud Saluſtium
erum Amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: offi-
le parantur.
autem multi ab eo euecti & ornati, beneficiorum immemores, & ingrati
i poſtea extiterunt: vt vſitatum eſt inter homines, maxima beneficia non
nis maleficijs penſari, tamen nihilo p grius dandum alijs & benefaciendum
, exemplo Dei, qui Solem benignitatis ſuæ gratis & ingratis ſplendere ſi-
ium enim & Chriſtianum eſt benefacientem alijs malè audire: & nihilo-
opter Dei voluntatem & mandatum, benè de multis mereri.
abat autem Ferdinandus humanitatem, beneficentiam, veritatem, man-
m, clementiam & cæteras virtutes & actiones omnes ſingulari & miranda
ropria familiæ Auſtriacæ, affabilitate, & comitate, qua beneuolentiam
ſuam & bonitatem ac clementiam vultu ipſo & geſtu ac ſermonibus hu-
is, cum quadam ſuauitate declarabat: & omnes cuiuſcunque ordinis ac
nis homines, etiam humilimos, alloqui eum volentes, quotidiè ferè cer-
atefacto omnibus aditu, ipſe placidiſſimè audiuit, & ſine vllo faſtu, mo-
ut faſtidio, clementiſſimè reſpondit. Quæ virtus mirificam vim concilian-
& ad ſui amorem inflammandi habet, ac in magnis Regibus & principi-
puè grata, ijſque ſalutaris eſt, qua in primis animos populorum ſibi adiun-
mis beneuolentiæ, fidei & promptæ ac voluntariæ obedientiæ nexibus ſi-
re poſſunt. Hæc Cyrum, Auguſtum, Traianum, Titum, Seuerum, Gra-
ſimiles, & proximis ſeculis Auſtriacos Principes populis commendauit.
is olim reprehendentibus eum amicis, quòd nimium erga omnes comis
ndit, Talem ſe imperatorem priuatis eſſe, qualem ſibi Imperatorem pri-
aſſet. ſicut & Caſparum Slikium, qui trium Imppp. Sigiſmundi, Alberti,
i III. Cancellarius fuit, optaſſe ferunt Omnes Reges aliquando priua-
reſque fuiſſe, vt quales ſe erga priuatos & miſeros ſubditos exhibere Re-
at, conſiderare facilius poſſent.
anum Imp. accepimus, cùm anui cuidam tranſeunti, & ſe vt audiret ro-
ondiſſet, ocium ſibi non eſſe: & illa deinceps clamaſſet, Noli ergo impe-
n conuerſum, mulieris querelam ſumma comitate auditam expediuiſſe.
autem boni etiam Principes in hac parte negligentiores ſunt, quàm vel
gnis eorum vtile eſt, vt de Dauide rege Abſolon filius queritur eum cau-
rum non audire. Quorundam etiam tanta non ſolùm moroſitas & fa-
ed etiam leuitas & peruerſitas eſt, vt nihil iſta ad ſe pertinere putent, &
am facultatem ſubditis ſe adeundi præbeant, vel compellantes, aſperè &
repellant vel planè lud brio habeant. vt Demetrium Macedoniæ regem
henienſium ſociorum legatos biennium aulam ſequi iuſſiſſe, priuſquam
t. Idem cùm in via aliquando magnam copiam libellorum ſupplicum
à ſubditis accepiſſet: & hi, optima ſpe læti, certam ſibi opem à regis cle-
pectantes, ſequerentur: rex flumen Axium tranſiens, cùm ad medium
niſſet, omnes ſupplicationes non lectas in flumen effudit, & ſupplices,
as, moleſtiam ipſi exhibentes, à ſuo comitatu depelli iuſſit. Hæc nimis
vanitas animos ſubditorum à Principibus valdè alienat.
r verò Imperator ſingulari comitate & patientia omnes, ac inprimis
doctri-

M.D.LXIIII. doctrina & virtute aliqua insignes audiuit, ac literarum perstudiosus ipse, & latinè doctus fuit, & singulari clementia & munificentia doctrinas & homines doctos ornauit. ac vt Sylla, etiam malis poëtis, carmina sua ipsi exhibentibus, præmia dedit hac conditione, ne quid postea scriberent, ita neminem, in quo simulachrum aliquod doctrinæ appareret, à facie sua tristem discedere Imp. noster passus est.

Aulam viris eruditis omnium professionum nulli Academiæ cedentem habuit. ac Viennensem Academiam, omnium in tota Germania antiquissimam, singulari clementia & benignitate complexus est. Qua in re laudatissimos Principes omnium ætatum, qui & ipsi eruditi fuerunt, & eruditos homines familiares assiduè habuerunt, Dauidem, Salomonem, Augustum, Ptolemæum Philadelphum, Senerum, Carolum I. & alios imitatus est, ac inprimis Alphonsum Hispaniæ & Neapolis regem, matris suæ propatruum prædicare solitus est, qui Reges illiteratos nihil differre ab asinis coronatis Aeneæ Syluio respondit: & optimos ac fidelissimos consiliarios suos esse dixit, Mortuos: libros intelligens, à quibus sine metu, sine gratia, sine omni assentatione, quæ nosse cuperet, aperte & fideliter audire posset. Itaq; passim insignibus suis Librum appinxit, vt studiorum doctrinæ & Literarum tutelam & patrocinium præcipuè sibi commendatum esse ostenderet: denique omnes suas gemmas & thesauros malle sè perdere persanctè aliquoties affirmauit, quàm literas, quas permodicas se scire dicebat, nescire.

Interior verò Ferdinandi vita, honestissimorum exemplorum, Continentiæ, Temperantiæ, & Frugalitatis plena fuit. Casti pudoris decus, in coniugio, pietatis, concordiæ, & suauissimi amoris mutui pleno ac fœcundo, sanctè ac religiosè seruauit. cùm multi reges ac principes alij, Atreum illum in Tragœdia, si non iisdem verbis, attamen vita & moribus exprimant, dicentem: Sanctitas, pietas, fides, pudor, priuata bona sunt: Quà iuuat, reges eant. At noster Imp. non tantùm leges de officijs virtutum omnium priuatis & subditis tulit: sed ipse speculum castitatis, Iustitiæ, veritatis & cæterarum virtutum esse: nec dicta ipsius, sed facta etiam imitari, & non disciplinam modò, verùm etiam exemplum à se sumere priuatos voluit. Vt enim egregius pictor vultum speciosum præcipuè effingit: ita Pudicitia celsius consurgentem vitam exornari: & omnium cæterarum virtutum & donorum ingens ac necessarium ornamentum esse, & amisso illo, omnia cætera potentiæ, opum, honorum & virtutum decora deformari sensit.

Coniugem habuit Imperator noster ANNAM, in nobilissima regum Poloniæ & Vngariæ familia natam, regis Vladislai filiam, ac Ludoici sororem, Quæ Placillam Theodosij Imper. coniugem laudatiss. Philoptochon olim dictam, planè repræsentabat. Etsi enim Dominum & maritum suum in familia Imperatoria natum, & sponte sua ad pietatis & iustitiæ decus incitatum, nihil opus fuit hac orationis officij admonere, qua Theodosium suum Placilla allocuta esse scribitur, Semper tibi marite cogitandum, quis olim fueris, & qui nunc sis: Nam in horum crebra recordatione, erga benefactorem Deum ingratus non es futurus, sed acceptum imperium legibus administrabis & simul coles eum qui contulit: tamen pietate erga Deum, beneficentia erga pauperes, beneuolentia & fide erga maritum, & omnibus cæteris virtutibus matronalibus, Placillæ illi imperatrici meritò eam conferimus, quæ benignitatis suæ erga pauperes monimentum immortale reliquit Hospitale ampliss imum & splendidissimum, Viennæ conditum & reditibus annuis copiosè dotatum, in quo magnus pauperum numerus mundissimè habitat & victu honesto assiduè alitur.

Singulari etiam benedictione coniugium ipsius ornauit Deus, cùm eamquatuordecim liberorum matrem lætantem fecit, ex quibus duodecim, vt arbitror, superstites reliquit. Cumq; corona matris sint Filij virtute præstantes, cogitemus quantum Dei munus sit, quòd non solum potentissimi regis filia, regis soror, summi regis in orbe Christiano coniunx, & Imperatoris Romani mater fuit: sed etiam pietate, clementia & omnibus regijs virtutibus similes patri filios procreauit. Agamus autem Deo gratias, quòd sapientes, iustos & salutares patriæ nostræ principes clemen-

ter tribuit, ſub quorum tutelâ & patrocinio, vera religio, diſciplina, leges, M.D.LXIIII.
, doctrinarum ſtudia in his gentibus conſeruantur: & exempla virtutum in-
:x Imperatoris Ferdinandi hiſtoria, pro noſtro loco & vocatione, imite-
ardentibus votis Deum, qui dat ſalutem Regibus, & cuſtos eſt politiarum,
æ de Chriſto doctrinæ, ac diſciplinæ morum honeſtæ, domicilium ac ſe-
nquillam præbent: precemur, vt patriæ noſtræ principes ſereniſſimos, Diui
ndi Imperatoris filios, ac inprimis inclytæ huius prouinciæ Stiriæ Archidu-
rolum, ad illuſtrationem gloriæ Chriſti, & ſubditorum ſuorum ſalutem, vm-
us ſuæ protegat & tueatur. Cumq; totius orbis Chriſtiani tranquillitas &
:tempore, poſt Deum, ex Inuictiſſimi Imperatoris Maximiliani incolumi-
lute potiſſimùm pendeat: toto pectore æternum Deum cuſtodem imperio-
:gum ipſi placentium oremus, vt Cæſaream ipſius maieſtatem incolumem
tem perpetuò ſeruet & gubernet. Nam Cæſare, Hoc nihil maius, meliuſ-
s Fata donauere, bonique Diui, Nec dabunt, quamuis redeant in aurum
iſcum, DIXI.

c optimi Cæſaris Ferdinandi mentione interpoſita; ad Belli Suecici &
ırum rerum hiſtorium redeo.

:us eo anno Elsburgum aliquot menſes irrito conatu obſidet, & excurſio-
Hallandiam factis, circa Laholmum & Engelholmum omnia diripit. In
ia etiam, Nidroſiam oppidum & arcem Sueci occupant, quam paucis in-
nenſibus Dani recuperarunt. In Balthico mari, Danica & Lubecenſis claſ-
rnholmiam cum Suecica congreſſæ, Nauem prætoriam, quam ſuperbo
Makelos, quod ſimilis illi nulla extaret, appellabant: deterſo clauo, & ali-
ecenſium nauibus ad latera harpagonibus iniectis eam oppugnantibus,
præfecto Iacobo Bagge, ceperunt. nauis ducenta tormenta vehebat, quæ
ınia, naue in medijs vndis conflagrante, in profundum maris deſederunt.
; Suecica, præfecto Andrea Beronis, inde vſq; à menſe Decembri intra
:nſem portum prope VVarnemundam commorata, aliquoties à ſenatu
d vrbem adduci iuſſa erat, vt à Danis, qui eam ſibi dedi aut inde eijci pe-
tior eſſet. Sed Andreas, turpe ſibi & Regi ſuo eſſe ducens, aliquam fugæ
ſignificationem vel minimam præbere, in ſtatione manſit. Quare à Da- 11. Iulij.
ı & nauibus oppugnatus, cùm ſe aliquot horis fortiſſimè defendiſſet, tan-
acta tormentis naue, & ſpe omni incolumitatis amiſſa, puluerem tormen-
naui ipſe accendit, & vna cum naue conflagrare, quàm in hoſtis pote-
ıire maluit.

konia, Naoburgenſem ad Salam diœceſin, poſt epiſcopi mortem, Augu-
ıiæ elector ſibi regendam tradi, à collegio non aduerſante, obtinuit. ac
ectoris, Saxonici & Brandeburgici imperio ſubiectorum epiſcoporum
nceps in principum fiſcos redacti ſunt; corporibus tamen collegiorum
s, & inſpectione eccleſiaſtica ſuperintendenti & conſiſtorijs commenda-
III. Pontifex, nouam & inuſitatam antea Iuramenti formam, Epiſcopis
ırum Canonicis impoſuit, cuius aliquoties in ſequentium annorum, de
:ligionis, in Canonicorum collegia recipiendis, concedenda, Comitum
m ſupplicationibus, mentio fit. in quo, nominatim ad Apoſtolicas & ec-
Traditiones, ad credenda ſeptem Sacramenta, ad omnia Synodi Tri-
:creta, ad Miſſæ ſacrificium propiciatorium, ad Tranſſubſtantiationem,
ım, Inuocationem & Imagines ſanctorum, indulgentias, Primatum Pa-
ſpecie obligantur.

ı dus comes in Bentheim & Stenfurden, Ebervvini filius, cùm Pontifi-
onem in ſua ditione mutaſſet: Iuriſdictionem Monaſterienſis epiſcopi
am deinceps agnoſcere, & mandatorum illius executionem in ſuo ter-
re recuſabat. Quare Priorem quendam, mandata Epiſcopi ex ſuggeſ-
di æ denunciantem, in vincula coniecit. Vnde tumultus exortus, inter-
cinorum comitum & epiſcoporum ſedatus eſt. Fuit autem hic Arnol-

M.D.LXIIII. dus, patre Ebervvino, filio Arnoldi: matre Anna, filia vnica & hærede Conradi comitis Tekelnburgensis postremi, prognatus. Vxorem habuit Magdalenam, Humperti comitis de Newenar filiam, Adolphi sororem, ex qua VVirichus & Adolphus & alij nostra ætate viuentes, procreati sunt. ADOLPHVS, Holsatiæ dux, Christinam, Philippi Hassiæ Landgrauij filiam, à duobus fratribus Gottorpium deductam,
17. Decemb. coniugem duxit. Nuptijs, duæ Reginæ Danicæ viduæ, Sophia Bogislai Pomerani filia, sponsi mater, & Dorothea Saxonica, sponsi fratria, interfuerunt.

ROSTOCHII, optimus vir, & fidelissimus ecclesiæ ad D. Petrum pastor, Ioachimus Sroderus, Domicensis, qui primam sinceræ religionis in ea vrbe instaurationem, cum Ioachimo Slutero, cuius suprà meminimus, adiuuerat, & iam quadraginta duos annos, labores & æstum diei sustinens, fideliter & præclarè de
20. Martij. ecclesia meritus erat, ad cœlestis ecclesiæ societatem euocatus est: relictis septem filijs, M. Enocho, Adamo, Christiano, Ioanne, Ioachimo, Dauide, Zacharia, qui omnes (excepto Zacharia, senatus Rostochiensis notario) pietatis & virtutis paternæ vestigijs ingressi, in ministerio ecclesiæ Deo fideliter seruiunt, & morum integritate ac modestia ministerium ornant. Quod singulare exemplum dulcissimæ promissionis Psalmi: Generatio Rectorum benedicetur, dignum mihi annotatione & memoria visum est. Hyems, exeunte hoc anno, asperrima, & frigus immensum, quo flumina omnia, & mare littori Balthico vicinum, vsq; ad Calendas Martij congelatum, durauit.

M. D. L XV. In Liuonia, PARNOuiam vrbem & portum, à Suecis ante triennium occupatum, Poloni, Germanorum equitum, qui Sueco ante militauerant, proditione ceperunt. Ex dimissis enim à Sueco equitibus, quidam in vrbe remanentes, cum cæteris, qui ad Polonum & nouum Curlandiæ ducem transierant, paciscuntur, vt patefacta à se porta, nocte octaua Paschæ, vrbem ingrediantur. Proditores, Dominica in Albis, velut valedicturi, ante discessum, amicis conuiuium, in domo Senatoris portæ vicini, à quo claues illius custodiebantur, vesperi apparant. in quo, tum
19. April. cæteris, tum hospite præcipuè somno vinoq; sepulto, clauibus portæ potiri, cæteros equites, qui duodecim milliaria pridie confecerant, intromittunt. Qui statim, Germanis omnibus, si quieti sint, se parsuros, proclamant. Suecos obuios trucidant. Arcem, quæ à Suecis adhuc sex hebdomadas defendebatur, vnà cum
2. Iunij. machinis bellicis omnibus pridie Pentecostes deditione capiunt. Moschus hac Germanorum proditione cognita, metuens, ne simili stratagemate Derbatum amitteret, Germanos omnes ex vrbe Derbato in Moschouiam abduxit. Parnoienses præsidiarij iam insolentiores, ad Reualiæ mœnia mense Augusto excurrunt, vbi in quercetо vrbi vicino castrametantes, à Suecis oppressi & profligati sunt.

In mari Balthico, ad Sundensem portum, tota hyeme aliquot Danorum & Lubecensium naues excubarant, vt omnem ex illa vrbe, quæ præcipuum in Germania Suecorum armamentarium erat, vnde nitrum, puluerem tormentarium, munitiones bellicas, & alias merces accipiebant, importationem in regnum Suecia prohiberent. Die autem 22. Maij illucescente, Regis Suecorum classis quadraginta octo nauium, improuisa aduenies, eas dissipauit. Ex his quatuor ad Gryphiswaldum aufugerunt, quas intercedentes Pomeraniæ duces ea conditione seruarunt, vt à militibus & nautis relictæ, incolumes eo in loco, vsq; ad belli finem manerent. Sic liberato à Danicis excubitoribus mari, circiter sexaginta naues onerariæ, vino, pannis, & omni instrumento bellico onustæ, Sundio, Gryphiswaldia, VVolgasto, Colberga, & aliunde soluentes, in Sueciam traiecerunt. Suecica classis, Calendis Iunij, ad vrbis Lubecæ portum & Draui ostium peruenit. Quo frustrà tentato, regressa Hafniam versus, supra Mæoniam & Falsterboam, in conspectu Hafniæ & Elsinogiæ, multos dies statiua habuit, & à Belgicis & alijs peregrinarum gentium per Hellespontum Scanicum in hoc orientale mare ingressis, vectigal exegit; nondum enim Danicæ naues bellicæ armis & commeatu plenè instructæ fuerant. Eductis autem & coniunctis Danorum & Lubecensium classibus, Prætoria Lubecensis, Angelus dicta, proprio igne conflagrauit. Secutum est prælium nauale atrox & diuturnum,

ſummis viribus commiſſum. Daniæ regis prætoria, quæ mille & centum aſſiarios vehebat, cùm biduum à ſex Suecis vndique cincta ſe acerrime et, tandem claſſiarijs omnibus cæſis vel vulneratis, vnà cum Amyrali Ot-, nec pluribus quàm viginti ſex militibus illæſis, in Suecorum poteſtatem Chriſtophorus Danicus, vi tormentorum perforatus, in profundum de-. Lubecenſis prætoria, Morus dicta, quinque Suecorum nauibus cir-a & cincta fuit, ex quibus vna & altera depulſa, aliæ ſemper ſucceſſerunt, us totum diem Lubecani fortiter præliati, nauem, multis amiſſis, ac tre-neratis, conſeruarunt. Suecorum etiam aliquot naues, Hector, Leo, ygnus Finnonicus, Herculęs perierunt. S. Georgius cum milite à Danis

M. D. LXV. 6 & 7. Iulij.

Nihilominus maris huius orientalis poſſeſſionem Sueci ea æſtate & retinuerunt. Pomeraniæ duces, ſtatim poſt primum Suecicæ claſſis ad neraniæ appulſum, legatos ad Daniæ & Sueciæ regem miſerunt, Iaco-vvitzium, & Andream Borkium, vt ad pacis conſilia vtrunque traduce-autem ſe à pace honeſta non abhorrere, nec effuſione ſanguinis humani vterque rex reſpondebat, tamen nihil effectum eſt amplius. Sueciæ rex litionem in VVeſtgothiam ſuſcipiebat, vt ſuis Elſburgam obſidentibus et. Quos cùm diſſipatos intelligeret, ad VVarburgam oppidum & ar-adiæ maritimam & munitam ſe conuertit, eamque menſe Auguſto vi

Quam poſtea Dani irrito conatu rurſus obſidere incipiunt. Cùm au-ndæ arcis cauſa nouæ Suecorum copiæ aduentarent: Daniel Ranzouius, dione, hoſti ad Suarteram fluuium occurrit, & commiſſo prælio inſignem adeptus, & machinis Suecorum bellicis omnibus potitus eſt. ſed à ſua et- 10. Octob. nultos fortes viros, & in his circiter quinquaginta nobilibus familijs na-

Angli, cùm bello Danico & Suecico impediti, per mare Balthicum tu-, & cum Moſchis ad Naruam Liuoniæ commercia exercere non poſ-im ad Moſchos iter in mari Glaciali (vt quidam nominant, cùm tamen quàm niſi ad littora obducatur) totam Norvvegiam, Finmarchiam, n, Finlappiam, & Biarmiam, vltra gradum latitudinis ſeptuageſimum eteruecti, ac inde verſus meridiem reflectentes, ad portum D. Nicolai, tico, & gradum longitudinis ſexageſimum octauum ſubiectum, patefe-Quam nauigationem poſtea Belgæ etiam ſecuti ſunt.

MILIANVS Imperator, ſtatim poſt conuentum Roſtochienſem ſuperiore pacificationis cauſa inſtitutum, ſed à Sueco non ſatis tempeſtiuè præmo-tum; per Daniæ regis & electoris Saxoniæ legatos, Georgium Roſen-Ioachimum Hinken Decanum Bremenſem, D. Vlricum Mordiſium, & tabatur, vt mandato publico, omnem ex Germania armorum, munitio-neatuum, & mercium importationem in Sueciam prohiberet. Verùm , qui bello non neceſſario Sueciæ regem à Dano vexari, nec, quod inter ges gereretur bellum, Germaniæ negociationes & commercia vſitata portere iudicaret, per amicos ſuos in aula Cæſarea promulgationem iſſuadet. verùm electior Saxoniæ poſtea per Georgium Cracouium & cium in aula Cæſaris vrgens reſciſcit, à Mordiſio ſuperiore hyeme im-iſſe. Qua de cauſa indignans Mordiſio, tum ab officio Cancellarij re-domo ſua captiuo, Georgium Cracouium, quem coniunx Auguſti, Da-ror, obſequentem ſibi & fidum in hac Danica cauſa compererat, Ele-uit. Is primus ad ſublimiorem Gratiæ, dignitatis & potentiæ gradum, couio fuit. Maximilianus autem, denuò ad Suecum miſſo nuncio pe-ntrouerſias cum Daniæ & Poloniæ rege, & Lubecenſibus ſuas, amicè nponendas ſibi permitteret, & inducias vel pacem interea coleret; cùm o nuncius detineretur, Mandatum prohibens omnem ex Germania mer-licarum munitionum in Sueciam importationem, à Daniæ rege, electo- Menſe No-uembri. & Lubecenſibus toto iam anno petitum, Viennæ promulgat.

ante, MAXIMILIANVS, IOANNEM Albertum ducem Megapolitanum, pe-

M.D.LXV. tente ſenatu Roſtochienſi, Commiſſarium diſſidijs, quæ tum inter ſenatum & ciues grauiſſima exarſerant, amicè vel iure componendis, & flagitante extrema neceſſitate, parti inobedienti armis cohercendæ, conſtituerat. Huius conſilij in vrbe autor ſenatui Syndicus tunc temporis fuerat. quem, vt idoneum negocijs, quæ agitabat animo, inſtrumentum, princeps Ioannes Albertus conſiliarium ſibi biennio antè adſciuerat, verùm hac conditione, vt Daniæ regi, à quo, belli Suecici tempore, aliquot maritimarum vrbium Syndici, pecuniam annuam accipiebant, renunciaret. Sic Reipublicæ Roſtochienſis, & aulæ principis conſilia ſe gubernare, & in ſua poteſtate negocia habere, ille exiſtimans: etſi grauiſſimè ſenatui & ciuibus, prudentes omnes, ex omnibus ordinibus, ſuadebant, & inſtabant, vt intra mœnia controuerſias ſuas ipſi componerent; tamen Syndici huius, & conſulis N. illiterati quidem, ſed admodum ſapientis ſuo iudicio & loquacis, amborum Roſtochienſium operâ effectum eſt, vt controuerſiæ ad principum Ioannis Alberti & Vlrici fratrum, qui pari autoritate ducatum gubernabant, cognitionem deferrerentur. Syndicus, cùm eruditorum quorundam in Academia & aliorum, ab hoc conſilio dehortantium, mentio fiebat, ſe didiciſſe & tenere artem regendi Reſpublicas, cuius illi ignari eſſent, iactitabat. Cùm autem audita à principibus aliquoties Guſtrouij & Dobberani anno ſuperiore vtraque parte, non ſe explere hac ratione odia & cupiditatem vindictæ ſuam, aduerſus ciues certos conceptam, poſſe cerneret: ab Imperatore Commiſſionem, quam dixi, ad ſolum Ioannem Albertum, velut ad ſeniorem principem, directam impetrarunt. Qui, fratre Vlrico inconſulto, omniumque rerum ignaro & inſcio, ſolo marchione Brandeburgico Ioanne in conſilium adhibito, equitum ac peditum copias conſcribit, cum quibus nocte, diem Bartholemæi ſequente, patefacta porta, quæ ad D. Georgij Xenodochium ſpectat, vrbem ingrederetur, & ciuibus ſeditioſis oppreſſis, ſenatui autoritatem & potentiam priſtinam reſtitueret & confirmaret. Cùm autem æſtate illa peſtis ſæuiſſima in vrbe graſſaretur, quæ ſupra nouem millia hominum abſumpſit: in diem Lucæ res dilata eſt. Quam ſequente nocte, princeps cum equitatu, qui propè Neuſtadium ad Eldam, inſcius ipſe, quò ducendus eſſet, conuenerat, ad vrbem accedit. Marſcalcus ſummus, Reimar à VVinterfeld, ad portam præmiſſus, patere ipſis acceſſum, vt conuenerat, Principi renunciat. Cùm autem peditum cohortes nondum adeſſent, habito conſilio militari, viſum eſt præfectis, tantam vrbem, ab equitibus ſolis, qui facilè arceri, in capitibus platearum carris obiectis, poſſent, ſine peditum auxilijs occupari non poſſe. Ideoq; peditatum, quem adhuc aliquot milliaribus abeſſe intelligerent, neceſſariò expectandum eſſe. Hæc
19. Octob. ſententia cum omnibus præfectis probaretur, illuceſcente die, princeps in pagum Polchovv, quinque millibus paſſuum ab vrbe diſtantem, diuertit, & alio capto conſilio, venientibus ad ſe ex vrbe ſenatus & ciuium ablegatis, Cæſareæ Maieſtatis commiſſionem proponit, oſtendens ſe, vt ſacræ Cæſareæ Maieſtati ſubiectionem & obedientiam debitam declaret, ad componendas amicè vel iure controuerſias, inter ſenatum & ciues agitatas, & priſtinam ciuitatis tranquillitatem & ſalutem reſtituendam veniſſe, nec vllam, ſi pacificè intromittatur, Reipublicæ libertatibus & priuilegijs, aut priuatorum bonis, vim illaturum eſſe. Quod ſi Cæſareæ Maieſtati non parerent, nec portas ſibi patefacerent; mandatum ſibi à Cæſarea Maieſtate ait, vt totius circuli inferioris Saxoniæ auxilia aduerſus eos euocet. Roſtochienſes, qui, pauciſſimis in ſenatu exceptis, conſcij huius conſilij non erant, diuturna & ſæuiſſima peſte ac mœſtitia fracti, & Cæſarei nominis, quod prætexebatur, maieſtate, & principis ac conſiliariorũ ipſius, ac in his Syndici præcipuè ſui ampliſſimis promiſſionibus & cohortationibus perſuaſi, poſt aliquot dierum tractationes
27. Octob. cum datis literis, ſigno & manu ſua confirmatis, Princeps, ſe ſanctè promiſſa ſeruaturum eſſe obligaſſet; poſtridiè, quæ Simoni & Iudæ ſacra fuit, Principem, patefacta vrbe, cum parte exercitus intromittunt. Is in curia à ſenatu exceptus, denuſe principali fide, obligationem à ſe datam, ſeruaturum pollicetur. Vltima Octobris, Senatu & ſexaginta ciuibus in curiam vocatis, Commiſſionem Cæſareæ Maieſtati

elegi curat; ac se non vt principem, sed Cæsareæ Maiestatis commissarium M. D. LXV
stendit. deinde longa oratione totam superiorum annorum Tragœdiam
excitatam, & ciuium aduersus principem & Senatum contumaciam expo-
exaginta ciuium Antisenatu abolito, literas etiam, quibus ante centum & 1427.
ginta annos primum facultas communitati ciuium, incidentibus negocijs
bus, sexaginta ciues, velut Tribunos plebis eligendi, à senatu data, & ali-
deinceps confirmata erat, à ciuibus flagitat, & exhibitas in ignem abijci &
senatu & ciuibus spectantibus, mandat. Senatus, ciues sibi aduersantes in
redactos intuens, & integram sibi regendæ Reipub. autoritatem restitu-
imans, maiorem in modum principis iustitiam, bonitatem, & erga se cle-
, primis illis diebus prædicabat. Sed perbreue gaudium fuit. nam biduo 2. Septemb.
ceps portarum vrbis omnium claues à senatu flagitat. quibus acceptis, om-
uas equitum & peditum copias in vrbem recipit, & ciuibus totos nouem
lendos imponit. Deinde à senatu & ciuibus 73300. Ioachimicos, in hanc
onem bellicam, salutis ipsorum causa impensos, exigit. Cumque humili-
carentur, rursus se obligationem datam seruaturum, & exercitum absque
ca dimissurum esse promittit. Etsi autem sexaginta millia aureorum Ro-
es statim soluerunt; tamen indies asperius pressi, ac ciuibus etiam arma
nt. Vlricus Dux Megapolitanus, quo inscio Ioannes Albertus frater mi-
legerat, & in vrbem vtrique pariter iuramento deuinctam, receptus erat;
è fratri & Rostochiensibus iratus, militem ipse etiam conscribit, & reli-
uiæ præsidio, Brunsuigam ad ordines circuli Saxoniæ inferioris con-
proficiscitur, & auxilia ordinum inuocat. Cæsar etiam ipse, literis Vi- 1. Decemb.
is, valdè displicere sibi hanc Ioannis Alberti expeditionem bellicam,
& statim dimitti militem mandat. Sed is vtrobique se, prætextu Com-
à Cæsare sibi impositæ, neque adhuc executioni integrè datæ, excusat:
iam alij se molestiam aut periculum suo milite creaturum respondet. Cæ-
ac excusatione minimè contentus, mandatum prius denuò repetit, &
nem Rostochiensibus datam de priuilegijs eorum non violandis seruari,
ac prædia Rostochiensibus, in prima obsidione occupata, restitui iubet.
arios etiam, Bogislaum Felicem ab Hassenstein, inferioris Lusatiæ præfi-
nestum à Rechberg, qui inter principes Ioannem Albertum & Vlricum
fidium componerent, & copias militum dimitti curarent, constituit, qui
electoris Augusti & ordinum inferioris Saxoniæ legatis, pridie Calenda-
arij Rostochium appulerunt. Horum actiones sequenti anno pertexam.
ixonia superiore, Ioannes Fridericus, natus Saxoniæ elector, decedens,
, Ioannem Fridericum medium, Ioannem VVilelmum, & Ioannem Fri- 1554.
uniorem, reliquerat. Cùm autem inter fratres ita conuenisset, vt primo
, Ioannes Fridericus medius, qui primogenitus erat, solus gubernationem
& hoc anno Ioannes Fridericus Iunior, anno ætatis vicesimo octauo obijs-
ies VVilelmus, exacto iam decennio, de hæreditate hercisscunda cum fra-
e Friderico medio, actionem orditur: quæ vtriusq; socero, Friderico Pa-
ercedente, sic composita est, vt Ioannes VVilelmus, Coburgum & con-
inconiæ oppida: Ioannes Fridericus Gotham & Thuringiæ partem dein-
et. Ioannes Fridericus hoc tempore VVilelmum à Grumbach, centau-
cum, Alberti marchionis Brandeburgici olim legatum, qui Herbipolin
ntè ex insidijs occupatam, diripuerat, ideoq; à Cæsare proscriptus erat;
nium & tutelam suam recepit, eiq; inter consiliarios locum tribuit. Is
gium pedis, vbi tutò consisteret, nusquam haberet: tamen principis Ioannis
animum amplissimis spebus recuperandi suis consilijs, & Germanicæ nobi-
deuinctæ, auxilijs, dignitatem & ditiones Electoris Saxoniæ à patre amis-
at. Quæ consilia vtriq;, & principi & Grumbachio, ac socijs, exitio fuerunt.
> LFGANGVS comes à Barby, quem propter summam integritatem & fi-
que electores Saxoniæ, Fridericus sapiens, Ioannes, Ioannes Fridericus,

M.D.LXV. Mauricius, & Augustus, singulari beneuolentia complexi, eiusque consilijs & officijs, in gubernatione domestica, in bellis, & legationibus vsi sunt; die 24. Ianuarij decessit. cùm ex Hagne, Gebhardi comitis Mansfeldensis filia, vndecim filios, & 1555. quinque filias procreasset. ex quibus Hagnes, Ioachimo Ernesto principi Anhaldino, Margarita, comiti Volcmaro VVolfgango ab Honstein; Magdalena Ioanni 1556. Vngnadio baroni Stiriaco exuli, nuptæ fuerunt. Filij, VVolfgangus, Albertus, Burcardus, multos annos aulam Palatinorum Friderici, & Ottonis Henrici, & militiam secuti sunt. 1555. Christophorus VVitteberge Rector fuit.

Albertus comes à Barby, circa annum 1300. florere cœpit. ⊕1332.
Albertus ⊕ 1358.
Guntherus ⊕ 1404.

Burcardus ⊕ 1420. vnico filio trienni relicto. — Ioannes statim post patrem decessit.

GVNTHERVS senex ⊕ 1483. nouem filios & sex filias reliquit, ex quibus

BVRCARDVS, qui A. C. 1500. floruit, patrium comitatum solus gubernauit. ⊕1506. Vxor MAGDALENA, Henrici ducis Stargardiæ Megapol. filia, VVartislai X. Pomer. vidua, anno 1482. ducta. — Hoierus Decanus Argentinensis ⊕ 1526. — Ioannes, Fridericus, Albertus, omnes ante patrem decesserunt.

Iustus successit patri, ⊕ 1515. — Balthasar ⊕ 1535. — VVOLFGANGVS quinque electorum Saxoniæ consiliarius. ⊕1565. vxor Agnes Mansfeldica 1526. — Melchior Rector Acad. VVitteb. 1511. Canonicus Arg.

Albertus. — VVolfgangus. — Burcardus. — Christophorus & alij.

Maria Iosiæ comitis VValdeccensis vxor.

MAGDEBVRGENSEM episcopam, Alexandro duce Saxoniæ in ipso aditu adolescentiæ, VIII. Idus Octobris mortuo, Augustus Alexandri pater, vt superiore anno Naoburgensem, sibi administrandam susceperit, cùm paulò ante, Turcica classis Melitam insulam, longitudine quinque milliarium, latitudine duorum, Siciliæ & Africæ, interiectam, Equitum Ioannitarum sedem, mense Iunio, Iulio, & Augusto acerrimè, irrito tamen euentu, oppugnans, initio Septembris obsidionem soluisset, fortissimè defendentibus insulam Ioannitis, quorum princeps seu magister summus Ioannes Valetta Gallus erat. Turcici duces summi, Mustapha septuaginta quinq; annos natus, Piali Amyralis, Haliportus Rhodi, & Dragutes Leptis in Africa præfectus, fuerunt. Quo tempore, Lazarus à Suendy, nobilis Sueuus, consilio, vigilantia, celeritate, & fortitudine præstans, auspicijs Imperatoris Maximiliani, iam ab anni principio bellum aduersus Ioannem II. Transyluaniæ principem qui se Vngariæ regem scribebat, & coniunctos ipsi Vngaricos nobiles seditiosos, feliciter gerebat; & arces ac dominia Tokai ad Tibiscí & Bodrogi confluentem, Zerentz, Satmar in Cepisio, (quod à Gepidis nomen habet) Erdeud, Bathor, &c. expugnabat. Transyluanus virtute & felicitate Lazari superatus, legatis assiduis Constantinopolin missis, Solymanni auxilium implorat. Qui ardentes indignationis flammas aduersus Maximilianum Cæsarem, quod tributum patri ipsius impositum pendere recusaret, & clientem Turcæ Transyluanum armis vexaret; concipiens, sequenti anno ipse in extrema, sed cruda viridiq; senecta, septuagesimum octauum ætatis annum agens, cum exercitu, in Vngariam profectus est, vbi ad Zygethum tandem vitæ & tyrannidis suæ finem fecit.

Distat à Sicilia 15. à Tripoli Africæ 45. milliaribus.

12. Februar.

Ioannes MATHESIVS Rochlicensis, pastor ecclesiæ in valle Ioachimicæ, q
7. Octob. Theologiam vniuersam, & omnes vitæ Oeconomicæ ac Politicæ, & Physicæ m
tallorum doctrinæ partes, eloquentissimis in Germanica lingua scriptis, illustrau
cùm manè concionem, de filio viduæ in Naim resuscitato, habuisset, & in futu

vit

ngulos pios, ſuæ matri & cæteris amicis reſtitutum iri, & ſe mutuò agnitu- M. D. LXV.
:, docuiſſet: tribus poſt contionem horis, verè ὁ δαίμων ἀπελήλυθεν. Hunc 2. Octob.
diebus, Roſtochij, Georgius Richius, Saganæ in Sileſia natus, anteceſſit:
ſanctus ſenex, & erga pauperes beneficus, paſtor eccleſiæ ad D. Nicolaum,
llegium Rubei Leonis planè collapſum, vt pauperes ſcholaſtici gratis in eo
rent, ſuo ferè ſolius ſumptu, in hac Academia, inſtaurauit. Alexander Ale- 17. Martij.
ɔtus, qui Lipſiæ iam viginti annos profeſſor Theologiæ fuerat: Conradus 13. Decemb.
:us, Medicus & Philoſophus, optimè de ſtudijs meritus: Georgius Seldius 26. Maij.
s conſiliarius: Burcardus Mithobius, Erici Brunſuicenſis Medicus, & alij ex
a migrarunt. Ioachimus à Neuhauſen, Boëmiæ Cancellarius, hoſtis eccle-
, quæ à Pontifice Romano ſeiunctæ, puriorem doctrinam profitebantur,
nus; dum Danubij pontem Viennæ tranſit, rupto pontis iugo, cum ciſio & 12. Decemb.
elapſus, in Danubio ſubmerſus eſt.
icolaus Radiuilus Dux Olicæ & Nieſvviſenſis, Palatinus Vilnenſis, ingenio,
& authoritate excellens, cui quidquid nunc eſt puræ religionis in Lithuania
adſirmant, die 28. Maij extinctus eſt: *OCCIDIS ar Ctoa, RADIVILe, ô gLo-
ra, Heros Ingenio non Citò taLis erIt.* Hic primus Vilnæ in Lithuania pu-
i Euangelij doctrinam amplectentes, negantibus templa ſacrificulis, in aula
no S. Ioannis oppoſita, ſacros conuentus celebrare permiſit. ac impenſis in
retes ac Typographos, decem plus minus florenorum millibus, primus Sar-
ſacroſancta Biblia, ex Ebraicis atque Græcis fontibus lingua Polonica de-
niliariſſimus & cariſſimus regi Sigiſmundo Auguſto fuit, qui patruelem Ra-
Barbaram, coniugem ſecundam habuit. Filios quatuor reliquit à paterna
ne & fide poſtea deſciſcentes; Chriſtophorum, Georgium Cardinalem, Al-
n (qui Annam, Gothardi Curlandiæ ducis filiam anno milleſimo quingente-
ctuageſimo ſexto duxit) & Staniſlaum.

ROSTOCHII iamdudum Conſules & reliquum Senatum, inuocati & in- M. D. LXVI.
ſi cum exercitu principis pœnitebat. Qui, cùm ab Imperatoris commiſſa-
circuli Saxonici ordinibus, dimittere militem iuberetur: vi commiſſionis,
eſtinas in vrbe diſſenſionis, eum neceſſariò à ſe retineri, vtriſque reſpondit.
; vt commiſſionis Cæſareæ prætextum principi adimerent: ſuaſu legati Cæ-
Felicis Bogiſlai ab Haſſenſtein, Senatus & ciues, mutua deprecatione inter ſe
iciliantur. Id verò ægerrimè princeps tulit, & quia ſe inſcio concordiam in- 22. Ianuar.
:, clandeſtinam aduerſus ſe conſpirationem factam eſſe, interpretatur. Statim
: Ioannem Plaphardum & Valentinum Neuman ciues, qui conſilio & facun-
eteros regere, & præcipui autores reconciliationis cum Senatu fuiſſe, exiſti-
ntur, in vincula conijcit. Quos poſtridie, legati Cæſarei interceſſione, rur-
mittit. Statim etiam cum fratre Vlrico, quo antea excluſo & inuito, ſolus
potiri velle videbatur, tranſigit. & ſenatui ac ciuibus, articulos de Viſitatio-
cleſiarum, ordine iudiciorum, de rationibus à ſenatu reddendis, de carcere ci-
, de prædijs ruſticis ciuitati parentibus, & alios proponit. Dux Vlricus, cùm,
n vrbe erant, milites, ipſius ducibus antea iuraſſent, in vrbem cum ſuis co- 7. Februar.
à Ioanne Alberto, inſcijs, vt aiebant, Cæſaris commiſſarijs, ac omnium
mè conſcio ſenatu, intromittitur, & grauiſſimam indignationem ac minas
ra Roſtochienſes præ ſe ferens, tandem interceſſione commiſſariorum fa-
eprecatione, & ſexaginta millibus aureorum, ſicut antè fratri Ioanni Alber-
militum ſtipendia contulerant, ſibi etiam addictis placatur. ac viciſſim ſe
ilegia eorum conſeruare, & militem dimittere velle pollicetur. Cùm Cæſaris 17. Febr.
miſſarij diſceſſiſſent, poſtridie Viſitatio eccleſiarum cœpta, & dirutis ad portam 20. Februar.
s meridionalem foro vicinam mœnibus, arcis munitæ ædificatio inchoata eſt.
pliciter autem deprecanti ſenatui, & priuilegia ſua alleganti, Dux Vlricus re-
ndit, ſe pro ſua perſona libenter aſſentiri, vt ædificatio intermittatur, ſi Ioan-
Albertus abduci à propoſito poſſit. Ioannes Albertus & Vlricus duces Me-
olitani fratres, cùm pridie capitulationem, vt vocant, ſenatui & ciuibus

M.D.LXVI. 7. Martij. planè intolerabilem visam, prælegi per consiliarios, & cùm recusarent, Consulibus etiam ac senatoribus & cæteris ciuibus cum senatu sentientibus, arma eripi iussissent; relicto in vrbe militum præsidio, & consiliarijs locum tenentibus, Rostochio egressi sunt: ille in Borussiam ad socerum senem: hic ad Comitia Maximiliani Imperatoris prima, Augustæ indicta, profecturi. Initio Aprilis, duo Consules, Thomas Gerdes, cuius cum affine Michaële Boldevvano, de diuisione hæreditatis dissensio, primum ciuilis dissidij fomentum & fax fuerat, & Bernardus Pauli, captiui in arces Plaën & Domicium abducti, & ciuibus ligna, lateres, calx, asseres, & quidquid singuli habebant, in extructione munitionis vsui futurum, erepta, publicæ etiam domus, cellæ, armamentaria ciuitatis vi effracta, munitiones bellicæ omnes, nitrum, puluis tormentarius, vrbi adempta, & in mutatione liberæ antea Reipublicæ, nimis asperè, duriter & superbè, à nouis istis gubernatoribus nobilibus, qui principum absentium nomine vrbi præerant, regnatum est. Itaque diuturnum esse imperium non potuit. Violenta enim nemo Imperia continuit diu, MODERATA DVRANT. Senatus Rostochiensis Augustam ad comitia miserat, & postea perpetuum in aula Imperatoris sollicitatorem habebat, Antonium VVittersheimium, virum ingeniosum, doctum ac industrium, qui summa fide ac diligentia apud Imperatorem & illius consiliarios, magnitudinem indignissimarum calamitatum, quibus prætextu Cæsareæ commissionis, à principe opprimerentur, assiduè inculcabat, & noua subinde mandata, de spoliatis ante omnia in integrum restituendis, &, 3. Iunij. 20. Septemb. 19. Decemb. cùm non pareretur, citationes & processus in aula Imperatoris impetrabat & vrgebat, donec biennio post, Arx noua, Imperatori velut sequestro, custodienda tradita, & tandem tota controuersia, pro Rostochiensium voto, amicè transacta & composita est, vt suo loco dicetur. 1568. 1573.

Ioannes Albertus, dux Megapolitanus, Rostochio in Borussiam, ad socerum Albertum senem Borussiæ ducem, rectà proficiscebatur. Is septuagesimum sextum ætatis annum agens, mente & corpore infirmo, multa, quæ ordinibus Borussiæ, ad publicam Ducatus illius perniciem & euersionem spectare videbantur, agi permittebat. Aliquot enim annos, ingenioſi cuiusdam & vafri, at vanissimi hominis, Pauli Scalichij consilijs auscultauerat, eique prædia & possessiones amplas donârat. Qui tempestatem imminentem præuidens, veteres consiliarios, nobiles Borussos, Christophorum Crucium, Burggrauium, Borkium, Canicium, & alios, qui ipsius molitionibus aduersabantur, delatos apud senem principem perfidiæ, remoueri curat, & suæ farinæ homines nouos, ac in his Matthiam Horstium Margiten., qui sua histrionica & iocis scurrilibus in aulis aliquot principum innotuerat, commendatum, euehit. deinde his apud principem vicarijs relictis, specie legationis in Galliam, ad petendam iuniori duci sponsam Regiam se amandari, cum triginta equitum comitatu, nunquam rediturum, curat. Princeps interea nouas exactiones, subditis non assentientibus, per edictum imponit, & nouis consiliarijs suadentibus, Paulum VVobisser Tribunum conducit, qui mille equites in Borussiæ ducatum adduceret; eiq; ducenta millia Ioachimicorum in stipendium addicit, hac conditione, si constituto tempore non soluerentur, vt VVobissero ipsi, ex subditis principis, per Repressalia extorquere liceret. Quibus literis confectis, VVobisserus Horstio & Snellio tria millia Ioachimicorum donauit. Fuerat autem Matthias Horstius Rostochij olim notus & familiaris Laurentio Kirchouio, cuius in Rostochiensibus negocijs consilio & opera felici dux Megapolitanus vsus erat. Itaque nunc secum in Borussiam eum adducens, ipsius potissimum & Horstij operâ, apud socerum senem obtinet, vt Testamentum, quod antè condiderat, & Sigismundi Poloniæ regis autoritate confirmatum erat, retractaret, & nouum conderet, in quo, de tutela filij & gubernatione Borussiæ, & alijs capitibus, quædam à priore testamento dissidentia, constituebat, ac vtrumque Testamentum duci Megapolitano custodiendum & exequendum tradit.

Interea proceres Borussi quidam, inter quos Elias & Fridericus Canicij, & Christophorus Crucius aulæ Burggrauius, præcipui fuerunt, Poloniæ regem, vt

Domi-

ſupremum, de his rebus edocent. Is commiſſarios ex comitijs Lubli- M. D. LXVI.
d conuentum prouincialium Regiummontem ablegat, qui ſequentia ca-
ti Regij die 27. Auguſti ordinibus proponunt. Paulum Scalichium Re-
as ex toto regno & Boruſſia proſcripſit, & donationes prædiorum illi
euit. Eam proſcriptionem Dux Boruſſiæ in ſuo ducatu publicè pro-
ecutioni dari curabit. Veteres conſiliarios, à principe depoſitos vel re-
ex ante omnia reſtituit: ac ſi quam princeps vel alij actionem aduerſus
unt, legitimo iudicij ordine eam inſtituent. Nouos conſiliarios Rex
tione omnino remoueri mandat. Totum Ducis nouum Teſtamentum
. Vetus & nouum Teſtamentum, à duce Megapolitano repoſcantur,
dantur. Ius ſucceſſionis in ducatu Boruſſiæ, quod electori Brandenbur-
x princeps tribuit, caſſum ſit. Regij commiſſarij omnes obligationes,
& debita principis ſenis inſpicient, & re cognita, quæ ſeruari debeant,
nt. Nullas exactiones nouas dux Boruſſiæ, ſubditis non aſſentientibus,
mponet. Grauamina prouincialium in proximo conuentu exhibita, de
hil princeps reſpondit, nunc tandem tollentur. Eliæ Canicio (quem
proſcripſerat, ſed rex Poloniæ commiſſarijs ſuis comitem adiunctum,
o principis ſaluo conductu reduxerat) in controuerſia cum principe
es Curiæ princeps ordinabit. Si renuet princeps, commiſſarij iudi-
ıſtituent. Nobilitatis enim & omnium ordinum Boruſſiæ priuilegia
actiones cum principe initas, Rex tuebitur & defendet. Hæc omnia
ıus commiſſarijs princeps exequetur. Si recuſabit, Commiſſarij ipſi,
icato cum prouincialibus conſilio, Gubernationem conſtituent, prouin-
Grauamina tollent, compoſitis perturbationibus & calamitatibus publi-
m reſtituent, autores horum malorum punient, ſumptus aulæ non neceſ-
nuent, & omnia, quæ ad prouinciam & illius principes, ex præſentibus
tibus & oneribus leuandos, & ſimilia mala deinceps auertenda prodeſſe
, conſtituent. Hæc mandata, menſe Septembri & Octobri omnia com-
xecuti ſunt. ac initiò criminalis accuſatio, totius prouinciæ nomine, ad-
ıannem Funccium (qui ex concionatore aulico factus erat conſiliarius po-
, attractis per ordines commiſſarijs Polonicis, principi conſuluerat, vt ad
ıs & amicos principes in Germaniam proficiſceretur, quia nullum fidelem
n in Boruſſia haberet) Matthiam Horſtium, Ioannem Snell & Steinba-
tanquam nouatores & perturbatores publicæ pacis eccleſiaſticæ & politi-
icioſiſſimos, & hoſtes patriæ, inſtituta eſt. ac vt ex vinculis cauſam dice-
ctitum. Tandem igitur à principe commiſſarijs Polonis traditi, & in cu- 14. Septemb.
ıditi, in turres ſeorſim diſtributi, & catenis vincti ac examinati ſunt, do- 20. Septemb.
ıdem publicum de tribus ſupplicium capitis, in foro vrbis Regiomonta- 28. Octob.
ıptum, Steinbachio vita condonata eſt. TRANSACTIO etiam, ſeu
inter Illuſtriſſimum Ducem, & ordines Ducatus Boruſſiæ noua, de multis
ıus antea controuerſis inita, & priuilegio comprehenſa, & per commiſſa-
:gios confirmata eſt. Capita præcipua ſunt, vt duæ epiſcopæ in ducatu Bo- 4. Octob.
inſtaurentur, Sambienſis & Pomezanenſis, & ante Paſcha duo idonei epi-
coniunctis conſiliariorum principis, octo delectorum ex nobilitate, & toti-
x vrbibus, ſuffragijs, à principe inſtituantur, quibus iuriſdictio eccleſiaſtica
a & non impedita, & facultas ſingulis annis viſitandi, & Synodos particula-
l conſenſum in doctrina, ritibus & diſciplina retinendum, conuocandi relin-
ır. Delicta epiſcoporum politica per Illuſtriſſimum principem; eccleſiaſtica,
doctrina vel ritibus delinquant, per generalem Synodum cognoſcentur &
:ntur. Penes epiſcopos, ſuprema inſpectio & iuriſdictio, in Academiam,
ſiſtorium, eccleſias, paſtores, ſcholas, & omnes cauſas eccleſiaſticas & matri-
iales futura eſt: appellatione tamen à Conſiſtorio ad Illuſtriſſimum prin-
m & aulicum iudicium libera partibus relicta. Epiſcopi cum alijs pijs &
is miniſtris, communicato conſilio, intra annum, piam & ſinceram ordina-

tionem

M.D. LXVI. tionem ecclesiasticam conscribent, ad cuius præscriptum omnes ecclesiarum ministri officium suum obeant. Exulibus ministris, propter Osiandrismum dimissis, reditus in Borussiam conceditur. Politica Gubernatio iuxta priuilegia subditis à principe data, constituetur, vt ad consilia & officia Gubernationis, Nobiles inquilini, præ exteris, idonei adhibeantur. Domos officialium ante arcem, non diutius quàm officium administrant, possidebunt. Neminem ex officiarijs, sine sufficientibus causis cum contumelia princeps dimittet. Iudicium aulicum, quinque Nobiles inquilini, & tres iureconsulti administrabunt. In Cancellariam & quæstoris Cameram, Borussos præ exteris clementer princeps recipiet. Exactiones nouas nullas subditis imponet, sed priuilegia & immunitates eorum tuebitur. Nullum fœdus vel auxiliorum pactionem cum vllo rege aut principe inibit, absque consensu Regis Poloniæ & ordinum Borussiæ. alioquin irritum & nullum erit. Cùm conuentus prouinciales indicentur, Propositio in singulas præfecturas simul mittetur, vt matura deliberatione præhabita, legati plenius & commodius respondere possint. Immoderatæ vsuræ, & iniquæ Donationes immerentibus factæ, inquirantur & aboleantur. Ministros non necessarios princeps dimittet, & sumptus moderabitur. Mandatum de Schalichij assecuratione & libri famosi ab eo editi, abolentur. De pecunia, à præfectis ærarij prouinciæ accepta, rationes reddantur. Iudices in prouincijs ita constituentur, vt ex tribus à qualibet prouincia nominatis, princeps vnum eligat. ius Culmense & constitutiones prouinciæ, cùm primùm de ijs conuenerit, typis princeps publicari curabit. Nulla caupona noua intra vnum milliare ab vrbibus sine peculiari permissione ædificetur. Omnia priuilegia, libertates, iura, consuetudines incolarum Borussiæ, princeps tuebitur & seruabit. Si secus faciet, nec ad subiectissimas subditorum preces factum mutabit, liberum erit Ordinibus prouinciæ, absq; vlla rebellionis aut seditionis culpa, ad Regiæ Maiestatis Poloniæ patrocinium confugere, & vi pactorum inter Regem & Ducem initorum, priuilegiorum suorum defensionem ab eo postulare. Hæc priuilegij noui, à Duce Borussiæ suis dati, & per Commissarios autoritate Regia confirmati, summa est. Paulò post Episcopæ duæ, Sambiensis & Pomezanensis restitutæ & reditibus auctæ sunt. ac Pomezanensi Georgius Venetus, nobili familia Prutenica natus, ex Pomeraniæ oppido Colberga, vbi ex Borussia exul, Superintendentis munere functus erat: Sambiensi verò D. Ioachimus Morlinus, ex Brunsuicensi ecclesia reuocatus, præfecti sunt.

In mari Balthico, Dani cum Suecis rursum nauali prælio inter Gottlandiam & fauces Suecicas, per quas Holmiam iter est, æquo ferè Marte dimicarunt. Interfecto autem nobili quodam præfecto Dano, Amyralis Danicus solenni pompa sepelire eum in arce Gottlandiæ VVisburg, instituit. Vtraq; igitur classis Danica & Lubecensis, ad oppidum applicuit, præmonente eos præfecto insulæ, ne in portu vadoso naues figerent. Orta autem tempestate & procella ventorum horribili, classis Danica & Lubecensis ferè omnis, & in ea circiter nouem millia hominum, vnà cum vtroque Amyralio, Ioanne Laurentij Dano, & Bartholemæo Tinnappel Lubecensi consule, naufragio miserabili & luctuoso perierunt. Ex Scania, Daniel Ranzouius in Smalandiam excursione facta, παροικίας aliquot diripuit & vastauit.

In Germania, Comitijs Maximiliani Imperatoris primis, Augustæ mense Martio inchoatis, tum alij Saxoniæ principes, tum verò elector Augustus, & Vlricus dux Megapolitanus interfuerunt, in quibus præcipua de Turcico bello, quod Solymannus senex, Maximiliani iuuenis, tributum pendere tyranno recusantis, & in Transyluania bellum aduersus Ioannem VVeivvodam vasallum Turcicum feliciter gerentis, animi magnitudine irritatus, Vngariæ inferebat, deliberatio fuit. ad quod belli sumptus maiores, quàm vlli ante eum Imperatori, à Germania decreti; & VVilhelmus Grumbachius, qui Herbipolin ante triennium insidiosè occupatam diripuerat, & nunc vnà cum socijs apud Ioannem Fridericum Saxoniæ ducem, in arce Gothana receptum habebat, denuò proscriptus est. Expeditio in Vngariam non admodum felix fuit. Etsi enim Solymannus in obsidione Zygethi, quod fortissimum

ea in

orbis Christiani propugnaculum aduersus Turcas erat, fortissimè à Ni- M. D. LXVI.
ni comite defendebatur, morte extinctus est: tamen Mahometis Bassæ
ingulari, celata in castris ipsius morte, biduò post, Zygethum captum &
imus fortissimè dimicans, in porta interfectus, & caput præcisum, à Bas- 7. Septemb.
i, ad Eccium comitem Salmensem, in Maximiliani castra, quæ ad Ara-
Danubij confluentem ad Iaurinum seu Rabam oppidum fixa manebant,
anubio non recedendum esse duces iudicarent, missum est. Paulò antè,
in Transyluaniæ finibus fortissima, Pertano Bassæ à Ladislao Kerezenio 2. Iulij.
at. Cùm autem Turcicæ copiæ in Thraciam redirent, vt Selymo subie-
& fidelitatem debitam præstarent; Maximilianus etiam Viennam recessit;
Constantinopolin legatis, Pacem octo annorum, addicta pensione annua
illium aureorum, quam pater postremis vitæ annis dare solitus erat, im-

Cùm à Maximiliano Imperatore in comitijs Augustanis ANTONIUS co-
nburg. & Delmenhorsti, feudum suarum ditionum autoritate Imperato-
mari peteret: Fridericus Daniæ rex, & patrui Holsatiæ duces, sibi quoq;,
nis agnatis, ex eadem stirpe ortis, idem beneficium, in quo ius successionis
to haberent, conferri petiuerunt. Regem enim Christianum I. comitem
rgensem, fratri suo Gerardo, ea conditione partem comitatus suam do-
extincta Gerardi posteritate, ad suos posteros ea rediret. Aldeburgensis
ontrà, Delmenhorstanam ditionem, non à Gerardo hæreditate acceptam,
plurimos annos in aliena potestate fuisset, solius comitis Antonij periculo
u, primùm acquisitam esse. deinde ditionem Harpsted coniugij nexu re-
aitatui copulatam esse. Quod verò ad ipsum comitatum Oldeburgensem
quem à Gerardo auo hæreditate acceperit; facilè coniunctam feudi colla-
Dominum suum Holsatis concessurum esse, si illi vicissim comites Oldebur-
velut proximos agnatos & cohæredes suos, in ducatibus Slesvvicensi &
e simul inuestiri patiantur. Nam eidem comiti Gerardo, domini sui auo, il- Calend. Nou.
steris, Ius successionis in ducatibus Slesvvici, Holsatiæ & Stormariæ, post 1466.
Christiani interitum, solennibus literis Hafniæ scriptis attributum esse.

VVXALLA in Brabantia, multi nobiles Belgæ, qui Geusij postea dicti sunt,
i caput HENRICVS à Bredenrod, Reinoldi filius, VValrauij nepos, erat,
itæ Gubernatrici supplicationem exhibent, qua edictorum de supplicijs 5. April.
nis nomine irrogandis acerbitatem, & Hispanicam Inquisitionem, cum pri-
illarum prouinciarum pugnantem, aboleri, aut si abolendi ea potestatem
natrix non habeat, suspendi interea executionem flagitant, donec Regia
as de his edocta responderit, & status generales earum regionum conuocà-
de nouis mandatis, quibus impiæ sectæ & seditiones, quæ indè exoriri pos-
rohibeantur, communi ordinũ consilio constituatur. Gubernatrix suspen-
flagitatam permittit, ac interea cum suæ Religionis consiliarijs, quos Cardi-
s vulgò appellabant, moderationem mandatorum cudit. Quæ cùm nihilo
tis ipsis melior videretur, à Nobilitate repudiata, & fœdus inter ipsos, de In-
one Hispanica, coniunctis consilijs & viribus à Belgico auertenda initum est.
a passim in vrbibus, Caluinistæ, vt vocabantur, Nobilitatem segnius agere
tes, nec satis ei fidentes, non expectata magistratus autoritate, publicas con-
s & administrationem Sacramentorum, extra vrbes & oppida, in campo in-
nt, ad quas ingens hominum multitudo armata vbique confluebat. Tandem
, seditionum & tumultuum grauiorum metu, cùm nulla ratio eos auerten-
t sedandi melior fore diceretur, quàm si liberæ Religionis exercitium
matæ Religioni addictis concederetur: Gubernatrix, VVilelmo princi-
raniæ, & Amoralo Egmondano promittit, se cum Nobilibus protestanti- 15 Iulij.
qui tunc ad S. Trudonem conuenerant, transigere velle, & Generales status
iocare. Vraniæ principem, Antvverpiæ Burggrauium, petente Senatu in
m mittit, vt turbas & seditiones ibi exortas componat & sedet. Antvver- 23. Iunij.
enim primæ conciones publicæ in vico suburbano Burgerhold, Germanicè
& Gal-

M. D. LXVI. & Gallicè, magno concurſu haberi cœperant, quorum exemplum proximo menſe in Flandria Iperenſes, Gandenſes, Audenardi, Tornacenſes, Inſulani, in Hannonia Valencenenſes, & alij in alijs prouincijs ſecuti ſunt. Antvverpiæ, præſente iam
14. Auguſt. Vranio, rurſus in vrbe excitato tumultu, ſuggeſtus in vrbe noua poſitus eſt, ex quo Caluiniani concionarentur, quod tamen eo die magiſtratus impediuit. Poſtridie
16. Auguſt. Vranio Antvverpia diſcedente, ſtatim ſex conciones in vrbe habitæ, & ſub veſpertinis precibus in ſummo templo D. Mariæ, obſcuri quidam homines ſubornati, tumultuantur, ac diffugientibus ſacrificulis, ſtatuas & imagines omnes deturbant, & progreſſi, ex cæteris etiam templis eas remouent & euertunt. Idem 22. Auguſti Gandaui, & Valencenis, & Tornaci, & in alijs vrbibus factum. Antvverpiam princeps Vraniæ reuerſus, communicatis cum ſenatu vrbis conſilijs, liberum religionis exercitium, vnà cum ſenatu eccleſiaſtico ſeu conſiſtorio Deputatorum, ciuibus Caluiniſtis & Lutheranis permittit. Vocati igitur à Confeſſioni Auguſtanæ addictis, Matthias Illyricus, Cyriacus Spangenbergus, Ioannes Vorſtius, L. Hamelmannus, & alij, confeſſionem doctrinæ, & ordinationem eccleſiæ pro Auguſtanæ
2. Septemb. Confeſſionis ciuibus conſcribunt, quæ typis expreſſa extat. Miniſtros illorum princeps Vraniæ & ſenatus, tabulis conductitijs à ſe datis & obſignatis confirmat. Aedificabantur templa noua, Pontificij enim vetera omnia retinebant, & magno hominum ardore & plauſu noua doctrina audiebatur, & eccleſiæ indies creſcebant & florebant. Idem fit Gandaui & in alijs vrbibus. Leovvardienſes in Friſia, totum Papatum vnanimi conſenſu ex ſuis templis ſubitò exploſerunt, ſubſtitutis nouis miniſtris, qui euangelij doctrinam docerent. Sed hæc felicitas ſeptem tantummodò menſes durauit. Allata enim, ſequenti anno, ex Hiſpania regis declaratione, & militum copijs à Gubernatrice conductis, exercitium religionis vbique in Belgico abolitum, & concionatores omnes dimiſſi ſunt. Miniſtris verò, qui Antvverpiæ docuerant; publica officij fideliter adminiſtrati, & vitæ honeſtæ teſtimonia, princeps Vraniæ, & ſenatus Antvverpienſis dederunt.

Nunc in Diœceſibus aliquot Saxoniæ, Epiſcoporum ſucceſſiones attexam. Bernhardus enim MONASTERIENSIS epiſcopus, Pij V. Pontificis mandatum de concubinis remouendis, clero diœceſeos ſuæ in Synodo proponens, canonicorum animis iam antè aduerſus ſe exacerbatis, & nunc magis etiam, inſtinctu concubinarum, odijs inflammatis, poſt paucos dies epiſcopam reſignat. (*Et CVM ſCIrent LInt LVgens eleCte reCedIs.*) cui poſtridiè reſignationis, IOANNES comes ab HOYA epiſcopus Oſnabrugenſis, princeps ingenioſus, eruditus, eloquens & munificus, à Collegio ſubſtitutus eſt.

Archiepiſcopæ MAGDEBURGENSI & Halberſtadenſi, cùm Sigiſmundus marchio Brandeburgenſis, Ioachimi II. electoris filius, à prima adoleſcentia, quatuordecim annos præfuiſſet, & auctâ ætate ac prudentia, piorum etiam conſilio vſus, Reformationem doctrinæ ac cultuum in Collegijs ſuæ inſpectioni ſubiectis inſtituere & abuſus ac errores, qui ſuperioribus ſeculis ſub Papatu irrepſerant, abolere decreuiſſet: ideoq; multorum ſapientum ac doctorum iudicia prius exploranda, & formas aliorum Collegiorum emendatas conquirendas iudicaſſet: priuſquam deliberata penitus exequeretur, rebus humanis exemptus eſt. Cùm autem ſupremi collegij Magdeburgenſis, penes quod eligendi poteſtas eſt, pleriq; Canonici, ſinceram Euangelij doctrinam, repudiatis erroribus & idolis Pontificijs, amplexi eſſent: nec iam archiepiſcopum Romano Pontifici addictum, ſed ſuæ religionis principem expeterent; Adminiſtratorem primatus & archiepiſcopæ deſignarunt Ioachimum Fridericum, Ioannis Georgij electoris Brandeburgici filium, eo tempore vnicum, præſcriptis à Collegio ſupremo eccleſiæ cathedralis Magdeburgenſis, conditionibus & articulis certis, ab ipſo & patre Iohanne Georgio electore Brandeburgenſi approbatis & Iureiurando electi Epiſcopi confirmatis. Quibus, ſe collegij ſupremi, & reliqui cleri ac Prouincialium, Regalia, priuilegia, ſtatuta, conſuetudines, bona, poſſeſſiones, iura & libertates clementer ac fideliter tueri ac defendere, nec quidquam inde decerpere, alienare, vendere, permutare velle, ſine peculiari

culiari ſupremi collegij conſenſu promittit. Inprimis verò, Salinarũ bona ad men- M.D.LXVII
ſam archiepiſcopi deſtinata, nulli conferet, donabit, vendet, aliáue ratione alienabit. Arces archidiœceſis & prædiorũ ædificia ſarta tecta ſeruabit. Nihil ſibi in Prælatos, Canonicos, & alios eccleſiaſticos eorumq; miniſtros iuris ſumet, niſi quantum antiquitus receptũ eſt, ac ſi quid aduerſus illos actionis habebit, coram collegio ſupremo proponet & tranſiget. Canonicorum hæreditates ab inteſtato vel ex teſtamento relictas, nulla ratione vindicabit, ſed Collegio, veteri more diſponendas relinquet. Nulli ciuitati vel priuatis, noua priuilegia inſcio vel non aſſentiente collegio dabit. Beneficia eccleſiaſtica cum vacabunt, menſe ordinario, collegia ſicut antiquitus receptum eſt, ſuis electis conferent, & poſſeſſionem, archiepiſcopo non impediente, tradent, qui omni diligentia curabit, ne beneficia extinguantur, prophanentur vel in alios vſus inſolentes conuertantur. Prælaturas & dignitates vacantes ab archiepiſcopo conferri ſolitas, intra menſem, Canonico habili, & in legitima poſſeſſione ſuioris præbendæ exiſtenti & capitulari deferet. Nullas exactiones nouas, non præſciente & aſſentiente ſupremo templi collegio & archidiœceſis ordinibus, inſtituet, ac imponet. Cùm comitia ordinum prouinciæ indicenda erunt, ſupremum collegium, de capitibus proponendis & tempore indictionis, antè deliberabit. Pecuniam ad diſſoluenda archidiœceſis debita, in proximo conuentu Calbenſi, ab ordinibus promiſſam, in nullos alios vſus quàm in conuentu decretum eſt, conuerti mandabit. De cuius pecuniæ adminiſtratione, delecti ex ordinibus, in ſupremo collegio, adhibitis archiepiſcopi conſiliarijs, rationes reddent, omnia vaſa argentea, literas originales, & alia ad archiepiſcopi menſam pertinentia, iuxta tenorem inuentarij fideliter ſeruabit. Collegij ſupremi ſede vacante acta, & collationes, ratas habebit. Nullam munitionem nouam ædificabit, nec bellum vllum mouebit, nec cederi vlli ſe, abſque collegij & prouincialium conſenſu implicabit. Refragante actionibus archiepiſcopi collegio, nulla à Cæſare vel Pontifice decreta aut confirmationes obtinebit, quæ etiam impetratæ nullius momenti erunt. Gubernationem & Cancellariam, de concilio collegij, ita inſtituet, vt iuſticia omnibus æqualiter, nulla interceſſionum à cognatis vel peregrinis principibus ratione habita, adminiſtretur. Omnes tranſactiones, decreta comitiorum prouincialium, & alios contractus, conſenſu collegij antea initos, principali fide ſeruabit & exequetur. De oppido & præfectura Eglen, quod à Cardinali & arch. Alberto ſupremum collegium habuit, euictione præſtabit collegio vel alijs, ex Camera archiepiſcopi literis promiſſos reditus tempeſtiuè ſolui curabit. Collegij legatis, hoſpitium & victus in archiepiſcopi arcibus non negabitur. Si collegium à ſenatu & communitate Magdeburgenſi, vt antea accidit, ex vrbe pelletur, vnam ex archiepiſcopi arcibus cum reditibus, excepta Giebichſtein, ipſis inhabitandam & fruendam tradet, donec controuerſiæ componantur. Arces archiepiſcopi alijs oppignoratas redimet, vel à collegio redimi permittet. Seruitia noua, intra decennium, Monaſterijs & alijs ſubditis impoſita, abrogabit, nec collegij ſubditos ſeruitijs premet. Miniſtros etiam collegij, non requiſito antea capitulo, captiuos duci non permittet. Reditus cœnobij S. Georgij in Salinis ad pios vſus conuertet. Reliqua Monaſteria omnia, in præſenti ſtatu conſeruabit & rationes annuas de illorum adminiſtratione, adhibitis aliquot collegij perſonis, ſumet. De cœnobijs quæ ad menſam archiepiſc. tranſlata ſunt, quantum antiquitus ſingula ad imperij & prouinciæ onera ſubleuanda contulerunt, archiepiſcopus delectis ex ordinibus ſoluet. Præfectis & iudicibus mandabit, vt reditus annuos, à ſubditis archiepiſcop. eccleſiaſticis & politicis debitos, magis quàm hactenus pendi curent. Syluas archidiœceſis non claudet, nec lignationibus immoderatis vaſtari ſinet. In comitijs imperij ſeſſionem ſuam tuebitur, & præſtatione contributionum imperij, archidiœceſin grauius quàm antiquitus receptum eſt, onerari non ſinet. Capitanei arcibus Giebichſtein & Mauricij nulli ſi indigenæ, & de conſenſu ſupremi collegij præficiantur: cui collegio etiam iuraiuxta antiquam formam, eamq; ſcriptam ſigillo confirmatam tradere teneantur. Similiter cæterarum arcium præfecti, intra octiduum iuramento ſe collegio obligabunt.

M.D. LXVI. gabunt. Quo tantiſper tenebuntur, donec ſucceſſor iuramentum renouabit. Ad omnes præfecturarum rationes audiendas, archiep. ex ſupremo collegio aliquos adhibebit. Miniſtros collegio pertinaciter aduerſantes, & Domino ſuo & archidiœceſi infideles, ex aula & præfecturis remouebit: nec ſede vacante à collegio remotos, vnquam recipiet. Nullis oppignorationibus Feudorum archidiœceſis, conſenſum, vltra triennium, ſine expreſſo collegij conſenſu, dabit. Coadiutorem eligere, cùm neceſſitas flagitabit, collegium ſupremi templi, cum archiepiſcopo poterit. De ſucceſſione, cum nemine mortalium, collegio non aſſentiente, tractabit. Facta reſignatione ad manus capituli, præfecturas non ſpoliabit. Negotia Gubernationis, debitorum, & alia hæreditariarum ditionum, cum archidiœceſis debitis & negocijs non miſcebit. nec aliter archidiœceſin poſſidebit quàm antiquitus vſitatum eſt, & beneficiorum, taliumque bonorum eccleſiaſticorum natura requirit. Ad quam conditionem forma iuramenti ſubditorum, prioribus archiepiſcopis & collegio ſupremi templi, tanquam veris & hæreditarijs Dominis, ſede vacante, præſtiti, deinceps etiam dirigetur. Summam pecuniæ à ſenatu & communitate Magdeburgenſi, Cæſareæ Maieſtati & imperio, ratione reconciliationis debitæ collegio à Cæſare deſtinatam, ſine vllo archiepiſcopi impedimento, collegium accipiet. Quod ſi de ſuperioribus articulis diſputationes cum collegio incident: Duo ex conſiliarijs & duo ex collegio, cum plena poteſtate rei componendæ arbitri erunt. Inter quos ſi non conueniet, collegio alicui Iureconſultorum acta decidenda mittent, & in iudicio acquieſcent. Quod ſi collegium & reliqui Clerici, antiqua conſuetudine & ordinatione Epiſcoporum, plus iuris quàm in his articulis expreſſum eſt, habebunt, id quoque firmiter & inuiolatè eis ſeruabit. Cumque diœceſis Halberſtadenſis, à Magdeburgenſi ſeiuncta ſit, de concilio collegij aulam contrahet, ne nimia frequentia nouis debitis contrahendis occaſionem præbeat.

Poſtremò, cùm futuris temporibus Electoris Brandeburgenſis dignitas & ditionum Brandeburgicarum adminiſtratio, ad Ioachimum Fridericum, velut legitimum ſucceſſorem perueniet: Omni archidiœceſis Magdeburgenſis adminiſtratione abſtinebit: omniaque iura, quæ in ea habuit, omnino extincta & abolita erunt. & ſine vlla recuſatione vel mora, in collegij ſupremi, ſicut ſede vacante fieri ſolet, poteſtate erunt: quod alium archiepiſcopum vel Adminiſtratorem, ſine vllius impedimento, eliget. Nec iuramentum, ab ordinibus, officiarijs, & ſubditis archidiœceſis ſumptum, vlterius quenquam obligabit, ſed vigore huius tranſactionis ipſo facto caſſum & irritum erit. Sic ad archidiœceſis Magdeburg. adminiſtrationem aſſumptus Ioachimus Fridericus, inchoatam à patruo Reformationem, inſtituta eccleſiarum totius archidiœceſeos Viſitatione ſolenni, abſoluit, & Magdeburgæ in Eccleſia Cathredali, primum paſtorem ſinceræ Euangelij doctrinæ Sigfridum Sacum Northuſanum Theologiæ Doctorem, collegium inſtituit.

Mortuo Sigiſmundo, Ioannes comes Mansfeldenſis, Alberti filius, cui Margaritam Erneſti Lunæburgenſis nuptam fuiſſe, ſupra diximus, arcem Rotenburg ad Salam vi occupauit. Id oppidum comitis hæreditarium, archiepiſcopus Magdeburgenſis, feudi Dominus, Georgio à Schonburg tantiſper fruendum tradiderat, donec æs alienum, quo ipſi obſtrictus erat Comes, diſſolueretur. Etſi autem capitulum Cathedrale, quod ſede vacante gubernationem archidiœceſis tenet, arcem reſtitui Schonburgio petit: tamen non ſolùm pertinaciter recuſat comes Ioannes, verùm etiam vicinum archidiœceſis oppidum Konderam inuadit & diripit. Ideò militum copijs conſcriptis, archidiœceſani Rotenburgum obſident, & comitem Iohannem captum in Salinas deducunt, vbi anno ſequenti in cuſtodia extinctus eſt.

Halberſtadenſes Canonici, Pontificiam Religionem pertinaciùs retinentes, diœce-

:ſi à prioribus Epiſcopis magna debitorum mole onerata, Henrici ducis M. D. LXVI
iuicenſis nepotem, Henricum Iulium infantem bimum, hac conditione eli-
vt gubernatio diœceſeos duodecim annos penes collegium maneat: deſi-
Epiſcopo infanti mille Ioachimici quotannis pendantur: reliqui epiſcopæ
is, ad diſſoluendum æs alienum, diœceſi incumbens, conuertantur. Race-
nſis eccleſia, quæ Pontificias ſuperſtitiones & abuſus hucuſque retinuerat,
doctrinæ Euangelij in vicinis Eccleſijs principum & vrbium, Auguſtanæ
ſſioni adhærentium, receptam, ipſa quoque amplexa eſt. ac primum doctri-
irioris doctorem, Georgium Vſſerum, in templo Cathedrali, Chriſto-
s dux Megapolitanus, duodecimo Epiſcopatus ſui anno, collocauit. VVolff-
s princeps Anhaldinus, cuius nomen Auguſtanæ confeſſioni adiunctum, &
intus operum Lutheri tomus latinus inſcriptus eſt, VVoldemari filius, Io-
Ioachimi & Georgij fratrum, Erneſti filiorum, patruelis, anno ætatis ſe-
eſimo quarto, nullis relictis liberis diſceſſit. Leonhardus Fuchſius, medi-
qui Medicinæ methodum, & de curandi ratione libros octo, & ſtirpium Hi-
n edidit, Tubingæ in cœleſtem Academiam euocatus eſt, 10. Maij. Valen-
Gentilis, Bernæ, ob blaſphemias in Filium Dei pertinaciter defenſas, capi-
pplicio affectus 9. Septembris.

n Liuonia, Poloni à Suecico Duce Nicolao Kürſel, oppreſſione præſidij Po- M. D. LXVII
in oppido Lemſal irritati; duce Nicolao Toliuenſio, cum Suecis congreſſi,
bus VVichiæ, inſignem victoriam, cæſis bis mille Suecis, & multis ſignis mi-
ius, atque in his vrbis Reualiæ, captis, adepti ſunt.

Menſe Martio, Imperator denuò pacificationem, inter Daniæ & Sueciæ Re-
indij indixit, & Commiſſarios, Fridericum Electorem Palatinum, ac Po-
niæ duces, conſtituit. Cùm autem Suecus neminem ſe mittere poſſe reſcripſiſ-
enricus Ranzouius, Holſatiæ vicarius, qui regis Daniæ nomine ſolus adhuc
t, de voluntate ſui regis, quod controuerſias cum Sueco omnes Cæſareæ
ſtati amicè componendas credere vellet, repetiuit, & gratijs reuerenter actis,
ùm ſcripto comprehenſum à commiſſarijs accepit. ERICVS Sueciæ Rex,
e Aprili, in Norvvegiam ad Aſloiam erupit, & arcem Aggershauſen oppu-
t, cuius præfectus oppidum Aſloiam ipſe exuſſit. Miſſis autem Hafnia co-
Sueci repulſi, & arx conſeruata eſt. Poſtea præcipuos regni conſiliarios,
onem Stur comitem, cum duobus filijs Nicolao & Erico; Abrahamum Go-
Iuarum Iuari, Dionyſium Burgium præceptorem ſuum & alios, falſò apud
r Georgium Petri, intimum ſecretarium, conſpirationis aduerſus Regem
delatos, innocentes Vpſaliæ à ſuis ſatellitibus interfici iuſſit. Quâ cæde
tratâ, pudore & dolore animi & pœnitentiâ admiſſi facinoris agitatus, fra-
lohannem, quem cum coniuge captiuum hactenus cuſtodierat, libertati re-
t, vt eſſet, à quo ipſe, ſequenti anno ex faſtigio regni deturbatus, viciſſim in
rem conijceretur. Poſtea Daniel Ranzouius, militiæ Danicæ præfectus, men-
Octobri, per fauces illas viarum anguſtas, quas cauas nominant, Sueciam ingreſ-
& aliquot menſes ferè impunè rapinis & incendijs graſſatus, ad VVaſtenum
e peruenit, oppidis pleriſque à Sueco ipſo, ne receptum hoſtibus præberent,
is. Inde ſequentis anni principio, magna cum gloria, & præda opima, Ran-
us incolumis, ſaluo exercitu, in Scaniam reuerſus eſt.

Dum hæc à Danis in Suecia geruntur; Othoniæ in Fionia, regis Danici &
um Holſatiæ legati, de SLESVVICENSIS ducatus feudo, à Rege Daniæ ſolenni
nonia accipiendo, & iuramento ac ſeruitijs viciſſim Regi præſtandis, diſcepta-
. Holſati enim, etſi, beneficio regni Daniæ, maiores ſuos ditionem Sleſvvi-
m adeptos eſſe & poſſediſſe fatebantur: nec iuramentum, de quo cum Re-
Chriſtiano III. Coldingæ conuenerat, præſtare recuſabant: tamen non ob- 1547.

M.D.LXVII. noxium ſeruitijs regno Daniæ exhibendis, ſed liberum & hæreditarium feudum eſſe, cuius tàm viri, quàm fœminæ capaces eſſent, allegatis priorum regum literis, & communi iure Danico, cuius etiam in Ducatu Sleſvvicenſi vſus eſſet, quod viros & fœminas ad bonorum etiam immobilium hæreditatem admitteret, diſputabant. 1326. A VVoldemaro autem rege, Ducatum Iutiæ Auſtralis, cum dominio vtili & directo, Holſatiæ comiti Gerardo, ipſiusque hæredibus, initio collatum eſſe: ac ſolum ius ſuperioris dominij ſeu infeudationis regi reſeruatum. Sic 1328. Chriſtophorum Regem, inſulam Cimbriam, Ioanni Holſatiæ comiti & ipſius hæredibus, tàm maſculi, quàm fœminei generis, ab eo deſcendentibus, iure feu- 1340. dali tradidiſſe. Quam donationem VVoldemarus IIII. poſtea confirmârit. Chri- 1440. ſtophorum III. etiam, duci Adolpho, Ducatum illum, ſicut priores Reges & Reginæ eum liberrimum tenuiſſent, ita liberum habere & poſſidere iuſſiſſe. Nec 1460. ADOLPHO duce Sleſvvicenſi poſtremo ex comitibus Holſatiæ abſque hæredibus mortuo, apertum regno feudum fuiſſe, ſed CHRISTIANUM I. Daniæ regem, hæreditario iure, vtpote ſororis Adolphi filium, ſucceſſiſſe. vt in toto Daniæ regno, fœminæ etiam in bonis feudalibus ſuccedant: eiſque non vt *Regi*, ſed Duci Sleſvvicenſi à ſe recepto ſubditos iuraſſe. Omnes etiam ſecutos Reges fateri, quod iure ſucceſſionis & hæreditatis legitimæ Sleſvvicenſem ducatum poſſideant. 1524. Fridericum verò Regem diſertè addere, non teneri incolas, extra fines Ducatus Sleſvvicenſis quenquam ſequi aut vlli militare, niſi pecunia permoti ſponte ſequantur. Ita ſe immunes à ſeruitijs ſemper hactenus manſiſſe.

Contra hæc Regij opponebant: Nuſquam in vllis Regum literis ſeruitia expreſſè remitti, cùm in feudis, quæ ſunt ſtricti iuris, expreſſa remiſſio requiratur, & in dubio, contra Vaſallum pro domino præſumi ſoleat: nec obſtare verba VValdemari (cum dominio vtili & directo) quæ per reſeruationem dominij ſuperioris reſtringantur; vel de dominio, quod Gerardus in ſuos ſubditos habuit, intelligi poſſint. VValdemarum minorennem, puerum XII. annorum, nec vnquam Regem coronatum fuiſſe: Chriſtophorum ex regno aufugiſſe: ac vtcunque ſe habeant priora; tamen ſententia Sigiſmundi Cæſaris, cui vtraque pars compromittens, plenam decernendi poteſtatem tribuerit: literas VValdemari abolitas, & Ducatum Sleſvvicenſem ducibus ademptum, & Regi adiudicatum: morte etiam Adolphi poſtremi Ducis, ducatum Regi & regno apertum, & literas priores omnes extinctas fuiſſe, nec de noua inueſtitura conſtare. Cumque Ducatus iure feudali Holſatis initiò collatus fuerit, mares ſolos, non fœminas ſuccedere potuiſſe. Hos enim ſolos capaces eſſe feudi. Ideoque Adolphi ſororem ſuccedere in feudo non potuiſſe; nec poſſe hodiernos Principes legitimos feudi hæredes eſſe; nec obſtare præſcriptionem, quæ in actibus meræ facultatis aut negatiuis locum non habeat.

Hæc cùm aliquot hebdomadis vtrinque diſputata fuiſſent; tandem placuit, vt adhibitis Auguſti Saxonis, & Vlrici Megapolitani, & VVilelmi Haſſi, legatis interceſſoribus, alio tempore inchoata tractatio continuaretur. quæ biennio poſt 1569. denuò ſuſcepta, etſi aliquantò propiùs partes coijſſe videbantur; quod Holſati ſeruitia certa de Ducatu Sleſvvicenſi tandem ſubirent: tamen conditionem additam (ſi viciſſim ſimultaneam inueſtituram, & ius ſecundum propinquitatem agnationis, & gradus prærogatiuam, ſibi mutuò ſuccedendi; ſicut de iure & conſuetudine in regno Daniæ & Ducatu Sleſvvicenſi vſitatum eſſet; à rege impetrarent) recipere Regij recuſarunt: & diſputationem de forma ſucceſſionis, & ſimiles caſus futuros, DEO & deciſioni communis iuris & conſuetudinis feudorum, iuxta quas Regia Maieſtas feudum ſimul toti familiæ Principum Holſatiæ conferre cogitet, relinquendum eſſe. ex qua declaratione cùm intelligeretur, duces, ſi ſenior frater dux Iohannes moreretur, ſucceſſionem in feudo non iuxta gradus prærogatiuam, iure Danico, ad proximum agnatum Ducem Adolphum, ſed iure repræſen-

præſentationis etiam ad fratris filios peruenturam; & fœminas prorſus à ſucceſſio M.D.LXVII.
ne excluſum iri: nouæ inducię inter partes ſancitæ ſunt, donec vel amicis rationibus vtriuſq; partis voluntate, vel legitima iuris diſceptatione controuerſia dirimeretur. Quod decennio poſt, continuata Othoniæ, per eoſdem interceſſores, ami- 1579.
ca tractatione, tandem perfectum eſt. vbi, cùm poſt longam de articulis controuerſis diſceptationem, Rex in propoſito permaneret; principes verò, non Cæſareo, ſed Danico iure, ducatum Sleſvvicenſem ſibi tribui, & proximum gradu agnatum in feudo ſuccedere cuperent; iure dirimi controuerſiam volebant. Cumq; tres viæ ab interceſſoribus propoſitæ eſſent, vt vel in Cæſarem & iudicium Cameræ partes ambæ compromitterent: vel octo Dani & totidem Sleſvvicenſes conſiliarij cauſam diſceptarent; & ſi inter hos non conueniret, ſuperarbitri loco, Academiarum aliquot iudicia conſiderentur: vel vicinorum principum arbitrio cauſa committeretur: ex his nullam Regi placere, ſed ſenatum Regni Daniæ ſolum, velut pares curiæ, controuerſiam dijudicare oportere, Regij oſtendebant. Tandem igitur aſſenſerunt Duces, vt ſepoſita de Gradu ſucceſſionis diſputatione, Fidem Domino feudi debitam, & ſeruitia, à quibus immunes proximis annis fuerant, Regi præſtarent. vt ſuo loco ſummam conuentionis initio anni milleſimi quingenteſimi octogeſimi exponam.

In Saxonia, Georgio epiſcopo Bremenſi, Verdenſi ac Mindenſi, ſuperiori anno exeunte, anno ætatis ſeptuageſimo quinto ex viuis ſublato: Bremenſes ordines, 4. Decemb.
Henricum ducem Saxoniæ, Angariæ & VVeſtphaliæ, Franciſci filium, archiepiſcopum crearunt. Verdenſes, Erhardum ab Holle epiſcopum Lubecenſem, triennio antè, à Georgio ſucceſſorem ſibi nominatum, & à collegio electum, confirmarunt. Mindenſes verò, vicini ſui, Ottonis comitis Schovvenburgenſis filium, Hermannum eccleſiæ præfecerunt.

In Turingia, Idibus Aprilis, Arx Grimmenſtein & oppidum Gotha, eò quod Ioannes Fridericus Saxoniæ dux, VVilelmum Grumbachium & ſocios, ab Imperatore proſcriptos, in eo receptaſſet. & contra Cæſaris & imperij mandata pertinaciter tueretur; quartum iam menſem ab electore Saxoniæ Imperij nomine obſeſſum, Imperatori deditur: & Ioannes Fridericus captiuus, Viennam, poſtea Poſonium, & tandem Neapolin Auſtriæ ducitur, vbi hucuſq; in cuſtodia manſit. VVi- 1590.
lelmus Grumbachius, nobilis Francus, proſcriptorum princeps, & Chriſtianus Hayer, I.V.D. Ioannis Friderici Cancellarius, qui faſtu pluſquam humano turgens, ſuperioribus annis, multos bonos & innocentes viros, & in his pios eccleſiæ miniſtros, crudeliter perſecutus fuerat; viui, in quatuor partes diſſecti, & ad quatuor ventis plagas, in vijs publicis ſuſpenſi ſunt. Arx Grimmenſtein, inuito & multum precante apud Auguſtum Ioanne VVilelmo, ſolo æquata eſt.

In Belgio, allata ex Hiſpanijs Philippi regis declaratione, qua omnes concioneſ nouas aboleri, & vnam ſolam Religionem Pontificiam vbique in templis reſtitui & conſeruari iubebat: Duciſſa Parmenſis gubernatrix, ampliſſimis equitum & peditum copijs conſcriptis, exercitium reformatæ Religionis vbique abolet, concionatores nouos dimitti mandat, non obtemperantes armis cogit. & miſſam ad reformatarum eccleſiarum tutelam, duce Thouluſano collectum, ad Oſtervvelam pagum, primo ab vrbe Antvverpia lapide, ad internecionem cæ- 13. Martij.
ſit. Qua clade exacerbati Caluiniſtæ, de omnibus Pontificijs, Regi adhærentibus, velut proditoribus trucidandis vel eijciendis, conſilium capientes, ingentem illam & plenum periculi tumultum, armati concurrentes in ponte Mereo monte, vbi ſtantibus vtrinque in procinctu ciuibus armatis, cùm princeps Vranius conſul Stralius, ad concordiam eos hortarentur, & Martiniſtæ, vt tum Auguſtanæ Confeſſionis ſectatores nominabant, nolle ſe aduerſus regem ſummum magiſtratum ſuum ſeditioſè quidquam moliri, oſtenderent: motus ille citra 14. Martij.
eadem ſedatus eſt. Paulò poſt, mandato Gubernatricis, cui Egmondanus & aliquot proceres (qui cum Vranio antea coniunctiſſimi fuerant) iam omnibus in rebus morem gerebant: Exercitium Reformatæ Religionis Antvverpiæ

M.D. LXVII. I. April. etiam abrogatum: ministri ecclesiarum dimissi, & Templa, quæ ædificarant, solo æquata sunt. VVilelmus Vraniæ princeps, de Hispanorum consilijs & Ducis Albani aduentu certior factus, & sociorum imbecillitatem animi ac perfidiam, & vulgi mobilitatem perspiciens, Antvverpiâ digressus, in Germaniam secessit. FERDINANDUS Aluares de Toledo, Albæ Dux, gubernator vniuersi Belgici à Philippo Hispaniæ rege constitutus, in Belgicum, Ducissæ Parmensis consilio & viribus iam pacatum & tranquillum, mense Augusto, Bruxellas peruenit. vbi paulò post, Amoralum Egmondanum, Flandriæ gubernatorem, ad deliberationem de situ & forma 9. Septemb. munitionis nouæ euocatum, digredientem ex senatu in ædibus Albani habito, capi, & Gandauum in arcem, aliquot militum cohortibus custoditum, deduci iubet. Quo cognito, reliqua nobilitas, quæ ipsi & Vraniæ principi coniuncta fuerat, diffugit. Albanus exeunte Septembri Antvverpiam, quæ præsidio Regio sponte admisso iam tenebatur, profectus, parte murorum & aggerum meridiem versus diruta, arcem munitam ad Scaldim extruere cœpit. in cuius ædificationem, 127538. coronatorum, Quæstor exercitus Albani supremus, à Philippo rege constitutus, expensa tulit. Vidi enim rationes Quæstoris Franciſci Lixoldi, typis descriptas, à Cal. April. anni 1567. vsque ad Augustum anni 1576. ex quibus, verè, πέλαγος τεταγμένα ἐ σπεῦδαι, & immensam ac verbis vix explicabilem in bella pecuniam profundi, apparet. Pendebantur enim singulis mensibus, supremo exercitus Imperatori, Ferdinando Duci Albano, coronati 1260. Legato illius Ferdinando Toletano 600. Præfecto equitum Hispanorum supremo 542. Marscalco campi 500. Consiliarijs bellicis 200. alijs 150. Prouisori Iustitiæ 148. Assessori Iurec. 50. Albani confessiones audienti 60. Medico 30. Chirurgo 25. & multis alijs inferioribus officijs.

EQVITES Neapolit. 19. turmæ percipiebant coron. menstruos 14858. Siculi, decem turmæ, 9696. Lombardici totidem 9208. Sardi totidem 7493. Hispani 15. turmæ, 15979. Burgundi 11812. Belgæ 10. turmæ, 13701. Cataphracti 13. turmæ, 15884. Brunsuicenses Erici ducis 17547.

Et aliorum Ducum 21683.

PEDITES Hispani, Itali, VValones 6708. Germani & Belgæ ad 49586. Exploratoribus 500. Cursoribus Pegasarijs totidem coronatos. VVartgeld ad 10000. Ad ædificationem arcis Antvverp. 127538. Ludicra ignita in honorem Annæ filiæ Max. Imp. 18281. Commeatus Naualis in Hispaniam 159709.

Summa omnium expensorum Quæstoris Franciſci Lixoldi à Calend. Aprilis anni 1567. vsq; ad finem Augusti anni 1576. si ad Ioachimicorum valorem moneta redigatur, 33704327. trecenties tricies septies centena millia quatuor millia Talerorum, ac insuper trecenti viginti septem. seu, vt vulgo eloquuntur, Triginta tres milliones, septingenties & quater mille trecenti & viginti septem Taleri.

Quod si de tota hac summa, pro singulis centum quinque Taleri, annuorum reditum nomine computentur: reditus annui erunt 1685216. sedecies centena millia, octogies quinquies mille, ducenti & sedecim Taleri. Cumque ordinarij prouentus annui, ex Belgico, hanc summam sedecim Tonnarum auri non superare, existimentur: Impensum his nouem annis in bellum est vnius Belgici precium. atqui deinceps adhuc viginti annos bellum in Belgico ab Hispanis continuatum est. Quod si alterius partis, quæ aduersus Hispanos se defendit, sumptus bellici, fortè non multò minores, adiungantur: tantum pecuniæ profusum vtrinq; apparebit, vt inde duæ aut tres prouinciæ Belgicæ emi potuerint. Heu quantum terra potuit pelagoq; parari Hoc quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ.

Insignis etiam, hoc anno, publici status, in Scotia, mutatio accidit, interfecto per fraudem & latrocinium Rege Henrico Stuardo & regina Maria, quæ filium Iacobum VI. sesquianno ante ex Henrico susceperat, à proceribus regni capta, & in regnum Angliæ elapsa. Cuius tragœdiæ actus sanè mirabiles, apud Georgium Buchananum Scotum, in historia suæ gentis publicè edita, nihil veri non dicere audentem, legi, quàm à me commemorari, malo. Nata erat Maria, Scotiæ regina,

1542. exeunte.

patre

patre Iacobo V. Scotorum rege, matre Galla, Maria, Claudij Lotharingiæ & Guisiæ ducis filia, Guisiæ ducum, qui tum omnia apud regem poterant, sorore; & sexto ætatis anno in Galliam, cuius rex nouus Henricus II. exercitum sex millium, Scotis aduersus Anglos auxilio miserat, abducta, in spem matrimonij cum Francisco, regis Galliæ filio, in aula Gallica educabatur. Mater interea cum Iacobo Hamiltonio Prorege in Scotia manebat. Quo tandem sponte officio cedente, Regina mater, prima omnium in Scotiæ regno fœmina, ad Regni gubernacula admota, velut Prorex, ex Galliæ regis consilio omnia administrauit: ac filiam Mariam, Scotiæ reginam Francisco, Galliæ regis primogenito, vix tum adolescentiæ annos ingresso, legatis de communi procerum consilio, ad conficiendum matrimonium, in Galliam missis, coniugio, iungit, & coronam regni Scotiæ, genero in Galliam mittendam, decernit. Sed incidente in Scotia Religionis mutatione, & publico de ea bello, et-fiducijs sex mensium, libertatem & pacem Religioni reformatæ concesserat: tamen ex Gallijs milites interea accersiuit, quibus & Religionem & libertatem Scotorum reliquam opprimere, & in seruitutem Gallorum redigere moliebatur. Itaq; communi decreto, proceres Scoti, Religionis & libertatis vindices magistratum reginæ viduæ gubernatrici abrogant, & cum Anglorum Regina Elisabetha, eiusdem religionis socia, fœdus faciunt, vt peregrino milite, in Angliam aut Scotiam descendente, se mutuis auxilijs iuuarent. Stipendium Scotis in Anglia, & Anglis in Scotia militantibus, Angliæ Regina solueret. ditiones & arces receptæ antiquis Dominis restituerentur. Scoti obsides darent, qui durante regis Galliæ cum regina Scotiæ matrimonio, in Anglia manerent. Anglico igitur exercitu Scotis opem ferente, Regina mater, in arce Edinburgensi mœrore & morbo extinguitur, & paulo post, Gallicis auxilijs, quæ iam in cursu erant, aduerso vento reiectis & dissipatis, & toto Galliæ statu ob intestinas de religione dissensiones & motus perturbatissimo, Galliæ Rex, per legatum Ioannem Monlucium, Valentiæ Allobrogum Episcopum, cum Gulielmo Cecilio Anglicæ reginæ Legato, his legibus pacem fecit, vt Religionis emendatæ nomine, molestia nulli deinceps in Scotia exhibeatur. vt Gallici milites intra diem vicesimum ex Scotia enauigent. Letham & alia loca Scotis reddant. Præteritorum ἀμνηστία per Reginam & maritum sanciatur. Galliæ autem rege Francisco mortuo, vidua Regina, elegantissimo ingenio & corporis forma nulli secunda, & vicesimum ætatis annum vix ingressa, in Scotiam redijt. vnde vicinam Angliæ reginam per legatos ad amicitiam inuitatam rogauit, vt Regina Anglorum, secundum se suosque liberos, hæredem Anglici regni, iure esse reginam Scotorum, publico decreto declararet. Quod permolestum Anglæ accidit; quæ, si de successore suo, orbi constaret, nunquam res suas in tuto fore existimabat. Triennio post, Henrico Stuardo, sobrino suo, Matthæi filio, ex Anglia, vbi viginti iam annos pater exulauerat, reuocato, exeunte Iulio nubit: eumque publica præconis voce regem pronunciat.

M.D.LXVII. 1548. 1555. 1557. exeunte nuptiæ. 1559. 1558. 1559. inchoatis 24. Iulij. 27. Februar. 1560. 1560. 10. Iunij. Mense Decembri. 1564. 29. Iuiij.

Henricus VII. Angliæ rex.

Henricus VIII.	Margarita, postea nupsit Archibaldo Duglassio.	Iacobus IIII. Scotiæ rex.
	Margarita, vxor Matthæi Stuardi.	Iacobus V. rex Scotiæ.
	Henricus Stuardus Rex Scotiæ.	Maria regina Scotiæ.
	Iacobus VI.	

Interea cùm Dauidis cuiusdam Ritzij Sabaudi nobilis, quem ex Gallia secum adduxerat, consilio, excluſa nobilitate, omnia agere regina videretur. proceres quidam, rei indignitate commoti, Dauidem cum Regina in angusta cellula cœnantem, surgere de loco sibi parum decoro iubent, & ex cubiculo extractum confodiunt.

1565. Idib. April.

M.D.LXVII. Regina ex rege marito grauida, filium Iacobum VI. die 21. Iunij peperit. Postea Ia-
1566. cobum Hepburnum Bothueliæ comitem, in familiaritatem intimam admittit, vnum omnibus negocijs præficit, nemini ferè quidquam, nisi per illum petenti, indulget. eiq; mortuo priore marito, palàm nubit. Proceres verò, arma aduersus Bothue-
1567. lium & reginam capiunt; eamq; pactione deditam, eierare regnum; idq;, constituto
25. Iunij. prorege Iacobo Morauiæ comite, filio infanti tradere coëgerunt. Bothuelius profugus, in Orcades primùm, inde in Daniam aufugit. vbi cùm accusatus esset ab amicis nobilis cuiusdam virginis Norvvegicæ, quam ante plures annos pacto matrimonio violatam alia superinducta deseruerat, post aliquot annos in carcere Dracholmij squalore & pedore miser perijt. Regina in arcem insulæ lacus Leuini custo-
1568. diæ tradita est, vnde Duglassio nepote comitis Mortonij (qui præerat arci Leuinæ)
2. Maij. & nauiculatore corrupto elapsa, ad Hamiltonios, qui liberandæ ipsius causa armis sumptis ad littus expectabant, incolumis peruenit. Sed horum copijs eodem mense à Prorege profligatis, Regina Scotiæ, in Angliam transijt. vbi literis de causa sui aduentus ad Anglorum reginam datis iussa est apud Baronem Scrupum, medij limitis ducem, tantisper commorari, donec de illius postulatis in Senatu Regni posset tractari. Regina autem Angliæ, cùm grauiter ferret affinem Scotiæ reginam regno patrio à subditis pulsam, sategit, vt regno restitueretur, quod fieri non potuit nisi armis vel interceßione, neutrum præstare potuit sine causæ cognitione. quare cùm legati Reginæ Scotiæ proregem grauiter apud Anglam traducerent, necessariò euocandum proregem cum regni consiliarijs existimauit, qui ad obiecta illi à Reginæ Scotiæ procuratoribus crimina responderent. qui cùm Londinum peruenissent, rem omnem scripto comprehensam Reginæ Angliæ exhibuerunt: quod postea euulgatum fuit, typis Latinis & Anglicis, concinnatum à Georgio Bucchanano, quem prorex legationis comitem sibi adiunxerat. Prorex ipse Londinum profectus, omnium quæ hactenus in Scotia acciderant, ordinem, euidentissimè demonstrabat. ANGLA verò, etsi ostendebat, se nihil in præsentia videre, quò minus omnia, quæ hactenus in Scotia gesta erant, rectè atq; ordine facta viderentur: tamen vtramq; partem sibi obnoxiam retinere cupiens, definitiuam sententiam non pro-
1569. nunciauit. Prorex ineunte anno in Scotiam reuersus, ac ijsdem diebus, Iacobus Hamiltonius à regina exule missus est, vt suæ factionis princeps & regni vicarius esset. Regina enim exul, cum Nortfolciæ duce, Thoma Hauardo, de matrimonio ineundo, & Scotiæ regno occupando tractabat. Qua coniuratione detecta, Hauardus in turrim Londinensem, Scota in arctiorem custodiam data est. Interfecto
23. Ianuar. autem insidijs Hamiltoniorum Iacobo Prorege, tandem Reginæ Angliæ consilio, Matthæus Stuardus, Leuiniæ comes, interfecti regis pater suffectus est, qui Britannodunum arcem, quæ reginæ nomine à Ioanne Flaminio tenebatur, recepit; &
1571. captum archiepiscopum S. Andreæ, cædis regiæ & proregis reum, Sterliniæ suspendi iussit. & paulò post ipse Sterlini conuentum suorum celebrans, aduersæ fa-
1572. ctionis impetu, insidiosè obrutus perijt. cui Ioannes Areskinus Maræus comes successit, sub quo tandem pax inter Regiam & Reginæ factionem, cùm mater filio im-
1573. perium resignaret, in Scotia confecta, & publica tranquillitas restituta est.

Vt autem Historiæ rerum in Scotia proximis annis gestarum plus lucis accedat: Genealogiæ partem adiungo. SCOTI, qui se Albinich, & regionem suam Albin, à veteri Albionis insulæ nomine adhuc vocant, & borealem Britanniæ partem, cum insulis ad occidentem vicinis, Ebudis, & septentrionem versus Orcadas triginta, vsque ad gradum latitudinis sexagesimum, hoc tempore tenent: Regni
A. C. sui conditorem primum, Fergusium Hybernum, Alexandro Macedoni σύγχρονον
404. celebrant: alterum Fergusium II. regem ab illo quadragesimum, qui Scotos, à Pictis vicinis auxilio Romanorum, planè oppressos & dissipatos in patriam reduxit. & regnum prorsus extinctum instaurauit: tertium Kennethum, vicesimum nonum
838. à Fergusio II. Alpini filium, qui Pictos ex Scotia eiecit, eorumque regnum funditus aboleuit. Quibus Heroicis regibus, & Scotiæ seruatoribus, meritò annu-
1300. meratur Robertus Brussius, libertatis regni Scotorum, ab Eduardo I. Angliæ rege oppres-

reſſæ & deletæ, recuperator & vindex, heroica virtute & felicitate præſtans, M.D.LXVII
anno Chriſti milleſimo trecenteſimo viceſimo nono rebus humanis exemptus
Ab hoc continuam ſeriem ad noſtram vſque ætatem attexam regum ex vnica
Stuardorum familia deductam.

Robertus Bruſſius ⊕ 1329.

Dauid Bruſſius, puer octennis coronatus 1331. Sed miſſo per Anglum Eduardum III. in Scotiam, cliente ſuo, Eduardo Balliolo (1332.) Dauid ad Philippum Galliæ regem fugit. Reuerſus decennio poſt ab Anglis capitur, dimiſſus 1357. præeſt vſque ad 1370.

Filia nupta Ioanni Stuardo.

Robertus II. Stuardus, Rex iuſtus, clemens, & fortunatus, ⊕ 1390. vixit 74.

Robertus III. Rex Ioannes antea dictus, ⊕ 1406.

Robertus frater regni gubernator, ⊕ 1420.

Alexander Buchaniæ Comes.

id à pa- fame tus.

Iacobus I. Scotorum Rex, adoleſcens, metu patrui in Gal-

Mordacus, patri ſucceſſit.

Dun- ca- nus.

Alexander, Carolo Burgundo contra Leodinenſes militauit.

à patre miſſus, ab Anglis interceptus, 18. annos apud eos educatus eſt. Morconſilio ad Regnum Scotiæ reuocatur 1423. ante liberationem iurat Anglo, ium feudi Scotiæ Dominum agniturum. à ſicarijs cæſus 1437. 20. Februarij.

Iacobus II. puer ſeptennis, 1437. incipit, Mariam, Arnoldi ducis Geldriæ filiam, vxorem ducit 1448. tandem in obſidione Rosburgi in Anglia perijt, 146c.

Margarita, Ludoici XI. Galliæ Regis vxor prima.

bus III. ad quem (1461.) Henri- VI. Angliæ Rex, ab Eboracenilſus, confugit, & Bervvicum is reddidit. 1470. Margaritam ſtiani I. Daniæ regis filiam du- & pro dote Orcades inſulas pi- i accepit. 1473. natus Iacobus I. 1482. Bervvicum Anglis redm. 1488. à ſeditioſis proceribus, ilium regis ſibi adiunxerant, occiſus eſt.

Alexander dux Albinius, exul in Gallia, vxorem filiam comitis Bononiæ duxit 1486.

Ioannes Stuardus, dux Albinius, Prorex Scotiæ 1515.

Ioannes comes Mariæ.

Maria nupta Iacobo Hamiltonio.

Iacobus Hamiltonius.

cobus IIII. ſeptennis cœpit 89. Vxor Margarita Henri- VII. Angliæ regis filia. Occiſus in prælio ab Anglis 1513.

Alexander epiſcopus S. Andreæ, cum fratre ab Anglis cæſus, cui Epicedion Eraſmus in prouerbijs ſcripſit.

Iacobus V. bimus, Rex Scotiæ declaratus 1514. prorege Ioanne Stuardo, Dubinio, patruele, regnare cœpit adhuc impubis 1524. ⊕ 1542. Vxor Maria, udij Guiſiæ ducis filia.

MARIA, Franciſco II. Galliæ regi, poſtea Henrico Stuardo nupta, inter- t maritum 1567. depoſita à proceribus, ex cuſtodia (1568.) in Angliam aufugit, 18. annos detenta, tandem ſecuri percuſſa eſt, 1587.

Iacobus VI. Scotorum Rex, cœpit 1582.

Poſtri-

M.D.LXVII Postridie Paschæ, Philippus Hassiæ princeps, cuius crebra superiùs mentio facta est, in fata concessit. Quem consiliarius ipsius Ioannes Oldendorpius Hamburgensis, iureconsultus insignis, & professor dexterrimus, Marpurgi in Hassia, post duos menses secutus est. Michaël Stifelius Eslingensis, cuius Arithmetici libri, quod omnibus nostrâ ætate scriptis eruditiores & perfectiores esse, periti iudicant: postquam in diuersis Saxoniæ & Borussiæ locis ecclesias docuisset: tandem Ienæ in Turingia octogenarius vitæ mortalis spacium absoluit.

FINIS LIBRI VIGESIMI PRIMI.

SAXONIAE
LIBER
VIGESIMVS
SECVNDVS.

Illuſtriſſimo Principi & Domino, Dn.

PHILIPPO LVDOICO,

VVOLFGANGI F. LVDOICI N.
RVPERTI IMP. TRINEP.

OMITI PALATINO RHENI,
DVCI BAVARIÆ, COMITI VELDENtiæ, & Spanheimij, &c.

Debitæ pietatis & obſeruantiæ ergò

)nicon anni 1568. & trium ſequentium, in quo
udatiſs. Principis patris VVOLFGANGI in Galliam
expeditio, & aliæ res memorabiles in Arctoo
hoc orbe, in Boruſſia, Belgico, & in
Cypro geſtæ annotantur:

Dicat

Dauid Chytræus.

M. D. LXVIII. ALBERTVS Boruſſiæ Dux, Friderici marchionis Brandeburgenſis, Onolsbachij ſedem aulæ habentis filius, cùm quinquaginta ſex annos Ducatum Boruſſiæ fortiter, iuſtè & ſapienter rexiſſet, & doctrinam eccleſiæ, ac literarum ſtudia, piè & benignè fouiſſet: tandem, in arce Tapia, ex hac vita deceſſit, cùm natus eſſet anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo, die 17. Maij. Paucis horis poſt mariti mortem, Anna Maria vxor, filia Erici Brunſuicenſis, ſecuta eſt, relicto vnico filio, Alberto Friderico, quindecim annorum adoleſcente, qui in gubernatione patri ſucceſſit.

20. Martij.

Totidem ferè cum Alberto annos, patrio ducatui, Henricus dux Brunſuicenſis, Henrici filius, VVilelmi nepos, multis & varijs fortunæ vicibus iactatus, & Pontificiæ religionis acerrimus in Saxonia vindex, præfuit. Qui annum ætatis octogeſimum ingreſſus è viuis ſublatus eſt: ſuperſtite ex Maria, Henrici comitis VVirtenbergenſis filia, ducis Vlrici ſorore, vnico filio Iulio. quem, dum viuerent fratres, Carolus victor & Philippus magnus, ſacris pater deſtinauerat. ſicut etiam Padebornæ, coadiutor ab epiſcopo Remberto, & Mindenſis epiſcopus Iulius deſignatus fuit. Sed interfectis eadem æſtate, in prælio cum marchione Alberto, ad Sueruhuſiam, fratribus; deſeruit canonicorum collegia, quorum Doctrinam & ritus ac mores planè auerſabatur. Itaque ad Gubernationem patriæ euectus, primam curam inſpiciendi Doctrinam & ritus eccleſiarum & cœnobiorum in toto ducatu, & ad verbi diuini ac confeſſionis Auguſtanæ normam emendandi ſuſcepit. nec, vt multi principes alij, prætextu Euangelij prorſus euertit Monaſteria, aut in præfecturas prophanas conuertit, ſed conſeruatis in ſuo ſtatu & dignitate aliqua prælatis (qui ducatus membra, vt antiquitus fuerunt, nunc etiam manent) ſcholas puerorum & virginum, quotidianis ſtudiorum & piarum cantionum exercitijs præſcriptis, effecit. vt Liber continens doctrinam & ordinem eccleſiarum & cœnobiorum totius ducatus, congruens ad reformationem monaſteriorum, in ducatu VVirtebergenſi, à laudatiſſimo principe ac verè Chriſtophoro, conſobrino ſuo (quem hoc ipſo anno exeunte Deus ad ſe euocatum in æternam cœleſtis eccleſiæ ſocietatem tranſtulit) inſtitutam, publicè editus demonſtrat.

11. Iulij. 1552. 1553. 28. Decemb.

Cùm autem inter cætera ditionis Brunſuicenſis cœnobia, vnum ex præcipuis florentiſſimis ſit Rittershuſenſe, ad primum ab vrbe Brunſuiga lapidem ſitum: cuius hoſpitio benigno ac liberali, ad deliberationes quaſdam ab Illuſtriſſimo principe Iulio euocatus, aliquot hebdomatis vſus ſum: breuiter nomina & ſeriem Abbatum adſcribam, qui inde vſq; ab initio præfuerunt cœnobio illi. cuius fundator & conditor primus, vir nobilis, Riddagus à VVenden fuit, à quo, vera & genuina appellatione, cœnobium Riddageshauſen, in veteribus literis nominatur. Abbas primus creatus eſt Robertus, anno Chriſti milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, tempore Conradi III. Imperatoris. 2. Bertramus cœpit anno Chriſti milleſimo centeſimo nonageſimo tertio. 3. Amelungus, Baldevvinus, Conradus, Arnoldus, Conradus, Ioannes, Ludolphus. 10. Hermannus cœpit anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Conradus III. Otto. Reinerus, Iohannes II. Harcvvicus, Didericus, Fridericus, Iohannes III. Fridericus Eggelingus. 20. Dithericus II. cœpit anno milleſimo trecentemo ſexageſimo ſexto. Hermannus II. Henricus, Borchardus, Hermannus III. Henricus II. Baldevvinus. Iohannes III. Iohannes V. Matthias. iterum Iohannes V. 30. Ebbertus cœpit anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio. Borchardus II. 1496. Hermannus III. 1503. Iohannes VI. 1531. Lambertus, 1536. cuius tempore in bellis Brunſuicenſibus aliquoties cœnobium direptum, & tandem anno 1553. prorſus deſtructum eſt. Iodocus anno Chriſti 1554. monaſterio adhuc deſolato electus, inſtaurare paulatim ædificia cœpit. 36. IOHANNES VII. cognomento Lorbeer, anno Chriſti 155[illegible] Templum, & cæteras Monaſterij domos, vt domicilia veræ de Deo doctrinæ, honeſtæ diſciplinæ & exercitiorum pietatis eſſent, rurſus ædificauit & ſplendidè exp[illegible]

liu.

:. Puram Euangelij doctrinam, Iulij ducis Brunſuicenſis & Lunæburgenſis, pie- M. D.
& autoritate in eccleſijs huius ducatus plantatam, anno Chriſti 1568. pie am- LXVIII.
:us eſt: & ſtudia pietatis, bonarum literarum, ac verè Dominici ſcholam Ser-
, in ſuo monaſterio reſtituit. ac primus ex prælatis huius ducatus, & honeſto
aſto coniugio viuere cœpit. Vir verè bonus & beneficus erga literas, & ho-
es literatos, & omnes ad opem illius confugientes. Euocati tandem in cœle-
:eccleſiæ cœnobium, à multis bonis & doctis viris, pietas & virtus, honorificis 1586.
ijs, celebrata eſt.

In VERDENSI etiam eccleſia Cathedrali, & tota diœceſi, quæ pontificias *ἀιδυ-*
σίας huc vſque retinuerat, ſinceram Euangelij doctrinam, & ritus, ad nor-
a Auguſtanæ Confeſſionis congruentes, EBERARDUS epiſcopus inſtitui &
agari curauit. Cùm enim ab anteceſſore ſuo Georgio duce Brunſuicenſi
liutor ſuſceptus, & illo extincto, Verdenſis epiſcopus electus eſſet: habi-
lericorum & cæterorum diœceſis ordinum conuentu, inter cætera, de pia 1567.
gionis, quæ tota adhuc Pontificia erat, emendatione propoſuit. qui poſt ma- 4. Decemb.
m deliberationem reſponderunt; ſe totum hoc Religionis negocium epiſco-
a adminiſtrandum permittere, vt ante omnia Deo, deinde ſummo in his ter-
agiſtratui, Cæſareæ Maieſtati, rationes ſuas probare poſſit. Epiſcopus igi- 2. Septemb.
ollegio Canonicorum, & cæteris ſuæ diœceſis clericis, Articulos de Miſſa &
ionibus eccleſiaſticis tradidit; de quibus in proximo conuentu prouincia-
, poſtridie Michaëlis indicto, reſponderent. vbi cùm Articulos recepiſſent,
a Pontificia in Verdenſi eccleſia Cathedrali, & cæteris oppidorum & pagorum
lis abolita, & Auguſtanæ Confeſſionis doctrina & ritus ſubſtituti ſunt. Pa-
rmenſes, priore epiſcopo Remberto extincto, Ioannem comitem ab Hoia, Io-
s filium, Iodoci ſenioris nepotem, ingenio, doctrina & eloquentia præſtan-
, qui iam quindecim annos Oſnabrugenſis epiſcopus fuerat, principem eli-
. Is, vt ciuium in vrbe Religionis mutationem expetentium, fremitus ſeda- 22. Februar.
& tumultum inſtantem auerteret, remoto priore concionatore tribunitio,
ardum Meniceum virum moderatum & doctum, in forenſi templo docere
, quem Georgius Holthuſius ſecutus eſt.

ERICVS Sueciæ rex vrbem Holmiam Triumphali pompa poſtremò ingreſ-
ſ, comitatus fratre Carolo, & Magno Saxoniæ duce, cui ſororem Sophiam 3. Iunij.
ondit, cum qua nuptias ille 5. Iulij celebrauit, cùm pridiè rex Ericus concubi-
ſuam, Catharinam, humili loco natam, ex qua liberos duos ſuſceperat, ſolen-
u in templo ſibi copulari, & velut reginam coronari curaſſet. Fratres Erici,
nes Finlandiæ, & Carolus Sudermanniæ, duces, ne pompæ huic, ſuo genere
gnæ, intereſſent, aliquot antè diebus ex vrbe diſceſſerant, & occupato VVa-
, cum auunculo ſuo Stenone Erici, Turone Bielki, & alijs regni proceribus, con-
le remouendo à gubernatione Erico, communicabant, & ſcriptis ad cæteros
les, & parochiarum præfectos literis, & cauſis conſilij ſui expoſitis hortaban-
vt inſtituto ſuo fauerent. 29. Auguſti, copiæ Regis Erici, aduerſus duces fra-
miſſæ, in primo congreſſu ad eos tranſierunt. 10. Septembris, Regina Goſta-
gis vidua, & Sophia magni Saxoniæ ducis nupta noua (cùm euchariſtia manè
:ſſent) & cæteræ ſorores, petunt à rege, vt poſt meridiem nauigio per Mele-
exſpaciari ipſis in prædium vicinum, animi recreandi cauſa, liceret. Hæ, cùm
ille ab vrbe paſſus in ripa Meleri appuliſſent, Magnus Saxoniæ dux, qui cum
iginta equis ad exploranda hoſtium itinera emiſſus erat, in ripa expectans,
uge ſua & cæteris ſororibus & virginibus in equos receptis, in Ducum Finlan-
& Sudermanniæ, regis fratrum & hoſtium, caſtra contendunt. 14. Septembris
tes in excubijs ante portam collocati, & quinque Georgij Peerſon miniſtri au-
runt. 17. Septembris Duces cum exercitu ad vrbis Stockholmiæ obſidionem
ſſerunt, & vrbem ſibi aperiri, & ante omnia Georgium Peerſon ſecretarium
emum dedi flagitarunt. Milites igitur præſidiarij, permittente rege, ac ſperan-
o dedito fratrum animos placatum iri, Georgium cum matre captum in caſtra

M. D. LXVIII. 22. Septemb. mittunt, vbi duabus rotis in exercitu circumductus, præcisis auriculis, & ad furcam adfixis, ipse etiam viuus, vnam ferè horam in patibulo pendens, tandem depositus, pedibus & brachijs rota contusis, in quatuor partes dissectus est. Die Michaëlis vrbs dedita est, & Steno Erici primùm ingressus, vt præsidijs vrbem muniret, à rege in foro dextra porrecta exceptus, per satellitem regium securi in capite vulneratus est, ex quo vulnere sexto post die obijt. Post meridiem Dux Carolus & Magnus in vrbem venientes, arcem deditione accipiunt, & duas militum cohortes in ea collocant. Vltima Septembris, Ioannes Finlandiæ Dux, cum mille & septingentis e-

23. Octob. quitibus, & aliquot vexillis peditum, Holmiam triumphans ingressus, & REX SVECIAE renunciatus est. Ericus in conclaue quoddam arcis, cum coniuge Catharina inclusus & custoditus est. Hic finis regni Erici fuit. Antequam verò Ioannes Finlandiæ dux bellum fratri palàm inferens, Holmiam occupasset, ad Daniæ regem, legatos de pace, Georgium Guldenstern, & Turonem Bielke, Roscildiam misit, vbi PAX vtrinque concluſa, & literis comprehensa est, ac inter cætera, Danis VVarbergam Sueci restituunt, & vicissim à Danis Elsburgum recipiunt. Cùm autem citiùs ac feliciùs expectatione, Ioannes, bello aduersus fratrem confecto, vrbe Holmia & regno potitus esset: displicere sibi quædam Pacis illius capita ostendit. Itaq; sequenti anno Danicum bellum renouatum est.

Ioannes VVilelmus, dux Saxoniæ, Galliæ regno ante decennium operam

1567. Septemb. suam accepta pensione annua, addixerat. Cùm igitur Ludoicus Condeus, Caroli 2 filius, reformatarum in Gallia ecclesiarum dux præcipuus, armato agmine, inter Fanum Dionysij & vrbem Parisiorum locato, supplicationem regi misisset, qua varias interpretationes & restrictiones edicti Pacificatorij de libero religionis exercitio, ante quadriennium facti, tolli; & de iniurijs, quas ab aduersarijs post promulgatum edictum acceperant, pœnas sumi: exteras copias, ac nominatim Heluetiorum legionem recens à rege conductam dimitti: publica officia non exteris & indignis, sed indigenis commendari: exactiones immodicas, & tributa extraordinaria tolli: & trium ordinum regni comitia generalia quàm primùm haberi, omnium Reformatorum nomine petebat: nec post varias tractationes conuenire de summa rei posset: & prælio prope Parisios commisso, Annas Momerantius Come Stabilis interfectus esset: Rex Galliæ, Ioannem VVilelmum Saxonem, cum tribus millibus equitum, ex Germania aduersus rebelles euocat. Condeus cum suis Iohannem Casimirum Palatinum Friderici electoris filium, cuius soror in Ioannis VVilelmi matrimonio viuebat, ad societatem belli accersit. Vterque exercitus anno ineunte, traiecto Rheno, cum socijs quisque suis, in Lotharingiæ & Burgundiæ finibus iungitur. Condeus per Burgundiam & ducatum Burbonium progressus, Carnutum vrbem obsidebat, vbi nuncium de transacta cum Rege per suos legatos pace, & præteritorum abolitâ memoria, & libero doctrinæ & disciplinæ exercitio in posterum concedendo accepit. Statim igitur soluta obsidione, Condeus vrbes occupatas, Aureliam, Altisiodorum, Blesium, regi reddit, & copias Gallicas & Germanas dimittit. Germani Casimirum ducem suum in Palatinatum comitati, statim à VVilelmo principe Vranio, Heidelbergæ eos expectante, in Belgicum aduersus Ferdinandum ducem Albanum conducuntur, qui pro libidine in Belgico, regis Hispani nomine, dominans, principis Vranij filium, Philippum VVilelmum, ex Aca-

16. Februar. demia Louanienſi abductum, in Hispaniam miserat. Principem Vranium ipsum, & multos proceres alios, qui ex Belgico discesserant, citatos ad certum diem, cùm

29. Maij. non comparerent, velut perduelles proscripserat. Calendis Iunij Bateburgicos fratres & plurimos Nobiles alios, quod fœderi Geusiorum se adiunxissent, coniurationis nomine damnatos: & quatriduo post, Amoralum Egmondanum, Ioannis

4. Iunij. filium, multis insignibus victorijs de Gallo partis celeberrimum, & Philippum Hornanum (Iosephi & Annæ Egmondanæ filium) comites, capitali supplicio Bruxellæ affecerat. Etsi autem Ludoicus comes Nassouius, Vranij frater, ductis in Fri-

24. Maij. siam copijs, propè Groningam victoria insigni, cæso Iohanne comite Arenbergo, Frisiæ Gubernatore & Hispanis, potitus, vrbem Groningam obsidere cœperat; tamen

M. D. LXVIII.

i ab Albano ipso, mense Iulio profligatus aufugit. & frater Ludoici Adolphus riore prælio ceciderat. Cùm autem aliquoties postea comitum Arenbergæ, ab Ioanne Lineo nouæ stirpis familiæ illius autore descendentium, mentio facia sit; partem Genealogiæ, ab annis ducentis repetitam, annotabo.

Adolphus, comes Marchiæ in VVestphalia.

Engelbertus comes Marchiæ: cuius altera coniunx fuit filia & hæres dominij ARENBERGAE.

Adolphus, comes Marchiæ in VVestphalia, stirps Ducum Cliuiæ.

Erardus ARENBERGAE Dominus ⊕ 1387.

Ioannes.

Erardus Arenbergæ Dominus

ertus, ex Montfortia.

ertus, ex Egmondana.

Erardus, cardinalis Leodiensis, Caroli V. amicus, ab Erasmo celebratus.

Robertus Sedanus.

Robertus, qui cum Carolo V. bellum gessit 1521.

ERTVS, pri- comes Aren- æ auus.

MARGARITA, Roberti soror & hæres, nupta IOANNI LINAEO, Barbansonij domino, & per vxorem Arenbergæ comiti. Quem Frisiæ gubernatorem, hoc anno 1568. Ludoicus Nassouiæ comes prælio victum cecidit.

AROLVS, Arenbergæ comes, i Parmensi & Ernesto Bauadiœcesi Colonienlitans 1583.

Anna VVilelma, Salentini archiepiscopi Colon. vxor, nupta 1577.

Maria vxor Philippi Lalaini Hannoniæ præsidis.

Albanus in ea expeditione Dauentriam transiens, à senatu petiuerat, vt arin illa vrbe limitanea munitam extrui sinerent, ne milites præsidij causa alio- recipiendi molestiam ciuibus quotidianam exhiberent. Cùm autem in litectorum, quibus ante quadraginta annos tutelæ domus Burgundicæ se subiecit, diserte cautum esset, ne Arx in ea vrbe collocaretur, præsidium Hispanorum ere coacti sunt, quod totos decem annos tolerarunt. Vranius mense Octolemum Mosam supra Traiectum transijt, vbi opposito Albani exercitu, nulla re orabili perfecta, per Leodiensium & Burgundiæ fines in Galliam se contulit. Condeus proximæ pacis edicto à rege exarmatus, cùm suæ & sociorum vitæ lias à Regijs strui comperisset, Rupellam fugiens, & Nauarræ Reginam Ioancum filio sibi adiungens, bellum iustaurabat, & VVolfgangum Palatinum, Biti habitantem, cum exercitu sex millium equitum & totidem peditum, ad opem ormatis iniustè oppressis ferendam, ex Germania euocat.

IOANNES VVilelmus Saxoniæ Dux, superiore pace confecta, mense Iunio, in iam redierat, vbi in nouum Theologicum bellum incidit. Cùm enim Theos, à fratre antea, ob Victorini de libero arbitrio declarationem improbatam, tos reciperet: & taxantes Adiaphoristarum & Maioristarum, vt nominaban- opiniones, foueret; admonitus ab Augusto, vt hostes illos Academiarum cclesiarum suarum à se dimitteret: colloquij vtriusq; partis, si fortè amica colne componi controuersiæ possent, mentionem Ioannes VVilelmus fece-

Id assiduè vrgente Augusto, cùm non habere Ioannem VVilelmum Theos, doctrina & ingenio suis comparandos iudicaret: tandem exeunte Octobri 21. Octob. eburgi, præsidente ipso Ioanne VVilelmo, vt tranquillius omnia peragerenchoatum, & de necessitate operum ad salutem, de libero arbitrio & Adiaris placidè Theologi conferre iussi sunt. Cùm autem scripta inter se, de primo culo, animis exacerbatis vltrò citroque commutassent: & Ioannis VVilelmi ologi, in corpore doctrinæ Misnicarum ecclesiarū quædam non satis explicata,

M. D. LXVIII. nec probanda, ineſſe dixiſſent: Electoris collocutores, exhibito die 9. Martij ſcripto poſtremo, diſceſſerunt, & quæ hactenus acta eſſent, quamq; nihil ſpei de Concordia ſupereſſet, Auguſto retulerunt. Deinde Acta vtrinq; edita, & non ſolùm inter Theologos publicis inuectiuis certatum, verùm etiam acerbiſſima inter principes odia inflammata ſunt.

Maximilianus II. Imp. poſt expeditionem in Vngariam, aduerſus Solymannum Turcicum Imp. ſuſceptam, ingenti æris alieni mole oneratus, comitijs Prouincialium Auſtriæ, Viennæ indictis, leuationem eius oneris, quod 800000. auri libras excedebat, ab Auſtriacis ordinibus petiuit. Qua occaſione, hi ſæpè repetitas ſuperioribus annis preces ſupplices, de libero Religionis Auguſtanæ confeſſionis exercitio ſibi permittendo, & alijs prædiorum feudalium libertatibus obtinendis, vrgent ac tandem obtinent, vt Maximilianus Imperator, duobus Auſtriæ ordinibus Dynaſtis ſeu comitibus, Baronibus & cæteris nobilibus, in eccleſijs quarum aduocati erant & ius patronatus habebant, liberum Doctrinæ ac Rituum confeſſionis Auguſtanæ exercitium concederet: hac tamen conditione, vt ſeni vtrinq; à Cæſare & ordinibus delecti, & in his duo ex Saxonicis eccleſijs euocati, de ſingulis doctrinæ articulis, & in eccleſia Agendis, ſeu Ritibus, inter ſe conferrent. Ex Saxonicis eccleſijs, Ioachimus Camerarius Lipſiâ, & Dauid Chytræus Roſtochio, literis Imperatoris in Auſtriam exciti ſunt. Vbi tandem, anni vertentis menſe Auguſto, actionum illarum finis fuit: in quibus, liber de doctrinæ Chriſtianæ articulis præcipuis, & omnibus in eccleſia Agendis, qui extat, à Dauide Chytræo Germanicè ſcriptus, in multorum manibus verſatur.

18. Auguſt.

Cùm autem duo ordines, Dynaſtæ & proceres, in Domo prouincialium Viennæ deinceps aliquot annis, vſque ad Maximiliani obitum, concionatores & miniſterium eccleſiæ publicum fouerent: maxima pars ciuium etiam, deſertis ſuis templis & paſtoribus Pontificijs, eò confluxerunt, & ab Auguſtanæ confeſſionis miniſtris cœnam Domini ſumebant, & infantes ſuos baptizari, ſponſos & ſponſas copulari, & funera deduci curabant. Itaq; mortuo Maximiliano ſacrificuli templa ſua deſeri, & omnes ad Prouincialium cœtum concurrere videntes, apud Rodolphum Imp. inſtant & tandem obtinent, cùm conceſſio liberæ Religionis, à Maximiliano Imp. facta, non ad ciuitates, ſed Dynaſtas & nobiles ſolos pertineat, vt ſolis comitibus, Baronibus & nobilibus officij ratione in vrbe Vienna commorantibus, & eorum familijs, in certa domo, ad quam aditus ciuibus non permitteretur; ſacra ſuo more celebrare liceret. Cùm verò Proceres, neminem ſe à voce veræ doctrinæ audienda, & legitimo vſu ſacramentorum arcere, nec viam ſalutis æternæ vlli præcludere bona conſcientia poſſe, reſponderent; Imp. Rodolphus, ſua autoritate, exercitium illud Religionis, in vrbe Vienna publicum poſtea aboleuit, relicta nihilominus Dynaſtis & Nobilibus αὐτονομία, quam pater conceſſerat, in ſuorum prædiorum eccleſijs & arcibus, Auguſtæ confeſſionis Paſtores inſtituendi, quorum miniſterio doctrinæ & ſacramentorum vterentur. Ad quod, ex vicinis etiam oppidis, ciues multi, quantumuis ſeuerè Rodolpho prohibente concurrunt. Maximiliani II. patruelis, Carolus, Hiſpaniæ & Belgici princeps, Caroli V. nepos, viginti duorum annorum iuuenis cùm diſplicere ſibi crudelitatem, quæ in Belgico per Albanum exercebatur, oſtendiſſet: iuſſu patris Philippi cuſtoditus, & in cuſtodia extinctus eſt. Sed in Arctoum hunc orbem redeo, vbi Sophia Friderici I. Daniæ regis vidua, Adolphi Ducis Holſatiæ, & cæterorum fratrum mater, triceſimo quinto poſt maritum anno obijt, & Sleſvvici ad mariti latus condita eſt. Chriſtierni verò captiui Daniæ regis, ex filia Chriſtina, Lotharingiæ Duce, neptis, RENATA, VVilelmo Bauariæ duci, Alberti filio nupſit. Ioannes, Chriſtiani III. Daniæ regis filius natu minimus, Eliſabetham, Erneſti ducis Brunſuicenſis filiam, Philippi neptem, coniugem ducit Coldingæ, 19. Septembris. Euſtachius à Slieben in Marchica nobilitate, doctrinæ ac eloquentiæ laude præ cæteris clarus, die 22. Martij fato ceſſit. Ioannes Oporinus typographorum ſuæ ætatis doctiſſimus, & de tota republica literaria optimè meritus, Argentinæ ex his terris

Menſe Maio.

1578.

24. Iulij.

6. Iulij.

deceſſit.

ceſſit. Rex Daniæ, ob piratas Polonos, ſubditis ſuis damna inferentes, naues M. D.
ntiſcanorum ferè triennium detinuit, cùm piratæ in portu eorum diuerterent. LXVIII.
6. Iulij.

ALBERTVS Fridericus, Boruſſiæ Dux, adoleſcens, feudum & inſignia duca- M. D. LXIX.
Boruſſiæ, à Sigiſmundo Auguſto Poloniæ rege, in comitijs Lublini, ceremo-
ſolenni accepit: petentibus ſimul coniunctam Ducatus Prutenici collationem
inueſtituram per legatos, Georgio Friderico marchione Brandeburgenſi, Al-
ti Fridérici Boruſſiæ ducis patruele, & Ioachimo II. electore Brandeburgico ſo-
no. Quam Rex Poloniæ, procumbentibus in genua Duci Boruſſiæ & Marchio-
n agnatorum legatis, per vicecancellarium ſequenti forma orationis conceſſit:
ra Regia Maieſtas, Dominus meus clementiſſimus, pro beneuolentia ac pro-
ſione animi ſumma, qua in Illuſtrem principem, Dominum Albertum Frideri-
marchionem Brandeburgicum & in Pruſſia Ducem, & cæteros marchionis
uaſallos, affecta eſt, libenter audiuit, quæ nunc Celſitudinis veſtræ & aliorum
chionum nomine, ab oratoribus demiſſè poſtulata ſunt. Ac primùm, quod ad
ſitudinem veſtram attinet, meminit Maieſtas regia, pactis ita conſtitutum eſſe, vt
edente vno duce Pruſſiæ, Sacra Regia Maieſtas alteri ſucceſſori proximo Va-
o, inueſtituram feudalem petenti, morem gerere & gratificari debeat. Memor
ur Sacra Regia Maieſtas cùm pactorum & fœderum, tùm arctiſſimæ neceſſitu-
is & propinquitatis ſibi cum Celſitudine veſtra intercedentis, precibus Celſitu-
is veſtræ haud grauatè annuit. Cùm verò & Onolzbachenſes marchiones, in-
mis verò Illuſtris princeps, Dominus Georgius Fridericus, ius ſimultaneum in
do Ducatus Pruſſiæ ex pactis & fœderibus habeat, ac Celſitudinis veſtræ parens,
rima etiam inueſtitura, ad ius ſimultaneum vexilli contactu admiſſus ſit: Idcirco
ieſtas Regia & oratores Celſitudinis eius, ad hunc actum & vexilli apprehenſio-
libenter admittit; ita tamen, vt principem ſuum pactis & fœderibus ſatisfactu-
literis reuerſalibus confectis ſpondeant. Illuſtriſſimum Dominum Electorem
deburgicum, quod Illuſtriſſima Celſitudo ſua ſuperioribus annis, nouo bene-
, ius feudi ſimultaneum in Ducatis Pruſſiæ, ſuo ordine, ex ſingulari gratia &
ignitate ſit conceſſum, Sacra Regia Maieſtas quidem etiam per oratores Illu-
ſſimæ Celſitudinis ſuæ præſentes admittendum eſſe duxit; ſed hac tamen condi-
ne, ne quid per homagium, à ſubditis Ducatus Pruſſiæ præpoſterè acceptum,
us caſſationem, à commiſſarijs Sacræ Regiæ Maieſtatis ſuperiori tempore fa-
m, Maieſtas ſua confirmat & ratificat, ſuæ Sacræ Regiæ Maieſtatis iuribus dero-
ur, de quo Sacra Regia Maieſtas & regni ordines etiam proteſtantur. Quod igi-
fauſtum ac felix ſit, Sacra Regia Maieſtas Celſitudinem veſtram per vexilli tra-
ionem, ſolenni ritu de feudo Ducatus Pruſſiæ inueſtit, ac cæterorum marchio-
m conuaſallorum oratores, ad contactum extremitatum vexilli clementer admit-
& optat, vt hæc inueſtitura cedat ad gloriam numinis Diuini, & in decus ac orna-
ntum Sacræ Regiæ Maieſtatis vniuerſiq; regni, & ad ſalutem Celſitudinis veſtræ
niumq; populorum eius, quorum curam Sacra Regia Maieſtas veſtræ Celſitudi-
committit; nec dubitat, Celſitudinem veſtram ita ſe geſturam, populisque ſuis
eſuturam, quemadmodum bonum & Chriſtianum principem decet. Deinde
hannes Firleius, ſupremus equitum regni magiſter, Vexillum vſitato more Duci
ruſſiæ tradidit, cuius anteriorem angulum, marchionis Ansbacenſis, poſterio-
m electoris Brandeburgenſis oratores tetigerunt.

Dux inueſtitus aſcendens in ſuperius ſolium, ac proximè Regem procumbens,
ramentum fidelitatis ſolenne Regi his verbis præſtitit: Ego Albertus Fridericus
ux Pruſſiæ, iuro ſuper hæc ſancta Dei Euangelia, quod ab hac hora vſq; ad vlti-
um diem vitæ meæ ero fidelis tibi Sigiſmundo Auguſto, ſicuti meo naturali & hæ-
ditario Domino, ac ſucceſſoribus legitimis tuis Regibus & regno Poloniæ, con-
a omnem hominem, nemine prorſus excepto, & quod ero nunquam ſcienter in
nſilio, vel auxilio, vel in facto, quod tu amittas vitam, vel membrum aliquod,
l quod accipias in perſona læſionem aut iniuriam vel contumeliam, vel quod amit-
s aliquem honorem, quem nunc habes, vel poſt habebis. Et ſi ſciuero vel audiuero

M. D.LXIX. de aliquo, qui velit aliquid istorum contra te facere, pro posse meo, vt non fiat, impedimentum præstabo. Et si contigerit, te rem aliquam, quam habes vel habebis, iniuste & fortuito casu amittere, eam recuperare curabo, & recuperatam omni tempore retinebo. Et si sciuero, te velle iuste aliquem offendere, & inde generaliter vel specialiter fuero requisitus, meum tibi secundum pacta præstabo auxilium. Et si quid mihi de secreto manifestaueris, illud sine tua licentia nemini pandam, neq; quicquam per quod pandatur faciam. Et si consilium à me super aliquo facto postulaueris, illud tibi dabo consilium, quod mihi videtur magis expedire, & nunquam ex persona mea aliquid scienter, quod pertineat ad tuam vel tuorum iniuriam vel contumeliam faciam. Deniq; pacta inter olim Diuum Sigismundum Regem, & Illustrissimum, piæ memoriæ, parentem meum, cum inclyto hoc regno Poloniæ conuenta, seruabo & implebo. Sic me Deus adiuuet. Præstito Iureiurando, Rex sua manu torquem aureum quadringentos Vngaricos valentem, collo inuestiti principis appendit, eumq; ad sinistram considere iussit, donec equitibus aliquot leuiter percussis, rursus in genua Dux cum cæteris oratoribus procubuit, & gratijs solenniter actis, & Rege & Senatoribus assidentibus reuerenter salutatis, prælato vexillo in hospitium redijt. De Religione Augustanæ Confessionis, & de Appellatione ex Ducatu Borussiæ ad Regiæ Maiestatis Tribunal, de qua multos annos inter Regem & Ducem disceptatum fuerat, & qua petulantiam ac contumaciam subditorum aduersus se non confirmandam esse dux Borussiæ iudicabat; peculiaribus literis, Duci Regia Maiestas cauit, quibus & ducem ipsum, & omnes illius subditos, se in doctrina Religionis Augustanæ confessionis clementer conseruaturum esse, pro se & successoribus in regno Poloniæ suis, pollicetur. Deinde, de Appellatione ad Tribunal Regium sancit, Ne, viuente hoc principe, quisquam Nobilium Regem appellet, nisi iniusta & notoria violentia ab ipso principe enormiter læsus, & nisi iustitiæ administratio ipsi denegata fuerit; vel in priuatis litibus pro reuisione actorum supplicans, aut ad iudicium parium curiæ prouocans, etiam plebeius non exaudiatur. Quibus confectis, nouus Borussiæ dux lætus in patriam redit.

Vicinæ verò ciuitatis DANTISCANÆ libertas, & Senatus, cæterorumq; magistratuum Iurisdictio & autoritas, per Commissarios Poloniæ Regis, grauiter tentari & premi cœpit. Cùm enim ex priuatis ciuibus quidam aduersus Senatum querelas in aulam Regiam detulissent; & à paucis ex magistratu, publicos ciuitatis reditus & opes in priuatos vsus conuerti, & pro libidine omnia in Republica geri, & ciues, priuatis Senatorum odijs obnoxios, in iudicijs iniuste vexari & opprimi vane sparsissent: Rex Sigismundus commissarios in vrbem ablegat, qui ciuitatis statum, & iustitiæ ac bonorum publicorum administrationem cognoscerent ac emendarent. Quorum aduentu cognitò, cum ciues quidam inquieti & turbulenti, iam ante Senatui infesti, insolentius se gererent, & voces minaces ac seditiosas aduersus certos homines, qui in magistratu erant, iactitarent: Senatus de vulgi motu & commissariorum mandatis amplissimis, libertati reipublicæ, & magistratibus præcipuè frenum iecturis, edoctus; obuiam illis mittit, & capita quædam certa ab illis stipulatur, priusquam in vrbem accedant. Commissarij verò indignantes, & se excludi ex vrbe iudicantes recesserunt, & apud regem de summa iniuria & crimine læsæ maiestatis regiæ, quod legati Regij in vrbem Regi subditam intromissi non essent, grauissimè questi sunt. Rex ingenti ira & indignatione inflammatus, omnia extrema ciuitati minatur, nec placari initio vllis excusationibus potuit. Admissi verò in vrbem commissarij, omnium, qui se læsos iniustis Senatus & Iudicum sententijs videri volebant, querelas audiuerunt: à consulibus & Senatu rationes administratæ publicæ pecuniæ flagitarunt: Collegijs quibusdam opificum, ac nominatim lanij & cereuisiæ coctoribus, inusitata priuilegia & iura, nomine regis, tribuunt: contractus cum Senatu antea ab illis initos rescindunt. Portorium, quod ab initio vrbis, solus Senatus, ad portus maritimi & aggerum Vistulæ fluuij aliaq; ædificia conuerterat, duplicandum, & de singulis marcis bonorum, quæ inuecherentur & euecherentur, quatuor nummos soluendos esse statuunt; quorum dimidia pars Senatui, dimi-

ia Regi deinceps pendenda eſſet, atq; hac ratione ſola, Regem placari, eoſq; M. D. LXIX.
tinam gratiam reſtitui poſſe adfirmant. Conſtitutiones etiam, de ſtatu Rei-
æ, de Iuriſdictione, de dominio & vſu maris, alijſq; rebus ſanciunt, quas ſuis
tibus & priuilegijs multipliciter aduerſari Senatus querebatur. & tamen Pla-
is literas, in quibus, præter mille auri pondo, Portorij medietatem, Regi ad-
t, hac ſpe commiſſarijs tradidit, quod Sigiſmundo tantùm regi dum viueret,
ronæ aut ſucceſſoribus, vectigal iſtud pendendum iudicaret: & viciſſim
iſſarij, piratarum & aliorum Grauaminum, quæ contra priuilegia irrepſe-
bolitionem repromitterent. Quas quidem conditiones diſertè literis Placa-
inferere Senatus cupiebat. Sed à commiſſarijs, qui ægerrimè regem latu-
e aiebant, ſi non puram & ſimplicem, ſed conditionibus aſtrictam placatio-
ficerent, perſuaſi; per modum ſupplicationis illa quæſiuerunt. Poſtea Com-
j in Senatu regni de actionibus ſuis referentes, literas illas Placationis & Por-
edietatem, Regi perpetuò ex vrbe Dantiſco pendendam, publico Decreto
nari abſentibus Dantiſcanis curant. Cumque priuilegium à Rege Caſimiro
i haberent, quo cauſæ eorum notabiles, adhibito ordinum Boruſſiæ conſilio,
im alibi quàm in Boruſſia, per regem, eiusúe legatum, cognoſci & decidi o-
e, ſtatuitur; deinceps vrbis Dantiſcanæ & aliorum Boruſſiæ ordinum cauſæ
iles, ad Iudicium Senatus regni, in Poloniam tranſlatæ ſunt. Cum antea Bo-
πμία retinentes: non proceres regni Poloniæ, ſed ſolum Regem, vt ſupre-
egni caput, cuius ipſi, non ſecus ac Poloni & Lithuani, ſingularia & libera
ra eſſent, Dominum agnoſcerent. qui deliberationes de controuerſijs Boruſ-
grauioribus, de contributionibus in Boruſſia colligendis, & ſimiles, non in
i regni Polonico, ſed adhibitis Boruſſiæ prælatis, proceribus & ſtatibus in-
at. Hæ commiſſariorum actiones in tertium ferè annum productæ ſunt. In-
iratæ Poloni, receptum in portu Dantiſcano habentes, auſpicijs regis Sigiſ-
, cum Sueco & Moſcho bellum gerentis: naues Neruam & Reualiam peten-
ercipere iuſſi, Danicas etiam naues ſubinde diripiunt ac infeſtant. Daniæ igi-
x, vt vim iniuſtam à ſuis propulſaret, & damna ſubditis illata ſarciret: Danti-
vrbis naues in regnis ſuis viciſſim detinet, & nauigationem Dantiſcanis libe-
er Helleſpontum ſuum adimit. Etſi autem Commiſſarij, ſe indemnes Danti-
s, piratarum cauſa, ſeruaturos eſſe, nomine regis promiſerant; & miſſis in Da-
legationibus naues repetitæ, & tandem in Saxonem & Brandeburgicum ele-
s compromiſſum eſt: tamen moriente paulò poſt rege Sigiſmundo, cùm diu-
ıſtò omnia differrentur; Dantiſcani, vt liberam nauigationem in Belgicum,
m, Hiſpaniam, Angliam, quæ regna, niſi per Helleſpontum Danicum, naui-
liri non poterant, recuperarent: ipſi ſuo periculo ac ſumptu, cum Dano tranſi-
, & perſolutis centum millibus Ioachimicorum, naues & merces interceptas,
um commerciorum & nauigationis facultate libera recipiunt.

Cùm Vpſaliæ, IOANNES III. Goſtaui filius, Erici frater, SVECIAE REX coro- 10. Iulij.
ur, & omnes regni proceres, ac militum duces, ad eam ſolennitatem euocati
eniſſent: Danica & Lubecenſis claſſis armata, Reualienſem portum in Liuo-
actenus à talibus iniurijs immunem, ex improuiſo obruens, ſpoliauit, & circi-
iginta mercatorum naues, pleraſq; mercibus onuſtas, abduxit. In Daniam
reuerſa, Rex militem in terra expoſitum, ad VVarbergenſis arcis, quam Sue-
enebat, oppugnationem miſit, in qua, duo præcipui duces Danici, Franciſcus
kenhuſius, & ſummus militiæ præfectus Daniel Ranzouius, globo tormenti
dioris per caput traiectus, occubuerat. Arx tamen paulò poſt à Suecis dedita, 11. Nouemb.
anorum poteſtatem redijt. Ea obſidione durante, Sueci in Blekingiam, Scaniæ
inciam, excurrentes, oppida, VVehe & Vſtede, & totũ tractum Gunding Her-
ireptum cremârunt. Danielis Ranzouij, quo ex omnibus Daniæ regis ducibus,
o maiores res eo bello geſſit, & ampliorem virtutis & fortitudinis gloriam ade-
eſt; corporis exuuiæ, ex Scania in Holſatiam delatæ, & in templo parochiæ
s VVeſtenſee conditæ ſunt, additis proſa & ligata oratione Epitaphijs.

M. D. LXIX. *Suecorum iacet hîc domitor, terrorq́, pauorq́; Spes Charitum, generis gloria, Martis honos.*
Ingenium, pietas, grauitas, facundia, candor, Cuncta sub hoc vno marmore clausa iacent.
Defunctum luget virtus, Rex, patria, fratres, Sponsa, fides, bonitas, Cypria, Pallas, Hymen.

In Saxonia, Iulius Dux Brunsuicensis, controuersias, quæ patri & maioribus ipsius, cum vrbe Brunsuicensi intercesserant, amicè componi & tolli passus est: Inter cætera, præfecturam Assenburgensem, arci Guelforum vicinam, Duci Iulio, senatus Brunsuicensis integrè restituit, quam ante centum sexaginta octo annos,
1401. Bernardus & Henricus, fratres, Friderici Imperatoris electi cædem vlturi, Brunsuicensi ciuitati primum oppignorauerant. Princeps viciſſim præfecturas Eick & VVenthausen, duobus consulibus nomine Reipublicæ in feudum confert, & actioni in veterem Vicum & Saccum, quas vrbis Brunsuicensis partes, à maioribus suis Senatui Brunsuicensi oppignoratas tantùm fuisse, pater Henricus contenderat, pro se & hæredibus suis renunciat.

VVOLFGANGI comitis Palatini à Ludoico Condeo, & confœderatis reformatæ religionis nomine principibus, in Galliam euocati, mentionem superiore anno fecimus. Qui priusquam in Galliam moueret; Henricus Andium dux, exercitus regij Imperator, prope Charentam fluuium, ad Iarnacum, Condeanos dispersos assecutus prælio dimicare coëgit, in quo Condeus ipse, cadente equo,
13. Martij. a nobili, qui vitam illi incolumem promisit, captus: sed à superueniente Montesquio, Andegauensis custodiæ præfecto, sclopetti glande caput à tergo traiectus, in ipso pugnæ loco occubuit, Vir, vt à Gallico scriptore laudatur, in armis promptus, alacritatis & spei plenus, in periculis impauidus, fidei & promissi tenax, & honestæ veræq; laudis expetens. Ita nobilitatis suæ gentis & religionis reformatæ se patronum præbuit, vt fidei & obsequij erga regem nusquam oblitus sit. Ipsius enim mandato, vel suo damno vel periculo, parere non detrectauit. Constantia ea fuit, vt nec minis nec promissis à suscepta miserûm adflictorum tutela auerti vnquam potuerit. Magna in gratia apud principes, non modò gentiles, & propinquos, sed exteros etiam fuit. Post varia euitata pericula, hostili manu misere occubuit, alieno consilio infelix potius quàm suo. In prælio equites non plures sexcentis in vtraq; parte perijsse referunt: sed supremi ducis capti cædes celebritatem pugnæ summam & lætitiam & gaudium regi ac Pontificijs immensum peperit. VVolffgangus Palatinus, mense Aprili demum cum exercitu sex millium equitum, & sedecim cohortibus peditum progrediens, per Alsatiam, montem Pelicardi & Burgundiam, inter oppositas Aumalio duce copias, in Gallias interiores penetrans, vi expugnato ad Ligerim Charitatis oppido, & traiecto flumine, magnis itineribus ad Regem Na-
8. Iunij. uarrenum & Amyralium contendit, vbi ex laborum assiduitate, & calorum æstu, febri ardenti inflammatus, ac nihilominus cum exercitu procedens, triduo post, in vera fide & inuocatione Filij Dei, Domini nostri Iesu Christi, placidè, inter manus
11. Iunij. suorum ducum, præsante consolationes diuinitùs traditas Georgio Poleto, ex hac vita discessit, in domo viri nobilis pagi Nessum, vbi castra eo die locârat. Quo paucis post ipsius mortem horis venit Caspar Castilioneus Amyrallus, desiderio videndi & excipiendi principem Germanum, qui sui suorumque conseruandorum gratia tantum iter ac bellum susceperisset. Sed quem videre viuum non potuit, eius obitum ingenti mœrore & luctu deplorauit.

Cùm autem de Illustrissimi huius & optimi principis VVOLGANGI Palatini vita & obitu, orationem, paulò post ipsius in Gallia fatum, ad Illustrissimos principes filios, D. PHILIPPVM Ludoicum & fratres, scripserim: interponere eam hoc loco, qui volent, poterunt.

Lucet DEI sapientia & bonitas erga genus humanum miranda, non solùm in pulcherrimo ordine corporum & motuum cœlestium, & vniuersi huius rerum naturæ theatri: verùm etiam in ordine regnorum & imperiorum Politico, cuius non minor, si quando bonus Princeps eum moderatur, quàm ordinis naturæ pulchritudo est: quod in ciuili hominum societate, distincti sunt gradus magistratuum & subditorum: quòd præsunt reges & principes, qui DEI loco in his terris, alios ho-

mine

gunt & defendunt, & de Deo ac omnium virtutum officijs doceri curant: M. D.
æ Leges, quæ ſunt radij ſapientiæ ac iuſticiæ diuinæ, ac normæ guberna- LXVII
erumpublicarum & morum in ſingulis immotæ, quod vigent legitima Iu-
iquam cuſtodes & exſecutores Legum: puniuntur ſontes: teguntur & or-
ecte facientes: quod diſcretæ ſunt ceu claſſes hominum in familijs, ciuita-
imperijs Dominia rerum diſtincta: ordinati contractus: coniugia: educa-
æ ætatis in œconomijs & ſcholis, &c. Quibus æternis & adamantinis vin-
etus hominum, in Regum & Principum ditionibus & vrbibus, eam præci-
:auſam deuinxit Deus & conſociauit, vt ſint domicilia & Templa veri Dei,
is alij alijs doctrinam de Deo & redemptore noſtro Ieſu Chriſto tradant,
›nfeſſionis ac virtutum omnium exemplis, alios ad veri Dei agnitionem
rationem & mutuæ dilectionis & beneficentiæ officia exercenda inuitent,
: ipſe ordo ſit teſtimonium de Deo, cuius ſapientiam Leges diſcernentes
praua; iuſticiam, legitima iudicia & pœnæ ſontium, ac ipſæ Leges iuſta præ-
:s; Bonitatem, beneficia ampliſſima, quæ per Heroicos principes nobis im-
lariſſimè demonſtrant.

m huic pulcherrimo ordini à ſe conſtituto Deus ipſe, cuſtodes & guberna-
:ges & principes bonos, & generi humano ſalutares præficit, qui Dei loco
inem ac vices Dei in terris gerentes, hæc ſumma & diuina bona, veram Dei
m, leges, diſciplinam, pacem, iudicia, defenſionem bonorum, pœnas no-
, communicationem rerum neceſſariarum per contractus, ſtudia doctrina-
c. populis ſubiectis impertiant & tueantur.

obiliſſimum igitur prouidentiæ ac præſentiæ Dei in genere humano teſti-
neſt, quòd ſubinde Heroas, excellenti ſapientia, virtute & felicitate in re-
endis ſupra communem vulgi & gubernatorum multitudinem præſtantes,
& adiuuat, per quos diſciplinam, iudicia, artes & alia vitæ ciuilis ornamen-
tuit: & eccleſiæ, Imperijs, Rebuſpublicis & totis gentibus ſalutem & opem

Qualem fuiſſe Carolum primum, Imperatorem, ſtirpem Heroici generis
›um Palatinorum Rheni & multos in pulcherrima ſerie regum & principum
propagata, conſtat. Nec verò vlla in genere humano familia reliqua eſt, pa-
›rigine à Carolo M. orta, præter hanc Palatinorum Rheni & ducum Baua-
ntem. In qua, noſtris quoque temporibus nondum effœta, principes ſa-
a & virtute Heroica præſtantes & patriæ ſalutares floruerunt. Inter quos
› Illuſtriſſimi etiam Principis Palatini VVOLGANGI ducis Bauariæ, ſapientis,
t magnanimi Herois, & eccleſiæ Chriſti ac ſtudiorum doctrinæ Nutricij me-
im, grata mente & voce celebramus, &, cùm Imperia legitima, Dei opera &
icia eſſe, & perſonas gubernatorum felicium & ſalutarium à Deo excitari, iu-
t defendi certum ſit: gratias Deo agimus, quòd principem Reipublicæ & pa-
alutarem tot annos tribuit: eumque ardentibus votis precamur, vt Genero-
os Ducis VVolffgangi filios, paterni Imperij & virtutum hæredes ſuperſtites,
rnet & ſeruet, & organa eccleſiæ & patriæ ſalutaria efficiat.

Natus eſt autem Illuſtriſſimus princeps VVolffgangus, Palatinus ad Rhenum,
Bauariæ, comes Validi Antij & Sponhemij, anno 1520. die 26. Septembris, Bi-
i, patre Ludoico, filio Alexandri, pronepotis Ruperti Cæſaris Romani, cuius
rtti proauus, frater fuit Ludoici Bauari Imperatoris, à quo Ludoico familiæ
im, qui Regiones Boiorum trans Danubium (Lyco & Oeno terminatas) hacte-
tenent, propagatæ ſunt.

Cùm autem Ruperti Cæſaris, quatuor filij ſuperſtites, ſuperioris & inferioris
itinatus regiones diuiſiſſent: Heidelberga & Electorum dignitas Ludoico Bar-
›primogenito; Philippi Palatini auo: Ludoici & Friderici fratrum Palatino-
›(qui noſtra memoria aliquoties pacificis conſilijs & moderatione ſua exitiales
Germaniæ motus ſedauerunt) proauo, attributa eſt.

Stephano fratri, Bipontum & vicinæ in Gallica Rheni ripa regiones obtige-
it. Ab huius Stephani filijs, Friderico Simeriæ: & Ludoico Nigro, Biponti, ſe-

dem

M. D. LXVIII.

dem aulæ habentibus, rursum duæ familiæ extiterunt, quarum illa, Spanheimensis comitatus insignibus & titulo vsa; Friderico III. quem Otto Henricus, abnepos Ludoici Barbati, in electoratu successorem, anno 1559. habuit, originem dedit, hæc Veldensis comitatus armis & nomine freta, Palatinum VVolffgangum, Ludovvici Nigri, ex filio Alexandro pronepotẽ, de quo præsens oratio instituta est, procreauit.

Cui, patre Ludoico, vt dixi, & matre Elisabetha filia VVilhelmi senioris Landgrauij Hassiæ nato, baptismi testis, & nominis fausta & felicia omnia pollicentis, autor fuit cognominis dux VVolgangus Palatinus, Philippi filius, & Ludoici ac Friderici II. electorum frater. De quibus optimis patriæ meæ principibus, & de tota Germania bene meritis, quoties cogito: exemplum insigne conuersionis & instabilitatis rerum humanarum, & mutationis illustrium familiarum, vnà considero: Cum Philippi Electoris Palatini, flore nouem filiorum principum generosissimorum, qui ad virilem ætatem (excepto Ottone Henrico, qui in pueritia obijt) omnes, pleriq; etiam ad senectam peruenerunt, clarentis posteritatem vniuersam, intra annos 50. post ipsius obitum, nepotis Ottonis Henrici morte funditus extinctam, & Electorũ dignitatem in alium decimo gradu agnatum translatam esse video.

Fuit omninò florentissima ante bellum Bauaricum Palatini Philippi domus, qui ex Ludoici diuitis, ducis Bauariæ Landshutensis, filia Margarita, Georgij sorore Ludoicum, postea in electorum dignitate successorem: Rupertum, Ottonis Henrici & Philippi patrem: Fridericum II. electorem: Philippum episcopum Frisingensem & Naoburgensem; Iohannem, Ratisbonensem: Georgium Spirensem: Henricum, Vltraiectinum, & postea VVormatiensem: Ottonem Henricum: & hunc VVolgangum, quem ἐπώνυμον ducis VVolgangi Bipontini fuisse diximus, susceperat. ac filio Ruperto, Elisabetham, Georgij diuitis, ducis Bauariæ Landshutensis filiam, & ex testamento patris futuram hæredem amplissimarum Bauariæ ditionum, quas pater possederat, in matrimonium collocarat. De quo coniugio cum Pontificis dispensatio, misso Romam Capnione, petita esset: legationis illius occasione, Capnio in Argyropoli noticiam Romæ venit, qui Græciam, suo & collegarum exilio, Alpes transuolasse dixit. Quod eam ob causam obiter indico, quia legationis illius Reuchlini, crebra in commemoratione de studijs Græcæ & Ebreæ linguæ, in Germania, auorum memoria primum accensis, mentio fieri solet. antea etiam, ab eodem Philippo, missus Romam, cum Iohanne Dalburgio episcopo Herbetomagensi Rodolphus Agricola fuit, cuius oratio in operibus Rodolphi extat.

Sed ad Palatinum VVolgangum redeo, qui nobilissima stirpe satus, à parentibus generosissimis, non vitam solummodò & ditionem mediocrem, sed ingenij etiam & virtutum Heroicarum semina accepit. Quæ, diligenti & sancta, sapientis & piæ principis matris (patrem enim iuuenem triginta annos natum, ipse vix ingressus primam pueritiam anno 1532. amisit) & patrui illustrissimi ducis Ruperti tutoris disciplina & assuefactione, ad pietatem & omnium virtutum principi conuenientium officia: & literarum studijs, alijsque exercitijs, quibus principum pueritia imbui, & ad belli pacisq; artes in gubernatione vsui futuras præparari solet, excitata & exculta sunt.

Præceptorem in studijs pietatis & literarum pater ipsi præfecerat, M. Caspar um Glaserum, virum integritate vitæ, doctrina & pietate insignem, qui postea Ecclesijs in ducatu Bipontino vtiliter præfuit, donec anno 1547. fatalibus Germaniæ pœnis & imminentibus ecclesiarum perturbationibus, quæ morte ipsi tristiores futuræ erant, præreptus est. Cum autem veteri principum more, comites & nobiles adolescentes plures studiorum socios haberet: felicitate ingenij & memoriæ firmitate & promptitudine cæteris facilè antecelluit. Adolescens ad Agnatum Palatinum Fridericum, principem sapientem, & in maximis Romani Imperij, & totius Europæ negocijs, à prima ferè ætate in consilio Caroli V. versatum, sicut Achilles ad Chironem missus est, vt illius præceptis ac exemplis, in domestica consuetudine, & deliberationibus ac consilijs, quibus adhibebatur, ad Reipublicæ gubernationem præpararetur.

Frideri-

lericus etiam, vbi indolem adolescentis generosam & regiam, amantem M. D. LXVIII.
, iustitiæ, modestiæ, mansuetudinis, comitatis, & in omni officio & actio-
ritatem & industriam considerauit: singulari beneuolentia eum deinceps
e tempore complexus est: & postquam fratri Ludouico mortuo, in electo-
nitate successit: huic agnato principi VVolffgango, iuueni adhuc, sed an-
curamq; gerenti animosq; viriles, vices suas in superiore Palatinatu, Am-
egendo, commendauit. quod munus summa cum prudentiæ, iusticiæ &
tionis laude, vsq; ad Friderici mortem postea dux VVolffgangus admini-
Prius enim paternæ ad Bipontem prouinciæ gubernationem suadente Fri-
& voluntate patrui Ruperti tutoris, qui eodem anno 1544. ex hac vitâ e-
est planè adhuc adolescens, natus annos octodecim, Germaniâ tum me-
r adhuc pacatâ & tranquillâ, susceperat. Vt autem Iosias eodem ferè æta-
quærere cœpit Deum patris sui Dauid, & paulò post remotis idolis,
vera religio sub maioribus obruta & penè sepulta iacebat, doctrinam &
nendauit, templum refecit, librum legis recitari iussit, & fœdus cum Do-
nouauit: ita Palatinus VVolffgangus, cùm à teneris annis ad studium do-
cœlestis & timorem ac inuocationem Dei institutus esset, & sciret normam
tionis esse vtramq; Decalogi tabulam debere, & primum quærendum esse
Dei: nihil prius & antiquius piâ constitutione ecclesiarum habuit.

n enim genus humanum ideo conditum sit; vt Deum agnoscat & celebret:
timus finis sit omnium politiarum & omnis humanæ consociationis, vt alij
Deo doceant, & in cœtu vera Dei notitia, & Christi doctrina, latè spar-
& communi voce Deus inuocetur & celebretur: intelligebat princeps
gangus, præcipuam & summam gubernatorum curam esse oportere, vt ex-
osephi, Dauidis, Ezechiæ, Constantini, Caroli Magni, stirpis nobilissimæ
Palatinorum, ecclesias & scholas piè constituant & foueant. Itaque gra-
deliberatione omnium ordinum decreuit, vt pia Euangelij doctrina, cuius
sub patre & patruo tutore passim sparsa erant, iuxta confessionem Augustæ
V. Imperatori anno 1530. exhibitam; quæ doctrinæ D. Lutheri & collega-
nisterio repurgatæ summam continet, vbiq; in ecclesijs suæ ditionis æqua-
sine dissensione proponeretur.

lectis igitur pijs, grauibus & eruditis viris, diligenter inspici singulas eccle-
remotis impijs aut morum spurcitie inquinatis, pastores bonos, rectè sen-
, & ad docendum idoneos præfici, & stipendia honesta attribui, & ordinem
num & rituum in templis certum præscribi; vt ad discendam Catechesin &
ietatis ac disciplinæ exercitia populus assuefieret, passim etiam in oppidis &
naioribus Scholas institui, & ludimagistros idoneos & modestos præponi
t. Hæ res salutares, statim initio administrationis à Palatino VVolffgango
itæ sunt: in quibus, Lutheri senis, vt Salomon adolescens olim Nathanis præ-
is, & Achiæ Silonitæ, consilio potissimùm vsus est. Postea etiam toto vitæ
re, nihil prius aut antiquius illustratione gloriæ Dei, & salutari ecclesiarum
larum constitutione habuit, nec vllis sumtibus, in negotijs ad veram religio-
doctrinarum studia pertinentibus, vnquam pepercit.

ùm autem præclarum hunc piæ & salutaris gubernationis cursum ingressus es-
latinus VVolffgangus, & passim in Germaniâ ecclesiæ Lutheri confessionem
xæ florerent & tranquillæ essent, ac ipse princeps recens coniugem, Philippi
grauij Hassiæ filiam duxisset: ecce repentè & subitò bellum tristissimum, à Ca-
V. Imperatore, aduersus fœderatos aliquot Religionis causa, principes & ci-
s in Germaniâ motum est, quod longam telam tristissimarum calamitatum,
s bonis principibus, eorumq; ecclesijs & politijs toto quinquennio sequente
xit. Etsi autem non erat socius fœderis Palatinus VVolffgangus, quanquam
em cum cæteris religionem profitebatur: sed optimum & firmissimum fœdus
lucebat, iusta & necessaria modestè agere, talibus enim Deum ipsum confœ-
tum esse: & in fœderibus plerunque alienorum erratorum pœnas luendas es-

se, ab

M. D. LXVIII.

se, ab agnato principe Friderico electore grauissimè monitus erat: tamen soceri, qui Dux belli fœderatorum fuerat, in custodiam Caroli victoris arte pertracti, & publicæ totius Germaniæ calamitates, & ecclesiarum piè constitutarum perturbationes, magnum & acerbum dolorē ipsi, & curas ac molestias multiplices attulerunt.

Nec tamen vllum pietatis Deo, & Cæsari, vt supremo magistratui, & socero debitæ officium, difficillimis & periculosissimis illis temporibus prætermisit. Omni diligentia & fide religiosa adfuit socrui, Augustæ pro marito captiuo apud Carolum deprecanti. Cumq; paulò post declaratio de Religione, quam INTERIM nominarunt, promulgata publicè & approbata in comitijs esset, & terrore ac metu potentiæ Caroli victoris omnes ferè puram Euangelij doctrinam Lutheri ministerio instauratam antea professi, languidius & timidius agerent, Pal. VVolffgangus, Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei reddenda esse statuens, piâ, constanti & ingenuâ confessione ostendit, se à verâ doctrinâ, quam amplexus esset: & in ecclesijs suis propagari mandasset, nequaquam discedere, nec bona conscientia Decretum de Religione interim vsq; ad consilium seruanda, sequi posse. Nec postea domum reuersus, quanquam crebris & seueriss imis Caroli mandatis vrgeretur, doctrinam aut ritus ecclesiarum suarum vnquam mutauit. Id Heroicum piæ vereq; Christianæ constantiæ exemplum publicis historiarum monumentis ad perpetuam memoriam consignatum, vnà cum optimo principe Iohanne Friderico electore Saxoniæ captiuo, qui nullis promissionum illecebris, aut minarum terroribus, eo probationis tempore, se à confessione veræ doctrinæ abduci passus est, grata posteritas in omni æternitate celebrabit.

Agitata sunt deinde, obsidionis Magdeburgensis tempore, inter aliquot principes, consilia belli aduersus Carolum Imperatorem, tuendæ religionis & liberandorum principum captiuorum causâ suscipiendi. Quibus se non immiscuit, cum prioris belli ciuilis exitum infelicem & funestum meminisset, & alioquin defendendam esse Religionem non occidendo, sed moriendo; non sæuicia, sed patientia: non armis, sed fide; iudicaret. Sed tamen Henricum II. Galliæ regem, principibus illis confœderatum, occupata Mediomatricum vrbe, Bipontem cum exercitu venientem, splendidè & reuerenter excepit. cùm quidem ille omnia regia bonitatis & clementiæ signa viciss im ostenderet.

Cùm autem Deo clementer gubernante, optimorum & publicæ tranquillitatis ac salutis amantissimorum Regum, Ferdinandi & Maximiliani intercessorum, sapientiâ & moderatione, intra semestre finis bello impositus, & Pax religioni, Libertas Germanico Imperio, & principibus captiuis reditus ad suos confectus esset: respirantibus in totâ Germaniâ pijs ecclesijs, Palatinus VVolffgangus etiam, Pace illâ aureâ, non ad ocium iners, & voluptates principe indignas, sed ad ornandas suarum regionum ecclesias, iudicia & neruos iusticiæ & pacis publicæ stabiliendos & reliquias controuersiarum, quæ socero & alijs principibus, ex fœdere & bello Smalcaldico & aliunde intendebantur, amicè & placidè componendas est vsus. Quæ negotia, sapientissimus Imp. Carolus, cùm de eximia principis huius prudentia, æquitate, iusticiâ, moderatione, industriâ & constantiâ, difficillimis temporibus probata, honorificentissimè sentiret, sæpè illi, tanquam pacificatori, committebat. Sed ea quæ ad primam Decalogi tabulam propriè pertinent, de perpetuâ curâ & diligentiâ Palatini VVolffgangi in fouendis & ornandis ecclesijs & studijs doctrinarum primùm pertexemus.

Cùm enim ditiones suas, etiam ad posteritatem, florens & tranquillum ecclesiæ Dei & veræ de Deo ac redemtore nostro IESV CHRISTO doctrinæ domicilium & sedem esse, & inter docentes pium de Deo consensum, qui etiam politicæ pacis & tranquillitatis neruus est, conseruari & propagari optaret: Summam veræ de præcipuis fidei Christianæ articulis Doctrinæ, populo proponendæ, & totum administrationis ecclesiasticæ ordinem, in ministrorum vocatione, visitatione, consistorio, synodis, & ritibus sacrorum in templo seruandis, libro certo comprehendi, & spectatæ fidei ac doctrinæ Theologorum, Philippi Melanchthonis, Ioannis Brentij,

ntij, & Ioannis Marbachij iudicijs comprobatum, commendari omnibus mi- M. D.
ris voluit, vt certa veluti regula esset, quam in docendo, & omnibus cæteris LXVIII.
iisterij Ecclesiastici partibus, docentes in templis vnanimiter sequerentur, nec
ibet propriâ curiositate & ambitione nouas opiniones & dogmata, veluti
a Eridis, spargere, & instar Cadmæorum fratrum cum alijs contendere & ri-
, καὶ τῇ γλώττῃ πολεμίζειν, vel ritus suo arbitrio instituere & mutare liceret.
per non solùm ad puritatem veræ religionis & tranquillitatem & concordiam
lesiarum in regionibus Palatino VVolffgango subiectis, plurimum profuit:
im etiam à multis vicinis & alijs gentibus auidè expetitus est, quæ ad illius præ-
orum Ecclesias suas constituerunt. Aliquoties igitur libri editio, & viuente
tino VVolffgango, & postea ab illustrissimis principibus filijs, non patrimo-
olùm, verùm etiam pietatis & virtutis paternæ hæredibus, addita ex testamen-
atris confessione fidei, repetita est.

Cùm autem non multum conducat scripto complecti & mandare alijs leges
ndi & viuendi salutares, & tantas res inchoare; nisi perpetua diligentia sedu-
andata exequendi & rectè inchoata tuendi & sarciendi accedat: inspectores
os Ecclesijs & ministris inferioribus præfecit, & his omnibus, senatum Eccle-
cum in sede aulæ vsitata præposuit, ac quotannis inspici Ecclesias, &, si quid
repans à norma præscriptâ animaduerteretur, ad eam reuocari voluit. Que-
; etiam Pastorum non ad Quæstores seu præfectos politicos, à quibus ple-
; eos despici vel etiam parùm humaniter tractari sciebat, sed ad Inspecto-
Senatum ecclesiasticum referri iussit, vt admonito principe iustam defensio-
Pastores haberent. Quos, cum ex liberis subditorum sumtos patriæ aman-
es, & publicæ salutis & tranquillitatis studiosiores exteris fore iudicaret & à
ris sincera pietate & religione in patriâ imbui, & literis ac doctrinis ad mi-
rium ecclesiæ præparari, & excoli oportere sentiret: magnum numerum a-
scentum ingeniosorum, ex suis regionibus delectum, velut seminarium mini-
um ecclesiæ & Reipublicæ plantarium, suo sumtu institui & erudiri curauit.

Cumq; multiplici doctrinâ, & cognitione linguarum, & magna artium &
citationum literatarum varietate, ad fontes doctrinæ, in libris diuinitùs tra-
, rectè cognoscendos & alijs explicandos, & puritatem illius, refutatis dextrè
ptelis, conseruandam, ad leges, iudicia, & alias Reipublicæ partes rectè gu-
andas opus sit: præter inferiores singulorum oppidorum & pagorum ludos
rios, in quibus Catechesin ac legendi rationem, propter hunc præcipuum
mmum finem, vt Biblia seu libros doctrinam cœlestem continentes legere,
is prælegere possent, pueri discerent: Duas etiam superiores scholas, &
nasia celebriora condidit: alterum Lauingæ, in Neoburgensi ducatu ad Da-
um, cuius descriptio illustris & Doctrinæ ac docendi discendiq; ratio, &
eptorum ac discipulorum curiæ, officia, exercitationes, & disciplinæ leges,
itissimo & præstantissimo artifice Iohanne Sturmio sapientissimè constitu-
publicè editæ, omnium doctrinæ studiosorum manibus versantur: alterum
ipontino ducatu Hornbachiæ, vbi S. Pirminius olim pietatis & literarum
lam disciplina sanctiore & seueriore adstrictam habuit, & quietis ac sepul-
locum delegit.

Hæc gymnasia, optimus & sapientissimus Dux VVolffgangus, sedes veræ
Deo doctrinæ, & Arces sapientiæ in suis regionibus, & fontes salutares ac
nnes, ex quibus vera Christi notitia & omnes honestæ artes, ac cæteræ vitæ
i & ornamenta præcipua, in curias, templa & singulorum familias emanent,
EMINARIA ac florem ecclesiæ Dei, ac Reipublicæ præsidium ac lumen, &
RITVS SANCTI domicilium & OFFICINAS esse voluit, in quibus
simæ & optimæ partis generis humani, teneræ videlicet ætatis & florentis
ntutis ingenia, non modò ad ministerium suum in ecclesiâ Christi, verùm
nad Reipublicæ officia varia, & omnes vitæ partes dexteriùs gubernandas
tuat, præparet, excolat & informet.

M. D. LXVIII. Pietatem etiam erga DEVM, & curam propagandæ ad posteros, in domestica quoq; familiâ, veræ sapientiæ & doctrinæ, non solùm assiduâ & ardenti inuocatione & lectione librorum sacrorum & piarum explicationum, ac Historiarum, quas sæpe in Republicâ consilium monstrare, & in religionis controuersijs cognitu necessarias & vtilissimas esse, & priuatim illustribus exemplis animos ad amorem virtutis accendere dicebat: verùm etiam in generosissimorum principum filiorum institutione declarauit. Quos ad veræ religionis intellectum & amorem, & quotidianæ lectionis Bibliorum & omnia pietatis & virtutũ Deo placentium exercitia à teneris annis adsuefieri, & omnibus ijs artibus ac doctrinis, quibus adolescentum principum, ad magna imperia natorum, ætas ad gubernationem præparanda est, erudiri curauit. Meminit enim diuinitùs mandari, vt populorum reges ac principes LIBRVM legis diuinæ, qui totius gubernationis vitæ priuatæ & Reipublicæ norma est, ex manibus nunquam deponant, assiduè legant & meditentur, & non solùm seruiant summo regi Christo & cum tremore ac timore obediant, verùm etiam doctrina erudiantur. Meminit Palatinum Ludouicum, electorem Ruperti Imperatoris filium, cùm synodo Constantiensi interfuisset, in quâ præsentibus omnium exterarum nationum Christiani nominis legatis, omnia in deliberationibus publicis latinâ oratione agebantur, & Germani principes, eruditarum literarum & linguarum rudes κωφὰ πρόσωπα fuerant, domum reuersum, sæpè magna cum doloris significatione imperitiam suam deploràsse. Præsertim cùm Sigismundum Imperatorem, qui sapientissimi patris & literarum amantissimi Caroli IIII. consilio in latinis literis eruditus fuerat, in synodi consessibus aliquoties queri audiuisset, neminem ex suis principibus electoribus in illo orbis Christiani theatro esse, qui in deliberationibus personam suam tueri, & latinis verbis animi sui sensa exponere alijs sine interprete posset. Itaq; senescens iam Ludouicus latinas literas discere cœpit, quod nostra ætate etiam Augustum electorem Saxoniæ fecisse intelligimus. Sciebat Eberardum primum ducem VVirtebergicum, quem adolescentem tutores linguam latinam doceri prohibuerant, cùm postea conuentus imperij & exterarum nationes adiret, sæpè indignatum suis tutoribus dixisse: Nemini magis, quam principibus cognitione doctrinæ & linguarum opus esse. Otto etiam Henricus elector, veræ religionis & literarum amans & patronus munificus, qui filio VVolffgangi, Ottoni Henrico, baptismi testis fuit, hortator patri extitit, vt exemplo Caroli I. familiæ Palatinorum autoris, filios generosissimos, non militaribus solum tyrocinijs, verùm etiam bonis literis & artibus liberalibus institui curaret.

Singulare etiam Dei beneficium fuit, quòd præceptorem liberis inquirenti non solùm ingenio & doctrinâ, verùm etiam pietate & fide sincerâ, & vitæ & morum suauitate graui, & industriâ ac dexteritate in teneris principum mentibus formandis valentem: PETRVM AGRICOLAM nactus est. Cuius diligentiæ & laboribus, in monendo & docendo adsiduis, & fidelissimis ita benedixit DEVS, vt non solùm liberaliter eruditi & docti ac prudentes, verùm etiam pij ac iusti ac moderati & salutares generi humano principes ab ipso instituti euaserint. Quorum pietatem & benemerita in ecclesiam ac Rempublicam & cæteras virtutes Heroicas, hoc tempore à me (ipsis viuentibus & in medio cursu bene merendi de genere humano versantibus) prædicari, modestia ipsorum & pudor vetat, sed posteritas grata in his terris & omni æternitate debitis & honorificis laudibus celebrabit.

In conuentibus Imperij etiam præcipuæ curæ Palatino VVolffgango Religionis veræ negotia fuerunt, nec post pacem religionis, communi ordinum Imperij decreto in comitijs Augustanis constituram, vlla ex re alia acerbiorem cepit dolorem, quàm ex tristissimis docentium dissidijs, & certaminibus Cadmeis quæ post bellum Germanicum, occasione dissensionum de Cæsarea Interreligionis declaratione primùm exortæ, paulatim præcipuos fidei Christianæ articulos disputando conuulserunt, & in multorum animis fidem labefactarunt. Hi

post

post abruptum infeliciter colloquium VVormatiense, magis etiam certorum hominum fastu & obstinatione exacerbatis & auctis, optimus princeps, nullis laboribus, curis, sumtibus, & impensis parcens, vt remedia tantis malis idonea inueniret, sæpè ad electorem Saxoniæ AVGVSTVM & alios, communi confessioni adiunctos principes, Vlricum Sizingerum Cancellarium, quem sanctissimorum conciliorum socium & ministrum fidissimum habebat, & alios præcipuæ authoritatis viros ablegauit, vt legitimè cognosci controuersias & dirimi peterent, priusquàm radices altiùs agerent & factiones in immensum crescerent, & confirmarentur. Deniq; toti Imperio notum est, quanta sollicitudine, constantiâ & zelo, in primis Maximiliani II. comitijs vrserit, vt in Lutheri confessione, à qua non obscurè quidam, aliud tamen præ se ferentes, discedebant, principes coniuncti & concordes manerent. Hæc de ardenti erga veram religionem Palatini VVolffgangi studio, & perpetua in tuendis & ornandis ecclesijs ac scholis diligentia, initio dicere volui, breuius omninò & squalidius quàm pietatis & meritorum ipsius splendor flagitabat. M. D. LXVIII.

Verùm nunc ad secundæ Decalogi tabulæ virtutes propero, inter quas IVSTITIAE & pacis publicæ cura potissimùm eminuit. Cùm enim normam iustæ gubernationis consiliorum & actionum in vitâ priuatâ & Republica omnium LEGEM esse sciret, quæ honestè viuendi, & alterum non lædendi, ac suum cuiq; tribuendi regulam præscribit, non solùm in domestica iurisdictione vigilans & sedulus CVSTOS & executor LEGIS DEI, & cum illâ congruentium patriæ legum honestissimarum fuit: sed etiam publicis imperij legibus religiosè paruit, & Imperatorem ac dominum suum, optimâ fide summâq; reuerentiâ studio & amore semper coluit ac veneratus est.

Nec vllis se bellis ciuilibus in Germaniâ vnquam admiscuit, sed tali tempore præcipuum viri principis officium esse duxit, Deo quæ Dei sunt, & Cæsari quæ Cæsaris sunt, tribuendo, adiungere se ad Imperatorem & ad Imperij senatum, & communi patriæ & subditorum saluti consulere, non iniustis aliorum cupiditatibus & factionibus seruire. In publicis Imperij negocijs & periculis conferebat pecuniam, & milites mittebat officiosè aduersus Turcas militauit ipse anno 1566. suis impensis & stipendijs trecentos equites lectissimos in Vngariam ducens, vbi ad exitum belli vsq; in statione mansit, cùm filius Philippus Ludoicus, in Cæsaris Maximiliani familiâ viuens, in castris simul adesset, aliàs etiam communem pacis defensionem in Germaniâ aduersus seditiosos adiuuit. Sed domi bella non mouebat, & quanquam sæpè iniuriæ dolore valdè accendebatur, tamen priuatæ iracundiæ, & dolori ac cupiditati vindictæ, publicam vtilitatem & populi salutem anteferebat, cùm præcipuam boni principis virtutem esse duceret (vt in Senecæ versibus dicitur) consulere patriæ, parcere ciuibus, ferâ cæde abstinere, mores regere, Reddere orbi quietem, seculo pacem suo. Hæc summa virtus, petitur hac cœlum viâ. Vt enim paterfamiliâs bonus, hanc curam & sollicitudinem præcipuam paternâ fide & sollicitudine suscipit, vt liberis suis, pietatem, pudorem, pacem colentibus, benè sit: eaq; in re nulli operæ, labori & sumtui parcit: ita Palatinus VVolffgangus, exemplo suo BONVM PRINCIPEM NIHIL A PATRE BONO DIFFERRE ostendit, & quanquam in coërcendis contumacibus & improbis, & latrocinijs, alijsq; delictis atrocioribus grauiter puniendis, nequaquam lentus & remissus, sed acer & seuerus Iustitiæ diuinæ minister & vindex erat: tamen alias contentiones de hæreditatibus & contractibus, quoties potuit, amicis transactionibus potius, quàm iudicialibus sententijs diremit, sæpè monens litigantes, vt aliquantum de suo iure cedere, & partem relinquere, quàm totum in iudicio persequi, & longâ contentione, sumtus, labores, & curas sibi cumulare mallent. Reipublicæ etiam prodesse aiebat, non inflammari odia familiarum diuturniora, ex quibus factiones sæpè & tumultus patriæ pernicioli existerent.

In his prætorijs & forensibus negotijs, & alijs deliberationibus grauioribus,

M. D. LXVIII. ad totam Rempublicam pertinentibus, multos annos, adiutores & administros, princeps VVolffgangus habuit, tum alios præstantes consiliarios, tum verò maximè familiarem & adsiduum excellentem virum, sapientiâ, iustitiâ, eruditione & eloquentia illustrem, Vlricum Sitzingerum Cancellarium. Vt enim Augusto Trebatius, Labeo, Atteius, & alij familiares fuerunt, quorum sententias & iudicia de maximis rebus audiuit: ita in Palatini VVolffgangi consilio, præstantissimi Iurisconsulti, D. Ludoicus Grempius, D. Sitzingerus, D. VValterus Drechsselius, quem VVolffgangi filius Philippus Ludoicus Cancellarium hoc tempore delegit, L. Henricus Suuebelius, D. Gallus, D. Tobias Zorerius, vero Deo & Musis omnibus ac Gratijs carus, nec tam litium, quàm beneuolentiæ iura complexus: D. Simon Schardius, colligendis patriæ historijs de tota Germaniâ & posteritate vniuersâ benè meritus. Accedebant sapientiâ & virtute excellentes viri nobiles, Ludoicus ab Eschenau, Christophorus Landschadius, qui ferè quinquaginta annos iam in Palatinorum principum officijs consumsit: Philippus à Gemmingen, eruditione etiam insignis: Georgius comes à Casteel: Ludoicus comes à Lovvenstein: Quirinus Gangolfus Baro à Geroldsek: Andreas Fuchsius: Henricus à Stein, &c. Quorum præstantium virorum senatus, sapiente & magno etiam rege non fuisset indignus.

Singularis autem felicitas est Reipublicæ, cùm princeps domesticos consiliorum & laborum socios, & amicos sapientes, iustos, magnanimos, & felices habet, qui & in consilijs multa illum rectè moneant, & autoritatem ei in populo augeant. Cumq; verissimum sit, talem quemq, esse, qualium consuetudine delectatur: non obscura significatio fuit sapientiæ & iustitiæ ac virtutis Heroicæ in ipso principe, tantorum virorum (quos verebantur etiam si qui erant efferi) familiaritas. Cum his colloquia erant quotidiana de Republica, de Religione, de exemplis iudicij diuini, & historijs omnium temporum, plena prudentiæ & grauitatis.

Fulserunt enim in duce VVolffgango, & pulchritudine ac fulgore suo omnium oculos perstrinxerunt, cùm aliæ virtutes multæ & magnæ, Iustitia, veritas, Celsitudo animi, fides in pactis, clementia, bonitas, tùm verò Prudentia & lumen animi, ingenij, consilijq; singulare, quod literis etiam & colloquijs sapientum alebat. Etsi autem maiores erant & sanctiores dotes, quas in eo filius Dei voce Euangelij & Spiritu sancto accenderat, vera lux & agnitio ac inuocatio Dei, intellectus doctrinæ à Deo traditæ (de quâ ita sapienter & dextrè disserebat, vt appareret à Deo mentem ipsius illustratam, seriò in harum maximarum rerum considerationem intentam esse) firma fiducia in Deo acquiescens; dilectio Dei; constantia in confessione; moderatio animi in frenandâ ambitione, irâ, cupiditate vindictæ & perferendis iniurijs propter Deum & publicæ tranquillitatis amorem tamen politicas etiam illas virtutes in tota gubernatione & domestica vitæ consuetudine lucentes ad hunc finem præcipuè referebat, vt imaginem & similitudinem Dei, qui nos sibi conformes esse virtutum culturâ voluit, repræsentaret, & obedientiam ac honorem debitum Deo ostenderet, & ecclesiæ ac Reipublicæ salutiferuiret, & suo exemplo subditos & alios ad veram agnitionem & celebrationem Dei, & virtutum omnium Deo placentium officia inuitaret.

Fuitq; tota domestica consuetudo, & vita Palatini VVolffgangi, coniugis, filiorum & filiarum, ecclesia Dei, & pulchra schola pietatis, inuocationis, lectionum sacrarum, philostorgiæ, sobrietatis, modestiæ, castitatis, & omnium virtutum Deo placentium. Coniugem habuit παμφίλοτεκνος, Annam, Philippi Landgrauij Hassiæ filiam, natam ex filia Georgij ducis Saxoniæ. Fuitq; coniugium castum, dulce & fœcundum, ex quo quinq; filios, Philippum Ludoicum, Iohannem Ottonem Henricum, Fridericum, Carolum: & octo filias, quarum adhuc quatuor superstites sunt, procreauit. Quos rectè erudiri de Deo, & de omnib⁹ honestis officijs parentes curarunt: vt non tam generis nobilitate, cultu & opibus, quàm pietate, doctrinâ, virtute subiectis sibi populis præstarent.

His pijs

His pijs coniugibus perpetuam viginti quatuor ferè annorum tranquillitatẽ M. D. elicitatem DEVS tribuit: donec anno 1569. expeditionem in Galliam dux LXVIII. olffgangus ſuſcepit, non vllâ cupiditate potentiæ, vel opum bello acquiren-um, ſed Heroicâ bonitate & miſericordia erga iniuſtè oppreſſos, ſubuenire il-& lenire eorum calamitates cupiens. Præſertim cùm opem & præſidium illius opere implorarent, non vt Regi bellum faceret, verùm vt auxilio ipſius, pa-æquam & ſibi ac regno ſalutarem obtinere tandem poſſent. Progreſſus igi-cum exercitu 6000. equitum & 26. cohortibus peditum, per Alſatiam, Mon-Pelicardi & Burgundiam, inter oppoſitas Aumalio duce copias, in Gallias riores penetrans, vi expugnato ad Ligerim Charitatis opido, & traiecto flu-, magnis itineribus ad Regem Nauarrenum & Amiralium contendit, vbi ex rum aſſiduitate & calorum ac curarum æſtu, octaua Iunij, febri ardenti in-matus, ac nihilominus cum exercitu procedens, triduo pòſt in verâ fide & in-tione Filij DEI Domini noſtri IESV CHRISTI placidè inter manus ſuo-ducum, præfante conſolationes diuinitùs traditas Georgio Poleto, concio-re aulico, ex hac vitâ diſceſſit, die vndecimâ Iunij, circa horam ſextam ve-inam: in domo viri nobilis, pagi Neſſun, vbi caſtra eo die locârat. Quò is poſt ipſius mortem horis venit Caſpar Caſtillioneus Amiralius, deſiderio ndi & excipiendi principem Germanum, qui ſui ſuorumq; conſeruandorum â tantum iter atq; bellum ſuſcepiſſet. Sed quem viuum videre non potuit, e-bitum ingenti mœrore & luctu deplorauit.

Teſtamentum Palatinus VVolffgangus ante expeditionem condiderat, in multa ſapientiæ, pietatis erga DEVM, philoſtorgias erga coniugem ac li-s, & amoris erga patriam teſtimonia extant. Principiò etiam fidei ſuæ con-nem recitat, & precationem addit, vt diuinitùs gubernetur, vt firmus & con-in ea fide vſq; ad finem maneat. Deinde velut præſagiens mortem, ſi quid initùs ſibi in eâ profectione accidat, filijs gubernationem partitur, & nomi-commendat eccleſias, eosq; hortatur, vt doctrinæ & confeſſionis ſuæ cu-es ſint, & gloriam DEI præcipuè illuſtrari & populum rectè doceri curent, & nem ac reditus eccleſiarum & ſcholarum à ſe conſtitutos fideliter tueantur poſteros propagent. Poſtea de alijs negotijs & eleemoſynis pauperum man-dat.

Corpus ducis VVolffgangi ad Limouices in templo vrbis Angoliſmorum de-um fuit. Vnde poſt biennum Rupellas delatum, & piâ coniugis ac filiorum , per ampliſſimos maris Gallici, Anglici, Germanici & Cimbrici Cherſo-tractus, in portum Lubecenſem deuectum, ac inde per Saxoniam, Haſſiam ieni ripam deductum, Meiſenheimi, quod illuſtriſſimæ coniugis ipſius præ-dotale eſt, die 23. Septemb. anni 1571. in ſepulchro maiorum terræ manda-eſt. Nam in eodem templo Stephanus Ruperti Imp. filius, ſtirps vtriusq; fa-Palatinorum, qui in Vogeſi montibus, alteri Sponheimenſes, alteri Vel-es comites cognominati, ſedem hactenus habuerunt, & Ludoicus niger, olffgangi proauus, monumenta ſua poſuerunt.

Hanc Illuſtriſſimi principis Palatini VVolffgangi hiſtoriam mente repeten-rimùm Deo æterno authori & cuſtodi imperiorum & ordinis politici, cuius i ſunt boni principes, toto pectore gratias agamus, quòd ex nobiliſſimâ Pa-orum familiâ, longo ordine, ſapientes, iuſtos & moderatos principes Ger-iæ tribuit, quorum gubernatio ſubiectis populis, eccleſijs, ſcholis & toti Ger-iæ fuit ſalutaris. Deinde ardentibus votis Deum oremus, vt Illuſtriſs. prin-s, ducis VVolffgangi filios, quos noſtro tempore Deus patriæ adminiſtrandæ ecit, incolumes & florentes perpetuò ſeruet: eorumq; mentes, conſilia, & ones, ad Chriſti gloriam, & totius Reipublicæ, eccleſiæ, ac ſcholarum, à pa-conſtitutarum ſalutem gubernet & adiuuet. Certiſſimum enim eſt, ſaluta-gubernationem ſingulare Dei opus & ſingulare beneficium eſſe.

Poſtea virtutum exempla honeſtiſſima, quas Deus fons & author virtutum,

M.D.LXIX. velut radios diuinæ lucis, & præsentiæ suæ testimonia, in Palatino VVolffgango lucere voluit, aspicientes filij præcipuè illustrissimi (ad quos, vt Imperij, ita virtutum paternarum hæreditas proximè pertinet) Imaginem piæ & laudatæ gubernationis, diuinitùs sibi in patre propositam, omni studio, diligentiâ & fide imitari & exprimere in toto administrationis Reipublicæ cursu enitantur. Præterea, etsi Heroicorum donorum excellentiam, & virtutes quasdam principum proprias, priuati nec affectare debent, nec assequi possunt: tamen consideratio virtutis in illustribus exemplis diuinitùs propositæ, in multis amorem & admirationem virtutis accendit; & veram Dei agnitionem ac inuocationem, diligentiam in omni officio, studium iuuandæ suo loco, & ornandæ ecclesiæ, iustitiam, veritatem, modestiam, sobrietatem & casti pudoris decus, singuli iuuante Deo imitari & possunt & debent.

Postremò, Gratitudinis, Deo & bonis principibus debitæ, significatio est, memoriam principum, per quos lucem veræ de Christo doctrinæ, iustitiam, pacem, culturam optimarum artium, & alia bona diuina nobis impertit, conseruare: virtutes eorum admirari, & labores & benemerita erga Rempublicam grata mente & voce prædicare. Quod officium Deo & Illustrissimi Ducis VVolfgangi virtuti debitum exhibere hac qualicunque oratione conabar. Dixi.

Exercitui Germanico, quem VVolffgangus Palatinus in Galliam duxerat, orbato Duce, Volradus comes Mansfeldicus, Alberti filius, quem legatum sibi VVolffgangus antè delegerat, præfectus est. Reformatorum copiæ coniunctæ, minora aliquot oppida, & in his Lusignanum occupant. inde Pictauium, ab Henrico Guisiæ duce iuniore fortiter defensum lenta obsidione, sed irrito exitu, oppugnant. Discedentes Reformatos insequuntur Pontificij, & prope Moncon-
30. Octob. tarum commisso prælio profligant, cæsis circiter quinquies mille peditibus, Germanis præcipuè, & quadringentis equitibus, & lixarum calonumque turba omni tormenta cuncta & Germanorum impedimenta in victorum potestatem peruenerunt. Amiras & cæteri duces, in Aquitaniam effugêre, vbi sequente hyeme, circumlatis armis, & tum alijs locis, tum vrbe Nemauso occupata, eò vsque durarunt donec tolerabilem à Galliæ rege pacem, sequentis anni mense Augusto, tandem impetrarunt: nouo proposito edicto, quadraginta sex articulis comprehenso, quorum summam Gallicus scriptor recitat. Vt omnes inimicitiæ atq; odia, quæ à belli primordijs eruperant, cessarent, eorumque memoria in perpetuum aboleretur. Nulla propter offensas, aut dissentientes opiniones, prouocatio fieret neque insultatio. Pontificiæ Religionis ritus obsoleti in omnibus regni partibus reuocarentur in vsum, & nullum sacrificulis suos cultus celebrantibus daretur impedimentum. Aedes ac reditus Ecclesiasticarum personarum, à Reformatis occupati, restituerentur. Omnibus item nobilibus, qui plenam iurisdictionem habebant, exercitium Reformatæ religionis permittebatur. Et in suburbijs duarum vrbium cuiusq; regni prouinciæ, insuper in omnibus ijs, in quibus erat primo die Augusti ante promulgatum edictum. Declarabat etiam rex eos, qui pro religione tuenda arma ceperant, se non in perduellium numero, sed fidelium subditorum habere. Hi iubebantur omni fœderi & societati tum in regno, tum extra regnum renunciare, ab omni coitione populi, & exactionibus pecuniarum deinceps abstinere. ita agentibus ad dignitates, & munia publica dabatur aditus. Rupella, Montalbanum, Cognacum, & Charitæa, custodiæ Reformatorum in duos annos tribuuntur, vt qui domum redire propter veteres simultates non auderent, ibi tutò commorari possint, quoad inimicitiæ omninò sopiantur. Omnes sententiæ contra Reformatos, à morte Henrici regis latæ, edicto etiam abolentur, & quisque suis bonis, honoribus, & dignitatibus restituitur, captiui vtrinque sine precio dimittuntur. Hanc pacem paucis interiectis mensibus, Regis Caroli IX. viginti annorum adolescentis, nuptiæ cum Elisabetha, Maximiliani Imp. filia, Maserijs celebratæ, & Gratulationes regum ac principum, de coniu-

gio

› & pace inter ipſum & ſubditos conciliata, ſecutæ ſunt, quibus maximæ ſibi M.D.LXIX
ræ fore, pacem in regno reſtitutam alere & tueri, reſpondit, ſed hæc ſequenti
no demum acciderunt.

In Belgico vicino, Albanus, oppreſſis parùm inter ſe concordibus, & in
ous agendis inefficacibus Belgis, Trophæo in arce Antvverpienſi erecto
amphans, diligenter ac ſollicitè, in profugorum & malè de fide Romana ſen-
ntium opes inquirit, eaſque fiſco addicit. A ſubditis omnibus decimum
nmum, de omnibus, quæ diſtraherentur, bonis mobilibus, viceſimum de im-
bilibus; & centeſimum de omnibus bonis exigit. Anglos omnes, qui in
gico negociabantur, prehendi, & bona eorum occupari iubet; quòd Regina
gliæ, pecunias, quæ ex Hiſpania mittebantur, quas ipſa mercatorum Genu-
ium fuiſſe putabat, detinuiſſet. Regina viciſſim omnium Hiſpanorum
Anglia mercaturam exercentium bona retinet, & commercia ſuorum cum
pani ſubditis prohibet. Etſi autem Angli, hac iniuria in Belgico accepta
nſi, relicta Antvverpia, Hamburgam poſtea commigrarunt: tamen atrox
diſſenſio, inter Anglum & Hiſpanum, prudenter tum quidem repreſſa &
lata eſt. Romanus verò Pontifex P I V S V. dum hæc diſcordia viget,
d bellum omnia ſpectant, vt ſuo etiam odio & vindictæ cupiditati erga An-
n indulgeret, & regnum amiſſum in Anglia reſtitueret & ſtabiliret: Reginam
ISABETHAM, quòd abolita rurſum Pontificia religione per Mariam
aurata, Reformatam in toto regno inſtituiſſet: & adempta Pontifici Roma-
illiſque adhærentibus epiſcopis, omni autoritate, ſibi velut ſupremo eccle-
Anglicanæ capiti omne dominium & iuriſdictionem, in corporalibus & ſpi-
alibus vendicaſſet: Anathematis ſententia promulgata excommunicauit, o-
ſque illius ſubditos, à iuramento fidelitatis, & quocunque alio debito ab-
it, & deinceps obedientes, anathemá cum ipſa pronunciat. Hic annus,
mihi præceptores, excellenti doctrina & virtute viros, non in Theologia
a, ſed mathematis etiam, phyſicis & vniuerſa Philoſophia præclarè eruditos
uit, Paulum Eberum, Academiæ & eccleſiæ VVittebergenſis paſtorem, anno 10. Decemb.
is quinquageſimo nono; & Victorinum Strigelium Heidelbergæ, ætatis qua- 25. Iunij.
geſimo quinto ex hac vita euocatos. Nicolaus etiam Reius, Polonus, linguæ
æ poëta vt primus, ita argutiſſimus & ſuauiſſimus, ad Tyram fluuium Zorau-
atus, hoc anno, peractis comitijs Lublinenſibus, vbi Lithuanorum & Polo-
um vnio ad finem optatum tandem perducta eſt:

Re IVs CeßIt In aſtra; ſaLes perIère IoCIqVe;
NeC taLeM IngenIo LaChIa fortè feret.

In LIVONIA, Reualiæ arx, dolo & fraude præfecti equitum Nico- M. D. LXX.
Kurſelij & aliorum nobilium, collegarum ipſius, occupata eſt, hoc prætextu, 7. Ianuar.
d longo tempore Sueco regi in Liuonia militantes, ſtipendia nulla acce-
ent. Ideo ſe tantiſper pignoris loco arcem & regiones illi coniunctas tue-
e ſeruare velle, donec rex ipſis plenè ſatisfeciſſet. Gubernator Regius,
briel Chriſtiani Baro in Morbui ex improuiſo oppreſſus, cùm in promptu
endia non haberet, aſſentiri cogitur, vt arcem vſque ad Pentecoſten reti-
nt. Interea ſe de ſolutione apud Regem obtinenda laboraturum eſſe, o-
dit. Sed cum à Magno duce Holſatiæ, Moſchi cliente, literas & legatos
ſelius acciperet, & milites præſidiarios plures ad ſe mitti peteret: Sueci
em arte, qua prius in arce oppreſſi erant, arcem ſomno zythoque ſepul-
i, nocte diem Paraſceues præcedente, receperunt, opera duorum predito-
mercede conductorum, qui per latrinam quandam foràs ſpectantem, pro-
is ſcalis canabeis circiter trecentos Suecos induxerunt, qui paucis ob-
trucidatis, cæteros inermes ceperunt, ac Liuonis nobilibus in cuſtodiam
is; exteros vadibus, vel fide iterum ſe ſiſtendi ab ijs accepta, dimiſe- 3. Iunij.
it. Qui, violata fide, plerique, cum cæteris nobilibus Liuonis, ad Moſcho-
ſtipendia tranſierunt. De Nicolao Kurſelio, Framholdo Dukero, Henrico

M. D. LXX. Hakio, & alijs ſupplicium capitis ſumptum. Quidam in Sueciam miſſi, interceſſione Caroli ducis Sudermanniæ, conſeruati ſunt.

In ferijs Pentecoſtes, Magnus Holſatiæ Dux, Derbato mouens, ad Moſchorum Imperatorem, in vrbem Moſquam profectus eſt, vbi omnibus captiuis Germanis Moſchus libertatem, ipſo petente, donauit; & Magnum, REGEM LIVONIÆ publicè renunciari iuſſit, eumq; inſtructum exercitu viginti quinq; millium
21. Auguſt. Ruſſorum, menſe Auguſto, in Liuoniam remiſit. Is Reualiam obſidet, & patentibus literis in vrbem miſſis, ſe ad liberandam Liuoniam, exterorum armis miſerè diſcerptam, & iugo Suecico ac Polonico oppreſſam, & ſub vnius Germani principis Chriſtiani Imperium colligendam, cum exercitu aduenisſe teſtatur. Singulari enim Dei bonitate Cæſarem Moſchorum, datis literis ſolennibus & oſculo crucis confirmatis, ſibi & hæredibus ſuis, aut his non exiſtentibus, coronæ Danicæ, vel vni ex Ducibus Holſatiæ, Liuoniam regio titulo tenendam perpetuò conceſſiſſe, nec quidquam ſibi iuris in Liuonia præter patroni & protectoris officium reſeruare, ad cuius defenſionem omnes ſuas vires, fortunas, & vitam ipſam impendere velit. Ideo ſe cum exercitu ab eo ablegatum eſſe, vt Suecos hoſtes ex Liuonia pellat. Hortatur itaque Reualienſes, vt ſponte ſe ipſi, principi Germano, & ipſius hæredibus coniungant, addens promiſsiones priuilegiorum ampliſsimas, ſi obtemperent: & extrema mala comminans, ſi parere recuſent. Accedebant Liuonorum nobilium, Iohannis Dubij, Elardi Cruſij, & aliorum, qui Moſcho tum militabant, aſsiduæ cohortationes & obteſtationes. Sed Gubernator Suecicus, cum Senatu & ciuibus Reualiæ, ſingulari fide, virtute, conſtantia
1571. & felicitate, obſidionem vltra ſemeſtre fortiſſimè ſuſtinuerunt. Quam ſequente
16. Martij. anno demum Ruſſi, incenſis caſtris, ſoluerunt.

Dum Reualia à Magno Holſatiæ Duce, quem Liuoniæ Regem Moſchus nominauerat, obſidetur: Bello inter Daniæ & Sueciæ reges, quod octo iam annos continuos nullis interpolatum inducijs gerebatur, finis tandem, pace Stettini interceſſione & autoritate Romani Imperatoris confecta, impoſitus eſt. Tractatis pacis menſe Iulio inchoari debebat, cui Imperatoris nomine Ioannes Fridericus Pomeraniæ dux, Ioachimus comes à Slik, Chriſtophorus à Carolovvitz, & Chriſtophorus Minquicius, præfuerunt. Daniæ Rex, Petrum Bilden, Nicolaum Kaas, Henricum Ranzouium, Georgium Roſencrantz, & Oratorem Hinkium decanum Bremenſem miſit. Ioannis Sueciæ Regis, qui biennio antè Erico ſucceſſerat, legati, Nicolaus Gyldenſtern regni Cancellarius, Benedictus Gilten, Georgius Gera, Ericus Gyldenſtern, fuerunt. Regis Poloniæ Sigiſmundi nomine Martinus Cromerus, qui Poloniæ hiſtoriam ſcripſit, & Demetrius Solicouius aderant. Ciuitas Lubeca Danis confœderata, Hieronymum Luneburgium, Chriſtophorum Todum Conſules, cum Syndico Hermanno à Vecheld, ablegârat. Interfuerunt & Galliæ Regis, & Auguſti Saxoniæ electoris conſiliarij. Cùm autem initio actionis, Suecorum Inſtructio non ſatis idonea & ſufficiens iudicaretur, pleniora mandata ex Suecia illis à rege petenda & expectanda fuerunt. Itaque poſt bimeſtre demum allatis nouis mandatis, de Pace tractari cœptum eſt, vbi variæ difficultates inciderunt. Dani Roſchildenſem Tractationem primùm vrgebant, quam aſſentiente rege Suecorum Ioanne initam eſſe adfirmabant. Poloni Daniæ regem confœderatum ſibi ad Liuoniæ defenſionem, non ſolùm contra Suecum, ſed etiam aduerſus Moſchum eſſe; ideoque ſine ipſis pacem facere non poſſe, imò communibus cum illis amicis & hoſtibus vti oportere, contendebant. His literas Poloniæ regis, Dani, poſt captum Ericum, ad ſe datas oppoſuerunt, quibus contra regem Ericum hoſtem, non contra regem Ioannem amicum & affinem ſuum, fœdus initum eſſe, ſcripſerant. Quod verò ad hoſtes & amicos communes pertineat; Polonos cum Turcis & Tartaris fœdera habere, quorum vtpote blaſphemorum Chriſti hoſtium ſocietas Danis incommoda eſſet. Cum Moſchis autem hæreditaria Danis fœdera, vtrinque à maioribus accepta, & oſculo crucis firmata, intercedere, quibus renunciare inhoneſtum ſibi videatur, cum

Crom-

omerus ipſe alicubi ſcripſerit, Moſchos meliores aliquibus Germaniæ ſtatibus M, D, LXX.
hriſtianos eſſe. Cæſareani, Liuoniam ab Imperio auelli, & à Magno Holſa-
ducè, regis Daniæ fratre, titulum regis Liuoniæ in præiudicium & contume-
m Romani Imperij à Moſcho acceptum vſurpari, ægerrimè ferebant. De
o Daniæ regem, quo inſcio & inconſulto iſta herent, legati excuſabant. Po-
rani, regni Poloniæ beneficiarij, de Moſchis communi regum bello perſe-
endis, Polonis aſſentiebantur.

Tandem poſt varias vltrò citroq; intercedentes diſceptationes, exeunte No-
mbri, controuerſiæ omnes inter Danos & Suecos, & Lubecenſes, Danorum ſo-
is, compoſitæ & ſublatæ, & Pax reſtituta eſt, cuius articuli præcipui hi fue-
t: Cæſareæ Maieſtati & Imperio, Suecus, quæ in Liuonia poſſedit, velut ſu-
mo Liuoniæ Magiſtratui & Domino cedit, de quibus diœceſin Reualienſem
Oſilienſem, Padis, Sonneburgam & Habſel, Daniæ regis tutelæ Imperator ſta-
ſubijciet. Vrbs verò Reualia & VVittenſteinum tantiſper in Sueci poteſtate
nebunt, donec Cæſarea Maieſtas cum eo, Imperij nomine, de belli ſumptibus
efenſionem Reualiæ impenſis, tranſegerit. Qua de cauſa Rex Daniæ Mo-
um & fratrum ſuum ſe ab obſidione vrbis Reualiæ tam diu auocaturum ſpe-
, dum Imperij totius nomine Cæſarea Maieſtas, & principes electores, depu-
a die, conſilio & ope Regiæ Maieſtatis Daniæ, Poloniæ & Sueciæ, de ſplendi-
egatione ad Moſchum inter ſe conueniant, vt vel pacem cum Moſchis conſti-
nt, vel acri bello coniunctis viribus eum reprimant. Limites regni Daniæ &
ciæ antiqui, quos patres præſentium regum ſeruarunt, vtrinq; manebunt. Da-
Sueco arcem Elsburgam cum omnibus tormentis æneis in expugnatione ca-
reſtituit. Viciſſim Suecus octo naues bellicas cum tormentis, Dano, durante
bello, ereptas reddit, & pecuniæ ſummam adiungit. Retinet autē Danus alias
s Suecis ereptas, & quæ Gryphiſvvaldiæ detentæ fuerant, recuperat. Daniæ
omni iuri & actioni in regnū Sueciæ renunciat. Suecus viciſſim omni iure ſuo
Norvvegia, Gottlandia, Hallandia, Scania, Blekingia & Daniæ ac Norvvegiæ
gnibus, in perpetuum cedit. Sueciæ Rex, Dano Iempterlandiam & Herdaliã
iuriſdictione eccleſiaſtica reſtituit. Tres coronas, Inſigne Regni Sueciæ, v-
; Rex vſurpabit; donec Cæſarea Maieſtas, electores Saxoniæ & Brandeburg.
Iulio duce Brunſuicenſi, & Georgio Ioanne comite Palatino, in quos v-
q; compromittetur, cognitis vtriuſq; partis documentis & probationibus, v-
neliori iure eas vſurpet, pronunciârint. Nauigatio in Naruam Ruſſiæ por-
vtriuſq; regis ſubditis & ciuitatibus ſecundùm morem antiquum libera per-
ctur. Captiui vtriuſq; partis omnes ſine λύτρῳ dimittuntur. Prædia, quibus
ta ſunt, in Dania, Norvvegia, Suecia & Liuonia reſtituuntur. Omnes libel-
moſi, ſub pœna capitis interdicti, in ignem conijci iubentur.

Inter Sueciæ Regem & ciuitatem Lubecam his conditionibus tranſactum eſt.
olitis & extinctis vtrinq; diſſidijs & odijs, Pax & beneuolentia mutua inſtaure-
Belli impenſæ vtrinq; compenſentur. Priuilegia Lubecenſium in regno Sue-
, iuxta formulam à Commiſſarijs ſubſcriptam, per regem etiam & ſenatum re-
Sueciæ confirmata, liberè deinceps vſurpentur. Pro ære alieno Goſtaui, Eri-
Iohannis; & nauibus anno quadrageſimo ſexto in faucibus Aloënſibus fra-
& anno ſexageſimo primo ac ſexageſimo ſecundo cum mercib. detentis, Sue-
ex ſeptuaginta quinq; millia Ioachimicorum Lubecenſibus intra ſeptennium,
io facto à die Iohannis Baptiſtæ, anni milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi 1580.
rti; ſingulis annis decem millia; poſtremo quindecim millia perſoluet. Chi-
rapha verò & obligationes Regum Goſtaui, Erici & Iohannis, Lubecenſes,
primùm hæc pacificatio à Rege confirmata ipſis tradetur, reſtituent. Nomi-
ua, in toto regno, à debitoribus priuatis exigere ipſis licet, ſi, quæ rex Ericus
cepit, præſens Rex Iohannes Lubecenſium creditoribus dependet. Simili-
regis ſubditis debita ſua Lubecæ flagitare facultas eſto, ſi quid ex naufragis
is ad præfectos vel ſubditos Sueciæ peruenit, repetere ea mercatoribus

Lubecen-

M. D. LXX. Lubecensibus fas sit. Duas insuper naues, aresto in Pometania detentas cum tormentis, Lubecenses recipiunt. Nauigatio Naruica seu commercia cum Russis antiquo more permissa & libera erunt. Sed quæcunq; deinceps Cæsarea Maiestas cum electoribus & principibus Imperij de hac nauigatione statuerit & ordinarit, ea Lubecenses quoq; obedienter seruabunt: & cùm Reualia, & aliæ Liuoniæ prouinciæ iam Cæsareæ Maiestati & Imperio restituantur, cauebunt, ne Moschos inuectis commeatibus & armis roborent & confirment, & Imperij subditos lædant. Ortis in posterum inter Suecum & Lubecenses disidijs, vna pars alteram officij sui amicè monebit. Quæ si sponte desistere à sua sententia non voleț, octo arbitri, à parte qualibet quatuor, delecti, controuersias accuratè cognoscent, & vel amicè component, vel ex æquo & bono decident. Captiui vtrinq; fine λύτρῳ dimittentur. Hæc Transactio à rege Sueciæ, fratre Carolo, & senatu regni subscripta & obsignata, proximo die 16. Februarij in finibus Daniæ & Sueciæ ad Olai vadum Lubecensibus tradetur. Omnibus conclusis, vltra octiduum adhuc obsignatio dilata est, quòd Dani naues primùm à Suecis restitui: Sueci verò, nisi tradito prius Elsburgo, naues reddere recusarent. Tandem intercessores, vt Danis gratificarentur, & simul Suecis de receptione Elsburgi cautum esset, hoc medium proposuerunt, vt quatuor in eo conuentu Daniæ regis legati Suecis se obligarent, si traditis Nauibus, Elsburgum non vicissim in eorum potestatem dederetur, se, vel Naues ipsas reddituros, vel ducenta millia Ioachimicorum, vertente anno, Stettini persoluturos esse. Vicissim Suecici legati literis datis promiserunt, se, Elsburgo recepto, Danicis legatis obligationem suam reddituros esse. Sic cùm semestre totum Stettinæ legati hæsissent, tandem Tractatio pacis concluſa, & exempla Transactionis quatuor obsignata: & celebratis hinc inde conuiuijs, & mutuæ amicitiæ symbolis distributis, discessum est. Huius pacis caput primum, de vrbe Reualia & diœcesi vicina, Cæsari & Imperio à Sueciæ Rege concessa, Maximilianus Imperator per Ionam Offenburgerum Reualiam missum, anno sequenti Senatui Reualiensi exposuit. Qui nihil adhuc sibi de concessione illa Regis in nomine significatum esse indicauit. Velle autem se mandata ipsius Regiæ Maiestatī Sueciæ prima occasione nunciare, & paulò post Cæsareæ Maiestati reuerenter respondere.

11. Decemb.

16 Iunij.

8. Ianuar. Initio anni, IOACHIMVS FRIDERICVS marchio Brandeburgensis, Ioannis Georgij filius, Ioachimi II. electoris nepos, administrator primus & archiepiscopæ Magdeburgensis, Catharinam, Ioannis marchionis Brandeburgensis, patrui sui magni filiam, coniugem ducit, ex qua α Ioannem Sigismundum, β Ioannem Georgium, γ Augustum, δ Albertum Fridericum, ε Ioachimum & Ernestum gemellos, & sic intra vertentis anni spacium tres filios procreauit, familiam Brandeburgensem, quæ ad pauciſsimas personas redacta erat, labentem sustinuit, & sobole numerosa auxit & locupletauit. Augustus Saxoniæ electoris filiam Elisabetham, Ioanni Casimiro, Palatini electoris filio, elocauit, nuptiis Heidelbergæ celebratis, quibus ambo soceri, multiq; principes alij interfuerunt, qui omnes, solius Augusti nomine omisso, ad Ioannem VVilelmum Saxoniæ ducem, missis legatis & literis, Flacianos, vt nominabantur, Theologos ab electori Saxoniæ subiectarum, falsæ doctrinæ & errorum in Ecclesiam inuectorum accusandis, & integris ecclesijs, Academijs, prouincijs, electoribus, & principibus damnandis, coërceri flagitabant. Ita enim Heidelbergæ iam inter electores & principes conuenisse, ne quisquam suorum Theologorum alterius theologi vllis iniurijs aut maledictis petat, vel in religionis negocio aliquid alteri præscribat, aut damnet. Idem apud suos Ioannem VVilelmum curare debere, alioquin se omne illi auxilium & opem deinceps renunciare. Ioannes VVilelmus legatis respondet, se legitimam religionis ex verbo Dei dijudicationem toto pectore expetere, ac si in specie alicuius suorum accusatio instituatur, se iudicis officio non defuturum. Necessarias autem errorum & errantium refutationes, ab initio

α 1573. 9. Nouemb. β 1577. 16. Decemb. γ 1580. 16. Februar. δ 1582. 29. April. ε 1583. 23. April. 4. Iunij.

29. Iunij.

mun-

ndi in vera ecclesia vsitatas, & contra portas inferorum hactenus vsurpatas, se M. D. LXX.
hibere non posse. Se & suos, non Flacianos, multò minus Sacramentarios,
Interimistas, sed Christianos esse. frustrà verò iam de condemnationibus in-
endis decerni, cùm iam dudum publicis scriptis illæ editæ in ecclesia tot annis
ent, & ad posteros propagentur. Quòd autem coniuncta legatione Princi-
iam omne illi consilium & auxilium renuncient, id se non expectasse. Orare
:m, ne sibi ad legitimam iuris cognitionem prouocanti, contra ius diuinum
umanum, & pacis publicæ, politicæ, ac ecclesiasticæ, & executionis leges, &
tra vnionem hæreditariam vim inferri, sed communi pace se frui, patiantur.
paruo suo ducatu Religionem ad normam verbi diuini directam conser-
:, & in ea Dei beneficio constantem manere, cætera Deo commendare vel-
Cùm igitur non flecti VVilelmum minis & terroribus cernerent, apud Impe-
rem effecerunt, vt captiui fratris Ioannis Friderici vxori, filijs suis restitui a-
im hæreditatem paternam suppliciter petenti, gratificaretur, atq; hac ratio-
imidia ducatus parte Ioannem VVilelmum multaret.

Imperator Maximilianus, qui comitia Spiræ ad id tempus indixerat, ad
ias Heidelbergenses euocatus, non interfuit. Sed Sinsheimum transiens, ab
q; electore salutatus, & cur ipsi comitijs interesse non possent, edoctus est. 18 Iunij.
ea verò per consiliarios suos, electores, coniugis captiui Ioannis Friderici
im, contra Ioannem VVilelmum, in comitijs vrserunt. Præcipuæ autem
mitijs Spiræ deliberationes fuerunt: primùm de frenanda Germanorum mi-
, libertate sua, in addicenda exteris regibus opera, & lædendis imperij sub-
nimis abutentium, petulantia, & ad veterem grauitatem reuocanda: Dein-
t PAX publica in Imperio, per executionem & auxilia prouinciarum seu
rum, maturius & expeditius violentè oppressis missa, conseruari & defendi
:eps commodius possit. Tùm de arcibus Vngaricis aduersus Turcas sum-
mperij muniendis: de Gothani belli impensis, Augusto Saxoniæ electori re-
endis: de iustitiæ administratione in iudicio Cameræ, æquabili & expedita,
ongis processuum ambagibus & Sophismatis forensibus non nimium protra-
:de recuperandis prouincijs ab imperio auulsis: de matricula imperij, & con-
tionib. ad onera publica æquabiliter inter ordines instituendis: de Moneta:
ificũ collegijs: de pannis laneis: de officinis typographicis: de sessione, &c.
ibus decreta publicè edita extant.

Inter Hamburgenses quoq; ciuitatis & Ducum Holsatiæ legatos acres con-
nes in his comitijs, de Dominio vrbis & iure exemptionis Hamburgensium
nt: quarum hæc erat occasio. Cùm Fiscalis Cæsareus, Hamburgam velut 1544.
rij ciuitatem, ad contributiones & alia onera Imperij simul ferenda, proces- 1545.
suis cogere instituisset: Hamburgenses, à rege Christiano & fratribus, Hol-
ducibus, consilium & defensionem in iure petierunt: qui splendida lega-
ad comitia anni millesimi quingentesimi quadragesimi octaui missa, apud
lum V. & postea apud FERDINANDVM Imperatorem Ratisbonæ se in- 1557.
fuerunt, ac vterq; Imperator Fiscali mandauit, vt processibus de contribu-
, aduersus Hamburgenses & Slesvvicensem diœcesin aliquantisper intermis-
incipalem causam primũ tractaret, & citatis Holsatiæ ducib primùm cogno-
Camera peteret, an vrbs Hamburga & diœcesis Slesvvicensis, Imperio, vel
. Holsatiæ immediatè subiecta sit, ac processu ad finẽ deducto, Acta omnia ad
rSenatu Imperij decidenda mitteret. Quòd si Hamburga Ducatus Holsatiæ
rũ, Holsatis subiectũ esset, exemptam esse ab onerib. Imperij pateretur. Sin
ij status esset, ad contributiones cogerentur. Sic causa exemptionis Hambur-
n Cameram Imperij primùm delata est. Cùm autẽ in his comitijs Spirensib. 1549.
ti de subditorum suorũ Hamburgensium contumacia grauiter quererentur, 1570.
ementer instarent, vt acta in causa exemptionis Hamburgensium & diœce-
vvicensis, iuxta Imperatorum Caroli & Ferdinandi rescripta, à iudicio Ca-
Imperij ordinib. iudicanda & decidenda traderentur: Legati Hamburgens.

ad Se-

M.D.LXX. ad Senatum Imperij mercatera ſcribunt: Non poſſe ſe nec debere Ducum Holſatiæ mandatarij narrationem, quòd Hamburgenſes, domus Holſatiæ ſubditi vnquam fuerint, vel adhuc ſint, ſilentio ſuo comprobare: Sed conſtanter aſſeuerare, hæc à D. Ramingero ex inſcitia, vel defectu veræ inſtructionis, ſine vllo veritatis fundamento deferri, & iure nunquam demonſtrari & doceri poſſe. Huic conſtanti aſſeuerationi mandatarius Holſaticus opponit: Negari non poſſe, Hamburgam aliquot centenis annis domui Holſaticæ ſubditam fuiſſe, à qua
1367. libertates ſuas & priuilegia præcipua acceperit. Cumq; ſub Carolo IIII. Rolandi ſtatuam in media vrbe erexiſſent, ac exemplo Lubecenſium prorſus à fide & obedientia Ducibus Holſatiæ præſtanda liberi eſſe voluiſſent: comites Holſa-
1375. tiæ ad Carolum IIII. Imperatorem Lubecæ tùm commorantem cauſam detuliſ-
31. Octob. ſe, qui, re tota exploratè cognita, per reſcriptum Tangermundæ ad Albim datũ,
1375. ducibus Holſatiæ eos debitam obedientiam deinceps præſtare iuſſerit. Rurſus igitur Rolandi ſtatuam remouiſſe, cuius nominis veſtigium adhuc Rolandi pons retineat. Præter has Caroli IIII. literas, alia etiam teſtimonia ſubiectionis Hamburgenſium, ducibus Holſatiæ debitæ, mandatarius Holſaticus allegauit.
1461. Homagia præſtita Regi Chriſtiano I. Iohanni & Friderico fratribus; Chriſtiano
1487. III. qui priuilegia eorum confirmarint. Folium vrticæ, ducum Holſatiæ inſi-
1538. gne, quod in ſuæ vrbis inſignibus, curia, portis, ſigillo publico, & moneta ſculpſerint. In Camera citatos olim forum declinaſſe, quòd immediatè Holſatis ſubiecti eſſent; à Cæſarib⁹ ad imperij ſumptus contribuere iuſſos, idem prætexuiſſe; & intra hominum memoriam adhuc in conuentibus Holſatiæ prouincialibus, velut membrum ducatus, comparuiſſe, ad quem vſum Segenbergæ domum pro-
1554. priam habuerint. Cùm à Ducis Brunſvvicenſis exercitu infeſtarentur, auxilium à ducibus Holſatiæ petiuiſſe, per quos Bergerdorpi res compoſita ſit. Cùm à fiſcali ad ſumptus Imperij contribuere iuberentur, ad Duces Holſatiæ eos prouocaſſe, &c. Tandem verò in his comitijs poſt multas hinc inde exhibitas ſupplicationes, recuſationes & refutationes, ſenatus Imperij decreuit: Quia in Hamburgenſi cauſa exemptionis nondum ad concluſionem peruentum, in Sleſvvicenſi autem concluſio reſciſſa eſſet: nec accuſati, pendente adhuc lite, cogi poſſint, vt inuiti ab actione deſiſtant: Vtramq; cauſam in præſenti ſtatu relinquendam, & iudicium Cameræ ad requiſitionem partium procedere debere, ac quod iuſtum eſt tandem pronunciare.

Menſe Auguſto, Ioannes, epiſcopus Monaſterienſis & Oſnabruggenſis, natus ex illuſtri familia comitum ab Hoya, ingenio, doctrinâ, eloquentiâ, & in rebus gerendis induſtriâ excellens, ex comitijs Spirenſibus à MAXIMILIANO Imperatore Nouiomagum in Geldriam, ſecundo Rheno, miſſus eſt, vt filiam Imperatoris Annam, Philippo Hiſpaniæ regi auunculo nuptam, deduceret, & Ferdinando Aluares Toletano, Duci Albæ, Belgicarum prouinciarum, nomine regis Hiſpaniæ, Gubernatori, in Hiſpaniam ad maritum vlterius tranſmittendam ſolenni ritu & ceremonijs in tali actu adhiberi conſuetis, traderet; quæ, inſtrumento traditionis ſolenni expoſitæ, à Laurentio Sradæo, epiſcopi Ioannis conſiliario, benignè mecum communicatæ ſunt. Quod etſi verboſius & prolixius eſt, quàm vt chronici breuitas eo onerari debeat: tamen cùm omnes circumſtantias, orationes, & ritus, in tali traditione vſurpari ſolitos, curioſè deſcriba aliquibus ocioſis non ingratam eius lectionem fore iudicarem.

ANNA Regina, per Albanum, adiuncta claſſe, in Hiſpaniam, ad Regem maritum ablegata eſt, cui quatuor filios, Carolum, Laurentium, Iacobum, (quo Diego Hiſpani nominant) & Philippum peperit. qui tamen, excepto Philippo omnes intra pueritiæ annos obierunt. Altera Maximiliani filia Eliſabetha menſe Octobri Carolo IX. Galliarum regi per legatos Spiræ tradita, & à Treuerenſi archiepiſcopo & collegis, Maſeriam, in finibus Campaniæ, ad Regem deducta eſt. Quo ipſo tempore, in Friſia, Hollandia, Selandia, alijſq; Belgici locis, Oceanus procellis ventorum in littora longè latéq; effuſus, oppida, pagos & homines multos deleuit.

Eodem

Eodem hoc anno, Selymus TVRCARVM Imperator, missо Venetias lega- M. D. LXX.
, CYPRVM armatis precibus repetiuit. Quam cùm sponte non traderent, PIA-
& Mustapham Bassas cum exercitu in Cyprum misit, qui Nicosiam, vrbem diterraneam, regum olim sedem, exeunte Iunio expugnarunt. Etsi autem igissimè à Saxonia Cyprus dissidet: tamen cùm totius Europæ aures & animos tempore Cyprij belli fama compleuerit; paulò altius illius etiam belli causas occasiones duxi repetendas esse. CYPRVS, à cupro, seu fodinis metallo- celebribus nomen habens, generosissimi vini, tritici, olei & saccari ferax, & è Macaria insula, sub eleuatione poli triginta quinq; graduum, in sinu Issico, iciæ & Syriæ obiecta est, distans à Ciliciæ littore proximo duodecim; à Syria inti milliaribus Germanicis, ipsa in longitudinem quinquaginta milliariũ Germicorum porrecta, latitudine alicubi decem aut duodecim milliarium, alibi anliore. Salamin vrbs Cypri, à Teucro Æacide condita, reges Teucridas lonerie habuit, ex quibus Euagoras & Nicocles Isocratis orationibas celebran- Teucridis Ptolemæi, his Romani successerunt, in quorum imperio, tametauissimè à Saracenis infestata, vsq; ad Andronici Commeni & Henrici VI. erat. ætatem mansit. Nam circa annum Christi millesimum centesimum agesimum Richardus Henrici II. filius, Angliæ rex, in Palæstinam nauigans, ab ingressu insulæ per Isaacum Commenum, illius præfectum, arceretur, vi occupauit: & postea Guidoni Lusignano, Almerici regis genero, qui vrbem roſolymam amiserat, ipsi inanes regni Hierosolymitani titulos cedenti, trait. Huius Guidonis posteri deinceps ducentos quinquaginta annos Cyprum uerunt, vsque ad Petrum à Sultano Aegypti captum, & sub tributi condie restitutum.

Petrus

Helena Palæologa——————Petrus patri defuncto adhuc impubes succeſſit.

Carlotta nupta primùm Ioanni Lusitano, deinde Ludoico Sabaudo, qui aliquandiu rex Cypri fuit.

Iacobus spurius, à Sultano Aegyptio adiutus, Ludoicum eiecit. Hic Iacobus, Cypri rex, Catharinam, Marci Cornelij filiam, à Senatu Veneto adoptatam, vxorem duxit, eaq; gra-

Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo decessit. Posthumi & toregni curam Senatus Venetus susceپit, eoq; mortuo in prouinciæ formam rum redegit. Catharina mater Venetias reducta, vsq; ad annum millesimum gentesimum decimum superstes fuit. Selymus I. Turcarum Imperator, cùm ressis Sultanis Aegyptum occupasset; Tributum, quod antea Sultanis pendeypri reges in mercibus solebant, in octo millia ducatorum conuertit; tranlamque Cypri possessionem Venetis, tanquam vasallis, pactione annui tribuligatis, concessit, tametsi octo millia illa Veneti, non tributum, sed honora munus solummodò esse volebant. At hic Selymus II. Cyprum à Venener fecialem repetens, feudum regni Cypri, quod sub pactione annui tributi nus possedissent, iure eos amisisse, idq; ad Patronum & Dominum superiorecidisse, adfirmabat: Quòd contra fidem Domino feudi debitam, Veneti, rum hostibus Selymi, piratis Hispanis, patefeciſſent, qui prædam ex Cilicia tam, permissu magistratus Veneti, in Cyprum conuexissent, ac vendidissent. igitur superiores aliquot Turcarũ Cæsares in insula sua Venetos toleraſſent: mum tamen quod suum esset ab eis repetere. Id si sponte & volentes redint, pacem non violatum, & Reipublicæ ac subditorum saluti optimè consuliri. Sin recusarent, Selymum armis eam nihilominus recuperaturum esse. ieti, quamuis continua aliquot annorum caritate & penuria annonæ, & suore anno etiam nauali seu Arsenalis sui horrenda conflagratione grauiter af-

 flicti &

M. D. LXX. flicti & perculsi erant : tamen magno & excelso animo respondent, nullam habere Selymum iustam causam eripiendæ Venetis Cypri, quam hæreditario iure iam centum annos tranquillè possedissent. Pensionem annuam, Aegypti Sultanis præstari solitam, non tributum, vt Domino feudi debitum, sed honorarium munus fuisse, quo gratitudinem suam superiores Cypri reges, erga Aegypti Sultanos benefactores & amicos suos, quorum ope Petrus olim Cyprum recuperasset, declarare soliti essent. Sperare se DEVM iustæ causæ suæ adfuturum, cuius fiducia vim atq; iniurias Selymi armis propulsare & Cyprum defendere decreuissent. Quo responso Byzantium delato, omnes Veneti mercatores capti, eorumq; merces depositæ, & Pialis maris præfectus, cum classe; Mustapha cum exercitu terrestri, per Asiam & Ciliciam, ad Cyprum accedere iubentur. Venetijs interea Petrus Lauredanus princeps Reipublicæ, sub cuius imperio multæ tristes calamitates acciderant, & grauiores imminebant, animi dolore & mœstitia extinguitur, cui summa cum totius populi gratulatione & lætitia Ludoicus Moceniga succedit. Summus Imperator belli aduersus Turcas in Cypro gerendi constituitur Hieronymus Zanius, cruda viridique senecta ferè octogenarius, qui Iaderam & Corcyram lentè progrediens, dum reliquæ naues conuenirent, ociosus desidet. tandem Cretam versus cursum dirigit, vbi Pontificis, Hispaniæ regis, & Cosmi Florentiæ ducis auxilia expectare iubetur.

Interea Pialis Turcicus Amyralis, Rhodo præsidijs munita, ad Macrium in Cypro Calendis Iunij appellit, & terrestrem exercitum ac equitatum Mustaphæ in insulam, nemine resistente, transportat. Veneti Nicosiam, quæ regis & Archiepiscopi sedes proximis seculis fuerat, septem milliaribus Germanicis à littore distantem, paulò ante vndecim propugnaculis, & præsidio circiter duorum millium militum Nicolao Tandulo, & Astore Baleonio ducibus impositio, munierant. Hanc Mustapha, potitus agro Cyprio sine controuersia, obsidet, &, castellis circa vrbem pluribus erectis, acerrimè totum menses oppugnatam vi capit, &, reparatis captæ vrbis munitionibus, ac præsidio imposito, cursum victoriæ vrgens, die 16. Septembris Famaugustam obsidere incipiebat. Quo die Christiani cum ducentarum nauium classe ad Cretam hærentes ignari eorum quæ in Cypro accidissent, tandem ab Heraclea Sentia soluentes, & paululùm progressi, Ludoicum Bembum obuium habent, qui Nicosiam amissam nunciat. Duces igitur, Hieronymus Zanius, Iohannes Andreas Auria, Antonius Columna, & cæteri, concilio habito, distantibus sententijs & ignauis consilijs, tempestate insuper horribili classem disijciente, omnem rei præclarè agendæ occasionem amittunt. Disputant, autumno iam præcipitante, & imminente hyeme, periculosam esse maris Pamphylij nauigationem: nusquam, si quid fortè accideret, tutos portus: Turcas victoria recenti elatos, animosiùs pugnaturos esse, & portus amicos vbique habere, nec ex Cypro vlla ratione aut consilio iam deleri posse. Se non ad recuperanda amissa, sed ferendam opē, ne amitterentur, Venetis auxilio missos esse. Ea occasio cùm elapsa sit, videri rectissimum, in Cretam & Sinum Adriaticum redire. Auria etiam sibi à regè Hispano mandatū esse dicebat, vt exeunte Septembri classē reduceret. Omni igitur recuperandæ Cypri consilio abiecto, Christiani duces retrò vela legunt, vbi tetræ ventorum procellæ classem, priusquam ad Cretam appelleret, denuò dissectam duriter afflixerunt. Vbi Cretam ventum est, Auria facultatē discedendi, & regis sui mandato, de maturè reducenda Messanam classe parend, à Veneto Imperatore petit, & obtinet. Hunc quot interiectis diebus, relicto in Creta cū potestate summa Sebastiano Veneto Hieronymo Zanius consequitur, cui Corcyram appellenti imperium Senatus Venetus ignominiosè obrogat, eumq; Venetias captiuum duci iubet. Sic toto anno inutiliter absumpto, & infinitis sumptib. à Venetis frustrà profusis, Christiana classis, milite classiario, ducibus, armis, pecunia, commeatu instructissima, summam totius Europæ expectationem de se conceptam, discordibus & ignauis consilijs partim tempestatibus, partim lue pestilenti, quæ multa millia remigum & epibatarū

rum abſumpſit fruſtrata eſt. Pialis, cùm Auriam & Venetos ex Creta diſceſ- M.D.LXXI.
ſe per exploratores didiciſſet, Rhodum, ac inde per Cycladcs Bizantium redijt.
uſtapha, qui capta Nicoſia, curſum victoriæ vrgens, Famauguſtam oppu-
abat: relictis in portubus & inſula præſidijs neceſſarijs, militem in hyberna di-
irtit.

In Germania ſuperiore, IACOBVS comes in Zvveybruck, BITSCH, echtenberg & Ochſenſtein, poſtremus in ea familia, non relictis filijs, extinctus 21. Martij.
, oppida illius, principes, feudorum domini, VVirtebergenſis, Rhodam; e-
copus Argentinenſis, ReichsHouen; Lotharingus Bithſeam, & alij, alia occu-
runt. Palatini etiam, oppidum Zvveybruck iam olim occupatum, retinent.
miliæ Bitſææ partem, ne prorſus obliuione obruatur, adſcribo.

Eberhardus comes in Zvveybruck & Bitſch, vixit circa annum Chriſti 1300.

Simon, duxit Hagnen de Liechtenberg 1330.

Simon, duxit Hagnen filiam Ioannis comitis Veldentiæ 1366. | Eberardus vendidit Palatino Zvveybruck 1385.

Simon Hamman. | Henricus.

Simon. | Fridericus.

Henricus, vxor Cunigundis ſoror & hæres Georgij poſtremi domini in Ochſenſtein. | SIMON. vxor Eliſabeth de Liechtenberg nupta 1468. | Fridericus. | VValram.

Georgius ἄπαις. | Reinhardus. | Simon. | ELISABETH nupta Henrico comiti in VVirtenberg 1485. VLRICVS dux VVirtenbergenſis.

COMES comes in Vibruck & Bitſch. | Ioanna nupta Conrado comiti Tubingenſi 1532. | Eliſabeth nupta Io. Ludoico comiti in Saltz 1523.
ior Catharina de nſtein, nupta 6. Ipſe ⊕ 1570.

Margarita Ludoica, Philippo iuniori comiti in Hana nupta 1560.

Sibylla, vxor VVilelmi comitis de VVid. | Catharina, Eberardo à Limpurg 1586. | Ioan. Reinerus, comes in Hana.

Ioannes BRENTIVS, qui in Salinis Sueuicis, &, poſt Interimiſtica tem-
ra, in ducatu VVirtenbergenſi, puriorem Euangelij doctrinam ſua voce & ſcri-
s ſeduló propagauit, & præſentem eccleſiarum & ſcholarum in monaſterijs du-
us VVirtenbergenſis ordinem conſtituit, deq; tota Chriſti eccleſia benemeus eſt, anno ætatis ſeptuageſimo Stutgardiæ ad cœleſtis eccleſiæ ſocietatem e-
catus eſt. Iacobus Omphalius Andernacenſis Iuriſconſultus & orator, cuius 11. Septemb.
elocutione Rhetorica libri extant, coloniæ obijt. Ioanni II. Tranſyluaniæ
incipi Ioannis Vngariæ regis filio, defuncto; Stephanus Bathor, poſtea ad re-
i Poloniæ coronam euectus, ſucceſſit. 14. Martij.

ANNO M. D. LXXI. ineunte, Ioachimus II. elector
andeburgenſis, princeps intelligens, facundus, clemens, munificus, concordiæ
tranquillitatis publicæ amans, & pacis cuſtos fidelis, cùm triginta ſex annos
archiam rexiſſet, vixiſſet ſexaginta ſex, & veſperi hilariter cœnaſſet, in arce
ōpenik, ad Sueuum fluuium duobus ſupra Berlinum milliaribus extinctus eſt vi
neni, quod in maluatico ipſi cubitum ituro Iudæus quidam familiaris miſcue- 3. Ianuar.

M.D.LXXI. rat. Quod ſcelus quinquennio pòſt, indicio vocis, ab vxore Iudæi cum marito rixante imprudenter emiſſæ, deprehenſum eſt. Id.bus Ianuarij (quæ Ioachimi II. 1505. ex Eliſabetha Ioannis Daniæ regis filia & patre Ioachimo I. ed.ti, natalis fuerunt) frater illius marchio Ioannes, quem prudentem & ſeuerum appellant, Cuſtrini, ad VVardæ & Viadri confluentem, decimo poſt fratrem die, è viuis deceſſit, nullis hæredibus maſculis, ſed duabus tantùm filiabus, ex Catharina coniuge, Henrici ducis Bruſuicenſis filia, relictis; quarum prior, auiæ paternæ nomen referens, 1558. Georgio Friderico, marchioni Brandeburgenſi, Georgij filio, elocata, ſterilis manſit: poſterior, Catharina, vno ante patris obitum anno, Ioachimo Friderico Adminiſtratori Magdeburgenſi, patruelis filio, nupta, familiam Brandeburgenſem multis poſtea ſuſceptis liberis auxit & propagauit. Vniuerſam igitur Marchiam Brandeburgenſem, qua nullius in Saxonia vnius principis ditio amplior & populoſior eſt, Ioannes Georgius, Ioachimi II. electoris ex Magdalena Georgij Saxoniæ ducis nata filius, patri ſuccedens, gubernandam anni huius initio accepit, cùm vnicum ex prima coniuge Sophia Lignicenſi, Georgij Boëmiæ regis pronepte, filium Ioachimum Fridericum, Adminiſtratorem Primatus & archiep. Magdeburg. ſuperſtitem haberet.

Natum 1546. 10. Ianuar.

Georgius Poiebradus Boëmiæ rex ⊕ 1471.

Fridericus I. dux Lignicenſis ⊕ 1488. —— Ludimilla.

Fridericus II. ⊕ 1547.

Sophia, Iohannis Georgij marchionis Brandeb. coniunx facta 1545. peperit Ioach. Fridericum 1546. ⊕ in puerperio.

Ioachimus Fridericus archiepiſcopus Magdeburgenſis.

In Liuonia, poſt ſolutam Reualiæ obſidionem, Reinoldus à Roſa, præfectus equitum, Moſcho militans, in diœceſi Derbatenſi moratus, re cum Ioanne Dubio & Elardo Cruſio, qui immanem Moſchici tyranni crudelitatem, qua ſæuire in ſubditos incipiebat, odiſſe & ab eo deficere cœperant, communicata, vrbem Derbatum ex improuiſo occupare, & ex Moſchicæ tyrannidis iugo liberare nitebatur. Sed cùm in vrbem cum ſuis equitibus peruenisſet, nec à ciuibus Germanis, conſilij ipſius ignaris, iuuaretur; à Ruſſico præſidio repulſus & concisus, & plerique ciues innocentes cum coniugibus & liberis à Ruſſis trucidati, & bona eorum direpta ſunt. Dubius & Cruſius Liuoni, quos ad ſummum dignitatis & opum faſtigium Moſchus euectos, ſæpè velut fidiſſimos & ſapientiſſimos conſiliarios prædicauerat, malè ſibi conſcij, ad Sigiſmundum Poloniæ regem aufugerunt. Interea ſedes Imperij Moſchici, vrbs Moſchouia, totius Ruſſiæ hoc tempore metropolis, ad Moſquam fluuium quinque millium paſſuum ſpacio ſita, ſed ligneis ædificijs, maxima ſui parte conſtans, à Tattaris ex improuiſo oppreſſa, & tota incendio deleta eſt, arce tantùm principis, quæ ampli oppidi inſtar muris cincta eſt, conſeruatâ. In Dania, Chriſtiani III. Daniæ regis relicta vidua, Dorothea, Magni Ducis Saxoniæ filia, anno poſt maritum duodecimo, Sunderburgi deceſſit, eodemq; in loco humata eſt. 8. Octobr.

Longit. 65. Latit. 55. 24. Maij.

7. Octob. Pridie eius diei, victoria naualis clariſſima, per Chriſtianæ claſſis fœderatorum Duces, Ioannem Auſtriacum, Columnam, & Venerium, de Turcis (qui vniuerſum Cypri regnum, Famaugusta metropoli, ante ſeptuaginta dies capta, recens debellarant) in ſinu Corinthiaco parta eſt. Sed paulò altius ordiar, & narrationem belli Cyprij ſuperiore anno inchoatam pertexam. Veneti enim præterita hyeme, claſſibus ſuis, re infecta, domum reuerſis, Triumuiros capitales, inquirendis & puniendis omnibus, quorum culpa in claſſe anno ſuperiore res bellica vicioſè adminiſtrata, & tanta clades ac dedecus Veneto nomini allatum eſſet, conſtituerant. Pacem cum Turcis per Iacobum Raggazonum miſſum

Con-

onſtantinopolin ad Mahometem Baſſam, qui æquior Venetis videri volebat, M. D. LXXI.
uſtrà ſollicitarant. Romæ igitur confœderationem inter Pontificem Pium V.
ilippum regem Hiſpaniæ, & Venetos ſumma cura & diligentia procurant, do-
i pecuniam varijs rationibus conficiunt. Corcyræ triremes inermes reparant.
mmam imperij Sebaſtiano Venerio Cretæ præſidi committunt. Interea Per-
i Baſſa, ſummus maris præfectus à Selymo conſtitutus, copias Turcarum nouas
Cyprum exponit, & Muſtapha, terreſtris exercitus Imperator, acerrima ob-
ione Famaguſtam cingit, quam pro Venetis M. Antonius Bragadenus, Aſtor
leonius, Ludoicus Martinigus, Laurentius Teupolus, lectiſſimi duces, fortiſ-
e defendebant.

Eſt autem FAMAVGVSTA, in orientali inſulæ ſinu ad mare Syriacum ſi-
, non procul à Conſtantia, Epiphanio epiſcopo clara, quam Salaminem olim
ucridis regibus aliquot ſecula habitatam fuiſſe exiſtimant. Famaguſta,
Henricum, ex Luſignana familia, Cypri regem, circa annum Chriſti mille-
um ducenteſimum nonageſimum quintum, amiſſa Ptolemaide (quæ dum à
riſtianis teneretur, emporium, in quo Orientis & Occidentis merces commu-
antur, clariſſimum erat) extructa & amplificata eſt, quam Venetis ac Genu-
ibus alijsque Occidentis mercatoribus in Aſia negociantibus, portum tutum
domicilium, conceſſis immunitatibus, attribuit. Hanc natura loci & arte à Ve-
is munitam, potentiſſimus Turcarum exercitus hoc tempore oppugnans, in
difficultates & anguſtias tandem fortiſſimè ſe defendentes Famaguſtanos, vn-
im iam menſium oppugnationibus fractos & debilitatos, & omni ſpe auxilio-
n fruſtratos, redegit, vt pacta vitæ & bonorum, & religionis ſuæ incolumi-
, & libera ijs, qui vellent, diſcedendi poteſtate, vrbem Muſtaphæ dederent. 2. Auguſt.
l barbarus violata fide deditis data, duces & magiſtratus Venetos, cum comi-
u fortiſſimorum commilitonum ad ſe in tentorium venientes (quibus acceſſu-
ominatim ſaluum conductum promiſerat) omnes trucidat, excepto M. An-
io Bragadeno, cui ter ceruicem præcidendam porrigere iuſſo, aures & naſum
mmodò amputauit. Chriſtianos reliquos, fiducia pacis in caſtra egreſſos,
ter trecentos ſimul iugulari iuſſit. Eos verò, qui iam naues in Cretam abi- 6. Auguſt.
conſcenderant, ademptis omnibus bonis, vinctos ad tranſtra relegat. Po-
die vrbem ingreſſus Teupolum ſtrangulari iubet. Summo vrbis præfecto Ve-
o M. Antonio Bragadeno, auribus & naribus mutilato, cùm per loca vrbis
briora eum ludibrij cauſa circumduxiſſet, & varijs atrocibusque contumelijs
aſſet, pellem tandem viuo, & conſtantiſſimè ſupplicium immane perferenti,
DEVM teſtem ac vindicem tantæ perfidiæ & crudelitatis Muſtaphæ vocanti,
raxit.

Dum hæc in Cypro aguntur, claſſis Turcica, vt Venetos à Cypro auerteret,
e Adriaticum ingreſſa, Dalmatiæ vrbes Venetis parentes terra marique infe-
at. Chriſtianorum verò principum confœderatorum claſſis lentè in Sici-
tandem congregatur. cuius dux ſummus Ioannes Auſtriacus, Caroli V. filius
hus, Philippi frater, paulò ante Barcinone ex Hiſpania ſoluens, Rodolphum
Erneſtum Maximiliani II. Imperatoris filios, Genuam ſecum tranſportarat.
le Neapolim & Meſſanam profectus ſocios expectabat, donec Venetæ trire-
s quadraginta ex Creta reuocatæ, & aliæ ſexaginta octo, Neapolitanæ trigin-
Panormitanæ duodecim, Genuenſes totidem Iohanne Andrea Auria ducente,
ntificiæ duodecim, Melitenſes quatuor, ac cæteræ Hiſpanæ conueniſſent.
ndem die 4. Septembris Meſſana ſoluens, & Salentinum Laciniumque pro-
ntorium legens, ad Corcyram, inde Cephaleniam, & tandem in ſinum Nau-
ſtæum ſeu Corinthium, vbi Turcicam claſſem commorari intellexerant, ad E-
inadas inſulas accedit. In Turcica claſſe duces præcipui, Ali Baſſa Amiralis,
rtai Baſſa, Luzalis rex Algieræ, Hamſamus filius Barbaruſſæ, Sirochus Ale-
ndrinus, & alij eminebant, quibus Imperator Turcicus, vt prælio nauali Chri-
inam claſſem adorirentur ac peſſundarent, ſeueriſſimè mandârat. Congreſſi

M.D. LXXI. igitur cum Christianis, in sinu Corinthiaco, Nonis Octobris, Deo victoriam Christianis memorabilem ac insignem tribuente, Turcæ victi ac profligati, prætoria vi expugnata, Hali Bassa trucidatus, & aliquot millia captiuorum ex Christianis gentibus, qui remos in classe Turcica ducebant, liberata sunt. De qua victoria, passim in tota Europa, Gratiæ Deo, vt decebat, solenniter actæ, & publicis lætitiæ spectaculis editis, triumphatum est, tametsi vestigium pedis nullum, de Turcici tyranni Imperio decerptum, victores occupârant. Turci verò, vniuersum Cypri regnum, & multa Dalmatiæ oppida, ac in his Vlcinium & Doclea-
1572. am, à se expugnata, retinerent. Sequenti anno, Veneti, potentiam hostis Turcici, à quo terra mariq; premebantur, considerantes, omnia ad bellum necessaria rursus apparant. Sed cùm in Belgico & Gallia Cisalpina noui tumultus Philippum Hispaniæ regem destinerent, & sociorum auxilia iterum tardius accederent, & Ioannes Austriacus, circa Calendas Septembris demum adesset, & sociæ classes circa Peloponnesum vix ostendentes se Turcis, nulla re memorabili gesta, in
1573. hyberna redijssent: Veneti, se deseri videntes, pacem inscijs socijs fecerunt.

1571. In Saxonia, vetus & nobilis familia Dominorum de PLESSE, à quibus multa prædia, feudititulo, vicini nobiles & ciues in vrbibus tenent, morte Theodori postremi comitis extincta est. Sedem antiquam & celebrem inter Gottingam & Mundam, extremas, versus Hassiam, ducatus Brunsuicensis vrbes, in vertice montis habuit, & cœnobia, Hocelam prope Northemium, Fredelsen & alia fundauit. Genealogiæ partem postremam adscribo.

Theodorus III.

Theodorus IIII.		Godscalcus.
		VVilelmus æræ.

Godscalcus.	Ioannes.	THEODORVS V. filio superstes ⊕ 1571.	Franciscus æræ.

Christophorus ante patrem ⊕ 1567.

VValpurgis, nupta Francisco comiti à VValdec

Extinctæ masculæ Plessiorum familiæ ditiones & iura VVilelmus Hassiæ Land-grauius, feudi dominus, occupauit.

Initio anni, IOACHIMUS Morlinus, Sambiensis in Borussia episcopus, doctrinæ Lutheri ministerio illustratæ custos fidelis: postquam hanc vallem lachrymarum transiens, varijs locis; VVittebergæ, vbi in patria, Lutheri & Pomerani in ministerio Ecclesiæ Collega initio fuit: deinde consilio ac iussu Lutheri Arn-
1567. stadiæ, Gottingæ, Sleusingæ, Regiomonte, BRVNSVVIGÆ fontes veræ doctrinæ fodit, ac ecclesias rexit; tandem in Borussiam, ad extirpandas Osiandri doctrinæ reliquias, reuocatus, Regiomonte in cœlestem ecclesiam euocatus est: relictum alijs doctrinæ monumentis, tum verò Psalmorum Dauidis enarratione luculenta, & Spiritu ac vitâ plena.

GEORGIVS FABRICIVS etiam vir optimus & doctissimus, vates vere Deo & Musis carissimus, qui venam Ingenij à DEO donatam ad veræ pietatis & gloriæ Dei illustrationem præcipuè contulit, ac eruditissimis poëmatis Ecclesiam Christi ornauit; in cœlestium vatum collegium receptus est, cui sequens TU-
13. Iulij. MVLVS in Templo Afrano Misnæ positus est:

D. O. S.

D. GEORGIVS FABRICIVS Chemnicensis, pietate, eruditione ingenij monumentis, nominisq; celebritate apud exteros quoque clarissimus Euangelij lucescentis tempore Poëta Christianus excellens, Grammaticus acutus, Historicus Saxoniæ Electorum elegans, scholæ illustris Misniæ, Annos

XXVI.

XVI. fideli & felici inſtitutione, Rector induſtrius, laborum ſanctorum pa- M. D. LXXI.
ens, doctiſſimus, omnibus charus, ſuis deſideratus: Aetatis annos LV I. Men-
s II. D. XIX. complens, Annò Chriſti ſeruatoris M. D. LXXI. M. Iulio
. XIII. in functione pia piè defunctus eſt. Quidquid mortalitatis habuit, in
oc quietis cubiculum poſteris memoriæ cauſa Venerandum depoſitum eſſe: M.

Magdalena vxor, Georgius, Iacobus, Henricus, Chriſtianus, Magdalena, largaris, Anna, liberi orphani, marito & patri deſideratiſſimo mœſtiſſimi deſi-rij Monumentum vnanimiter poni curarunt M. D. LXXI.

ETEOΣTIXON.

2VſqVaM tVa fIDes: natalem continet annum
Fabricij: LVſtrI vox, necIs, vnà notat.

Clarus etiam virtute bellica cum literis coniuncta ſuperioribus annis, mili-m Dux, PETRVS Cæſar, vir fortis, verax, magnanimus & candidus: qui virtutem, candorem & fidem, multis annis, Petro Toletano, Proregi Nea-olitano familiaris & carus fuit, & à Ferdinando Imp. Nobilium ordini inſertus, ndem arci Lipſicæ Pleiſſeburgæ ab Auguſto electore præfectus: hoc anno, dum thermis Carolinis noctu decumbens, cuidam nobili familiariter noto, cubi-li oſtium improbius pulſanti è lecto ſurgens aperit, ex inſidijs ab illo confoſſus , 12. Iunij. cuius nefandæ cædis Eteoſtichon, à Chriſtophoro Cæſare, fratris io, ſcriptum extat:

TVnC qVanDo LVCet biſſeXto IVnIVs oriV
EXtInCtVs DIro VVLnere Cæſar obIt.

Nicolaus Cæſar, Penicenſis.
natus 1470.

achimus, ex Miſnia ſe-
tus Paulum Faſold, præ-
ctum Ilauiæ in Boruſſia,
finem ſuum.
onſul Ilauiæ fuit.

Melchior in ob-
ſidione Metenſi
⊕ 1552.

PETRVS CÆSAR, militiam literariam & bellicam ſecutus ⊕ 1571.

Vrſula nupta Aegidio Schobero.

Christophorus Cæſar Re-
or optimorum ſtudiorum
Salinis Saxonicis ab anno
72.

SAXONIAE
LIBER
VIGESIMVS
TERTIVS.

Magnificis & ampliſsimis viris, Dignitate, ſapientia, virtute & doctrina præſtantibus;

D. IOANNI VVILT,
D. IOANNI SNEIDER, I. V. L.
D. GERARDO SLAPHIO, I. V. L.

PROCONSVLIBVS, ET RELIQVO Senatui laudatiſſimæ ciuitatis OSNABRVGENSIS, *patronis ſuis,*

Chronicon anni 1572. & quinque ſequentium

Debitæ obſeruantiæ ergò

Reuerenter offert

DAVID CHYTRAEVS.

Societa-

SOcietatis HANSICÆ ciuitates, quæ olim, M.D.LXXII.
autoritate, potentia, commercijs multarum gentium, & priuilegijs ac immunitatibus amplissimis, in exteris regnis, florebant, & domi suis, ac vicinis regibus & principibus ζηλωταὶ erant; conuersis iam rebus, vt rerum humanarum scena mutari subinde solet, non modò commerciorum impedimentis multiplicibus, ac Emporiorũ priuilegijs passim imminutis aut sublatis, verùm etiam desciscentibus à communi fœdere ciuitatibus, partim priuata commoda, cum totius societatis damno querentibus; partim inopiam & alias difficultates suas prætexentibus, & proximo etiam bello cum Suecis diuturno grauiter adflictæ & magis diuulsæ ac labefactæ erant.

LVBECENSES igitur, qui societatis caput erant, & Narùicæ nauigationis in Russiam, ab Erico rege Sueciæ ipsis interdictæ, quacunque ratione facultatem sibi retinendam iudicabant, eaque de causa bello aduersus Suecos octennali spatio, tandem in pace Stettinensi liberam nauigationem illam obtinuerant: cùm sequenti statim anno, Ioannes Sueciæ Rex, denuò eos abstinere ab importatione mercium in Russiæ portum Naruensem iuberet: CONVENTVM sociarum Hanſæ ciuitatum ad ineuntem mensem Iunium indixerunt; in quo, de instauranda societate Hansica & renouando ciuitatum fœdere: de commercijs cum Russis Emporio certo deinceps continuandis: de retenti Narticæ nauigationis interdicto per Suecum facto: de contributione ad domum Orientalium Antvverpiensem ære alieno liberandam, & alijs aliquot capitibus ad domus illius commoda pertinentibus: de legatione in Galliam & Belgicum, pro confirmatione & ampliatione priuilegiorum, & amolitione grauaminum obtinenda: de domo Hanſæ Lugensi: de emporio Londinensi, quod per concessam Anglis Hamburgensem nauigationẽ prorsus labefactetur & concidat: de grauaminib. emporij Bergensis: de vectigali Danico dem Laſtzollen: de piratis Vraniæ principis in mari Britannico arcendis: de sumptibus Lubecensium, bello Suecico factis, ciuitatum contributione leuandis: de pleonexia opificum & nautarum moderanda, deliberaretur. 1571.

Cœpit autem HANSA TEVTONICA, seu ciuitatum in littore Balthici & cæteris Saxoniæ inferioris partibus societas, fœdere certo inter se, ad tutam libertatem commerciorum, & priuilegia in quatuor exterarum gentium emporijs, olim coniuncta; paulò ante Friderici II. Imperatoris ætatem, circa annum Christi milleſimum ducenteſimum, primò frequentius coire: & paulatim multitudine sociorum, priuilegijs regum, immunitatibus vectigalium, potentia opibus creuit & amplificata est, vt florentissima post annum milleſimum trecenteſimum, & omnibus vicinis principibus ac regibus ζηλωτὴ, vsque ad patrum horum memoriam, permanserit.

Ciuitates numero plures octoginta fuerunt: distributæ primùm in tres, deinde pluribus accedentib. in quatuor classes seu metropoles (Lubecam, Coloniã, Brunsuigam & Dantiscum) ex quib. septuaginta duæ adhuc, anno 1494. simul in conuentu legatos singulæ habuerunt. Sed in Reformatione collegij mercatorum Londinensis, in Hanſæ comitijs, Lubecæ, postquam ego in Academiam Rostochiensem accessi, institutæ; Prouinciæ & vrbes priuilegiorum societatis Hanſæ partes hæ recensentur. Primùm VANDALICÆ; Lubeca, Hamburga, Rostochium, Stralsund, VVismar, Luneburg. POMERANICÆ; Stettin, Anclam, Golnou, Gripsvvald, Colberg, Stargard, Stolp, Rugenvvald. PRVSSICÆ; Culma, Thorn, Elbing, Dantzig, Königsberg, Braunsberg. LIVONICÆ; Riga, Derbt, Reuel. SAXONICÆ Transalbianæ; Magdeburg, Brunsvvig, Goslar, Einbeck, Gottingen, Hildesheim, Hannouera, Vlsen, Buxtehud, Staden, Bremen, Hameln, Minden. VVESTPHALICÆ; Monasterium, Osnabrug, Tremonia, Susatum, Heruord, Paderborn, Lemga, Bilefeld, Lippa, Cosfeld. CLEVENSES & Marchicæ; GELDONIA; VVesalia, Diuisburgum, Emmerich, VVarburg, Vnna, Hamm. 1554.

M. D. LXXII. Geldricæ; Neomagus, Zutphania, Ruræmunda, Arenacum, Venlo, Elburg, Hardervvic. Transisalanæ; Dauentria, Suolla, Campi. Frisiacæ: Gröninga, Stauera, Bolsvverda. Harum sexaginta sex vrbium ciues, ad priuilegia Hansæ in Emporijs exterarum gentium fruenda, soli admittuntur. Vrbes verò, quæ ob causas in recessu anni millesimi quingentesimi decimi octaui expositas, partim ex fœdere Hansæ eiectæ, partim sponte illi renunciarunt, excluſæ manent, Stendalia, Stolvvedel, Berlin, Brandeburg, Francofordia ad Oderam, Vratislauia, Cracouia, Hall, Aschersleben, Quedlinburg, Halberstat, Helmstet, Kyll & Northeim. Nulli igitur ex his ciuitatibus exclusis; multò minus Angli, Scoti, Hollandi, Flandri, Alemanni, Dani, Sueci, Poloni, priuilegijs Hansæ in emporijs frui possunt, nec seruos aut socios mercaturæ ex illis gentibus habere licet. Nati verò in oppidis & pagis prouinciarum Hansæ, ad vsum priuilegiorum non admittuntur, priusquam ius ciuitatis in aliqua vrbium Hansæ adepti fuerint.

Quatuor autem præcipua in exteris regnis Emporia, & domos in illis, ac collegia & iurisdictionem propriam hæ ciuitates tenuerunt: Londini in Anglia; Brugis, in Flandria; Bergæ, in Norvvegia; & Novogardiæ in Russia, de quorum initijs, vt de ipsius etiam Hanseaticæ societatis certa origine, quo anno Christi cœperit: & quando emporia singula occuparit: sæpè multumque ex aliquot præcipuarum vrbium Syndicis, Secretarijs, consulibus, & alijs scisciratus sum; qui non modò de emporiorum origine certi nihil docebant, verùm etiam, quo anno ipsorum ciuitates in Hansæ societatem primùm receptæ essent, plerique non indicabant. Relictis igitur, quæ peruestigare nondum potui, tradita certis historiarum monumentis breuiter consignabo; vt diligentiam & studium inquirendi alia etiam, hactenus Historiarum studiosis minùs nota, in aliquibus excitemus.

circa A.C. 1250. Lib. 16. Londinense enim in Anglia emporium, ab rege Henrico III. Ioannis filio, priuilegia primùm accepisse, ex Polydori Virgilij historia notum est. Quæ successores illius Eduardi, ac inprimis Eduardus III. in bello aduersus Philippum & Ioannem Valesios, Galliæ reges, feliciter gesto, auxilia ciuitatum fida & firma expertus, ita locupletauit, vt suo ac successorum nomine, nullis nouis 1346. & deinceps. vectigalibus, tributis, exactionibus, subsidijs, alijsue præstationibus, in Guildhallæ Teutonicæ collegio negociantes onerandos, aut immunitates eorum minuendas esse, peculiari diplomate sanxerit; quod secuti reges, Richardus II. Henricus IIII. V. & VI. religiosè seruarunt. Cùm autem postea, bello inter Eduardum IIII. & Danos vigente, Angli quidam, in Islandiam regis Daniæ provinciam, trucidato illius præfecto impressionem fecissent; ac rex Daniæ vicissim Anglicas naues in suo Hellesponto & alibi deprehensas detineret: piratæ Angli multum Hansæ ciuitatum naues amplius sexaginta capiunt ac spoliant, nec finem vllum aut modum grassandi in mercatores faciunt. Extrema igitur necessitate ciuitates impulsæ, bellum totos tres annos cum Edvardo gerunt; donec tandem Carolus Burgundus, qui sororem Eduardi in matrimonio habebat, controuersiam, restitutis Hanseaticæ societati veteribus in Anglia priuilegijs, Traiecti composuit. Ab eo tempore annos circiter octoginta, sub Richardo III. 1474. Henrico VII. & VIII. & Eduardo VI. immunitates in Anglia suas Germani retinuerunt; donec Dantiscani quidam mercatores, Adrianus & Michaël Köselери, & in his Consulis Ioannis à VVerden gener, temerario & fœdo ausu, vectigal, regi Angliæ à Polonis aliquot mercatoribus pendendum, auerterunt. Cùm enim Teutonicæ Hansæ socij vix dimidium vectigalis, quod cæteri pendunt, de mercibus euehendis numerarent; Dantiscani illi, de Polonorum mercibus in naues suas impositis, suo nomine soluerunt; atque ita regem bona vectigalis parte defraudarunt. Londinenses igitur mercatores, Angli, iamdudum societatis Germanorum Hanseaticæ libertatem illam inuidentes, & nihil præter iustam occasionem & prætextum eam labefactandi ac euertendi captantes, Decretum in Parlamento impetrarunt, quo Germanos omnia emporij illius iura, immunitates,

es, Residentiam & priuilegia amisisse, ijsque perpetuò priuatos esse, nec va- M.D.LXXII.
am recuperare debere pronunciarunt. Cum autem durior & iniquior sen-
tia videretur, ob vnius & alterius delictum, totam societatem adeò graui-
plecti; Eduardus VI. adhuc superstes, rogatu ciuitatum, controuersiæ
ius amicè componendæ causa, diem indixit: ad quem Ioannes à VVerden
nes & Consul Dantiscanus, Hermannus Falco Consul Lubecensis, Alber-
Hacman Consul Hamburgensis, &c. ingenti pompa & sumptu Londinum 1553.
fecti sunt; vbi circa illorum aduentum immatura morte sublato Eduardo,
ria soror regnum excipiens, posteaquam multis mensibus cum ciuitatum
atis communicatum tractatumque fuisset; tandem ita rem omnem com-
ni clementissimè passa est, vt Hansæ fœderatis ciuitatibus, ad formam anti-
orum priuilegiorum, initorumque contractuum, omnis commerciorum ra-
, ita liberè, eoque prorsus modo constaret, quomodo ijs Henrici septi-
jaui, atque Henrici octaui patris temporibus vti, gauisique vnquam fuis-
t. qua de re voluntatem suam non tantùm regio diplomate clementissimè
clarauit, sed quàm plurimis etiam singularibus mandatis ad præcipuorum por-
m regni sui præfectos, decretis, Hansæ mercatores pristinis suis iuribus re-
ui præcepit.

Etsi autem vix anno vertente Aduenturarijs seu Londinensibus, Anglis
rcatoribus rursum querelas de Hansicorum in Belgia mercatu mouenti-
s, noui conuentus occasio subministrata fuit; quas quidem querelas Phi-
pus Hispaniarum rex, pro suo in Hansæ societatem clementissimo animo 1558.
ruenies, componere studuit: quia tamen earundem finiendarum diem
ria regina sua etiam morte anteuertit, eamque ob causam illa querelarum
pita in exordium regni Elisabethæ reiecta fuerunt; sub qua, post multorum 1559.
ensium frequentes inter Reginæ commissarios & Hansæ legatos habitas com-
unicationes, vtrinque re infecta discessum est; hoc excepto, quod à Le- 1560.
is HANSÆ petitum fuit, vt aliquot à Regina propositos articulos ad
os perferrent, de quibus, an & quatenus placere possent, infra sex menses
ntentiam suam reginæ explicarent. Hi verò, in conuentibus Hansæ,
mmunicato consilio, responderunt, contenta illorum articulorum substan-
m eius fœderis, pacisque perpetuæ, quam cum regibus & regno Angliæ
n olim iniuissent, funditus tollere, aliaque inæqualitatis pleniſſima, cum
mnis, præiudicioque vicinorum Regum, aliorumque principum coniuncta,
mmerciorum vsui, libertatibus, consuetudinibus, priuilegijsque aduersan-
, continere. Quæ cùm inter reginam Angliæ, & ciuitates Hansicas, ali-
ot annos sine vllo fructu disputarentur; accidit, vt offensionibus, inter Phi-
ppum Hispaniæ regem & Anglam exortis, Angli mercatores, Ferdinandi
ncis Albæ Gubernatoris Belgici edicto, Antuerpiâ discedere cogeren- 1568.
ur. Quare cum Hamburgensi ciuitate Angli egerunt, vt immunitate ali-
a concessa, Hamburgi decennium eis domicilium ac sedem certam habe-
, aliasque merces suas in Germaniam transuectas liberè distrahere, & com-
ercia cum quibusuis exercere liceret. Qua receptione Anglorum in ci-
itatem Hansæ Hamburgam, cùm magis etiam communia Hansæ ciuitatum
riuilegia in Londinensi emporio labefactari & extingui, & ob vnius ciuita-
s commodum toti communi societati incommodari, passim cæteræ ciuita-
es quererentur: Hamburgenses in aliquot Hansæ conuentibus se excusa-
unt, ac nulli se labori aut sumptui in priuilegiis Londinensibus, Hansæ
onseruandis, superioribus annis pepercisse ostenderunt. Cùm autem
ruſtrà niti ciuitates Hansæ, & Anglos alibi in Germania domicilium Emb-
æ collocare velle viderent; à quibus ciues Hansæ, & alij, pannos, a-
iasque merces Anglorum emptas distraxissent: se suorum etiam ciuium
commodis, absque aliarum ciuitatum Hansæ iniuria, consulendum iudi-
casse, sicut expressè protestati essent, hanc Anglorum receptionem nihil

ciuita-

M. D. LXXII. 1474. ciuitatum Hanſæ libertati & iuribus obeſſe debere, & in Traiectenſi concordia diſertè ſanciri, vt Anglis in ciuitatibus Hanſæ negociari, non minus quàm Hanſicis Londini, & in reliqua Anglia, liberum eſſet, nec vnam ciuitatem Hamburgenſem plus quàm totum corpus ſocietatis Hanſicæ, ad conſeruanda priuilegia Anglica, virium habere. Quibus cùm ſe non frui amplius poſſe videant, & loco illorum iam ſola licentia, ſeu poteſtate euehendi certo numero pannos, ad tempus data, contenti eſſe cogantur: plus incommodi mercatorum ſocietati Londinenſi allatum iri, ſi pacta cum Anglis inita iam retractent. Tali igitur conditione commercia cum Anglis Hanſica vſq; ad annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum nonum manſerunt, quo hæc inchoata pertexemus.

BRVGENSE in Flandria emporium, (quod Anno Chriſti milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo primùm extitiſſe accepimus) olim florentiſſimum, anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octauo labefactari & euerti cœpit: cùm Maximilianum archiducem Auſtriæ, filij PHILIPPI Belgarum principis tutorem, & Romanorum regem recens, electum, ex mera petulantia BRVGENSES cepiſſent, & miniſtris aliquot in conſpectu illius trucidatis, Galliæ regi illum ſe tradituros minati eſſent. Cùm enim pater Fridericus, filij liberandi cauſa, toto imperio ad arma excitato, in Belgicum deſcendiſſet; inter alia incommoda vrbi illata, portus etiam Brugenſis obſtructus & deletus eſt. Mercatores igitur Antuerpiam deinceps petiuerunt: & cum ſenatu Antuerpienſi, de reſidentia & priuilegijs, quæ Brugis antè habuerunt, Antuerpiam transferendis, iam inde ab anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto agere cœperunt; donec tandem Antuerpienſes ipſi, per Iacobum Maſium, ad ciuitates Hanſicas Lubecæ congregatas miſſum, cauſam vrſerunt. Quare exeunte anno 1544. ciuitatum Lubecæ, Coloniæ, Hamburgi, Dauentriæ legati, Antuerpiam profecti, de conditionibus omnibus cum ſenatu tranſegerunt; ac, ſi confirmationem veterum in Brabantia priuilegiorum à Iohanne & Antonio ducibus Brabantiæ olim ciuitatibus datorum, Antuerpienſes, vt receperant, à Carolo V. impetrarent; tum intra biennium proximum reſidentiæ initium fore promittebant. Mox autem ſecuto bello Germanico, & Gallicis tumultibus diuturnis, de nuò aliquot annorum mora interuenit, donec tandem priuilegiorum Hanſæ in Brabantia olim à Iohanne II. duce Lotharingiæ, Brabantiæ & Lützelburgi primùm Anno Chriſti milleſimo trecenteſimo decimo quinto datorum, & per Antonium Ducem Brabantiæ milleſimo quadringenteſimo nono renouatorum confirmatio à Philippo rege Hiſpaniæ impetrata, & diploma ad Margaretam Parmenſem, Belgici gubernatricem miſſum, & Antuerpiæ promulgatum, & ciuitatibus Hanſæ flagitantibus in conuentu Lubecenſi anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo exhibitum eſt. Sequenti igitur anno, de Domo mercatorum Hanſæ priuilegiata, in qua propriam iuriſdictionem ſenatus mercatorum haberet, Antuerpiæ inſtituenda, cum Senatu tranſactum, & promiſſis Senatui Antuerpienſi ab Hanſa ſocietate ſexaginta millibus Caroleorum, Domus Oſterlingia ædificata, & iure hæreditario, Hanſæ immunis ab omnibus acciſis & exactionibus impoſitis, & propriam in omnibus cauſis, exceſſibus & delictis non capitalibus iuriſdictionem habens, ſolennibus literis & ritibus tradita eſt.

1315. 1409. 1546. 1561. 1567.

NOVOGARDIAE verò, ampliſſimæ olim & potentiſſimæ totius Ruſſiæ vrbis ad gradum longitudinis quinquageſimum octauum, latitudinis ſexageſimum ſecundum ſitæ, & quadraginta tantùm milliaribus à Nerua Liuoniæ portu verſus ortum, triginta ſex à Pleſcouia, centum & viginti à Moſqua, hoc tempore Ruſſiæ metropoli, diſtantis emporium, circiter trecentos annos ab Hanſæ Teutonicæ mercatoribus frequentatum eſt, & merces Ruſſicæ, cera præcipuè, in omnia Europæ templa inde euecta eſt, cùm viciſſim Ruſſi in Liuoniæ vrbibus, Reualiæ, Derbati & Rigæ, liberè cum exteris negociarentur, & templa propria Græci ritus haberent. Bello etiam inter Liuonos & Ruſſos vigente, Lubecenſes proprio periculo in Ruſſiam progredi, & negociationem ibi ſuam exercere poterant; & nihil

t nihilominus in Liuonia ſub Magiſtri ordinis protectione tuti manebant, vigo- M.D.LXXII.
e priuilegij à Godfrido magiſtro ipſis conceſſi. Primùm autem bello ſeptен- 1299.
ali à Ioanne Moſcouiæ Duce, Baſilij patre, Ioannis Tyranni noſtræ ætatis teter-
mi auo, vexata, & tandem capta, labefactari mercatorum libertas cœpit; An- 1477.
o autem milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto prorſus extincta eſt,
im Iohannes Moſcouiæ dux, vocibus contumelioſis quorundam Reualienſium,
ui, combuſto Reualiæ ob Sodomiticam libidinem Ruſſo nobili, iactitauerant,
ipſi Moſcouiæ Duci, ſi in tali ſcelere deprehenderetur, nihilo magis quàm ca-
i parſuros eſſe; irritatus, quadraginta nouem Germanos mercatores, ex ciui-
tibus Hanſæ Lubeca, Hamburga, Gryphiſvvaldo, Lunæburga, Monaſterio,
remonia, Brakenfeld, Vnna, Duisburgo, Einbeka, Düderſtadio, Reualia &
erbato, Nouogardiæ deprehenſos, in carceres coniecit, ac circiter trium mil-
ium auri pondo merces ſocietati Hanſicæ ademit. Etſi autem poſt triennij tra-
ctiones captiuos pleroſq; dimiſit: de mercibus tamen ne teruncium quidem
eſtituit. Sic Hanſæ ciuitates, ex illo etiam emporio tyrannide Moſchi eiecti, nun-
uam deinceps Nouogardiam frequentarunt. duas tamen domos ſeu curias am-
las, quarum altera Teutonum, altera Gottorum dicitur, adhuc in ſua pote-
ate retinent: Captiui verò, à Ruſſis dimiſſi, dum Reualia Lubecam verſus læti
auigant, tempeſtatibus maris pleriq; ſubmerſi perierunt. 1498.

Deinceps igitur Reualiæ commercia Ruſſica annis circiter quinquaginta
æcipuè exerceri ſolita ſunt, dum liberè Ruſſis mercatoribus cum Germanis ſeu
ranſmarinis merces ſuas commutare licuit. Poſtquam verò Reualienſes, Ruſſos
um ſuis tantùm ciuibus negociari, ac rurſum tranſmarinas merces, à Lubecen- 1551.
bus & alijs iſtuc delatas, nulli Ruſſo immediatè, ſed ciuibus ſolummodò Reuali- 1552.
nſibus vendi, & ab his demum ad Ruſſos transferri voluerunt: Ruſſi mercato-
es non modò apud magnum ducem ſuum de iniuria queſti ſunt, qui inter cau-
as belli Liuoniæ illati hanc quoq; allegat: verùm etiam occupata per Moſchum
ſtrua-, merces Ruſſicas, quæ Reualiam antè deferebantur, eò tranſtulerunt. Lu- 1558.
ecenſes etiam & alij tranſmarini, eadem de cauſa grauiſſimè offenſi, præterita
Reualia, Neruam ſuis claſſibus petierunt, & ſedem Emporij Ruſſici, quæ Reualiæ
ntea erat, Neruæ collocarunt. Ideoque magna frequentia portus ille non ſo-
lùm ab Hanſæ ciuitatibus, ſed exteris etiam gentibus, Anglis, Belgis, Gallis, mer-
es omnis generis eò conuehentibus, frequentabatur. Sed Liuoniæ magiſtratus,
rdinis Magiſter & archiepiſcopus Rigenſis & ciuitates Riga & Reualia grauiſſimè 1559.
pud Imperatorem Ferdinandum & alios, de Lubecenſibus præcipuè querebantur,
uòd noua & inuſitata hactenus nauigatione Naruenſi, & importatione omnis ge-
eris mercium, commeatuum, armorum & munitionum bellicarum, Moſchos
oſtes aduerſus ſe totamque Liuoniam, Romani imperij prouinciam, alerent ac
onfirmarent. Imperator itaque publicis mandatis tandem non modò armorum,
erùmetiam commeatuum inuectionem in Moſchouiam prohibet. Lubecenſes, 1560.
t etiam antea ciuitatum Reualiæ & Rigæ legatis obtulerant, viciſſim Imperatori 3. April.
eſpondent: Si durante bello cæteræ nationes externæ, magnis claſſibus Neruam 26. Nouemb.
duolare ſolitæ, & Liuonicæ ciuitates ipſæ, à commercijs Ruſſorum abſtinerent, 1559.
t quoq; de priuilegio ſuo (per quod, etiam belli inter Liuonos & Moſchos vi- Datũ à God-
gentis tempore, negociari ſibi cum Moſchis liceret) ſponte ceſſuros, & æqua cum frido Magi-
æteris conditione futuros, ac ciuibus ſuis, ne Ruſſis durante bello quidquam ad- ſtro ordinis
chant, inhibituros eſſe. Cumq; poſtea doceretur Imperator, non ſolùm ex- 1299. 1561.
ernas gentes in Moſcouiam magnis claſſibus nauigare, verùmetiam Suecos &
Liuonos ipſos, qui iam ab imperio Romano defeciſſent, commercia cum illis, et-
am durante bello, habere: Mandatum prius Imperator abolcuit, & liberam na-
uigandi in Ruſſiæ portus facultatem Lubecenſibus & cæteris Imperio ſubditis
onceſſit. In conuentu etiam Francofurdienſi ad Mœnum, vnà cum electori- 1562.
ibus, Ericum Sueciæ regem, cuius Imperio & tutelæ Reualia ſe ſubiecerat, per li- 4. Maij.
eras interpellat, vt libertatem commerciorum Ruſſicorum Lubecenſibus & alijs

M.D.LXXII. imperij ſubditis, non impediat. Qua in re cùm gratificari imperio & Lubecenſibus nollet, Lubecenſes bellum Erico, cum Daniæ rege confœderati intulerunt,
1570. quo poſt octennium finito pacificatione Stettinenſi, liberam in Neruenſem portum nauigandi facultatem recuperarunt. quæ ipſa tamen, ſtatim ſequenti æſtate,
1581. nouis edictis, à Ioanne Sueciæ rege, cum Ruſſis bellum gerente, impedita, & tandem Nerua capta, in Sueciæ regis poteſtatem peruenit.

Habuerunt autem in ipſo etiam SVECIAE regno Hanſicæ ciuitates; Lubeca præcipuè, ac Dantiſcum, & Vandalicæ, ampla olim priuilegia, quæ iam magna ex parte prorſus languefacta & amiſſa ſunt. Goſtauus enim Sueciæ rex (poſtea factus) cùm ex Danica cuſtodia elapſus, Lubecam mutato habitu peruenisſet: à
1519. Lubecenſibus aduerſus Danos benignè defenſus, & cùm in Sueciam reuerſus, bel-
1520. lum Danis intuliſſet, nauibus, pecunia, commeatu, omnibusq; rebus ad bellum
1521. neceſſarijs ſingulari fide Lubecenſibus auxilijs & opibus adiutus, Holmiam regni
1522. metropolin occupauerat, & in faſtigium regni Sueciæ euectus erat. Quare mul-
1523. ta eximia & ſingularia, Lubecenſibus & Dantiſcanis præcipuè petentibus ac præſcribentibus, priuilegia, durante adhuc obſidione Holmenſi, largiſſimè promiſit:
1523. eaq; paulò ante captam vrbem ſolennibus literis confirmauit. in quibus, præter
Vo. Iunij. vectigalium omnium in toto regno immunitatem, & commerciorum cum proceribus & incolis libertatem, inſuper etiam conceſſit, ne quiſquam Belga, Gallus, Anglus, præter Lubecenſes, Dantiſcanos & confœderatas ciuitates, negociari in regno Sueciæ: ac ne quis exteræ nationis mercator, Calmariæ & Stockholmiæ ciuis fieri poſſet. ne cui ex regno Sueciæ cum mercibus aliò negociandi cauſa nauigare, quàm Lubecam, & in coniunctas ciuitates; nec ſinum Balthicum aut Helleſpontum Danicum vlla ratione egredi liceret. Hæc & ſimilia, Lubecenſibus, quorum ope tum indigebat, indulta, deinceps velut cum totius regni Sueciæ & ſubditorum detrimento & damno coniuncta, Goſtauus aboleuit & retractauit, non ſolùm admiſſis in regnum Hollandis, Anglis & quibuſcunq; exteris negociatoribus: & ſuis, quò vellent, nauigandi poteſtate conceſſa, verùm etiam nouis offenſionibus exortis, quòd Suecorum quorundam naues & merces areſto Lubecæ per
1534. conſulem VVollenvveberum detinerentur: mercatores Lubecenſes eorumque miniſtros, & bona in regno detinet, & vectigalibus nouis, à quibus immunes hactenus fuerant, onerat: & naues ac merces inuectas, & euehendas, primùm regijs miniſtris inſpiciendas præbere, ac ſi quid Regi ex mercibus emere, aut retinere libeat, exhibere cogit. Prohibet etiam aliquandiu, ne Lubecam quidquam mercium ex regno deferant. Etſi autem ſæpè Lubecenſes ſe ad controuerſias, ex æquo & bono, more maiorum, per octonos arbitros, ex quibus vtraq; pars quatuor deligeret, componendas offerrent: tamen rex Goſtauus, iniquiſſima & regno ſuo perniciosiſſima priuilegia, per Lubecenſes, à ſe non ſatis inſtructo, difficilimis ſuis temporibus exorta, diutius tolerari à ſe & ſubditis ſuis poſſe negauit, & in eo perſtitit. cùm illud etiam inprimis ſibi non ferendum duceret, quòd priuilegia, ſolis Lubecenſibus & Dantiſcanis conceſſa, illi cum omnibus confœderatis Hanſæ ciuitatibus ſibi communia eſſe vellent. Sic aliquot annorum ſpacio inanibus & infructuoſis diſceptationibus & odijs hoſtilibus conſumpto, cùm ſingulis annis, denſiore copia & maioribus claſſibus, Hollandi, Flandri, Angli, Galli, in Sueciam & cæteras Balthici littoris vrbes nauigarent: tandem Lubecenſes, deſperatâ, tali rerum ſtatu, integrâ priuilegiorum in regno Sueciæ recuperatione, indu-
1546. cias cum Goſtauo decennales paciſcuntur, intra quas, ſi controuerſa inter ipſos capita non tranſigerentur, nihilominus ab iniuria & vi vtrinq; abſtinerent. Exeunte decennio, q nõ ſeruare inducias vellet, vno anno antè renunciaret. ſic pleriſq; im-
1560. munitatib. prioribus in regno Sueciæ amiſſis, Lubecenſes vectigalia de ſuis mercib⁹, æquo cum cæteris onere, in regno Sueciæ vſq; ad Goſtaui mortẽ perſoluerunt, ampliſſima ſpe de ſucceſſoris ERICI clementia & bonitate concepta, quem omnia moderaturum, & ſi nihil præterea, certè vectigalium in toto regno immunitatem,

quam

iam non à Goſtauo primùm extortam, ſed à ſuperioribus regibus acceptam & opagatam, optimo iure flagitabant, reſtitutum iri confidebant, verùm longè s hæc expectatio fruſtrata eſt. Ericus enim, etſi coronationis ſuæ tempore, iam Lubecenſes & vicinæ ciuitates præſentia ſua cohoneſtabant, clementiſſimè nnia de priuilegiorum confirmatione legatis vultu & verbis blandiſſimis polli-tus erat: tamen ſequenti anno, eiuſmodi confirmationis formam miſit, qua ve-galium immunitatem, & commerciorum cum regni incolis libertatem, con-dens, omnia tamen priuilegia, legibus & ſtatutis regni ſubijciebat, & viciſſim itates obligabat, vt Domum Regi propriam in ſingulis vrbibus concederent: militem contra quoſcunq; colligendi poteſtatem tribuerent: & pecuniam re-, quando & quantam velit, mutuò darent, & merces belli tempore vſui futu-s, quocunq; tempore in regnum importarent, ac Suecis mercatoribus eandem ommerciorum libertatem, quam Hanſicis in Suecia ſuo ſumptu & ſanguine pro gibus profuſo ſibi peperiſſent, in ſuis vrbibus permitterent: A Ruſſicis verò mmercijs Neruenſibus, & Nauigatione Neruenſi, prorſus abſtinerent, ſed Re-liæ & VViburgæ ſolummodò cum Ruſſis deinceps negociarentur.

Has verò conditiones cùm prorſus ſibi intolerabiles, nec vlla ratione excu-ri poſſe, Lubecenſes iudicarent; communicato cum cæteris Hanſæ ciuitatibus nſilio, datis ad Ericum literis, nouos hoſce articulos, quorum nulla vnquam ter reges Sueciæ & ciuitates, in prioribus literarum monumentis aut conuentio-bus, mentio facta ſit, omitti: & vetera priuilegia, quæ non à rege Goſtauo pe-liariter impetrauerint, ſed ab anteceſſoribus accepta tranquillè paulò antè poſ-derint; confirmari orant. Primùm vt ciues ac incolæ vrbium Hanſæ eorumq; iniſtri ac merces in toto regno Sueciæ, ab omnibus vectigalibus & tributis, quo-odocunq; nominari, aut imponi poterunt, ingredientes regnum ac exeuntes, beri & immunes ſint. Deinde vt Stockholmiæ, Calmariæ, Sudercopingæ & A-oæ cum ciuibus & incolis regni liberè negociari: & proceribus, nobilibus, ec-leſiaſtis, aurum, gemmas, ſericum & alias merces vendere: Nec ad certum & de-nitum precium ſuis mercibus imponendum, vel in regno eas relinquendum co-, ſed liberè eas exportare liceat: Iuſtitia petentibus in regno expeditè admi-iſtretur: Mortuorum bona intra annum & diem, poſt acceptum mortis nuncium, gitimis hæredibus petentibus, abſq; vlla defalcatione relinquatur; Ita tamen, debita, ſi qua defunctus in regno fecerit, prius perſoluantur: Bona naufraga in oto regno mercatoribus recolligere, à præfectis illibata, fas ſit: Merces à nautis l miniſtris luſu aleæ, libidinibus, alijſue modis illicitis alienatas, Domini merci-, apud quemcunq; eas inuenerint, repetere, & ad ſe recipere, ſine vllius impe-mento poſſint: Defenſionem ciuibus Hanſæ, eorumq; miniſtris in regno legi-mam aduerſus quoſcunq; rex præſtet, nec iniuſtè lædi à quoquam ſinat, nec vim is iniuſtam adferentes in ſuo regno ferat. Poſtremò exortis inter regem & ciui-tes controuerſijs, vtrinque quatuor arbitri delecti, certo loco vtriq; placente, onueniant, & plenam poteſtatem ex æquo & bono eas componendi habeant.

His ad Regem Ericum perlatis, cùm ille nihil reſponderet, ac nihilominus aues Lubecenſium Nerua redeuntes, hoſtiliter captas, Reualiam & Stockholmiã uci, ac merces omnes in fiſcum redigi curaſſet: ad Cæſarem quoq; Ferdinandũ electores ex comitijs Francofurtenſibus ad Mœnum per literas, pro Lubecenſi-us intercedentes, prolixè expoſitis cauſis & prætextibus ſpecioſis, factum ſuum efenderet, & nulla in re gratificari, aut cedere decreuiſſet: cauſam Lubecenſibus alijs rationibus priuilegia & iura ſua defendendi, & bellum vnà cum Daniæ re-aduerſus Suecum gerendi præbuit. Quod ſequenti mox anno cœptum, poſt o-ennium demum pacificatione Stettinenſi finitum eſt in qua, priſtinam vecti-alium immunitatem & aliorum aliquot veterum priuilegiorum vſum tandem ecuperarunt. verùm anno mox vertente, belli Moſchici prætextu, iterum pri-ati ſunt. Qua de cauſa præcipuè conuentus ciuitatum Hanſæ hoc anno inſti-utus eſt.

M.D.LXXII. 1561. 1562. 1563. 1570. 1572.

1D LXXII. BERGAE in Norvvegia, huc vſque veteris emporij veſtigia expreſſiora quàm alibi remanent: tametſi ſub rege Chriſtiano III. cùm Danica nobilitas ipſa negociari, mercibus à ſe coëmptis, & in naues proprias impoſitis, ac in Belgicum, aliaſque nationes emiſſis, cœpiſſet, multum decedere ciuitatibus viſum eſt. Itaq; crebrò ad regem Chriſtianum, Bremenſibus inprimis ac Dauentrienſibus negocium vrgentibus, miſſi legati, Priuilegia per priores Daniæ reges ciuitatibus data violari, grauiſſimè queſti ſunt. Tandem verò Rex, ſe Priuilegia & libertates, quas à ſuis anteceſſoribus ciuitates haberent, ſeruare & confirmare velle reſpondit, modò exempla Priuilegiorum ipſi authentica á ciuitatibus exhiberentur. nam in bello Danico anni milleſimi quingenteſimi viceſimi tertij plurimas ex archiuis ſuis literas & monumenta per regem Chriſtianum II. auecta & amiſſa eſſe. Etſi autem ciuitates, quæ omnes ſuas conſuetudines & libertates, in quarum poſſeſſione tranquilla tot annos fuiſſent, retinere cupiebant, inuitæ deſcripta priuilegia regi tradebant: tandem tamen in conuentu Lubecenſi, literarũ, à Daniæ & Sueciæ regibus Hanſicæ ſocietati datarum exempla prælecta, & ſequenti anno, per legatos, Daniæ regi miſſa ſunt. Qui confirmationem, vt ciuitates petebant, tum quidem diſtulit. Cumq; multa ciuitates, contra ſcriptorũ priuilegiorum tenorem, iura & libertates ſibi in regnis ſuis vendicare, poſtea reſpondiſſet: non modò Nobilitatis Danicæ Nauigationes non inhibuit: verùm etiam opificum collegia, quæ mercatores Bergæ ſuis domicilijs adiuncta, communi ſecum libertate frui patiebantur, aboleuit. Emporium tamen ipſum & priuilegia illius, à ſuis maioribus data & confirmata, ſe quoq; regia fide ſeruaturum eſſe oſtendit.

1550.

1557.

1552.

1558.

Hæc de quatuor Emporijs ſocietatis Hanſicæ (der Handelsſtedt) præcipuis, hoc loco collegi: quibus Inſignia domorum ſingularum, quæ contoria vocarunt, adſcribam, quæ vir & poëta bonus, Henricus Mollerus Heſſus, amicus meus, in Gymnaſio Dantiſcano, olim deſcripſit.

1566.

LONDINI IN ANGLIA.

Londinum, vario quod Tameſis alluit æſtu, Fert Aquilam clypeo ſub bicolore nigram.
Hæcq; caput geminum campo ſuſtollit in albo, Sed geminos rubeo figit in orbe pedes.
Auratum collo diadema coharet vtroq;, Quale coronatus Cæſar habere ſolet.
Et ſuper incumbit venerandi inſigne Monarchæ Cum rutilâ Mali forma rotunda crucẽ.

BRVGAE IN FLANDRIA.

In clypeo bicolore, biceps bicolorq; volucrum Regina, eſt ſignum Flandrica Brugitũ.
Altera pars Aquilæ ceu flauet, & altera nigra eſt, Ceu ſinº hic clypei flauº, & ille niger.
Sic Aquila in medio qua pectore clara niteſcit, Hunc illamq; pari Stella colore refert.
Attamen haud coeunt in eadem ſede colores, Sed retinent iuſtas in ſtatione vices.

NEOGARDIAE IN RVSSIA.

Moſcorum pingues Neogardia nota per agros, Orbe gerit tales in bicolore notas.
Dimidiam imperij volucrem, pes cuius & ala, Diſſectoq; nigrum lucet in orbe caput.
Dextera pars clypei tenet hanc, ſpectabilis auro; Cæruleus ſuffert arma ſiniſtra locum.
Scilicet argento ſplendentem dirute clauem Ianitor vt cæli Petrus habere ſolet.

BERGAE.

Norvvegia quoq; Berga caput bicoloribº armis Gaudet, & hæc laudis fert monimenta ſuæ.
Dimidiam, formâ penitus nigricante, volucrẽ, Dicitur ætherea quæ dare tela Ioui.
Hoc dextrum clypei latus eſt, ac fulget vt Aurũ, Altera pars veluti purpura Coa rubet.
Atq; loco capitis Salpam diadema gerentem Portat, hyperboreæ dona beata Maris.

Nunc

Nunc ad inſtitutam Chronici ſeriem redeo, in qua Conuentus ciuitatum M.D.LXXII.
inſæ celeberrimi, hoc anno Lubecæ celebrati, deliberationes & decreta, de
gulis capitibus, initio huius libri propoſitis, etſi ex Protocollo mecum cõ-
micata habeo: tamen cùm eorum recitationem calumnijs quorundam obno-
m fore intelligam, conſultò his ciuitatum negocijs præſenti loco omiſſis, alia,
æ tum ἀξιολογώτερα euenerunt, annotabo.

Fridericus enim Daniæ Rex, Sophiam, Vlrici ducis Megapol. & Eliſabethæ
itæ ſuæ filiam, ſedecim annorum puellam, in matrimonium duxit, celebratis
ſniæ nuptijs, quibus Saxoniæ princeps elector Auguſtus, cum coniuge Anna, 20. Iulij.
onſi ſorore, Vlricus dux Megapol. ſocer, & Ioannes ſenior Holſatiæ dux, ſpon-
atruus, interfuerunt. Adolphus Holſatiæ dux eo tempore aduerſus VVilel-
m Auraniæ principem, in Belgicum cum exercitu redeuntem, Ferdinando du-
Albano, regis Hiſpaniarum nomine Belgici præfecto, vnà cum alijs aliquot Sa-
nlæ principibus, Erico iuniore duce Brunſuicenſi, Ottone comite Schavven-
rgenſe, Salentino archiepiſcopo Colonienſi, & cæteris militaturus, prõfectio-
m apparabat, quam 2. Auguſti, Albim cum quinque turmis equitum tranſi-
s, ſuſcepit.

Belli autem in Belgico renouati occaſio hæc fuit. Albanus, domito iam &
ſeruitutem prorſus redacto, vt ipſi videbatur, Belgico, ſecurus, decimi denarij
nnium rerum venalium tributa perpetua (à quibus vt liberarentur Belgæ, pro-
mo biennio vicies centena millia aureorum alijs rationibus collecta Albano
luerant) denuò vrgebat, & inuitis ac repugnantibus vi imponere tentabat;
uam perniciem totius mercaturæ publicam, vt reliquam Albani tyrannidem,
n Geuſij ſolum exules, ſed pleriq; etiam Pontificij proceres & ciues, abomi-
bantur, ac extrema omnia ſe ſubituros potius, quàm illa laturos, amicis o-
ndebant. Vranius igitur & cæteri exules, hac animorum alienatione ab Al-
ni & Hiſpanorum tyrannide animaduerſa, & reginæ Angliæ, & Galliæ etiam
gis, vt ſibi perſuadebant, fauore & auxilijs freti, vindicare Belgium ab Hiſpa-
s, & in priſtinam libertatem reſtituere moliuntur. ac primùm exules quidam,
ice VVilelmo comite Lummeo, (Ioannis filio, Ioann. nepote: VVilelmi, fra-
s Roberti Sedani & Erardi Arenbergij, pronepote) ex Anglia progreſſi, Brie-
n Hollandiæ oppidum, ad Moſæ oſtium, Delphis vicinum, occupant, deinde Cal. Apr.
ſſinga, Enchuſia, & aliæ vrbes ſe eis coniungunt. Ludoicus Naſſouius, Vra-
) frater, ex Gallia, cuius regem ſibi amicum rebatur, mouens, Montes Hanno-
æ ſingulari ſtrategemate in poteſtatem ſuam menſe Maio redegit. Vraniæ prin-
ps, ad Duisburgum, Cliuiæ oppidum, Rheno tranſmiſſo, Ruremundam obti-
t, & Louanium ac Mechliniam deditione accipit, cùm Albanus fratrem Ludoi-
m Montibus obſideret, & auxiliares Gallorum reform. Relig. copias, auxilio
bſeſſis venientes, à rege ipſo proditas, deleuiſſet. Carolus enim IX. Galliæ
x, cùm ſummam erga principes & nobiles Reformatæ religionis, Henricum
gem Nauarræ, Henricum principem Condæum, Caſparum Caſtilioneum A-
yrantem, principem Rochefaltium, Telignium Caſtilionei generum, Beauſiũ,
iquemaldum, Subitzam, Pilleum & cæteros, beneuolentiam & fidem proximo
nnio ſimulaſſet, & varijs literis ac nuncijs Lutetiam, ad Henrici regis Nauar-
, cui ſororem ſuam Margaritam deſponderat (qua velut Muſcipula ſe ad Hu-
motos capiendos vſum, poſtea rex iactitauit) Nuptias celebrandas euocaſſet: 21. Auguſt.
e Bartholomæi illuceſcente, cunctos cum coniugibus & liberis, & omnes refor-
atæ religionis in tota vrbe proceres ac ciues, nulla ſexus aut ætatis ratione ha-
ta, immaniter in ſuis domibus & lectis trucidari iuſſerat. Hæc dira laniena a-
quot dies continuos durauit, quibus aliquot millia hominum (& in his
trus Ramus, excellenti doctrina & eloquentia profeſſor Regius,) vnâ
a in vrbe cæſa ſunt. Lugduni verò, Toloſæ, Rhotomagi, & in cæteris
mnibus regni prouincijs, ad decem millia nefario furore & rabie trucidata
feruntur.

M.D.LXXII. Primus autem lanienæ Parisiensis impetus, in Caspari Castilionei Amiralij ædes factus est, quem biduo antè ex arce descendentem, sclopetti ictu in vtroq; brachio grauiter vulneratum, Rex Reginaque mater pridie inuiserant, blandissimeq; consolati erant: Hunc, inquam, mane in lecto decumbentem, multis vulneribus confectum, per fenestram in vici pauimentum proiecerunt; statimq; caput à trunco præcisum, vt Romam ad Pontificem mitteretur: manus etiam & pudenda excisa; & mutilatum corpus per omnes vrbis vicos contumelioſè raptatum, tandem extra vrbem ad damnatorum furcas delatum, ibique reste per pedes ad maius ludibrium traiecto, suspensum est. Quod his ipsis verbis Gallicus scriptor commemorat. Mortui famam pontificij carminibus etiam probrosis lacerare conati sunt, inter quæ inprimis argutum est Io. Auratæ Epigramma. Econtrà Reformatæ Religionis viri docti, honorificentissimis eum elogijs prosecuti sunt, ex quibus vnicum epitaphium, in quo PIETAS & AMYRALIVS colloquuntur, adscribo.

P. *Ille Dei miles iacet Amyrallius, armis*
Omnibus inuictus, victus ab insidijs.
Sic ego te video, dolor, ô dolor! ergo iacentem?
A. *Sic iaceo, non me, vera, tacente, iacent.*
P. *At quis erit, sanctum qui nunc propugnet ouile?*
A. *Ipse suum tutum Pastor ouile dabit.*

Versus numeralis, annum & diem cædis nefandæ indicans:

BartholoMaVs fLet, qVIa FranCICVs oCCVbat At Las,
Gallica nunc verè Punica facta fides.

26. Septemb. Cùm VVilelmus Auraniæ dux, à Galliæ rege desertus & proditus, vi depellere Albanum à fratris obsidione non posset: Ludoicus incolumitatem sui ac suorum pactus, Montes Albano dedidit. VVilelmus in Hollandiam & Selandiam se recepit, quas regiones deinceps, Deo iuuante, integras in potestatem redegit, & aduersus Hispanos defendit. Adolphus Holsatus, exeunte anno, in Saxoniam reuersus est.

Paulò ante truculentam illam Parisiensem lanienam, Sigismundus Augustus
7. Iulij. Poloniæ rex, ex Lithuanica Iagellonum principum familia vltimus, ætatis anno 52. decesserat, cùm ex duabus coniugibus sororibus, regis Ferdinandi filiabus, Elisabetha anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, & Catharina 1553. ductis, hæredes nullos reliquisset. In Anglia, Thomas Hauardus, dux Nortfolciæ, qui cum Regina Scotiæ matrimonium inire, non consulta Regina Angliæ, volebat, in custodiam datus est. ex qua dimissus, ad priora consilia rediens, cum Rodolpho Italo, Papæ nuncio, collocutus, & binis à Papa literis acceptis, contra Reginam duce Albano & multis nobilibus Anglis sibi adiunctis conspirauit. Ideò supplicium de ipso huius anni initio sumptum est. Elisabe-
16. Ianuar. tha, Henrici ducis Luneb. filia, Ernesti soror, Carolo Geldriæ duci olim nupta, cùm 34. annos superstes marito vixisset, tandem anno ætatis 80. ex his terris decessit. Hieronymus VVellerus, Theologiæ Doctor, vir optimus, & Luthero olim, ob veræ pietatis zelum & doctrinæ ac morum sinceritatem, carissimus, Fri-
10. Martij. bergæ Mysorum, anno ætatis 73. pijs & ad migrationem paratis optatissimo mortis genere, Apoplexia in lecto extinctus est. Ante Hieronymum VVellerum vno mense, Matthias Marcus Dabercusius, vir optimus & doctissimus, cuius de Grammatica Græca & latina libri eruditè & copioſè scripti extant, ex Suerinensi Schola illustri, quam postremis viginti vitæ annis rexerat, in cœlestem Academiam euocatus est, 17. Febr. Is senex cum Augusto alloqui Iuniores poterat, *οὐτε νέοι γέροντος, ἀ νέοις γέροντας ἤκουσαν.* nam docere alios prorsus adolescens, Clementissimum virum Ioannis Riuij *συνέργον*, Annebergæ cœpit, vbi C.I.L. VV. Georgium Fabricium, Adamum Siberum, Hiobum Magdeb. Poëtas & *φιλολόγους*: Casparum Næuium, Io. Chentmannum Hier. Oderum medicos, Antonium Carchesium, Ambr. Schurerum Iurec. in latinis ac Græcis literis audito-
1527. res ha-

es habuit. Postea Snæbergi, Fribergæ, Misnæ, eiusdem Riuij Collega; Sue- M.DLXXII.
inum tandem ab Illustriss. Duce Ioanne Alberto vocatus, anno militiæ suæ
cholasticæ 45. iam peracto decedens, generum sibi natiua bonitate, doctrina
& virtute simillimum, BERNARDUM HADERICUM in schola successorem, vestigijs
oceri fideliter ac feliciter insistentem reliquit.

Exeunte anno, Stella noua, sub Cassiopeæ asterismo, primùm à nobis con-
pecta est, quæ cum pectore & coxa Cassiopeæ & lucida sedis, quadratum de-
gnans, immota diutius anno constitit. Sed cùm initio Iouem magnitudine &
ulgore æquaret, paulatim attenuata, & initio anni millesimi quingentesimi se-
nagesimi quarti, prorsus extincta est.

Calendis Ianuarij, Ioannes Moschorum Tyrannus, cùm M. D.
iora bella per Legatos in Liuonia gessisset, ipse cum duobus filijs, arcem VVit- LXXIII.
elstein, sexto obsidionis die, vi expugnauit, & inaudita sæuitia in capros ita
rasatus est, vt Ioannem Boy præfectum arcis, & nobiles aliquot Suecos & Li-
onos, veru alligatos ad ignem assarit. Postea Nouogardiam cum parte exer-
itus redijt, vbi sobrinam suam Mariam, Andreæ filiam, Magno Holsatiæ duci
n matrimonium dedit.

Basilius anno 1400. floruit.

Basilius cæcus — Georgius.

Ioannes Magnus, qui primus se Monarcham totius Russiæ scripsit. ⊕ 1505.

Demetrius. — Andreas.

Basilius, qui Plescouiam 1509. & Smolensco 1514. occupauit. ⊕ 1535.

Andreas — VVoldomirus.

Ioannes, præses Moscouiæ tyrannus.

MARIA, Magni ducis Holsatiæ vxor.

Interea reliquæ in Liuonia 16000. Moscorum copiæ, ad Lodam omnia
opulantes; virtute Nicolai Achazij, Suecorum ducis, partim cæsæ, partim dis-
patæ, & insignis victoria de Russis parta, & præda recuperata est.

In Saxonia, Ciuitas HAMBVRGENSIS, multos iam annos, in Albi, ius restrin-
endi seu prohibendi exportationem frumenti, omnibus ad vtranque fluminis
pam infra vrbem per 18. milliaria vsq; ad illius ostium incolentibus, sibi vendi-
at, & collocata in Albi perpetuò excubante Naui præsidio militum & tor-
entorum apparatu instructa, enauigaturos cum frumento Albis accolas sursum
amburgam tendere cogebat. Cùm igitur hoc anno aliquot VVilstriorum
Crempensium Marsorum, Regi Daniæ subditorum, nauigia, per Storam flu-
um in Albim, mare versus frumentum vehentia intercepissent, & Hamburgam
uxissent: Rex Daniæ vicissim omnes Hamburgensium Naues, in Hellespontо
unico, & Bergæ in Norvvegia, ac cæteris regnorum suorum portubus depre-
ensas, circiter triginta, aresto integrum sexennium retinet, omniaque ciuium
amburgensium commercia in suis regnis impedit ac prohibet. Etsi autem vá-
s medijs, per electorum & principum intercessiones, & iudicij Cameræ, cui
tione Albis fluminis Imperij, de cuius iuribus controuersia erat, Regem princi-
em Holsatiæ subiectum esse rebantur, citationes & mandata, recuperare amis-
, vel ex æquo & bono cum rege transigere cupiebant: tamen animum regis,
iod contra Transactionem cum Hamburgensibus initam egisse regem, & nullam 1562.
tusam tantæ asperitatis ac violentiæ erga ciuitatem Hamburgensem exercendæ
istam habuisse, apud Cæsarem & principes Imperij questi essent, magis etiam
acerbabant, & indignationem augebant, donec Augusto Saxone socerio,
Vlrico Megapolitano regis socero, intercedentibus, Flensburgi tandem
omissis Regi centum millibus Ioachimicorum, & libera subditis regijs 1579.

M. D. LXXIII. exportandi frumenti facultate relicta, donec principalis causa de Iure restringendi in Albi, ad vlteriorem tractationem reiecta, amicè vel iure componeretur, Regi reconciliati sunt.

Vrbis Rostochij mœnia, meridiem versus, ad hortum Rosarum, vbi Arx, fossis & aggeribus munita, per principes Megapol. ædificata, & Imperatori, saluo vtriusq; partis iure, velut sequestro, tradita erat, adhuc patebant. Initio anni VVismariæ per Imperatorem & electorem Saxoniæ & Brandeburgici ac Ciuitatum vicinarum legatos intercessores, Transactio tentata est. vbi Rostochienses, si priuilegia sibi à maioribus ducum Megapolitanorum data, salua relinquerentur: annuos bis mille Ioachimicos se principibus daturos promittebant. Principes verò, se non pecuniam, sed obedientiam à subditis suis flagitare ostendentes, multa, quæ non ferenda Rostochiensibus legatis videbantur, petebant. Itaq; re infecta discessum. Cùm autem permissu Imperatoris inter vrbem & Arcem pali ligneî arctè stipati erigerentur, quibus tanquam vallo vrbs iterum claudebatur: principes apud Daniæ regem egerunt, vt portum Rostochiensem ad VVernamundam nauibus armatis, mense Iunio, obsideret. Principes à terra commeatuum importationem, equitibus aliquot in vicina oppida collocatis, & quotidie circa vrbem vagantibus, prohibebant. Sed duris vt ilex tonsa bipennibus ab ipso ducit opes animumq; ferro: sic eo tempore Rostochienses, Rege Daniæ & principibus suis pariter hostilia aduersus se molientibus, non consternati, sed singulari animorum magnitudine, constantia & vigilantia in rebus aduersis, omnia ad defensionem vrbis comparabant, & se honestè morituros potius, quàm turpiter priuilegia & libertatem à maioribus acceptam sponte tradituros esse profitebantur. Interea missis ad principes Ioannem Albertum & Vlricum, comitia ordinum ducatus Sternbergæ habentes, Rectore tum Academiæ DAVIDE CHYTRAEO & IOANNE POSSELIO, Academiæ nomine intercessuris; priuatim ordines prouinciæ, per literas, de antiquis fœderibus inter nobilitatem & ciuitates, si alteruter ordo à principibus iniustè grauetur, admonent, earumque exemplum, nulli tum ferè notum, mittunt, ac pollicentur, se deinceps ad communia prouinciæ onera cum cæteris ordinibus contributuros, & de priuilegio exemtionis suo cessuros esse. Orant igitur, vt apud principes intercedant, & controuersias ex æquo & bono componant. Nobiles & cæteri prouinciales, cùm, bello grauiore exardescente, toti ditioni grauiora incommoda accersi viderent: ostendunt principibus, se inter eos & ciuitatem Rostochiensem, de controuersiis vtriusq; partis voluntate amicè componendis, acturos esse. Id cùm permitterent Principes, Gustrouij tractatio per Delectos ex Nobilitate suscepta, & DEO mirabiliter exitum gubernante, omnia ad ciuitatis Rostochiensis voluntatem & nutum, multò felicius, quàm expectare & optare ausi fuissent, confecta sunt. Nam non solùm libertatem, demolita & solo æquata arce, & mœnibus ac munitionibus vrbis refectis, & priuilegia omnia, ac in his merum & mixtum in vrbe sua Imperium, & Iurisdictionem omnimodam recuperarunt: verùm etiam de Iure Patronatus, quod antea in quatuor ecclesijs parochiarum vrbis, ad D. Iacobum, Nicolaum, Petrum, & Mariam virginem, absq; controuersia (nisi quòd de D. Mariæ templo disputabatur) principes tranquillè hucusq; vnà cum ædibus parochiarum tenuerant; Ius nominandi, eligendi, vocandi, & instituendi in domos parochiarum à se vocatos ministros, pastores, & superintendentem, adepti sunt. Cùm principes nihil præter vmbram confirmationis sibi retinerent, quæ paulò pòst magis etiam extenuata est, cùm principio simpliciter, & sine vlla difficultate & mora confirmare à senatu indicatos & ministerio approbatos debere, declaratum est. Econtrà, quæ principes sibi in vrbe deberi contendebant, Ius patronatus in cœnobijs S. Crucis & Ioannis: ius collectandi & Accisas imponendi: Ius appellandi à Senatu ad iudicium Principum: restitutio curiæ cœnobij Dobberanensis: potestas dandi priuatis ciuibus in vrbe à senatu iniustè oppressis saluum conductum: Iurisdictio ecclesiastica: Consistorium: Ius visitandi: Item, vt

Mense Apr.

14. Iulij.

lites

ites de prædijs inter ciues exortæ ad iudicium principum deferantur, & ne præ- M. D.
lones in alterius iurisdictione à Rostochiensibus comprehensi deinceps alio ab- LXXIII.
ducantur, &c. Hæc omnia indefinita & suspensa, tum relicta, & in compromis-
sum sepositasunt, in quo, vtriusque partis iuribus, documentis, testimoniis, pro-
ductis & disputatis, finito processu, Acta vtriusque partis consensu ad Cameræ
udices iudicanda mitterentur, & in eorum sententia vtrinque partes acquiesce-
ent. Hæc à principibus recepta sunt, cùm Rostochienses antea, se principes pro
uis hæreditarijs dominis agnoscere velle, & in literis ad principes adscriberé, Da-
um in Cels. V. vrbe Rostochio, & Cels. V. Hæreditarij subditi Consules & Sena-
us Rostoch. ipsi & ciues etiam singuli primùm recipiendi certa formula principib.
& Senatui fidelitatem iurare: & Senatus accusatus coram principibus respondere:
& Senatus ac ciues certa die in foro Rostochiensi sub dio deprecari culpam admis-
sorum aduersus principes, & decem millia aureorum pro Arcis demolitione sol-
uere, recepissent. Exortis autem nouis offensionibus & controuersijs, neutra
pars vi aliquid tentare, sed in iudicium Cameræ eas deferre, & iuris definitionem
expectare iubebatur. Hæc solennibus literis comprehensa, obsignata, & sub-
scripta sunt Gustrouij, die Matthæi. Quem singulis annis vertentibus deinceps
acrum & Triumphalem, cantico triumphali, Te Deum laudamus, omniumque
ocalarum sonitu concinente, in vrbe solenniter celebrant, ac pro miranda & in-
sperata hac liberatione ex tristissima seruitute, in quam amissa libertate & vrbe
psa in principum potestatem tota redacta, inciderant; eluctati, gratias Deo ar-
dentes meritò confitentur.

In superiore Saxonia, Ioannes VVilelmus Saxoniæ dux, Iohan. Friderici
lectoris filius, bello misero fataliqúe perfunctus, in morbum lethalem incidit,
quo ex perpetuis huius vitæ ærumnosæ angoribus & curis, anno ætatis 43. libe-
atus est. Mox Elector Saxoniæ, vt proximus illius agnatus, tutelam pupillo-
um, ac totius ditionis administrationem suscipit. Theologi verò nonnulli, pro-
essoresque alij, plurimi item ministri Ecclesiarum, corpori doctrinæ Misnico
ubscribere recusantes, discesserunt. Conatus est enim Elector, distractas Ec-
lesias Turingiæ & Misniæ cum VVittebergensi & Lipsensi Academijs in con-
ordiam reducere. Sed ea non annum integrum firma durauit; cùm sequente sta-
im anno Elector Saxoniæ, suos præcipuos Theologos (quorum causa potissi-
ùm hac in Turingicarum ecclesiarum ministros seueritate vsus erat) ex Acade-
mia VVittebergensi dimitteret, ac exules in Turingiam multos redire clementer
concederet.

Barnimus senior, dux Pomeraniæ, Bogislai X. filius, iuniorum ducum Po-
meraniæ patruus magnus, postridie Calend. Nouemb. Oderburgi prope Stetti-
um, anno ætatis 71. decedens, totam vlteriorem Pomeraniam, à Viadro ad Le-
bam fl. vsque, & Dantisci fines, fratris sui Georgij nepotibus quinq; diuidendam
eliquit, cùm filios ex se natos nullos haberet: Filiam verò Mariam, Ottoni co- 1544.
miti Schavvenburgensi, cis Visurgim potenti: Dorotheam, Ioanni comiti Mans- 1554.
eldico, Alberti filio, elocauerat. Hedvvigis, Sigismundi Poloniæ regis, & Bar-
aræ Cepusiensis filia, Ioachimi II. elector. Brandeburg. coniunx, anno proxi-
no post maritum Reppini extincta est.

In Belgico, Hollandi & Selandi, Hispanorum iugo excusso, fortiter se ad- 21. Aprll.
ersus Albanum defendunt. Flissingenses prælio nauali Sanctium Dauilam vin-
unt, Enchusiani classem Albani, aduersus se ductam, profligant, mense Octo-
ri. Alcmaria Fridericum Albani filium ab obsidione pellit. Mons Gerdrudis
iam, & munitissima VValachiæ arx Rammelia in Vranij potestatem venit. Hat-
mum verò, continua septem mensium obsidione fatigatum, & fame tandem ex-
ugnatum, Hispanis deditur. ad quam vrbem VVilelmus baro Bateburgensis,
ommeatum inferre conatus, fortiter dimicans cum suis interfectus est. Dux 13. Iulij.
lbanus, Belgicum, quod pacatum & quietum ante annos septem ingres-
s erat, perturbatissimum relinquens, mense Decembri in Hispanias in-
glorius,

M. D. LXXIII. glorius reuertitur. cùm ſucceſſor ipſi à rege conſtitutus eſſet Ludoicus Requeſenius dux de Ceſa, commendator ordinis S. Iacobi, qui in primo gubernationis aditu, Middelburgum Selandiæ metropolin, Vranio obſidenti deditum, amiſit.

1574. Hildeſienſes, Erneſtum ducem Bauariæ, Alberti filium, Epiſcopum eligunt, qui poſtea Leodienſis etiam & Colonienſis archiepiſcopus creatus eſt.

9. Februar.

Poloni, Henricum Andegauenſem, Henrici II. Galliæ regis filium, Rupellas in Xantomibus tunc obſidentem, Poloniæ Regem deſignant. Quæ electio per tredecim Oratores, quorum epiſcopus Poſnanienſis, & Albertus Lasky Syradienſis palatinus, principes erant, in caſtris ad Rupellam Henrico annunciata; occaſionem liberandæ à diuturna & grauiſſima obſidione vrbi, diuinitus oblatam, & paci ac exercitio Religionis libero, Rupellanis, Montalbanis, Nemauſenſibus, & Sancerranis itidem grauiſſima obſidione & fame hactenus adflictis, permittendo, præbuit. Electus Poloniæ Rex, Lutetia digreſſus, per Lotharingiam, Nemetas, Vangiones, Franconiæ, Turingiæ & Saxoniæ fines, & marchiam Brandeburgicam, exeunte anno ad Poloniæ limites acceſſit. Cracouiam verò ſolenni pompa ingrediens, die Matthiæ, in ipſa Bacchanalia incidente, corona regni inſignitus eſt.

9. Maij.

28. Septemb.

18. Februar.

Iſvarenſem in extrema orientalis Friſiæ ora, ditionem quæ ad ortum Iada fl. Viſurgi ſe miſcente; ad boream duabus inſulis deſertis & Oceano Germanico; ab occaſu, Eſenſi & VVitmundenſi territorio finitur: Ioannes comes Aldenburgenſis, Antonij filius, gubernare cœpit, traditam ſibi à MARIA Domina in Ieueren, quæ virgo, cùm amplius 40. annos patrium ducatum, ſub Burgundicæ aulæ patrocinio, rexiſſet, biennio ante mortem, Ioannem conſobrinum ſuum in poſſeſſionem illius collocaſſet.

Gerardus comes Aldeburg.

EDO VVimmeke gener Gerardi comitis Aldeburgici anno 1498.	Heilvvig, ſoror Ioannis comitis Aldeburgici.	Ioannes comes Aldeburgenſis.
MARIA Domina in Ieuern, Ioannem, auunculi nepotem, hæredem inſtituit.		Antonius comes Aldeburgenſis.

IOANNES, qui Mariæ ſucceſſit 157[illegible]

Exemto, paucis menſibus pòſt, rebus humanis Antonio, comite Aldeburgenſi patre, idem filius IOANNES in patrio principatu ſucceſſit. Qui cùm anno 1540. natus eſſet, Puer, ad ſobrinum Daniæ regem Chriſtianum III. miſſus, cum filijs regijs, in pietatis & literarum ſtudijs inſtitutus eſt, mortuo Chriſtiano, militiæ ſtudijs ſe dedidit, & Friderico II. Iuueni, Daniæ regi, & patruo illius Holſatiæ ducibus, bellum in Ditmarſos gerentibus, quindecim vexilla peditum, cum patre Antonio adduxit: & Regi agnato & cæteris principibus animi magnitudinem & fidem ac fortitudinem Heroicam ita probauit, vt magis ob virtutem, quàm propinquam ſanguinis coniunctionem deinceps diligeret.

1559.

Itaq; in graui & diuturno aduerſus Ericum Sueciæ regem bello, FRIDERICUS cum toto quadriennio commilitonem in caſtris fidiſſimum habuit. Inde ad obſidionem vrbis & arcis Gothanæ profectus, Auguſto electori Saxoniæ, ſummo bello illius Imperatori, ita ſe commendauit, vt eum deinceps, cum fratre Chriſtiano, aliquot annos ſecum in aula Dreſdenſi retineret.

1563. 1564. 1567.

Cùm autem defuncto patre ad Gubernationem patriæ accederet: prima veræ religionis & piæ Eccleſiarum conſtitutionis cura fuit. Itaq; euocato ex [illegible]ce Guelforum Nicolao Selneccero, Iulij ducis Brunſvvicenſis tunc Superintendente, eccleſias ſuarum ditionum inſpici, & ordinationem eccleſiaſticam de doctrina & ritibus certam, conſcribi curat. Quam à paſtoribus primùm delibera[illegible] ac expendi, & probatam ac ſubſcriptam, deinceps Normam eſſe omnium in [illegible]cleſ[illegible]

esia Agendorum, & totius administrationis ecclesiasticæ, in Aldenburgensi Del- M. D.
enhorstano & Ieuerensi comitatu voluit. Huius custodem ac executorem præ- LXXIII.
ouum superintendentem constituit. Scholas etiam & literarum studia, Aldebur-
& Ieueriæ illustris hic comes, collegis docentibus, & ædificijs ac stipendijs ne-
sarijs fundauit & Bibliothecas adiunxit, & aliquot diligentes ac ingeniosos a-
lescentes suo sumptu in Academijs fouit. Pauperum curam, erectis Noso-
chijs, suscepit, deniq; in tota gubernatione pius, clemens, iustus, moderatus
placidus, & in priuata vita sobrius & castus fuit. Coniugem duxit Elisabe-
am; Guntheri comitis Suartzburgici filiam, ex qua generosæ indolis filium
ntonium Guntherum, & filias, Annam Sophiam, Mariam Elisabetham, Catha-
nam & Magdalenam ab incunabulis in vera pietate educatas, sequentibus annis
scepit. Subditos in tranquillo ocio & pace toto gubernationis tempore tu-
us est, cùm vicini, incursionibus militum assiduis, & alijs expilationibus, mi-
simodis vexati exhaurirentur. Auxit etiam ditionem, memorabili accessione
rarum, ingenti labore, & singulari felicitate, aliquot mille iugera, aquis Ocea-
& ladæ ac Visurgis prius obruta, ex medijs vndis & fluctibus marinis eruta, tàm
Ieuerensi, quàm Aldeburgica ditione, in sicco posuit, & aggeribus validissi-
is obiectis circumuallauit, vt coli deinceps ac conseri, vel in pascua vel pra-
pinguia conuerti possint. cui verè Herculeo labori, vt deinceps etiam DEVS,
emadmodum hactenus fecit, clementer benedicat, ardentibus votis precan-
m est.

ANNO M. D. LXXIIII. ineunte, in Liuonia, M. D. LXXIIII.
Nicolaus Achazius, & Pontus de la Gardia, Suecorum regis duces, cum Ger-
anis & Scotis circiter 5000. qui, superiori anno Reualiam venerant, ad recu-
randum VVesenbergum, medio inter Reualiam & Naruam itinere situm, pro-
ti sunt. vbi cùm tres menses desedissent, & aliquot oppugnationes irrito co-
tu tentassent: tandem orto in castris Suecorum, inter Germanos & Scotos, in-
stino prælio (in quo 1500. Scoti perierunt, reliqui cum suis vexillis ad Rus-
s, VVesenbergum tenentes, transfugerunt) re infecta Reualiam, mense Apri-
, redierunt. Russi, sequenti æstate & hyeme, totam Harigiam, vsq; ad portas
ualiæ, assiduè peruagati, omnem exeundi & introëundi facultatem illis ade-
erunt, & homines ac iumenta abduxerunt. Eandem equites Liuoni, quibus
stipendijs debitis Suecus arces Habsel, Lode & Leal, tradiderat, in suæ vici-
æ rusticos immanitatem, omnia diripientes, exercuerunt.

Rostochij, duces Megapolitani, Ioannes Albertus & Vlricus, deprecante
b dio senatu & ciuibus, & præteritarum offensionum veniam petente, Tran-
tionem superiore autumno Gustrouij factam perfecerunt, & Iuramentum Fi-
litatis ac obedientiæ nouum à Senatu & ciuibus accipiunt, & arcem munitam
meridionalem vrbis portam, ante octennium extructam, ciuibus demolien-
m cedunt; cùm paulò antè, VVilelmo duce Iuliacensi & Cliuensi, ex Borussia
duce, Rostochium transituro, omnes platearum, à via regia per quam trans-
ndum erat equitatui, abscedentium aditus, catenis & trabibus obiectis, Ro-
chienses, quantumuis prohibentibus & minantibus principibus suis, clau-
lent. Deduxerat Iuliacensis, superiore autumno, filiam Mariam Leono-
m, per Francofurdiam ad Viadrum, & Poloniam, ad sponsum Borussiæ du-
m, ALBERTVM FRIDERICVM, ALBERTI primi Ducis Borussiæ fi-
am, vicesimum primum ætatis annum agentem, qui tum in ipso nuptiarum ap-
ratu in mentis ægritudinem incidit: qua aliquot annos durante, Curator
ius à Rege Poloniæ post triennium datus est patruelis, GEORGIVS FRI-
ERICVS marchio BRANDEBVRGICVS, ANSBACHIAE in Franco-
ia propè NORIBERGAM aulæ sedem habens. Ex BORVSSIA igitur per
OMERANIAM reuertens CLIVENSIS & IVLIACENSIS, ROSTOCHIVM
transiuit,

M. D. LXXIIII. transiuit, in cuius comitatu, præter alias, Ioannes VVierus, medicus illustris, fuit, cuius de præstigijs dæmonum liber in eruditorum manibus est.

Vicinus Duci Cliuensi, & Mariæ in VVestphalia comiti, deinceps Monasterienſis, Osnabr. & Pad. Ioannes comes ab Hoia, Ioannis in Suecia olim militantis, & Margaritæ ſororis Goſtaui regis Sueciæ, viduæ Ioachimi Braë, filius; VViburgi in Finnoniæ & Ruſſiæ finibus, cuius præfecturam à Goſtauo ſibi commendatam pater adminiſtrabat, in hanc lucem editus: excellenti ingenio ac eloquentia, & multarum linguarum cognitione ornatus, ex hac mortali vita tandem emigrauit. cuius vitæ hiſtoriam ſequenti Epitaphio quidam complexus eſt:

Patria VViburgum gelido ſub Finnonis axe Dat regio matrem Sueda: dat Hoya patrẽ.
Exulo Renalia, nam clauſerat vltima vita Marte pater, curis mater, vtero ferus.
Vnica principium tranſmittit Olympias aui, Sumptibus exilij mancipor inde ſcholæ.
Patria nõ minimo mihi iure reqritur Hoya, Causâ me ſtudij Gallica vidit humus.
Aſſequor Italiã, linguas mihi comparo ſeptẽ, Sors mihi ſæpè fuit candida, ſæpè nocens.
Creſcit honor, Speirã veniens, aſſeſſor agebã, Oſnabruga mihi præſule caſſa datur.
Ad Cameram iudex repetor, Suedana reuiſo Oppida: Goſtauum viſo, nec æquus erã.
Sceptra Monaſterij tandem mitrata capeſſo, Vrbs quoq; poſtremo contigit alma Pudo.
Plura mihi correcta ſtatu mutantur vtroq;, Siue fidem ſpectent talia, ſiue forum.
Me Papa, Cæſar, rex coluit, Dux, Marchio princeps, Res mihi, ſi qua fuit, principe digna fuit.
Naturæ dotes, ſicut Pandora, ferebã. Sum mihi, non alijs, ſi ferar eſſe, nocens.
Noctem Luna dedit morti, Sol addidit horã, Vix ego luſtra nouem mortuus ante diem.
Quid ſim, qd fuerim, mors exprimit, omnia feci, Sum nihil, illud ero, q mihi Chriſtus erit.

Monasterienſem in VVeſtphalia principatum ampliſſimum, Ioannis Hoienſis morte vacantem, Ioannes VVilelmus, VVilelmi ducis Cliuenſis & Iuliacenſis filius, annos duodecim natus, Collegij Canonicorum ſupremi electione adeptus eſt. Cumq; ob ætatem immaturam nondum gubernationi idoneus eſſet, Rectores diœceſeos autoritate & vſu rerum excellentes, ac in his Conradus de VVeſterholt, ſummus Epiſcopi vicarius deſignatus eſt. Cùm autem ſequenti mox anno, maior natu ducis Iuliacenſis filius, Carolus Fridericus, in Italiam, vt obſeruantiam & ſtudium erga Pontificem & Romanam Religionem ſuum declararet, anno Iubilæo miſſus, Romæ, anno ætatis 20. obijſſet; & in Ioanne VVilelmo omnis ſpes familiæ Iuliacenſis propagandæ recumberet: is epiſcopa reſignauit, hac conditione, vt conſobrino ſuo, Erneſto duci Bauariæ traderetur. Sed Canonicis diſſidentibus, & maiore iuniorum parte ad Henricum Saxoniæ ducem, archiepiſcopum Bremenſem, ſpectante: PP. Gregorius decretum, ed tis literis, interponit, quo reſignationem Ioan. VVilelmi, ſe non aſſentiente fa ctam, irritam pronunciat. Ita amplius decennio adhuc Ioan. VVilelmus Mona ſterienſem diœceſin gubernauit. Osnabrugenſes, qui eidem Principi Ioanni comiti Hoiano hactenus 21. annos paruerant, Henricum ducem Saxoniæ, archie piſcopum Bremenſem, propter ſapientiæ & iuſtitiæ opinionem, epiſcopum ſui diœceſeos conſtituerunt, nec expectatio de illius pietate, prudentia, virtute & ſtudio pacis ſingulari concepta, eos fefellit. Paderbornenſes, vt antea aliquo ties archiepiſcopis Colonienſibus ſuam eccleſiam & diœceſin regendam com mendarant: ita nunc, Ioanne comite Hoienſi defuncto, Salentinum comitem Eſſenburgium, heroica animi & corporis maieſtate verendum, Adminiſtratorem e ligunt. qui exeunte anno, mille equitibus comitatus in vrbem venit, ac templ non vt priores, ſtola amictus, ſed totus cataphractus, velut armis eccleſiæ im defenſurus, ingreditur. Breui tempore præfuit. Sed tamen arcem Beueringa ad Viſurgim ſitam, & reditus aliquot epiſcopi oppignoratos redemit, & Scholas templi cathedralis inſtaurauit, eiuſq; reditus, attributo Franciſcanorum cœno bio deſerto, auxit, & prouiſores perpetuos ex collegio præfecit.

In Belgici Gubernatione, Ferdinando de Toledo, Albæ Duci, in Hiſpani reuocato, Ludoicus Requeſenius ſucceſſit. ſub quo, Middelburga, Selandiæ me tropoli

ropolis, multos iam menſes obſeſſa, & fame tandem domita, Vraniæ principi M. D.
ledita eſt. Chriſtophorus Palatinus, Friderici electoris filius, & Ludoicus ac LXXIIII.
Henricus Naſſouij, principis Vranij fratres, nouas auxiliares copias, Vranio, & 9. Februar.
Belgis, qui defecerant, adducentes, in eryceto Mokenſi, non procul à Neoma-
go, cæſi, & copiæ profligatæ ſunt ab Hiſpanis, Sancio Dauila & Chriſtophoro 14. April.
Mandragonio, qui Middelburgam paulo antè dediderat, ducibus. Hiſpani, par-
a hac victoria, in vrbem Antvverpienſem rectà præter arcem ingreſſi, conniuen-
e Gubernatore, multorum menſium ſtipendia vi à ciuibus extorſerunt. Inde
d Leidenſis vrbis, Harlemo vicinæ, obſidionem digreſſi ſunt. Qua ferè in hye-
nem ineuntem perducta, Leidenſes grauiſſimè adflicti, & fame ferè expugnati, &
n extremas anguſtias redacti, perfoſſis aggeribus, & illatis, æſtu maris iuuante, 3. Octob.
ommeatibus, mirabiliter obſidione liberati ſunt.

POLONIAE rex Henricus, cùm tres menſes viginti ſex dies, à corona- ⊕ 29.
ione regnaſſet, acceptis de obitu fratris Caroli IX. Galliæ regis, Reginæ matris Maij.
iteris, communicato cum pauciſſimis conſilio, nocte intempeſta, incitatis ad ce- 18. Iunij.
eritatem equis, Cracouia in Morauiam, atq; inde Viennam ad Imperatorem Ma-
imilianum excurrit. Inde Venetias profectus, per Lombardiam & Pedemon-
ium, in Galliam menſe Septembri perueniens, fratri Carolo in Galliæ regno ſuc-
ceſſit. Poloni datis ad eum Viennam literis, vt in Poloniam redeat, hortantur.
Cùm autem præſentem regni Galliæ ſtatum, ſummam aduentus ſui celeritatem de-
iderare, reſpondiſſet, & legatos ad ſe in Galliam mitti petiuiſſet, cum quibus de
orma Reipublicæ Polonæ, abſente ſe conſtituenda, deliberaret: Poloni ſtatim
legatos amandant, qui Henricum regem, Ferrariæ adhuc ludis & ſpectaculis va-
antem, inueniunt, eiq; denunciant, niſi ante 12. Maij anni ſequentis in regnum
edeat, ſe, abdicato ipſo, ad noui regis electionem proceſſuros eſſe. Galliæ re-
num, paulò ante Caroli mortem, noua Malecontentorum, qui politicum regni
tatum emendari, officia & præfecturas publicas, non exteris & indignis, ſed prin-
cipibus regio ſanguine natis, & alijs nobilibus commendari, expilationes popu-
i immodicas leuari, deniq; totam Reipublicæ adminiſtrationem melius conſti-
ui, indictis ordinum comitijs flagitabant; factione turbari cœperat. quorũ cau-
a cùm Franciſcus Alenconius natu minimus regis frater, & Henricus Nauarræ
ex, & alij proceres in aula fauere exiſtimarentur, paulò ante mortem à Carolo
uſtodiæ traditi erant. Henricus Condæus, cum Thoreo, Danuillæ præfecti
Occitaniæ fratre, & alijs Malecontentorum, qui ſe Reformatæ Religionis homi-
ibus, non Religionis, ſed libertatis & boni publici nomine, coniungebant, pro-
cribus, in Germaniam effugerat, & Argentinæ ac Baſileæ ſe diutius anno conti-
ens, Dux ab vtraq; factione, Reformatorum & Malecontentorum, conſtituitur.
Rex Henricus ſtatim ſequenti anno bellum aduerſus eos renouabat, nec tamen 1575.
pacis tractationem intermittebat. in qua Condæus & Danuilla literis & legatis ad 10. April.
Regem miſſis, poſtulata ſua copioſè exponunt. Quæ cùm obtineri apud regem &
conſiliarios non poſſe cernerent: ad belli conſilia animum denuò adijciunt, & Ca-
imiro Palatino cum exercitu, ingentibus Condæi promiſſis in Galliam exeunte
Decembri, ducto, pacem ferè qualem optabant, tandem extorquent. Quam ta- 1576.
men cæteri Galliæ principes, vt religioni catholicæ & Regi ac regno inhoneſtam
ac pernicioſam, ſubſcribere poſtea recuſarunt. Quare eodem anno Bleſas con-
uocatis omnibus regni ordinibus, Decretum fit, vt nulla alia, quàm catholica Ro-
mana religio in Gallia toleretur. Ita bellum vtrinq; renouatum eſt.

Magnus, dux Saxoniæ Laoburgenſis, adiunctis ſibi aliquot equitum & pedi-
tum cohortibus, ex Belgico dimiſſis, fratri Franciſco, cui adminiſtrationem pro- Octob.
inciæ pater Franciſcus ceſſerat, viuente adhuc patre, bellum infert, & magnum
terrorem vicinis paſſim incutit. Sed cùm arcem Raceburgenſem munitam fruſtrà
tentaſſet, nec ſtipendia ſoluere militibus poſſet, Circuli etiam Saxoniæ capita-
neus, cum auxilijs ſociorum, in procinctu eſſet: copiæ illæ, direpto oppido & col-
legio canonicorum Raceburgenſi, à duce Magno deſertæ; iterum diſſipatæ ſunt.

M. D. LXXIIII. Magnus in Sueciam ex Germania aufugit, neq; ibi etiam diu durauit. Quo tempore, Tunetanum regnum, anno quadrageſimo, poſtquam à Carolo V. occupatum erat; à Turcis, Sinamo Baſſa duce, receptum: & arx Goletta, ad fretum ſinus Tunetani ſita, cæſis cum Petro Carrera præfecto omnibus Hiſpanis præſidiarijs, ſolo æquata eſt. Nuncius victoriæ primus die 19. Octobris Conſtantinopolin peruenit, vbi Selymus Imp. Idibus Decemb. deceſſit, filio Amurathe III. viginti ſeptem annorum iuuene ſucceſſore relicto, qui regnum à quinq; fratrum ſenatu minorum cæde inchoauit, de qua Henrici Porſij epigramma extat.

Mediæ Aug.

Mite tibi pectus tribuunt, exemplaq; dicunt Maiorum exemplu te dare ſæua minus.
Sed qui ſub regni ſubitò primordia quinq; Suſtuleris fratres, mitiùs habendus eris?
Turcus ad hæc aliquis: Deus eſt, quẽ credimus, vnus; Et Rex, qui nobis imperet, vnus eris;

Idem annus, Coſmo Florentiæ duci, & Guidobaldo, Vrbini principi, lethalis fuit. Illi, Franciſcus filius; huic, Franciſcus Maria nepos; ſucceſſerunt. Arx Croneburg. in Helleſponto Danico, die vndecimo Maij ædificari cæpta.

M.D.LXXV. ANNO ineunte, in Liuonia, Regis Sueciæ equites, nobiles Liuoni & Germani, arces & oppida, Habſel, Lode, Leal, à Sueco ipſis ſtipendiorum non ſolutorum nomine ante ſeſquiannum oppignorata, Daniæ regi, vendunt, & vicario regis in Oſilia, Nicolao ab Vngern, tradunt, qui viciſſim plenã ipſis pecuniæ octoginta millium aureorum ſolutionem, ad Ioannis Baptiſtæ feſtum, & ſecuritatem à Ruſſis, cum quibus pacem & fœdus rex Daniæ haberet, promittit. Sed paulò poſt Ruſſi agrum illius tractus omnem, crudeliter direptum, vaſtant, & ſequentis anni initio reuerſi, arces Lode, Leal, & Vickel, & ipſam metropolin Habſel, præſidijs, commeatu, & armis inſtructiſſimam, flagitioſa præfectorum ignauia & perfidia, deditione capiunt. Dux Ruſſorum in ea expeditione fuit Knes Mykitha Romanovvitz. Cùm autẽ rex Daniæ, per legatos, de iniuria illa cum Moſcho expoſtularet, reſpondit Moſchus, neſciuiſſe ſe, arces illas, quæ hoſti ſuo Sueco paruerint, in Dani poteſtate eſſe, & ſuos à Danico in Oſilia vicario antea irritatos fuiſſe. Menſe Iulio, Parnouiã Liuoniæ vrbem, & portum, Moſchi acerrimè oppugnarunt. Ciues paulò ante ad Daniæ regis in vicina inſula Oſilia vicarij opem confugerant, & ſe Daniæ regi, ſi aduerſus Moſchos ab eo defenderentur, ſubditos fore profiterant. Etſi autem à vicario, nomine regis, in tutelam recepti ſunt: tamen inteſtinis diſſidijs cum Magno Sax. duce, Sueciæ regis ſororio (cui arcẽ Oſiliæ Sonnenburg, paulò antè à ſuis captum, Suecus contulerat) de Mona inſula (quã Magnus ſuæ arci Sonneburgenſi, Danus Arensbergenſi vendicabant) exortis, & Danico vicario, pet. Magnum, ijs ipſis diebus capto, Parnouienſes deſerti ſunt. Nona igitur Iulij die, ſe Moſcho dediderunt, qui tanta moderatione & clementia vſus in victoria fuit, vt liberam ciuibus manendi ſub imperio Moſchorum, vel diſcedendi cum ſuis, quæ auehere poſſent omnib°, facultatẽ præberet. Multi igitur impoſitis in naues coniugib° ac liberis, & cæteris quæ cariſſima habuerunt, à Magno Sax. duce ſpoliati ſunt. Quo paulò poſt in Sueciam reuerſo, Danicus vicarius ab eo dimiſſus, arcẽ Sonneb. obſedit, & orto in ea incendio fortuito, captam in poteſtatem ſuã redegit. Sic Oſiliæ partem à ſe occupatam Suecus eadem facilitate, qua ceperat, rurſum amiſit.

25. Ianuar. 1576. 12. Februar.

Ericus dux Brunſvvicenſis iunior, mortua priore coniuge Sidonia, Henrici Sax. ducis filia, Auguſti elect. ſorore, quæ paulò antè à marito in Miſniam diſceſſerat: Dorotheam Franciſci Lotharingiæ ducis, & Chriſtinæ, Chriſtierno II. Daniæ rege natæ filiam, in matrimonium ducit, nuptijs Nanſij hoc anno celebratis. Quæ varias ſuſpicandi cauſas in Dania & Holſatia præbuerunt, cum Lotharingica, in Daniæ & Sueciæ regno ius ſe habere, & paternam hæreditatem ac dotem ſibi deberi, multis iam annis prætendiſſet. Petrus Oxus præcipuæ autoritatis eques Danus, qui annos ferè decem apud Lotharingam exulauerat, eamq; aduerſus Daniæ regem incitarat, & confirmarat, belli Suecici tempore, Dano reconciliatus, & ſummæ rerum in aula præfectus, paucis poſt has Lotharingicas nuptias hebdomadis, Friderichsburgi, aqua intercute extinctus eſt, die 24. Nouembris.

19.20. Octob.

Contro-

Controuersias inter Hispaniæ regem & principem Vraniæ, Maximilianus Imperator, instituto Bredaniæ in Brabantia colloquio, dirimere conabatur. Et M. D. LXXV. si autem rex præteritorum omnium [illegible], bonorum in fiscum redactorum restitutionem, captiuorum liberationem, & alia offerebat: tamen cum statim arces, munitiones, naues, tormenta regi omnia à principe tradi, & vnam solam Romanam religionem coli vellet: longius deliberandi spacium Vranius petiuit: qui tertiam eo anno vxorem Carolam, Ludouici ducis Mompenserij in Gallia filiam, antistitem monialium Iouarrensem, vxorem duxit. Post irritam Pacis actionem, regij Buram, Aquas veteres, Schonhouen, & tandem Cyricseam Sendiæ vrbē tota hyeme obsessam, exeunte Iunio, anni sequentis tandē occupant.

Augustus Saxoniæ dux, vna cum cæteris imperij electoribus, ad comitia creandi noui Regis Romanorum causa, Ratisbonæ indicta, profectus est, vbi Rudolphus II. Maximiliani filius: decimus iam à Rudolpho Habspurgense, ex familia Austriaca Imperator electus, & Calend. Nouembris coronatus est. Ad 27. Octob. hæc comitia Henricus Burbonius, Ludouici filius, princeps Condæus, quem post custodias Alenconio & Nauarreo in aula Gallica positas, in Germaniam profectum esse superiore anno diximus: Argentorato, legatos, suo & Alenconij nomine (qui ex aula regis paulò ante effugerat,) ad Maximilianum Imperatorem Ratisbonam mittit, petitum, vt ipsius intercessione regi conciliarentur, & pax Reformatæ religionis, & cæteris Galliæ principibus secum coniunctis, restitueretur. Eodem Romæ, eodem mense, Francisci Ducis Alenconij ex custodia fratris regis Galliæ elapsi, ad Papam legatus, exhibitis Ducis sui literis petit, quibus præsentem suam conditionem miseram deplorat, & fugam excusat, & defensionem sui à S. P. suscipi, vt tutò apud fratrem in regno viuere possit, suppliciter orat. Romam eo tempore nuncius, de intestinis inter Mauritaniæ reges dissidijs, & seminibus belli, in quo Sebastianus Portugalliæ rex postea perijt, primùm allatus est. Cum enim Seriphius Xequus, Mauritaniæ rex, in testamento sanxisset, vt filio defuncto frater, non nepos, succederet: Abdallas Xequi filius, aliquot fratres interfecit, & filium Mahometem successorem designauit; qui patri Abdallæ hoc anno mortuo, per vim succedere nititur. Sed ter à patruo Abdemelecho Mahometes profligatus, tandem ad Sebastiani Portugalliæ regis opem confugit. Quam Sebastianus ipse, in Africā cum exercitu traijciens, ferre conatus, vna cum Mahomete 1578. illi internecionē à Mauris cæsus est. Quod obiter hoc loco simul annotare libuit.

In Polonia, publico decreto, Henricus Gallus regno abdicatur, & VVar- 15. Iulij. miæ ad mensem Decembrem Comitia noui Regis creandi indicuntur, in quibus, Schiçancellarius regni, cum maxima senatorum Poloniæ & Lithuaniæ parte, Maximilianum Imperatorem elegit & renunciauit. Petrus Sboronius Palatinus Cracouiensis, Koska Sendomirensis, comes Tentschini, & pauci alij, cum maxima Nobilitatis parte, à Senatu discedentes, & Regem ex genere & sanguine Polono creandum censentes, Annam, defuncti Regis Sigismundi sororem, virginem forte quinquagenariam, Reginam constituunt, eique Stephanum Bathor, Transyluaniæ principem, natione Vngarum, maritum Regem adjungunt & pro- 15. Decemb. clamant, & statim literis ad Cæsarem Maximilianum datis, eum hortantur, ne Polonorum senatorum & Nobilium suffragijs fretus, Regnum Poloniæ sibi adeundum putet. Econtrà, qui Maximilianum elegerant Poloniæ proceres, Stephanum Transyluaniæ principem per literas, à suscipiendo Poloniæ regno, cuius rex 19. Decemb. Maximilianus Imperator legitimus, Senatus Poloniæ & Lithuaniæ ac Prussiæ totius, consentientibus suffragijs, creatus sit, dehortantur. præsertim cùm per Blantratam & cæteros Oratores, in comitijs regni Poloniæ, suos, Stephanus publicè dici voluerit: se ea conditione Regem eligi cupere, vt primum locum dignitatemque omnem, Cæsareæ & celeberrimæ Austriacæ familiæ, amplissimi Regni ordines tribuant & concedant. Tantum enim abesse, vt princeps suus Illustrissimus, cursum desiderium; inuictissimi Cæsaris remorari aut impedire in animo habeat, vt etiam omni conatu promouere, amplificare, illustrareque paratus sit.

M. D. LXXV. Id vtrè ipsa iam erga Maximilianum Cæsarem & regnum Poloniæ declaret, summo studio contendunt. Verùm is, vt sequenti anno exponemus, oblatam amplissimi Regni gubernationem vtraq; manu apprehendit, & singulari vigilantia & celeritate Cæsarem anteuertens, Annam Reginam, cum Regno adeptus est.

In Saxonia, Dorothea I I. eius nominis, filia Friderici I. Daniæ regis,
11. Nouemb. Christiani & Adolphi soror, Christophoro duci Megapolitano ante biennium
nupta, Schonbergæ obijt. Funus per VVismariam, & Butzouium, Gustrouiam
8. Decemb. ductum sub crypta, quam soror Elisabetha Vlrici Megapolitani coniunx suæ
28. Maij. quietis locum delegerat, conditum est. Sophia, Sigismundi Poloniæ regis filia,
2. Nouemb. Henrici ducis Brunsuicensis coniunx, Iulij nouerca: & Sabina Georgij marchionis Brand. Ansbacensis filia, Ioan. Georgij electoris Brandeburg. coniunx: Ex Theologis verò celebribus hoc anno, Henricus Bullingerus, Tigurinæ ecclesiæ
17. Septemb. pastor, ætatis 75. & Caspar Eberardus, pastor ecclesiæ VVittebergensis, ex hac
21. Octob. vita discesserunt.

M. D. LXXVI. POLONIAE regni Senatores, qui Maximilianum regem elegerant, splendidissimam legationem ad Maxim. Imper. Viennam miserunt, vt Articulos, à priore rege Henrico iuratos, & alios, de quibus inter ordines regni & Cæsareæ Maiestatis legatos in comitijs electionis VVarsouiæ conuenerat, iureiurando Maximilianus confirmaret, & quamprimùm in regnum Poloniæ, priusquam ab aduersæ factionis proceribus, electo Stephano Transyluaniæ principe, occuparetur, ad coronam accipiendam veniret. Sed Maximilianus, de articulis quibusdam vlteriorem tractationem instituit, vel moderationem aliquam adhiberi, vel certè particulam, pro posse, adiungi petiuit, ac in specie quid in durioribus aliquot articulis regis Henrici & cæteris desideraret, prolixo scripto expositit. Cùm autem Poloni, nullum de vllis articulis moderandis mandatum in specie se habere respondissent: & Leouicensis conuentus, eius partis procerum, quæ Maximiliano addicta erat, in Polonia instaret: visum est Maximiliano Imp. ad eum conuentum referendam esse tractationem, & aliquos ex Polonis vnà cum suis oratoribus eò mittendos esse. Sed Poloni periculum in mora esse demonstrantes, instant, vt iuramentum Maximilianus præstet, & diem aduentus in Poloniam sui certum constituat, quem proceribus Leouicij congregatis per Oratores suos significet. Cæsar itaq; denuò eis mentem suam de ERNESTO filio, tradita illi in matrimonium Anna infante Poloniæ, Rege coronando, prolixo scripto declarat, cui respondentes Poloni, de cunctatione Imper. & ipsi & causæ toti exitiosa, & suæ legationis optimo animo susceptæ & fidelissimè hactenus actæ infelicitate, queruntur. Summam fuisse, vt S. C. M. susceptis prius conditionibus, & iureiurando verbis conceptis præstito, iter suum in Poloniam expedire vellet, vt Batoreum præueniret & ante constitutum conuentus diem in regno sese sisteret. Statum enim Reipublicæ Polonæ præsentem eiusmodi esse, vt omnium eius vulnerum sanandorum, in celeri S. C. M. in Regnum aduentu, medicinam positam esse, ex ordinum sententia, primis statim diebus aperuerint, idq; quantum potuerint, sæpius ac sæpius inculcarint. Interea verò, dum inter oratores Polonos & Maximilianum Imper. talium scriptorum permutatione Viennæ disputatur, Lite-
5. Martij. ræ ad Maximilianum à senatoribus & Equitibus Regni Poloniæ, Louitij congregatis, adferuntur, in quibus, de mora, quam Cæs. Maiestas profectioni suæ in Regnum Poloniæ interponat, grauiter queruntur, & nisi quamprimùm veniat, non obscurè ostendunt, Regnum prius occupanti cedere oportere, neque per Polonos stetisse, quò minus Cæs. Maiest. Regnum, tanto fauore & beneuolentia sibi delatum, assequatur. Imperator vicissim moram hactenus interpositam excusat, & de infantis Annæ coronatione, &, omisso Transyluano, archiduci Ernesto copulandæ, denuò proponit, & ab ordinibus regni, VVarsauiæ conuenturis, petit, ne consilia eorum, legitimæ Maiestatis suæ electioni, ac ijs, quæ per solennem legationem publicè sibi delata sint, quidquam præiudicent. Tandem post aliquot adhuc scriptorum vicissitudines, tractatione cum Oratoribus

regni

regni Poloniæ concluſa: Maximilianus Imper. poſtridie iuramentum de articulis & conditionibus præſcriptis religioſè ſeruandis præſtitit, & Decretum electionis ab oratoribus accepit. Idq; omnibus Regni Poloniæ & magni ducatus Lithuaniæ ſtatibus, ſcripto typis expreſſo, publicè edixit. M. D. LXXVI. 22. Martij. 23. Martij. 24. Martij.

Interea verò dum Maximil. Imp. lentas ac diuturnas cum Oratoribus Polonis tractationes & ſcriptorum permutationes agitat, aduerſa Polonorum factio, Stephanum Bator, Tranſyluaniæ principem, à ſe electum, miſſa ſolenni legatione, ad præſtandum iuramentum, & accelerandum aduentum in Poloniam inuitat. Is nulla interpoſita mora, iuramentum in Tranſyluania præſtat, & exiguis copijs comitatus, iter in Poloniam quamprimùm arripit, vbi Sigiſmundi Auguſti, poſtremi ex Iagellorum familia Poloniæ regis, ſororem Annam, quæ ipſum marium expetebat, in matrimonium ducit & cum ea Cracouiæ, Rex Poloniæ, Calendis Maij proximis, coronatur. 8. Februar.

Iuramenti Formula, quam ei præſcripſerant proceres, hæc fuit. *Ego STEPHANVS Dei gratia electus Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ, Podoliæ, Liuoniæ, &c. nec non Tranſyluaniæ princeps, ſpondeo & ſanctè coram Deo omnipotenti ad hæc ſancta Ieſu Chriſti Euangelia, quòd omnia iura, libertates, ſecuritates, priuilegia publica & priuata, iuri communi vtriuſq; gentis & libertatibus non contraria, Eccleſiaſticis & ſecularibus, eccleſijs, Principibus, Baronibus, Nobilibus, ciuibus, incolis, & quibuslibet perſonis cuiuſcunq; ſtatus & conditionis exiſtentibus, per Dinos prædeceſſores meos, Reges, & quoſcunq; principes, Dominos Regni Poloniæ & magni Ducatus Lithuaniæ, præſertim verò Caſimirum, magnum Ludouicum, Loÿs nuncupatum, Vladiſlaum primum Iagiellonem dictum, fratremq; eius Vitholdum magnum Lithuaniæ ducem, Vladiſlaum II. Caſimirum III. Iagiellonidem, Ioannem Albertum, Alexandrum, Sigiſmundum I. Sigiſmundum II. Auguſtum, & Henricum Reges Poloniæ, & magnos duces Lithuaniæ, iuſtè & legitimè datas & conceſſas, emanatas & donatas, leges ab omnibus ordinibus tempore interregni ſtatutas, ſancitas aut oblatas, & pacta ac conuenta Oratorum meorum nomine meo cum Ordinibus, tenebo, obſeruabo, cuſtodiam, tuebor, & adimplebo, in omnibus conditionibus, articulis & punctis in eiſdem expreſſis: pacemq; & tranquillitatem inter diſſidentes de Religione tuebor, manu tenebo, nec vllo modo, vel iuriſdictione noſtra, vel officiorum noſtrorum ſtatuumq; quorumuis autoritate quoſcunq; affici, opprimiq; cauſa religionis permittam, nec ipſe efficiam, nec opprimam. Omnia illicitè à regno magnoq; ducatu & dominijs eorundem quocunq; modo alienata, vel bello vel quouis alio modo erepta, ad proprietatem eiuſdem regni Poloniæ, magniq; ducatus Lithuaniæ aggregabo, terminoſq; regni & magni ducatus non minuam, ſed defendam & dilatabo. Iuſtitiam, omnibus incolis regni noſtri, iura publica in omnibus Dominijs conſtituta, abſq; omnibus dilationibus, & prorogationibus adminiſtrabo, nullo quorumuis reſpectu habito. & ſi (quod abſit) in aliquibus iuramentum meum violauero, nullam mihi incolæ regni omniumq; Dominorum vniuſcuiuſq; gentis obedientiam præſtare debebunt. Imò ipſofacto eos ab omni fide & obedientia Regi debita liberos facio, abſolutionem nullam ab hoc meo iuramento à quoquam petam, neq; vltrò oblatam ſuſcipiam. Sic me Deus adiuuet.* Huic iuramento, quarto poſt coronationem die, Confirmationem Priuilegiorum, eadem ferè capita, ſed paulò pluribus verbis euoluta continentem, ſolenni Diplomate ſancitam adiungit, & Cancellario ac vicecancellario regni, exempla ſub ſigillo regio ſingulis Ordinibus petentibus impertiendi, facultatem facit.

Dum hæc in Polonia geruntur, Maximilianus Imp. Poloniæ rex electus, Conſtitia Ratisbonæ, de auxilijs aduerſus Turcas & alijs negocijs indicta, celebrat. In quibus Princeps optimus & ſapientiſſimus, mœrore & curis confectus, è viuis exceſſit: filio Rodolpho, eius nominis II. ſucceſſore in Imperio, & Hungariæ & Boiemiæ regnis, relicto: 12. Octob.

ARCe Ratisbone profeCtVs In aethera Cæſar,
Cæſar alt fILI DIVe RVDoLphe VaLe.

M. D. LXXIII. In his comitijs, Nobilitas Fuldenſis, Abbati; & Eisfeldenſes, Moguntino archiepiſcopo ſubiecti, liberum Religionis Auguſtanæ confeſ. exercitium ſibi relinqui, & comites Harcinij, Veterani, & alij ad Rhenum, filijs ſuis Aug. confeſ. amplexis, liberum ad beneficia in Canonicorum collegijs aditum; & Canonicos, qui nunc eſſent eiuſdem religionis, dignitate, & reditibus ſuis non priuari; magna contentione flagitabant. Horum cauſam, in ſuperioris anni conuentu Ratisbonenſi, Imperator ad hæc comitia reiecerat, nec tamen in propoſitione vllam illius fecerat mentionem. Cùm igitur principum Auguſtanæ confeſ. legati, cauſam Fuldenſium & Eisfeldenſium, aliorumq; ordinum iuuandam eſſe cenſerent: Saxonici legati, non vt à parte ſupplicante, per libellum, ſed in prima conuocatione ſenatus imperij, velut à membris imperij, per vota ſeu ſuffragia moneri Imperatorem voluerunt, vt iuxta promiſſum ſuperiore anno factum, ante omnia hanc religionis cauſam, velut non ad priuatos, ſed publicam imperij ſalutem pertinentem, tractari & decidi in Senatu imperij pateretur. Cæteri verò, quia nihil de eo propoſitum eſſet, ſupplicationem exhibendam eſſe, & comminationem de Turcicis auxilijs, ab hac parte non contribuendis, niſi poſtulata impetrarent, interexendam cenſuerunt. Hanc conditionem cùm inſeri Saxonici nollent: reliqui nihilominus, ijs excluſis, cauſam ſuſceptam, irrito tamen euentu, egerunt. Iudicabat autem elector Saxoniæ, non eſſe in Cæſaris poteſtate ſitum, cogere Eccleſiaſticos ordines, vt contra expreſſam diſpoſitionem pacis Religioni datæ, ſubditis ſuis aliam religionem, quam ipſi non probarent, inuiti concederent. Alioquin & Auguſtanæ confeſſionis principes coactum iri, ſuis ſubditis, ſi qui expeterent, pontificiam religionem liberam concedere. Quod verò ad Canonicos & prælatos Auguſtanam confeſſionem amplectentes attinet, inſertum eſſe paci religionis à Cæſare Ferdinando §. de quo in erectione pacis, ordines Auguſtanæ confeſſionis ſolenniter proteſtati ſint, ſe conſcientias ſuas talis Articuli approbatione nec poſſe nec velle onerare. Cùm autem Imp. Ferdinandus, ſuæ & Eccleſiaſticorum conſcientiæ, §. illius defenſionem relinqui, & ſe coram Deo & mundo, principum & ſtatuum Auguſtanæ confeſſionis conſcientijs, de hac proteſtatione teſtimonium dare, & conſcientias eorum liberare oſtendiſſet: neceſſarie ſibi acquieſcendum, nec occaſionem violandæ aut rumpendæ pacis Religioni conceſſæ, in qua, velut pupilla oculi, nihil temerè mouendum, aut peregrinis interpretationibus & declarationibus in dubium vocandum ſit, dandam fuiſſe.

Cùm autem in his comitijs Maximilianus Imperator, ſapientia & virtute excellens, rebus humanis exemptus ſit: Orationem de vita illius, à Rectore Scholæ noſtræ tum publicè pronunciatam adiungo.

ORATIO
De Maximiliano II. Imperatore Cæſare Auguſto, Archiduce Auſtriæ,

A Ioanne Cyriaco Barone in Polheim & VVartenburg

Habita cùm LEGES Academiæ, die 25. Ianuar. anno 1577. publicè recitarentur.

DEVS autor & cuſtos imperiorum & ordinum politici, vt Regna ipſe conſtituit & transfert: ita, donec vult ea durare, & legibus, diſciplina, pace & alijs bonis & ornamentis ciuilibus florere, Reges & principes Heroicos, & gentibus ſalutares tribuit: in quos diuinæ ſapientiæ & virtutis ſuæ radios illuſtres ſpargit: vt bonitatem & præſentiam ipſius in imperijs, grati agnoſcamus & celebremus. Non enim caſu exiſtunt & ſeruantur imperia: nec caſu ſapientes, iuſti, moderati, felices ac ſalutares generi humano Reges ac

Prin-

principes præficiuntur: Sed vt mirandus corporum cœlestium, & naturæ rerũ ordo pulcherrimus, Deum, tanti operis effectorẽ & architectum sapientem & beneficũ, clarissimè ostendit: sic politicus, ordo, Leges, Iudicia, pœnæ sontiũ, ac inprimis benefici & salutares Principes, Dei opera, & prouidentiæ ac præsentiæ Dei inter nos, grauissima testimonia sunt. Quare ad pietatem & gratitudinem Deo debitam pertinet, vt patriæ præsertim nostræ principes Heroica virtute præstãtes, velut eximia dona Dei, & imaginem ac vices Dei apud nos gerentes, tùm viuos, omnibus reuerentiæ & subiectionis officijs colamus: tùm amissos, præcipuo quodam desiderio, luctu & celebratione prosequamur. Quòd si aliàs vnquam Boni & salutaris generi humano Principis obitus, acerbis omnium lacrymis deflendus fuit nunc certè Diuo Maximil. II. Cæsare, vno omnium sapientiss. & moderatiss. ex his terris sublato, casus accidisse tristissimus non Germaniæ solùm vniuersæ, sed toti omninò Europæ, existimandus est. Imminent Germaniæ ceruicibus ab ortu Moschi, & Turcæ; ab occasu Hispani, quibus nulla gens alia, hoc tempore, acrius & maiori dolo & fortitudine bellum gerit; florentissimos antea Belgici populos, totum iam decennium adfligunt: & non secus ac in Americam & Indiæ regiones amplissimas, & multas Italiæ arces, ita in Belgicũ quoq; gentis suæ colonias deducturi videntur. Gallia aliquoties iam in sua crudeli conuersa est viscera dextra: & dum Germanicis copijs bellum ciuile vtrinq; trahit, contagionem mali paulò pòst in viciniã propagatura videtur. In Germanis ipsis, vetus Germanica virtus languefacta luxu, & odijs intestinis laborans, quotidiè in peius ruit, & retrò sublapsa refertur.

Hoc periculosiss. vniuersæ Europæ statu, extinctum esse Oculum imperij Christiani, Cæsarẽ Maxæmyl. cuius prudentia & moderatio incredibilis, sola, casus ambiguos temperare, & opem ferre rebus labentib. poterat, iure dolemus. Et quanquã coniecit oculos Germania in paternæ virtutis & imperij hæredem Rodolphvm, cuius fidei & clementiæ tutò se committi censet: tamen ille etiam, patre extincto, & magnam sui partem amisisse, sentit: & Patris sapientiam, & gerendi imperij longo iam vsu confirmatam scientiam, requirit & desiderat. Me verò priuatim acerbius hunc tristem casum deflere, arctior officij ratio cogit: quòd non solùm communis pater & Dominus patriæ meæ, archiducatus Austriæ, Cæsar Maxæmyl. fuit: verùm etiam me, an. 1558. 9. April. in hanc lucem Viennæ editum, & tinctione sacra eccles. Christi initiatum, suscepit: cùm carissimum parentem meum Maximil. à teneris annis secum in Austria & Hispania educatum & eruditum, singulari clementia & fide semper complexus fuisset. Quare non secus ac patrem lugeo, ac quod mihi relinquitur pietatis & gratitudinis declarandæ testimoniũ, qualicunq; oratione, Imp. nostri vitam & decora quædam eximia, breuiter commemorabo: vt Deum autorem virtutum Heroicarũ; quæ in Cæsare nostro prorsus diuinæ fulserunt, celebrem: & gratam ac iucundam nobis virtutũ, & in vniuersam rempubl. meritorum illius memoriam esse, eamq; religiosè à nobis, etiam in hac Acad. conseruari, & (quantum in nobis est) propagari, ostendam. Cumq; vsitato more Acad. Legum recitationi aliquid præfandum esset: non intempestiuum nec ingratũ fore duxi, custodis Legum & disciplinæ in toto Imperio præcipui ac summi historiã hoc in loco potiss. pronunciari. Etsi autem constat, Deum, in Heroicis bonorum Regũ & Princ. familijs, quas reliquæ hominũ multitudini regendæ & tuendæ præfecit, virtutũ Heroic. semina, & motus animorũ generosiores & felic. ex maioribus in posteros propagare: ideoq; magnum & excellens decus esse iudicatur, ex nobiliss. & Heroica stirpe satum & procreatum esse: tamen in nostro Imp. alia sunt propriarum virtutum decora, longè maiora: tametsi generis etiam splendore, omnibus cæteris orbis Christiani Regib. antecellit. Quæ enim alia præter hanc Archid. Austriæ familiam, ad tanta dignitatum & amplis. gentium ac regnorum fastigia euecta? & similis sapiẽtiæ, iustitiæ, magnanimitatis, moderationis & felicitatis gloria, quã cumulata est? Quæ vnica, Decem iam orbi Christiano Cæs. Augustos, continua penè serie, dedit? Rodol. I. qui sapientia & excelsi animi fortitudine, felicitate & moderatione sua, imperium Germanicum furijs Pontif. & dissidijs Princi-

M. D. LXXVI. pum, & septendecim annorum ἀναρχία penitùs conuulsum & labefactatum, ante trecentos annos, primus restituit & recreauit. Et hunc secutos, filium ALBERTVM, & nepotem FRIDERICVM pulcrum, Ludouici IIII. collegam: & post Lucelburgicos, ALBERTVM II. Sigismundi Imperatoris generum, intra vnius anni spacium, tria potentissima regna; Romanum, Vngaricum, & Boiemicum, legitima electione adeptum: eoq; intra biennium extincto, sobrinum illius FRIDERICVM III. quo nullus Imperatorum, post Augustum, diutiùs imperio præfuit, & qui postremus ex Germanicis Imperatoribus, Romæ coronam imperij, ante centum viginti quinq; annos accepit. cui, Maxæmylianus I. filius: huic nepotes CAROLVS V. & FERDINANDVS, nostri MAXÆMYLIANI pater succesſit: qui superiore anno, RODOLPHVM filium decimum à Rodolpho Habsburgensi (qui fastigium dignitatis Cæsareæ primus in hanc familiam attulit) se viuo eligi Imperatorem, singulari haud dubiè Dei constituentis & transferentis Imperia consilio & beneficio erga Germaniam eximio, curauit.

Quid autem honorificentius & glorioſius cogitari potest, quàm tot gentium orbis Christiani principes ac populos, tantum virtutis, sapientiæ, magnitudinis animi, moderationis & industriæ, vni huic familiæ, tot iam seculis, consentientibus iudicijs, tribuere, vt suam libertatem, vitam, fortunas & salutem Archiducum Austriæ potissimùm fidei & tutelæ tutò committi arbitrentur?

Natus est autem Maxæmylianus II. Imperator, VIENNÆ Austriæ, anno 1527. die prima Augusti, patre Ferdinando rege Romanorum, Vngariæ, Boiemiæ, & Archiduce Austriæ, &c. de cuius virtutum verè Heroicarum, & magno ac optimo rege digniſſimarum, laudibus, Orationem, à Ioanne Matheſio eruditè & suauissimè scriptam, omnibus familiarissimè notam esse optarim.

Mater Maxæmyliani ANNA, nobilissimi Poloniæ & Vngariæ regis Vladislai filia fuit: verè ταμίαν ἀρετῆς γυναῖα γυνὴ, quæ pietatis & benignitatis erga pauperes suæ monumentum illustre ad posteritatem Hospitale amplum & locuples, Viennæ condidit: & vicesimo post natum Maxæmylianum anno, Pragæ decedens, duodecim liberos superstites Ferdinando reliquit.

Ab his nobilissimis parentibus, non vitam solummodò, & ampliſſimarum regionum hæreditatem, verùm etiam regiarum virtutum omnium exempla & semina Maxæmylianus admiranda & verè Heroica indole, & excellentis ingenij præstantia diuinitùs ornatus, accepit. Cumq; natiuam indolem, sua sponte ad decus excitatam, educationis & disciplinæ sanctitas, & ad omnia virtutum officia assuefactio accurata, & literarum humanitatis cultura diligens accenderet atque expoliret: præclara illa & singularis, & omnium principum ac priuatorum beneuolentiam & studia mirifica sibi concilians, naturæ doctrina & virtute excultæ bonitas & præstantia extitit: vt verè, & meritò Amor & Deliciæ generis humani publicis elogijs postea appellatus sit.

Puer cum generosis aliquot adolescentibus, inter quos pater etiam meus Maxæmylianus, liber Baro à Polhaim & VVartenburg, fuit; ad patruum CAROLVM V. Imp. in Hispaniam missus est: vt cum filio illius Philippo, ætate ferè æquali, (nam & ille, anno 1527. die vicesimo primo Maij, ex Elisabetha Emanuelis Lusitaniæ regis filia, natus erat) in bonis literis & alijs artibus, in gubernatione ipsis postea vsui futuris, erudiretur. vbi Carolus, qui sapientia & potentia omnes suæ ætatis Reges, & superiorum aliquot seculorum Cæsares antecelluit, indolem nepotis verè regiam, amantem veritatis, iusticiæ, temperantiæ, modestiæ, comitatis, mansuetudinis, & ad amorem admirationemq; sui animos familiarium mirificè rapientem, & in omni officio & actione dexteritatem & industriam, adeò probauit, vt in familiaribus congressibus aliquoties Maxæmylianum, si præclarè inchoatum virtutis cursum, deinceps, vt cœpisset vrgeret, filij loco sibi futurum esse diceret. idq; postea, hoc sibi genero potissimùm ex omnibus Europæ Regibus delecto, re ipsa comprobauit.

Primum in re militari tyrocinium fecit Maxæmylianus, bello Gallico, anni

1544

544. & postea Germanico, quod Carolus Cæsar aduersus principes aliquot & M. D. LXXVI.
iunctates imperij confœderatos, anno 1546. susceperit; in quo à latere Imperatoris & patrui sui ille nunquam discedens, magni & fortis animi, ac virtutis Heroicæ documenta illustria, edidit: & præcipuis consilijs & actionibus in bello, & parta victoria, in receptione supplicum, interfuit.

Comitia etiam Augustana, statim post captos confœderatorum Duces, in autumno anni 1547. indicta Carolus Cæsar, Maxæmyliani oratione inchoari voluit, antequam vsitato more capita ad deliberandum proposita perscribam prægerentur. Cumq; Maxæmylianum generum multò ante delegisset, & amplissima Hispaniarum regna, absente filio Philippo, quem in Germaniam euocare, & Belgici populos sacramento fidelitatis ipsi obstringere decreuerat, per Maxæmylianum regio nomine administrari interea voluisset: ex illis ipsis Comitijs, anno 1548. in Hispaniam Maxæmylianus profectus est, vbi ducta in matrimonium Caroli filia Maria, integrum triennium Hispanias soceri vice gubernauit, & susceptis iam ex eo coniugio duobus liberis, Maria & Ferdinando piæ memoriæ, exeunte anno 1551. per Genuam & Tridentum, vbi concilium paulò antè instauratum fuerat, ad socerum Carolum V. Oeniponte tunc pro concilio excubantem, & ad patrem Ferdinandum, in Archiducatum Austriæ, initio anni 1552. reuersus est.

Vbi statim in Germania, noui belli consilia aduersus Imperatorem Carolum agitari, tuendæ religionis harum ecclesiarum, & Germanicæ libertatis, & captiorum principum liberationis causa suscipiendi, cognouit. Quod cùm paulò post mense Martio, Ducibus Mauricio electore Saxoniæ, Ioanne Alberto Megapolitano, & VVilhelmo Landgrauio Hassiæ, confœderatis Henrico Galliæ Regi, palàm gereretur:

Primum Maxæmyliani in Germaniam reuersi πολίτευμα fuit, Pacificatio Passauiensis, quæ fundamentum & firmamentum publicæ salutis & tranquillitatis Germanici imperij, in hodiernum vsq; diem extitit, & deinceps ad omnem posteritatem, Deo iuuante, futura est. Nam in ea belli difficilimi & periculosissimi, & totam formam imperij & ecclesiarum in Germania mutandam spectantis, compositione, etsi summa Caroli Cæsaris & Ferdinandi patris, principis optimi, & pacis amantissimi autoritas: tamen præcipuæ etiam Maxæmyliani partes fuerunt, quem ad moderationem, humanitatem, clementiam, studium tranquillitatis & concordiæ publicæ, & cæteras pacis artes natura ipsa finxerat. Etsi enim delendas has ecclesias, & ad fæuiciem ac crudelitatem aduersus eos, qui Lutheri confessionem amplectuntur, exercendam, Carolus Imp. & frater Ferdinandus, qui ab initio suæ gubernationis, à Pontifice & ipsius cohorte, miris artibus incitati erant: ita vt terribile anathematis Cæsarei fulmen, in primis comitijs VVormatiensibus, aduersus Lutherum & omnes ipsi coniunctos vibrarent: tamen executionem illius totos viginti quinque annos protrahentes, non armis dijudicare religionis controuersias potius, quàm mitioribus remedijs tentare curationem vulnerum Ecclesiæ, maluerunt: donec belli Germanici occasionem speciosam, in puniendâ quorundam, alienas regiones, religionis prætextu, inuadentium audacia & insolentia adepti sunt. Post quam victoriam, cùm ecclesias Germaniæ dissidentes infeliciter proposita Forma religionis, Interim vsque ad Concilij finem seruanda, rursum coniungere, & non assentientes vi compellere, inciperent: idque violentum consilium reipsa comperissent infaustum, & ecclesiasticæ vastitatem, & concordiæ ac saluti Germaniæ exitium allaturum esse: denuò ad meliora illa, quæ primùm vsurpauerant, remedia decurrerunt: & constituta ac firmata pace Passauiensi, ne cui religionis nomine vis vnquam inferretur, sanxerunt.

In hæc laudatissimorum principum, Caroli patrui, & patris Ferdinandi, publicam imperij & totius Germaniæ salutem & pacem magis, quàm odia & cupiditates pontificum crudeles, vel priuatas vtilitates spectantium, consilia & exempla

M. D. LXXVI. συμβεβηκὸς intuens Cæsar Maxæmylianus, totos illos duodecim annos, quibus post pacem Passauiensem cum patre in Austria vixit, & postea cum patri, anno 1564. die 25. Iulij, ex hoc terreno & mortali imperio, ad æternum & cœleste regnum euocato in tota imperij gubernatione succesſit: nihil antiquius aut prius, iustitia & pace publica, & imperij ac ecclesiarum tranquillitate & salute populi, habuit.

Ad imperium publicis omnium hominum optatis, precibus & votis, & promptissimis cunctorum Principum suffragijs, euectus est: cùm mirifica Heroicæ bonitatis, sapientiæ, moderationis, affabilitatis, & cæterarum virtutum suauitas & pulchritudo, in omnium animis & oculis fulgens, omnium corda sibi deuinxisset: nec vlla crudelitatis aut iniuriæ suspicio de illo in vllius animo hæreret. Itaq; non toto anno vertente, trium regnorum coronam, Boiemici, (anno 1562. die 20. Septembris, Pragæ:) Romani, (die 30. Nouembris proximè sequente, Francofurti:) Vngarici (die 8. Septembris anni 1563. Posonij,) præsente patre, & duobus fratribus Ferdinando & Carolo archiducibus Austriæ, acceperat: & populis illis, sponte & cupidè eum expetentibus & volentibus imperauit: ac singulari diligentia, moderatione & prudentia, conceptam de se tot gentium expectationem præclarè sustinuit: Memor enim dicti Salomonis: Iustitia & veritas custodiunt Regem, & clementia stabilitur thronus eius: primam & potissimam conseruationis legum, iustitiæ & pacis in toto imperio curam habuit: & vbique ius, fas, leges, non iniurias, vim & arma, vigere, & dominari voluit. Cùm autem norma iustæ gubernationis sit L. 1 D. 1, æterno & immoto septo iusta & iniusta discernens, & extructæ inde leges imperiorum politicæ, quæ honestè viuendi, & alterum non lædendi, & ius suum cuique tribuendi, normam præscribunt: non modò supremum in Germanico imperio tribunal Spirense, verùm in omnibus etiam alijs regnis & ditionibus suis, Senatus iudicum, sapientia, doctrina, & iustitiæ ac veritatis amore præstantium, à patre institutos, retinuit & confirmauit: vt legum & iustitiæ custodes & executores seueri & vigilantes, in singulis prouincijs excubarent. Hæc iudicia, non solùm ciuilis hominum societatis & pacis publicæ neruos & munimenta esse: verùm etiam de iudicio & sapientia ac iustitia Dei, in voce Legum, & pœnis discernentibus iustos ab iniustis, lucente, subditos commonefacere voluit.

Quanta verò in grauioribus, quæ ad aulam Augustam delatæ sunt, principum & ciuitatum controuersijs cognoscendis diligentia, & iustè dirimendis æquitas, & imbecillioribus aduersus potentum iniurias defendendis autoritas Imperatoris nostri fuerit; multa exempla recensere possem. Sed ingrati essemus, nisi hanc præcipuè ciuitatem, quæ studijs nostris hospitium præbet, occasione ciuilis discordiæ, proximis superioribus annis grauissimè afflictam, & oppressa libertate & salute publica prorsus conuulsam & labefactatam, solius Imperatoris iustitia & autoritate, & Illustrissimorum Ducum Megapol. clementia, pristinum decus, Deo iuuante, recuperasse confiteremur.

Semper autem transactionibus amicis, æquitate vtrinque proposita, potius quàm sententiæ iudicialis asperitate, contentiones partium decidi maluit; monens litigantes vtrinque, vt aliquantum de suo iure cedere, & partem relinquere potius vellent, quàm longa iudiciarij processus tela instituta, sumptus duplo grauiores in causidicos impendere, & sibi molestias, labores & curas augere: & odia familiarum, quæ ad Reipublicæ perniciem postea erumperent, inflammare: & alia negocia sua magis necessaria, & reipub. salutaria, impedire. Sic viuente adhuc patre, grauissimas disceptationes inter principem Hassiæ & Nassoënsem, de comitatu Cattorum: & postea inter totam domum Brandeburgicam & Noribergenses, qui regionem Marchionis Alberti occupârant, & arces demoliti fuerant: & alias multas, singulari æquitate diremit.

Nec tamen lentus erat in coërcendis & seuerè puniendis contumacibus & improbis, vbi mitioribus remedijs locum non amplius esse animaduertit: sicut in proscri-

oſcriptione & pœna Centaurorum, qui Herbipolin ex inſidijs captam diripuẽ-
nt, & Principis, qui receptum illis præbebat, bello capti, oſtendit. In qua exe-
ıtione, nihilominus ſummi iuris rigorem, ſingulari clementia & lenitate tem-
rauit; dum paulò pòſt principis captiui filijs amiſſam hæreditatem paternam
nignè reſtituit. Vt enim in Deo, ſupra cæteras virtutes, Bonitas & miſericordia
æcipuè enitet, ac effulget: ita ſummi reges & principes, quò ad Dei optimi ma-
mi, cuius vices in his terris gerunt, ſimilitudinem propius accedunt, eò magis
uinæ φιλανθρωπίας, clementiæ & placabilitatis effigiem, in his terris repræſen-
re debent.

Atq; vtinam cæteri huius ætatis principes, tùm reliquas Maxæmyliani noſtri
ıtutes, tùm verò Bonitatem natiuam, & moderationem ac clementiam verè
giam, & publicæ ſubditorum ſalutis curam, in ſuis actionibus, iudicijs, mori-
s, ſententijs, vultu etiam & ſermone omni, lucere & conſpici paterentur: vt
biti quem à Deo principem & patrem accepiſſent, eundem etiam vita & mo-
us exprimere & referre ſtuderent.

Vnica ſemper Imperatori noſtro publicæ ſalutis cura præcipua & ſumma fuit:
t vt bonus paterfamiliâs paterna ſolicitudine, diligentia & fide hoc vnum agit,
familiæ, pietatem, pudorem, pacem colenti bene ſit: ſic noſter Imperator, ex-
plo ſuo, Bonum principem, nihil à patre bono differre, nec ſibi, ſed Chriſto
mmo regi, & Chriſtiano populo, ſe imperium gerere oſtendit. Itaq; priuatas
iurias multas & magnas, excelſo animo, publicæ ſaluti condonauit. Nec vn-
am ira, vel cupiditas vindictæ, vel ambitio eum impulit, vt alienum à iuſti &
oderati principis officio quicquam admitteret, aut tranquillitatem communem
ıbaret.

Etſi autem ad vulgus imperitum, in maiori admiratione ſunt, clariuſq; cer-
atur res bello geſtæ, hoſtium acies victæ, prouinciæ armis imperio adiunctæ;
enim conſiderat vulgus, nec ſatis intelligit, Pacem optimam rerum, quas ho-
i nouiſſe datum eſt, vt poëtæ verbis vtar, pacem vnam triumphis innumeris
iorem eſſe: tamen cùm belli ærumnæ, ipſa morte triſtiores, & omnium opti-
um rerum perniciem & vaſtitatem afferentes, incumbunt: cum demum amiſ-
acis commoda, ſerò dolens & deſiderans, diſcit, longè vtiliores reipublicæ, fe-
etiam bello, & naturæ hominum conuenientiores eſſe Togatas virtutes & Pa-
ntes: cùm principes nihil prius & antiquius populi ſalute habent, cùm ſæui pe-
ris æſtus atq; animum vindictæ cupidum cohibent, cùm priuatæ exiſtimatio-
gloriæ publicam populi vtilitatem anteferunt, cùm ratione & conſilio prohi-
nt, ne res ad Bellum deducatur, aut excitata iam bellorum incendia extinguunt,
miles diſſenſiones ſine ciuili ſanguine componunt: Id verè eſt, vt in Seneca
ıur:

Colere patria, parcere ciuibus, *Fera cade abſtinere, mores regere,*
dere orbi quietem, ſeculo pacem ſuo, *Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via.*

Hæc virtus Imperatorem Auguſtum, ſub cuius imperio pacem toto orbe ſa-
rem tuente, Chriſtus princeps pacis & ſalutis æternæ naſci voluit, cuius pro-
um ſymbolon eſt: βέλομ' ἐγὼ λαὸν σὸν ἐμμεναι ἢ ὀπάλλεσθαι, præcipuè nobilitauit:
vt Scipio, vnum ciuem ſeruare, quàm multos hoſtes trucidare maluit.

Laudatur Pericles, qui, prædicantibus amicis ipſius victorias & trophæa de
ibus parta, dixit: ſe bellicas laudes, non ſuæ, ſed militum etiam virtuti & for-
æ tribuere, verùm de hoc trophæo, tanquam propriè ſuo potiſſimùm ſe gloria-
quòd nemo ciuium vnquam ſua cauſa nigram veſtem induiſſet: ſignificans
quam ſe priuatas iniurias cum ciuium incommodo vindicaſſe. Verè enim, vt
entiſſimus rex Salomen inquit. Melior eſt patiens, quàm bellicoſus, &
ſtantior eſt qui regit & frenat vehementes animi impetus, quàm qui vrbes
pugnat.

Multò autem iuſtius Pericle, noſter Imperator gloriari poteſt, ſe (turbulen-
tiſſimis

M. D. LXXVI. tissimis Germaniæ tempestatibus, animis vtrinq; propter religionis dissensiones odio exacerbatis, & tristissima cæde sacerdotum & ciuium in vtraq; parte, & totius ecclesiasticæ disciplinæ & doctrinæ interitu aliquoties impendente,) non modò iniurias priuatas non cum reipublicæ periculo vltum esse: verùm etiam periculosissima dissidia, sæpe singulari æquitate & moderatione, sine ciuium cæde, sustulisse.

Cùm igitur iustus, clemens, benignus & pacificus Imperator esset, à bonis omnibus diligebatur: & hoc munitus præsidio, magis quàm vi & armis alij, ferocioribus formidabilis erat.

Principes Electores, vt fratres diligebat: nec in negocijs imperij grauioribus quicquam sine eorum consilio agebat. inprimis verò Augustum Saxoniæ electorem; cuius fides, integritas, constantia, & in magnis rebus gerendis industria & efficacitas, illi præ cæteris perspecta & probata erat: singulari amore & veneratione complectebatur. Qui vicissim Dominum & Imperatorem suum, velut patrem colebat: & autoritatem ac sententias illius, communi Senatus Electorum suffragio latas, fideliter ac feliciter tuebatur.

Adiunxerat ei Deus domesticos etiam consiliorum & laborum socios, sapientes, iustos, magnanimos & felices: quorum virtus magno ipsi præsidio & ornamento erat, & autoritatem eius in populo agebat. Inter quos LAZARI Suendij Heroica fortitudo & felicitas, in armis & togata gubernatione, publicis historiarum monumentis celebrata est. Nota etiam omnibus eruditis est sapientia, fides & industria Baronis STRBINII, quo præsidente Cameræ, inter domesticos amicos familiarissimè Imperator vsus est: & HENRICI Starenbergij, quem in hac ipsa vrbe legatum multi viderunt: vt de cæteris, huic Germaniæ parti ignotis, taceam, quorum singuli singulis regnis ornamento esse poterant.

Talis politica Imperatoris nostri gubernatio fuit, qua Religionis veræ studia & puram Euangelij doctrinam in his ecclesijs sonantem, adeo non impediuit, vt dolendum potius sit, pace illa aurea & libertate Religionis veræ, ab optimis Imperatoribus, Carolo, Ferdinando & Maxæmyliano concessa multos, non ad colenda ardentiori pectore pietatis, fidei & inuocationis veræ exercitia: sed ad inutilium & ambitiosarum disputationum rixas & contentiones augendas, abusos esse.

Nam post constitutam, transactione Passauiensi, & in comitijs Augustanis anni 1555. sancitam à toto imperio & confirmatam Religionis pacem, Ferdinandus Imperator, etsi sincero & simplici animo pontificiæ ecclesiæ dogmata & ritus ipse sequebatur: tamen docendo & suadendo potius, quàm vi & armis cogendo, flecti animos ad religionem oportere iudicauit. nec cuiusquam subditorum in hæreditarijs etiam ditionibus, conscientiam onerare voluit, vt vel probarent vel agerent religionis causa aliud, quàm verum & rectum esse sentirent. Ipse etiam quosdam ecclesiæ pontificiæ abusus, corrigi legitimis & moderatis rationibus: nec tamen autoritatem & ordinem politiæ ecclesiasticæ pulcherrimum labefactari optabat.

Itaq; cùm Austriaci vsum vtriusque speciei Cœnæ Dominicæ publicum, & alia Religionis capita, in Augustana Confessione exposita, sibi concedi flagitarent, Ferdinandus non modò ipse capita illa ac rationes petitæ emendationis abusuum considerabat: sed, cùm Græcæ etiam ecclesiæ testimonium allegari audiret, Vrbanum Gurcensem episcopum, Venetias; hac vna de causa præcipuè misit; vt in ecclesia Græcorum morem distribuendæ vtriusq; partis sacramenti, & sententiam de illo doctrinæ capite exploraret: Et in Synodo Tridentina per suos Oratores diligentissimè institit & vrsit, vt Austriacarum regionum populis integro sacramento vti, concessione Pontificis, liceret. Etsi autem adeò perspicua & manifesta de hoc articulo veritas est, vt nulla vi infirmari possit: tamen Synodus nihil ei in re decernere ausa, rem integram ad pontificem Pium IV. reiecit: qui tandem die 16. Aprilis, anni 1564. archiepiscopo Salisburgensi diploma mittit, quo facul-

tatem

tem in Auſtria & Bauaria, exhibendæ laicis vtriuſq; ſpeciei; certis tamen conditionibus circumſcriptam, permittit. Quod cùm paulò ante mortem Ferdinandus accepiſſet, ſe valdè lætari eo beneficio, & gratias Deo agere vero pectore ſtendit: & de cæteris etiam capitibus controuerſis, viam concordiæ idoneam, ontificis aſſenſu inire poſſe optauit. M. D. LXXVI.

Cùm autem ſub Ferdinandi Imperio, pleriq; proceres archiducatus Auſtriæ, iniſtros Euangelij, confeſſionem Auguſtæ Carolo Imperatori exhibitam profintes conduxiſſent: & in his multi turbulentiores, ex cæteris Germaniæ partias, alij alijs de cauſis dimiſſi, eò tanquam ad aſylum confluerent: & prætextu liertatis Euangelicæ multa, in publicis moribus eccleſiæ, inconſideratè mutarent tumultuoſè vociferarentur: Maxæmylianus Imperator, cùm patris exemplo, octrinam in Auguſtanæ confeſſionis capitibus moderatiſſimè propoſitam, ſubitis eam ſequi volentibus, non prohibendam eſſe: & tamen ἀπαγχίαν illam, & meritatem inquietorum, in ſingulis ferè pagis, peculiarem doctrinæ & rituum ormam inſtituentium coërceri oportere iudicaret: tandem diu multumq; inſtanbus & ſubiectiſſimè orantibus Dynaſtis & nobilibus Auſtriacis, liberùm Conſſionis Auguſtanæ exercitium, in ipſorum templis & familijs, Anno Chriſti 568. die 18. Auguſti permiſit, hac tamen conditione, vt ordinem doctrinæ & ituum totius adminiſtrationis Eccleſiaſticæ certum, & cum Saxonicarum reionum eccleſijs congruentem, ſeruarent.

Ad eam deliberationem, duos potiſſimùm, ex his eccleſijs, ſpectatæ fidei & octrinæ viros: ex Academia Lipſica, Ioachimum Camerarium; & hac Roſtohienſi, Dauidem Chytræum, adhibendos eſſe Imperator cenſuit. Vt autem Imp. romiſſionem ſemel prouincialibus ſuis factam conſtanter ſeruauit: ita toto pectore opto, vt docentes in eccleſijs meæ patriæ, ingens hoc Dei & Imperatoris beneficium, grata mente ac voce agnoſcant: puram Euangelij doctrinam grauiter & modeſtè propagent: & veritatem ac pacem diligant, nec inteſtinis diſſidijs animos gubernatorum denuò alienent.

Nunc de interiore etiam Imperatoris noſtri vita & conſuetudine domeſtica dicam, quæ optimi ordinis & plurimarum virtutum plena fuit. Diſtinctè & ratione certa domi diſtributa habebat tempora omnium actionum, precum, deliberationum, ſubſcriptionum, prandij, cœnæ, ſomni, venationum. In conſilijs umma iuſtitiæ & ſalutis publicæ cura, & in audiendis aliorum ſententijs moderatio & lenitas erat. In prandio, quod vſitata & certa hora ſumebat, hilares & lepidi ſermones cum aſtantibus, ſingularis in victu temperantia & ſobrietas, ſumma ciuilitas & elegantia morum conſpiciebatur. A prandio patebat ad ipſum manſæ aſtantem, vel propè aſſidentem, aditus, omnibus omnium ordinum, etiam humilimæ & abiectiſſimæ conditionis hominibus, qui eum alloqui volebant, aut ſupplices libellos porrigebant. His ſingulis comiter & placidè, eadem lingua, qua proponebantur negocia, reſpondebat. Vt enim ingenioſiſſimus & potentiſſimus rex Mithridates olim, ſingulis diuerſiſſimarum gentium populis imperio ſuo ſubiectis, patria lingua locutus eſſe ſcribitur: ita noſter Imperator Hiſpanos, Italos, Gallos, Germanos, Belgas, Boëmos, Pannones, & latinè loquentes, rectè intelligebat, & ſingulorum linguas, perinde ac ſi natiuæ eſſent, callebat. Latina certè oratione, non tantùm perſpicua & diſerta: verùm etiam eleganti & pura, & expeditè profluente, vſum eſſe conſtat. Poſtea aliquantulum temporis quieti, aut hortorum inſpectioni tribuit. Ante cœnam, rurſus vel deliberationibus vacabat, vel recitantes literas, de reſponſis antea decretis formatas audiebat, & ſubſcriptione ſua confirmabat.

Coniugem habuit, vt ſuprà memini, Mariam filiam Caroli V. Imperatoris primogenitam, qui ſapientia & potentia omnibus ſuæ ætatis regibus antecelluit, natam ex Iſabella filia Emanuelis regis Luſitaniæ, qui primus, vniuerſæ Africæ, Arabiæ felicis, & Indiæ littoribus claſſe ſua exploratis, ampliſſimum in Oriente imperium, Franciſci Almeidæ, & Alfonſi Albuquercij ducum virtute & felicitate

M. D. LXXVI. Heroica potissimum constituit. de cuius vita & rebus in India præcipuè gestis, duodecim Ieronymi Osorij libros, non sine voluptate & admiratione summa, studiosi legent.

Fuit autem coniugium nostri Imperatoris castum, dulce, & fœcundum, ex quo nouem filios, & sex filias, ac in his Annam, Philippo regi Hispaniæ auunculo, & Elisabetham Carolo IX. Galliæ regi, in Comitijs Spirensibus, anno 1570. elocatam, suscepit.

Filios disciplina honestissima, & omnium artium, quæ adolescentibus ad summa imperia natis, vsui & præsidio futuræ erant, tyrocinijs erudiri & exerceri, non minore cura & diligentia curauit, quàm laudatissimos illos Persarū Reges olim educari solitos, Xenophon in Cyri pædia, & Plato in Alcibiade memorant.

Studia etiam literarum, & Academias, in quibus ad vsum Reipublicæ & ecclesiæ ingenia eruduntur & præparantur, clementer & munificè Imperator noster fouit, & homines eximia virtute & doctrina præstantes, honorificè ornauit. Aulam eruditissimis hominibus, politicis, mathematicis, historicis, poëtis, medicis, nulli Academiæ cedentem, habuit. ac VIENNAM inprimis, antiquissimum ac splendidissimum in Germania domicilium Legum, Gymnasium literarum, curiam dignitatum, apicem imperij, Patriam libertatis, doctrinæ, virtutis & cæterorum vitæ ciuilis ornamentorum, præ cæteris totius imperij vrbibus amauit, & frequentissimè incoluit.

Felicior autem in toga quàm in armis fuit. Vnicam enim omninò expeditionem bellicam, post prima imperij sui comitia, anno 1566. Augustæ habita, ipse in Vngariam suscepit, vt aduersus Solimannum Turcarum tyrannum, senem, iuuenili ferocia, ignem & minas aduersus nouum Imperatorem Christiani orbis spirantem, & immensas copias ducentem, ab imperij finibus arceret: in qua expeditione, senex tyrannus Turcicus, ante captum Zygettum, anno ætatis 78. mortem cum vita commutauit: vt Seleucus Syriæ rex olim, eundem ætatis annum agens, à Ptolemæo Cerauno in acie cæsus est, cùm paulò ante Antigonum Asiæ regem octogenarium, & Lysimachum non multò ætate inferiorem in acie trucidasset. Hæc in decrepita ferè ætate, excelsi animi & vigoris militaris exempla, quo in historijs rariora, eò in præsentis etiam belli mentione memorabiliora sunt.

Cùm autem Turcici exercitus amisso Imperatore Solymanno, in Thraciam redirent: Maxæmylianus etiam, exeunte Octobri, Viennam reuersus est: & facta cum Selymo, Solimanni filio, pace, vt subditorum sibi populorum tranquillum, fortunis & vitæ parceret, constanter eam deinceps vsq; ad Selymi mortem & Amurathis initia seruauit, donec Polonicorum aliquot procerum, à maiore & melliore Senatus regni parte (quæ Maxæmylianum nostrum exeunte anno 1571 Regem elegerat) discedentium consilijs & molitionibus, quas Regno Poloniæ & vicinis gentibus Christianis magnam cladem & dedecus paulò post allaturas esse metuebat, alius quidam Turcico patrocinio innixus in Polonia coronaretur.

Cùm verò Imperator, coniunctionem Poloniæ cum finitimis Christiani orbis prouincijs toti imperio & nomini Christiano salutarem & necessariam, ideoq; coniunctis imperij viribus etiam retinendam esse iudicaret: indictis imperij comitijs Ratisbonæ, in media deliberatione & apparatu belli, à Deo, ex huius terreni imperij molestijs, in tranquillam & beatam regni cœlestis pacem & felicitatem euocatus est, ipsa die Maxæmyliani, 12. Octobr. proximè elapsi: princeps sapiens, iustus, moderatus, paterno animo de publica salute & pace perpetuò sollicitus, diligens & assiduus in omni gubernationis officio, clementer tolerans ecclesias puram Euangelij doctrinam profitentes, & literarum studia ecclesiæ necessaria fouens, deniq; singulari clementia, lenitate, beneficentia, mansuetudine & comitate paterna erga omnes præditus.

Tantis virtutibus à Deo ornatum Imperatorem, custodem iustitiæ, Legum & pacis publicæ fidum & felicem, & toti imperio Germanico salutarem, huic ætati diuini-

M. D. LXXVI.

diuinitùs tributum, etsi à nobis abductum esse dolemus: tamen cùm Deo euocanti singulos ex vitæ huius statione reuerenter parendum esse sciamus: omissis querelis, gratias potius Deo, autori & custodi imperiorum & principum bonorum, agamus, quòd ex domo Austriaca, iam longo ordine, sapientes, iustos & moderatos Imperatores, orbi Christiano dedit. Quorum & erga Principes ac populos sibi subiectos, voluntas fuit paterna, & cursus gubernationis salutaris. Deinde exempla virtutum, quæ sunt diuinæ bonitatis & sapientiæ radij, in his laudatis principibus aspicientes, singuli suo loco, ea quæ possunt & debent, imitentur. Præcipuè verò filij Augusti, ad quos, vt regnorum, ita virtutum paternarum hæreditas proximè pertinet. Quos quidem Deo curæ fore non dubito.

Opto autem toto pectore, vt æternus & benignissimus DEVS: qui constituit & transfert regna, & dat salutem regibus sibi caris: optimi Imperatoris Maximyliani animæ, propter CHRISTVM redemptorem propitius sit: eamq; in regno suo cœlesti, & cætu sanctorum Regum ac Imperatorum, Dauids, Ezechiæ, Iosaphati, Constantini magni, Caroli magni, & cæterorum seruet ac tueatur, & ardentibus votis precor, vt Cæsari Rodolpho, vicem patris subeunti, & publicæ salutis & tranquillitatis tuendæ prouinciam, hoc turbulentissimo totius Europæ statu, suscipienti, clementer adsit, & pia ac salutaria ecclesiæ & Reipublicæ consilia, & successus in tota imperij gubernatione felices & optatos, largiatur: & inclytam archiducum Austriæ familiam, ex qua, continuos iam trecentos annos, orbi Christiano summos Imperatores DEVS delegit; deinceps etiam gubernet ac seruet: & dulcissimam patriam meam, archiducatum Austriæ, & vniuersam Germaniam, & orbem Christianum, aduersus impiæ & sæuæ gentis Turcicæ immanitatem, & omnium hostium furores, vmbrâ manus suæ omnipotentis protegat & tueatur: vt hospitium veræ religionis & ecclesiæ Christi, domicilium iustitiæ, legum, pacis, studiorum doctrinæ, omniumq; artium & virtutum, & ornamentorum vitæ ciuilis, tranquillum & florens perpetuò maneat.

Verissima enim vox est Salomonis: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilat qui custodit eam. Et quod alibi apud eundem Salomonem, regem sapientissimum, æterna sapientia, Filius DEI autor & custos imperiorum & principum bonorum, inquit: Penes me est consilium & successus, intelligentia & exactio: Per me Reges regnant, & iudices iusta decernunt: Per me principes dominantur, & regnant omnes iudices terræ: Ego diligentes me diligo, & glorificantes me glorificabo. DIXI.

Initio anni, IOANNES ALBERTVS Dux Megapolitanus, Alberti filius, Magni nepos, princeps eximio veræ pietatis zelo, & literis excultus, & ecclesiæ Dei ac scholarum nutritius, & literatorum omnium patronus munificus (qui Academiam Rostochiensem planè collapsam, attributa ex cœnobiorum reditibus dote ter mille florenorum annua, cum fratre Vlrico instauauit; & ecclesias totius ditionis piè inspici & emendari, & Iudicium publicum in vsu & Consistorium ecclesiasticum institui, curauit) die 12. Februarij ex his terris decessit; relictis ex Anna Sophia, Alberti Borussiæ ducis nata, duobus filijs, Ioanne & Sigismundo Augusto, quorum tutelam, patruus Vlricus Dux Megapolitanus, & consobrini electores, Augustus Saxo, & Iohan. Georgius Brandeburg. susceperunt.

Epitaphium monumento Suerini, in templo cathedrali, ascriptum est.

Inclyta IOHANNES ALBERTVS gloria secli,
Conditur hic præstans Dux, patriæq; pater.
Non fuit hoc melior Princeps, nec doctior, ano,
Nec patrijs terris, qui Bona plura dedit.

Illustrem Verbi lucem, qua fidera adimit,
Primus hic in totâ gente vigere iubet.
Idola euertit Latij pius impia Papæ,
Complectens certo dogmata recta libro.
Fortiq; arma capit socijs cum Saxone & Hesso,
Per quæ libertas, Pax, pietasq; redit.
CHRISTO cum Musis hic primus in vrbe Rosarum
Instaurat, patriæ cor, oculumq; scholam.
His etiam è terris fugiens Astræa retenta,
Anno dat quonis publica iura quater.
Ritè suas dirimi causas ecclesia gaudet,
Non inspectorum cura fidelis abest.
Clemens, munificus, verax, bonus, integer, æquus,
Sobrius, & veræ relligionis amans.
Regibus & summis, totâ, meritisq; fideq;
Carus in Europâ, principibusq; viris.
Ante Dei faciem nunc fulget sideris instar,
Sicut in his terris fulsit imago Dei.
Grata cui tribuet meritas ecclesia laudes,
Verus & illustri luce vigebit honos.

Eodem mense, Iulius dux Brunsuicensis, Henrici Bellicosi filius, Academiam nouam, in suâ ditione, quæ patris ætate, Martis potius quàm Musarum studia coluerat, Helmstadiæ conditurus, deliberationem de Academiæ legibus, personis, professoribus, officijs docentium ac discentium, magistratibus, disciplinâ, ordine lectionum, & tota docendi ac discendi ratione scripto certo comprehendenda, Rittershusij instituit, ad quam ex Rostochiensi Academiâ euocatum Dauidem Chytræum, Brunsuigâ Martinum Kemnicium, Timotheum Kirchnerum, & alios adhibuit. Quorum deliberata, prouincialibus præcipuis, in arce Guelforum congregatis, prælecta & probata, & Dos ampla futuræ Academiæ addicta, & introductio solemnis, ad futuras idus Octobris, quæ Rectoris primi, Generosiss. indolis principis Henrici Iulij natalis erant, publicis literis patentibus significata est, quarum exemplum adscripsi.

IVLIVS

VT QVISQVE PRINCEPS OPTIMVS ET MAXIME IN-

lutatis generi humano fuit: ita hanc curam præcipuè ad se pertinere, & ecclesiæ ac Reipublicæ maximè necessarium esse iudicauit, vt literarum & artium optimarum studia excitaret & ornaret. Ideo enim, in principum ditionibus & ciuitatibus, homines à Deo consociati, & Legum, iudiciorum, contractuum, coniugiorum vinculis inter se connexi & copulati sunt, vt Dei domicilia & templa sint, in quibus vera de Deo & redemptore nostro IESV CHRISTO doctrina, quæ totius vitæ ac fidei nostræ lumen est, in cœtu & frequentia hominum publicè sonet ac propagetur: & tenera ætas, ad veram Dei agnitionem, & reliqua vitæ officia rectè informetur, & in templis ac scholis homines, ad discendam & docendam doctrinam de DEO, & cæteras artes gubernationi vitæ necessarias conuertiant, & communi voce Deum inuocent & celebrent. Nec aliud pulcrius & maius ciuitatum & prouinciarum principibus subiectarum decus est, quàm cùm summo Regi, Domino Deo & seruatori nostro IESV CHRISTO seruiunt, & veræ de Deo doctrinæ & literis ac artibus ad intelligendam & explicandam alijs veram Euangelij doctrinam necessarijs, hospitium & sedem tranquillam præbent. Non potest enim vera Dei notitia & Religio Christi sincera, sine scholis literarum & artium ac linguarum conseruari. Cùm enim Deus immensâ bonitate, doctrinam de suâ voluntate & æterna salute nostra literis mandari, & libris certis Prophetarum & Apostolorum comprehendi voluerit; nec aliter à nobis agnosci [illegible] coli

coli, & vicissim nobis æternam salutem donare velit, quàm per hanc doctrinam, nobis in Biblijs præscriptam,& à nobis auditam,lectam,fide apprehensam. Ideoq; legere nos attentè & adsiduè hos ipsos libros, & à puero sacras literas discere & scrutari iubeat: omnes sani intelligunt, ecclesiæ prorsus necessarias esse scholas, quæ doceant literas,& rationem legendi ac intelligendi & alijs interpretandi hunc librum ecclesiæ traditum, qui præcipuus ac pretiosiss.in toto genere humano thesaurus est. Præterea,seminarium ac flos ecclesiæ Dei,& Reipub. plantarum & præsidium singulare, imò S. S. domicilia & officinæ, sunt scholæ rectè constitutæ: in quibus florentis iuuentutis ingenia, non modò ad ministerium Euangelij & docendos alios in ecclesiâ, verùm etiam multa Reipub.officia, & omnes vitæ partes dexterius gubernandas, instituit, præparat, excolit,& informat. Imò fontes sunt augusti & perennes,ex quibus vera Dei notitia & omnes honestæ artes, & cætera ciuilis vitæ bona & ornamenta præcipua,in curias,ciuitates, prouincias & singulorum familias distribuuntur & emanant. Ita, vt verè formosos ramos,& præsidiũ & gaudium vniuersæ terræ,scholas florentes,cum Dauide nominare possis,præsertim cùm nobilitas Reip.gubernaculis destinata,& mores patriæ honestos intelligẽs & amans,in illis eruditur & excolitur,vt publica consilia & officia Reip. præcipua, in quibus doctrinâ,consilio,oratione &scriptis,rerum maximarum deliberationes regendæ sunt,præ alijs exteris hominib. adhiberi commodè possit. Quare omnes sapientes gubernatores, omnibus temporibus,scholarũ constitutionem ad Eccles. & Rempubl. inprimis pertinere, & benè constitutas,præcipuum decus & ornamẽtum esse prouinciarum,iudicarunt. sicut è contra neglectis scholis & amissa literarum luce, plurima Ecclesiæ & vitæ ciuilis præsidia & ornamenta simul amitti, & magnas ac tristes tenebras ac confusiones religionum ac superstitiones, & infinitam barbariem morum, & omnium vitæ partium, sequi manifestum est.

His grauissimis causis,ac inprimis veræ de Deo & seruatore nostro Iesu Christo doctrinæ & cæterarum artium salutarium Eccles.ac Reip. conseruandarum studio, adducti Nos Dei gratia IVLIVS Dux Brunsvvicensis ac Lunæburg. &c. in his regionibus,nostro patrocinio & tutelæ diuinitùs commendatis, Academiam IVLIAM,in qua,per doctos & insignes viros,doctrina de Deo,Leges ciuiles, Medicina,& cæteræ omnes honestæ artes & linguæ, in cæteris Academijs benè constitutis proponi solitæ ordine & integrè traderentur, Deo ducente & iuuante, communicato cum fidelibus subditis & prouincialibus nostris consilio & auxilio,constituimus & dotauimus,& ab inuictiss. Cæsare Augusto, D. MAXIMIL. II. Imp. & Domino nostro clementiss. Priuilegijs Acad. ampliss. ornari & confirmari impetrauimus. Quæ Priuilegia Cæsarea, propediem publicè promulgare,& solenni ritu Academiam nostram IVLIAM introducere: ac vt beneuolentiam & studium erga Academiam & doctrinas nostrum declaremus, & nos honorificè de literis sentire, easq; amare & venerari ostendamus, carissimum filium nostrum Illustrem Principem, HENRICVM IVLIVM, postulatum Episcopum Halberstadensem, Ducem Brunsvvicensem & Lunæburgensem,&c. Inuictissimi Cæsaris Augusti auctoritate, primum Academiæ nostræ IVLIÆ Rectorem designatum, instituere proxima die 15. mensis Octob. quæ eius natalis est, Deo iuuante decreuimus. Quod ea de causa his publicis literis significandum esse duximus,vt de voluntate nostra clemẽti erga honestissimum hunc adolescentum Nobilium & aliorum,qui discendi causa huc confluxerunt, cœtum: & studio rectè constituendæ & ornandæ Academiæ Iuliæ nostro,omnibus constaret,nec exigua paucorum mensium mora,cui non desidia aut negligentia aliqua nostra,sed publicæ vtilitatis Academiæ nostræ studiosorum cura sollicita,causam hactenus præbuit: languefierent & frangerentur quodammodo animi, vt de totius instituti huius nostri sanctiss.& Eccles.ac Reip. salutaris,Deo benedicente,futuri,successu dubitarent. Toti enim iam in eo sumus,& cuius cogitationes q; nostras præcipuas eò conferimus,vt studiosæ iuuentutis vtilitati commodisq; consulamus, & professores in singulis facultatib⁹, doctrina & docendi dexteritate ac fide & industria discentibus profutura præditos, inuestigemus & conducamus. Qui,cõstituta introductionis solennis die,lectiones & exercitia sua,

M. D. LXXVI. iuxtà normam docendi, legibus Academiæ, quas maturo & graui consilio & deliberatione scribi à viris doctis & rerum scholasticarum peritis curauimus, simul ordiantur. Durate ergò, & vosmet rebus seruate secundis. Deum æternum, patrẽ Domini nostri Iesu Christi, fontẽ omnis sapientiæ, & Rectorem piarum Academ. supremum, toto pectore precamur, vt Acad. IVLIA à nobis constitutæ, & docentiũ ac discentium in ea studijs benedicat, vt Ecclesiæ Dei ac Reipubl. fructuosa & salutaria sint, & illustrandæ Dei gloriæ, & veræ de Christo doctrinæ ac religioni sinceræ in his terris conseruandæ vtiliter seruiant. Datum Henricopoli ad castrum nostrum VVolffenbüttel, ipsa die Petri & Pauli Apostolorum, Anno 1576.

In Belgico rursum nouæ rerum conuersiones factæ sunt. Mortuo enim Ludoico duce Requesenio Gubernatore, & summa Reip. proceribus concilij status, donec Ioannes Austriacus appelleret, commendata: Hispani, capta Zyricsea, Selandiæ vrbe, stationem deserentes, prætextu stipendiorum non solutorum, Vltraiectum frustrà tentant. Inde in Brabantiam reuersi, Alostum occupant. Bruxellas verò status quidam & præfecti, intimos Regis consiliarios, Viglium, Mansfeldensem, Barlemontium capiunt, ordines prouinciarum conuocant. Hispanos milites proscribunt, qui Traiectum ad Mosam inuadunt ac diripiunt. Interea Brabanti, ad propulsandas Hispanorum iniurias, militem conscribunt, & Antvverpiam, recepto in vrbem Champagnio, & comite Ebersteino, præsidio munierant, ac interea ac vrbem, fossam & vallum ducturi erant; cùm subitò præter omnium expectationem, Hispani rebelles, Alosto, per Sanctium de Auila, arcis Antvverpiensis præfectum, euocati, qua parte ad arcem vrbs patebat ingenti impetu irrunt, & profligatis præsidiarijs, curiam & domos vicinas incendunt, obuios quosq; trucidant, vrbem diripiunt, exterorum bona ingentibus pecuniæ summis redimenda exponunt, denique petulantiam, libidines, & tyrannidem, vt in vrbe bello capta, incredibilem exercent. Ordinum Belgicorum Deputati, eo tempore, Gandaui, de Pace, in Belgico restituenda, agebant, quam his conditionibus tandem concluserunt; vt omniũ præteritarum offensionum ἀμνηστία sit. vt inter status Brabantiæ, Flandriæ, Artesiæ, Valencenarum, Duaci, Namurij, Tornaci, Traiecti, Mechliniæ, Hollandiæ & Zelandiæ deinceps perpetua pax, concordia & amicitia sit, vt communibus consilijs & auxilijs, Hispanos milites præcipuè & alios exteros, ex Belgio ejiciant; vt electis Hispanis, conueniant status generales, qui de omnibus rebus ad Remp. pertinentib. de Religione, de præsidijs Hollandiæ & Zelandiæ, de restitutione arcium, tormentorum, nauiũ regis, quæ per hos tumultus, ab Hollandis captæ sunt, deliberent. Vt harum prouinciarum ciues liberè inter se deinceps conuersari & commercia exercere queant. Albani leges, de Hæreseos & aliorum criminũ pœnis deinceps suspendantur. Princeps Vraniæ, præfectus maris, & Hollandiæ ac Selandiæ Gubernator Regius maneat, donec post digressos Hispanos aliud à statibus generalibus fuerit decretum. Captiui vtrinq; sine λύτρῳ dimittantur. Principi Vraniæ & cæteris nobilibus & subditis, eorum filijs, vel viduis & hæredibus, restituantur pristina bona, honor, fama. Omnes condemnationes, sententiæ, iudicia, oppignorationes, executiones ab initio tumultuum anni 1566. tàm Religionis causa quàm armorum rescindantur, obliterentur ac extinguantur cum omnib⁹ actis, scriptis notatis, quæ nullius habeantur ponderis. Præcipuè autem fruantur hoc beneficio, comes Palatina, olim Bredenrodij vidua, & comes Buranus. Comminuãtur statuæ, Trophæa, monumenta Albani omnia in contumeliam Belgarum erecta. Prouentibus prædiorum, dotium, reditibus annuis fisco addictis, vtantur fruantur priores Domini. Bona mobilia, quæ directa sunt, relinquentur, de immobilibus venditis, commissarij, à statibus generalibus ordinati, ex æquo & bono transigent. Omnes donationes inter viuos vel mortis causa per priuatos factæ in fraudem verorum hæredum irritæ erunt. Vt de Monetarum precijs per Hollandos immodicè auctis, & sumptibus duarum expeditionum à Principe susceptis, in generali conuentu ordinũ transigatur. Hac pacificatione non fruentur prouinciæ & vrbes, quæ aduersarias partes sequentur, quibus tamen aditus ad eam, quandocunq; volent patebit. Gandauenses, cùm Antvverpiam per arcem, immissis Hispanis captam & crudeliter direptam vide-

Exeunte Iunio.

16. Iulij.

20. Octob.

Antuerpia direpta.

3. Nouemb.

8. Nouemb.

viderent, ne similem calamitatem ipsi quoq; experirentur, Arcem suæ vrbis occupant, & Hispanis incolumibus dimissis, ciuium præsidio muniunt. Id exemplũ cæteræ ciuitates, Vltraiectum, Valencenæ, Antvverpia sequenti anno imitatæ sunt, ac Vltraiectini funditùs arcem vrbi impositam euertentes solo æquarunt. M. D. LXXVI.

Hanseæ ciuitates, Lubecæ, mense Iunio conuentum habuerunt, in quo Bremenses (ante 14. annos, ob seditionem aduersus senatum, cuius pars maxima vrbe excesserat, motam, ex societate Hanseæ excluſi) iterum recepti: & de auxilijs ciuitati Rigensi aduersus Moscum ferendis, variæ consultationes sine vllo effectu habitæ sunt. Deinde capita querelarum Antvverpiensis collegij mercatorum orientaliũ, ordine proposita deliberarunt, cuius iurisdictionem, per Hanseticos ipsos, à seniore & senatu mercatorum, ad senatus Brabantiæ & aulam Bruxellensem appellantes infringi, & multos Hanseæ socios, extra domum orientalium Antvverpiæ diuertentes, priuilegia & reditus, vnde illa sustentanda esset, labefactare; Colonienses etiam, persoluta exigua summa, se à communibus oneribus eximere, Dantiscanos, tributum de mercibus à cæteris ciuitatibus decretum & à se ipsis sigillo publico confirmatum, iam recusare, & Domum Emporij Antvverpiæ ingenti ære alieno grauatam, non leuari, ostenderunt. Colonienses suam immunitatem, sententia per Carolum Burgundum iudicialiter lata, & transactione Bremensi cum ciuitatibus HANSÆ inita, vt 100. Rhenensibus annuatim persolutis, in Brabantia, Hollandia & Selandia immunes essent: nec se ad litem cum seniore & senatu mercatorum Antvverpiensi iudicialiter peragendam, procuratorium vel mandatum vllum habere, nec cum illis, sed cum ciuitatibus amicè transigendi, vt in possessione immunitatis suæ deinceps quieti manerent, ablegatos esse. Quòd si iudicialiter in causa procedi debeat, recusare se ciuitates HANSÆ iudices, cùm sint aduersaria pars, sed via ordinaria causam ad iudicij Cameræ cognitionem & decisionem deuolui petunt, sicut in proximo recessu anni 72. ad iudicium Cameræ decisio causæ reiecta sit. post longam disputationem, ciuitatum legati tandem decretum promulgarunt, cùm iuxta recessum anni 66. senior & senatus mercatorum collegij Antvverp. vt pars rea, aliquot scriptis vltrò citroque permutatis, causam tractauerint & concluserint, & acta vtrinque obsignata senatui Lubecensi transmiserint: debere iam vtrinque sigilla recognosci, & acta aperiri, & lex ciuitatibus Vandalicis ac Brunsvvicensi dijudicanda tradi. Huic decreto protestationem legati Colonienses solennem oppposuerunt. sicut Dantiscani etiam, alteri decreto cæterarum ciuitatum, de continuando tributo in Brugensi emporio Antvverpiæ residente, aduersantes fecerunt. 1554. 1471. 1476.

Secutæ sunt Londinensis emporij querelæ, vbi iam singulis annis, licentia quinquies sexies aut septies mille pannos Anglicos euehendi à Regiua petebatur, aliæque difficultates & vectigalia noua imponebantur, de quibus abolendis non ante impetratam à regina priuilegiorum HANSÆ restitutionem & confirmationem, agi posse censuerunt. Deinde ob vectigal nouum sali in Hellesponto Danico impositum, & plurima Bergensis emporij grauamina, legati trium ciuitatum in Daniam destinati. Totidem in Belgicum ad aulam Bruxellensem & principem Vraniæ profecti Ciuitati Reualiensi, aduersus Moschos opem & defensionem petenti, ex contributione ciuitatum summa pecuniæ donata est.

In hoc Balthico mari, Bornholmia insula (quam Fridericus I. Daniæ rex, Lubecensibus, pro impensis belli, quibus eum in regni occupatione, pulso Christierno II. fratris sui filio iuuerant, quinquaginta annos fruendam concesserat) Friderico II. Regi restituta est, qui Vlricum ducem Megapolitanum socerum suum, hoc anno inuisens, dominica Trinitatis, cum coniuge & coniugis patre & fratruis Rostochium ingressus, ac postridie Gustrouiam, quò Augustus elector Saxoniæ & alij principes in terra appulerant, profectus est.

OTTO comes Schavvenburgensis, Iodoci filius, Heroica animi magnitudine, virtute & fortitudine præstans, exeunte anno, in arce Bructerorum (Buckenburg vulgo dicta) decessit, cùm in prima ætate sacris initiatus, eccles. Hildesiensis præpositus & episc. aliquandiu fuisset. Inde relictis sacerdotijs annos amplius triginta Bur- 22. Decemb.

M. D. LXXVI. gundicæ domui militasset; coniuges duas habuit, Mariam Barnimi ducis Pomer. filiam, ex qua Hermann⁹ episc. Mindensis, Antonius decanus Colonien sis, & Adolphus patriam hoc tempore gubernans, suscepti sunt: alteram Elisabetham, Ernesti Lunæburgensis filiam, ex qua Ernestus & duæ filiæ, superstites manserunt.

M. D. LXXVII. Mense Ianuario, Reualia Liuoniæ vrbs denuò à Moschis obsidione cincta, & assiduis ac horribilib⁹ tormentorum fulminibus, & globis ignitis in tecta vibratis, totas sex hebdomadas irrito conatu oppugnata est. Moschi obsidionē soluentes, 13. Martij. Plescouiam redierunt, vbi Magnus dux Moscouiæ, Stephanum Poloniæ regē, vbi Dantisco, à se proscriptæ, bellum inferre molientē, obseruans: vndiquaq; ex præsidijs copias suas euocatas colligebat, vt, Polono ad Dantiscū occupato, reliquas Liuoniæ prouincias, & vrbes, Poloniæ regi subiectas, inuaderet. Præfectus Ioannes Kokevvitz Lithuanus, cognito Moschi consilio, deserta Liuonia indefensa, ad regem Stephanum in castra ad Dantiscum, auxilia petitum, profectus est. Moschⁱ igitur, cum filio Ioanne, & Magno Holsatiæ duce, quo tanquā illice ad Germanos in Liuoniæ oppidis & arcibus inescandos vtebatur, Liuoniæ fines ingressus, arces Ludsen, Resittam, Duneburgum, Kakenhusiam, archiep. Rigensis sedem, Ascheradā, Sesvvegā, Cygnæam, Trykaten, Smilten: VVendam præterea & VVolmariā, quæ Magno Holsatiæ duci se antè dederant, atq; ita quidquid ad borealem Dunæ ripam in d. œcesi Rigensi reliquum fuit, occupauit, & omni crudelitatis & libidinū genere, in oppido Ascherada præcipuè, grassatus est, vbi inter cæteros, Magni etiam Holsatiæ ducis ministros & consiliarios aliquot, quòd vrbes illas non velut Moscho domino immediatè, sed sibi parituras, in deditionem accepissent, trucidauit. Qua immanitate Magnus ab eo alienatus postea defecit.

Interea ad DANTISCVM, Stephanus Poloniæ rex desidens, irrito vrbem conatu oppugnabat. Nomen autem vrbi Dantisco, à Danis primò inditum est, cùm VValdemarus I. Daniæ Rex, Friderici Barbarossæ Imper. σύγχρονος & amicus, Sobislao Pomeran. orientalis duci bellum inferens, ad Vistulæ ostium, vt receptum tutum classis haberet, arcem condidisset. Quam, discedente rege, Sobislaus occupauit.

1164. Huic post aliquot annos oppidulum accessit. Quod vna cum arce & reliqua Pomerania, Sobislai pronepos, Mestvvinus, sine liberis marib⁹ decedens, præteritis agnatis,

1295. Pomeraniæ citerioris ducibus, Præmyslo maioris Polon. duci, hæreditate reliquit, à quo ad Vladislaum Loeticum Polon. regem sobrinum peruenit. Hunc alijs

1306. bellis occupatum, Poloni referunt, custodiæ causa, in arcē Dantisci certis pactionibus Crucigeros sponte recepisse, à quibus deinceps retenta, ac vi defensa, & muni-

Post annum 1300. tiones ac oppida ad Vistulam vicina subacta sint. Crucigeri postea, superiore & commodiore loco, ad Rhodanum, & ad Motlauam fl. ab ortu vrbem alluentem, & in Vistulam propinquum decurrentes, vno à Vistulæ ostio milliari, Dantiscum cōdiderunt, noua arce munita, ad ripā Motlauæ, oppido ad boream imposita. Quod

1454. singulari felicitate, & incrementis ac successibus mirandis, intra centum quinquaginta annos, ita auctum & amplificatum est, vt electis Dominis suis de ordine Teutonico Crucigeris, regi Poloniæ Casimiro se subiecerit, & quatuordecim annorū bello aduersus ordinem gesto, suis præcipuè sumptibus vicinam Borussiam Polono deditam conseruarit, & postea in eam amplitudinem & splendorem, qui nunc cernitur, peruenerit, vt præcipuum Eoi huius maris emporium esset. Causæ au-

1575. tē & occasiones belli, quod cum DANTISCANIS Steph. Polon. rex gerebat, hæ fuerūt.

1576. Cùm superiore anno, dissentientibus senatorum regni & nobilitatis Polonæ suffragijs, alij Maximil. Cæsarem, alij Steph. Bathorem, regem renunciassent: Dantiscani & cæteri Borussiæ ordines, illi parti, quæ MAXIMIL. regem elegerat, adhærebant. Cùm autem Stephan⁹, vigilantia & celeritate eximia, in Polon. properans, MAXIM. anteuertisset, & Cracouiæ coronatus esset, & Maximilianus vix semestri exacto obijsset: Dantiscani, iuramentum subiectionis debitum Stephano regi coronato præstare, non quidem recusabant, sed prius sibi à regia Maiestate de Indemnitate caueri, & iura ac priuilegia sua iureiurando confirmari, & de Religione Augustanæ Confessionis idoneè caueri, & grauamina, quæ contra tenorem priuilegiorum & antiquas consuetudines irrepserant, tolli antea petebant. In his

erant

Bibliotheca Regia Monacensis

M. D. LXXVII. Idq; monere Celsitudinem suam pro eo, quo sacro imperio deuincta est, iuramenti vinculo, decere. De Gedanensibus, qui in loca ditionum suarum migrarint, & facultates deuexerint, se ignorare; vbi verò id à Regiæ Maiestatis transmissa specificatione demonstratum fuerit; facturum hoc omne, quod pactorum rationibus conforme est. Nauigationem in VVarta & Odera, licitam & liberam se maximè optare. Idq; cum maximo amplissimi regni Poloniæ & vrbis Stettinensis commodo futurum esse. Orat igitur, vt vigore responsi & decreti regis Sigismundi Augusti, apud Illust. elect. Brandeburgicum, rem conficiat, se etiam suo loco apud eundem instare velle. De pagorum & coloniarum deductione Celsitudinem suam nescire. Sæpè autem suorum subditorum, nobilium & rusticorum, querelas, de iniurijs & damnis sibi per finitimos Polonos illatis, ad se deferri, de quibus vtrinque commissariorum aduentum quietè expectari optat.

Quod autem ad VVartam & Viadrum fil. quorum in hac legatione mentio fit, attinet: VVARTA Polonicus amnis, non procul à Cracouia, prope oppidũ Cromelo exortus, Olstinum, Censtochouiam, SIRADIAM Palatini sedem, VVartam, Colum, Coninum, Pysdros, Srenum, & POSNANIAM, maioris Poloniæ metropolin, perlabitur, vbi recepto Prosna, Obornicos, Siraccuiam, Mezichodam, & Landsbergam Marchiæ, excepto Notessio, in VIADRVM prope Cüstrinum Marchiæ defertur. Notessius verò, ex Goblo Cuiauiæ lacu, prope Crusvviciam, Piasti patriam, emanans, Pacossium, Labasin, (vbi eum transij) Naclum, Pilam, Vsciam, & Dranum oppida & arces prætergressus, VVartæ tandem supra Landsbergam coniungitur. VIADRVS verò seu ODERA, Germanis notior, quem Plinij Guttalum existimant, in Morauiæ & Silesiæ finibus, non procul Olemucio scaturiens, Oderbergam, in ducatu Teschinensi, Ratiboram, Oppoliam, Brigam, alterius familiæ ducum Lignicensium sedem, VRATISLAVIAM Silesiæ metropolin, Glogouiam, VVartenbergam, Zulichium, Crossam, Gubenam, & FRANCOFORDIAM Marchionum Academiæ sedem prætergressus, Güstrini, VVartæ excepto, Stettinum Pomeraniæ metropolin allabitur, infra quam, ad 4. milliare, in lacum recentem, seu sinum aquæ dulcis decem milliaria longum, defertur. Vnde tribus ostijs in mare Balthicum exit. Quorum sinistrum, à Pani f. prope Ankelam à se recepto, Panis appellatur, & infra VVolgastium mari apertò miscetur. Medium, Suina seu Suena, inter Vsedom & VVollinensem insulam, quod Sueuum aliqui nominant: dextrum, Diepenon dictum, VVollin oppidum præterit, nec procul inde, ad Caminum Episcopæ Pomeranicæ sedem, Balthicum mare ingreditur.

Sed ad Dantiscanum bellum redeo: in quo, Lubecenses etiam & confœderatas societatis Hanseaticæ vrbes maritimas, à Gedanensibus commeatu & milite iuuandis, POLONVS epistola accuratè scripta dehortatur: ac ELBINGAM iam à se institutum esse emporium significat, in quo secura & libera & magis quàm antea fructuosa cum Polonis commercia, omnibus regni amicis futura sint. Cognoscere igitur ex illis cupit, an eos pro Regis Poloniæ, an pro Gedanensium, vt fertur, amicis habere debeat. Amicitiæ hoc fore signum, si nihil Gedanensibus subsidij submiserint. Præfecerat rex Poloniæ vniuersis copijs suis IOANNEM Sborouium Imperatorem, qui sex à Gedano milliaribus circa Dersauiam castra metabatur. Hunc procul ab vrbe arcendum & profligandum, antequam pagos vrbi vicinos popularetur: inquieti quidam & turbulenti ciues vociferabantur. Idib. April. Quantumuis igitur dissuadente militum præfecto, Ioanne à Colle[illegible] cum suis copijs Dantiscani in Poloniæ regis ditionem excurrentes, læti & alacres perinde ac si certam in manibus victoriam haberent: non procul à Dersauia oppido, ad lacum Lubisouiensem fœda strage à Polonis repulsi, & plurimi exsi[illegible] capti sunt. Rex igitur insigni suorum victoria confirmatus, ad obsidionem vrbis hactenus dilatam omnia comparabat. Tandem verò Idibus Iunij ad vrbem cum exercitu, ex Polonis, Vngaris & Germanicis copijs conflato, accessit, & in episcopi monte, vrbi imminente, castris locatis, aliquot dies tormentorum fulmina

ina in vrbem vibrauit. Parte alia Ernestus VVeiger, equitum Germanicorũ præ- M. D.
ctus, ad Vistulæ ostium, vt maris vsum Dantiscanis adimeret, propugnaculum o- LXXVI.
j maritimi oppugnabat. Sed virtute militum Dantiscanorum, quorum duces, Io-
nes à Collen, & Nicolaus ab Vngern Liuonus, erant, Poloni ab oppugnatione
pulsi & cæsi, aut in Vistula submersi, castra & tormenta bellica omnia amiserunt,
ex clade suorũ territus, nec multum se incommodi adferre vrbi munitæ animad-
rtens, castra mutauit, & à mœnibus vrbis ad mare propius secessit. Inde iuncto
nte nauali Vistula, copias ad castellum ostij Vistulæ maritimum traducit, acerri-
q; illud oppugnat. Sed erumpunt denuò ex vrbe ciuium & militum cohortes, 14. Iulij.
fortissimè cum Polonis, pro libertate & salute patriæ & àdit⁹ maritimi defensio-
propugnant. In quo prælio, etsi ducem, virum fortissimum, Ioannem à Collen
ntiscani amiserunt, tamen, Deo iuuante, Polonos tandem profligant. qui, rupto
ctificio, incursu nauis onerariæ Dantiscanæ, ponte, quo Vistulam Poloni con-
uerant, fugientes in flumine plurimi perierunt. Hac clade accepta, rex aliquot
hac dies in insula moratus, tandẽ ex vrbis vicinia exercitum abduxit, & Mariæ-
rgum initio Septemb. se contulit. Vbi conuocatis Poloniæ & Borussiæ ordini-
s, aliquot menses desedit. ac inter cætera negocia, Elect. Sax. & Brandeburg. ac
ssiæ legati, pro Dantiscanis apud regem intercedunt, & tandem, post bimestrem
re tractationem, controuersiam totam, ijsdem ferè conditionibus, quas ante bel-
initiũ Rex sponte tulerat, transegerunt; primùm vt supplices veniam deprecen-
r iuxta formulam conceptam, vt pro testanda subiectione debita, bis mille auri
ondo intra quinquennium soluant; Iuramentum fidei commissarijs Regis præ-
nt; militem dimittant; ad instaurationem monasterij Oliuæ, viginti millia fl. con-
ibuant; Stationem & annuam pensionem, signum supremi Dominij, iuxta vim
terum priuilegiorum & consuetudinum, suis temporibus deinceps exoluant. De
, quæ sibi à regno Poloniæ deberi prætendunt, in comitijs regni proximè futu-
deliberetur. Rex vicissim, ex puta gratia & beneuolentia, proscriptionem abo-
, priuilegia & iura ipsorum, vigore iuramenti Cracouiæ in coronatione præ-
, confirmat; de vsu Augustanæ confes. libero cauet; Damna, regis subditis tem-
re belli illata, condonat; Bona immobilia, fisco addicta, restituit. De mobilib⁹
debitis in fiscum redactis, summam non maiorem triginta millibus florenorum
nebit; cæteræ donationes & decreta tollentur. Ciuitatis & priuatorum actio-
, in aula vel alijs iudicijs pendentes, partibus saluæ & integræ manent. Militi-
& alijs, qui ciuitatem consilio vel armis iuuerunt, ignoscit. Grauamina ciui-
is, & nominatim Portorij negocium, ad comitia ordinum regni differt. De ra-
ne ingressus Regis in vrbem, nihil sibi præscribi vult. Cùm autem ingredi vo-
rit, securitati ciuitatis, vt antecessores fecerunt, autoritate sua prospiciet. Hæc
Mariæburgi literis solennibus confirmata sunt: cùm paulò antè, curationem ægri 12. Decemb.
orussiæ ducis Alberti Friderici, ducatusq; ipsius vniuersi, & bonorũ ac reditũ
ius omnium àdministrationem, Georgio Friderico, marchioni Brandeburgen-
, proximo Alberti Friderici agnato, commendasset. Decreto Regio longiori, in- 23. Octob.
rta est iuramenti formula, à Marchione præstanda, congruens cum ea, quam
nno millesimo quingentesimo sexagesimo nono recitaui. Quo iuramento Regi
to, subditi quoq; Ducatus, debito iureiurando se deuincire marchioni iuben-
r. Qui locum tenentem in absentia sua, & in præsentia præfecturas arcium, non
alios, quàm Regis Poloniæ subditos vel ex regno vel ducatu feudali, deferre
oterit. Aegro principi, de rebus omnibus ad victum cultumq; corporis pertinen-
bus, pro dignitate prospiciet, & coniugis ipsius Mariæ Leonoræ Iuliacensis iura,
od ad dotem & donationem propter nuptias attinet, sarta tecta conseruabit. Si
rò æger princeps ad pristinam mentis sanitatem redierit, liberosue masculos hæ-
redes susceperit, illi ipsi, vel illis, vbi ad ætatem legitimam peruenerint Geor-
gius Fridericus marchio, Ducatu Borussiæ rursus cedere, & cu-
rationis atq; Administrationis suæ rationem
reddere debebit.

LIBER

LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

Nobili & Magnifico Domino

RICHARDO A SCHVLENBVRG

IOACHIMI F. RICHARDI N. IOACHIMI PRON.

Domino Hæreditario in LÖKENITZ, PETKVN, LABENON & VV LIBENROSEN, &c.

Dicat

DAVID CHYTRAEVS

Eodem

EOdem ferè tempore, quo Stephanus Poloniæ Rex ad Dantiſcum deſedit: multò grauius & diuturnius bellum, inter Amuratem Turcarum Imp. & Mahometem Hodabendi (DEI ſeruum) Perſarum regem, exarſit. cuius hæc fuit occaſio. Cùm Thamaſus Perſarum rex, Hiſmaëlis Sophi filius, anno regni 43. rebꝰ humanis eximeretur: erat in gubernatione regni filius ipſius tertio genitus, Haidar Miriſes, qui patris ſenio confecti vices, aliquot iam annnis, in regno Perſarum administrando geſſerat. Sed à quibuſdam Sultanis ſeu proceribus, quos viuo patre offenderat, vix dimidio ab abitu patris exacto menſe, interficitur; & Hiſmaël ſecundò genitus Tamaſi filius, ex carcere, in quem propter inobedientiam & ferociam (qua in Beglerbegi Azrumenſis ditionem hoſtili incurſione aliquoties facta, bellum Turcicum ferè inflammarat) à patre coniectus erat, ad regnum vocatus, quod à parricidijs aliquot fratrum, quos nanciſci potuit, & procerum ſibi ſuſpectorum ſupplicijs, inchoauit. Cumque Sangiacus quidam Turcicus, natione Chaldæus, ad eum, belli cum Turcis gerendi auidiſſimum, transfugiſſet: & proceres aliqui, Turcis transfugam reddi, & pacem cum illis, à patre initam, ſeruari ſuaſiſſent: tantopere aduerſus eos exarſit, vt tanquam proditores regis & regni, ſupplicio crudeli necaret, & ſtatim finitimis Turcarum prouincijs damna inferri, impreſſionibus in eas factis, iuberet. Hæc cùm intolerabilia proceribus viderentur, venenum ei per propriam ſororem præberi curarunt; quo, nondum finito regni ſemeſtri extinctus eſt. M. D. LXXVII. 1575.

Mox primogenitum fratrem, MAHOMETEM, naturâ quietis & iuſtitiæ amantem, ex Goraſena, quam à ſocero hæreditate relictam regebat, ad regnum capeſſendum accerſunt, quod inuitum ſe accipere, & priſtinam vitæ tranquillitatem longè ſe tanti regni moleſtijs anteferre, oſtendit. Itaque ſtatim initio imperij, legatos cum literis Conſtantinopolin ad Amurathem mittit, qui pacem & amicitiam, inter eorum parentes conſtitutam, & tot annis cultam, deinceps etiam conſeruari, & nouis pactis ſtabiliri rogarent. Sed Amurates, à ſuo Mupthi cæteris ſacerdotibus, acerbiſſimo Perſas odio, ob religionis diſſidia, velut Hæreticos, perſequentibus, aſſiduè imitatus; & alioqui imperij amplificandi, & Perſas ſub iugum redigendi cupidus: Somnijs etiam, quibus victoriam portendi interpretes affirmabant (vt Xerxes olim de bello Græcis inferendo deliberans) perſuaſus; in propoſito gerendi belli perſtitit, etiamſi ſupremus ipſius conſiliarius, & Vezierbaſſa, Mahometes ſenex penè octogenarius, grauiſſimè & liberè, illud diſſuadens, non eſſe caudam ſerpentis dormientis calcandam, diceret; ne excitatus, capite ſurſum erecto terribiliter pungat. Vt autem plus lucis PERSICÆ hiſtoriæ proximorum annorum accedat: GENEALOGIAM ab Hiſmaële Sophi, & paulò altius inchoatam, ad tres fratres iam memoratos, Tamaſi filios, deducemus. 1576.

Baſilius

Alexius Comnenus.

phus ab Hali ahometis gere ortũ ducens	Vſuncaſſanes, Rex Perſarum.	Caliohannes Rex Trapezuntis.	DAVID vltimus rex Trap.
Guines	Vxor ——	Catharina	
	†		

Erdebil seu Harduelles — Martha vxor Harduellis, mater Hismaëlis — Iacuppus seu Iacob, necat fratrem & sororium Harduellem. ⊕ 1485. — Calul à fratre interfectus.

HISMAEL Sophi, Rex Persarum, cœpit 1499. ⊕ 1533.

Aluantes. Murat Chan de regno inter se dimicantes, ab Hismaële opprimuntur.

Tamasvs seu Thomas 43. annis, cum Solymanno bellum gerens Chaldæam & Mesopotamiam amisit 1535. deinceps vsque ad finem vitæ pacem coluit. ⊕ 1575. — Elcas seu Casul

Mahomet Hodabendi, id est Dei seruus, cœpit 1576. ⊕ 1586. — Hismaël II. rex, cum Turcis bellum renouat 1575. — Haidar Mirises — Mustapha — Mircanus, &c.

Emir Camises.

Mahomet Persarum rex, cùm Turcas à consilijs Pacis secum seruandæ prosus alienos, in proposito gerendi belli immotos persistere videret: Fœdus cu magno Tatarorum Imperatore Chataino, quem Vlu Chan nominant, & cu vicinis Georgianis, init; quorum auxilijs aduersus Turcas, omnibus finitim gentibus formidabiles, vteretur. Amurathes vniuersis copijs suis, Mustaph Bassam senem, qui Cyprum ante sexennium debellarat, summum Imperatore præfecit. Qui Georgianorum, Persis fœderatorum, terras primùm hostili impressione adortus, rapinis ac incendijs longè lateq; grassatus est, & ciuitatem T phli, in potestatem redegit, cui Beglerbegum cum præsidio præfecit. Reg bat in ea vicinia principatum amplissimum fœmina vidua, quæ viribus & succ sibus Mustaphæ territa, de pace legatos ad eum misit. Is duos fœminæ illius lios, ad se ablegări, dato commeatu petit. Cumque venissent, & suam er Amurathem fidelitatem & subiectionem testati essent: statim eos, violata fi conductus fide, Bizantium ad Amurathem proficiscì iubet. Vbi quomodo cepti, se gesserint ac dimissi sint, ex nobilis & ornatissimi viri, VVenceslai B dovvicij, oratoris Cæsarei in porta Turcica, eo tempore aulæ magistri, lite ad me datis, narrationem adscribam.

Georgiani duo Principes fratres, non Legati publici, vt initio ferebatur, se à Mustapha Bassa, contra Persas eunte, huc ad Imperat. missi sunt, & vrb
3. Iunij. hanc magno & splendido comitatu ducentorum circiter hominum ingressi, s lenniter à Turcis excepti fuêre deficiente paulò pòst iuniore fratre: vnà cum s cohorte, ad Mahometismum, idque ob defraudandum fratrem, & eripie dum illi tanquam primogenito ius dominandi, quod & accidit.

At cùm

Ac cùm senior semel atq; iterum Illustriss. D. Oratorem meum salutari per suos M. D. LXXVII.
iussisset: placuit D. Oratori, semper mea vti opera ad eum resalutandum, & ad constantiam Christianæ religionis adhortandum: quod equidem ea qua potui diligentia feci, eiqué diligenter quærenti de Ecclesiarum Germanicarum statu, ad singula breuibus per interpretem respondebam, & diebus aliquot elapsis, inuentum inter Græcos libellum Græcum confessionis Augustanæ, Basileæ impressum, cuius huc D. STEPHANVS GERLAKIVS plura exemplaria transportari cutauerat: hunc inquam, ex consensu Magnif. Domini mei, & cum subscriptione manus ipsius fratri seniori obtuli, quem benigne acceptum, statim in linguam suam Ibericam transferri iussit, seque ad suos, vnà cum exemplari Græco transportaturum promisit. Dimissus est autem hinc ad suos (vnà cum fratre Mustapha, apostata) rebus suis mirificè perturbatis, & nihil impetratis eorum quæ petierat, excepta vita incolumi. Nomen illi erat Quarkvvare Abac. Ego multa, tum ex ipso, tum ex ipsius hominibus inquisiui de Politia & Ecclesia eorum: & reperi diuersos principes illa loca incolere, moribus & opinionibus diuersissimos. Græcum Patriarcham colunt quidem, sed ab ipso non dependent, vt qui in multis se à Græcis dissentire dicant, quæ tamen dissimilitudo in varietate rituum consistit, qui ipsis sunt, quemadmodum & Græcis, caput & principale religionis.

Cùm in patriam hi principes fratres rediissent, maior natu Christianus, subito extinctus est minor, apostata, ditionem paternam & maternam, beneficio Amurathis regendam solus obtinuit. Mustapha in Mediam progressus, Sirnanum, à Persis desertum, nemine resistente, occupauit, & inchoatis ibi munitionibus ac imposito præsidio, Beglerbegum, qui Mediam tueretur, Ottomannum Bassam præposuit. Ipse in hyberna cum reliquo exercitu, Arzerumen Armeniæ & Assyriæ finitimam profectus est. Sed hoc vix digresso, reuersi Persæ, copias Turcas, Siruano emissas profligant, & vrbem ipsam, Mediæ metropolin, recuperant. Ottomannus Bassa effugiens ad Portas Caspias seu Derbentum, cuius princeps Persis inimicus erat, se contulit. Huic pro hospitio benignè communicato hanc gratiam refert, vt ducta in matrimonium ipsius filia, veneno per coniugem exhibito, socerum necaret, & totam ipsius ditionem cum arce Derbenti munitissima occupatam, cum imperio possideret, & Amurathis patrocinio supremo sub- 1578.
iceret.

Hæc anno 1578. præcipuè, eo in Persico bello acta sunt.

Hucusque ad 1577. annum redeo, quo, in Saxonia veteri, quam VVestphaliam nominant, SALENTINVS, episcopus Padebornensis, atque idem archiepiscopus Colonienſis, vir iustus, fortis, magnanimus, bellator tamen magis quàm sacerdos, cùm postremus ex illa comitum ab Eisenberg familia superesset, vtraq; episcopa se abdicauit, & Antoniam VVilelmam, Iohannis Lignij Comitis Arenbergij filiam, Caroli Arenbergij sororem, coniugem duxit. Huic in Padebornen- Id. Sept.
si diœcesi, HENRICVS, Dux Saxoniæ, archiepiscopus Bremensis, hac conditione, vt singulis annis tres menses in diœcesi Padebornensi, totidem in Osnabr. & semestre in Bremensi, aulæ sedem haberet: In Colonienſi verò Electoratu, Gebhardus Truchsses, VVilelmi filius, Baro à VValpurg, successerunt. Idem Sa- 5. Decemb.
lentinus, in VVestphalia, ditionem, quam Vestam Rellinghusen appellant, Lippa Imuio à diœcesi Monasterienſi diſiunctam, quam Theodoricus à Moers, archiepiscopus olim Colonienſis cum duce Cliuensi de Susato bellum gesturus, pro 1442.
7550. florenis, comitibus Schavvenburgensibus pignori dederat; post 130. annos, persoluto Comitibus pretio: & ciuitatem Cæsaris VVerdam, & præfecturas Vrdingen, Erprode prope Nouesium, Netten prope Andernacum, & alias tum oppignoratas, redemit.

IOANNES FRIDERICVS, Pomeraniæ Dux, Erdmudin, IOANNIS GEORGII electoris Brandeburgensis filiam, in matrimonium ducit. 17. Februar.

M. D. LXXVII. 6 Octob. Socer IOANNIS FRIDERICI, elector Brandeburgicus; ELISABETHAM Anhaldinam: ERNESTVS LVDOICVS, dux Pomeraniæ, IOANNIS FRIDERICI frater, SOPHIAM HEDVVIGIN, IVLII, ducis Brunſvvicenſis, filiam: IOACHIMVS FRIDERICVS dux Lignicenſis, GEORGII filius, ANNAM MARIAM, Anhaldini filiam: coniugio ſibi iunxerunt.

Ex viris doctrinâ, virtute & dignitate præſtantibus de-
18. Maij. ceſſit hoc anno VIGLIVS ZVICHEMVS Iureconſultus, qui cum ingenio & doctrinâ iuuenis excelleret, & in ACADEMIA PATAVINA doceret; Iuris Ciuilis Inſtitutiones IVSTINIANI
1535. Græcas, à THEOPHILO verſas, ex BESSARIONIS Cardinalis Bibliotheca ad D. MARCVM VENETIIS, Bembi beneficio deſcriptas: primus in GERMANIA, ſplendido ad CAROLVM QVINTVM IMPERATOREM præfixo procœmio, in lucem
1538. vſque emiſit, cuius occaſione, à CAROLO, nomine domus Burgundicæ, Aſſeſ-
1542. ſor Iudicij Cameræ Imperialis factus; poſtea à VVILELMO Duce Bauariæ, INGOLSTADIVM euocatus, Iuris Ciuilis ſtudia ſingulari dexte-
1544. ritate & magno cum auditorum applauſu excitauit. Inde à CAROLO
1545. & deinceps. QVINTO, Ratisbonæ tum comitia agente, per Granuellanum, conſiliarijs aulæ adiunctus, in Comitijs Spiræ, VVormatiæ, Ratisbonæ, in bello Germanico, & deinceps grauiſſimis negotijs & legationibus obeundis exercitus eſt, donec ineunte anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, Secreti
1565. Conſilij Belgici, rerumque ſtatus præſes, ſeu Cancellarius conſtitueretur, cui officio vſque ad initia tumultuum Belgicorum, coniunctis cum Cardinale ATREBATENSI animis & conſilijs, præfuit. Miſſione autem impetrata, in Eccleſia D. BARONIS Abbas GANDAVI ferè reſidebat, donec anno ætatis ſeptuageſimo, CHRISTI milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, ex his terris euocaretur, cùm proximè hunc præcedente anno, alterum FRISIAE lumen, Madriti in HISPANIA phtiſi extinctum fuiſſet IOACHIMVS HOPPERVS, qui primus noſtra ætate in Germania IVRIS ARTEM, & ratione ac methodo certa, Titulorum in Pandectis & Legum ordinem inter ſe cohærere, LOVANII docens o-
1566. ſtendit. Inde VIGLII Popularis ſui & Cardinalis Granuellani commendatione, in conſilium ſecretum allectus, paulò pòſt, ineuntibus BELGICIS tumultibus, in HISPANIAM à PHILIPPO vocatus, ſummi Conſiliarij ſtatus BELGICI munus, & Regij Sigilli præfecturam annos nouem adminiſtrauit. Viduæ HOPPERI in Belgium redituræ, Rex annuam mille florenorum penſionem ad vitam, & duodecim millia ad viaticum attribuit. Vixit HOPPERVS tantùm quinquaginta tres annos: natus milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio, die Martini. Scripta reliquit, Sedevvardum ſeu de vera Iurisprudentia ad Regem libros duodecim. Νομοθεσίας quatuor de Iure publico, quatuor de Iure Ciuili Priuato, quatuor Paratitlorum Iuris, quatuor Elementorum Iuris, ſiue de Principijs Iuſti, quatuor Paraphraſes in Pſalmos & de Vſu ac diuiſione Pſalmorum.

Cometa θαυμασίας quo nullum maiorem & longiorem, latioremque caudam trahentem, vnquam vidi, menſe Nouembri Solem occidentem ſecutus eſt.

IN BELGIO, IOANNES AVSTRI-
12. Februar. ACVS, pacis GANDAVENSIS inter Ordines communi conſenſu initæ capita, edicto publico Bruxellæ comprobat. Miſſus is erat à PHILIPPO Hiſpaniæ rege (cuius frater nothus erat) ad gubernationem BELGICI, &

ineunte

Ex his ergo ſatis patet, quomodo ſolutio Problematis Propoſiti ſit inſtituenda. Poſito enim $\frac{dy}{dx} = p$, ex aequatione inter x et y data quaeratur y per x et p, ſeu ſit $y = \varphi(x, p)$, ubi ſcilicet p pro conſtante habetur, ſicque differentiando habebitur $dy = dx\,\varphi'(x, p) + dp\,\varphi''(x, p)$, ubi $\varphi'(x, p)$ denotat differentiale functionis $\varphi(x, p)$ ſumtum poſito ſolo x variabili, $\varphi''(x, p)$ vero differentiale ſumtum poſito ſolo p variabili. Quia nunc eſt $dy = p\,dx$, habebitur haec aequatio $p\,dx = dx\,\varphi'(x, p) + dp\,\varphi''(x, p)$, quae ſimplicior reddita dabit $dx\,(p - \varphi'(x, p)) = dp\,\varphi''(x, p)$, ubi variabilium x et p ſeparatio facta praebet $\frac{dx}{\varphi''(x, p)} = \frac{dp}{p - \varphi'(x, p)}$, quae aequatio ſi integrata detur, habebitur x per p et conſtantem arbitrariam, unde ob $y = \varphi(x, p)$ etiam y per p et conſtantem arbitrariam innotescet, ſicque ſolutio Problematis abſolvetur.

Ut autem haec ſolutio ad praxin accommodetur, ſit $\varphi(x, p) = Ax + Bp + C\sqrt{(\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2)}$, ubi A, B, C, α, β, γ, δ, ε, ζ denotent quantitates conſtantes, quae ſi ſint numeri, ſolutio Problematis ad Algebram reducetur. Hinc ergo erit $\varphi'(x, p) = A + \frac{C(\beta + \delta p + 2\varepsilon x)}{2\sqrt{(\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2)}}$ et $\varphi''(x, p) = B + \frac{C(\gamma + \delta x + 2\zeta p)}{2\sqrt{(\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2)}}$, quibus valoribus ſubſtitutis habebitur $\frac{dx}{B + \frac{C(\gamma + \delta x + 2\zeta p)}{2\sqrt{(\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2)}}} = \frac{dp}{p - A - \frac{C(\beta + \delta p + 2\varepsilon x)}{2\sqrt{(\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2)}}}$, quae aequatio ſimplicior reddita dat $\frac{dx}{2B\sqrt{(\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2)} + C(\gamma + \delta x + 2\zeta p)} = \frac{dp}{2p\sqrt{(\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2)} - 2A\sqrt{(\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2)} - C(\beta + \delta p + 2\varepsilon x)}$, ubi ſi ponatur $\sqrt{(\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2)} = v$, habebitur $\frac{dx}{2Bv + C(\gamma + \delta x + 2\zeta p)} = \frac{dp}{2pv - 2Av - C(\beta + \delta p + 2\varepsilon x)}$, quae aequatio ob $v^2 = \alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2$ ſimplicior reddita dat $\frac{dx}{2Bv + C(\gamma + \delta x + 2\zeta p)} = \frac{dp}{2v(p - A) - C(\beta + \delta p + 2\varepsilon x)}$, quae ſi ulterius ad rationalitatem reducatur, ſolutio Problematis ad Algebram reducetur.

Ut autem haec reductio ad rationalitatem facilius inſtituatur, ſit $\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2 = (\lambda + \mu x + \nu p)^2$, ubi λ, μ, ν denotent quantitates conſtantes, quae ſi ſint numeri, ſolutio Problematis ad Algebram reducetur. Hinc ergo erit $\alpha = \lambda^2$, $\beta = 2\lambda\mu$, $\gamma = 2\lambda\nu$, $\delta = 2\mu\nu$, $\varepsilon = \mu^2$, $\zeta = \nu^2$, quibus valoribus ſubſtitutis habebitur $\frac{dx}{2B(\lambda + \mu x + \nu p) + C(\gamma + \delta x + 2\zeta p)} = \frac{dp}{2(p - A)(\lambda + \mu x + \nu p) - C(\beta + \delta p + 2\varepsilon x)}$, quae aequatio ſimplicior reddita dat $\frac{dx}{2B\lambda + C\gamma + (2B\mu + C\delta)x + (2B\nu + 2C\zeta)p} = \frac{dp}{2\lambda p - 2A\lambda + (2\mu p - C\beta) - (2A\nu + C\delta)p - 2C\varepsilon x}$, quae ſi ulterius ad rationalitatem reducatur, ſolutio Problematis ad Algebram reducetur.

Ut autem haec reductio ad rationalitatem facilius inſtituatur, ſit $\alpha + \beta x + \gamma p + \delta xp + \varepsilon x^2 + \zeta p^2 = (\lambda + \mu x + \nu p)^2$, ubi λ, μ, ν denotent quantitates conſtantes, quae ſi ſint numeri, ſolutio Problematis ad Algebram reducetur. Hinc ergo erit $\alpha = \lambda^2$, $\beta = 2\lambda\mu$, $\gamma = 2\lambda\nu$, $\delta = 2\mu\nu$, $\varepsilon = \mu^2$, $\zeta = \nu^2$, quibus valoribus ſubſtitutis habebitur $\frac{dx}{2B(\lambda + \mu x + \nu p) + C(\gamma + \delta x + 2\zeta p)} = \frac{dp}{2(p - A)(\lambda + \mu x + \nu p) - C(\beta + \delta p + 2\varepsilon x)}$, quae aequatio ſimplicior reddita dat $\frac{dx}{2B\lambda + C\gamma + (2B\mu + C\delta)x + (2B\nu + 2C\zeta)p} = \frac{dp}{2\lambda p - 2A\lambda + (2\mu p - C\beta) - (2A\nu + C\delta)p - 2C\varepsilon x}$, quae ſi ulterius ad rationalitatem reducatur, ſolutio Problematis ad Algebram reducetur.

M. D. LXXVIII. se, antequam Mosam transeat & viam armis tentet, omnes Belgas, ad obedientiam Deo & regi præstandam, inuitare: & paratum esse quoslibet, qui se illi prompte & è vestigio dedent, & relictis rebellium partibus, Regiæ Maiestati adhærebunt, sine omni personarum & rerum discrimine, in gratiam regis præcipere & clementer habere: Milites Belgarum ad se transeuntes, albo suorum adscribere velle; de fide publica his literis plenè cauere: Domi tranquillè & quietè viuentes, nec militem, aut commeatum, aut pecuniam rebellibus ministrantes, pro fidelibus subditis se habiturum testatur, & disciplinam militarem, ad quam Regiæ Maiestatis milites se componere & gerere debeant, præscribit. Statim verò his literis editis cum exercitu progressus, ordinum copias ad Niuellam ex improuiso obruit & profligat, & cursum victoriæ vrgens, Lovanium, Arescot, Distam, Thenas, Niuellas, Brabantiæ vrbes occupat. Ordines iam ante VVilelmum Vraniæ princi-
17. Septemb. pem, ex Hollandia Antuerpiam euocatum, vicepræsidem generalem totius Bel-
7. Ianuar. gij constituerant, cuius consilijs potissimùm omnia, nomine tantùm Matthiæ archiducis præscripto, regebantur. Cumq; à ciuitatibus inprimis, nerui rerum agendarum, ex accisis & impositionibus, ingentem vim pecuniæ adferentibus, suppeditandi essent: libertatem & priuilegia Gandauensibus à Carolo V. adempta, & alijs, plenè restituit, & arces Gandaui, Antvverpiæ, Vltraiecti, & alijs urbibus velut frenum iniectas, destrui, & postea Religionis reformatæ exercitium
6. Febr. liberum expetentibus, permisit. Amsterdamum, terra mariq; commeatuum importatione prohibita, ordinibus subijcit: & Mechliniam ac Lyram præsidio munit: tandem etiam Campos, mense Iulio, & Dauentriam à Georgio Laleino obsessam, ad deditionem cogit. Interea ad Rodolphum Imperatorem legati ab or-
14. Octob. dinibus missi, ad seruanda pactionis capita, & præstandam obedientiam, iure diuino & humano regi debitam, sese offerunt, & Cæsarea ipsius autoritate causam componi flagitant. Exercitum etiam amplissimum ex varijs gentibus, & inter cæteros Ioan. Casimirum Palatinum Rheni, ordines conducunt; qui causas susceptæ illius à se expeditionis edito scripto breui & neruoso exponit, & in Belgico Hispanorum tyrannide oppresso, commune totius Germaniæ periculum vertit, & Belgicos ordines, non Rebellionem, sed necessariam defensionem, ab omnib' bonis & fortibus viris iuuandam, sustinere demonstrat. Etsi autem ingenti conatu & maximis copijs vtrinq; collectis, castra inter Mechliniam & Louanium oppositta, Io. Austriacus & Matthias archidux seu belgici ordines, aliquot hebdomadas habuerunt: nihil tamen tantæ expectationi de expeditione illa concitatæ respondens, gestum, & confusio ac perturbatio in Belgis maior, quàm antea vnquam fuerat, exorta est. Exercitui ordinum præfectus fuerat Maximil. Henninius comes Bossui, sub quo militare Ioan. Casimirus, vtpote longè illo dignitate superior, recusabat. inter Auraicum quoq; & Casimirum æmulationes ardebant. & magna pars æstatis tractationibus inter Matthiam & Franciscum Alenc. Galliæ regis fratrem, quem Philippus Laleinus Hannoniorum præfectus, Artesij & alij, tũ in Belgicum adduxerant, consumpta est. Mense Septembri, Casimirus, & alij ordinum Duces, trium mensium stipendia flagitant, quæ cùm solui non possent, pleriq; in Brabantia pagi & oppida minora crudeliter direpta sunt. Ioannes Austriacus, Belgicum, iam ferè pacatum & tranquillum superiori anno ingressus, perturbatissimum & calamitosiss. ineunte Octobri moriens reliquit, eodem ferè tempore, quo VVenceslaus, Maximiliani II. Imp. filius adolescens in Hispania decessit.

Casimirus, Imbyssæ consulis Gandauensis, Borluti Syndici, & aliorum, comitem Flandriæ eum creare volentium, consilio, à Flandris inuitatus, Gandauum proficiscitur, vbi Petrum Dathenum & alios concionibus præfectos inuenit, quibus ciues excitati, sacrificulos & monachos omnes vrbe eijciunt, & bona ecclesiastica, in fiscum, ad communes Reipub. vsus transferunt, & scripto edito, alios quoq;, ad libertatem integram, non ciuilem solùm, sed etiam conscientiæ & religionis inuitant. Inde in Angliam Casimirus, ineunte nouo anno, pecuniam ad stipendia militum confecturus, ad reginam traiecit. Austriaco, Alexander Farnesius,

M. D. LXXVIII.

sius, Octaui filius, Petri nepos, Pauli III. P P. pronepos, Parmæ dux, ab Hispaniæ rege substitutus est. Mense Augusto, liberum Reformatæ religionis exercitiū, in vrbe Antvverpia, archiducis Matthiæ Gubernatoris & Capitanei generalis, & principis Vraniæ locum tenentis, & Dominorum consilij statuum autoritate permissum, & Pax Religionis promulgata est. his conditionibus, ne impediant reformati aut turbent per se vel alios, ritus & exercitia veteris religionis: nec diuersæ religionis causâ, cuiquam contumeliam vel vim inferant. Magistratuum politicis mandatis obediant. Impositiones & onera cum cæteris ciuibus communia sustineant. Nusquam nisi in designatis à Magistratu locis conciones habeant. Ministri coram Prætore & Magistratu locis conciones habeant. Ministri coram Prætore & Magistratu ciuitatis sistantur & iuramentum fidelitatis & obedientiæ in politia præstent, à contumelijs verborum & omni sermone seditioso pro concione abstineant. Loca consecrata nemo spoliet, aut imagines frangat. nec cantilenas aut libellos in alteram religionem probrosos vendat, &c. Hos in tutelam & defensionem suam Gubernator, vicecomes Brabantiæ, Prætor & Senatus Antverpiensis, se susceperturum pollicetur.

Hanc religionis pacem Gandauenses etiam Flandri grauiter tumultuantes, & cum Hollandis ac Zelandis, Vltraiectini amplexi sunt, permissa potestate omnib⁹ canonicis, presbyteris & monachis, matrimonij contrahendi, dote constituta monachis ex reditibus cœnobiorum, & canonicis vsufructu suorum beneficiorum relicto. Quibus paulò pòst Geldriæ etiam ordines accesserunt. Hannonij verò & Artesij ægerrimè ferentes, religionem Romanam, quam in Vnione Bruxellensi, & publicis literis constanter se retenturos, apud regem Hispaniæ & Imperatorem & alios principes professi erant, à Gandauensibus, in quorum vrbe fœdus illud factū erat, & alijs plurimis deseri & aboleri; seiungunt se à cæteris statibus, qui religionem mutauerant, & publico scripto illorum leuitatem & perfidiam arguunt, & perpetuò se Catholicæ & Romanæ fidei assertores, & Regi, si priuilegia eorum seruet, obedientes fore testantur. Hi, Malecontenti deinceps nominati sunt, qui cum Gandauensib⁹, nouo, intestino & exitiabili dissidio, acerbissimis odijs assiduè deinceps belligerabant. Sed totum eius temporis Belgici statū, & præcipuorum, principū procerum, ducum & aliorum, ingenia, naturas, consilia, mores, admodū appositè Terentianis versibus quidam expressit. Quæ Reipublicæ Belgicæ velut pictura illustris, prudentibus & rerum Belgicarum illius anni non imperitis, lectu non ingrata nec iniucunda erit.

PORTVGALLIÆ rex Sebastianus, iuuenis 24. annorum, à Mahomete Fesano rege exule, aduersus patruum Abdelmelechum auxilio vocatus, in Africa, nō procul ab Alcazar, cum toto exercitu cæsus est ab Abdelmelecho rege, qui & ipse, durante adhuc prælio, apoplexia extinctus, & nepos ac hostis ipsius rex Mahometes in fuga submersus est. Ita tres reges vno in prælio interierunt. Fructum autem victoriæ & regnum Fesanum, Hameth, Abdelmelechi frater, obtinuit.

XARIPHIVS MVLEIVS stirps huius familiæ, ex Mecha Arabiæ felicis oriundus.

Xequus Mahometus Muleius. Regnum Marici & Fesæ 1548. occupat.

ABDALLAS exclusis fratribus Regnum solus tenuit.	Abdelmunen, à fratre Abdalla interfectus.	ABDELMELECH, cui Sebastianus,	HAMET, fratri, durante prælio, apople-

MAHOMETVS
à patruo Abdelmelecho pulsus, petit auxilia à Sebastiano Rege Portugalliæ submersus in fuga, die 4. Augusti 1578.

Xequus.

† Portugalliæ Rex bellum inferens anno 1578. die 4. Augusti in prælio cæsus est.

Ismaël.

* xia extincto, in victoria & regno successit.

In Lusitania verò seu Portugalliæ regno, Henricus Cardinalis senex, Sebastiani patruus magnus, successit. Qui cùm diu superstes esse non posset, multi competitores, ac in his, Antonius, Ludoici de Crato, fratris Henrici filius nothus: Philippus Hispaniæ rex, sororis Henrici Isabellæ filius: & Alexander Parmensis, pro filio Raynucio, ex Odoardi fratris Henrici filia prognato, & alij, regnum ambiebant. Dux Parmensis, de iure successionis suo, collegium Patrinum consulens, & Facti speciem transmittens, hanc Genealogiæ partem adiunxit.

EMANVEL Rex.

Isabella vxor Caroli V.	Ioannes III. rex Portugalliæ ⊕1557.	Ludoicus	Henricus cardinalis rex modernus.	Odoardus
Philippus rex Hispaniæ natus 1527.		Antonius nothus, natus 1531.	Maria Alexandri ducis Parmæ coniunx, ⊕1577.	Catharina Bragantiæ
			Reinucius Parmæ.	
Emanuel II. ⊕1554.		Maria vxor Philippi.		
Sebastianus rex, in Africa cæsus, sine prole ⊕1578.		Carolus defunctus sine prole.		

In Vngaria inferiore, Mustapha, Bassa Budensis, qui multos annos illi Vngariæ parti præfuerat, & cum Eccio Salmensi comite, Imp. Ferd. & Max. militiæ præfecto Iaurinensi, pacem & amicitiam coluerat: iussu Selymi strangulatus est, quòd arx Budensis, incenso puluere tormentario, ipsius culpa non satis custodito, euersa esset. Veram causam fuisse illius opes, per fas & nefas in præfectura illa collectas, existimant, quibus æmuli ipsius in aula Turcica inhiarint.

Saxonia tota hoc anno tranquilla fuit. cui, cùm triginta ferè annos consilio & manu ægris feliciter medendo, Vir Cl. D. Gervasius Marstallerus seruijsset, Cellæ Saxonum tandem, ex Illustrissimi & optimi principis VVILHELMI, ducis Brunsuic. ac Lunæb. ministerio aulico, in cœlestem aulam à Deo euocatus est, non medicus solùm πολλῶν ἀνταξίων ἄλλων, verùm etiam in mathematis & vniuersa Philosophia & Theologia præclarè eruditus, & Poëta vero Deo & Musis carus. Erat Neoburgi ad Rhenum in Brisgoia ortus; natiua bonitate & candore, & ingenio omnium doctrinarum capace, à Deo ornatus, cum quo in Academia VVi-
1545. tebergensi, ante bellum Germanicum, D. Luthero adhuc superstite, amicitiam
1547. societate studiorum conciliatam, & in Academia Heidelbergensi confirmatam, toto vitæ tempore deinceps sincerè & constanter colui. Quæ ad filios etiam illius paternæ virtutis & doctrinæ vestigijs feliciter insistentes, Geruasium artis Medicæ doctorem, & MARTINUM Illustrissimorum Pomeraniæ principum Ducis Bogislai filiorum,

filiorum, studia hoc tempore moderantem, propagata est. Mentionem igitur optimi huius viri & de multis benemeriti, amicitiæ nostræ debitam, inferere hoc loco operæ precium iudicaui. M. D. LXXVIII.

Societatis Hanſicæ ciuitatum legati, indicto Lubecam conuentu, rari & tardi conuenerunt. Nam & Colonienſi & Brunſvvicenſi diœceſi, ſolæ metropoles, ex Pomeranicis ſoli Sundenſes miſerunt. Quare de pœna non comparentium & tardius accedentium, ex receſſu anni quinquageſimi ſexti primum verba facta: Deinde confœderationis ciuitatum Formula renouata, quam in ſuperiore conuentu Coſ. Lubec. D. Hermannus Vecheld, I. V. D. vir optimus & clariſſimus, iuſſu ſocietatis delineauerat, relecta & deliberata, & tandem comprobata eſt, cuius capita præcipua ſunt, vt ciuitates Hanſicæ, Romano imperio, Cæſari, & ſuis ſingulæ principibus legitimam & debitam obedientiam præſtent: inter ſe mutuam beneuolentiam & fidem ſeruent, aliæ aliarum commoda promouant, damna auertant, & conſilio ac ope ſe mutuò iuuent. Pacem religionis & politicam in imperio ſancitam firmiter tueantur, commercia in Emporijs, iura receſſus, ordinationes & ſtatuta ſocietatis Hanſæ exerceant: contributiones in conuentibus Hanſæ, communi conſenſu indictas tempeſtiuè pendant, conuentus Hanſæ, ſenatus vrbis Lubecæ & cæterarum Vandalicarum, literis continentibus capita negociorum, de quibus deliberandum eſt, indicat, easq; metropolibus, Coloniæ, Brunſvvigæ, Dantiſco, maturè mittat, vt de ſuarum etiam diœceſium negotijs, ſi quid in literis indictionis monendum ſit, tempeſtiuè inſerri poſſit. vocati ad diem conſtitutam compareant, non comparentes vel tardius accedentes, iuxta receſſum anni quinquageſimi ſexti puniantur. Controuerſiæ ciuitatum, iuxta formam in hoc conuentu præſcriptam, à Senatu Hanſæ, amicè vel iure componantur. Nemo ex ciuitatibus Hanſæ propter aliena debita arreſto in his vrbibus detineatur. Vias publicas, ſuis vrbibus vicinas, ſingulæ tutas ſeruent, captos in itinere ad comitia euntes ciuitatum legatos communi ſumptu ciuitates liberent. Si ciuitas aliquà iniuſtè & violenter oppreſſa vel obſeſſa fuerit, confœderatæ vrbes ſe ad cauſam ex æquo & bono componendam offerent. Sin violenti oppreſſores, quantum poterunt, rebus ad defenſionem neceſſarijs iuuabunt. Ciuilibus diſſidijs turbata Repub. & ſenatu per ciues in ordinem redacto, legatos illius Reip. ad communes deliberationes Hanſæ non admittent, ſed ciues hortabuntur, vt priſtinam autoritatem ſenatui reſtituant; non obtemperantes ex Hanſæ ſocietate excludent, ſeditioſos nuſquam tolerabunt. Diſſidia inter ſenatus & ciues, vicinæ ciuitates amicè aut iure component. Proſcriptos ex alijs ciuitatibus non recipient: neq; hæc confœderatio, alijs coniunctionibus quibuſcunq;, huic non repugnantibus, derogabit. Omnes præteritæ offenſiones ſempiterna obliuione deleantur. Forma etiam proceſſus, in componendis, amicè vel iure, per vicinas ciuitates, inteſtinis ciuitatum inter ſe mutuò controuerſijs, prælecta & à pleriſq; approbata eſt. Colonienſes ſoli ſe in anni quinquageſimi ſeptimi confœderatione manere, nec ſine conſenſu ciuitatum ſuæ diœceſeos, aſſentiri nouis formulis poſſe: nec in anguſtias proceſſus præſcriptas ſe cogi velle reſponderunt. M. D. LXXIX. 1572. Articuli Hanſicæ confœderationis.

Altera de Londinenſi Emporio & commercijs Anglorum deliberatio fuit. Cum enim Angli mercatores totum iam decennium, HAMBVRGI ſedem certis conditionibus habuiſſent: REGINA Angliæ, conditiones ſeu priuilegia, Anglis à ſenatu HAMBVRGENSI conceſſa, exeunte iam decennio renouari & prorogari literis ſuis petiuerat. HAMBVRGENSES ad conuentum ciuitatum HANSEAE, cauſam reiecerant, ſine quarum conſenſu, ſuis ſocietatis iuribus, nihil ſtatuere ſolerent. Scribunt igitur ciuitates Vandalicæ ad Reginam, &, in quarto concordiæ Traiectenſis, inter regem Eduardum quartum & Hanſæ ciuitates erectæ, articulo, formam certam, quatenus, quibuſque legibus, vtrorumque ſubditi, alteri cum alteris commercia exercere 1474.

poſſint

M. D. LXXIX. possint & debeant, præscriptam seruari, & illam ipsam concordiam ac cætera in regno priuilegia sua, tandem confirmari petunt. Regina verò, nihil se de his rebus acturam prius ostendit, quàm continuatam Anglis ab Hamburgensi ciuitate residentiam & priuilegia huc vsq; concessa intellexerit, ne hanc repulsam suis oblatam, & eiectionem ex ciuitate Hamburgensi admittens, aliquam illis sua culpa ignominiæ notam inijcere videatur. Domi verò decretum promulgat, Nisi consul & senatus mercatorum Hansæ Londini, ante diem 25. Martij, cautionem idoneam reginæ præstet, Anglos mercatores, Hamburgæ & in cæteris Hansæ ciuitatibus eandem libertatem residendi & liberè emendi ac vendendi habituros esse, quam Hansæ societatis mercatores Londini in Anglia haberent: post dictum diem, etiam Hanseatis mercatoribus, libertatem negociandi pristinam, in Anglia ademptum iri, eosq; pari cum cæteris peregrinis mercatoribus conditione fore. Etsi autem rogante senatu Lubecensi, executionem decreti, vsq; ad diem D. Iacobo sacrum, quo in Hansæ conuentu communicato consilio responsuri essent, prorogauit; tamen priori decreto diserte addidit, neminem ad vllarum mercium exportationem, importationemúe admissum iri amplius, nisi prædes cautionesúe dedisset (si minus idonee ciuitates Hansæ ex conuentu responderent, nec reginæ voluntati satisfacerent) se reliquum id omne vectigal superadditurum, quod interea minus quam ab exteris præstitum fuisse inueniretur. Tandem igitur, in hoc conuentu, re deliberata, Reginæ, post declarationem suæ erga reginam & regni obseruantiæ, & desiderium coniunctionis, iam à trecentis annis inter regnum Angliæ & ciuitates Hansæ seruatæ, & Traiectensis inprimis concordiæ ante centum quinq; annos initæ, & pactorum vtriusq; subditis salutarium religiosè seruandorũ: tandem, ad residentiam Anglorum in socia Hamburgensi ciuitate continuandam quod attinet, respondent, eam ciuitatem, allectam spe, tum suos tum sociarum ciuitatum Hansæ mercatores, in Regiæ Maiestatis regnis, hoc paratius, promptiusq; in suis iuribus, priuilegijs, libertatibus, liberisq; consuetudinibus defensum iri, si Aduenturariorum collegium hospitio non tantùm exciperet, sed aliquibus etiam priuilegijs immunitatibusq; ornaret. Cæterùm cùm non sua duntaxat suorumq; ciuium atq; incolarum priuatâ, sed & vicinorum omnium publica, non ferenda amplius iactura, re ipsa iam experta fuerit, supra decennium continuatæ, præstitæq; residentiæ institutum, absq; plurimorum ciuium ruina, discordia, æmulatione, sociarumq; ciuitatum, vicinorumq; querelis, atq; id genus alijs maioribus malis subsistere non posse: communibus votis Regiæ Maiestatis rogare, vt æquo ac candido animo ferat, si intra limites antiquarum Transactionum, quæ ad amussim obseruatæ, tranquillitatis, honestæq; vtilitatis plurimum, incommodi verò nihil vtrorumq; subditis attulerunt, ciuitates manere cupientes, nouarum rerum discrimina periculaq; subterfugienda existiment. Secutæ sunt, de grauaminibus Emporij Bergensis; de sede Emporij in Liuonia restituendi; de tollendo vectigali nouo, quod in Hellespontо Danico irrecuperabili cum ciuitatum damno exigatur, de contributionibus ciuitatum & alijs capitibus deliberationes, quas consultò prætereo.

EMDENSIS etiam ciuitas, populosa, ad Amasis ostium sita, in societatem Hansæ recipi se in hoc conuentu petiuit. Eiusq; causæ orator fuit Onno Tibarenus senator, qui interrogatus, an senatus Emdensis liberam potestatem ineundi, & deliberandi & concludendi, ac concluſa exequendi, absq; consensu & impedimento suorum comitum haberet: respondit, de his ipsis conditionibus comitem suum iam admonitum: hanc libertatem Emdensibus libenter concessurum esse. Gratam igitur sibi esse voluntatem comitum & ciuitatis Emdensis, quæ societati Hanseaticæ aggregari cupiat, Legati ciuitatum respondent. Cùm autem ita antiquitùs receptum sit, ne vlla ciuitas de nouo in fœdus Hansæ recipiatur, priusquam literis senatus Lubecani, cæteris ciuitatibus socijs nominata sit, vt de ea recipienda legatis mandata dari possint; velle se de Emdensium voluntate ac petitione, ad suos seniores referre, & nunc statim de conditionibus receptionis cum Emdensibus con-

bus conferre, ad quas intra anni ſpacium ſenatui Lubecenſi voluntatem ſuam declarare debeant. Cùm autem ſequenti anno, Anglis mercatoribus ex ſocietatis Hanſicæ vrbe Hamburga dimiſſis, Emdenſes ſedem in ſua vrbe tribuiſſent, vlterius in hac tractatione non proceſſum eſt. M. D. LXXIX.

HAMBVRGENSES, qui iam totos ſex annos à portubus Daniæ, Norvvegiæ & Iſlandiæ, mandato regis Daniæ excluſi, ingenti cum reipublicæ ſuæ & ciuium negociantium damno, à commercijs totius orbis Arctoi & maris Balthici, abſtinere cogebantur, Flensburgi tandem, intercedentibus per legatos electore Saxoniæ & Vlrico Megapolitano, de reconciliatione cum Rege Menſe Iunio tractare cœperunt. cuius actionis, poſt longam diſceptationem, hic fuit exitus. Rex, Hamburgenſium Naues à ſe detentas dimittit liberas, pro ſale & cæteris mercibus diſtractis ſoluit: & nouum vectigal ſali impoſitum deinceps remittit, eoſq; in gratiam priſtinam recipit, & libertatem commerciorum in Dania, Norvvegia & Islandia, qualem à proxima tranſactione anni 1562. habuerant, reſtituit. Viciſſim Hamburgenſes animum gratũ, centum millibus Ioachimicorum Regi intra quinquennium perſoluendis, declarabunt. De principali cauſa, ſeu Iure Reſtringendi, in altero conuentu, Kielæ, anno proximo, Tractatio amica inter Regem & cæteros Duces Holſatiæ & ciuitatem Hamburgenſem inſtituetur, in qua, ſi non conueniet, iuxta Receſſum Hafnienſem in arbitros vtrinque partes compromittent, qui intra paucos annos controuerſiam decident. Donec cauſa decidetur, vtraq; pars, ſua Iura in Albi illibata retinebit, & rex Daniæ nullas Hamburgenſiũ, ſi tamen vt conuenit, ſe erga regem gerent, naues detinebit, nec vi quidquam aduerſus eos tentabit. Subditi regis, Marſi, perinde vt Hamburgenſes, frumentum per Albim euehent, hordeo & polenta excepta, de quibus in proximo conuentu amplius agetur. Receſſus Hafnienſis anni 1562. in omnibus ſuis partibus integer & illibatus conſeruabitur, nec controuerſijs Ducum Holſatiæ & Hamburgenſium cæteris in Cameræ Iudicio pendentibus quidquam hæc Tranſactio præiudicabit. cumq; Hamburgenſes moderationem ingentis ſummæ pecuniæ, Regi pendendæ, à legatis Danicis poteſtatem eius rei ſe habere negantibus, obtinere nequiuerint, liberum eis erit, in proximo Regis & Principum electorum conuentu Guſtrouienſi, per ſe & principes interceſſores, viginti quinq; millia Talerorum deprecari. Hæc Nonis Iulij peracta ſunt. 1562.

In Belgio, Alexander Farneſius, Parmæ dux, Hiſpaniarum regis locum tenens, expugnata arce Carpenſi, Coloniæ vicina, & omnibus trans Moſam oppidis recuperatis, victricia & infeſta Hiſpanorum ſigna, per mediam Brabantiam circumferens, Turnhouiam vſq; & vlterius excurrerat. Equites Brabantis militantes, ſiue ex compoſito, ob non ſoluta ſtipendia, ſiue pabuli penuria, ſiue Hiſpanorum metu, cùm duces non adeſſent, dilapſi, ſuburbia Antvverpienſium, Dambrugge, Burgehout, & Berchum ita denudarunt, vt Hiſpani, peditatu Belgico, qui ſubſtiterat, poſt longas concertationes velitationeſq;, ad mœnia Antvverpiæ, ſubmoto propulſoq;, procurrerent in loca adeo vrbi vicina, vt tormentis maioribus ex vrbe peti facilimè potuerint. Ex bombardarijs Antvverp. quidã inferius collimantes, nonnullos ex ſuis, Scotos & Anglos, principe etiam ex muris id ſpectante, proſtrauere. Tertio poſt aduentum die, Hiſpani fruſtrà vrbe tentata, diſceſſerunt, ad obſidionem Traiecti Moſæ, quam Parmenſis vrgebat, conuerſi. Interea prouinciæ aliquot, Arteſia præcipuè & Hannonia, mutatione Religionis in Brabantia & Flandria, qua pacificationem Gandauenſem manifeſtè violari querebantur, offenſi; oblatis à Duce Parmenſi conditionibus acceptis, ab ordinibus generalibus ſe diſiungunt, & Regi reconciliantur, Montibus Hanno-iæ publicatis concordiæ articulis Idibus Septembris.

Imperator Rodolphus, quem Belgici ordines, ob fratrem illius Matthiã, Gubernatorem receptum; æquiorem ſibi fore ſperantes, per legatos ſuperiore anno ſollicitarant, vt autoritatem ſuam interponeret: Coloniam, ad pacificationis Belgicæ negocium, commiſſarios, menſe Aprili deputauit, archiepiſcopos

Gebhar-

M. D. LXXIX. Gebhardum Colonienſem, & Iacobum Treuirenſem, Iulium Herbipolenſem, VVilelmum ducem Iuliacenſem, Otto Henricum comitem Svvartzburgenſem, qui cum legatis ordinum Belgici, quorum Philippus dux Areſcottanus princeps erat, de conditionibus pacis initio Maij tractare cœperunt: (Parmenſe interea nihilominus Traiectum ad Moſam acerrimè oppugnante, quod die Petri & Pauli illuceſcente tandē expugnauit) commiſſarij Cæſaris totos ſeptem menſes, immenſis ſumptibus profuſis, Coloniæ commorati, tandem re infecta diſceſſerunt, conIdib. Nou. querentes, nihil ſibi, de mediis pacis à ſe propoſitis, à Belgici ordinibus reſponderi, nec Mandatum Oratoribus plenius & ſufficientius tranſmitti, nec interim ab innouationibus & mutationibus, Pacis conciliationem difficiliorem reddentibus, in Belgis ceſſari. Sunt autem articuli viginti duo, per commiſſarios Cæ18. Iulij. 5. Auguſt. ſareos, Coloniæ, partibus exhibiti, & ad ſtatus Belgici, ab ipſis commiſſarijs cū literis tranſmiſſi. Quos Antvverpiæ, cum ſtatuum generalium deputatis, examinans princeps Vranius, moderationem & mutationem quorundam flagitat. ac inprimis liberum Religionis reformaræ exercitium autoritate regia permitti & confirmari rogat. Hæc ordinum reſolutio poſt commiſſariorum Cæſ. diſceſſum tandem Coloniam allata, & Ottoni Henrico comiti Svvartzburgenſi, qui ſolus 30. Nouemb. mandato Imp. manſerat, exhibita eſt. Sic tota illa Colonienſis Tractatio irrita fuit, ac legati ordinum ipſi menſe Ianuario diſceſſerunt. Vranius, vt inſidias & dolos, in pleriſque articulis pacis, ad extremam perniciem & euerſionem libertatis & ſalutis Belgici directos eſſe, oſtenderet; edito libro eos retegi & demonſtrari curat. Cumque de Imperatoris Rodolphi & domus Auſtriacæ, quam, ob Matthiam archiducem Gubernatorem electum, ſibi coniunctiſſimam fore ſperauerant Belgæ, auxilio prorſus ſibi deſperandum eſſe viderent: ad noua conſilia, opponendi Hiſpaniæ regi, à quo nihil æqui impetrare poſſent; vicini & potentiſſimi Galliæ regni auxilia & vires decurrunt. Egreſſus igitur Antvverpia, vbi amplius biennio iam deſederat princeps Vranius, Vltraiectum proficiſcitur, & Nouam confœderationem prouinciarum, quæ reformatam Religionem ſequebantur, Brabantiæ, Flandriæ, Geldriæ, Vltraiecti, Hollandiæ, Friſiæ, &c. conciliat. Hiſpaniarum Rex, totam hanc mutationem Religionis ac Reipublicæ, & calamitates Belgici vniuerſas, omnemq; turbatæ & impeditæ pacificationis Colonienſis culpam, ab Vranio procedere iudicans, publicis literis cum proſcribendum, & illius caput, his, qui viuum aut mortuum regi traderent, vel ſaltem vitam ei auferrent, præmium pollicendum decernit, ac ſequentis anni menſe Martio, litras proſcriptionis publicat.

10. Martij. 14. Maij. In Belgico interea, Amersfurtum, quod fidem Regi hactenus ſeruarat, à Traiectinis obſeſſum, præſidium recepit. Groninga etiam Friſiæ metropolis à ſtatuum copijs obſeſſa, ſe dedidit, & demolita arce, per ducem Albanum anno 1570. ædificari cœpta, vtriq; Relig. exercitium liberum conceſſit. Sutphania quoq;, præſidium ſtatuum admiſit. Mechlinia Parmenſi ſe adiunxit.

Stephanus Poloniæ rex, receptis in gratiam Dantiſcanis, & reliquis regni rebus domi conſtitutis, omnem ſuam cogitationem, curam, conſilia, ad bellum Moſchico tyranno inferendum, & recuperandas Lithuaniæ prouincias, olim ab eo captas, & Liuoniam inprimis, cuius arces & vrbes reliquas, illis ipſis menſibus, cùm Rex Dantiſcum obſideret, Moſchus occupauerat: ex manibus crudeliſſimi tyranni extorquendam, conuertit. Itaq; decreto in comitijs VVarſauienſibus Bello, & ſumptuum contributione neceſſaria, Vilnam in Lithuaniam proficiſcitur, vbi non ab ordinibus ſolùm magni Ducatus Lithuaniæ, & vrbis magiſtratibus honorificè exceptus, ſed etiam Eques Cataphractus, magni Ducatus Lithuaniæ Stemma, & Aqvila Polonica, artificioſiſſimis verſibus efficta & ornata, Regi exhibita eſt. quam dignam eſſe iudicarem, cuius memoria conſeruaretur. Vilna Rex, vltima Iunij die, ad recenſendas copias Suirum diſceſſit, vbi conſilio ſenatorum ſuorum & ducum militarium habito, primam armorum vim ad Polociam oppugnandam decreuit. Quam Lithuaniæ vrbem & Ducatum, Polottæ

lottæ & Dunæ fl. adiacentem, Ioannes Moſchorum tyrannus, ante ſedecim annos, primum regno Poloniæ ademerat. Imminebat arx illa ceruicibus magni Ducatus Lithuaniæ, atq; adeò ipſi ciuitati Vilnenſi, nulla alia firmiore munitione interiecta, vt inde oblata occaſione, ſummam, non modò Lithuaniæ diripiendæ, ſed Vilnæ etiam adoriendæ facultatem hoſtis habiturus videretur. Cumq; bellum hoc, non modò communis Reipub. recuperandæ cauſa, ſed hoſtem quàm longiſſimè remouendo, grauiſſimeq; coërcendi, ſuſceptum eſſet: Rex expeditionibus ſuis, in his potiſſimùm regionibus, maxima anni parte, aut frigoribus grauiſſimis, aut imbribus aſſiduis, militiæ infeſtis, tùm quoq; ob vaſtitatem difficilimis, propinquiorem aliquam ſedem, & quaſi officinam, quàm ipſa Vilna eſſet, comparare cupiebat. ex qua quàm maximè integrum recentemq; penitus, in ſolum hoſtile, ducere militem, & belli inſtrumenta, impedimentaq; minore cum negocio ad res cum celeritate felicitateq; gerendas transferre poſſet. M. D. LXXIX.

Quare factis ab inuocatione opis diuinæ auſpicijs, Suiro primum illuſtrem Nicolaum Radziuil, palatinum Vilnenſem, cum aliquibus equitum peditumque Lithuanorum copijs, & certo Vngarorum numero, cum Caſparo à Beckeſch, Polociam præmiſit, itinerum claudendorum cauſa, ne quid à Magno Moſchorum duce præſidij accederet, quò etſi maioribus, in magna etiã viæ difficultate, itineribus peruenirent: tamen cùm iam antea Rex ad hoſtem literas miſiſſet, quibus bellum ei, cum diligenti explicatione cauſarum, denunciauit: biduo antè, antequã Polonicæ illæ copiæ Polociam acceſſiſſent, equitum & peditũ aliquid ad hoſtem in arcem immiſſum eſt. Adhibita verò à Palatino Vilnenſi, poſteaquã propinquo ad arcẽ loco conſediſſet, ea diligentia eſt, vt pòſt, nulli ſubſidij hoſtis acceſſio facta ſit.

Rex cum exercitu ſuo, & tormentis impedimentisq; bellicis, in ſumma viarũ iniquitate, quam pluuiarũ aſſidua magnitudo, & agrorum natura effecit, minoribus itinerib. ſubſequutus eſt. Interea à copijs, quæ præceſſerunt, arces Ires, Kozian, Craſue, & Sithno, per excurſionem celeriter occupatæ, & incendio deletæ ſunt.

Vndecimo Auguſti die, proximè Polociam, cùm copijs omnibus, Rex acceſſit, & propinquo ad mœnia loco caſtra metatus eſt; ciuitatemq; tribus locis obſidione cinxit. Eademq; die omnibus locis munitiones foſſasq; propius hoſtem agere iuſſit. Poſtridie longius munitionib. ad ipſas arcis portas promotis, omni conatu in arcem expugnandam incubuit. Oſtenderat autem ſua præpotens Deus in manu rerum gerendarum poteſtatem eſſe, & aſſiduas pluuias pluribus diebus ita immiſerat, vt & operæ militum maiorem in modum impedirentur, & pugnandi ratio etiam atq; etiam retardaretur. Conſtitit tamen militi regio, in maximis etiam incommodis, ſingularis animorum, ad omnia contemnenda, tolerandaque, ardor, ſic, vt in ſumma pluuiarum iniquitate, altiſſimoq; luto, nihil prætermitterent, quæ ad oppugnationem pertinere poſſent. Hoſtibus, contra omnes regiorum conatus, acerrimis animis, & incredibili tormentorum vi, ita dies noctesq; propugnantib. tanta peruicacia, & flammas illatas extinguentibus, & vim omnem depellentibus, vt ſe telorum tormentorumq; iniurijs certatim offerrent, & ſuccumbentibus alijs, alij confeſtim ſuccederent, oſtenderentq; Moſchos, arciũ defendendarum vi atq; ardore, cæteris omnib. gentib. antecellere. Ea verò, quæ prima paulò ſerenior dies, 29. Aug. illuxit, ea incendium à milite Vngarico illatum eſt arci, ſumma cum contentione atq; diſcrimine, cùm ſe regij milites in foſſas demittere, & Polociam flumen ſuperare, deniq; arduum cliuum, cui impoſitum propugnaculum erat, ſubire, & manibus materiam ignemq;, inter infeſtiſſima creberrimaque hoſtium tela, inferre neceſſe haberent. Quod incendium cùm vehementius exarſiſſet, & munitionis aditum aliquem patefeciſſet, teneri militum Vngarorum ardor non potuit, quin per ipſam flammam irrumperet, atq; hoſtem feriret, à quo tamen cœpto, cùm propugnatione hoſtili, tùm maximè flammæ vi reiectus eſt.

Dederat aliquam hoſtis eadem die deditionis ſignificationem, quam non ſeriam fuiſſe animaduerſum fuit, cùm nouiſſimè munitionibus, flammæ altitudine obſidentibus conſpectum eripiente, circumdare deinceps cognitum eſſet. Nul-

M. D. LXXIX. la igitur cum intermissione oppugnationis, vim omnem adhibendam, nullumq; hosti quiescendi, aut firmius muniendi spacium concedendum Rex iudicauit. Posteroq; die ignem in alias munitionis partes, miles, in quo equites etiam erant, qui misso equo in pedes descenderant, intulit. quo cùm iterum aliqua muri pars deleta esset, & cliuum, in quo antea propugnaculum erat, igne absumptum, tenuisset: ac inde ad latus hostilium fossarum, ac munitionum, illa parte deleta, tumultuario opere factarum, fossas munitiores ducendo Præsidiarios circuire ferè cœpisset, atq; sic in potestate hostis esset: Rex & sanguini Christiano parcendum, & operam dandam ratus, vt arce quàm maximè integra, cum tormentorum aliorumq; belli instrumentorum apparatu potiretur, quæ hostis ipse ad extremum iniecto igne delere posset: facta omnibus vitæ graria, permisit, vt, qui Regi militare vellent, fortunas suas omnes incolumes conseruarent, atq, stipendia regis mererent: quibus redeundi in Moschouiam animus esset, id ipso permittente, atq; omnem securitatem præstante, facerent. Palatinus Basilius Mikolinzki, Macoroszki, Demetrius Michaëlovvitz, Cherfazi Obolimzki, Matthæus Svvanovvitz, VVolimzcki, &c. qui partim præfuere, partim in arce fuere, cùm se sponte dedere, ac gratiæ regis permittere vellent, capti in custodijs seruati sunt. Arcem ipsam præsidio immisso Rex die vltima Augusti occupauit. In qua quidem arce, quam defendissent, atq; arma tulissent, vltra sex millia fuisse compertum est. Poloni ingressi, passim in arce magnum cadauerum insepultorum numerum repererunt, tum tormentorum ac pulueris tormentarij globorumq; tantam vim deprehenderunt, quanta in arce aliqua Christiani orbis his rebus instructissima posset reperiri. Quos quidem rei gestæ successus vt inprimis ad Deum præpotentem se referre rex ostenderet, literis ad ordines Regni Poloniæ datis, hanc historiam susceptæ à se expeditionis & captæ Polociæ, exponit, ac vt pro parta victoria gratias Deo publicè agant, hortatur.

Pridie Calendas Ianuarij, Henricus Galliæ rex, Ordinem Equitum S. Spiritvs (in templo Augustinianorum Parisijs) primùm instituit, vt memoriam Natalis sui & coronarum regni Poloniæ & Galliæ, eadem die sibi delatarum celebraret, & tertiam in cœlis se eadem die expectare ostenderet, iuxta illius Symbolum: Manet vltima coelo: Equites creauit viginti sex, quibus ex Abbatijs & alijs bonis ecclesiasticis reditus, inuito etiam & reclamante pontifice attribuit.

Etsi autem Turcicæ ac Persicæ res nihil ad Saxoniam pertinere, cùm toto orbe Persia à nobis semota sit, videantur: tamen cùm omnium in Republica versantium voce & literis, Persici belli fama, his annis celebrata fuerit: inchoatum ante biennium illius historiæ summam; sicut à Francisco Billerbego, nobili Pomerano, & alijs, Constantinopoli eo tempore ad me perscripta est, pertexam. Cùm Ottomannus Bassa, Portas Ferreas seu Derbentum, ad mare Caspium, vrbem naturâ situ loci & arte munitissimam, fraude interfecto illius Principe, teneret: petijt ab Amurathe auxilia, quibus omnium circa Caspium mare regionum, ex illa loci oportunitate, Imperium Amurathi pollicetur. Mittit Amurathes pecuniam, tormenta & sexagies mille Tataros, quorum duces, duo regis Tatarorum
1579. fratres erant. Qui cùm ad Ottomanem peruenissent, in Mediam ad recuperandum Syruanum ducit exercitum. cui occurrentes Persæ, prælio acri cum Turcis & Tataris confligunt, & altero Tatarorum regis fratre in acie interfecto, altero capto, victoriam insignem obtinent: Ottomane Bassa cum reliquijs exercitus ad Derbentum effugiente. Mustaphas etiam Bassa etsi in finibus Georgianorum, Cars & Tschildiro, Beglerbegatus instituit; tamen in prælijs infelix fuit, & miles ipsius, annonæ inopia, & lue pestilenti ac famè adflictus, parùm dicto audiens erat. Cumque de illius auaritia, omnes præfecturas & officia militaria, non virtute sed precio vendente: & de socordia in commeatu, & alimentis militum curandis, querelæ ad Amurathem delatæ essent: Byzantium ipse reuocatus, & Sinan Bassa, qui Tunetani in Africa regni imperium, ante quinquennium euersa
1574. Guletta, Turcis restituerat, bello Persico Imperator præfectus est. Vluz verò

Alisbassa

Alisbassa, Turcicæ classis Amyralis, per Pontum Euxinum in Colchidem missus, vt iter breuius per Georgianam & Portas Caspias, in Mediam aperiret: Fassam munitionem & Beglerbegum apud Mengrellios, Colchidis incolas, collocauit. Quæ tamen, post ipsius discessum, statim ab hostibus deleta est. M. D. LXXIX.

Sinan Bassa, nihilo felicius ac Mustaphas, bellum gerens, vt honestiore prætextu se extricet, de Inducijs cum Persa, donec legatos, de pace Constantinopoli acturos misisset, seruandis, transigit. Mustapha Constantinopolin reuersus paulò pòst obijt. Sinan quoque Bassa, qualibuscunque cum Persa Inducijs constitutis Constantinopolin redijt, quem sequenti anno Persici regis legatus, Abrahamus Chan secutus est, hac etiam de causa, vt celebritatem solennem, circumcidendi adolescentis Mahometis, filij Imper. Turcici, ad quem præcipui totius orbis Reges ac Principes vocati erant, præsentia sua cohonestaret. Interea Ottomanus Bassa, violatis inducijs, ex Derbento seu Portis Caspijs, in vicinam Mediam erumpens; Siruanum inuadit, & rapinis ac incendijs in tota vicinia grassatur. Sed à Persis paulò pòst repulsus, & præda omnis recuperata est. Cumque in Georgiana, Turci, recentem militem & commeatum ac pecuniam ad militum præsidiariorum stipendia, Tiphlisio inuehere annixi fuissent: Georgianorum aliquot Principes, Persis fœderati, Turcis profligatis, pecuniam & annonas interceperunt. Quæ cùm Constantinopoli nunciarentur, Amurathes, legatum Persicum arctæ custodiæ mandat: Sinanem Bassam omnibus bonis & dignitatibus priuat; & Ferratem Bassam summo cum imperio aduersus Persas mittit, Qui in Georgianorum finibus, arce Reuano & alijs ædificatis, & impressionibus aliquot in hostes factis, plerunque inferior recessit. Ottomanus ad mare Caspium desidens, denuò ab Amurathe, Tartarorum ac Genizarorum auxilia & tormentorum & Nauium architectos flagitat, quibus Caspij maris accolas terra mariqúe vexaret. Tatarus autem Præcopensis, etsi omnia ad expeditionem necessaria, pecuniam, naues, & machinas à Turcis accepisset, & se ad Portas Caspias cum exercitu profecturum simulasset: tamen non longè progressus, aduersas tempestates & alia prætexens subsistit ac domum reuertit. Qua regis Tattarici ludificatione grauiter offensus Amurathes, euocato in Tauricam Chersonesum Ottomano Bassa & Vluz Alimaris præfecto Constantinopoli transmisso Tatarum captum, vita & regno priuat, & Islanem fratrem, antea exulem & captiuum, prouinciæ Tauricæ Beglerbegum constituit, vt postea suo loco prolixius exponam. Ottomanus ad Persici regni limites reuersus, etsi aliquot velitationibus cum hoste congressus, multos amisit: tamen eadem æstate, Taurisium, alteram regni Persarum regiam, nihil tale expectantibus Persis, ex improuiso occupat; & arcem opere ac præsidio munit; & post mensem, eductis ex vrbe copijs, dysenteria in itinere extinguitur, cui Cigaloglio Bassa, ex nobili Cigalarum Genuensi familia ortus, Beglerbegus Reuanensis, qui proximus Ottomano in exercitu fuerat, succedens, reducere copias in vicinam Turcarum prouinciam VVanum conatur. Sed instantes vndiquaque Persæ, acerrimo prælio, tres dies ac noctes continuato, multa Turcarum millia trucidant: eorumque reliquijs VVanum fuga elapsis, Taurisium vrbem recipiunt, arcem multos menses obsident. Sed acerrimè se defendentibus Genizaris præsidiarijs; tandem Ferrates Bassa, simulatione pugnæ alio Persis auocatis, recentes milites & annonam, Pyriumq; puluerem, inferri in arcem curauit. Eodemq; anno exeunte, Mahomet Codabendo, Persarum rex, renouato antea cum magno Tatarorum Chane, aduersus Turcas fœdere; & filia Tatari, suo filio Emiri Camisæ in matrimonium desponsa, & belli cum Turcis continuandi cura illi relicta, rebus humanis mense Decembri exemptus est.

1580. 6. Augusti. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586.

Anno Millesimo quingentesimo octogesimo, Duces Holsatiæ, Ioannes senior, & Adolphus, fratres: & fratris illorum Christiani III. Daniæ regis filius, Fridericus II. Ducatum Slesvvicensem, Le Regis & M. D. LXXX.

M. D. LXXX. 2. Maij. Regni Daniæ beneficio tenere profitentes, & solenni ritu inuestituram, vt nominant, feudi Ducatus Slesvvicensis, à Friderico Daniæ Rege, sub dio accipientes, Othoniæ in Fioniâ, fidem & subiectionem debitam vicissim se præstituros promiserunt. Finitimus is Ducatus, Holsatiæ extremæ Romani Imperij versus boream prouinciæ, ad Eydorum fluuium & Leuesoum, & pars Cimbricæ Chersonesi est, ad Coldingam & Ripas vsque pertinens: insignibus oppidis; ad mare Balthicum, Slesvico, Flensburga, Haderslebia, Sunderburg, Nicopen: & insulis ac peninsulis, Alsia, Arre, Svvanzia & ANGLIA, ex qua Angli in Britanniam primùm profecti sunt: & in occiduo littore, Tondera, Husemo, Bretstadia, & Frisiæ Eydorensis, & Strandensis, alijsque insulis ac prouincijs vberrimis & opulentis ornata. Quæ, Iutia Australis olim dicta, annis amplius ducentis, à Canuto, Erici IIII. filio, vsque ad Ericum VValdemari III. filium, in veterum Danici sanguinis regum familia permanserat.

Distracto autem sub Christophoro II. intestinis dissidijs regno; & Rege, qui tutelam Ducis Slesvvicensis VValdemari pueri ambiebat, fidelibus auxilijs auunculi ipsius Gerardi Holsatiæ comitis pulso: VValdemarus III. Erici ducis Slesvvicensis filius, ab Episcopis & proceribus Rex electus, in comitijs Nieburgensibus, cum consilio Senatus Regni, Gerardo comiti Holsatiæ & Stormariæ, auunculo suo, eiusque veris & legitimis hæredibus, Ducatum Iutiæ Australis, cum omnibus ad eum pertinentibus, cum dominio vtili & directo, & vasallis omnibus in diœcesi Slesvvicensi residentibus, pacificè & quietè, perpetuis temporibus possidendum, iure feudali cum vexillis confert: abdicando à se & hæredibus & successoribus suis, quicquid iuris in eo hactenus habuerunt: solo iure superioris dominij seu infeudationis sibi & suis reseruato. Christophorus etiam rex exul, biennio pòst, Iohanni III. Holsatiæ & VVagriæ domino, fratri suo vterino, & omnibus ipsius veris hæredibus, tam masculi quàm fœminei generis ab eo descendentibus, insulam Cimbriam (seu Imbriam, vt in literis nominatur) cum proprietate & conditionibus singulis, sic vt Regi & ipsius maioribus hactenus paruit, iure feudali tradit ac cedit: ita tamen, vt ipsi & successoribus Danorum regibus debitum Homagij & fidelitatis sacramentum præstent, quam donationem postea VValdemarus IIII. Christophori filius, confirmauit.

A. C. 1326. 15. August. 1328. 30. Nouem. 1340.

Cùm autem Christophorus II. paulò pòst regno restitutus esset: VValdemarus III. de regno cedens, hæreditarium ducatum Slesvvicensem recepit. Et cum Gerardo auunculo Holsatiæ comite ita transigit, vt sibi mortuo sine hærede, Gerardus illiusue hæredes succedant, ac vt in præsentia, omnes ducatus illius vasalli & armigeri iurent, se nulli alteri, quàm Gerardo, parituros & arces tradituros esse. Ad nepotem igitur huius Gerardi, ex filio Henrico Ferreo, ἐμάνρων auo, tandem possessio ducatus Slesvvicensis firma & tranquilla peruenit: ab Ohone II. Rege, Nieburgi per solennem feudi collationem, & à Margarita, Olai matre, regibus confirmata, cùm quidem pro se & successoribus ac incolis regnorum omnibus, promittat Margarita, dictos Comites Holsatiæ, eorumque hæredes in ducatus Slesvvicensis possessione à nemine turbandos esse.

1333. 8. August. 1386. 1392.

Mortuo autem Gerardo, Duce Slesvvicense; relictis coniuge Elisabetha HENRICI ducis Lunæburgensis sorore, & tribus filijs, HENRICO, Gerardo & Adolpho impuberibus: regina Margarita, & filius Ericus, pro Tutoribus se gerentes, oppida & arces, Gottorp, Flensburg, & Tonderam, assentientibus etiam relicta vidua & ex nobilitate præcipuis, partim pignoris, partim tutelæ titulo, occupant. Postea feudum HENRICO primogenito conferre non quidem prorsus recusabant, sed cunctabantur, flagitantes, vt primùm purè & absolutè illud Regi ac regno Daniæ principes resignarent. Quod cùm illi rectè & tutò fieri non posse existimantes recusarent: longum & diuturnum, triginta ferè annis bellum, subinde interpolatum inducijs, inter Daniæ Regem Ericum & Holsatiæ duces fratres, à principibus aliquot Germaniæ & vicinis ciuitatibus, fideliter adiutos, gestum est. Ericus post obitum Reginæ Margaritæ

1404.

ritæ, Sigismundo Imp. amitino suo, Constantiæ tunc in concilio degenti, controuersiam de feudo ducatus Slesvvicensis suam proponit, decq; ea consilium & informationem illius, ex feudorum Romani Imp. legibus & consuetudinibus poscit. Is declarat, Imperatorum legibus amitti feudum, si vasallus domino inscio & non requisito feudum totum vel maiorem illius partem alienet: si intra annum & diem inuestituram feudi à domino non petat: vel requirente domino iuramentum fidelitatis tertiò monitus non præstet: vel armis hostilibus dominum feudi, illiusue subditos, contra iuramentum fidelitatis petat: aliudue crimen læsæ Maiestatis in dominum committat. Cùm igitur Slesvvicensis Ducatus, Regis Daniæ feudum sit, & præsentes illius detentores, Dominum feudi, seruitijs, ratione dicti Ducatus & vasallatus debitis, defraudent: maioremq; Ducatus partem, irrequisito Domino, belli tempore alienarint: & regnum Daniæ contra debitum fidelitatis, bello, spolijs, & rapinis hostiliter inuaserint, multasq; alias Felonias, vt nominant, commiserint: declarat & significat, quibus expedit, quòd feudum duces amiserint, quodq; vniuersi & singuli Ducatus Slesvvicensis incolæ Regi domino feudi deinceps immediatè parere, saluo honore teneantur. Hac informatione Sigismundi accepta, Rex Ericus, aliquoties postea, Cæsarem Sigismundum se arbitrum ferre posse, ducibus eorumq; amicis ostendit: donec tandem, vtriusq; partis legatis rogatus Cæsar, Henricum Glogouiæ ducem, Budissinæ, Görlitij & Sittauiæ præfectum; in Cimbricam Chersonesum misit, qui omnibus componendi amicè dissidij rationibus tentatis, cùm frustrà se laborare videret: tandem inducijs factis, eò rem deducit, vt Rex Ericus & Duces Holsatiæ pariter, Sigismundum Cæsarem supremum iudicem & arbitrum plenæ potestatis eligerent, ac ipsius sententiæ, secundùm ius pronunciatæ, firmiter & inuiolatè se parituros compromitterent. Itaque post sesquiannum, citatis Budam partibus, Imperator his verbis sententiâ promulgat: Christi nomine inuocato: in causa & causis, quæ vertuntur coram nobis inter Illustrissimũ Principem & Dominum D. Ericum, Dei gratia Daniæ &c. Regem, ex vna parte; & illustres Henricum Adolphum & Gerhardum Comites in Holstein, parte ex altera, super Ducatu Slesvvicense, & alijs querelis, & hinc inde petitis, visis productis & allegatis per partes prædictas, & habita matura & diligenti deliberatione & consilio cum prælatis, Baronibus, nobilibus, Doctoribus, Iurisperitis & alijs. Nos Sigismundus Rex præfatus arbiter per dictas partes electus vigore compromissi in nos facti dicimus, decernimus, laudamus & arbitramur, & in his scriptis pronunciamus totam Iutiam Australem, in qua situata sunt Slevvick, & Gottorp, & alia loca ad ipsam Iutiam pertinentia, vnà cũ sylua Danica & Insula Alsen prouincia & Frisiæ vulgariter Heerden nominata cũ omnibus iuribus & pertinentijs suis pertinuisse & pertinere ac pertinere debere iure directi & vtilis dominij ad Regem & regnum Daciæ ipsumq; inducendum fore & indici debere in possessionem Ducatus suprà dicti & terrarum cum suis pertinentijs vt suprà prænarratarum & dictis Henrico, Adolpho & Gerardo comitibus præfatis, in & super dicto Ducatu & terris suis cum pertinentijs, vt suprà nullum ius ratione feudi competisse nec competere. Et ita per hanc nostram arbitralem sententiam secundùm allegata & probata in his scriptis diffinimus & arbitramur pro iure dictis partibus, super alijs hinc inde petitis ex causis animum nostrum mouentibus, vtriq; parti actionem reseruantes. In quorum omnium & singulorum præscriptorum fidem & testimonium præsentes nostras literas fieri fecimus, sigilliq; nostræ Maiestatis appensione muniri, data, lata & lecta est præsens sententia & arbitrium Budæ, Anno 1424. die 28. Iunij.

M. D. LXXX. 1415. 14. Iunij. 1423. Cal. Ianuar. 1424. 28. Iunij. 1424. 28. Iunij.

Ab hac sententia cùm Duces ad Romanum Pontificem appellassent, is Theodorico Colonienſi archiep. causam denuò cognoscendam committit. Sed Rex, sententiæ à Cæsare latæ executionem vrgens, denuò bellum instaurat, in quo Henricus primogenitus Gerardi filius, Princeps virtute excellens, in obsidione arcis Flensburgensis, confossus occidit. Tandem verò, Suecis etiam, Engelberto Duce, regi Erico rebellantibus, intercessione ciuitatum Hanſæ, pax restituta est,

1428.

M. D. LXXX. cùm Ericus Adolphum, in poſſeſſione feudi ducatus Sleſvvicenſis, deinceps non ſe turbaturum, & ablata omnia, vſq; ad pontem Coldingæ redditurum eſſe, pollice-
1435. retur. Id tamen, Erico ſtatim ex regnis in Gotlandiam ſecedente, Rex Chriſto-
1436. phorus Palatinus demùm, qui illi ſucceſſit, integrè exequutus eſt, & die corona-
1440. tionis, ſolennib⁹ literis confirmauit. Quo intra paucos annos mortuo, cùm Chri-
1443. ſtianus comes Aldeburgenſis ex ſorore Adolphi Hedvvige natus, ad regnum Da-
Cal. Ianuar. niæ, commendante auunculo, quem proceres Regem expetiuerant, vocaretur:
1448. atq; ita hæres & domin⁹ feudi ducatus Sleſvvicenſis futurus eſſet: ſolennib. literis,
28. Iunij. duci Adolpho & ordinibus prouinciæ Sleſvvicenſis promittit, nunquam ſe Du-
catum Sleſvvicenſem Regno Daniæ vnire aut incorporare velle, eoſq; ſibi, vt Du-
1459. ci Sleſvvicenſi, non vt Daniæ regi, fidem & ſubiectionem iuraturos eſſe.
4. Decemb. Mortuo igitur poſt decennium ſine liberis Adolpho, Chriſtianus ſuccedit,
nec ab eo tempore, ſolenni ceremonia, feudum ducatus Sleſvvicenſis vlli, quod
1490. ſciam, proximis 120. annis, à rege Daniæ collatum eſt. Poſtea inter Iohannem &
1544. Fridericum, Chriſtiani I. filios: deinde inter Chriſtianum III. Iohannem &
1559. Adolphum, Friderici filios: & tertia huius pars tandem inter Fridericum II.
1560. regem & Ioannem fratres, diuiſa eſt, cùm tertius frater Magnus in Liuoniam pro-
ficiſcens iuri ſuo renunciaſſet. Etſi enim duces Holſatiæ inueſtituram ſolennem à
regibus nouis ſemper petiuerunt: tamen quia de conditione feudi non conuenie-
1547. bat, quod immune ac liberum, nec ſeruitijs præſtandis obnoxium eſſe, & iure Da-
1567. nico ac Sleſvvicenſi, ad proximi gradus hæredes maſculos, & his non exiſtenti-
1569. bus, ad fœminas quòq; tranſire, Duces diſputabant: Nouæ ſubinde tractationes:
1579. primùm inter Chriſtianum III. & fratres Coldingæ, deinde inter Fridericum II.
25. Martij. & patruos Othoniæ inſtitutæ ſunt, ad quas tandem, Auguſti Saxonis Septemviri,
& Vlrici Megapolitani, & VVilhelmi Haſſiæ Lantgrauij interceſſionibus amicis
accedentibus, controuerſiæ ille ſuperiori anno demum, vtriuſq; partis voluntate
in hanc ſententiam ſedatæ & compoſitæ ſunt.

Promittit Rex Daniæ pro ſe & ſucceſſoribus, ſe, Ducibus Holſatiæ ex Al-
denburgenſi ſtirpe, præſentibus & futuris, ducatum Sleſvvicenſem, & inſulã Cim-
briam, velut auitum & à regno Daniæ emanans, hæreditarium feudum, cum ve-
xillorum proiectione, intra annum & diem in effectu certò collaturum eſſe. Vi-
ciſſim Holſatiæ duces, quotieſcunq; caſus feret, intra annum & diem feudum ac-
cipient, & fidelitatem debitam iurabunt, ſicut de forma iuramenti, & literarum
feudalium, & reuerſalium expreſſè conuenit. Belli tempore, quod neceſſariæ de-
fenſionis, aut tuendæ dignitatis cauſa, Rex, communicato cum Ducibus conſilio,
ſuſcipiet: Duces Sleſvvicenſes certum equitum & peditum numerum ſuo ſumptu
Regi mittent & alent: rege pro rata, de ſua etiam parte Ducatus, contribuente,
& defenſionem clientibus ſeu vaſallis debitam viciſſim promittente. De ſucceſſio-
ne in Ducatu Sleſvvicenſi, an propior gradu, defuncto ſuccedere, an verò ius repræ-
ſentationis locũ habere debeat, cùm conuenire in præſentia integrè non potuerit,
ius ſuum vtriq; parti illibatum manebit. ac ſi ex Ducibus Sleſvvicenſ. aliquis dein-
ceps ſine liberis decedet: bona relicta nemo ex ſuperſtitibus ſtatim occupabit, ſed
per principum fidos ac iuratos ſubditos adminiſtrari ſinent: donec Principes ipſi
inter ſe, vel ad libitis aliquot amicis, de ſucceſſione æquis ac tolerabilibus medijs
tranſegerint: vel iure dirempti fuerint. Nec quicquam hæc tranſactio, vel priori-
1580. bus pactis conuentis, vel priuilegijs & libertatibus prouinciarum & nobilitatis
2. Maij. Sleſvvicenſis & Cimbricæ, vel Regiæ Maieſtatis allegatæ præeminentiæ, & iuri-
bus ducũ in diœceſi Sleſvvicenſi præiudicabit. Huius igitur tranſactionis vigore,
ſolennis feudi ducatus Sleſvvicenſis collatio, quam dixi, hoc tempore facta eſt.

Vicini Sleſvvicenſibus & Holſatis, HAMBVRGENSES, mercatoribus Anglis
hoſpitiũ & liberam negociandi facultatem annos iam decem in ſua vrbe præbue-
rant. Id cùm reliquæ ſocietatis Hanſicæ ciuitates ægerrimè ferrent, ac communi
1579. fœderi & ſaluti Hanſicæ plurimum adferre detrimenti iudicarent: exacto decen-
nio, Angli Hamburgâ dimiſſi, Embdam in Friſiam orientalem commigrarunt. An-

gliæ

gliæ verò regina, cùm subditis suis Hamburgi hospitium, & libera cum exteris commercia, renunciari didicisset: vicissim Hansæ ciuitatum mercatoribus Londini residentibus, libertatem negociandi pristinam astringit, & onera noua per decretum imponit. Cùm autem ad Hansæ ciuitatum, quæ superiore anno Lubecæ ea de causa frequentes conuenerant, petitionem, Angliæ regina, decretum de mercatoribus Hansæ Londini abolere planè recusaret: nisi Anglis mercatoribus similem libertatem in Hansæ vrbibus commercia exercendi, & promissa Hamburgæ priuilegia, prorogatum iri intelligeret: ciuitates aliquot ad hanc causam delectæ, Lunæburgi denuò conueniunt. Vbi primùm similem cautionem, qualem ab Hansæis Londini regina flagitaret, vicissim in Hansæ ciuitatibus, ab Anglis sumi, & de omnibus Anglorum mercibus, N. pro centum exigi, & legatos ad Poloniæ Regem, & Cæsarem inprimis, ac imperij Electores, de prohibendis in Germaniæ vrbibus Anglorum monopolijs, mitti placuit. Etsi autem Cæsar, Ezardo & Ioanni Frisiæ comitibus, vt Anglos ex vrbe Embda, quò Hamburga digressi se contulerant, dimitterent, serió mandauit: tamen cùm illi causas exponerent, cur Cæsareo mandato parêre non tenerentur: nihil præter scriptorum hinc inde commutationes secutum est amplius. Angliæ etiam regina, missis ad Imperatorem & Daniæ ac Poloniæ reges legatis, Hansicorum molitiones aduersus suos anteuertere, ac impedire conata est. Poloniæ Rex, per Dantiscanos & Thornenses, cum secretario collegij Londinensis, nomine ciuitatum Hansæ rogatus, vt Anglicum monopolium, quod Elbingæ instituere conarentur, impediret: cùm in apparatu expeditionis contra Moschos occupatus esset, episcopum Cuiauiensem Stanislaũ Carnicouium, & Palatinum Sendomirienſem Iohannem Costam, commissarios Elbingæ causam cognituros designauit. ex quibus, cùm hic paucis post diebus morte extinctus, ille ad Gnesnensem Archiepiscopam euectus esset: res tota in suspenso mansit. Visum igitur delectis ad hanc Anglicam causam ciuitatibus, conuentum quatuor Hansæ metropoleon & Vandalicarum ac Bremensis ciuitatum, Lubecæ indicendum esse, de quo sequenti anno dicemus. M.D. LXXX. Mense Nouembri.

Magda etiam multis iam annis, ciuitati Hamburgensi, cum Daniæ rege, & Holsatiæ ducibus, controuersia, de iure restringendi in Albi, seu euectionem frumenti, accolis Albis infra vrbem Hamburgam, prohibendi, fuerat. cumq; septennio antè, Hamburgenses, iuris sui tuendi causa; naues aliquot subditorum regis Daniæ, frumentum ex Stora deuehentes, sursum Hamburgam ire, atq; in vrbe frumentum vendere, compulissent: Daniæ rex vicissim, Hamburgensium nauibus, in suorum regnorum portubus detentis, integrum sexennium eis liberam in suis regnis negociandi facultatem ademerat. Quam superiori demum anno, Flensburgi, recuperarant: vbi principalis causa, ad nouam tractationem, Chilonij, hoc anno instituendam, reiecta erat. Vbi tandem, exeunte Augusto, coram principum intercessorum, Augusti Saxonis, & Vlrici Megapolitani ducis commissarijs suscepta est, in qua, HAMBVRGENSES primùm indicare sua grauamina iussi, quamuis diligenter deprecarentur, tandem præmissa protestatione, ne vlli hoc initium præiudicio suis esset, ac inprimis ne se accusatores constituere viderentur: ostendunt, se iuxta Hafnienſis & Flensburgenſis Receſſus decretum, de nulla re alia, quàm euectione frumenti in Albi infra vrbem HAMBVRGAM, agendi mandata habere. Fuisse autem Ciuitatem HAMBVRGENSEM, vltra hominum memoriam, in possessione Iuris impediendi & prohibendi euectionem frumenti omnibus infra HAMBVRGAM Albis accolis, quod omnibus vicinis ciuitatibus & ditionibus vtile & salutare fuerit, & frumenti caritatem in his gentibus inusitatam hactenus auererit. Hanc possessionem suam, in Iudicio Cameræ, aduersus STADENSES & litis consortes, multis productis testibus viuis, & alijs documentis, se probasse. Inter quæ, Transactio cum ciuitatibus Brema, Stada, & Buxtehuda, ab HAMBVRGENSIBVS anno 1487. inita: & literæ Friderici I. regis anno 1514. Itzenhoæ datæ fuerint: quibus scientiam & patientiam Iuris restringendi HAMBVRGENSIVM, 1573. 1578.

M. D. LXXX. ſuam teſtetur: cùm nauem Hamburg. bellicam, in Albi excubantem, non Storam ingredi, ſed in Albi manere iubet. Nec ad ciuitatis Hamburg. tantùm, ſed communem omnium vicinarum gentium vtilitatem, ius prohibendi euectionem frumenti ſpectare, ſicut hoc anno euentus docuerit, quanta annonæ caritas, conceſſam in Flensburgenſi receſſu frumenti exportationem, in propinquis ditionibus & ciuitatibus ſecuta ſit, quod nulla pecunia comparari potuerit, & ſimiles difficultates annonæ deinceps expectandas eſſe, ſi Hamb. non impedituri eſſent. ſicut ſimilia exempla in Cranzij hiſtoria extent. Cùm igitur Hamburgenſes, omnibus vicinis gentibus, pernicioſa frumenti caritate auertenda ſeruientes, ſemper in exercitio vel poſſeſſione Iuris prohibendi euectionem frumenti in Albi vltra hominum memoriam & annos præſcriptionis Iure ſancitos fuerint: quæ antiqua poſſeſſio & præſcriptio non minus firma & efficax, quàm expreſſum Priuilegium à Cæſare datum in iure habetur: cumq; conſtitutio pacis publicæ diſertè ſanciat, ne quis ſua poſſeſſione vel quaſi, quocunq; prætextu priuetur: cumq; in receſſu Hafnienſi anni 62. ciuitati Hamburg. Ius ſuum in Albi ſimul reſeruatum ſit: orant Hamburgenſes, vt commiſſarij hæc omnia diligenter expendant, & actionem totam eò dirigant & deducant, vt ciuitas Hamburgenſis, in allegata poſſeſſione Iuris impediendi euectionem frumenti, ſicut ab antiquo eam tenuit, deinceps etiam relinquatur.

Regius vicarius, Henricus Ranzouius, & cæterorum Holſatiæ ducum legati reſpondentes, Fundamenta Iuris liberam nauigationem in Albi concedendi, aut tempore caritatis annonæ prohibendi, Dominorum ſuorum nomine, hæc ferè deducebant: quorum ſummas & capita præcipua breuiſſimè excerpta & numeris diſtincta recito. 1. Proprietas, ſupremum dominium, & poteſtas mandandi & prohibendi in Albi, quacunq; ripas Holſatiæ, Stormariæ & Dietmarſiæ alluit: eſt Regale ducum Holſatiæ, quo ab Imp. Romanis ante vllorum hominum memoriam donati ſunt. 2. Regiones Holſatiæ, Stormariæ & Dietmarſiæ, ab vrbe Hamburga vſq; ad mare, continuo tractu ad Albim vſq; porriguntur, & à flumine alluuntur. Dimidia igitur Albis pars borea ipſorum terras alluens, ad Ducum Holſatiæ proprietatem & dominium pertinet, nec Hamburgenſes vllo iure, niſi quantum de facto tentant, impedire nauigationem poſſunt. 3. Holſatiæ Duces ſemper in poſſeſſione exercendi imperij in Albi fuerunt, ſicut etiam adhuc ſunt, quod probant literis Ditmari Koeln conſulis Hamburg. qui nauim Hamburg. vado Holſatici littoris illiſam, fatetur ſe non iure, ſed ex gratia, à duce Holſatiæ Chriſtiano recepiſſe. 1534. 4. Literis Senatus Hamburg. per Coſ. Henricum Saltzburg Hafniæ oblatis, quibus à rege Friderico prohiberi immoderatam euectionem frumenti ex Holſatia petiuerunt. 1524. Quod nunquam petijſſent Hamburg. ſi ius reſtringendi in Albi ipſi habuiſſent. 5. Ditmarſi etiam, antequam ducibus Holſatiæ ſubiecti ſunt, de libertate euehendi per Albim ſua, cum Hamburgenſibus dimicarunt. 6. Duces Holſatiæ habent proprietatem vectigalis, quod de frumento & cæteris mercibus in Albi deuectis, Hamburgi penditur, ſicut Senatus Hamburg. ipſe regi Iohanni & fratri Friderico confeſſus eſt anno 1487. die Martini, in vrbe Hamburga tum exiſtentibus. 7. Duces Holſatiæ ſemper in poſſeſſione & exercitio prohibendi euectionem frumenti in Albi tempore caritatis annonæ fuerunt, ſicut Senatus Hamburg. ipſe ſupplici libello ad regem Fridericum ſuo, anno 1524. teſtatur, & antiquiſſimæ latinæ literæ 1292. datæ oſtendunt. 8. Hamburgenſes cùm promiſſionem ſubiectionis & fidei Chriſtiano III. anno 1538. præſtiterunt, ſanctè polliciti ſunt, ſe Regalia Ducum Holſatiæ non violaturos, quorum partem eſſe ius mandandi & prohibendi in Albi, ex ſuperioribus manifeſtum eſt. 9. Albis eſt flumen commune & publicum. Omnibus ergo, vectigalia antiquitùs vſitata ſoluentibus, liberum eſt in eo nauigare, niſi expreſſum Priuilegium in contrarium extet, quod nunquam hactenus Hamburgenſes protulerunt, ſe verò Dominorum ſuorū, regis & ducum Holſatiæ nomine, euidenter probaſſe, quòd proprietatem & ſupremum dominium ac poteſtatem prohibendi in Albi tempore caritatis

ritatis annonæ frumenti euectionem habeant, & insuper in possessione iuris sui semper fuerint & adhuc sint. Ideò Hamburgenses à prætenso iure restringendi suo deducendos, & liberam nauigationem regijs & Ducum Holsatiæ subditis tantisper relinquendam esse, donec seruitutem à se Albi impositam Hamburg. iure sibi competere iudicialiter probarint. M. D. LXXX.

10. Quod verò ad principale Hamburgensium fundamentum prætensæ possessionis & præscriptionis iuris restringendi in Albi attinet: respondent, Duces Holsatiæ Hæreditarios dominos Albis infra & supra Hamburgam esse, & in possessione iuris mandandi & prohibendi in Albi supra hominum memoriam fuisse, & adhuc esse, quod ipsi etiam Hamburgenses anno 1487. coram rege Iohanne, & 1514. literis ad regem Fridericum scriptis, confessi sint.

11. Hamburgenses verò nullam possessionem restringendi, iusto titulo & bona fide vnquam habuisse. Etsi enim Christiani I. priuilegium de frumenti ex superioribus Albis parte deuectione vltra Hamburgam prohibenda, olim regi Ioanni & Friderico fratribus subditorum suorum querelas ad eos deferentibus exhibuerint: tamen hoc ipso Hamburgenses supremum dominium Ducum Holsatiæ, & Ius mandandi ac prohibendi in Albi, agnouisse. 12. Deinde nullum eos priuilegium de restrictione liberæ nauigationis infra vrbem vnquam habuisse, & si quid tentarint de facto, absq; iusto titulo tentasse, ideoq; legitimè præscribere non potuisse, cùm ea, quæ sunt facultatis, vt nauigandi in flumine publico, præscribi non possint. 13. Ac etiamsi, ea etiam, quæ sunt facultatis, præscribi à tempore prohibitionis per cursum longissimi temporis prætendant: tamen continuatum & quietum cursum præscriptionis longi temporis nullum allegare possunt, cùm semper per contrarios actus, vel alioquin, interpellati sint, à regibus Ioanne, Friderico, Christiano III. & præsente rege Friderico II. 14. Idem de Transactione cum vicinis ciuitatibus Stada, Brema, &c. opponi posset. Sed cùm sit res inter alios acta, nihil ad regem & Duces Holsatiæ, velut tertios pertinere, nec se litis cum ciuitatibus illis in iudicio Cameræ pendentis consortes esse. Vbi tamen euentus litis breui, quàm iusta Hamburg. possessio restringendi liberam nauigationem fuerit, ostensurus sit. 15. Literas Frider. I. an. 1514. nihil prætenso Hamb. iuri restringendi, cuius mentionem nullam faciunt, addere vel adimere, iuberi eos in Albi præstandæ securitatis nauigantium causa aduersus piratas manere, sicut in Hollandicis bellis sæpè iussu ducum Holsatiæ naues armatas in Albi habuerint, de quo hodierna die lis nulla eis moueatur. 16. Sed Principũ priuil. & rescripta tantùm ad licita, comprehendẽdos videlicet & puniendos piratas & latrones, non ad nauigationem & commercia in flumine publico prohibẽda, contra ius naturæ & omniũ gentium, extendenda esse. 17. Quod de vtilitate publica vicinarum gentiũ allegetur, contrarium in facto apparere, cùm priuato tantùm quæstui & lucro consulant, vt soli Hamb. in Hisp. & Lusitaniam frumentum magna copia euehentes, soli ditescant, & defraudatis subditis regijs ac Holsaticis, alijsq; vicinis, opes suas cumulent. Cùm verò caritas annonæ ingruit, pauperes Holsatorum subditos parum aut nihil hoc Hamburg. monopolio iuuari, & proximo anno, frumentum ex vrbe emptum in porta incolis Holsatis ereptũ esse. 18. Exhibent etiam designationem damnorum, quæ in præfectura Steinburgensi subditis regijs Hamburg. intulerint. Vnde parum vtilitatis publicæ ad subditos regios ex Hamburg. vsurpato iure restringendi infra vrbem redire perspicuè appareat. Petunt igitur, vt Hamburgici deinceps subditos Holsatos in Albi non impediant, aut vi sursum in vrbem nauigare cogant. Sed damna illata farciant, & nauigationem liberam, sine vllo impedimento, deinceps relinquant. 1487.

HAMBVRGENSES Legati, præmissa protestatione, primùm multa de Dominio, Iurisdictione & Imperio Albis in Holsatorum oratione cumulari queruntur, quorum nec in Hafniensi 62. nec Flensburgensi 79. recessu mentio fiat. ideoque cùm ad hanc tractationem non pertineant, mandata nulla de ijs agendi se habere. Sed tamen vt commissarij rectius informentur, ordine & breuiter se ad singula capita responsuros esse. De inuestitura & Regalibus ducum Holsatiæ, à Cæsare colla-

M. D. LXXX. re collatis, non existimant inter Regalia illa, euectionis frumenti permittendæ aut prohibendæ, & huius casus, de quo quæstio est, mentionem vllam fieri, ac etiamsi fieret, tamen eiusmodi inuestituras saluo iure tertij intelligendas esse, sicut plerunque hanc clausulam Cæsares literis feudalibus inserant, qua sibi, & imperio, & omnibus alijs ius suum reseruent. Verùm sibi exempla literarum Cæsare non exhibita esse. Habere autem Hamburgensem quoque ciuitatem, ab Imperat. & Regibus Romanis sua priuilegia, libertates, iura, vsus & consuetudines terra mariq́ue, inter quas ius restringendi non postrema sit, confirmatas, ideo iustè ab eo se non depelli. 2. Territoria Ducum Holsatiæ ampla vsque ad Albis ripas pertinere non negant. Quod verò proprietatem Albis arctoi ad se spectare, inde inferant: cum eo pugnare, quod postea dixerint, Albim flumen publicum & omnibus commune esse. Sed quia hæc ad petitorium seu dominium pertineant, de quo præsens tractatio non instituta est; hoc tempore se, saluo cuiusque iure, illa prætermittere. Sed tamen honestam & veram orationem sibi non deesse. 3. Ditmari Köln esse priuatam scripturam priuati hominis, nec de præsenti casu euectionis frumenti, sed de naui vadis in littore Holsatico illisa loqui, quam forte Dux in suam potestatem recidisse arbitratus sit. cùm constet barbaricam illam consuetudinem retinendi naues & bona naufraga, in constitutionibus imperijam expresse abrogatam esse. 4. Literas ad Fridericum I. Daniæ regem anno 1524. datas, cùm originale non exhibitum sit, esse scripturam non authenticam. Deinde allegari in ijs, non Christiani I. de quo nihil sibi constet, sed Friderici III. Imperat. priuilegium, quo semper Ciuitas Hamburg. nixa sit. Id verò cùm de frumento & mercibus ex superiore parte Albis descendentibus loquatur, nihil ad præsentem casum pertinere. Quòd verò à Friderico I. Daniæ rege Hamburgenses petierint, vt in territorio suo subditis euectionem frumenti prohibeat, eo consilio factum, vt secuturas offensiones & querelas subditorum & dissidia inter regem & ciuitatem Hamburg. ortura præcauerent & auerterent, ac vt iure restringendi suo ciuitas tranquillius frui posset. 5. Ditmarsos, etsi interdum offensiones vt inter vicinos inciderint, tamen amicè semper conuenisse, & ante subiectionem Holsatis factam, Ius restringendi Hamburgensibus reliquisse. 6. De vectigalibus & coniunctis controuersijs, literas in causa Exemptionis, Iudicio Cameræ exhibitas esse, & ad præsentem causam non pertinere, nec meminisse se, Duces Holsatiæ, vllum vectigal in Albi, multò minus in vrbe Hamburga habere. nisi de Scavvnburgensi vectigali in vrbe intelligant, cuius dimidia pars comiti Scavvnburgensi, dimidia Senatui pendatur. De quo vectigali nulla inter Scavvnburg. & Hamburg. lis est. Quod ad confessionem Legatorum Hamburg. coram rege Iohanne 1487. attinet, non asseueratiuam sed relatiuam fuisse, quod diligentius inquirere & perueſtigare vellent. 7. Latinæ literæ 1292. datæ, contrarium perspicuè probant, potestatem prohibendi eductionem annonæ, non penes Holsatos, sed penes Senatum Hamburg. ante 300. ferè annos fuisse. nam literæ Senatus & communitatis Hamburgensis nomine scriptæ & obsignatæ sunt. 8. Regem Christianum III. Hamburgensibus priuilegia, iura, vsus & consuetudines suas confirmasse, inter quas, possessionem Iuris restringendi, non postremo loco semper habuerint. 9. Etiam in flumine publico, quod omnibus est commune, certum aliquod ius percipiendi telonei, piscationis, molendini, & aliquem alium actum, ius vel seruitutem, quemadmodum etiam in fundo alieno, præscriptione longi temporis adquiri posse. 10. Quod de Dominio & Iurisdictione ac potestate impetrandi in Albi repetunt: etsi non existiment, Senatum Hamb. assertam ab Holsatis Iurisdictionem vnquam agnouisse: tamen hoc loco, de frumenti in Albi euectione, non de dominio, actionem institutam esse. 11. De titulo & fide possessionis, manifesti iuris est, Ex diuturnitate temporis hominum memoriã excedentis bonã fidem præsumi, & in præscriptione longiss. temporis completa, de titulo frustrà quæri aut disputari. Quod autem Hamb. 300. ferè annos, in possessione Iuris prohibendi euectionem frumenti fuerint: manifeste demonstrant latinæ lite-

næ literæ anni 1292. ab ipſis regijs & Holſatis productæ. Item Tranſactio cum Stadenſibus, Bremenſibus 1487. literæ Friderici I. 1514. & alia documenta, & viuorum hominum fide digniſsimum iudiciales atteſtationes. 12. CHRISTIANI I. literarum mentionem denuò fieri mirantur, cùm regij ipſi oſtendant, actum ſimulatum, ſeu literas ſimulatas fuiſſe, quarum datarum tempus per ſedecim annos, ob comitis Barbienſis litem, tranſpoſitum ſit, & antea indicarunt, Ius prohibendi in ſuperiori Albis parte ſuum, non in regis Chriſtiani, ſed Cæſaris Friderici III. priuilegio fundari. 13. De interruptione Præſcriptionis per contrarios actus, reſpondent, curſum præſcriptionis per extraiudiciales turbationes non interrumpi, ſed iudicialem interpellationem, & deſuper inſecutam litis conteſtationem, requiri, nec contrarios actus à regibus Chriſtiano I. Friderico I. Chriſtiano III. vſurpatos, ſed Hamburgenſes in poſſeſſione ſua violenter nunquam turbatos eſſe, præſentem etiam regem, in Receſſibus anni 62. & 79. Ius ſuum Hamburgenſibus expreſſè ſimul reſeruaſſe, donec vel amicè vel iudicialiter lis finiatur, nullam igitur poſſeſſionis interruptionem hinc inferri poſſe. 14. Tranſactio cum Stadenſibus, Bremenſibus &c. etſi eſt res inter alios acta: tamen vicinus ſcire facta vicini præſumitur. Cùm igitur vicinæ Albi vrbes teſtimonium Hamburg. antiqui vſus prohibendi euectionem frumenti in Albi præbeant: poſſeſſio Hamburgenſium euidenter probata eſt. 15. Literis regis Friderici anno 14. patientiam & ſcientiam Iuris prohibendi demonſtrari, verba ipſa oſtendunt. Cùm enim excubitores illi in Albi ad hunc finem præcipuè collocati ſint, vt euectionem frumenti impediant: Fridericus autem in Albi eos manere, & non in Storam ingredi, iubeat: manifeſtè Ius prohibendi Hamburgenſiũ confirmat. 16. Quod Principum reſcripta tantùm ad licita extendantur, in ſuis caſibus valet. Sed prohibitio exportationis frumenti de iure & conſuetudine ab Hamburgenſibus præſcripta, verè licita eſt, nec commercia in flumine publico & nauigabili reſtringunt Hamburg. niſi in vnico ſpeciali caſu exportationis frumenti. Qualis ſeruitus vel ius, longiſſima præſcriptione, tàm in fundo publico quàm priuato, adquiri poteſt. 17. Publicè vtile eſſe frumenti euectionem impediri, res ipſa hoc anno declarauit. Et largè Hamburgenſes in proxima annonæ caritate Holſatos & Scavvnburgenſes ſubditos iuuiſſe; plurimorum nobilium & ignobilium, oppidorum & pagorum teſtimonijs confirmari poteſt. Quod ſi fortè vni, aut alteri, de quo legatis non conſtat, in porta aliquid ademptum eſt: id ſine peculiari & graui cauſa non accidiſſe exiſtimandum eſt. 18. De ſupplicationibus Holſatorum in præfectura Steinburgenſi, mandata nulla habent, nec præſens tractatio propterea ſuſcepta eſt, præſertim cum ciuitas Hamburgenſis cum rege tranſegerit. Tandem petunt per interceſſores apud regios & Holſatos eò rem deduci, vt ciuitas Hamburgenſis in legitima & præſcripta poſſeſſione iuris prohibendi & reſtringendi ſuo, quietè maneat & defendatur, omnes turbationes ac impedimenta iuris ipſorum, deinceps præcidantur.

Apologiæ Hamburgenſium denuò Regij & Holſati opponunt, Hamburgenſ. nunquam in legitima poſſeſſione iuris impediendi euectionem frumenti in Albi infra vrbem fuiſſe, neq; adhuc eſſe. Cùm enim Albis ſit flumen publicum & nauigabile, liberam in eo nauigationem eſſe tantiſper præſumitur, donec Hamb. ſeruitutem detinendi naues frumento onuſtas & ſurſum pellendi, legitima præſcriptione, eaq; continua, & non interrupta, ſe adeptos eſſe probarint. Primos actus prohibitæ euectionis frumenti, non ſuo iure, verùm Holſatiæ ducum mandato aut permiſſu, precibus impetrato, exercuerunt: cùm Chriſtianus I. præfecturam Steinburgenſem Hamburgenſibus pignoris loco fruendam tribuens, ſimul conſtituit, vt donec in poſſeſſione præfecturæ eſſent, euectionem frumenti ex Stora impedire poſſent. Eam præfecturam cùm viginti annos tenuiſſent, tandem illa redempta, Ius reſtringendi cum præfectura, ad FRIDERICVM ducem Holſatiæ redijt. Deinde igitur à Friderico rege Hamburgenſes prohiberi ſubditis exportationem frumenti tempore caritatis annonæ ſupplicarunt 1524. M. D. LXXX. 1265. 1485.

Poſtea

M. D. LXXX. Postea in bellis Hollandicis, ferè semper armatas naues impedientes frumentum in Hollandiam deferri, iussu & mandato regum ducum Holsatiæ habuerunt. Quibus bellis sopitis, cùm se in possessione esse iuris, euectionem frumenti in Albi subditis regijs prohibendi, tot annis continuata, videri vellent: rex Christianus III. sæpe eos anno 1550. 53. 55. 56. interpellauit. Nullam igitur possessionem legitimam prohibendi exportationes frumenti aliam, quàm vt mandatarij, vel precario impetratam: veram autem & legitimam possessionem duces Holsatiæ semper vnà cum proprietate & dominio, habuerunt. Nec Hamburgensibus Imperatorum confirmationes plus iuris tribuunt, quàm antea habuerunt.

Quod obijciunt: Si Albis sit flumen publicum omnibus commune; Holsatos non esse proprietarios & dominos Albis: friuola cauillatio est, cùm omnibus constet, Albim esse flumen commune vsu & facultate nauigandi libera. sed non Dominio. nam superioritatem & imperium in Albi manifestum est, ratione terrarum Holsatiæ, ad ripas Albis pertinentium, ad principum Holsatiæ Regalia pertinere. Ditmarus Koeln se non ex iure, sed gratia nauim suam recepisse confitens, simul proprietatem & dominium fluminis, regis Christiani esse testificatur. Literæ Hamburg. supplices ad regem Fridericum (1524.) illiusq; responsio, sunt authenticæ: in archiuis ducum Holsatiæ inuentæ, ex quibus facilè intelligi potest, quis potestatem & possessionem prohibendi euectionem frumenti immoderatam in Albi infra Hamhurgam habuerit. Christiani verò I. priuilegium ad hunc solummodò finem allegatum est, vt ostenderet, duces Holsatiæ supremum dominium & potestatem in Albi prohibendi habere. Alioquin priuilegium illud contra comitem Barbiensem, à Christiano Hamburgenses non petiuissent. Quam si supra Hamburgam duces Holsatiæ in Albi habent: multò magis infra vrbem vsq; ad mare possident. De vectigali fatentur de Redemptione illius in Cameræ iudicio disceptari. Sed cùm facultatem redimendi vectigal de mercibus in Albi, duces Holsatiæ habeant: sequitur supremum dominium & imperium in Albi, ad proprietarios vectigalis duces Holsatiæ spectare. Id confirmare vectigalis mentione legati voluerunt. Latinæ literæ anni 1292. de frumento, quod ex vrbe, non quod infra vrbem ex ducum territorio euehitur, perspicuè loquuntur. ac simul indicant, dimidiam mulctam, euectione frumenti delinquentium, ad duces Holsatiæ pertinere. Vnde potestatem prohibendi in ipsa vrbe frumenti euectionem, penes Holsatos simul fuisse manifestum est. Nec generalis Christiani III. confirmatio Ius restringendi Hamburg. stabilire potuit. Cùm nunquam Iuris illius possessionem legitimam iusto titulo nixam, Hamburg. habuerint.

Quòd Titulum in præscriptione longissimi temporis, hominisq; memoriam excedentis, non necessarium sit probare: nihil Hamburgenses iuuat: cùm nullam præscriptionem aut possessionem Iuris restringendi legitimam, nisi de mandato Principum vel precario vnquam habuerint. Literas verò latinas, quibus se ante 200. annos in possessione prohibendi fuisse ostendere nituntur, manifestum est, tantum de prohibitione in vrbe, non extra vrbem, vbi Iurisdictionem nullam Hamburg. habent, & quidem principaliter, in literis illis de mulctis intra vrbem, partim Senatui soluendis, disponi. Affirmant, possessionem, non tantùm per iudiciales, sed alios etiam actus contrarios, interrumpi. Ideo possessione non quietè continuata, præscriptionem nullam inoffensam currere potuisse. De cæteris obiectionibus repetunt priora, & tandem liberam euectionem frumenti omnis generis in Albi, subditis Regijs, perinde vt Hamburgensibus, concedi flagitant.

Cùm autem post varias & multiplices aliquot dierum disceptationes, Legati Hamburgenses in eo perseuerarent, manifesti iuris esse, ne quis possessione sua ante causæ cognitionem priuetur: Dani verò ac Holsati, nullam possessionem legitimam & tranquillam illos vnquam habuisse contenderent: Principum intercessorum legati, media, quæ vtriq; parti tolerabilia & æqua fore iudicabant, vt omnis frumenti (hordeo & polenta excepta) euectio vtriq; libera esset; nec tamen sub-

subditis Regijs hordeum Hamburgam deferentibus precium pro ementium libidine constitueretur: aut certus numerus 7. aut 8. nauium subditis regijs exportandus concederetur &c. proponebant. Quæ cùm Regij, alia ratione, nisi ad referendum accipere per mandata ipsis tradita, quæ liberam subditis regijs frumenti exportationem vsque ad litis exitum relinqui iubebant, non possent: Hamburgenses verò possessionem Iuris restringendi suam, ante causæ cognitionem sibi iustè non adimi posse instarent: Vtrinque Legati, protestationem de dominorum suorum Iure interposuerunt, & res tota in suspenso relicta est. ita tamen, vt vtrique media proposita, ad dominos suos referrent: eorumque declarationem ante Calend. Ianuarij ad electorem Saxoniæ & Vlricum Megapolens. perscriberent. Qui, cognita vtriusque partis voluntate, vel transactionem perficerent, vel ad iuris cognitionem coram arbitris causam remitterent. Interea Hafnienſis & Flensburgenſis Recessuum articuli & clausulæ omnes, nullo excepto, ab vtraque parte inuiolati seruentur. Sic die 8. Septemb. Kiela discessum est. M. D. LXXX. 1562. 1579.

Paulò post, IOANNES senior, dux Holsatiæ, Friderici I. Daniæ regis filius, princeps pius, clemens, iustus, beneficus, & ecclesiæ ac scholarum nutritius, postridie Calendas Octobris ex hac vita cœlebs discessit. cuius, anno sequente demum Sleſvvigæ sepulti, ditionem, Adolphus frater, & Fridericus Daniæ rex, fratris Christiani III. filius, inter se partiti sunt: Rege Hadersleb iam, vbi sedem aulæ Ioannes habuerat, & Rendersburgum: Adolpho cæteras præfecturas obtinente.

Christianus I. Daniæ rex, ⊕ 1481.

Fridericus I. Daniæ rex, Christierno succedit, 1523. ⊕ 1533.		Ioannes, rex Daniæ, patri succedit, ⊕ 1513.	
Christianus III. Daniæ rex ⊕ 1559.	Ioannes senior, dux Holsatiæ, ⊕ 1580. ἄπαις.	ADOLPHVS dux Holsatiæ.	Christiernus II. aufugit 1523.
Fridericus II. Daniæ rex.	Ioannes dux Holsatiæ.	Philippus.	Ioannes Adolphus archiep. Bremensis.

In Liuonia Succi Reualiam tenentes, Padisam arcem, sex milliaribus ab vrbe distantem, semestri ferè obsidione fatigatam, & fame tandem exhaustam, exeunte anno receperunt, cùm paulò antè, alius Suecorum exercitus, Ponto de Legardia duce, Corelogrodum, Coreliæ metropolim, & arcem munitissimam, intra circulum Arcticum, sub gradu latitud. 67. long. 62. sitam, fulminibus globorum ignitorum incensis munitionibus, expugnasset die 4. Nouembris.

POLONIÆ rex STEPHANVS, ad bellum aduersus Moschos continuandum, mense Iunio, Vilnâ profectus, lentis itineribus, vt consequi eum copiæ facilius possent, exeunte Iulio, Vitebsium ad Dunam fl. peruenit. Inde ad Vielico Lukæ obsidionem tendens, Velisam & Vsuiatam arces, ne quid à tergo impedimenti obijceretur, expugnat. Vielico Lukam vrbem amplam, & emporium, in illis gentibus celeberrimum, præsidiarij milites in arce, paulò antè incendio deleuerant. Arcem igitur solam, initio Septembris, Poloniæ rex tormentis quassatam, & globis igneis, in ligneas illius munitiones vibratis, incensam oppugnat: & statim à præsidiarijs deditam Nonis Septembris occupat, ac denuò munit. Vicinas etiam arces, Neuelam, 12. milliaribus Lukâ versus Poloniam distantem, per Bornemissam Vngarum: Zaualotiam, per Zamoiscium Cancellarium expugnat. Inde Vilnam rex initio Nouembris redit, quò & Cancellarius paucos post dies subsecutus est. Hæc totius expeditionis illius Vielo Lucanæ summa est. Quam si cui vberius, consiliorum etiam ac deliberationum præcipuarum expositione, & rerum gestarum circumstantijs illustratam, cognoscere

M. D. LXXX. scere libebit: sequentem narrationem copiosiorem, ab amico Lithuano, Vilnâ mecum communicatam, adiunget. POLONIAE rex Stephanus ad bellum aduersus Moschos continuandum procurato commeatu, tormentisque ac omni graviore instrumento belli nauibus præmisso, Etsi nondum ex remotioribus regni oris copiæ conuenissent, tamen fama suæ profectionis celerius subsecuturas ratus 16. Calend. Iulij Vilna profectus, vno milliari inde concedit. Hinc ita instituta ratione itineris, vt lentius euntem vndique consequi, cùm equitatus, tum peditatus posset; 6. Calend. Augusti. Vitepscium peruenit. Abest id oppidum Vilnâ octoginta milliaribus, natura loci, duabusque arcibus, & præterfluente Duna, nauigabili fluuio munitissimum. Iam antea Crasnici rex inito copiarum numero, refert ad consilium, quas in oras exercitus ducendus sit, & quibus in partibus hostilis terræ bellum ordiendum. Tres peramplæ ac famosissimæ ciuitates proponebantur, Smolenscum, Plescouia & Velikilucum: quarum hæc ad Louatum fluuium, Plescouia ad Velikæ & Pskoæ consl. Smolenscum ad Boristenem sita est. Sed cùm iter ad Smolenscum esset per loca deserta, terramque per crebras excursiones, igne ferroque vastatam, videbat si eò se conuertisset, exercitum commeatus & rei frumentariæ inopia laboraturum, & hosti ad inuadendos Lithuaniæ fines aditum patefactum iri. Neque verò si Smolenscum peteret, ab Liuonia auertendi hostem vlla ratio videbatur, quæ tamen magna suscepti belli causa erat: neque sperari poterat Moschum propter vrbem longè à suo regno ad Boristenem positam, vires suas in vltimum discrimen adducturum. Plescouiæ verò oppugnandæ hoc tempore difficilior ratio visa est, quòd expeditio à finibus regijs longinquior, quòd iter ad crebriores hostium arces periculosius, longior receptus, nullum in propinquo præsidium suorum, flumen denique eo itinere nullum esset, quo res frumentaria & bellicæ machinæ supportarentur. Ergò Velikilucum petendum esse statuit, quò etsi iter esset per regiones sylvestres, tamen cùm & à populationibus intacta omnia essent, fluminibusque Duna & Vsuiata, tormenta & commeatus oportunè conuehi possent; minor videbatur in ducendo exercitu difficultas futura. Ad hæc Velikilucum ita Liuoniæ imminet, vt si eam vrbem Rex suæ ditionis faceret, & commeatus Liuonia adiuuari posse, & intercludere è Moschouia in Liuoniam iter, & magnâ denique regionem liberare videretur. Denique animo Regis obseruabatur illud etiam accidere posse, vt si spe pacis amissa eam vrbem peti Moschus videret, quæ & suæ ditionis semper fuisset, & quoquo versus firmissimum præsidium esset, ad opem suis ferendam veniret, sicque daretur aliqua occasio aperto Marte decernendi: cuius sanè rei auidissimus Rex erat. His accedebat, quòd omnis circa Velikilucum regio, agri fertilitate, rerumque omnium vbertate, omnibus alijs partibus abundantior, hominibus, iumentisque alendis facilius commeatum suppeditare posset. Ad Plescouiam enim vsque terra vbique culta, campestris, & frequentibus vicis habitata, si in potestatem Regis redigeretur, magnam commoditatem relictis in præsidio militibus præbitura esset. Ituro Velikilucum duæ arces cum firmo Moschorum præsidio munitæ occurrebant, Velisa in citeriore ripa fluminis Dunæ, & Vsuiata inter duos lacus sita, quorum alter in occidentem uergens Vsmiana, alter ad orientem pertinens Vsuiata vocatur, per quem fluuius eiusdem nominis se deriuans propè Surasum castellum Dunæ se miscet. Has arces, ne quid à tergo infesti relinqueretur, partitis copijs expugnare decreuit. Igitur Ioanne Zamoiscio regni Cancellario cum septem millibus ad expugnandam Velisam præmisso, ipse quartis castris ad castellum Surasum peruenit. Hic duabus maximè de causis quatriduum substitit: primùm, vt Dunam fluuium ad traijciendum exercitum pontibus iungeret: Deinde vt expectato euentu Velissæ, quæ octo miliaria Surasо aberat, de rebus à Cancellario gestis certior fieret. Sed is vt primùm per aspera itinera copijs Velisam è densissimis syluis penetrauit, loci situm contemplatus, tribus ex partibus circumducta fossa, iactoque aggere munitiones in arcem summa celeritate direxit. Ex aduerso autem arcis vltra Dunam,

leuio-

leuioris aliquot armaturæ cohortes, arcendis subsidijs & effugijs collocatæ erant. Igitur admotis tormentis cùm vndique verberari propugnacula, miraque nostrorum audacia inferri mœnibus faces Velisenses conspicantur, incolumitatem pacti deditionem faciunt. Qua re cognita, Rex, dum pontes ex lintribus contabulatis ædificantur, ad visendam Velisam cum familiaribus, excurrit. M. D. LXXX.

Capta Velisa literæ à Mosco missæ redduntur, quibus humiliter & demisse, quod plerique calliditati adscribebant, significabat, iam se legatos, contra & suam, & maiorum suorum consuetudinem ad eum dimisisse, cum ijs mandatis, quæ postulatæ ab ipso paci consentanea essent. Sed cùm incertus esset, quid ab ipso Rex postularet, vereri, ne non fit ijs, quæ legati ipsius nomine pollicerentur, contentus futurus. Petere igitur, vt aut Rex quam ocyssimè sua postulata per literas significaret, aut legatis suis id facere permitteret. Deinde, antequam legatos audiret, suis finibus contineret exercitum, nec pateretur in regiones ipsius incursiones facere. Postremò, ne esset cupidus fundendi sanguinis Christiani, neue ab oblatæ concordiæ studijs abhorreret, memor saluberrimæ illius admonitionis, vbi diuinus Vates, Nunc, inquit, Reges sapite, erudimini, qui iudicatis terram: Nam extremam secundi Psalmi partem literis suis inseruerat. Rex cognitis his literis nihilo remissius exequi destinata pergit, perfectisque tribus in Duna pontibus, vniuersum exercitum in vlteriorem ripam traducit, ibique castra facit. Postridie iter facienti iterum Moschi literæ afferuntur, quibus significat, legatos ipsius maximis itineribus progredi, expectaret venientes, nec tridui moram expectatione consumptam magno detrimento rebus suis fore putaret.

Regem nihil de celeritate consueta remittere cupientem retardabat difficultas viarum. Syluestria erant loca, vix singulis peruia, implicatis inter se arborum ramis, veluti perpetuam obijcientibus sepem. Ad hæc ob crebras paludes obiectas, cœnosamque humum, equorum hominumque vestigijs cedentem, ægrè moliebantur transitum copiæ Lithuanicæ, vociferantibus in exercitu regio militibus, quòd lentè procedentes, tardeque viam sternentes Lithuani, consumpto omni pabulo, nihil præter nudum solum sequentibus ipsis relinquerent. Igitur Rex delectos è prætoriano peditatu trecentos Vngaros, ad parandam celerius cum Lithuanis viam præmittit. Sic Lithuani, duce Palatino Vilnense, 18. Cal. Septemb. tandem ad arcem Vsuiatam peruenerunt. Rex ipse duobus inde milliaribus consedit. Vsuiata arx in tumulo est sita ad duos lacus, vt iam antè ostensum est. Moschi obsidionem expectantes, paucis antè diebus oppidum arci subiectum incenderant, recepta in arcem omni oppidanorum turba. Palatinus arcem oppugnare orsurus, caduceatore præmisso ad deditionem ipsos hortatur, simul etiam eis denunciat, in vna regis clementia eis salutem fore. Illi cùm ferociter initio respondissent, ac tandem circumduci fossam, admouerique vimineas corbes vidissent, deditionem eodem die polliciti sunt, territi potissimùm aduentu Vngarorum peditum, qui vna nocte, admirando labore, pro ipsa porta intra lapidis iactum fossa perducta, continenti sclopetorum ictu, neminem in aduersa turri versari patiebantur. Deditis concessa à Rege vita, dataque facultas, exceptis præfectis, ijs qui vellent, in Moschouiam redeundi. Rex postridie, quæ fuit 17. Aug. ad veterem Vsuiatam positis castris, nauim cum paucis ingressus, ad inspiciendam ex aduerso arcem nauigauit, vbi quatriduum commoratus, Velikilucum versus contendit.

Inde per longissimas & densissimas syluas aliquot diebus patefaciendo itinere consumptis, 27. die Aug. non longè ab arce Lucana cis flumen castra posita sunt; cùm iam quinto die antè ciuitas ipsa ampliſſima à præsidiario milite incendio deleta esset. Eò etiam cancellarius regni Velisa diuerso itinere veniens, sua castra cum regijs coniunxit. Ea arx satis ampla in planitie patenti est sita, agrorum fertilitate quoquò versus peramœna. A meridie fluuius Louatus imam eius partem alluit, fossa ac lacu interiecto, idemque diuisus in duos alueos, effecta insula paulò infrà inter ciuitatem & arcem, dimidia propemodum eius parte perstricta rursus coit,

M. D. LXXX.

sus coit, inde in Septentrionem labens, relicta arce, ciuitatem in duas partes secat, cæteræ stagnis ambiuntur. Paries ligneis trabibus opere magno compaginatis constat, quem contiguum vallum suprema parte cespitibus obducta protegit, vt globis nulla ratione labefieri potuerit. Postridie & legati Moschouitici in Regia castra perducti, nullis adhuc oppugnandæ arcis munitionibus erectis. Etenim magnam omnes in expectationem ipsorum aduentu venerant, cùm quilibet existimaret ipsos, quemadmodum præferebant, cum amplissimis & ad pacificationẽ accommodatis mandatis venisse. Auditi igitur 29. die Aug. nihil præter absurda petebant: nisi enim se rex vniuerso cum exercitu suo intra fines reciperet, iniunctũ sibi esse affirmabant, ne quicq; agerent. Ita ea die nõ dicta legatione ad sua tentoria sunt reducti. Facilè omnes intelligebant, quorsum ipsorũ consilia tenderent.

Rex ipsorum barbaro instituto nihil moratus, arcis oppugnandæ consilium iniit, iubet vt duobus in locis vltra flumen munitiones excitentur. Cuius quidem rei procurandæ primas partes defert Ioanni Zamoiscio, regni Poloniæ cancellario, qui partem castrorum regiorum in vlteriorem fluminis ripam transduxit, illic Vngarus alterum locum ad occumbentem, Polonicus verò peditatus ad orientem Solem alterum muniendum sibi desumpsit, quibus locis propugnacula arcis primaria erant. Biduo vtrinq; fixis sub vallo signis, munitiones fossis ductis aguntur, intra corbes terra repletos tormenta collocantur. His ita constitutis Cal. Sept. tormentis quati cœpta, sed in recenti tenaciq; aggere, tormentorum vis parum valuit, quantumuis quatriduo continuis ictibus verberaretur, & incendium ab Vngaris sæpius conflatum esset. Hac difficultate ad Regem delata confestim eam consilio expedit, mandatq;, vt ad proximum propugnaculum cuniculi agantur ad parietem vsq;, quod vnius noctis opere perfectum est. Ea ratione intra cuniculum abditus puluis incensus, vi sua aditum ad parietem accendendum Vngaris patefecit. Itaq; illato Vngarorum manibus incendio, propugnaculum illud ad dimidii vsq; noctem arsit, & Vngaris ad imperum faciendum non mediocrem aditum patefecit. Nec in castris Polonicis ab inferendo incendio cessatum est, & quidem irrito conatu acerrimè repugnantibus Moschis, ex quibus permulti per summitates mœniorum in exteriorem partẽ arcis se deiecerunt, restinguendi incendij causa, etiamsi ex aduersis munitionibus ictibus tormentorum depellerentur. Quid hic ignis ille à Polonis 4. Sept. die sub vesperum parieti admotus, dum vtrinq; existimaretur eum extinctum, ecce media ferè nocte oborto vento vires resumit, paucis horis ita creuit, vt tota arx incendio eo, frustrà Moschis id extinguere conantibus, ac deditionem offerentibus, 5. Sept. die deflagrarit, vallo tantùm incolumi remanente. Vngaricus peditatus, qui alioqui ea die irruere in arcem cogitabat, vlciscendi libidine nonnullorum suorum iactura ac spe rapinæ incitatus, in arcem irruit; mira sæuitia obuios obtruncat, vndequaq; pinnas arcis depopulante igne, quicquid rapinæ consequi potest, ex arce effert. Iam ignis penè ad eum locum peruenerat, quò magna vis pulueris asseruabatur, cuius quadringenta fuerant vasa. Quare periculo imminente, pars se ex arce subducit, pars verò permixta Polonis intenta rapinæ illic manet. Paulò pòst secutus est ingens fragor vi incensi pulueris excitatus. Equidem maior pars obsessorum fere à milite cæsa (septem circiter millia hominum in arce fuisse perhibentur) reliqua in seruitutem redacta.

In his Palatini tres, ante militarem cædem, in castra traducti fuere; Knias Fedor Ivvanovvitz Likovv, Knias Georgius Aksakkovv, Knias Michaël Kassen. His omnib. summa cum potestate præfuerat Ivvan Voieiko, non ita pridem à Moscho in eam arcem præsidij causa missus, notæ crudelitatis homo. is deductus ex arce ad munitiones Vngaricas, ab obuijs militibus truncatus fuit. Ex Polonis non ita multi desiderati sunt. In his primarius Petrus Klozouius, castellanus Zauostensis, capitaneus Malegostiensis. Hic fuit euentus obsidionis arcis istius, spectantib. eũ Moscouiticis Legatis. Hi 2. die Sept. neglectis priorib. inanitatibus, ad regem admissi, alternatim omnium controuersiarum ab ouo vsq; ad mala memoriam repetentes, legationis mandata explicarunt, quæ cùm ab omni æquitate alienæ essent,

esse, & se alia non habere confirmarent, vt tabellarium ad principem ipsorum mittere liceret, à Rege impetrarunt, cum de rebus omnibus certiorem facerent. M. D. LXXX. scripsit & Rex ad ipsum Moschum per peculiarem tabellarium.

Interea istius arcis muniendæ & propinquarum aliquot expugnandarum consilia suscipit. Muniendæ autem arcis eiusmodi ratio est inita. Ambitus vniuersæ in quatuor partes, adhibito architecto Italo, Dominico Rudolphino Camerino, diuisus, quarum duas ipse sibi rex instaurandas cum Vngaris desumpsit, tertiam Polonis, quartam Lithuanis attribuit. Sic enim fore existimabat, vt mutua nationū in opere æmulatione breuissimo tempore arx ad perfectionem peruenire. Hac ratione omnibus operi cœpto intentis, allatum est, aliquot millia hostium ad arcem Toropeciam, quæ Velikiluko octodecim milliaribus abest, diuiso in duas partes exercitu, maiorem vltra duo milliaria, minorem primorum ordinum ea arcem consedisse: hic quatuor millium equitum, alter verò sex millium subsidiarius fuisse, ex captiuis cognitum est. Citerior ille pabulatores Polonos ad sex à castris milliaria subinde intercipiebat, ac iam ad quinquaginta interceperat, quando res ad regem delata esset. Quamobrem rex Georgium Borbelium, vnum 15. Septemb. ex præfectis equitum Vngarorum, virum strenuum, & multorum annorum militiæ vsu clarum, cum sexcentis equitibus Polonis & Vngaris, quibus etiam aliquot pedites sclopetarij adiuncti erant, Toropecium versus mittit, ac triduo post, vbi rumore quodam perlatum esset, hostium copias adauctas esse, mille quingentos equites Polonos, Vngaros, & Germanos deligit, Ianuffio duce de Zbaras, Palatino Braslauiense eis præposito, simul etiam ipsis mandat, vt cum prioribus coniuncti hostem persequantur, ac cum eo oblata opportunitate confligant. Palatinus cum his mandatis vesperi ex castris cum exercitu proficiscitur: tota nocte 17. Septemb. iter faciens, postero die se cum Georgio Borbelio coniungit. Eo loco refectis equis, dispositoque in suos ordines exercitu, Albertus Kiralyus, Vngarici equitatus Vicecapitaneus, viginti quatuor equitibus Polonis, quibus se adiunxit Samuel Sborouius de secunda vigilia præmittitur, alia quoq; subsidiaria ala deligitur, quæ cum vnius milliaris interuallo sequeretur. Ei præficitur Georgius Borbelius, Georgius Sibrik, & Hieronymus Philoppouius. constabat illa ducentis circiter equitibus. Agmen verò ipsum cum Palatino incedebat. Non admodum longe Albertus progressus erat, cum in aliquot equites Moschos præcursores exploratum missos incideret. Hi ad ipsius aduentum illicò se fugæ mandarunt, eos cum suis insecutus, & ad vnum milliare, passim via angusta & lutulenta prouectus, & duobus Moschis de equis deiectis ad pontem vsq;, quo fossa palustris strata erat, peruenit. Sclopetarij Moschici abditi numero longè superiores ab vtroq; pontis latere elato clamore exiliunt, sclopeta in Polonos explodunt, diu eos iaculationibus, quò minus pontem transeant, remorantur. Forte & quatuor sclopetarij Vngari, equis vecti, qui antea aberrauerant, ad clamorem sociorum sese offerunt, relictis equis ad pontem pugnantibus subsidio occurrunt, ac sclopetis rem strenuè gerunt. Tartarorum copiæ, quingenti equites, Moschicis sclopetarijs non procul à ponte in subsidio erant. Durauit illud certamen ad dimidiam vsq; horam, cùm Albertus diu frustrà eos, qui sequebantur, expectasset (miserat enim per expeditos equos ex suis, qui eis renunciarent, magno numero adesse hostes, properarent, quantum possent, sclopetarios Moschos tam exigua manu submoueri non posse) tandem ad speciem magni alicuius exercitus aduentantis clamore sublato in pontem irruit, sclopetarij hostiles Vngarorum clamore perculsi ponte cedunt, & Tartaris subsidiarijs coniuncti, pulsu tympani ad proximum exercitum se recipiunt. Albertus fugatis hostibus intempesta nocte eos persequi vlterius destitit, multitudinem hostium atq; insidias veritus. Nam Georgius Borbelius cum suis longius aberat, nec sciebat, quo in periculo Albertus versaretur. In eo certamine pauci ex Vngaris vulnerati, equi aliquot interfecti.

Postera die, clara iam luce, & ipse Georgius Borbelius cum sua ala ad Albertum peruenit, consecutus est cum paulò post reliquus exercitus. Quo loco no- 17. Septemb.

M. D. LXXX. uo capto consilio, iterum Albertus maioribus quàm pridiè copijs ablegatur: ad priores additi leuis armaturæ equites 25. quos Cosacos vocant, totidem pedites sclopetarij, vt in itinere hostium excubias circumueniat & claudat; ne ad hostes indicium vllum de nostrorum aduentu perferretur. Excubiæ hostium profectionem Alberti odoratæ, ad suos maturiùs opinione refugiunt. Tres tantùm Moschi in itinere ab Vngaris capiuntur. Appetente vespera diu in itinere angusto & luculento Vngari conflictati in planiciem arci & ciuitati Toropecensi proximam peruaserunt, relicto post se longius toto agmine, quod ob difficultatem itineris eos consequi non poterat. Eo loco ad Albertum quinquaginta Germani equites, totidemque penè pedites sclopetarij aduenerunt. Obtulit se & Georgius Sibriccius, relicta ala, in qua antea collocatus erat. Quare cùm iam propè hostium castra se esse animaduerterent, iter suum accelerant. Hostes ipsi flumen Toropecium transmiserant, relictis cis flumen mille equitibus, qui Polonos leuioribus prælijs distinerent.

Progressis igitur Polonis, arx & ciuitas conspectui se dat, apparet hostium quoque ad pugnam instructum agmen, offerunt se & illi mille equites nulla certaminis potestate facta, sed sensim cedentes Polonis ad flumen vsque, in cuius aduersa ripa longo ordine pedites sclopetarij Moschi constituti erant, permiserunt, transmisso à Polonis fluuio, sclopetarij hostium bombardas in eos displodunt: hinc in ciuitatem dilapsi eam inflammant, indeque arcem se recipiunt. quod cùm Vngari viderent, monitu Alberti, Germani equites cum sclopetarijs à latere dextro in equites Moschos irrumpunt; ex alia verò parte Albertus cum cæteris hastatis in hostem se infert. Moschi primùm quidem resistere cœperunt, sed vbi & alia vexilla à longè succedere conspicarentur, in fugam se omnes sparsim conijciunt. Quamuis autem occumbente sole Moschi fugere cœpissent, tamen Vngari ad tria milliaria vltra Toropecium eos ad multam vsque noctem persecuti sunt. in ea fuga quingenti vel paulò plures sunt cæsi, ducenti verò cum vexillo, ac nisi nox fugientes protexisset, pauci ex quatuor millibus euasissent. Exercitus ille è primaria nobilitate Moschouitica constabat, quod & eorum vestes auro & serico intertextæ, preciosisque pellibus obductæ ostendebant. Re à Polonis ad Tropecium prosperè gesta, omnes incolumes in castra redierunt, paucis admodum desideratis & vulneratis. Ex captiuis duos præcipuos Regi tradunt, quorum alter Gregorius Naszokinus paulò ante discessum Vilna regis, à Magno duce ad regem internuncius, alter Demetrius Ceremestinus est, Moschorum principi carissimus, & ad exercitum paucis antè diebus, vt eum in fide & officio contineret, ab ipso missus.

VII. Septemb. die, Philo Comita Palatinus Smolencensis, cum mille septingentis leuis armaturæ equitibus; in hostilem terram Smolenscum vsque progressus, etsi principio rem feliciter gessit; tamen cùm maior vis hostium, qui ad decem millia fuisse dicuntur, immineret, & cædendo nouies ab ipsis petitus diutius eos sustinere non posset, omnibus captiuis, quos habuit, interfectis, amissisque sex exiguis tormentis, vnoque paulò maiore, non sine detrimento hostium Orsam se retulit, ex spolijs hostium elegantissimi operis ferreum Thoracem Palatini Moschi Ignatij Bludovv interfecti, cum malleo ferreo, quo pro clauo vtebatur, & vexillum ad Regem misit.

Clade hostium ad Toropecium subsecuta, anni tempus, quod hyemi proximum erat, tria Regem facere coëgit: vt & instaret operi arcis Lucanæ, quod in certas partes cuique nationi distributum, ante discessum suum absoluendum erat; & cancellarium Regni cum iusto exercitu obsidendæ Zauolociæ mitteret, quæ quidem arx ob vicinitatem Lucensibus maximo erat incommodo futura, si hostium in potestate relinqueretur, & arcis Neuelensis oppugnationi maiorem militum numerum, pulueres, aliumque commeatum subsidio mitteret. Adeo enim illius situs ingenio loci munitus erat, nec, nisi ab vna parte versus meridiem, reliqua ingenti lacu circumfusa, ex quo fluuius Nemen in orientem effluit,

essluit, ad eam aditus patet. Eo loco Palatini Polocienſis munitiones excitatæ fuerant, ex quibus tam exiguo noſtrorum numero, arx ægrè capi potuit, hoſtibus ſe continentibus iaculationibus, & etiam eruptionibus fortiter tuentibus. M. D. LXXX.

Redacta in poteſtatem arce Lucana, ex caſtris Lucenſibus, Ioannem Bornemizzam alæ equitum Vngarorum Capitaneum, cum ſeptingentis peditibus Vngaris, quibus præerat Ioannes Gallus, ac tribus maioribus tormentis Palatino Polocenſi ſubſidio miſerat, quo cùm triduo peruenisſet, duodecim enim tantum milliaria diſtat Neuela à Luca verſus Polocium, propius arcis foſſas, munitiones, maximo promouit opere. Ad hæc Palatinus, veteres duabus alijs foſſis tanquam bracchijs vtrinque auxit, vt ad foſſam arcis eò facilius peruenire poſſet: eorum altera in occidentem non longè à margine foſſæ in mediocrem longitudinem, altera ad orientem Solem ad fluuium vſque ex Lacu erumpentem ducta fuit. 21. Septemb.

Etſi Bornemizzam diligentia ad oppugnationem omnia inſtitueretur, tamen hoſtes eò magis inſoleſcebant, ac interdum in munitiones noſtrorum erumpebant, vncos ferreos inuſitatæ magnitudinis funibus alligatos in noſtros iacientes, ſi quos comprehendere eminus poſſent, ita noſtrorum paucitatem deſpiciebant. Interim dum Ioannes Bornemizza à Rege noua auxilia expectaret, incredibili opere in ipſam foſſam cuniculis penetrare ſtudet, progreſſu operis in validas contignationes, tranſuerſis lignis conſibulatas, quibus decem pedum latitudine ab ima parte ad ſummum vſque labrum foſſæ hoſtes ſuperiecta terra munierant, incidit, improbo tamen labore, ſecuribus, ligonibus, alijſque inſtrumentis foſſilibus, ad ipſam foſſam tanto ſilentio, tantaque dexteritate peruenit, vt id hoſtes non prius animaduerterent, quàm noſtri milites per foſſam ad incendendum parietem miſſi, ipſis mœnibus ignem ſubijcerent. Quod hoſtes conſpicati, adeo ſunt perculſi, vt confeſtim de ſeruanda arce deſperarent, ac deditionem vel ipſis præfectis, quos Palatinos vocant, inuitis, inflammatamque arcem extinguere pollicerentur. Deditionis conditio hæc vnica fuit, vt vitam ipſorum gratiæ regiæ permitterent, omnem ſuppellectilem, maximè verò militarem, in arce relinquerent. hoc modo arx, extincto incendio, integra in poteſtatem regis conceſſit. Rex de deditione eius edoctus, mandata dedit, vt, qui ex hoſtibus manere nollent, incolumes dimitterentur, Præfectos numero tres vinctos ad ſe Lucam transducerent. Ampla eſt arx, diuiſa in duas partes, interiecto intus pariete, capacitate Lucanæ non inferior. ea, quæ ſeptentrionem ſpectat, minor. altera ex aduerſo, maior. in ea milites præſidiarij mille, promiſcuæ multitudinis agreſtis, cum vxoribus & liberis triâ millia cenſebantur. tormenta maiora decem, minora, quæ anſatæ ab alijs barbatæ vocantur, centum reperta, præter manualia ſclopeta, quæ quingentorum numerum exceſſerunt. ex noſtris centum, ex hoſtibus verò amplius ducenti in oppugnatione perierunt. 29. Septemb.

Dedita Neuela, regni cancellarius cum ſuo exercitu, ac tormentis ſex, Zauolociam à rege Luca dimiſſus. Additi ſunt ei ex Vngaris equites ducenti, pedites ſexcenti, quibus omnibus Gabriel Bekes præerat. Arcem Lucenſem, opere abſoluto, ac ad iuſtam munitionem perducto, tormentiſque ac alijs rebus ad defenſionem neceſſarijs prouiſa, Philoni Cmitæ Palatino Smolenſcenſi committit, equites mille quingentos, pedites totidem, præſidio ibi reliquit. His omnibus ita comparatis, tertia die Octobris Rex Luca profectus, trinis caſtris Neuelam tetigit, caſtra ſua ab Oriente aduerſus arcis portam fixit. ſecuti ſunt Moſchorum duels Legati, qui indies ab ipſorum principe noua mandata expectabant. Neuela perluſtrata aliquot deinceps dies in caſtris ſubſtitit, ſollicitus de Zauolociæ euentu, eoque magis, quòd vereretur, ne ex ſubita illa cœli mutatione, imbribus, ventis, & poſtea niuibus cum gelu exortis, omnem militibus ardorem, ad operaſque præſtandas facultatem adimeret, cœptum inſuper victoriæ curſum interrumperet.

Interim tabellarij & Regis & Moſchorum Legatorum ſub ipſum Lucanæ arcis in-

locis vagarentur, & hostilibus telis & excursionibus reiecti sunt, desideratis centum, vel amplius peditibus Vngaris. M. D. LXXX.

Arx Zualocia amplo in lacu ita est sita, vt Insulam munitionibus omnem occuper breui & arduo ripæ relicto spacio; amplitudine Velisiensi respondet, propugnaculorum tamen numero superat, lacum medium flumen perlabitur, quod alijs atque alijs lacubus septentrionem versus excipitur. Castra ad meridiem trans ipsum flumen Cancellarius habebat; oppugnandæ autem arci munitiones ad solem orientem erant excitatæ, qua in occidentem vergit, & quo loco lacus est breuior, in citeriore ripa oppidum fuerat arci potestate coniunctum, quod biduo ante nostrorum accessum hostis incendio deleuerat. His difficultatibus rex in ancipites deliberationes conijciebatur, absisteḋumne oppugnationi, an in ea diutius perseuerandum esset; verùm vicit cancellarij constantia & pollicitatio, essetque vt maiores copias Polonicas & Vngaricas Neuela mitteret, quibus cancellarius acceptis, ac altero etiam ponte effecto, pluribusque scaphis contractis, adducta etiam nobilitate, vt armati pedites ad arcem inuaderent, præsidium in eum metum coniecit, vt cùm iam miles noster sub signis consisteret, lacumq; ad arcem transiturus esset, hostes repugnantibus ipsorum Palatinis deditionem facerent, pacti incolumitatem, & in Moschouiam reditum. Palatinos quatuor Cancellarius in custodia retinuit, reliqui in Moschouiam dimissi. præsidium erat quadringentorum, reliqua promiscua multitudo ad mille hominum. Hoc nuncium de capta Zuolocia Dzisnam ad Regem allatum est. Vnde Vilnam rex initio Nouembris redit, quò & Cancellarius paucos post dies subsecutus est. Vilnæ & supplicationes ob rem feliciter gestam factæ, & legati Turcici & Tattarici auditi, & comitiorum dies ad 22. Ianuarij diem VVarsauiam promulgatus, quo publicarum deliberationum causa, Moschi legati quoque deducti sunt. Turcus victoriam aduersus Moschos partam regi gratulabatur; deinde Imperatorem suum à Bassa Budensi intellexisse aiebat, Romanorum Cæsarem Noribergæ cum Electoribus deliberare, quomodo per occasionem Turcis bellum inferre possit. Cupere igitur Turcam, vt Poloniæ rex, quantum in ipso sit, eiusmodi consilia impediat. Præterea militem exautoratum (Cosacos vocant & Drauos) cohibendum esse, ne quid Moldauiæ & VValachiæ Palatini detrimenti accipiant. Tandem epistolam sui Imperatoris regi in manum tradit, & summa cum festinatione retrogressus, quid responsi acciperet, expectat. Cui breuiter Lithuaniæ Cancellarius Valliascius, Regem Poloniæ, Turcarum Cæsari per literas ad singula postulata responsurum dicebat. 13. Octob.

Post hunc Scythicus aut Tattarus admittebatur, qui suum principem (Czar illi appellant) à Moscho ad bellum contra Polonos sollicitari aiebat. Si verò regi propositum sit, tertia vice cum Moschis bello decertare, malle Tattaros Polonorum, quàm Moschorum castra sequi. Cùm hæc dixisset, humerum suum sinistrum dextræ scapulæ regis subijciebat. quod reuerentiæ & obsequij apud eos signum est. Postea ocreas, arcus, sagittas, & pharetram deauratam donabat Regi, item duos gradarios equos miræ pulcritudinis. Veste Tattarus bombycina indutus erat. Hunc ad comitia VVarsouiensia Rex venire iussit. Moscorum internuncius, licet obnixè hoc cuperet, auditus tamen non est, sed ad eandem conuentionem reiectus.

Cùm autem literæ, quibus indicuntur comitia: & rerum postrema hac expeditione gestarum, & Moschicæ legationis summam, & regis Poloniæ consilia de pace vel bello continuando recitent; inferere eas hoc loco, cùm passim extent, qui volent, poterunt. Nos, cùm cætera iam exposita sint, consiliorum regis de pace aut bello cum Moschis continuando explicationem grauissimam solummodò adscribemus.

Cùm

Cùm omnia deliberatione complectimur, tria se nobis ostendunt: vt plura in hanc causam venire non posse videantur: nimirum, vt aut certi temporis inducias cum hoste suscipiamus, aut perpetuæ pacis fœdera feriamus, aut, si conditiones aquiores ac nobis Reiq. public. honestiores quærimus, bello diutius contendamus.

Inducie illæ hosti semper opportunissimæ sunt, qui maximè belli detrimentis fractus, respirandi, ac vires ad renouandum postea bellum instaurandi spacium requirit: paratiori minus semper commodæ sunt: finem certè belli, quem maturrimum inuenire expedit, remorantur. Etsi verò satis nostras belli diutius gerendi difficultates perspicimus, tamen quoties cum ijs, hostis nostri angustias & detrimenea conferimus, ac vastitudinem hostilium ditionum, quam non tantùm eius ipsius copias facere necesse est, verùm etiam, quæ nostris expeditionibus atq. excursionibus nostrorum militum allata est, reputamus, Prouincias, arcesq. ademptas, profligatas conciſasq. copias, aut captos, aut interfectos belli duces, amissam tormentorum ac puluerum & reliqui bellici apparatus ingentem copiam consideramus. Nos quidem laborare, illum verò longè grauius premi, & à continuandi belli viribus plurimùm destitui intelligimus. Qua de causa viliores hosti, quàm nobis, inducia futura essent, quibus ille sui confirmandi, & arces suas solertius muniendi, aliaq. circumspiciendi, quæ adhuc sibi defuisse perspexit, spacium nactus, difficiliorem nobis in posterum belli gestionem efficeret: Ac interea etiam dum induciarum conciliandarum causa nuncij vltrò citroq. mitterentur, miles nihilominus summo cum sumptu alendus esset.

Perpetuæ verò pacis, quæ istis conditionibus aut vtilis aut honesta nobis, Reiq. publicæ, conuentio esse possit, planè non perspicimus, in qua plus ad victum, quàm victorem rediturum, melior victi, quàm victoris conditio futura esset. Quid enim rationis aut æquitatis habet, nos ex erepta Liuonia Kokenhausium, cum paucis infirmis ac vacuis arcibus ijsq. mediterraneis, recipere? at hostem & reliquæ longè plura portuosa ac firmiora Liuoniæ loca, in quæ iuris communitatem Regnum cum magno Ducatu Lithuaniæ obtinet, retinere, & sua pariter, quæ à nobis difficillimis expeditionibus, maximis belli sumptibus, sanguine militum nostrorum quæsita sunt, omnia recuperare? At quem hostem? qui si in Liuoniæ sedem, si munitiones, si portus vllos retineat, nunquam non opimus suis, quæ domi amisit belli instrumenta, opifices, exercitus etiam ipsos foris parare & recipere possit, cumq. libido & perfidia pacis rumpendæ incesserit, aliquo Reipub. casu aut impeditione iterum ferro ac flamma grassetur.

Bello autem diutius continuando, quæ impedimenta obsistant videmus, & contribuendi grauitatem intelligimus, quæ & ipsum Poloniæ Regnum, & eò magis Lithuaniæ affligitur, quæ & paria contribuendi onera perfert, & viritim militat, & incommoda è copijs militaribus, dum aut vltrò citroq. commeant, aut statiua habent, non mediocria accipit. Quæ etsi grauia sunt; tamen faciendum videtur, quod veteri in prouerbio est, vt minima de malis: curandumq. vt parui potius temporis onera nunc etiam subeantur, quæ perpetua ac certa deinde tranquillitas vtilitasq. comitetur, quàm vt breui intermissione incommodorum facta, mox eadem rursus incurrenda, ac impensa fortè alijs rebus locisq. Reipub. cum hoste isto de salute dimicandum sit. Neq. verò diuturna amplius ista incommoda, hac opis conferendæ grauitas futura videtur, hoste tot cladibus ac detrimentis debilitato, cuius nos rationes atq. hac in re consilia non fugiunt. Scimus quæ se, in tantis incommodis, magna pusillanimitate, ista imbecillitate virium, opinione & spe sustentet, atq. ab æquioribus conditionibus pacis adhuc abducat; desiturosque nos ab incepto confidit. Ac quamuis falsò persuasum, tamen à transfugis & exploratoribus habet, superiorem Reip. contributionem ita sitam esse, vt nisi illa bellum expediretur, ad alia ordines descensuri non essent, quod quidem ex ipsius Magni ducis Secretario Dementino, qui nostra in potestate est, intelligimus, à quo etiam, postea quam adhibita tergiuersanti tormenta essent, illud affirmatum, Castellani duo Vilnensis, & Gnesnensis ad nos retulere: Si tertiò in Moschouiam arma transferamus, Magnum Ducem non vniuersa tantùm Liuonia, verùm etiam alijs lucis nobis cessurum esse.

Hæc igitur deliberationum genera cùm iam antea præuidissemus, & ad talium difficulta-

difficultatum explicationem, ordinum omnium consideratione opus esse sciremus, maturè ex XXII. die Septemb. pro more maiorum ad regni nostri maiores Consiliarios literas nostras dedimus, quibus eorum sententias de comitijs habendis, eorumq; tum locò tum die exquisiuimus, ac cognitis tam eorum, qui iam respondérunt, quàm qui nobis ex Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ consiliarijs adsunt, super ea re sententijs, hoc tempore generalem omnium Reipub. ordinum conuentum ad vigesimam secundam Ianuarij diem indiximus, qui VVarschoniæ habeatur. Quæ quidem ad comitia legatos hostis perduci curabimus, vt publicè intelligatur, ad quas pacis conditiones descendant: Et ex eo quid in Rempub. sit, quid ad Regni Magniq; Ducatus Lithuaniæ vtilitatem, famam, decus maximè expediat, constitui possit. In quo quidem constituendo ante omnia celeritate opus est. Nequicquam enim belli diuturni administratio decerneretur, si id tardius fieret. Nam cùm expeditionum nostrarum in Moschouiam tanta sit longinquitas, quanto aut hoc aut superiore tempore Christianum principem bellum gessisse neminem arbitramur, vt taceamus itinera aut densissimis siluis, aut alia locorum iniquitate impeditissima: fieri necesse est, si qua mora accedat, quod hoc anno euenit, vt copiæ nonnullæ ex remotioribus ditionibus nostris nobis iam in hostico rem gerentibus ad Vsniatum aliæ, aliæ ad ipsam demum arcem Lucum, ad exercitum peruenerint, equis partim enectis, partim macie affectissimis, quibus belli munia rectè obiri non possunt, quod quidem ipsum anno futuro magis accideret, quo iam bellum penitius & longius in hostiles ditiones transferendum esset. Accedit & illud, quòd cùm præsidia copiaq; nostra, quæ in captis hostilibus ditionibus ac finitimis locis relinquimus cum alijs incommodis tum potissimùm ista morborum lue, quæ totum prope terrarum orbem peruagata est, non mediocriter infestentur, eoq; hostis etsi eodem incommodo sui non possunt non teneri, è vicino tamen facilius copijs contractis in nostros excurrere posset, nobis quamprimum in Lithuaniam ea de causa iterum properandum esset. Neq; enim si de graniore aliqua hostis molitione, quocunq; in loco aut tempore nobis nunciaretur, prætermittere pro nostro officio atq; studio in milites nostros possemus, quin missis rebus omnibus nulla cum mora subsidio laborantibus excurremus.

Quocirca vt ne consultationibus nostris necessarium rebus gerendis tempus eximatur, aut aliqua necessitate deliberationes summæ de Republica abrumpantur, constitutum nobis est, cæterarum omnium rerum consultationes, in aliud commodius tempus differre, ac istis comitijs de hac tantùm vna causa referri ac tractari, quæ ad belli pacisq; rationes cum hoste Moscho pertinebit. Neq; verò ideo facimus, quod nobis his comitijs minus laborandum arbitremur, quæ ad domi stabiliendam Rempublicam legesq; spectent, quàm quæ foris belli causa requirantur: sed cùm temporis angustia plurium Reipublicæ negotiorum deliberationes excludat, affecta hæc & penè perfecta, cùm vno tempore omnia peragi non possent, cæteris antehabenda iudicemus. Ac cæterarum quidem rerum causa simul ac nos hunc belli cursum peregerimus, non grauatim, si ita consiliarijs nostris visum fuerit, comitia peculiaria indicemus, efficiemusq;, vt constet nobis omnes Reipublicæ partes singulari cura fuisse.

Ad belli verò consilia id etiam plurimùm pertinere cognouimus, vt opera detur, quò subsidia, quæ publico ordinum scitu decernantur, ab omnibus æqualiter & maturè præstentur. Quæ in re hoc anno, & eorum qui conferre debuerant, & qui collata administrant, summa tarditas admissa est. Nam & ab ordinibus terrarum nostrarum Prussiæ ea, quæ nobis se contributuros promiserant, pluribus & tardioribus pensionibus dimissa fuère, & quidem nec ipsis pensionum temporibus soluta, & ad nos perlata, summa nostra cum molestia: cùm nos promissis earum terrarum freti, rationes nostras bellicas ad ea tanquam explorata accommodassemus, frustrati verò in non mediocrem actionum nostrarum bellicarum perturbationem inciderimus. Ac nisi militum nostrorum perseuerantia & angustiarum prompta perpessio istorum moram superasset, grauior profectò rerum perturbatio ex eo consequi potuisset, quæ ne deinceps consequatur, etiam atq; etiam prouidendum est.

Hac igitur de causa comitia habere constituimus, & pro more etiam conuentum terris nostris Prussiæ generalem Mariaburgi ad quintũ diem mensis Ianuarij indiximus, ad quem

M. D. LXXX.

ad quem nuncium noſtrum miſſuri ſumus: particularem verò in Palatinatu Mariaburgenſi Stumæ ad vigeſimam nonam Decemb. diem, qui generalem præcedet. Qua de re Sinc. Veſtram hortamur, vt ad generalia Regni comitia accedat, ac primùm quidem conuentibus Pruſſiæ tam particulari quàm generali interſit: in quibus pro Senatorio ſuo officio operam diligentem nauet, quò omnium voluntates, ad recta vtiliaq; conſilia, præſentesq; Reipubl. neceſſitates adiungantur, & quos nuncios comitiorum cauſa deſignari oportet, ij quàm optimi viri, ſtudioſiſſimi Reipubl. ciues prudentiſſimi, moderatiſſimiq; homines deligantur, liberaq; poteſtate, cum cæteris decernendi de propoſitis rebus afficiantur. nec quid ſit, quod res, quæ ad ſummam negocij Reipub. pertinebunt, & inprimis commodæ videbuntur, retardare poſſit. Hæc S.

Veſtram ſcire voluimus, quam benè valere optamus. Datum Grodnæ 5. menſis Decemb. Anno Domini 1580. Regni verò noſtri anno quinto.

FINIS.

LIBER

LIBER VIGESIMVS QVINTVS,

Continens anni 1580. partem & duos sequentes.

Reuerendo in Christo patri & Domino, Dn.

PETRO VVINDRVVIO,

Abbati & Domino Dominici Scholæ seruitij in Riddageshusen:

REVERENDI ET OPTIMI VIRI D. IOANNIS LORBERII antecessoris; beatæ memoriæ, & ipsius erga me beneuolentiæ & meritorum ergò;

Grati animi testimonium qualecunque exhibeo

Dauid Chytræus.

M. D. LXXX

WILELMVS Vraniæ princeps, poſt irritum Pacificationis Colonienſis exitum, intellecto proſcriptionis Hiſpanicæ aduerſus ſe decretæ conſilio, per prouincias & vrbes Belgici maiores, hominum animos tentat, ijſq; perſuadere conatur, vt deſerto Hiſpaniæ rege, tyranno, priuilegia & immunitates prouinciarum à ſe iuratas non ſeruante: Franciſcum Andegauenſem, Galliæ regis fratrem, gubernatorem ac Dominum recipiant; in quo, difficiles multorum animos, & Hollandos inprimis ac Zelandos prorſus alienos inuenit. Andegauenſis eo tempore Picardiâ, Belgis finitimam, nomine regis regebat, & Feram oppidum munitiſſimum, tenebat. Inde cum arcis Cameracenſis præfecto Aniſio, de arce & vrbe ſibi ſubijcienda tranſigit. Tornacenſes vicini ſtatim eiectis Pontificijs, ſe Vranio adiungunt. Hiſpaniarum verò rex, Luſitanicis rebus intentus, omnibus ſuis viribus, ad regni illius occupationem contractis, languidius in Belgico bellum adminiſtrabat, & de Cardinalis Atrebatenſis conſilio, Belgas ipſos inter ſe committebat, vt Hannonij & cæteri, qui Pontificiam religionem retinebant, & ſe Malecontentos nominabant, duce Alexandro Farneſio Octauij filio, qui Belgicum nomine regis gubernabat, cæteros vexarent, donec inteſtinis bellis exhauſti, faciliorem, poſt occupatum Portugalliæ regnum, in Belgico victoriam regi præberent. Obierat
5. Ianuar. enim Rex Portugalliæ Henricus Cardinalis, Sebaſtiani in Africa ante biennium cæſi patruus magnus.

Emmanuel Portugalliæ Rex ⊕ 1522. — 1522.

Ioannes III. Rex Portug. ⊕ 1557.	HENRICVS Cardinalis, Rex ⊕ 1580.	Eliſabeth vxor Caroli V. Imp.	Ludoicus, prior ordinis Ioannitarum.
Em. Ioannes ⊕ 1554. ante patrem.		PHILIPPVS, Rex Hiſpaniæ & Belgici.	Antonius Pſeudorex nothus.
SEBASTIANVS poſthumus, in Africa cæſus 1578.			

Poſt cuius mortem, principes & epiſcopi præcipui, Philippum Hiſpanum, ſecundùm pacta cum defuncto rege ſuo inita, eligunt, alij proceres & ciuitates, ac inprimis populus Lyſibonenſis, Antonio notho in vrbem recepto, iurarunt: eiq́ue arcem regiam, theſauros & armamentaria tradiderunt. Hiſpanus igitur, ingenti collecto exercitu nauali & terreſtri, & ſummo Imperatore Ferdinando Albæ duce conſtituto, exeunte æſtate demum, profligato ad ſuburbia Lyſibonæ Antonio, vrbem deditam, in poteſtatem redegit. Sanctius Auila cedentem Antonium ad extremos regni fines Galliciam verſus perſequitur, vbi denuò victus Antonius in nauim ſe conijcit, & in Galliam, & Angliam, noua auxilia petiturus aufugit. Hoc igitur Portugallenſi bello Hiſpanus implicatus, faciliorem Vranio, inſtituta conſilia de gubernatore & Domino Belgici nouo vrgendi, viam reliquit.
vlt. Febr. Quæ eò ſtudioſiùs maturanda eſſe Vranius perſuadebat, vt Malecontentis, qui Cortracum in Flandria, Pontificiorum proditione per Philippum comitem Egmontanum ad regias partes deficientem, occuparant, exercitus iuſtus ſtatim opponi, & tandem Hiſpanis ex toto Belgico pulſis, libertas & pax optata reſtitui poſſet. Edictum Regis Hiſpaniarum, quo repetitis ex alto latæ à ſe ſententiæ cauſis, VVilelmum princeps Vraniæ, vt ingratum, perfidum, proditorem, ſceleratum, & peſtem orbis Chriſtiani, Regis & patriæ hoſtem proſcribit, eiq́ue aqua & igne interdicit; Traiecti ad Moſam publicatum eſt. Quod, longâ & accurate ſcriptâ Apologiâ, refutauit princeps Vranius, & Apologiæ ſuæ
25. Martij.

adiunctum

adiunctum edidit. Quibus ſcriptis integra ferè ſuperiorum annorum hiſtoria, & multa domus Hiſpanicæ arcana patefacta ſunt. In Friſia occidentali, Leyvardiæ, Harlingæ, Stauariæ, arces Regiæ, ciuitates verſus dirutæ & Pontificij omnes expulſi ſunt. Groningenſes contrà, duce Georgio Laleino, comite à Renneburg, Gubernatore ſuo, regi recens clam reconciliato, ad Malecontentos ab Vranio deficientes: alterius, quàm Pontificiæ religionis homines, partim trucidarunt, partim in vincula coniecerunt, die 3. Martij. M. D. LXXXV.

Menſe Iulio demùm, in concilio Statuum Antvverpiæ congregato, publica deliberatio de Franciſco Andeg. Galliæ regis fratre, ad Belgici gubernationem vocando, inſtituitur. vbi præter cæteros ab hoc inſtituto dehortantes, Matthias etiam archidux Auſtriæ Statibus exponit, notum ipſis eſſe, quemadmodum à principibus quibuſdam & poſtea generaliter ab omnibus ordinibus communi conſenſu receptus, in Belgicum venerit, & in omnibus articulis, promiſſis ſuis ſatisfecerit, afflictiſq; & perturbatis Reipub. rebus (priuatis omnibus poſtpoſitis) etiam cum vitæ diſcrimine ſe accommodarit. id tantùm dolere ſe, iniuria temporis, non ijs viribus ſuffultum hactenus fuiſſe, quibus pulcherrimas illas regiones, ad quietem & priſtinam concordiam reducere potuerit: in quo tamen neq; voluntas ipſius, neq; ſtudium vnquam defuerit. Cùm verò ordines nunc Antvverpiæ conuenerint, vt vltimam manum, proſpiciendo communi ſaluti illarum afflictarum prouinciarum adhibeant: ſuum non eſſe, vel ordinem illis præſcribere, vel vtilitati eorum ſe opponere: ſed tantùm admonitos rogatosq; velle, ne neglectis antiquis Roman. Imper. fœderibus, alijsq; ſummis obligationibus, & reſpectibus, ſe in exterorum ſubiectionem & periculoſam mutationem temerè conijciant, ſed præclaræ Domus Auſtriacæ fauorem erga eos & amicitiam conſiderent, cuius cùm ſit membrum, petere ſe à ſtatibus, vt quid animi habeant erga ſuam perſonam & Domum Auſtriacam, apertè declarent, quò deinde res ſuas & conſilia dirigere poſſit. Præterea eos rogare, vt ſibi in mentem reuocent neceſſitatem extremam ſuorum familiarium propter non præſtitam ſolutionem promiſſi debiti, & vt illis quoq; quàm primùm proſpicere velint. Vicit autem maximæ partis deputatorum ex ſtatibus ſententia, vt certis legibus ac conditionibus communi deliberatione & conſenſu præſcriptis, cum Andeg. per legatos ſtatuum, Bleſas in Galliam ea de cauſa miſſos, de ſuſcipienda Belgici gubernatione ageretur. Articuli hi fuerunt. Fœdus Domus Burgundicæ cum regno Angliæ vetus, firmum ſaluumque maneat, & pactæ cum Andegauenſi conditiones anno 78. ſeruentur. Rex Galliæ, affinem ſuum Regem Hiſpaniarum, hoſtem declaret, & terra mariq; bello perſequatur, aut ſaltem negotium illi, Belgico hoc bello durante, faceſſat. Regnum Galliarum ſocia arma aduerſus hoſtem quemcunque coniungat. nunquam tamen prouinciæ Belgicæ, dominium imperiumq; Galli agnoſcant, ſed ſuis fruantur legibus, iure, conſuetudine, & conditionibus ſequentibus. Religionem, & pacis propter religionem perturbatæ, reſarciendæ conſeruandæq; pacta inita, ſalua integraq; Andegauenſis ſeruet in eo ſtatu, qui nunc eſt in Brabantia, Flandria, Geldria, Diœceſi Vltraiectenſi, Friſia, Tranſiſulana regione, & Gronigenſi, Trentio, & Duentio. In Hollandia & Zelandia, eam religionis Formam, quæ nunc eſt, minimè mutet. Inquiſitionem, fidei alicuius explorandæ cauſa, non toleret. Conſiliarios iudicio ordinum ſibi adſciſcat, non Gallos, niſi vnum atq; alterum, præuia tamen ſemper cenſura ordinum. Cùm in Belgico erit, ad præcipua domeſtica obeunda munia Belgas adhibebit. Reliquam turbam aulicam ſuo eliget arbitrio, ea tamen lege, vt Nobilium frequentior pars Belgæ ſint. Prouinciarum & munitionum, vibium, aliorumq; locorum Gubernatores, iudicio ordinum eligentur. Omnes milites externi, cùm ordinibus conſultum videbitur, prouincijs decedent. Prouinciæ Belgicæ, veluti hæreditariæ, ipſi ſubijcientur & eius hæredibus maſculis legitimè ex eo prognatis, qui ſi deficient, penes ordines ius eligendi alium permanebit, fœdere inter Gallum, & Anglum & Belgium inito ſemper incolumi. Quòd ſi duos habuerit maſculos hæredes, penes ordines po-

M. D. LXXX. testas erit eligendi natu minorem, si maiorem in regnum Galliæ succedere contigerit. Omnia Prouinciarum priuilegia, & placita ducum Brabantiæ, more auito rata habere tenebitur. Bona omnia regalia ipsi possidenda tradentur, ea specie, qua nunc sunt, cum iure de eis disponendi & procuratores præficiendi, suo ipsius arbitratu, modò indigenæ fuerint. Eorum bonorum prouentibus contentus erit, neq; vllis exactionibus incolas, citra statuum consensum, grauare illi concessum erit, prout auita Belgarum priuilegia perspicuè tradunt. Ordines bello hoc durante, 24. Tonnarum auri pensionem annuam conficient, tribuentq; ad prouinciarum defensionem, quam & colligent & impendent prouinciæ ipsæ, in præsidiorum, equitum, peditum & classiariorum stipendia. De ista pecunia semper in vniuersorum statuum conuentu agetur. Si contingat eum castris abesse, militibus Gallis & cæteris exteris præfectum ex statuum placito substituet. Gallum aut peregrinum militem in præsidijs, vrbibus aut locis munitioribus nullum imponet; citra istius prouinciæ, in qua loca illa sunt, consensum. Vt autem semper de rebus ad bellum gerendum necessarijs prospectum sit, ordines loca eligent idonea, si opus sit, ad hybernandum, & vnde supplementa excire poterunt. Nullo modo concessum illi erit contrahere fœdus cum rege Hispaniarum, aut cum prouincijs, quæ à statibus defecerunt, aut auulsæ sunt, (nempe Lutzenburgo, Limburgo, Valkenburgo, Namurra, Mechlinia, Insulis, Artesia & Hannonia) aut cum vllis alijs principibus, nisi cum consensu & voluntate prouinciarum, à quibus susceptus est. Si autem per vim vrbs vel prouincia ab hoste occupabitur, de ea consilio statuum disponet. Si quæ prouinciæ, vrbes aut loca abalienata volent sese statibus generalibus adiungere, hac præsentis fœderis forma associata recipientur. Quotannis semel ordinibus vniuersis coactis de omnibus Reipubl. negotijs seriò deliberabitur. Prouinciarum interim priuilegia cuncta semper integra maneto. In Belgico domicilium perpetuò habebit, sed si necessitate vrgente aliquando peregrè esse cogatur, de consilio statuum vicarium substituet. Si autem contra horum articulorum aliquem impinget, in potestate erit statuum, alium in eius locum substituere, prout latius in inauguratione Ducis Brabantiæ explicatur. Cumq; archidux Austriæ, Matthias, in Belgicum accersitus, præclarè suam operam promissam præstiterit, deliberatione & suffragijs omnium ordinum, adhibito etiam Ducis Andeg. calculo, tractabitur ac decernetur, quomodo strenuè nauatam eius operam dignè pro decoro remunerari queant. In Gallia tum intestini motus inter Hugenottos & regem rursus gliscebant, & Dux Condæus iunior Henricus, Ludoici filius, insidias regis nouas, metuens sub finem Maij ad Reginam Angliæ, hinc Antvverpiam ad principem Vraniæ: inde per Rheni tractum ad Palatinum Casimirum, mense Iunio confugit, à quo se in Galliam armata manu reduci flagitabat. Cùm autem Casimirus, tribunos & duces suos, nisi de trium mensium stipendijs antea certi essent, non militaturos ostenderet: nec conficiendæ tantæ pecuniæ ratio vlla Condæo appareret: tandem mutato habitu, ad Marleam, qui in Languedocia munitissimum oppidum Mandes recens occupauerat, refugit. Hi motus, Belgicorum legatorum intercessione aliquantulum sedati, & cum Andeg. & rege Galliæ, Belgica negocia tractari cœpta sunt, de quorum exitu suo loco monebimus.

Belgarum & Hispanorum Regina, Anna, Maximiliani II. Imp. filia, Philippo auunculo Hispaniarum regi ante decennium nupta: die 17. Nouemb. placidè ex hac vita decessit; cùm initio anni, consobrinus illius, Emanuel Philibertus, Sabaudiæ dux, natus ex Beatrice, sorore Isabellæ, quæ materna Annæ auia erat, rebus humanis exemptus esset.

Emmanuel Rex Portugalliæ. ⊕ 1523.

Isabella, Caroli V. Imperator. coniunx.

Beatrix, Caroli ducis Sabaudiæ vxor.

IOANNES III. Rex Portugalliæ ⊕ 1557.

Phi.



IRLANDIAM ſeu HIBERNIAM inſulam, regno Angliæ ſubiectam, Hiſpani & Itali quidam, cum Deſmoniæ comite & alijs pontificijs Irlandis conſpirantes, ſeptem nauium claſſe inuadunt, & arces ac præſidia aliquot occupant. Verùm regina, miſſo in eam Inſulam iuſto exercitu, rurſus eos profligat ac delet, & Hiſpanis omnibus, vt ex Anglia diſcedant, edicit. Eſt autem HIBERNIA centum milliaribus German. in longit. 50. in latit. ad occiduum Britanniæ latus, in Deucaledoneo Oceano, porrecta, quæ, cùm inteſtinis diſſenſionibus agitaretur, in Henrici II. Anglorum regis poteſtatem, duce Richardo Penbrochiæ comite, primùm peruenit. 1172. In prouincias quinque præcipuas, & hæ ſingulæ in certos Comitatus, diſtinguuntur. Momonia ad Auſtrum, vbi Deſmoniæ comes noſtra memoria, à P. R. & Hiſpaniæ rege euocatus, ſeditionem aduerſus Reginam mouens, à prorege Arturo Greio oppreſſus eſt. In ea, Archiepiſcopus Caſſilienſis, nouem ſub ſe ſuffraganeos habere ſcribitur. Lagenia, ad ortum, decem comitatus continet, cuius Dublina metropolis, & emporium nobile, & proregis, ac ſummi ſenatus & Archiepiſcopi ſedes eſt. Vltonia, ad ſeptentriones, ampliſſimo ſpacio, à ſylueſtribus Hibernis olim culta, nunc deductis eò Anglorum colonijs, & in decem comitatus diſtributa, ſenſim manſueſcit. oppidum præcipuum verſus ortum habet Armach ſeu Armacanam, archiepiſcopi ſedem totius inſulæ primam, & Dunum, S. Patricij, Brigidæ & Columbani ſepulturis inſigne, & occaſum verſus non procul ab Erni lacus exitu, S. Patricij purgatorium. Conaciæ ad occaſum metropolis Teutmonia. Mediæ verò vmbilicum inſulæ tenent Killair ſeu Labetus Ptolemæi, & Drogda. Hiberniam Orpheus, Ariſtoteles & Claudianus Iernen nominant (Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne,) & incolæ ſe hodierna die, Erin, vt Diodorus Siculus IRIN, appellant.

Sed in Belgicum redeo, in quo, Imperij vrbem AQVISgranum commigrarant ante annos tredecim ciues Antvverpienſes, alijque Belgæ multi; Cùm 1567. Ferdinandus Albæ dux Tyrannidem ſuam exercere primùm aduerſus reformatæ religionis homines cœpiſſet. 1568. Quorum familiaritate diuturna & colloquijs, Aquiſgranenſes plurimi, cùm in eandem de religione ſententiam pertracti eſſent: exercitium ſuæ religionis publicum à ſenatu petiuerunt. Quod cùm negaretur, nihilominus ad conciones & ſacramentorum adminiſtrationem publicam conueniunt. Qua re ad Imperatorem delata, Commiſſarij, Epiſcopus Leodienſis & dux Iuliacenſis conſtituti, legatis in vrbem miſſis, magno labore & contentione, nouæ religionis exercitium aboleri, & ſolam Pontificiam doctrinam & ritus in vrbe retineri vrgebant. Imperator etiam, crebris & ſeueriſſimis literis, ſenatui mandabat, vt ſectarios concionatores quamprimùm vrbe pellerent, & antiquam legem, ne quis, niſi Catholicæ Pontificiæ religioni addictus, in Senatum legeretur, (contra cuius præſcriptum ab anno 1575. etiam alterius religionis ciues recepti erant) conſtanter ſeruarent. Cùm autem die Vrbani, vtraque factio, ſuæ religionis Coſſ. crearet: Imperator ciuibus & cæteris mandat, vt Pontificios Coſſ. ſolos pro magiſtratu agnoſcant. Hinc motu in vrbe orto; & Canonicis alijsque alio migrantibus: Burgundi & Iuliacenſes commeatuum importationem prohibent, donec paulò poſt, maioribus nouis tumultibus in diœceſi Colonienſi & vicinia ortis, Aquiſgranenſes aliquantulum conquieuerunt. Magna hoc anno frugum, vini, & fructuum omnis generis fertilitas fuit, ac in autumno, roſæ plu-

M. D. LXXX. ſæ plurimæ in hortis denuò florebant. Secuta eſt epidemia lues, totam Europam peruagata, ex catharro præcipiti in pectus delabente, cum febricula coniuncto, quæ paulatim progreſſa, menſe Iunio, Siciliam; Iulio, Romam & vicinæ Italiæ loca; Auguſto, Venetias & Conſtantinopolin; Septembri, Germaniam & Vngariam; Octobri, has littoris Balthici vrbes; Nouembri & Decembri, Daniam, Sueciam & Liuoniam infeſtauit. Mihi etiam, poſtquam omnes in familia ordine decubuiſſemus, filiam Sophiam, modeſtam & ingenioſam puellam, in ipſo ætatis flore, ſedecimum annum vix ingreſſam, ademit.

M. D. LXXXI. ANNO ineunte, RIGAM Liuoniæ metropolin, STEPHANVS Poloniæ Rex, in poteſtatem, fidem & ditionem ſuam recepit: & priuilegiorum Diploma ciuitati conceſſit. Etſi enim ante viginti annos, VVILELMVS archiepiſcopus Rigenſis, marchio Brandeburgicus, & Gothardus, Equeſtris ordinis Teutonici in Liuonia tum temporis Magiſter, armis magni Moſchouiæ Ducis, ſumma vi & immanitate oppugnati, & fruſtrà imperij Romani ope imploratâ, deſperatis omnibus alijs ſubſidijs, ſe
1562. cum omnibus ſubditis, in SIGISMVNDI Poloniæ regis clientelam & ſubiectionem contuliſſent: tamen Gubernatores ciuitatis Rigenſis, eo tempore Rempublicam gerentes; non antè iuramentum ſubiectionis præſtare, regis Poloniæ Commiſſario, Nicolao Radzevvilio, pleniſſima mandata Regis Sigiſmundi habenti, volebant; quàm cautionem ab eo, ſolennibus literis confirmatam accepiſſent, quâ pollicebatur Rex, ſe ciuitatem Rigenſem, apud Cæſarem & Imperium, cui hactenus deuincta fuiſſet, indemnem ſeruare: aduerſus Moſchum & quoſcunque alios hoſtes defendere: nihil in præſenti religionis & eccleſiæ ſtatu mutare: & priuilegia Reipublicæ integra & illibata tueri velle. Quòd ſi ordines regni Poloniæ ſubiectionem his conditionibus factam non reciperent, vt nec magno ducatui Lithuaniæ vniti eſſent: & è contra, orto inter Regem & regnum Poloniæ & Lithuaniæ diſſidio aut bello, ciuitas Rigenſis, neutris ſe adiungere, vel opem ferre teneatur. Quòd ſi præſente rege mortuo, Poloni & Lithuani duos reges crearent, liberum ciuitati Rigenſi ſit, vel ad Poloniæ regem ſolum, vel Lithuanum ſolum, vel neutrum, ſed alium principem Chriſtianum, cuius ſe tutelæ committat, applicare.

Cùm autem has conditiones, STEPHANVS rex, quantumuis ſæpè à legatis ciuitatis Rigenſis rogatus, comprobare, & priuilegia confirmare nollet: Imò apertè profeſſus fuiſſet, malle ſe ciuitatem Rigenſem non ſubiectam habere, quàm talibus conditionibus, quibus antea ad regnum veniſſet, recipere, niſi
1581. purè & directè, exemplo magiſtri ordinis, regi Poloniæ, ipſiuſque in regno ſucceſſoribus, ſe ciuitas ſubieciſſet: Poſt viginti annos demum, ciuitas, cùm alia ratione Rex Stephanus, Moſchi victor, paciſci nollet de cautionis maioribus ipſorum, nomine Sigiſmundi Poloniæ regis, datæ, poſtremo articulo cedere coacta, Drochicini, per legatos, cum rege Stephano tranſegit.

Qui RIGENSES, vt ſubditos & fideles ſibi ac ſucceſſoribus futuros, denuò recipit, & aduerſus ſacrum Romanum imperium, ſi negocium ciuitati ob hanc ſubiectionem faceſſet, ſicut anteceſſores ſimili in cauſa, Pruſſiæ ciuitates; ſe defenſurum promittit, & omnes RIGENSIVM veteres libertates & iurà, tam in rebus eccleſiaſticis, quàm ciuilibus leges, ſtatuta, immunitates, conſuetudines: ſigillatim verò ius Rigenſe, Iudicia, Iudiciorum proceſſum, in vrbe & territorio, tam in terra, quàm in aquis hactenus ſeruatum; Appellationis non niſi certis caſibus certisque modis admittendæ beneficium: Ius Areſti, in exteros ibi contrahentes: Ius eligendi omnes magiſtratus Vrbanos: Burggrauium verò, qui pro more ciuitatum maiorum Pruſſiæ ex ſtatuto Thorunenſi in Nobiles Rigæ contrahentes & delinquentes animaduertat ex

quatuor

quatuor Procoſs. Rex conſtituet Ius perueſtigandi & comprehendendi prædones & facinoroſos in tota LIVONIA: poſſeſſionem bonorum & rerum mobilium, & immobilium molendina, domum librarum, menſuras, ius piſcandi, venandi, ligna cædendi, paſcendi & decimam piſcium: inprimis verò ciuitati RIGENSI vtile dominium fluminis DVNAE; traiectus, oſtij, portus, & littoris vicini vſum & Iuriſdictionem: ac ne quid per vicinos amnes Bulderauam & Treiderauam, infra vrbem, in DVNAM vel portum frumenti aut mercium, ad naues in portu conſiſtentes, vel vicinas Inſulas, ſed ad ſolum forum RIGENSE apportetur, atque ibi veneat & diſtrahatur: cenſuram item mercium probarum & improbarum: bona naufraga vbicunque inuenta vindicandi ac repetendi poteſtatem: Ius cudendæ monetæ: cum omni eius emolumento, ac ne quis intra duo milliaria ab vrbe cereuiſiam coquere poſſit, exceptis arcium Præfectis pro ſe & ſuis domeſticis, &c. in ampliſſima forma ſtabilit & confirmat. Viciſſim ſibi & ſucceſſoribus in regno Poloniæ ſuis, præter Ius, dominium, ſupremam Iuriſdictionem, & ſuperioritatem; pro recognitione dominij & Reipublicæ tuitione, annuos mille florenos ad Calendas Ianuarij pendi flagitat. Deinde, ærarium ſeu portorium ex mercibus inuectis, ſimile Dantiſcano, Rigæ conſtituit, cuius tertiam ciuitati, duas verò partes ſibi ac ſucceſſoribus attribuit (propterea quòd ab omnibus alijs regni contributionibus, quæ in ſingulis ferè comitijs, ab alijs regni ſubditis exiguntur, ciuitatem liberam, vt antea fuerat, ac immunem relinquebat) ac intra decem ab vrbe milliaria nullum ſe aliud portorium aut teloneum inſtituere velle promittit. M. D. LXXXI.

Poſtremò, in bellis contra Moſchos, aliosúe vicinos, in caſu neceſſariæ defenſionis & cæteris regni Poloniæ, magnique Ducatus Lithuaniæ & Liuoniæ ordinibus, ſimul in expeditionem proficiſcentibus; vexillum certorum peditum, additis aliquot tormentis campeſtribus inſtruere, & alere in exercitu Regis, RIGENSES tenentur. Hæc priuilegij illius RIGENSIVM inſertis alicubi clauſulis, in regno vſitatis, ſumma eſt.

Quod cùm in vrbem, Reipublicæ legati, tertia iam vice, à Rege redeuntes, attuliſſent: prolixè Regis erga ciuitatem clementiam prædicabant. Ter enim ad Regem, antequam Iuramentum ſubiectionis Regi præſtarent, Legatos ciuitas miſerat, qui inter cæteras ſubiectionis leges, hæc quoque tria capita, Reipublicæ nomine mandata habebant, vt nullam præſentis Religionis & rei eccleſiaſticæ mutationem fieri in vrbe paterentur, & Domos ac bona Archiepiſcopi in vrbe, & munitionem vrbi & arci interiectam, ciuitati conſeruarent. &, niſi hæc cum cæteris obtinerent, re infecta redire iuſſi erant. Cùm autem de duobus his poſterioribus capitibus, Rex nihil ſtatuere vellet, antequam ipſe prius coràm ſingula inſpexiſſet: bis iam, rebus adhuc dubijs ac indefinitis, in vrbem legati redierant.

Tandem verò, Rege, cum exercitu triumphante, ex bellis Moſchicis, ad LIVONIAM propius accedente: tertia Legatio miſſa eſt, eadem cum prioribus mandata habens, cui plenam poteſtatem additam de omnibus capitibus ex Reipublicæ commodo & ſalute cum Rege tranſigendi, & ſubiectionis etiam iuramentum, ſi opus foret, præſtandi teſtantur: Acceperunt igitur, præter PRIVILEGIORVM Diploma, cautionem à Rege, qua, nullam in Parochijs & templis RIGENSIVM, Doctrinæ aut rituum præſentium mutationem ſe facturum, Rex pollicebatur. Reſolutionem verò de munitione & bonis Archiepiſcopi in aduentum ſuum, cùm ipſe munitiones vidiſſet, differebat.

De his, cùm Relationem in vrbe, IOANNES TACITVS collegarum

M. D. LXXXI. nomine, apud Senatum & Collegium ciuium feciſſet: queſti poſt aliquot annos ſunt ciues, cum hæc capita, Regi reſeruata, in Collegio ciuium ſilentio diſſimulaſſe. & triſtem Tragœdiam aduerſus illum excitarunt, quam ſuo poſtea loco exponemus.

Rebus verò ita Drochizini peractis, rex Ioannem Demetrium Solicouium Secretarium (paulò pòſt Archiepiſcopum Leopolienſem in Ruſſia factum) & VVenceſlaum Agrippam, legatos in vrbem miſit, quibus iuramentum fidelitatis ſolenne, Rigenſes, nomine Regis, præſtiterunt, 7. Aprilis.

Eodem tempore, SVECIS, per glaciem Finnonici maris profectis, VVESENbergam Liuoniæ borealis oppidum & arcem monti impoſitam, Ruſſi, incolumitatem corporum & rerum, quas aſportare poſſent, pacti, dediderunt. Quorum exemplum, quatriduo pòſt, qui Tolsburgæ ad portum maris, tribus à VVeſeberga milliaribus, in præſidio erant, ſecuti ſunt. Aeſtate proxima, dum Stephanus, Poloniæ rex, ad Pleſcouiam in Ruſſia obſidendam exercitum ducit: Sueci, duce Carolo Henrici, Reualia egreſſi, prouinciam Vicum ſeu VVichiam, duodecim milliaribus in longitudine, decem in latitudine patentem, à Moſchis recipiunt. Lodâ arce munitâ, præſidijs verò firmis deſtituta, vix quatriduum obſeſſa opinione celerius citra omnem moleſtiam potiti ſunt. Præfectus eius arcis non audens in Moſchouiam redire, cum tota familia ſua apud Suecos manſit. Quo audito, Ruſſi in arce VVickel conſternati, ſumma feſtinatione Parnouiam petentes, arcem incenſam Suecis relinquunt, quos, equites aliquot in itinere, non procul à Parnouia, præuertentes trucidarunt. Fortuna ſic aſpirante, Sueci mox ad Lealam procedunt, cuius portam globis candentibus illicò incendunt; quod incendium, tempeſtate clara & calidiſſima, in reliqua ædificia lignea propagatum, adeo vires cepit, vt extingui nullo modo potuerit. Ruſſi igitur, impetrata diſcedendi venia, arcem dedunt. Habſalenſem metropolim, machinis muralibus fatigare Sueci cœperant. Moſchi autem, etſi initio ſe ſtrenuos & feroces præbuerant, & ex Suecis militibus circiter centum tormentis interfecerant, poſtea tamen, amiſſa ſpe retinendæ arcis, & venia emigrandi in Ruſſiam à Suecis impetrata, arcem Habſalenſem munitiſſimam Suecis tradiderunt. NARVA Liuoniæ portus & oppidum munitiſſimum, cùm à Suecico exercitu, duce Ponto dela Gardia obſeſſum antea aliquot hebdomadis fuiſſet, vi expugnatum, & Moſchis ereptum in Sueciæ regis ditionem & poteſtatem conceſſit. Ruſſica Narua, fluuio à priore dirempta, certis conditionibus ſeſe Suecis dedidit: Qui progreſſi, eodem victoriæ curſu, Iammagrodum & Coporiam Ruſſiæ arces & prouincias, & in Liuonia opulentiſſimam præfecturam VVittenſtein, recuperarunt. denique ſucceſſus adeò felices Sueci hoc anno habuerunt, vt Stephanus Poloniæ rex, ad Pleſcouiam deſidens, ſe laborem & pericula belli ſuſtinere, Suecos fructum victoriæ decerpere ſignificans, dum ipſe caſſes & retia cuſtodiat, à Suecis apros capi diceret, ideoque ad pacem cum hoſte faciendum properaret.

4. Martij. 22. Iulij. 27. Iulij. 9. Auguſt. 6. Septemb. 16. Septemb.

Longit. 58. Latit. 60. Eſt autem PLESCOVIA, Ruſſiæ vrbs ampla & potens, & variarum gentium commercijs florentiſſima: ſola in toto Moſchi imperio muris cincta, & in tres partes, quarum ſingulæ ſuis mœnibus clauduntur, diuiſa: diſtans à Derbato Liuoniæ 24. Nouogardia 36. Narua Liuoniæ emporio 40. Riga 60. milliaribus. Ruſſi Pskovv appellant. alluitur enim ad ſeptentrionem Pskoua fl. vnde vrbi nomen eſt. à meridie Velika, qui recepto Pskoua, in Pelbam lacum longiſſimum infunditur. Vnde tamen eluctatus, mutato nomine Narua dictus, oppido Liuoniæ extremo, nomen, & alueum profundiſſimnm præbet: per quem maximæ onerariæ naues ad oppidum appellunt. infra quod, Finnonico mari tandem, 30. ſupra Reualiam milliaribus, miſcetur. Antiquiſſima verò Pleſcouiæ in Ruſſorum annalibus mentio fit circa A. C. 904. quo principi Ruſſiæ Thorio, Olgam Pleſcouienſem vxorem adiungunt, poſtea anno 1242. Hermanno Falconi ordinis Teutonici in Liuonia magiſtro dedita ſcribitur. ſed biennio pòſt, cùm Alexander No.

der Nouogardiæ dux, magno prælio Teutones vicisset, in libertatem se denuò vindicauit. & quamuis deinceps principem à senatu nominatum, & autoritate magni Moschouiæ ducis confirmatum habuit: tamen patrijs legibus Rempublicam senatus gubernauit, ita tamen vt in grauioribus rebus, ad bellum & pacem, fœdera, electionem principis, & similibus ad Reipublicæ summam pertinentibus, summa populi autoritas esset. Cùm autem intestinis inter se odijs & dissidijs senatus & ciues laborarent: Basilius Moschouiæ dux, à sacerdotibus & senatu inuocatus, libertatem vrbis pristinam totam sustulit, & mutatis incolis, suo deinceps imperio parere coëgit, sicut anno 1509. expositum est. Hanc igitur vrbem dum Poloni circumsiderent: Moschus ad Pontificem Romanum legatos misserit, petentes, vt autoritate sua PP. pacis cum Polono restituendæ curam susciperet, & hunc & alios ad fœdus secum contra Turcas pangendum hortaretur: nec alienum se à coniunctione cum ecclesia Romana ostenderat. Pontifex igitur tres Iesuitas mittit, qui mense Iunio Pragam appellentes, rectà per Poloniam ad Moschum profecti sunt. Moschi verò legati, iussu Cæsaris Lubecam vsque deducti, per mare Balthicum, in Liuoniæ portum Parnouiam traiecerunt. Vnius igitur ex his tribus Iesuitæ opera, inter cæteros, exeunte anno, Pax inter Poloniæ regem, Pleskouiam tum obsidentem, & Moschum, tota Liuonia cedentem, facta est. Quanta humanitate à Moscho excepti sint sacerdotes Iesuitæ, PP. legati, pro ipsorum more postea ipsi literis sparsis deprædicarunt. M. D. LXXXI.

SVECIAE rex Ioannes III. dum in Liuonia, ipsius duces, victrici manu, arces & oppida, per Moschos occupata recipiunt: minimam natu sororem Elizabetham, Gostaui Sueciæ regis filiam; Christophoro Duci Megapolitano, Alberti filio, Stockholmiæ celebrato nuptiali sacro, in matrimonium tradit. ac eadem æstate, Christophorus maritus nouus, cum coniuge Regia, per mare Balthicum, quindecim nauium armatarum classe, & consiliarijs à rege attributis comitatus, in ditionis Megapolitanæ portum & vrbem VVismariam appellit, vbi honorificè, à ciuibus armatis, & Francisco iuniore, ac Mauricio ducibus Saxoniæ, ac ciuitatum vicinarum legatis exceptus, cùm aliquot dies quieuisset, Gadebusam profectus est, & coniugi suæ, alimentorum nomine, oppida Gadebusam & Temzinum, præsentibus regijs legatis, & Vlrici ducis Megapolitani consensum ac confirmationem accipientibus, attribuit. Vicinus ditioni ducis Christophori proximus, Franciscvs Saxoniæ dux, Lavvenburgensis, senex, cùm ante triennium filijs gubernationem resignasset, rebus humanis tandem exemptus est, quinq; relictis filijs: ex quibus Magnus, instabilis & turbidi ingenij princeps, in Suecia aliquot annis militarat, vbi Sophiam Gostaui regis filiam, Erici XIIII. & Ioannis III. sororem, coniugem duxit. postea in regis Ioannis indignationem incidens, relicta coniuge, & assumpta pellice, Suecia eiectus, paterna etiam ditione Saxonica excidit: quam frater natu proximus, Franciscvs, ducta Philippi Pomeraniæ ducis filia, de voluntate patris, sponte imperio cedentis, gubernabat. Henricvs, humanitate, doctrina, prudentia & virtute cæteris antecellens, & Episcopas Bremæ, Osnabrugæ & Padebornæ, & Paternam ditionem Hadelensem ad Albim vberrimam, sua pecunia redemptam, magna cum laude administrauit. Fridericus, in Colonienſi ecclesia Chorepiscopus, acerrimum se Gebhardo Truchsesio aduersarium & persecutorem præbuit. Mauricius, à fratre Francisco prædijs aliquot acceptis, in patria aliquandiu mansit. Filiæ Francisci, Zedena, VVenceslao duci Teschinensi Silesio; Dorothea, VVolffgango duci Brunsuicensi in Grubenhagen, Vrsula, Henrico duci Luneburgico, Ernesti filio, elocatæ sunt. 18. Iulij. 1568.

Defuncti autem superiore anno, Ioannis Holsatiæ ducis senioris, exuuiæ Sleſvvigæ, ceremonia solenni, præsentibus Adolpho fratre, & Friderico II. Daniæ Rege, fratris filio, in Crypta conditæ sunt. Postea de hæreditatis, à duce Ioanne relictæ, diuisione, communicatio amica per vtriusque partis consiliarios

Haders-

M. D. LXXXI. Haderslebiæ cœpta est. ac dux Adolphus secundùm ius Danicum & Slesuicense, solus, vtpote gradu propior agnatus, & frater ex vtroque parente, succedere cupiebat. Fridericus verò Daniæ rex, Christiani III. (qui defuncti Ioannis frater, sed ex alia matre erat) filius, ius repræsentationis, legibus Feudorum sancitum, quod in transactione Odenseensi; ante biennium sibi reseruatum esse disputabat, vrgens: pariter de omnibus à Iohanne relictis bonis, feudalibus & allodialibus, mobilibus & immobilibus, partem dimidiam petebat. Adolphus contrà, omnes hæreditates deferri secundùm dispositionem iuris vsitati eo loco, vbi hæreditas cernitur. Omnia igitur in Ducatu Slesvvicensi, Danico Iuri subiecto, à duce Ioanne relicta bona mobilia & immobilia, vigore legum VValdemari, tot seculis in regno vsitatarum, ad proximum sanguine agnatum fratrem de vtroque parente, & non ad fratris filios deferri, atque ita in omnibus iudicijs totius regni Danici, cuius iuri communi nullum ius repræsentationis notum sit, hactenus pronunciari. Deinde, quod ad bona allodialia attinet, non Danico solùm, sed priuili etiam Romano, & Saxonico iure cautum esse, vt frater ex vtroque parente coniunctus, excludat fratris filium ex vno tantùm latere coniunctum. Regij de feudalibus bonis affirmant, constitutionem Feudi ducatus Slesuicensis, in Othoniensi tractatione directam, & conclusam esse secundùm iura & consuetudines Feudorum vsitatas, quæ ius repræsentationis in successione admittant. Id verò Adolphus, per Regios petitum quidem Othoniæ, sed ab Holsatis non receptum fuisse, nec ex verbis transactionis confirmari posse aiebat, alioquin articulum de successione, ad vlteriorem tractationem seponi nihil opus fuisse. Debere autem controuersias de feudis, iure & consuetudine Regni & loci, in quo sita sunt, decidi: in Imperio Germanico legibus Cæsaris, in Dania, communi Danico iure, seu legibus VValdemari. Cùm autem ducatus Slesvvicensis Feudum Danicum sit, Danico iure, gradu proximum succedere, & fratrem ex vtroque parente fratris filio anteferri debere. Sed Regij in eo perstabant, Vigore Transactionis Othoniensis, Feudum Slesvvicense, vsitatis feudorum legibus & consuetudinibus collatum esse; ac, vt simultanea inuestitura facta sit, ita successionem in hæreditate simultaneam esse debere. Tandem vtraque pars, ad Augustum electorem Saxoniæ, Vlricum Megapol. & VVilelmum Hassiæ Landgrauium, arbitros, causam retulit: quorum legati post semestre Flensburgi ita transegerunt, vt derelicta ducis Iohannis hæreditate, bona mobilia Adolphus solus: feudalia verò & immobilia, ex æquo inter se partirentur. Regi itaque Haderslebia, quæ nascentem exceperat, Torninga, & Rendesburgum: Adolpho, arx & oppidum Tondera, Strandfrisia, Cimbria & Lugum ac Bordesholmum monasteria, sorte cesserunt. Tertiam Ditmariæ partem, & telonea Gottorpi & Rendesburgi itidem ex æquo diuiserunt. Iura verò in ciuitate Hamburgensi communia retinent: Beneficia in collegijs Lubec. & Hamburg. per vices conferunt. nec vlla in re, diuisio hæc, prouincialium in Ducatu Slesvvic. & Hols. priuilegijs & libertatibus præiudicabit.

LVBECAE, conuentus quatuor metropoleon Hansæ, & Vandalicarum ac Bremensis ciuitatum, de Anglorum monopolijs in Germania prohibendis, & libertate commerciorum pristina Londini recuperanda, mense Octobri inchoatus est. Cùm autem Cæsar, cuius intercessione frustrà ciuitates apud Anglam vsæ fuerant, vlteriorem causæ tractationem ad comitia Imperij reiecisset: & per fiscalem, aduersus Ezardum Frisiæ comitem procedendi ratio incommodior videretur: & periculum ac interitus priuilegiorum ac totius negotiationis in Anglia imminens, consilium præsens ac expeditum flagitaret: tandem decreta aduersus Anglos, superiori anno Lunæburgæ facta, se non exequi, verùm dissoluere & abolere velle, ad seniorem collegij Londinensis scribunt. cui paulò antè, suspensionem edictorum Anglicorum, aduersus Hansæ ciuitates petenti, Reginæ consiliarij responderant: si ciuitates Hansæ prius sua decreta aduersus Anglos in conuentu Lubecensi aboleuisse docerentur, tum vicissim societati Hansicæ sua priuilegia in regno Angliæ, sicut ea ab initio Imperij huius reginæ habuissent, continuatum

nuatum & prorogatum iri. Franciſcus Dux Alenconius, Galliæ regis frater, miſſo ad conuentum Hanſæ Lubecenſem legato, beneuolentiam & amicitiam ſuam, & operam in componendis cum Regina Angliæ, ſibi confœderata, ciuitatum Hanſæ controuerſijs defert, ac viciſſim à ciuitatibus petit, vt vnioni ac fœderi inter ſe & reginam Angliæ facto, ſe quoque adiungant. Id ſi fiat, perpetuam fidem, auxilia promptiſſima, & pluſquàm aureos montes pollicetur. cui reuerenter pro amiciſſima voluntate, & promiſſis magnificis gratiæ actæ, ac ſi quid in Angliæ regina ciuitatibus concilianda, & priuilegiorum confirmatione, annos iam viginti duos, irrito euentu quæſita, interceſſione & patrocinio ſuo tandem impetranda, ſocietati Hanſæ commodet, ſempiterna animi grati memoria ſe conſeruaturas eſſe, Ciuitates reſponderunt. Cùm autem neruus rerum agendarum ſit pecunia, ſine qua nullius communitatis negocia rectè geri aut expediri queunt: Lubecenſes decuplicem contributionem à ſingulis ciuitatibus pendi petiuerunt, ac ſe ad mille taleros conferendos ſtatim obtulerunt. Verùm reliquæ ciuitates, ſe mandata de pluribus quàm tribus aut quatuor contrib. non habere oſtenderunt. Itaq; tum de hoc articulo, tum alijs, in frequentiore conuentu Hanſæ prima occaſione inſtituendo, amplius deliberari placuit. Ad legationem Polonicam, nomine ſocietatis Hanſæ ſubeundam, deſtinatæ ſunt ciuitates Colonia, Dantiſcum & Roſtochium, ſed inſtructione & literis ad Poloniæ regem iam confectis, Colonienſes ſe excuſarunt. Ita reliqui etiam ſibi non eundem eſſe duxerunt. Elbingenſes verò, communibus Hanſæ literis admoniti ſunt, ne contra Hanſæ decreta, & receſſus ac ordinationes antiquas, Anglicis mercatoribus Monopolion inſtituentibus, ſedem in ſua vrbe priuilegiatam aſſignarent. Querentibus etiam nautis, ſe in Luſitania, præter veterem morem grauioribus nouis exactionibus onerari: placuit initio gubernationis regis Philippi in Luſitania, principijs obſtari, & literas ad regem deprecatrices, per conſulem ſocietatis Hanſicæ, adiunctis pluribus eiuſdem ſocietatis ibi præſentibus exhiberi: & priuilegia Hanſæ Luſitanica, Lyſibonæ in ſacello cuiuſdam templi aſſeruata, vel integra vel deſcripta ad ſe mitti. M. D. LXXXI.

In Belgico, ſtatus generales, ex confœderatis prouincijs, Brabantia, Flandria, Geldria, Vltraiecto, Tranſiſalana, Friſia, Hollandia & Selandia, Hagæ in comitijs collecti, ſcripto edito, cauſas publicè exponunt, cur Philippo Hiſpaniæ regi, omnem deinceps obedientiam & ſubiectionem renuncient, & Franciſcum Alenconium, ducem Andegauenſem, Galliæ regis fratrem, Gubernatorem & Dominum Belgici elegerint. Pictura etiam Belgiæ, velut ſponſæ, puberenus nudatæ, edita eſt: Quæ Hiſpaniæ regi, vnà cum Cardinale ſuo & duce Albano ad viuum expreſſo, & dextera manu oleæ ramum, cui pacis Colonienſis nomen adſcriptum, prætendenti; ſiniſtra muſcipulam gerenti; tergum obuertit. Facie verò ad Franciſcum ducem Andegauenſem iuuenem directa, aſtante ſacerdote, manum dextram ſub pileo (cui caſſis & gladius, & ramus lauri impoſitus erat) illius dexteræ iungit & copulat. Andegauenſem, equitum peditumq; armatæ acies; Hiſpanum præterea cruces, rotæ, rogi ardentes comitantur. Adſcripti rythmi de officio boni principis, & Hiſpani tyrannide conqueruntur:

Principi bono, fideli in rebus omnibus, Deus ſtabilit regnum in perpetuum: Illi animum, qui miſerorum querelis aures præbet, Qui pauperum controuerſias cum æquitate dijudicat. Hæc eſt doctrina ſeniorum, & conſilium prudentum. Si populo huic hodie officium præſtas audiendo clementer, iuuando ex arumnis, Subijcient ſe tibi ad honorem tuum. Vbi eſt Roboam, qui ſapientum conſilium contempſit? Premere etiamnum vis duriter ſubditos, Satin' affecerunt nos virgarum plagæ? Quarisné ſcorpiones ad plagas infligendas acerbiores? An Imperatoris patris tui mandatum & virga innocentibus lenior fuit? An etiam ſcorpionem Inquiſitionis in Belgiam meditaris inducere? tibi contingit quod Roboamo, Qui delectaris bello & pace fallace. Iſtáne eſt merces ô Rex laborum meorum, quos contra tuos hoſtes ſuſtinui plurimos Opibus meis, ſanguine, vita, ſemper parata ad ſeruiendum tibi. Vnde nominis tui fama celebrata eſt in terras vniuerſas; Nominis tui eram decus & corona

iuæ or-

M. D. LXXXI.

tua ornatus. Pro beneficióne maleficium accipio mercedis loco? At ô leo rugiens & vrſe violentiſſime, Qui tot annis bella contra me geſſiſti cum Hiſpanica fece, Et in prædam tradidiſti tyrannis peregrinis, Ventos hæreditatis nomine accipies, qui ſic propria in domum contriſtas, Mercedem latrocinij & animi inconſtantis. Ne mireris, rex peſſime & vir profligate. Me tibi tergum vertere, & recipere alium principem pro meo Domino?

DECRETI ſtatuum, quo Hiſpaniæ regem omni poſſeſſione & dominio prouinciarum Belgici excidiſſe declarant, & deinceps ipſius ſigillo & titulo in publicis negotijs vti prohibent, typis Gallica & Belgica lingua expreſſi, ſumma hæc fuit. Principes quarumcunque regionum ideo à Deo præfici ſubditis, vt eoſdem tueantur & defendant ab omni iniuria & vi publica, non aliter quàm paſtor ad defenſionem ſuarum ouium conſtituitur. Nec ſubditos creatos eſſe propter principem, vt illius libidini ſeruiant & mandatis ſubſcribant pijs ſimul & impijs, iuſtis pariter ac iniuſtis: ſed multò magis Principem ſubditorum cauſa creatum eſſe, ſine quibus ipſe Princeps eſſe non poſſit, nec Principis officio fungi, niſi eoſdem æquis legibus & rationibus regat, eoſdemque diligat non aliter quàm pater liberos, & paſtor ſuas oues, qui cum vitæ etiam diſcrimine eaſdem defendit & tuetur. Cùm autem vice verſa, loco defenſionis & dilectionis, operam dat Princeps; vt ſubditos ſuos premat, & euertat, immunitates, libertates & priuilegia vetera eripiat, ipſisque vt ſeruis abutatur: non iam Principis, ſed Tyranni nomine appellandum eſſe, qui meritò (interueniente præcipuè communi deliberatione ſtatuum totius regionis) deſeri à ſubditis, in eiúſque locum alius, ad regionis & ſubditorum defenſionem ſubrogari poſſit: idque tunc maximè, cùm ſubditi nulla ratione, precibuſq; nullis, talem Principem mollire, & à tyrannico propoſito deducere queunt, ſicq; nullam habuerint rationem reliquam, qua primùm vitam ſuam, coniugum & liberorum, deinde totius poſteritatis libertatem (pro qua conſeruanda, lege naturæ, vitam & opes ſuas in diſcrimen vocare debeant) conſeruare & tueri poſſint, ſicut id in diuerſis regionibus ex ſimilibus rationibus factum legatur, & exempla ſufficientia in promptu ſint.

Hanc verò rationem, ſi vſquam locum habere potuit, meritò in Belgicis regionibus valere debuiſſe, quæ omni tempore adminiſtratæ ſint, adminiſtrarique debeant, iuxta iuramentum, quod Princeps, antequã à ſubditis recipitur, iureiurãdo confirmare tenetur, prout priuilegia, antiquaq; conſuetudines id euidentiſſimè comprobant: quinetiam ſuum Principẽ illas regiones certis conditionib. & pactis rec pere, quorum violatione, meritò princeps dominio poſſeſſioneque excidat. Nunc autem regem Hiſpaniarum, à morte felicis memoriæ Caroli Quinti, cui in gubernatione Belgici prouinciarum ſucceſſit; neglectis omnibus beneficijs, quibus tam Carolus Quintus, quàm ipſe, ab his regionibus affectus ſit: quibus præcipuè Hiſpaniæ rex tot victorias inclitas contra hoſtes ſuos conſecutus ſit, vt nomen ipſius toti orbi terrarum inclaruerit, & hoſtibus terrori fuerit: poſthabitis etiam fideliſſimis admonitionibus patris ſui Caroli Quinti, multoties in contrarium adhibitis conſilijs Hiſpanorum (quibus legibus interdictum ſit, ne ad vllam gubernationem in Belgicis regionibus admittantur, ſicut in regno Neapolitano, Siciliæ, Indiarum, & ducatu Mediolanenſi admitti ſoleant; ideoque Belgarum odio ardeant) obtemperaſſe.

Conſuluerant autem Hiſpani non ſemel, ex dignitate & maieſtate regia magis eſſe, ſi de nouo illas regiones ſibi ſubijciat & vincat, quò pleniſſimam dominatus & imperij abſolutam potentiam conſequeretur, quàm tam ſtrictis conditionibus & legibus (quas iureiurando cõfirmare coactus ſit, antequam ad gubernationem admitteretur,) prouincijs illis imperaret. Hoc conſilium dum ſequitur, multo tempore omnem mouiſſe lapidem, viasque tentaſſe plurimas, quibus regiones illas omni ſua libertate ſpoliatas impotenti dominatui ſeu tyrannidi Hi-

1562. ſpanorum ſubijceret. Et primò quidem ſub prætextu religionis, Epiſcopos in præcipuis potentioribuſq; ciuitatibus nouos, dotatos opulentioribus abbatijs,

ibidem

ibidem introduci voluiſſe. Horum ſingulis adiunxiſſe nouem conſiliarios canonicos, & inter hos, tres hæreticæ prauitatis, vt ipſi vocant, Inquiſitores. Hos Epiſcopos, qui regia inſtitutione tàm poterant eſſe peregrini quàm indigenæ, voluiſſe regem, primam habere vocem & ſententiam in omnibus deliberationibus ſtatuum generalium, ita vt per hos, quæcunq; vellet, tandem rata faceret. M. D. LXXI.

Etiam per canonicos inquiſitores, Hiſpanicam inquiſitionem, quæ his populis tàm odioſa & terribilis ac intolerabilis, quàm extrema ſeruitus eſt, (velut cuiuis id notum) introduceret. Voluiſſe quidem Carolum V. multò antè aliquoties eandem inquiſitionem Hiſpanicam Belgico obtrudere. Sed cùm argumentis pluribus doceretur, eam inquiſitionem extremam afferre regionibus illis perniciem, amore ſingulari patriæ ſuæ intermiſiſſe. Philippum autem Hiſpaniarum regem, documentis talibus poſthabitis, reiectis precibus ciuitatum & prouinciarum particularium, interceſſione etiam & legatione principum Baronis Montygni & comitis Egmontani, qui conſenſu Duciſſæ Parmenſis, ex decreto 1564.
ſtatuum, omnium illarum prouinciarum, aliquoties in Hiſpaniam eo nomine allegati ſint, neglecta (licet coràm ſpem fecerit non exiguam) minaces paulò poſt ex Hiſpania literas dediſſe, quibus ſeuerè mandarit ſub pœna indignationis ſuæ, 1565.
Epiſcopos recipi, eoſq; abbatijs donari, inquiſitionem in opus & effectum deduci, ſtatuta etiam concilij Tridentini (quæ multis modis cum priuilegijs harum regionum pugnabant) ſuſcipi. Quod cum populis illis innotuiſſet, non immeritò anſam occaſionemque dediſſe ingentis perturbationis, abalienaſſeque non parum animos ſubditorum, cùm præſertim intelligerent, Hiſpani regis gubernatores, non modò in corpora & opes ſuas, tyrannidem exercere, ſed etiam conſcientijs ſuis, quas Deo deberent, dominari decreuiſſe.

Hinc factum eſſe, vt præcipua nobilitas illarum prouinciarum, ſupplicem 1566.
libellum Regiæ maieſtatis concilio obtulerit, hoc præcipuè conſilio, vt motus plebis compeſceret & inhiberet. Petiuiſſe autem nobilitatem, vt Regia maieſtas capita quædam mandatorum, præcipuè verò quoad rigoroſam inquiſitionem Hiſpanicam leniret. Iſtoque facto declararet amorem & affectum paternum, quo bonus princeps erga ſuos ſubditos meritò affectus eſſe debet. Quò autem hæc propius & maiori cum autoritate, regi Hiſpaniarum proponerentur, vtq; declararetur, quàm neceſſariò iſtæ innouationes, ad ſalutem patriæ conſeruandã, mitigari, ſi non prorſus aboleri, deberent: ad petitionem Duciſſæ Parmenſis gubernatricis, & ex conſilio ſtatuum generalium, miſſos eſſe legatos in Hiſpaniam, Margrauium Bergenſem, & Montignium Baronem: qui cùm prolixa oratione & argumentis euidentibus, Regiæ Maieſtati legationis ſuæ rationem expoſuiſſent, tantùm abfuiſſe, vt voti & petitionis ſuæ, pro regionibus illis ſuſceptæ, compotes facti ſint, aut vlla extremæ neceſſitatis ratio, qua motibus iam gliſcentibus ſubueniri poſſet, habita fuerit, vt etiam ex conſilio Hiſpanorum, legati, mandatis, quæ habebant, humillimè propoſitis, declarati ſint rebelles, & læſæ maieſtatis crimini obnoxij, ideoque puniendi re & corpore. Quinetiam hos dominos legatos, iure gentium inuiolabiles, (cùm Hiſpani, potentia Albani has omnes prouincias ſubactas ſperarent) cuſtodiæ carcerique mandatos, tandem morte mulctatos, & bona eorum fiſco adiudicata eſſe.

Licet autem poſtea motus inchoati in Belgicis regionibus, beneficio Ma- 1567.
giſtratuum, magna ex parte compoſiti eſſent, plurimiq; qui libertatem patriæ intelligebant, patria pulſi, alij autem preſſi & humiliati, ita vt rex Hiſpaniarum nullam haberet cauſam, bello & armata manu prouincias illas inuadendi: tamen conſilio Hiſpanorum, vt quod diu antè meditati erant, priuilegia Germaniæ inferioris abolerent, & tyrannidem in regiones illas exercerent (ſicut id manifeſtè liqueat ex literis legati Hiſpanici Alana, ad Duciſſam Parmenſem, interceptis) regem Hiſpaniæ (quo minimum declararit amorem ſuum erga ſubditos) miſiſſe in regiones illas valido exercitu Ducem Albanum notæ crudelitatis hominem, & 1567.
ſummum hoſtem illarum prouinciarum, comitatum conſiliarijs, hominibus fari-

M. D. LXXXI. næ eiusdem. Et quanquam nemine obstante aut resistente in has prouincias admissus sit, & à miseris indigenis & subditis, qui nihil quàm summam clementiam (quam rex multis literis antè cumulatissimè simularit) expectabant, omni reuerentia & honore exceptus sit: licet etiam Rex tunc temporis simularit, ad componendas controuersias, suam maiestatem in inferiorem Germaniam venturam, comparata ad hunc finem ingenti classe in Hispania, qua deportaretur, & altera instructa magnificis sumptibus in Zelandia, qua exciperetur, vt tantò facilius homines imprudentes & totos suæ maiestati deditos, irretiret: tamen paulò post hunc ducem Albanum, peregrinum, & minimè sanguinis regij, declarasse suis literis summum Capitaneum, & postea, non multo interposito tempore, constituisse generalem Gubernatorem harum prouinciarum, idq; contra priuilegia quæ iureiurando confirmarat. Vt autem Albanus propositum suum satis declararet, statim præsidia ciuitatibus imposuisse, castella & munitiones in præcipuis ciuitatibus, quibus illas in seruitute retineret, ædificasse. Præcipuos dominos, principesq;, sub eo prætextu, quòd eorum consilijs egeret, quodq; ijs in vtilitatem regionis vti vellet ex mandato regis, amanter euocasse, euocatos dictoque audientes custodiæ mandasse, contra priuilegia Brabantiæ: custodiæ mandatos sibi sisti, & coram se (non suo competente iudice) causam dicere voluisse, tandem non satis auditos morti adiudicasse, ignominiosaq; nece publicè affecisse: Reliquos
1568. principes, quibus fides Punica melius nota erat, continentes se extra ditionis limites, proscripsisse, bonis omnibus priuasse, idque tandem perfecisse, ne vllus subditorum aut principum, qui subditorum libertatem & immunitates melius intelligunt, contra Papæ & regis potentiam se armaret. Taceri nunc innumerabiles nobiles, & ciues non minimi nominis, quos partim capite Albanus mulctarit, partim in exilium missos, bonis spoliarit. Reliquos subditos, præter vim, quam partim ipsi, partim coniuges & liberi ab Hispanis petulantissimis militibus, (quos domi alere cogebantur) sustinebant, intolerabilibus exactionibus, quæ modò alijs nominibus exigebantur, miserrimè exhausisse, quo tandem nullam penitùs rationem haberent reliquam, conatus suos impediendi, & ipse nullo prohibente, demandatum sibi à rege & Cardin. Granuellano in Hispania negotium (vt videlicet prouincias has ita tractaret, tanquam iam suis armis victas & de nouo conquisitas) facilius exequeretur. In hunc finem Albanum cœpisse in præcipuis vrbibus ordinem iustitiæ iudiciorumq; ad Hispanicam imitationem, idq; prorsus contra priuilegia prouinciarum, immutare: Magistratus nouos constituere: Postremò cùm se extra omne periculum, tanquam in securissimo portu versari, existimaret: contractibus & mercaturæ, in certissimam regionis perniciem, perpetuas Decimas, vi quadam, nihili facientem documenta, argumenta & preces prouinciarum, imponere voluisse.

Quod procul dubio perfecturus fuerit, nisi consilio & auxilio principis Auraniæ, multorumq; nobilium exulum, qui principi Auraico seruiebant, aliorum
1572. etiam optimorum ciuium studio, qui libertatis patriæ amantissimi erant, Hollandia & Zelandia ab Albano defecissent, & se protectioni ac defensioni principis Auraniæ subiecissent, contra has duas prouincias, durante gubernatione Albani, & eodem in Hispaniam reuocato, sub Commendatore (qui non, vt moderatiore vteretur imperio, sed paulò rectius vestigijs tyrannicis Albani insisteret, propositumque vrgeret, à rege Hispaniarum missus fuerit) coactas esse reliquas prouincias, quæ præsidijs munitionibusq; Hispanicis, more Hispanico tenebantur, bellum gerere. Licet autem & corpora sua, opesq; bello isti impenderent, nihilominus domi ita afflictos fuisse ab Hispanis, vt à crudelissimis hostibus deteriora
1574. expectare patiue non potuerint. Primùm enim sub prætextu exauctorationis, Hispanos, præsente & inspiciente Commendatore, Antvverpiam vi armata ingressos, ibidem sex hebdomadas magno incommodo ciuitatis & ciuium commoratos esse, miseros ciues, sua profusione & sumptibus quotidianis, non tantùm exhausisse, sed etiam quatuor tonnas auri illis extorsisse, antequam tam molestis hospi-

hoſpitibus liberari poſſent. Ab his initijs maiore confidentia vſos, manifeſtos ſe hoſtes patriæ declaraſſe,& hoſtiles manus,primò Bruxellenſi ciuitati(quòd ea ſedes principis ordinarij olim fuerit, vndè commodiſſimè in totã ditionem latrocinia ſe ſua exercere poſſe ſperabant) admouiſſe. Sed ſuâ ſpe hic fruſtratos, Aloſtum occupaſſe. poſtea Moſæ traiectum inuaſiſſe, tandem Antvverpiam vi armata, ex munitione ibidem exſtructa, irruptione facta occupaſſe, ſpoliaſſe, incendiſſe, & ita miſeros ciues tractaſſe, vt à crudeliſſimis hoſtibus nihil acerbius expectare aut metuere potuerint. Heu cladem illius lucis! quis funera fando explicet, aut poſſit lachrumis æquare dolores? Neq; verò huius crudeliſſimæ ſtragis calamitatem tantùm indigenas eius loci afflixiſſe, ſed ferè totius mundi nationibus, quæ ibidem mercaturas exercebant, ſuasq; opes repoſitas habebant, mirum in modum incommodaſſe. Quamuis autem ex communi decreto ſtatuum (quibus maieſtas Regia à morte Commendatoris gubernationem prouinciarum commendarat) præſente etiam Hieronymo de Roda, hi latrones, hoſtes patriæ declarati ſint: nihilominus priuata autoritate, vel potius, vt putatur, Regia, ſecreto eius rei mandato ex Hiſpania accepto: non dubitaſſe Hieronymum Roda caput ſe declarare iſtorum latronum: & præter conſenſum Senatus ſtatuum, vſurpare nomen & autoritatem regiam, ſigillo regis vti, & palàm ſe pro Gubernatore & locum tenente Regis gerere. M. D. LXXXI. 1576.

Per hæc & alia commotos eſſe ſtatus, vt cum Principe Auraico & ſtatibus Hollandiæ & Zelandiæ concordiam inirent, quæ concordia, à communibus Prouinciarum ſtatibus approbata ſit, & viſa idonea ad communem hoſtem Hiſpanum extirpandum & profligandum. Quæſita eſſe nihilominus interea aliquoties remedia ad molliendum Regem, miſſos libellos ſupplices, & rogatum eſſe regem, vt motibus præſentibus & imminentibus occurreret: eoque nomine Hiſpanum militem ex Belgio euocaret, & in autores tantorum facinorum animaduerteret. Regem licet verbis ſimularet ſibi talia acta diſplicere, promitteretq; ſe in capita facinoroſorum militum exempla editurum, tamen tantum abeſſe, vt aliquem eo nomine puniuerit, vt etiam reipſa apparuerit, hæc omnia, ſi non ſuo, ſenatus tamen Hiſpanici conſilio & iuſſu perpetrata. Ex literis quoq; interceptis compertum eſſe, Regem ad Rhodam, aliosq; autores talium facinorum, ſcripſiſſe, ſibi non tantùm talia acta placere, ſed etiam gratiam regiam eo nomine magnificè obtuliſſe, ſicut re ipſa Rex, Hieronymo Rhodæ, alijsq; miniſtris talium facinorũ, in reditu declararit. Quinetiam eodem tempore Regem,quò maiorem caliginem oculis ſubditorum obduceret,fratrem ſuum nothum, Dominum Iohannem Auſtriacum,pro gubernatore in inferiorem Germaniam miſiſſe. qui ſub illo prætextu, quod Gandauenſem tranſactionem approbaret, ſtatibus defenſionem promitteret, Hiſpanos alio ablegare, capita facinoroſorum militum punire, libertatem veterem reſtituere vellet: reuera diſiunctionem inter ordines machinatus ſit, & ſibi modò hanc, modò illam prouinciam ſubijcere quæſiuerit. ſicut id poſtea ſingulari beneficio diuino reuelatum ſit ex literis quibuſdam interceptis, quæ docuerint, Iohannem Auſtriacum mandatũ habuiſſe à rege, vt actiones ſuas inſtitueret ſecundùm tenorem inſtructionis, quam Rhoda ipſi eſſet miſſurus: interim caueret, ne cum Rhoda vnquam congrederetur, principes præcipuos regionis, officijs beneuolentiæ quibuſcunq; poſſet, ſibi deuinciret, donec eorum auxilio Hollandiam & Zelandiam, quacunq; ratione poſſet, occuparet, vt reliquis prouincijs pro libito imperaret. Iohannem etiam Auſtriacum, licet pacificationem Gandauenſem non tantùm approbarit, ſed etiam in præſentia omnium ſtatuum eandem iureiurando, multis ſolennitatibus adhibitis, confirmârit: nihilominus muneribus,ingentibuſq; promiſſis, ſtuduiſſe Germanum militem, qui tunc præcipuas munitiones & vrbes tenebat, in ſuas partes pertrahere, per eundem vrbes munitiones q; occupare, vt ſi qui forte in oppugnando principe Auraniæ,in bello Hollandis, Zelandisq; inferendo difficultatem aliquam facerent,per eoſdem reipſa, detrectantes, cogeret, ac ſic multò crudelius bellum inteſtinum excitaret, quàm vn- 1577. 1577.

M. D. LXXXI. quam antè extitiſſet. Quæ Auſtriaci conſilia, cùm prius reuelata ſint, quàm omnia in actum deducere potuerit: non quidem omnia quæ conceperat animo perfeciſſe: pro pace tamen quam aduenies tantopere promiſerat, nouum bellum, quod in hunc vſq; diem duret, excitaſſe. Quæ omnia, prouincijs illis, plus quàm ſufficientes & legitimas cauſas ſuppeditaſſe aiunt, quamobrem Hiſpanum deſererent, & alium potentem, bonumq; principem quærerent, qui regiones illas ab iniuria defenderet. cùm præſertim vltra 20. annos, eos Hiſpanus deſeruerit, nec vt ſubditos, ſed hoſtes tractârit, omnibuſq; modis operam dederit, vt armata vi opprimeret. Cùm etiam Hiſpanus poſt mortem Auſtriaci, per Baronem Sellenſem, ſub prætextu cuiuſdam pacificationis, ſatis declarârit, ſe pacificationi Gandauenſi, quam ſuo nomine Iohannes Auſtriacus iureiurando comprobarit, ſtare non decreuiſſe, atq; ſic de die in diem grauiores conditiones propoſuerit. Et licet hæc ita reuera geſta ſint, nec dum tamen omiſiſſe Belgas pacis & reconciliationis omnes occaſiones cum rege quærere, & obſeruare, vſos interceſſione

1579. præcipuorum principum totius orbis Chriſtiani. Poſtremò etiam legatos ſuos Coloniæ multo tempore habuiſſe, ſperantes interceſſione Cæſaris & principum Electorum, quibus eo nomine moleſtiam exhibuerint ſe conſtantem pacem, cum mediocri libertate (præcipuè religionis) conſecuturos: ſed reipſa deprehendiſſe, tali tractatione apud regem non tantùm nihil effectum, ſed magis à rege talia propoſita eſſe, vt voluntates diſiungeret, prouincias diſtraheret, vt ſic tantò facilius, modò vnam, modò alteram, opprimeret, & tandem omnes, ſicut pro-

1580. poſuerat, in certiſſimam ſeruitutem redigeret. Hæc omnia manifeſtiſſima facta eſſe cuilibet ex proſcriptione à rege promulgata, qua vt Belgas in extremam deſperationem induceret, odioſoſq; faceret cuilibet, mercimonia etiam negociationesq; impediret, declarauerit omnes in magiſtratu conſtitutos, cæteroſq; incolas harum regionum, rebelles, & læſæ maieſtatis reos, conſtituta præterea ingenti ſumma pecuniæ in caput domini Principis Auraniæ: ſic vt deſperantes de omni reconciliationis modo, deſerti etiam ab alijs omnibus humanis auxilijs, ſecuti legem naturæ, ad conſeruationem & defenſionem iuris ſui, priuilegiorum & immunitatum patriæ, ad tuendam vitam coniugum, chariſſimorum liberorum, & ne cum poſteritate in triſtiſſimam ſeruitutem Hiſpanorum incidant, relicto rege Hiſpaniarum, coacti ſint ea ſequi media, quæ ad conſeruationem ſaluris, priuilegiorum, iurium & immunitatum, viſa ſint ipſis magnopere neceſſaria.

Notum igitur facere omnibus & ſingulis, ſe conſideratis prædictis, & extrema neceſſitate coactos, communi conſenſu & deliberatione ſtatuum, declaraſſe regem Hiſpaniarum, & declarare his literis, ipſo iure, excidiſſe omni dominio, iure & hæreditate omniũ prædictarum regionum: nec eundẽ agnoſcere velle in vllis negotijs concernentibus principem, iuriſdictionem aut dominum harum prouinciarũ, nec nomine eius, vt ſuperioris magiſtratus, vti deinceps velle, nec permiſſuros, vt quis alius eo in prouincijs illis vtatur. Declarare etiã omnes in magiſtratu conſtitutos, etiam Barones, Vaſallos, & omnes incolas harum regionum, liberos à iuramento, quod Hiſpano, vt domino quondam harum regionum, præſtiterunt. Et quia archidux Auſtriæ Matthias, ſuam gubernationem illis reſignauit; ſignificare, communi conſenſu omnium ordinum in præcipuis his prouincijs, certis conditionibus præcedentibus, quas in ſe ipſius Celſ. recepit, electum eſſe ab eis in dominũ & gubernatorem, Illuſtriſſimum principem, Ducem Andegauenſem. Mandant itaq; omnibus magiſtratibus in prouincijs Belgicis, & alijs quorum intereſt, ne deinceps nomine, titulo, aut ſigillo maiori, minoriue regis Hiſpaniarum vtantur. Interea verò temporis dum Illuſtriſs. princeps Andegauenſis, grauium negotiorum cauſa, pertinentium ad ſalutem harum prouinciarum, abeſt, vſum fore tituli & nominis, Prouincialis Conſiliarij. Et dum ille Conſiliarius prouincialis nominetur, vſurpatum iri generalium ſtatuum nomen: ita tamen, vt in Hollandia & Zelandia, nomen titulusq; principis Auraniæ & ſtatuum ibidem maneat, donec prouincialis Conſiliarius ſimiliter nominatus ſit, & poſtea de hac re pleniſſime con-

conuenerit cum Illustriſs. Principis celſitudine. Loco etiam Sigilli regis Hiſpa- M. D.
niarum, vſurpari debere in negotijs, ad gubernationem generalem pertinenti- LXXXI.
bus, Sigillum ipſorum: in negotijs autem politicis, iuſticiæ adminiſtrationibus, & alijs particularibus, retineri ſigillum illius prouinciæ, ad quam negotium potiſſimum pertinet. adeo vt ſi quis hoc ipſum intermiſerit aut neglexerit, tales literas eo nomine nulla autoritate aut valore futuras eſſe. Mandant etiam, vt hæc effectum certiorem conſequantur, vt ſtatim poſt publicationem harum literarum, omnia ſigilla regis Hiſpaniarum, quæ in prouincijs habentur, ad manus Statuum aut deputatorum ſub pœna arbitraria deferantur. Mandant etiam, ne deinceps in moneta argentea aut aurea, nomen, titulus aut inſignia regis Hiſpaniarum exprimantur. Mandant ſimiliter Præſidi, & alijs dominis ſecreti concilij, ſimul etiã, omnibus alijs Cancellarijs, Præſidibus, Quæſtoribus prouincialibus, & alijs omnibus magiſtratibus, vt iam ordinum autoritate ſoluti à iuramento Regi præſtito, quo ordinibus iuramento deuinciantur, quo eis fidem iurent contra regem & omnes ei adhærentes, iuxta formulam ex communi decreto ſtatuum præſcriptam. Caliburq; magiſtratibus, à iuramento præſtito, dandas literas ordinum nomine in ſequentem principis Andegauenſis, continuationis & prorogationis ſuorum officiorum. Mandant poſtremò domino Præſidi & alijs conſiliarijs ſecreti conſilij, deinde Cancellarijs, ducatus Brabantiæ, Geldriæ, comitatus Zutphaniæ, Præſidi Hollandiæ, Zelandiæ, Friſiæ, Sculteto Mechlinienſi, præſidi prouinciæ Vltrajectenſis, & omnibus alijs magiſtratibus confœderatarum prouinciarum, vt hoc edictum publicè recitari curent in omnibus locis, in quibus hactenus edicta recitata ſunt, ne quis ignorantiæ cauſam prætendat. Dent etiam operam ſeuerè, vt hoc decretum ſine vlla violatione ſeruetur, violatores autem ſine vlla diſſimulatione ſeueriſſimè puniantur. Hæc enim ita viſa eſſe ex ſalute communis Reipublicæ & prouinciarum omnium. Vtq; hæc ita fiant, ſingulis & omnibus, quorum intereſt, dari his literis autoritatem & mandatum plenissimum. In maiorem fidem ſtius negotij, literas ſigillo ſuo munire. quæ datæ ſunt in Haga comitis, congregatis ibidem omnibus, 26. Iulij, anno 1581.

Venit autem Andegauenſis cum exercitu Cameracum (quod ſuperiori anno ipſi dediderat,) die 17. Auguſti. Malecontenti & Hiſpani, qui totum annum verſantem, Cameracum obſidione cinxerant, omnibus copijs collectis confluxerunt non procul ab vrbe, vt eum aditu prohiberent, freti auxilio Gallorum equitum, quorum mille quingenti in vicinis caſtris degebant: quos frater Andegaui, Henricus Galliæ rex in viciniam miſerat, vt cum Malecontentis coniuncti, aduentem fratrem aperto prælio adorirentur. Sed Andegauenſis cum exercitu recta ad vbem contendit. Malecontenti aciem inſtruunt, certò ſibi perſuadentes, Gallorum exercitum coniunctis armis collatiſque ſignis, & inſtructa acie contra Andeg. dimicaturum. Vbi vero animaduertunt, equites iſtos omnes ad hoſtem tranſire, atq; contra Malecontentos pugnare: Hiſpani turbata acie, ſe in fugam conuertunt, multis ex illis deſideratis, plurimis etiam captis. Nam Andegauenſis ſumma vi per media caſtra cum exercitu ſuo perrupit, atq; per arcem in vrbem maximo cum gaudio & triumpho intromiſſus eſt. Quod vbi Gandaui nunciatum, 12. Auguſt.
ſtim publicæ lætitiæ ſigna edita, & tormenta diſploſa ſunt. Poſtridiè nouam monetam inſtar ſicli cudi curarunt Gandauenſes, cum hac inſcriptione, in vno latere: 81. Religione & Iuſticia reduce, vocato ex Gallia pacata, Duce Andegauenſi, Belgicæ libertatis vindice. In altero, inſculpta ſunt inſignia Flandriæ, cum hac inſcriptione: Ganda pro Chriſto, lege, grege & patria. Rumore Antverpiam perlato ſimilia lætitiæ ſigna ibi quoq; edita ſunt. ſed omen infauſtum fuit, quod eadem die campanæ maioris in templo Mariano pulſator, primus publicæ lætitiæ præco, ex improuiſo per foramen laquearis decidens, miſerrimè perijt. Die 23. Auguſti, qui Reformatæ Religionis dicuntur, in ſummo D. Mariæ templo, primam concionem habent, in ſumma hominum frequentia, gratias Deo agentes pro Andeg. aduentu, & pro ejecto, ex templis vrbanis & tota Belgica, An-

M. D. LXXXI. tichriſto. Prudentes omnes inter ſacrum & ſaxum quaſi hærentes, ſolicitis & anxijs animis, tantæ mutationis euentum, & ſerus veſper quid allaturus eſſet, metuebant. Andegauenſis in arce Cameraci commorantis exercitus ad mœnia vrbis caſtra metabatur eo ipſo loco, vbi Malecontenti per totum annum bello continuo vrbem vexarant. Vraniæ princeps, Gandaui, Andegauenſem diu expectans,
16. April. cum ille in Galliam ſubitò rediret, ſpe ſua fruſtratus eſt. Hiſpaniæ rex interea, Regni Portugalliæ corona Liſibonæ accepta, nauale bellum aduerſus Azores inſulas, quæ Antonij nothi Pſeudoregis nomine adhuc tenebantur, apparat, & Cardinalem Atrebatenſem ad Henricum Galliæ regem, à quo & Antonium claſſe inſtrui & fratrem Andeg. à Belgis vocatum, conſilio & exercitu iuuari intellexerat, legatum mittit, vt de illius erga ſe voluntate penitùs cognoſceret. Gallus verò, fratrem iamdudum ſibi non obedientem, abſq; ſuo conſenſu & ope, propria temeritate, Belgicum negocium ſuſcipere: Antonium verò non à ſe, ſed regina matre iuuari, ac ſe vetera inter Galliæ & Hiſpaniæ reges fœdera religioſè ſeruaturum eſſe reſpondet. Andegauenſem etiam à ſuſcepta in Belgicum expeditione, ſiue ſeriò, ſiue ſimulatè reuocat, & militibus, ne eum ſequantur, edicit. Pontifici etiam ſcribit, ſe pacem cum Hiſpano perpetuam conſtanter ſeruaturum eſſe. Oppidum Brabantiæ Bredana, principis Vraniæ hæreditarium Antvverpiæ vicinum, à Pontificijs proditum, vnà cum arce, in Parmenſis, & Hiſpanorum poteſtatem venerat.
18. Iunij. Poſtridiè igitur, omnia templa & Cœnobia Antvverpiæ occupata, & omne religionis Pontificiæ exercitium penitùs abrogatum. Contrà in Stiriæ ducatu, Carolus archidux Auſtriæ, à legato Pontificio Malaſpina, & Ieſuitis & coniuge Bauarica incitatus, Nobilitati Stiriacæ, quæ iam à Ferdinandi Imp. temporibus, publicum templũ & ſcholam, in quo Auguſtanæ confeſſionis doctrina ſonabat, Graiziæ
10. Decemb. habuerat: Decreto edito mandauit: vt religionis emendatæ exercitium in prouincialium templo & ſchola deinceps penitùs intermittatur. Prouinciales verò ſubiectiſs. & conſtanti ſs. deprecantes, magno labore & contentione tandẽ obtinuerũt,
31. Ianuar. vt Decretũ prius retractaretur, & omnia in priore ſtatu relinquerentur. Maria Caroli V. filia, Maxim. Imp. vidua, quæ hactenus Pragæ apud filium Rodol. deſederat. menſe Sept. in Italiam, & indein Hiſp. traijciens, die 28. Nou. Barcellonæ appulit.

M. D. LXXXII. Pax inter Steph. Polon. regem, & Iohan. Moſchorum tyrannum, interceſſione legati Pontif. ad Zapolciam, excluſis Suecis, confecta eſt: qua, vniuerſam Liuoniam Moſchus Polono ceſſit; Vielicolucum verò, & alias aliquot arces à Polono occupatas recepit. Deductis igitur ex tota Liuonia Moſchorũ Præſidijs, Poloniæ Rex Rigam Liuoniæ metropolin 12. Martij ingreditur: & cognito vniuerſæ prouinciæ, Nobiliũ & ciuitatum ſtatu, negocia pleraq; ad Comitia VVarſauiæ, futura hyeme celebranda, reijcit. Die verò 7. April. pontif. ſacerdotes in templũ D. Iac. & Cœnobium vicinũ, Rigæ collocari: ſicut Derbati etiam, VVendæ, Kakenhuſij & alijs celebriorib⁹ oppidis, templa eis attribuit. Relictis autem cæteris Liuoniæ oppidis & prouincijs, de metropoli ſolùm Rigenſi, qua occaſione Pontificia Religio in eam hoc tempore rurſus admiſſa ſit, hiſtoriam, ab ijs, qui tractationibus negocij huius omnib⁹ interfuerunt ac præfuerunt, recens mecum communicatã recitabo. *Etſi enim Rigenſibus, non generali ſolùm priuilegiorum & libertatum confirmatione, verùm etiam peculiari cautione de Religione Auguſt. Confeſſ. in vrbe non mutanda, proſpectum eſſe exiſtimabatur: tamen Rex, ſeptimo ab aduentu in vrbem die, conuocatis in arcem Rigenſem Liuoniæ ſtatibus, ac in his, Vrbis Rigæ ſenatu, inter cætera proponi iuſſerat, quòd Confeſſionem Auguſtanam, vnà cum Priſca Romana Religione, in terris Liuoniæ liberam relinquere, nec vllas alias Sectas penitus admittere: & in ſingulis vr-*
29. Martij. *bibus, ſicut per totam Prouinciam, pro Catholicis Romanis peculiares Parochias & ſcholas habere, ac Epiſcopum certum præficere decreuerit: Quod cùm ſenatus & tribuni ac ſeniores plebis Rigenſis, cum cæteris Liuoniæ ſtatibus ſubiectiſſimè deprecati eſſent, Rex ſe deliberaturum reſpondit. Biduo pòſt Ioannes Zamoſcius Regni Cancellarius delectis ex ſenatu, Gothardo VVellingo, Ioanni Taſtio & alijs, reſpondet, Regem in ſententia de Templo, ſua Religionis Catholicæ exercitio in vrbe deſtinando, permanere, & poteſtatem*

ſibi

eius rei tractanda & concludenda dedisse. Cunctante autem Senatu, M. D. LXXXII.
iarem suum indicat, pro se & suæ religionis consortibus, Parochiam in 26. Martij.
minò velle, ac ne obsistant, admonet & se postridiè discessurum ostendit.
in re maxima, & periculi plena, & planè inexpectata, cum ministris
nis ac Senioribus communitatis ciuium communicat. Ministri seor-
a respondent. Primùm omnibus rationibus tentandum esse, vt hæc tanta
sa mutatio, à Rege petita auertatur, neq; hac maximorum malorum i-
temni, inprimisq; caueri debere, ne prouincia tota, exemplo & conces-
sibi tanta onera imponi queratur. Deinde, si omnibus tentatis vijs, Rex
to nequeat: non vi & armis contra Magistratum insurgendum, sed te-
mutari nequeat, sicut Deus ipse in electo populo gentes Idolatras tulerit,
plum Russicum in vrbe habuerint, quod nunc etiam Regi concedi possit.
, ne Iesuita vel Collegia, sed Parochus saltem feratur, qui Latinè vel Po-
tur. De tota autem re, cum ciuium communitate agendum, eorumq; re-
ntiam & Iudicium, ne dissidijs & seditionib. intestinis causa præbeatur.
m ciuib. communicata, Tribuni & communitas censebant, nullos ab Au-
diſſentientes, in vllum templũ admittendos esse, & cautionem Regiã vr-
ua non aliter à ciuib. postulata, neq; aliter vnquam intellecta & rece-
vt in posterum etiã adeò liberi ab alia doctrina & doctorib. essent, quàm
um caueri sibi postulabant. Hortabantur, vt omnes coniuncti, Senatus,
es cum vxoribus & liberis, Regi supplices fierent, & Illustrissimum Cur-
m, ac Ducissam, ad eandem deprecationem inuitarent.

Senatus prorsus idem se cum ciuibus toto pectore optare, si modò, Rege iam
rbem totam occupante, obtineri possibile esset. Cautionem verò Regiam,
us, sed indultũ æstimatum iri, tametsi Senatus ipse nihil vnquam tale à re-

Deprecationis item viam tentandam humillimo studio Senatus censuit:
st, vt aliqua magna vis pecuniæ, collecta etiam fœminarum & puellarum
retur, Regiq; offerretur; vel ad præstandas annuas pensiones sese obliga-
animum Regis mollire, & in suam sententiam deducere possent. Omnem
monerunt, vt necessitatu præsentis durissimum telum auerterent, ac liber-
suisq; assererent. Dux item Curlandiæ opt. princ. ac pietatis studiosiss. po-
tus ac ciuium locum dedit, vt apud regem in hac causa Relig. vnà intercu
exploratũ haberet, aliquo tempore effici posse, ne frustratorium operã ad-
tur. Re itaq; deliberata missus à senatu ad regem Syndicus D. Vvellingius,
erat deliberatum proponerent, remq; diligenter agerent, & si vnq; fieri pos-
sarta, tecta, & integra conseruarent. Legati cũ singulari diligentia & fi-
li commissum egissent: retulerunt tandem, regem ab instituto abduci non 27. Martij.
oto teneretur, & suæ Relig. Zelator, deprecationem nullam admissurus esset.
dixisse, cùm pecuniæ mentio fieret, se non esse Iudam, qui Relig. suam precio
q; sicut Rigens. illorum Relig. permittat: sic velle suam quoq; auitam in qua
atus sit, ex vrbe nullo modo profligatã. Atq; cùm pro potestate & auctorita-
la, qua vellet, suæ relig. hominib. adiudicare posset, gratiam illi S. R. M. sin-
sceret, quod vnicum in vrbe templum acciperet, & reliqua pleno iure ipsis
possidenda relinqueret. Hæc cùm magno omnium mœrore in consessu audi-
tus considerans conditionem templorum in vrbe, ac præcipuè Cathed. (cui in-
liari Iesuitas clam illis indicatum erat) tandem decernit, minus malum, maiori
m, & vnum regi cedendum potius, quàm diutius renuendo periculum amissio-
rum templorum, tot discriminibus circumsepti incurrendum. Sed tamen non
r, verùm certis ac deliberatis conditionib. vnum scilicet Iacobæum templum, cũ
o, quod nunquam ciuitatis fuerat, tradendum esse. Conditiones hæ fuerunt,
lotes eius templi Pontificij quidem sint seculares, sed non Iesuitæ vt ius Patrona-
penes senatum maneat: vt certus personarum & adium illis addicendarũ nu-
gnetur: vt nulla omninò Scholæ puerorũ ac puellarum, nedum Colleg. instituan-
remò firma cautio de reliquis omnib. templis & monasterijs ciuitati pleno iure re-
dis, bonisq; eorũ, & omnib. Ecclesiast. ipsaq; Episc. curia, sub sigillo regis impetretur.

M. D. LXXXII. 28. Martij. Acceßit ad priora maximi metus argumenta noua quadam coactionis ratio. Nam poſtridiè retulit ad Senatum Demetrius Soliconius, primarius tum Regis Secretarius, Regem ſequente Dominica in Templo Cathedrali aut Petri, Sacra habere, & alterutrum retinere decreuiſſe. Quo indicio Senatus conſternatus, Lithuania Cancellarium Euſtachium VVollonicium reformata religioni addictum, poſtea etiam Ducem Chriſtophorum Radzeuilum Palatinum Vilnenſem, Stephanum Bathor, ex fratre Regu Andrea natum, Ioannem Bornemiſſam, Martinum Barſeuvicium Cancellarium Vngaricum, VVenceſlaum Agrippam & alios Religioni ſincerae fauentes exorauit, vt cum Senatu & communitate, eorumq; liberis & vxoribus ſe ſupplices Regi fore promitterent. Quod cùm ad Regem delatum eſſet, idem quod antea acrius repetendo reſpondit, habere ſe ſua quoq; conſcientiae rationem, nec velle religionem ſuam Regiam ex vrbe Regia profligatam. Itaq; deſiſterent tandem à deprecatione: Nec hiſce aliisq; rationibus Regi amplius moleſti eſſent. Hoc ſe tamen precibus eorum & ſupplicationibus ſubmiſſis dare velle, quod templum S. Iacobi Monaſterij ſibi ſumere, reliqua autem omnia ciuitati relinquere velit. Et hanc eius finalem, certam & definitam eſſe ſententiam: ne quid amplius vrgerent, aut poſtularent: ſed huic Regiae declarationi, acquieſcerent, reſponderentq; an ſua ſponte, quod eſſet poſtulatum, facere vellent. Et ſic diſceſſum eſt.

7. April. Tandem cùm varijs deliberationibus & conſilij ineundi rationibus Senatus & communitas dies aliquot extraxiſſet, Burggranio nunciatur, Regem non modo reſponſum finale cum indignatione expectare, verùm & Antiſtites ornatu ſuo indutos, ſententiam Regis qui exequantur, mittere velle: &, ſi Iacobi templum non aperiatur, in Cathedrale illicò deflexuros, idq; occupaturos eſſe. Itaq; delecti ex Senatu, in templi Cathedralis ambitu conuenerunt, conſilio ex re praeſenti capto, vt in arcem deprecatum irent, quibus mandatum erat, vt, ſi nulla planè ratione precibus ſaepè geminatis Rex locum dare, ſententiamq; mutare vellet, id agerent ſedulò, vt ante templi traditionem, cautionis formula, de libertate doctrinae & cultuum, aliisq; templis omnibus & bonis Eccleſiaſticis ciuitati relinquendis, à Rege impetrarent. Qui delecti & miſſi erant à Senatu, pluribus & diligentiſſimè rem egerunt, vt voti compotes fieri poſſent. Cumq; de promiſſionis ciuitati facta fide ſeruanda acrius Doctor VVellingius Syndicus diſputaret, & communis Iuris Regulas de fide ſeruanda Romanae Maieſtati inculcare vellet: Regem iratum manu gladij capulum apprehendendo dixiſſe conſtat: Quid? fidem datam hactenus ſeruaui. Quo dicto, quis dubitat, Legatos ſummoperè conſternatos fuiſſe?

Dum Legati in arce commorantur, remq; diligenter agunt, & cùm aliâ non poſſent, fatali quadam prohibente neceßitate, quae vellent efficere, cautio vt conficiatur, praeſteturq; à Rege, obnixè petunt. Quam Rex firmißimam ſe daturum premiſit. Interea tamen, dum haec aguntur, Sacerdotes Pontificij, vt erant ſuo cultu ornati, ex arce progreſſi, templum Diui Iacobi petunt, & propria auctoritate, ſine traditione ſibimet facta, occupant. Et poſtridiè Rex cum ſuis ingreſſus, ſacra ibi ſuccelebrat.

8. April. Palmarum.

Cautionem deinde Rex ſigillo manuq; ſua munitam, de libero Religionis vſu, ſecundùm Auguſtanam Confeßionem habendo, itemq; de Templorum omnium, excepto D. Iacobi & Monaſterij templo, honorumq; ad ea pertinentium, iure perpetuo retinendo Senatui tradidit. Atq; vt S. R. Maieſtatis Clementia maior ratio conſtaret, Templi Cathedralis prouentus omnes, curiam item Archiepiſcopi & alia ad eam pertinentia benignè conceßit. Et haec cautio cùm ſenatui tradita eſſet, ſolenni conuentu in Collegijs publicis plebi praelecta eſt, qua ſibi eam placere verbis & factis oſtendit. Nam per integrum biennium ſummo ſilentio plebs ſui animi acquieſcentis ſententiam teſtata eſt. Deinde ſenatus, magno ſtudio & fide integra effecit, vt cautio praedicta in publicis ipſo etiam populo vrgente Comitijs VVarſauienſibus confirmaretur, ſigilloq; regni & magni Ducatus munita, in Archiua Rigenſium publica relata eſt.

His in vrbe peractis, Rex, pendentibus adhuc & infectis totius prouinciae negocijs plerisq; ad comitia reiectis, Vilnam verſus Riga diſcedit, relicto in arce

Rigenſi

Rigensi vicario regio seu gubernatore, Georgio Radeuilo, principe Lithuaniæo, & Episcopo Vilnensi. M. D. LXXXII.

Dum Rigæ adhuc Stephanus commoraretur, à Ioanne Sueciæ rege adfine suo per legatum petijt eam Liuoniæ partem, quam Sueci, Polono ad Velicolucum & Plescouiam bellum gerente, occupauerant, sibi restitui. hæc amplius quadraginta milliarium longitudine, à Naruæ fl. ostio, per Tolsburgum, VVesenbergam, Rauarum, Padisam, VVitenstein, Habsel, vsq; ad Parnouię viciniam fere porrigebatur. Sueeus iniquissimum Poloni postulatum iudicans, in hanc sententiam, non sine indignatione respondit: Cùm sibi & coniugi & liberi suis, non Dos solùm promissa, & ingens pecuniæ summa, mutuo à se regi Sigismundo data, verùm etiam hæreditas coniugis paterna & materna, & alia bona, mobilia & immobilia, ex regno Poloniæ & Lithuania debeantur: quæ totos iam viginti annos, magna cum molestia & sumptibus, poposcerit; existimasse se, regem Poloniæ, ea, quæ sibi ex regno Poloniæ deberentur, soluturum potius, quàm Sueciæ regis ditiones, nullo iure ad ipsum pertinentes, iniquè & minaciter petiturum esse. Id verò præter omnem expectationem, & mentem suam, & contra affinitatem & amicitiam, quæ inter reges ac regna Sueciæ & Poloniæ hactenus viguerit, sibi accidisse. Cùm autem legatus mandata plena non habeat, & inter cætera Commissariorum meminerit, quibus negotium hoc componendum demandari possit: non se recusare, quò minus Commissarij ab vtraq; parte delecti, de propositis à legato capitibus tractent & concludant. Quòd verò scribat rex Poloniæ, dum ipse Plescouiam obsideret, Suecos à suo tergo, Neruam & alias in Liuonia arces ac munitiones occupasse: respondet, se non à tergo sed à fronte; non clandestinè, sed apertè Moschos hostes aggressũ esse; ac sæpe antea cũ scriptis tum per legatos regi Poloniæ significasse, omnia fore occupantium: & se retinere illa ac defendere velle, quæ ab hoste occuparet. Præterea multos annos, antequam Stephan⁹ de oppugnandis Moschis cogitaret, se belli totius molem aduersus eos solum sustinuisse. Et cùm Polociam Polonus obsideret, se quoq; Neruam, vt antea aliquoties, impugnasse, vbi ne literula quidem Polonus iurisdictionis suæ mentionẽ fecerit: Imò per epist. Ponto della Gardia, de VVesenberga & Tolsberga receptis, superiore anno gratulatus sit. arcem verò & præfecturã VVitenstein, pignoris loco, regi Sueciæ, dotis nomine, à Polon. inscriptam esse, & VVichiam antè Suecis subiectã fuisse. Vt autem rex Polon. Suecum non interrogârit, quæ Liuoniæ aut Russiæ loca Poloni seruare deberent: ita nec sibi causã vllã fuisse ex rege Polon. scisciandi, quid in Liuonia sibi occupandũ esset? præsertim cùm rex Sueciæ neminem præter Deum agnoscat, cui actionum suarum rationem reddere teneatur tametsi in ea Liuoniæ parte Polon. non plus iuris quàm Suecũ habere, certis documentis & validis rationibus & argumentis, vbi necesse erit, demonstrare possit. Ita legatũ Poloni, Dominicum Alemani Italum, Stockholmia ad regem suum remittit. Cùm autem proximo statim mense Polonus, eadem postulata, nouo ad regem Sueciæ legato, cui Christoph. VVarsevvicio nomen erat, misso, repetiuisset: & ad reginã Sueciæ adfinem suam literas adiunxisset: denuò Suecus in eandem sententiã, ac multò etiam constantius & acrius, se iniquæ illius postulationi, Ducatum Esthoniæ à se repetenti, nunquã assensurum ostendit. nam etiamsi omnes in Liuonia arces à Moscho occupare potuisset, non esse vt regi Pol. vel cuiq; mortalium huius facti rationẽ reddere teneatur. Tandem his verbis epist. concludit: Quamuis satis videmus, Serenitatẽ V. regnum nostrum parui facere: videbitis tamen, nos minas vestras non multũ timere. Si autem S.V. pacem & amicitiã nobiscum adhuc colere velit: procuret, vt nobis, primoq; tempore, satisfaciat. De quo nobis per literas aut nuncium denunciare faciat, ꝙ nisi fiat, non est, ꝙ quisq; miretur, nos ea media, quæ ꝓ merito decent, tentaturos esse. S.V. bene valeat. Vpsalia, 8. Iul. Coniunx etiã Ioan. Sueciæ regis, Catharina, sororio, Polon. regi, peculiarib. literis eodẽ tempore respondet, regem Sueciæ, maritum suũ carissimo semper in regem regnumq; Poloniæ animo fuisse, ita vt ipsius persuasione, ad gratificandũ regi Poloniæ, modò æqua & iusta peterentur, nunquam indiguerit. Nunc verò cũ ipsa intelli- 21. Maij.

M. D. LXXXII. intelligat, à rege suo ea postulari, quæ ad detrimentum Maiestatis ipsius atq; liberorum & regnorum iacturam vergant: non se posse maritum vlla ratione rogare, vt se Poloni postulationi facilem præbeat. Orare autem, vt rex Poloniæ ad æquiora consilia redeat, quo facilius ipsius negotia promouere apud maritum possit.

In vicina Liuoniæ Borussia orientali, quam marchio Georgius Fridericus, curatorio nomine administrabat, mense Aprili conuentus prouinciæ ordinũ Regiomonte fuit. qui, Celsit. ipsius, petentem ab ordinibus pecuniam, de variis capitibus, ad ecclesiasticam & politicam gubernationem pertinentibus, ab Illustr. principe emendandis, monuerunt: de Sambiensis Episcopæ reditibus, non in fiscũ redigendis, sed idoneo aliquo episcopo tandem vocando, & forma administrationis episcopi, ac reditibus illius, vt anno 1566. ordinati erant, conseruandis: de Academia Regiomonte instauranda: de tribus scholis inferioribus alibi in Ducatu, vt anno 1575. ordinibus quater mille auri pondo contribuentibus promissum erat, constituendis: de iure Culmensi, quo in Prussia vtuntur, reuidendo & typis exprimendo: de querelis subditorum iniuste oppressorum non negligendis: de Gubernatione per solos Borussos administranda, & summo quatuor consiliariorum Regiminis Borussiæ senatui, nullis alijs externis adiungendis: vt legati ad Poloniæ Regem, in causis ad Rempublicam pertinentibus, Borussi, & non exteri, mittantur: vt nobiles ex suis domibus non violenter abripiantur: de iudicio aulico recte constituendo: de sumptibus Oeconomiæ in aula moderandis: vt armamentarium ducis conseruetur: de libera lignorum emptione non impediendâ: de liberis hominibus ad angarias non cogendis: de literis assecurationis, ne vlla contributione extraordinaria deinceps subditi onerentur, ordinibus à Principe tradendis: de moneta cudenda: de nauigatione in fluminibus libera relinquenda: de vectigalibus nouis in Lithuania & ad Vistulam, in præiudicium Borussorum recens institutis, iterum abolendis: de iure πρωτονήσιον piscium indigenis concedendo; de ædificijs ad portum maris: de vectigalibus in Hellesponto Danico, Principis intercessione tollendis: De his inquam, & alijs quibusdam capitibus reuerenter Illust. Principem monuerunt. de quibus tamen plerisq;, cùm parùm conueniret, maior animorum inter Principem & subditos exacerbatio secuta, verùm sequentibus annis paulatim lenita & sublata est.

In Saxonia comitum Hoiensium ad Visurgin familia, quæ paulò ante septẽ fratribus, Iodoci filijs superstitibus, florebat; sublato ex his terris postremo comite Ottone, Iodoci filio, funditùs extincta, & oppida inter duces Brunsuicenses, ac Luneburgenses feudi dominos, distributa sunt. Ex quibus, Hoia arx, & Nieburga vrbs præcipua, Leuenavv, Brochusen, VVilelmo duci Luneburgensi: Stoltena, Erenburg, Sick, Steigerberg, Sidenburg, Depena, Barenburg, Iulio Brunsuicensi: Vcht & Feudenberg, Hassiæ principibus cesserunt. Cùm autem aliquot huius familiæ comites, qui nostra memoria patriæ præfuerunt, boni & clementes, & in gubernatione iusti Principes, & ecclesiæ Dei ac scholarum Nutricij liberales & benigni fuerint: Nomina & tempora obitus eorum, qui intra annos ducentos patriam rexerunt, ne cum tempore prorsus memoria eorum apud posteros exolescat, breuiter hoc loco consignabo.

HENRICVS.

Henricus. GERARDVS floruit 1350. Ioannes ⊕ 1370.

Otto, episcop. Monast. & Osn. | Ioannes episc. Pad. & Hildes. | ERICVS ⊕ 1420. | Otto. | Henricus episcop. Verdæ.

Otto. Ioannes.

Gerardus arch. Bremæ. Otto ⊕ 1489.

Ericus, episcopus Osnabr. eiectus 1437.

IOANNES Seuerus restituere fratrem moliens, ab Osnabrugensibus captus: septennio pòst, per

Boemos

Boëmos ad bellum Sufatenſe proficiſcentes liberatus eſt. A.C. 1447. ⊕1455. vxor Eliſabeth, Ottonis Deipholdi comitis filia. M. D. LXXXII.

IODOCVS Ioannis Seueri filius, obijt 1501. vt ſuo loco ſuprà annotaui: Is tres filios, Iodocum, Ericum, & Ioannem reliquit, ex quibus

IODOCVS II. Nutritius Eccleſiæ & ſcholarum, & cuſtos iuſtitiæ & pacis fidelis, ⊕1545. relictis ſeptem filijs, quorum nomina & annos natales anno 1525. commemorauimus. Ericus Iodoci II. frater, in Stoltenavv vitam cœlibem finiuit 1547. IOANNES in Dania & Suecia militauit, & Goſtaui Sueciæ regis ſororem Margaritam, coniugem meruit, ex qua IOANNEM epiſcopum Oſnabr. Monaſt. Padebor. genuit, anno 1574. extinctum, & Iodocum, à Franciſco von Halle olim captum, & in cuſtodia mortuum. Ex Iodoci II. filijs patriam rexerunt, ALBERTVS primogenitus, ſingulari pietate, conſtantia & zelo, veræ religionis exercitium publicum, poſt victoriam Caroli Cæſaris, & promulgatum Interim, conſeruauit. ⊕1563. Vxor Catharina, comes Aldenburgenſis, Antonij filia. Alberto, frater Ericus quintogenitus ſucceſſit vſq; ad annum 1575. Vxor Irmgardis Ritbergica, Ioannis filia, quæ poſtea Simoni Lippiæ comiti nupſit. Ericum OTTO frater ſenior, ex hac ſtirpe comitum Hoienſium poſtremus, in gubernatione ſecutus eſt, quem fratribus & patruelibus omnibus antea extinctis, præſente anno, rebus humanis exemptum eſſe diximus, cùm ex coniuge Agnete, 26. Februar. Arnoldi comitis Bentheimenſis filia, quæ prius Ioanni comiti Ritbergæ poſtremo nupta fuerat, ſobolem nullam reliquiſſet. Atque hic vetuſtæ & nobiliſſimæ comitum Hoienſium proſapiæ, quæ annos 450. à Lotharij Cæſaris Saxonici temporibus ad Viſurgin floruit, finis eſt.

Eodem menſe Februario, in Brabantia diu iam ardenti deſiderio expectatus Andeg. dux Franciſcus, Galliæ regis frater, tandem ex Anglia, vbi bonam hyemis partem apud Reginam Angliæ, pecuniam & auxilia petens, tranſegerat, in Selandiam, & inde aduerſo Scaldi ad mœnia Antvverpiæ appulit, vbi circiter 40. ſigna militaria, pleraq; ex ciuib. coacta, Lilijs Galli inſignibus, (Hiſpani ſpretis) exornata, obuiam progreſſa, maxima cum pompa & ſolennitate eum ſuſceperunt. Dein 19. Februar. ſtatus prouinciæ extra vrbem vno loco congregati, & ad genua eius prouoluti, per Vraniæ principem, prouinciarum clauibus palam traditis, ſecundùm pacta ante annum in Gallijs per legatos confirmata, DVCEM BRABANTIÆ renunciantes, ſeſe ſuaq; omnia in illius patrocinium & clintelam contulerunt. Ipſe viciſſim priuilegia prouinciarum, quæ LÆTVM Introitum vocant, & alios articulos, ſuperiore anno cum ipſo tranſactos, iureiurando publicè confirmauit. inter ſecretiora verò conuentionis capita fuerunt, vt Andegauenſis Brabantia, Flandria, Geldria & prouincijs, quæ illis adhærent, omnibus, pro ſe liberisq; ſuis perpetuò potiatur. Si liberis legitimis caruerit, eædem prouinciæ ad ordines Belgij redeant, vt in ijs, quem velint, principem eligant. Quod ad Belgij prouincias, quas Hiſpaniæ rex obtinet, ſpectat, ordinib⁹ inimicas, Arteſiam, Hannoniam, Lutzenburgũ, Burgundiam & ijs annexas: eas idẽ Andegauenſis ſi occupabit, pro ſe & liberis, ac poſteris legitimis, in perpetuũ poſſidebit: ſin tales liberos non habuerit, Galliæ rex ſuccedet, eædẽq; prouinciæ coronæ Franciæ vnientur: vnitæq; perpetuò manebunt. Vraniæ autem princeps, Hollandiam, Selandiã & Friſiam habebit, & ab ijs dependentes ditiones, ea tamen conditione, ab Andeg. vt eas in feudum accipiat. Eximia autẽ & ſinguari pompa, multis arcub⁹ triumphalib⁹ erectis, & circiter viginti elogijs, quæ ſimul collecta & edita ſunt, paſſim inſcriptis, in vrbem Antvverp. introductus eſt, ex quibus vnum atq; alterum annotabo: *Abſtulit vt regni Dominus moderamina Sauli, Et reprobum ſancti priuauit numinis aura, Præfecitq; ſuo regem Dauida popello: Sic modò depulſis patria regnoq; tyrannis, Dux generoſe tuo voluit nos morte tueri.* In arcu ad portam S. Ioan. Symbolo Andeg. Soli radios ſpargenti, adiunctis literis, FOVET ET DISCVTIT additum erat Tetraſtichon: *Exoriens veluti obſcuras Sol diſcutit vmbras, Aruaq; natiuo læta calore fouet: Non ſecus aduentu diſpergis nubila princeps,*

Ac li-

M. D. LXXXII. *Ac libertatis spe recreas populum.* Ad suggestum propè curiam: *Venisti tandem, atq; tua expectata tueri Ora datur.* Item: *Hunc tamen euerso iuuenem succurrere seclo Ne prohibete, &c.* Sed lætissima hæc noui principis initia, primùm sæuæ & horrendæ ventorum procellæ fædare cœperunt, quibus nauigia in Scaldi & mari plurima depressa; aggeres in Hollandia & Selandia rupti: Antvverpiæ ad Scaldis ripam, cellæ ac fornices mercatorum aqua complet merces corruptæ sunt. Insignia Andegauensis imposita Philippi regis insignibus, in contemtum Hispani, ad portam VVerfæ, ventus in flumen abripuit, flumen absorpsit. Idem ventus, turriculam palatij S. Michaëlis, in quo degit Andegauensis, editiorem deiecit: ruina subiectum cubiculum, in quo dormiebat, impetijt, & media nocte, magna vi lapides impulit. Andegauense non semel exclamante ad stipatores, ô commilitones prodimur. Deinde hoc tanto metu vrbi incusso, casus multò tristior secutus est. Die enim 18. Martij qui Andegauensis natalis erat, VVilelmus princeps Vranius, ex cuius autoritate, prudentia, consilio, fide & industria, Belgici res perturbatæ potissimùm pendebant, ab Iohanne Iauregio Cantabro, octodecim annorum adolescente, ictu sclopeti, per vtramq; maxillam traiectus fuit. Cumq; videret latro principem non statim concidere, intrepidus pugione accepto cor principis petens, à satellite quodam cæsus, ac in eo tumultu vicies aut tricies transfossus est. Facinore ad ciues delato, subitò multa armatorum millia, tum ad hospitium principis, vbi Andegauensis erat, tum ad D. Michaëlis monasterium, vbi bona pars satellitum Andegauens. manserat, conuolant: exaudiuntur magno fremitu sonantes voces minaces, Oh vesperas Siculas, proh nuptias Parisianas, Ne musca Gallorum subterfugiet. Andegauensis cum suis trepidare, lachrymari, & sacra profanaq; detestari, atq; inauspicatum suum in Belgiam aduentum execrari: princeps, qui mentis adhuc erat compos, per suos familiares, toto conatu sese opponens, ciues mulcens, culpamq; ab Andegauense auertens, ægrè tandem ciues placauit. Cadauer latronis in forum elatum statim est à multis agnitum, & palàm iactatum, mercatoris illius Hispani esse ministrum, atq; etiam alium eiusdem domesticum in ciuitate esse, qui eidem à rationibus sit. Ille è vestigio comprehensus, totam insidiarum originem ac seriem in quæstionibus aperiebat. Mercator natione Cantaber seu Bischaiensis Hispanus, Casparus Anastet, Antvverpiæ ante annos aliquot bonis cesserat, cùm 30000. librarum Francicarum creditores fraudasset. postea fide apud mercatores vtcunque recuperata, rursus in eorum conuentu ferebatur, donec iterum animam debens, eadem prorsus excideret. Is in Hispaniam reuolans, cum regis commissarijs de principe interimendo sic paciscitur, vti pro laniena omne eius debitum rex soluat, addatq; dein facinore quocunq; modo possit perpetrato, ducatorum millia 80. Ille in Belgicum duobus famulis comitatus, quantis itineribus potest, profectus, cum quodam sacrificio Hispano, qui Antvverpiæ multos subsistiterat annos, ita rem agit, vt multa millia istis duobus famulis polliceatur, si facinus perpetrassent. Sacrificus frigidam suffundere, ius fasq;, imò meritum summum dicere, eiusmodi hæreticum & Reipublicæ perturbatorem è vita tollere. Imò Interfectorem indulgentijs, sanctorum reliquijs & benedictionibus muniturum, vt inuisibilis incedere possit. Et si casus aliquis accideret, vt eum occumbere contingeret, sese pontificio diplomate obsignato effecturum, vt absq; pœna purgatorij rectà in cœlum subuolet. Vterq; famulus stultitia pontificia occæcatissimus, conditionem accipientes inter sese sortiuntur, & ille, cui prouincia obtigit, pontificio more sacra synaxi sumpta, post confessionem, rem ipsam, vt suprà exposui, patrauit. Sacrificus vnà cum altero, quem sors exemerat, illius Hispani familiari, Antonio Veneto, quadrifariam dissectus est. Autor verò consilij, captorum indicijs, Greuelingam, à Domino Lemotta Malecontento, ante aliquot annos occupatam, profectus dicebatur. Pectus sicarij confossi obtectum bulla Pontificia indulgentiarum largissima fuit, adiuncto Euangelio Ioannis, cum particula linei indusij D. virginis Mariæ, capitis D. Iohannis & nescio quibus alijs. Vranius à vulnere accepto

1. Martij.

cepto indies magis conualescere cœperat, spesq; planè erat, breui proditurum in hominum lucem, donec vndecima die Aprilis ex rupta vena sub lingua sanguis aliquot dies fluxit, cuius cùm semunciæ multæ iam profusæ essent, sisti tandem cœpit. Interim qua fuit autoritate apud populum perfecit, vt prouinciæ fœderatæ, per delectos, Andegauensi iuramentum, tanquam suo principi, præstarent. Parmensis, occasione huius vulneris, vrbibus ordinum fœderatis, Vranium extinctum esse scripsit, proinde redirent in regis potestatem, qui eas clementer in gratiam recepturus, omniq; clementiæ genere prosecuturus esset. Sed Vranius hoc præuidens, se uiuere, & intra paucos dies restitutum iri pristinæ valetudini, omnes præmonuerat. frustrà itaq; defectionem Parmensis tentauit. M. D. LXXXII.

Princeps Vranius restituta valetudine, in publicum redijt. Coniux honestissima Carola, ex illustri Gallicorum ducum de Mompensier stirpe orta, mariti incolumitate mirum in modum lætata, triduo pòst pleuresi extincta est. Fuit autem hæc tertia principis Vranij vxor. Prima enim extitit ANNA, Maximiliani Egmondi, comitis Burensis filia, ex qua Philippum VVilelmum à duce Albano in Hispaniam missum, & Mariam suscepit. II. Anna, Mauricij Ducis Saxoniæ electoris filia, quæ Mauricium filium, auo materno ἐμώνυμον genuit. III. Carola Mompenseria. cuius familiæ series hæc est. 2. Maij.

Robertus, S. Ludoici Regis Galliæ filius.

LVDOICVS I. Dux Burbonius.

Iacobus	Petrus Dux Burbonius.
Ioannes Vendômæ comes.	Ludoicus.
Ludoicus.	Ioannes.
Ioannes.	

Ludoicus, ex Lodoica Gilberti Mompens. filia.	Franciscus.	Ludoicus comes Mompenserius.	Carolus Dux Burbonius.
Ludoicus I. Dux Mompens.	CAROLVS I. Dux Vendomæ.	Gilbertus vicerex Neapol. 1495.	Petrus.
	Antonius Rex Nauarræ. / Ludoicus Condeus.	CAROLVS —— Burbonius in oppugnatione Romæ perijt. 1527.	SVSANNA vxor Caroli sobrini.

Franciscus — CAROLA antistes Iouarrensis, tertia principis Vraniæ vxor, cui sex filias peperit.

Cùm autem de Belgico, in Galliæ regis patrocinium & tutelam recepto, fama Constantinopolin emanasset: Antvverpiam, Turcici legati, de mutuis commercijs inter Turcas & reliquas Europæ gentes, Antvverpiæ instituendis, acturi appulerunt. Qui octodecim mercatoribus Turcis sedē in vrbe Antuerpiensi præberi petierunt, ad quos merces Turcicas, ex Asia & Græcia, per mare Mediterraneum, Massyliam in Gallia; hinc terrestri itinere Burdegalam ad Garumnam; Inde per mare Gallicum & Britannicum, Antuerpiam aduehendæ essent. atq; huic instituto faciles successus promittebant, quòd Belgicæ prouinciæ, Gallorum regi, Turcis amicissimo, iam fœderatæ; & fratri ipsius subditæ essent. Turci illi, Antuerpia digressi, per ciuitates littoris Balthici, in Poloniam Lublinum, ac inde in patriam redierunt. In Belgico Alostum ab ordinibus receptum est. Parmensis vicissim, Tornacum, Audenardū ad Scaldim, Lyram, & alia oppida occupauit. Mindensi ad Visurgim diœcesi, cùm Hermannus comes Scavvenburgicus, Ottonis filius, sponte renunciasset, Henricus Iulius dux Brunsuic. optimæ indolis & optimis literis præclarè excultus princeps adolescens, certis conditionibus præfectus est.

ANNA, Conradi postremi comitis TECLENburgensis, inter Osnaburgam &

M D. XXXII. Monasterium sedes habentis, filia & hæres vnica, quæ in familiam comitum à Bentheim, prouinciam Tecleburgensem transtulit: Monasterij tandem ex his terris euocata decessit. Nupserat hæc Euervvino comiti à Bentheim, Arnoldi filio, qui Conrado socero, rebus humanis exempto, in gubernatione ditionis Tecleburgensi succedens, & quinquennium solummodò superstes, coniugi suæ administrationem reliquit. Quam decennio pòst, Arnoldo filio, iam adulto tradens, Osnabrugæ & in vicinis prædijs hærens, domesticorum & ciuium consuetudine se oblectauit. Tandem luis pestilentis seminibus in vicinia serpentibus, effugere contagij periculum volens, Monasterium secessit, vbi peste correpta, mundo huic valedixit.

1548. 1557. 1562. 1573. 24. August.

CONRADVS Comes Tecleburgensis postremus, ⊕1557.

|

ANNA, vnica filia & hæres, EVERVVINO comiti Bentheimensi nupta 1548. ⊕1582. anno vigesimo post maritum.

ARNOLDVS comes Bentheimensis & Tecleburg. vxor Magdalena, filia Humberti comitis à Nevvenahr & Limburg, soror Adolphi comitis Morsiani.	VVolbrecht Hermanni comitis à VVeida vxor.

Euervvinus VVirichius.	Adolphus.	Arnoldus Iodocus.	VVilelmus Henricus.	Conradus Humbertus.

Eodem anno, Comitia Rodolphi Imperatoris Augustæ habita sunt, ad quæ AVGVSTVS Saxoniæ elector, Vlricus Megapolitanus, & alij Saxoniæ principes etiam profecti sunt, in quibus, ad finium aduersus Turcas defensionem à principibus contributio decreta, quam tamen ciuitates imperij, antequam grauamina earum cognoscerentur, dare recusabant. Circa exitum comitiorum, Gregorius XIII. PP. Calendarij emendati, quod Gregorianum nominari voluit, formam ad Rodolphum Imp. misit, vt in Germanico etiam Imperio illud promulgaret, sicut cæteri orbis Christiani reges, in Italia, Hispania, Gallia, Belgico, & Polonia, se facturos receperant. Erat autem ratio emendationis eiusmodi instituta, vt aequinoctia & solstitia, quæ propter anni quantitatem iustò maiorem, à nati Christi temporibus, quindecim ferè diebus anticipauerant; ad eas sedes reuocarentur, quas tempore Concilij Niceni, in quo canon de festo Paschatis celebrando, hactenus in Ecclesia vsurpatus, primùm conditus fuerat, olim tenuerunt. Decem igitur dies, inter quartam & decimamquintam Octobris interiectas, præteriri & eximi, ac pro elapsis haberi, hoc anno voluit, ita vt ea dies, quæ quartam Octobris proximè sequitur, non quinta, sed decimaquinta & sic deinceps vsque ad exitum anni numerarentur. Sed de Pontificis consilio, & emendandi Calendarij ratione tota, ex ipsius P P. diplomate edito cognosci potest. GREGORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Inter grauissimas pastoralis officij nostri curas ea postrema non est, vt quæ à sacro Tridentino Concilio, Sedi Apostolicæ reseruata sunt, illa ad finem optatum, Deo adiutore, perducantur. Sanè eiusdem concilij patres, cùm ad reliquam cogitationem Breuiarij quoque curam adiungerent, tempore tamen excluſi, rem totam, ex ipsius Concilij decreto, ad auctoritatem & iudicium Romani Pontificis retulerunt. Duo autem Breuiario præcipuè continentur; quorum vnum preces, laudesque diuinas, festis, profestisque diebus persoluendas complectitur: alterum pertinet ad annuos Paschæ, festorumque ex eo pendentium recursus, Solis & Lunæ motu metiendos. Atque illud quidem felicis recordationis Pius V. prædecessor noster, absoluendum curauit, atque edidit. Hoc verò, quod nimirum exigit legitimam Calendarij restitutionem, iamdiu à Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris, & sæpius tentatum est, verùm absolui, & ad exitum perduci ad hoc vsq; tempus non potuit: quod rationes emendandi Calendarij, quæ à cœlestium

motuum

motuum peritis proponebantur, propter magnas, & ferè inextricabiles difficultates, quas huiuſmodi emendatio ſemper habuit, neq; perennes erant, neq; antiquos Eccleſiaſticos ritus incolumes (quod in primis hac in re curandum erat) ſeruabant. Dum itaq; nos quoq; credita nobis, licet indignis, à Deo diſpenſatione freti, in hac cogitatione curaq; verſaremur, allatus eſt nobis liber à dilecto filio Antonio Lilio, artium & Medicinæ Doctore, quem quondam Aloyſius eius germanus frater conſcripſerat, in quo per nouum quendam Epactarum Cyclum ab eo excogitatum, & ad certam ipſius Aurei numeri normam directum, atque ad quamcunq; anni ſolaris magnitudinem accommodatum, omnia quæ in Calendario collapſa ſunt, conſtanti ratione, & ſeculis omnibus duratura, ſibi reſtitui poſſe oſtendit, vt Calendarium ipſum nulli vnquam mutationi in poſterum expoſitum eſſe videatur. Nouam hanc reſtituendi Calendarij rationem exiguo volumine comprehenſam, ad Chriſtianos principes, celebrioresq; Vniuerſitates, paucos ante annos, miſimus, vt res, quæ omnium communis eſt, communi etiam omnium conſilio perficeretur. illi cùm, quæ maximè optabamus, concordes reſpondiſſent, eorum nos omnium conſenſione adducti, viros ad Calendarij emendationē adhibuimus, in alma vrbe harum rerum peritiſſimos, quos longè antè ex primarijs Chriſtiani orbis nationibus delegeramus. Ij cùm multum temporis & diligentiæ ad eam lucubrationem adhibuiſſent, & Cyclos, tam veterum, quàm recentiorum vndiq; conquiſitos, ac diligentiſſimè perpenſos inter ſe contuliſſent, ſuo, & doctorum hominum, qui de ea re ſcripſerunt, iudicio, hunc præ cæteris elegerunt Epactarum Cyclum, cui nonnulla etiam adiecerunt, quæ ex accurata circumſpectione viſa ſunt ad Calendarij perfectionem maximè pertinere. Conſiderantes igitur nos, ad rectam Paſchalis feſti celebrationem, iuxta ſanctorum Patrum ac veterum Romanorum Pontificum, præſertim Pij & Victoris primorum, nec non magni illius Oecumenici concilij Niceni, & aliorum ſanctiones, tria neceſſariò coniungenda, & ſtatuenda eſſe: primùm, certam Verni æquinoctij ſedem, deinde rectam poſitionem XIIII. Lunæ primi menſis, quæ vel in ipſum æquinoctij diem incidit, vel ei proximè ſuccedit, poſtremò primum quemq; diem Dominicum, qui eandem XIIII. Lunam ſequitur: curauimus non ſolùm æquinoctium Vernum in priſtinam ſedem, à qua iam à Concilio Niceno decem circiter diebus receſſit, reſtituendam: & XIIII. Paſchalem ſuo in loco, à quo quatuor, & eo amplius dies hoc tempore diſtat, reponendam: ſed viam quoq; tradendam & rationem, qua cauetur, vt in poſterum æquinoctium & XIIII. Luna, à proprijs ſedibus nunquam dimoueantur. Quò igitur Vernum æquinoctium, quod à Patribus Concilij Niceni ad XII. Calendarum Aprilis fuit conſtitutum, ad eandem ſedem reſtituatur: Præcipimus, & mandamus, vt de menſe Octobri anni milleſimi quingenteſimi octuageſimi ſecundi, decem dies incluſiuè, à tertia nonarum vſq; ad pridie Idus, eximantur, & dies, qui feſtum S. Franciſci quarto Nonas celebrari ſolitum, ſequitur, dicatur Idus Octobris, atq; in eo celebretur feſtum SS. Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij martyrum, cum commemoratione S. Marci Papæ & confeſſoris, & SS. Sergij, Bachi, Marcelli & Apuleij martyrum. Septimodecimo verò Calend. Nouembris, qui dies proximè ſequitur, celebretur feſtum S. Calliſti Papæ & martyris. deinde XVI. Calend. Nouembris fiat officium & Miſſa de Dominica XVIII. poſt Pentecoſten, mutata litera Dominicali G. in C. Quintodecimo deniq; Cal. Nouemb. dies feſtus agatur S. Luc. Euangeliſtæ, à quo reliqui deinceps agantur feſti dies, prout ſunt in Cal. deſcripti. Ne verò ex hac noſtra decem dierum ſubtractione alicui, quod ad annuas vel menſtruas præſtationes pertinet, præiudicium fiat, partes iudicum erunt, in controuerſijs. quæ ſuper hoc exortæ fuerint, dictæ ſubtractionis rationem habere, addendo alios X. dies in fine cuiuſlibet præſtationis. Deinde, ne in poſterum à XII. Cal Apr. æquinoctium recedat, ſtatuimus Biſſextum quarto quoq; anno (vti mos eſt) continuari debere, præterquam centeſimis annis, qui quamuis Biſſextiles antea ſemper fuerint, qualem etiam eſſe volumus annum 1600. poſt eum tamen, qui deinceps conſe-

quentur centesimi, non omnes Bissextiles sint, sed in quadringentis quibusq; annis, primi quiq; tres centesimi sine Bissexto transigantur, quartus verò quisq; centesimus Bissextilis sit: ita vt annus 1700. 1800. 1900. Bissextiles non sint: Anno verò 2000. more consueto dies Bissextus intercaletur, Februario dies 29. continente: idemq; ordo intermittendi, intercalandiq; Bissextum diem, in quadringentis quibusq; annis perpetuò conseruetur. Quo item XIIII. Paschalis rectè inueniatur, itemq; dies Lunæ iuxta antiquum Ecclesiæ morem, ex martyrologio singulis diebus ediscendi, fideli populo verè proponantur, statuimus, vt amoto aureo numero de Calendario, in eius locum substituatur Cyclus Epactarum: qui ad certam (vti diximus) aurei numeri normam directus efficit, vt nouilunium, & XIIII. Paschalis vera loca semper retineant. Idq; manifestè apparet ex nostri explicatione Calendarij, in quo descriptæ sunt etiam tabulæ Paschales secundùm priscum Ecclesiæ ritum, quò certius & facilius sacrosanctum Pascha inueniri possit. Postremò, quoniam partim ob decem dies, mense Octobri anni 1582. (qui correctionis annus rectè dici debet) exemptos, partim ob ternos etiam dies, quolibet quadringentorum annorum spatio minimè intercalandos, interrumpatur necesse est Cyclus literarum Dominicalium 28. annorum ad hanc vsq; diem vsitatus in ecclesia Romana: Volumus in eius locum substitui eundem Cyclum 28. annorum, ab eodem Lilio, tum ad dictam intercalandi Bissexti in centesimis annis rationem, tùm ad quamcunq; anni solaris magnitudinem accommodatum; ex quo litera Dominicalis, beneficio Cycli solaris æque facilè, ac prius, vt in proprio canone explicatur, reperiri potest in perpetuum. Nos igitur, vt, quod propriũ Pont. Max. esse solet, exequamur, Calendarium immensa Dei erga ecclesiam suam benignitate iam correctum atq; absolutum, hoc nostro decreto probamus, & Romæ vnà cum Martyrologio imprimi, impressumq; diuulgari iussimus. Vt verò vtrumq; vbiq; terrarum incorruptum, ac mendis ac erroribus purgatum seruetur, omnibus in nostro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ dominio mediatè vel immediatè subiecto commorantibus impressoribus, sub amissionis librorum, ac centum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum: alijs verò in quacunq; orbis parte consistentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac alijs arbitrij nostri pœnis, ne sine nostra licentia Calend. aut Martyrologium simul vel separatim imprimere, vel proponere, aut recipere vllo modo audeant vel præsumant, prohibemus. Tollimus autem & abolemus omninò vetus Calendarium, volumusq;, vt omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & cæteri ecclesiarũ Præsides, nouum Calendarium (ad quod etiam accommodata est ratio Martyrologij) pro diuinis officijs recitandis, & festis celebrandis, in suas quisq; Ecclesias, monasteria, conuentus, ordines, militias & diœceses introducant, & eo solo vtantur, tàm ipsi, quàm cæteri omnes presbyteri, & clerici seculares, & regulares vtriusq; sexus; nec non milites, & omnes Christi fideles; cuius vsus incipiet *post* decem illos dies ex mense Octobri anni 1582. exemptos. ijs verò, qui adeò longinquas incolunt regiones, vt ante præscriptum à nobis tempus harum literarum notitiam habere non possint, liceat, eodem tamen Octobri mense, insequentis anni 1583. vel alterius, cùm primum scilicet ad eos hæ nostræ literæ peruenerint, modo à nobis paulò antè tradito, eiusmodi mutationem facere, vt copiosius in nostro Cal. anni correctionis explicabitur. Pro data autem nobis à Domino auctoritate, hortamur, & rogam' chariss. in Christo filium nostrũ Rodolphum Rom. regem illustrẽ in Imper. electum, cæterosq; Reges, Princ. ac Respub. ijsdemq; mandamus, vt quo studio illi à nobis contenderunt, vt hoc tam præclarum opus perficeremus, eodem, imò etiam maiore, ad conseruandã in celebrandis festiuitatibus inter Christianas nationes concordiam, nostrum hoc Calendarium & ipsi suscipiant, & à cunctis sibi subiectis populis religiosè suscipiendũ inuiolateq; obseruandum curent. Verùm quia difficile foret præsentes literas ad vniuersa Christiani orbis loca deferri, illas ad Basilicæ Principis Apostolorum, & cancellariæ Apostolicæ valuas, & in acie Campi Floræ publicari & affigi, & earundem literarum exemplis etiam impressis

& volu-

& voluminibus Calendarij & Martyrologij insertis & præpositis, siue manu tabellionis publici subscriptis, nec non sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ obsignatis, eandem prorsus indubitatam fidem vbiq; gentium & locorum haberi præcipimus, quæ originalibus literis exhibitis omnino haberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præceptorum, mandatorum, statutorum, voluntatis, probationis, prohibitionis, sublationis, abolitionis, hortationis, & rogationis infringere, vel ei ausu temerario contrarire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Tusculi, Anno incarnationis Dominicæ M. D. LXXXI. Sexto Calend. Martij. Pontificatus nostri anno decimo. M. D. LXXXII.

Cùm igitur Calendarium hoc Gregorianum, exeuntibus comitijs, ad Rodolphum, per Cardinalem Madrucium episcop. Tridentinum, perlatum esset, Imper. se cum Electoribus & principibus, qui iam plerique discessissent, maturè deliberaturum ostendit. Cumq; Augusti etiam Saxoniæ electoris consilium inter cæteros exquisiuisset: is prolixè admonet, non solum difficultates & confusiones, in iudicijs, in historijs, in literis contractuum, aliarumq; obligationum, in nundinis, nauigationibus, solutione censuum, agricultura, in omnibus negocijs ciuilibus, & celebratione festorum ecclesiastica, ex dissimilitudine Calendarij secuturas: sed inprimis Cæs. M. & sacri imperij autoritatem, reputationem & superioritatem, à Pontifice non imminuendam, considerari in hoc negocio debere. nam præsentem Anni formam, à Cæsare Iulio primùm institutam fuisse. Deinde Carolum Magnum, Imperij Germanici conditorem, & Calendarium ipsum, & no mina mensium Germanica, Teutonicis populis dedisse. Canonem etiam concilij Niceni de festo Paschæ, non Romani Pontificis, qui ea autoritate & potentia, quam nunc possidet, nondum eo tempore fuit; sed communi Cæsaris Constantini & patrum consilio conditum esse. Concilia verò ipsa, non à Pontifice, sed Romanis Imper. indicta esse, sicut Constantiense adhuc conciliũ Cæsar Sigismundus collegerit, & ius constituendi non tantùm episcopos in Germania, sed etiam Pontificem Romanum, penes Impp. ante & post Caroli Magni tempora, vsq; ad Ottonem I. & deinceps vsq; ad Gregorij VII. PP. ætatem fuisse. Cauendum igitur, ne nouam & inusitatam iurisdictionem, & potestatẽ mandandi Cæsari & Imperio, hac Calendarij emendati à Pontifice præscripti receptione, Pontifici, ordines Imperij tribuant: præsertim cùm Imperij consilio & consensu non requisito, res tanta à PP. suscepta sit. placere igitur sibi, vt deputatis totius Imperij ordinibus, breui conuenturis, res deliberanda proponatur, priusquam Cæsarea mandata, de illius obseruatione in Imperio publicentur. Cùm autem nemo ex principibus aut ciuitatibus Augustanam Confessionem amplexis, in Saxonia & reliqua Germania, nouum Calendarium eo anno reciperet: Imperator etiam, in Cameræ iudicio, veterem & vsitatam Calendarij formam retineri eo tempore voluit.

Antequam verò ad comitia Imperij Augustana Cæsar proficisceretur, Posonij mense Aprili, Ordinum regni Vngariæ conuentus celebrauit: ad quos, de Dica seu pensione trium Vngaricorum singulis portis seu domibus imposita: de contributione ad munitiones & præsidia in arcibus limitaneis aduersus Turcas; & de Maximiliano fratre, vicario Vngariæ præficiendo, retulit. Vngarici proceres, viciſſim Senatum regni certum & vnum constitui: & præfecturis ac officijs publicis, non exteros tantùm, sed Vngaros etiam adhiberi: & subditos, oneribus militum alendorum, quibus sustentandis tantam vim pecuniæ quotannis contribuerent, leuari flagitabant. Maximilianum viceregem non recusabant, modò ita instructus & ornatus veniat, vt Cæs. Maiestati honori, & afflictissimis Vngariæ reliquijs, aduersus hostem defendendis præsidio & solatio sit Patruus Cæsaris Carolus Archidux Austriæ, cùm nobilitati Stiriacæ Religionis exercitium in templo prouincialium Graiziæ iterum permisisset, Senatui tamen & ciuibus, ne

M. D. LXXXII. illuc accedant, interdicit. Cumque hi non parerent, consules & scribam Martinum Pangrisium, in vincula conijcit, & pecunia mulctat, illosq; ipsos cum toto senatu aut à templo prouincialium abstinere, aut intra semestre domos & bona sua vendere, & aliò habitatum migrare iubet.

In POLONIA, mense Octobri, comitia VVarsauiæ habita sunt, in quibus capita ad deliberandum proposita per regem fuerunt: De modo liberæ ac ordinatæ regum electionis, ne, vt antea in interregnis aliquoties acciderat, si absque hærede mori ipsum contingat, nouis motibus ac dissensionibus omnia inuoluantur. De concordia inter ordines, Ecclesiasticum & ciuilem, abstinendo vtrinque ab iniurijs & contumelijs, & suum cuiq; tribuendo: de iudicijs emendandis: De Narua, & cæteris Liuoniæ arcibus, oppidisq;, à Sueco occupatis, bello repetendis: De Liuoniæ gubernatione constituenda: de Tattaris bello reprimendis: De stipendijs militum, & Tributis ad ea conferendis. Hæc capita, cùm pleriq; senatores ex reipublicæ dignitate & vsu probarent: Nobilitatis nuncij, libertatem electionis nulla ratione imminuendam, nec tributa vlla nouis bellis aduersus Suecos vel alios mouendis, præbenda iudicantes, cùm responsio eorum à rege expectaretur: alienissimum à proposito postulatum, de euocationibus in Regiam, quibus Nobilitatis iura & libertates labefierent, omnibus abolendis, vrgent. nam inter cæteros, Stanislaus quidam Ciarncouius, magnæ apud nobilitatem autoritatis ob instrumenta pactorum dotalium, inter Sophiam Iagelloniam, & Henricum Ducem Brunsuicensem, initorum, apud se retenta, per procuratorem fisci; & ob Suini oppidi arch. Gnesnensis possessionem, in ius ab arch. ad regem vocatus erat. Is apud nuncios Nobilitatis vrgebat, vt euocationes omnes in Regiam exemplo Sigismundi Augusti, qui citationes omnes in causis fisci editas, vno decreto sustulisset, abolerentur. Etsi autem rex & senatus regni, non omnes, sine discrimine, tolli, sed legitimas euocationes ab illegitimis discerni, petebant: tamen in postulato suo nuncij perstiterunt. Sicq; totum tempus comitijs destinatum, consumptum: ac tandem rebus omnibus infectis ac pendentibus discessum est. Interea cognitionibus causarum capitalium, primis octo comitiorum diebus rex vacauerat. Cumq; magnam prætextu libertatis, in alios inferiores & pares, insolentiam & petulantiam, Poloni quidam nobiles, (freti priuilegijs, quòd regi supplicium de homine nobili sumere sine Senatus regni decreto non liceat) exerceant: multos in his comitijs nobiles, homicidij aliorumq; scelerum reos, ac in his Castellanum quendam, quòd alium nobilem à se interfectum comburi, & cineres furfuribus mixtos, porcis deuorandos proponi iussisset, capite mulctari curauit. 10. Nouemb. Cùm legatos Moschicos, qui vt Iuramentum de pace à rege acciperent, VVarsauiam venerant, conuiuio rex Poloniæ excepisset: grauissimè edixit, ne quis ipsis, eorumue ministris, verbo factoq; vllo molestiam exhiberet. Cœnantibus in aula Moschis, Polonus quidam, ministri Moschici panem in mensa prehendentis digitos cultello petulanter stringit, vt sanguis exudaret. Huic postridie spectantibus Moschis, ante illorum hospitium, caput præcidi iubet. Solutis comitijs, cùm nuncij iam discessissent, Rex cum Senatu, NOBILITATI LIVONICÆ, Religionem, priuilegia, libertatem, & pacta inter Sigismundum Augustum ac prouinciæ eius ordines, quo tempore se in potestatem illius dedissent, conuenta, & alia ad salutem patriæ pertinentia, confirmari roganti, respondit: Quod ad conseruationem antiquorum iurium & libertatum terrarum LIVONIÆ attinet, arbitrari Regiam Maiestatem alium fuisse illius prouinciæ statum, cùm illæ libertates concederentur, aliam subsecutarum rerum faciem. Nunc itaque, dubijs hisce temporibus existimare Regem, salutis & securitatis publicæ rationem habendam. Priuata igitur cuiusque priuilegia illa se approbaturum esse, quæ vsque ad tempora Guilhelmi Archiepiscopi concessa sunt. Quæ verò deinceps, in illa omnium rerum confusione: irrepserunt, de ijs se deliberaturum, neq; omnia Sigismundi Augusti Priuilegia ratà habiturum, nisi quæ benemeritis collata sint. Habiturum etiam rationem eorum, qui constantes semper fuerunt: qui

vacilla-

Whose heart is as the heart of children. Whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is simple, and void of malice, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is tender, and apt to receive instruction, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is weak, and unable to resist temptations, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is unstable, and apt to change, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is ignorant, and void of understanding, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of vanity, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of folly, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of wickedness, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of corruption, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of sin, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of misery, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of death, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of hell, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of damnation, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of condemnation, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of wrath, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of anger, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of hatred, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of envy, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of strife, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of debate, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of backbiting, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of whisperings, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of slanders, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of reproaches, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of contempt, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of pride, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of haughtiness, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of arrogancy, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of boasting, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of vainglory, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of hypocrisy, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of deceit, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of guile, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of treachery, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of perfidiousness, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of falsehood, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of lies, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of perjury, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of blasphemy, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of atheism, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of idolatry, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of superstition, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of hypocrisy, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of deceit, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of guile, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of treachery, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of perfidiousness, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of falsehood, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of lies, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of perjury, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of blasphemy, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of atheism, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of idolatry, as the heart of children is. Or, whose heart is as the heart of children, that is, whose heart is full of superstition, as the heart of children is.

CHRONICI

LIBER VIGESIMVS SEXTVS,

Illuſtriſsimo Principi & Domino, Dn.

FRIDERICO,

DVCI VVIRTEBERGENSI & Tecenſi, comiti Montis Pelicardi:

Chronicon anni 1583. & 1584.

Subiectiſsimè nuncupat

Dauid Chytræus.

FRIDE-

FRIDERICVS Daniæ rex, hoc anno, in ordinem equitum Anglicorum, quem Garterium vocant, à Regina Elisabetha per legatos receptus est. M. D. LXXXII. De cuius ordinis origine, moneo: ab Eduardo III. Rege fortissimo & felicissimo, & Gallorum victore glorioso, paucis post prælium ad Somam Cressiacense (in quo Ioannes Boëmiæ rex, & Carolus, Philippi regis Galliæ frater, & alij Gallorum socij trucidati sunt) & Caletum ac Gunias deinde occupatas, annis. Collegium illud XXVI. Equitum, quorum Rex Angliæ princeps est, institutum fuisse. cuius insigne est fascia seu ligaculum auro & gemmis fibulatũ, & inscriptione Gallica: HONI SOIT QVI MALYPENSE, ignominia afficiatur, qui malè cogitat, ornatum: quo crus sinistrum infra genu circundant, & ad mutuam defensionem & auxilium, & virtutem bellicam, fortibus viris dignam se deuinciunt. Id ligamen tibiarũ, lingua Anglica (GARTER) vocari intelligo, vnde Garterius hi cordo. D. Georgio Cappadoci, bellatorum præsidi consecratus, appellatur. De inscriptione verò Gallica quidam asserunt, hoc symbolo ceu bellica tessera dato, Edvvardum III. in Gallijs vsum fuisse: quod cùm feliciter cessisset, de eo exornando, occasionem quæsiuisse. Alij affirmant, regem, dum nobilissimæ virgini saltanti, fascia, qua crus sinistrum obligarat, decideret, eam humo sustulisse: quod cùm adstantes proceres obseruarent, ac inter se colligerent, eam virginem Regi in delicijs fuisse, statim subiecisse, dignum pudore & ignominia esse, qui sinistrum aliquid ex eo officio virgini præstito coniectaret. Quotannis verò ad diem D. Georgio sacrum hic ordo, solenni ritu & pompa in aula Anglica celebratur. Vespere præcedenti, Rex vnum, cui id inprimis honori censetur, ex equitibus, seligit, qui Regiæ Maiestatis vices suppleat: cui reliqui, perindè ac si Regia Maiestas adesset, honorẽ exhibent: cui in sacellum aulæ ituro, ordine præeunt, Heroldis omnibus, quibus saga regni insignibus exornata induuntur, præcedentibus. Is autem ex Equitibus honoratiore loco cæteris habetur & incedit, qui tempore prior, in huius societatis dignitatem adscriptus fuit. In sacello preces vespertinas Deo optimo maximo equites fundunt, quibus peractis ad Regiam Maiestatem reditur. Vestitu solenni induuntur: primò laxiorem tunicam, ex cæruleo holoserico, indutam, loro ex filo serico artificioſè contexto cingunt: à quo pendet ensis breuior, ad antiquam planè formam fabrefactus, sine curioso aliquo capulo, inaurato tamen, tum talare & laxũ pallium ex holoserico rubeo, ad fuscum colorem vergente, supraiectum circumferunt: quod sub mento connectitur. In læuum verò humerum, ex rubeo & albo holoserico, prominulam pendulam inijciunt. Tum torques, ex auro puro puto, magnificentissimè in latum concinnata, tergo circumijcitur, quæ cochleis & artificiosis nodis, varijsq; gemmarum globulis sumptuosissimè interpolatur: ad cuius imam partem D. Georgius, equo insidens, & Draconem premens, forma ouali exsculptum monile, dependet: qua specie induti, se, innumeris Londino, alijsq; ex vrbibus excurrentibus, pompam visuris, conspiciendos præbent. In Sacello verò precibus solenniter celebratis, singuli ordine ad altare accedunt, ac honorarium sacerdotibus offerunt. qui verò Regiæ Maiestatis vicarius est, is vtrinq; stipatus equitibus solenniter ad altare deducitur, vbi antiquum numisma aureum, Lusitanicum pondere superans, loco Regiæ Maiestatis offert: quod semper repeti solet, ac eius loco XX. coronati numerantur.

Rex huius ordinis author, certos quosdã officiarios huic societati adscripsit, Episcopum nimirum, qui ordinis prælatus appellatur. Is perpetuò est VVintoniensis Episcopus. Cancellarium, qui auratæ militiæ esse eques solet. Fecialem proprium, qui summus inter Heroldos est, ac Ordinis fecialis dicitur. Secretarium, qui vel auratæ militiæ eques, vel I. V. D. esse debet. Is librum amplitudinis singularis, magnificè compactum, gestat, quo decreta Garterij ordinis inscripta sunt. Postremo loco, admissionum magistrum, qui sceptrum equitibus præfert:

vulgo

M. D. LXXXII. vulgo Gallica voce Huiſſerium ſiue oſtiarium vocitant. Ex ſacello, ambitioſo incessu reduces in primaria Regiæ camera prandent. Quòd ſi verò Rex VVindeloſoræ conſiſtit, tum in aula Diuo Georgio ſacra (quæ peranguſta eſt) conuiuium celebratur, accinentibus tantæ ſolennitati tibicinibus Regijs: ſedent autem ſingulari ordine nullo ipſis ex oppoſito, præter adminiſtros obiecto. Qui verò Regias vices ſupplet, is iuxta cathedram Regiæ Maieſtatis accumbit menſe ſolus. Si Rex ipſe adeſt, non niſi illuſtriores proceres ipſi inſeruiunt. A prandio eiuſdem diei, ſacellum, Collegæ, quod inſignibus equitum præſentium variè ornatur, repetunt. Ibi inter ſe, precibus primùm peractis, conſultant, quos equitibus denatis, ſubſtituendos iudicent: quum de his, VVintonienſi epiſcopo, ordinis prælato, ſuffragia ſingulorum exquirente, conuentum inter ipſos eſt, tum ad Regiam Maieſtatem (ſi ea ſacello non interfuit) redeunt, & adſenſum expetunt. Si qui eliguntur, ij poſtea VVindeloſoram, regio planè faſtu, proficiſcuntur, vt huic ordini in ſacello ibidem, Diuo Georgio ſacro, inueſtiantur. vbi poſtea eorum inſignia, argenteæ laminæ, cum titulis & ſymbolis, vexillis etiam ſericis, depinguntur: quæ eo loco conſtituuntur, vbi ipſis ordine poſtea ſedes eſt deſtinata. Ad reges & principes cæteros quod attinet, ad hos electos, ordo per legatos tranſmittitur: qui poſtea tenentur equitem aliquem auratæ militiæ Anglum deſignare, qui illorum nomine, VVindeloſoræ, equitum choro, in ſacello inducatur, quod inſtallari vocant. Sumtuoſiſſimum autem hoc ſacellum eſt, quemadmodum templum vniuerſum: ab Eduardo III. primò extructum: ſed ab Eduardo IIII. ad eam Maieſtatem, qua hodiè cernitur, perductum: ad quod luſtrandum contemplandumque ex varijs orbis partibus homines confluunt: vbi etiam plurimorum Regum & procerum ſepulchra magnificentiſſimè exornata viſuntur: Inter quæ eſt Mauſolæum Henrico VIII. à ſereniſſima Regina Eliſabetha extructum, quod ſumptu & curioſiſſimi operis arte cum quouis ſepulchro certare poſſit. Sedulò autem operam Reges Angliæ dederunt, vt nemo in hanc ſocietatem admitteretur, niſi nobilitate, fide & meritis eſſet conſpicuus. Cuilibet verò horum libellus datur, qui membrana deſcriptos habet articulos, quibus ceu conditionibus & certis legibus, ille ordo circumſcribitur: quem quiſque die D. Georgio ſacro geſtare ſolet.

Operæ precium hîc fuerit adijcere, propter ordinis huius antiquitatem & dignitatem, primorumq; equitum nobilitatem & virtutem, quos Rex Eduardus III. primos in hanc ſocietatem cooptarit, quos vulgò fundatores ordinis indigitant. Sunt autem hi: Eduardus III. Rex. Eduardus filius, de quo multa Froſſardus. Henricus Dux Lancaſtriæ. Thomas Comes VVaruici. Capitaneus de Bouche. Rodolphus, comes Staffordiæ. Gulielmus de Monte acuto, comes Sarisburiæ. Rogerius de Mortuomari, comes Marchiæ. Ioannes de Inſulâ. Bartholomeus Burvvash. Ioannes de bello Campo. Ioannes de Mohun. Hugo Courtnæus. Thom. Hollandus. Ioannes Grey. Richardus Filzſimon. Milo Stapleton. Thom. VValle. Hugo VVroteſley. Nigellus Loring. Ioannes Chandos. Iacobus d'Audelex. Otho Hollandus. Henricus Eme. Zanchettus Dabridgecourt. Gulielmus Paganellus. Hoc verò tempore, Eliſabetha Regina, quæ Maiorum ſuorum veſtigijs laudatiſſimis inſiſtens, non niſi nobilitate & virtute conſpicuos hoc ordine donat, inſequentes proceres, poſt alios plurimos denatos, etiamnum florentes, in Garterij collegium cooptauit: quorũ nomina ſunt: Philippus Rex Hiſpaniæ. Fridericus II. Rex Daniæ. Henr. III. Galliarum rex. Ioan. Caſimirus, Dux Bauariæ, comes. Pal. ad Rhenũ. Adolphus dux Holſatiæ. Tho. Kateliffius, comes Suthſexiæ. Anton. Broronus, vicecomes Montis acùti. Rubertus Dudleyus comes Leceſtriæ. Ambr. Dudleyus, comes VVaruici. Franciſ. Ruſſelius, comes Bedfordiæ. Guliel. Somerſetus, comes VVigorniæ. Henricus Stanlæus, comes Darbiæ. Henricus Haſtingus, comes Hungetingdoniæ. Henricus Herbertus, comes Penbrokiæ. Henricus Careyus, Baro Hunſdonius. Henricus Sydnæus, Prorex Hyberniæ. Guilielmus Cecylius, Baro Burghleyus. Arthurus Greyus, Baro VViltonius. Carolus

Howvardus,

Howardus, Baro Effindhamensis. Eduardus Mannorsius, comes Rutlandiæ. M. D.
Guilielmus Brookeus. Baro Cobhamus. Obseruandum autem, iustum equitum LXXXIb
numerum, qui 26. constat, non semper compleri, cùm R. M. certis cooptandis, locum subindè adseruare soleat. Hanc nomenclaturam Fratrum ordinis, & ritus anniuersarios die S. Georgij seruari solitos, generosus ac eruditissimus, Serenissimæ Reginæ Angliæ legatus, Daniel Rogersius, mecum, huic Chronico inserendos, benignè communicauit. Avrei velleris ordo Burgundicus, posterior est, à Philippo Bono, Burgundiorum duce, Caroli V. abauo, ascitis in collegium 1430.
24. Heroibus, institutus. Post quadragesimum verò annum, Ludouicus XI. Gal-
liæ rex, D. Michaëlis ordinem inchoauit 1469.

Ineunte hyeme, Franciscus Brabantiæ dux nouus, nouas Heluetiorum & 1582.
Gallorum copias, Bironio duce, in Belgicum accersit. Quibus ad Parmensem inde profligandum se vsurum ostendit. Interea Philippi Hispaniæ regis classis Lusitanica, cum Antonij Pseudoregis Gallicis nauibus, insulam S. Michaëlis obsidentibus, mense Octobri conflixit, & magna cum suorum clade victoriam obtinuit. De Gallica classe tres tantùm, & in his prætoria Philippi Strozæ capta; tres depressæ; cæteræ in fugam coniectæ & dissipatæ sunt: inter quas Brisacus cum suis in Galliam euasit, Antonio interea & Terceram insulam (cui Emanuelem Syluam deinceps præfecit, priore duce, Cypriano Figueroi in Galliam secum abducto)
& vicinum mare in potestate sua retinente. Ferdinandus, Albæ dux, qui in præ- 21. Novemb.
cipuis bellis Caroli V. & Philippi filij legatus fuerat, & res maximas astu & armis gesserat, nonagenarius tandem expirauit; eodemq; mense, Iacobus Hispaniæ princeps, regis Philippi filius, puer nouennis, extinctus est. Ducis Albani, quanquam procul à Saxonia in Hispanijs decessit, eam ob causam mentionem facio, quòd in Saxonicis etiam gentibus, capto ad Albim electore Saxoniæ Ioh. Friderico, & postea, in Belgicis regionibus, non sine maxima prouinciarum clade, quanquam se omnia regis iussu agere prætenderet, nomen illius omnium in ore fuit. Franciscus dux Saxoniæ Laoburgensis, Francisci filius, Mariam, Iulij ducis Brunsuicensis filiam, pridiè Martini coniugem secundam duxit. Lunæburgæ,
Lvcas Lossivs, qui annos amplius quinquaginta, fideliter & feliciter, in 8. Iulij.
schola illius vrbis, pubem literariam erudierat, anno ætatis 76. in cœlestem scholam euocatus est. Epitaphium ipse sibi vno ante mortem anno composuit:

Hac placidè Lucas requieſcit Loſſius vrna, *Parte cinis terræ qua leuis ille fuit.*
Pars melior viuens cœli mens incolit arcem, *Inter, qui multos erudiere, viros.*
Qui pubi decies quinos, atq; amplius annos *Tradidit hîc artes, cum pietate, bonas.*
Edidit & faciles qui ſimplicitate libellos *Non paucos, Chriſti Pieridumq; ſcholis.*
Finibus Haſſiacis nemoroſis natus, & agris *Vaham quâ prater, clare Viſurge, fluis.*
Hæc vbi cognoris, quò te via ducit euntem *Lector abi, & felix vine, valeq; diu.*

Principio anni nouam gubernationis Liuoniæ formam, Poloniæ rex; de E- M. D.
piscopo & collegio ecclesiæ VVendensis nouo, in locum Archiepiscopi Rigensis LXXXIII.
& cæterorum, qui proximis bellis aboliti ac extincti essent, à se fundando: de vtraq; Religione Augustanæ Confessionis, & Catholica, pariter toleranda: de tribus præsidibus, VVendæ, Derbati, Parnouiæ, & supremo Liuoniæ gubernatore Rigæ sedem habituro: de Iudicijs terrestribus: de conuentibus publicis, ad quos appelletur: de executione: de iure municipali: Pace publica: commercijs, &c. promulgat. Derbati, senatum nouum, ex ciuibus Germanis, quatuor Cos. & tredecim Senatoribus eligi permittit, anno 25. postquam à Russis vrbs occupata, & prior gubernationis forma abolita erat.

Romæ, vbi templum Iesuitis superiore anno attribuerat, nunc Collegium etiam seu Gymnasium additurus, præpositum Iesuitarum per Sarmatiam prouincialem, duodecim Iesuitis comitatum, ad Senatum Rigensem, cum literis regijs, mittit. Qui prolixa oratione primùm vocationem suam & collegarum, quos vnâ adduxisset, legitimam esse, nec se sponte currere, sed à Romano P P. & rege

Polo-

M. D. LXXXIII. Poloniæ missos esse, literis Regijs demonstrat: deinde finem ac scopum instituti, ac res gestas Iesuitarum, Thralonicè prædicat: eos omni hominum generi, statui, nationi, quæ sub cœlo est, seruire; ac omnium saluti & commodis, quantum in se est, domi, militiæq; consulere, sicut superiore annno Moschicum bellũ composuerint, & Liuoniæ vniuersæ, post tot annorum calamitates, pacem & quietẽ confecerint; se adire Anthropophagos, Brasilienses, Sinas, Iapones, Mauros, Turcas, vt eos ad Christum conuertant. In pace autem, iuuentutem instituere, & pueros à primis elementis per omnes artes liberales, ad supremam vsq; Theologiam informare: populum concionibus verbi Dei & sacramentis pascere: dissidentes reges, principes & priuatos, ad pacem mutuamq; concordiam traducere: ægrotis animamq; agentibus adesse: captiuos visere ac solari: fontesq;, qui morte mulctandi sunt, ad patibulum vsq; comitari: & hæc omnia, non lucri alicuius aut mercedis temporalis gratia, sed gratis præstare, nihil petere, nihil sperare, nihil admittere; Imò beatos se iudicare, cùm pro his laboribus contumeliam pati, vel vitam & sanguinem profundere liceat. Tales homines, eodem spiritu, quo Menardus ille sacerdos sanctus olim, in Liuoniam venientes, vt saluti eorum præsenti ac æternæ consulant, benignè à Rigensibus excipi & foueri debere, præsertim cum condita Academia, Remp. florentissimam reddere, splendorem, cultum & frequentiam ciuitati addere, sapientib. & doctiss. viris eam ornare, & pecunia à peregrinis scholasticis illata locupletare studeant. Insigne hoc beneficiũ collegij & Acad. Iesuiticæ offerri à rege ciuitati Rigensi non petenti, fortè nec cogitanti, q̃ alij principes, archiep. Gnesnensis, Calisij; Cuiauiensis in Pomer. archiep. Leopoli, & alij, summis votis expetentes, consequi nondum possint. Cùm igitur cernant Rigen. potentiss. & sapientiss. regẽ & Iesuitas, commodis suis & lucris, & liberorũ suorum educationi, totiusq; vrbis splendori ac ornamento, collegij illius institutione studere: vnum illud à Senatu petere, vt quorum pacificus est in vrbẽ Rigam ingressus, pace quoq; ijs in ea frui liceat, & à nullo in suis ministerijs impediantur. Senatus Rigensis, oratione audita, deliberandi spacium sumit, & re cum ciuibus suis communicata, *Per Syndicum Reipublicæ Gothardum VVellingium respondet, satis sibi de præclaro S. R. Maiestatis constare animo, cuius hæc prima & antiquissima cura sit, vt Deum opt. Max. à quo vno, quæ verè bona sunt, emanant omnia, humanis rebus, quæ fluxa nimis infirmaq; sunt, vniuersis anteponat, nullumq; ei in condenda & instituenda Academia præter pietatem in Deum & communem plurimorum vtilitatem propositum esse finem alium. quem quidem qui optent sapientes; qui assequantur, felices iure existimentur. Sed cùm in tanta opinionum, consiliorum & voluntatum humanarum diuersitate, summa de Medijs, ad finem certum & optatum ducentibus, iudiciorum dissimilitudo & varietas sit: non omnium idem esse iudicium, an instituti Academia in vrbe Rigensi, ad finem illum quem omnes spectent peruenire possit? Cùm quòd per illam Religionis vel mutatio, vel saltem variatio necessariò introducatur, tum quòd ex vsu ciuitatis nequaquam futura videatur. Fieri enim non posse, quin Academia, in emporijs, maritimis præsertim, seminarium sit & fomentum perpetuum multarum dissensionum, seditionis, & exitialis discordiæ. quin & Iurisdictio ciuitatis & disciplina omnis labefactetur, variaq; vtrig; parti incommoda inferantur, in quibus ciuium & aliorum vel conscientiæ vel aliæ rationes non ferant, vt dum naualibus illis aut sordidis rusticorum mercimonijs anxiè intenti, studiosis hospitandis operam nauare, eorumq; potius quàm rei familiaris curam gerere vel velint vel possint. Hinc non imprudenti factum consilio, vt in nullis ferè, vel perpaucis admodum Germaniæ, Italiæ, Galliæ emporijs, Academiæ institutæ, sed in vicina potius illis, solitaria & excolendis literarum studijs magis idonea oppida, in quibus vel nulla principis aulæ, vel frequens negociatio, vel externorum hominum varius confluxus, cæteraque impedimenta, literarum studia vel obscurare, vel peruertere possint, translata conspiciantur. Neq; enim (vt ex multis pauca ob oculos ponantur) in Italia, Florentiæ, sed Senis, non Amonæ sed Bononiæ; non Venetijs, sed Patauij, non Mediolani, sed Papiæ; non Genuæ, sed Augustæ Taurinorum. In Germania verò, non Augustæ vindelicorum, sed Ingolstadij; non*

Nori-

Noribergæ, sed Altorfij; non Francofurti ad Mænum, sed Marpurgi; non Amsterdami M. D.
vel Antuerpiæ, sed Louanij; non Magdeburgi, sed Vitebergæ; non Brunsvvigæ, sed LXXXIII.
Helmstadij; non Lubecæ Hamburgi, vel Lunaburgæ, sed Rostochij; non Sundy vel Stetini Pomeranorum, sed Gnipshvvaldij; non Gedani, sed Brunsbergæ, Academias institutas reperiri. cùm tamen maiorum illarum ciuitatum, qualibet vel Academiam ipsa condere, vel eius condendæ facultatem facilè impetrare potuisset, vel pro humana inuidiæ consuetudine ex minoribus illu vicinis ciuitatibus Academias, si vtile sibi ita visum foret, facili ratione iamdiu ad sese derivassent. Quod tamen vt committerent, hactenus tantum abfuisse, vt Rostochiensium ciuitati, si ex communi ciuium senatusq. iudicio res æstimetur, Academia pro onere sit: sed tamen quia antiqua est, veteri fundatione toleretur. Et quanquam ciuitas Rigensis, cum nulla ferè prædictarum insignium vrbium comparari, quo ad excellentiam, possit; causas tamen cum illis, non adscendæ Academiæ, planè communes habere, cui quidem & alia accedat, quæ Rigensi ciuitati cum nulla cæterarum sit communis. Verendum enim esse, ne qui iam in eam animi curam incumbant, vt proteruia & petulantia omnis coërceatur, tranquillitas publica conseruetur, néue quicquam committatur, à quo regis, clementissimi sui principis, animus abhorreat: Per Academiam, illa, quæ ex religionis diuersitate mala infinita proficiscuntur, simul inducantur omnia: conscientiæ ciuium, pax & concordia publica turbetur, singulæ domus seditionis & dissensionum procellis agitata, totaq. tandem ciuitas gliscentibus odijs & discordijs intestinis, prostrataq. iurisdictione, interitum suum prius quàm fructum ex eare aliquem persentiscat, de quo, in regnis, prouincijs, vrbibus frequentissimis, res ipsa loquatur. Cuius quidem declinandi mali causa S. R. M. suo speciali quodam tum verò super modernis templorum habitu tractatibus, iterato priuilegio, confessionis Augustanæ liberum vsum, & liberas conscientias sine vllius impedimento, ciuitati, prudenti consilio clementissimè indulserit. Quocirca sperare senatum & ciuitatem Rigensem, S. R. M. quæ vti ad pietatem, ita ad consilium & rationem omnia referre solet, pro admirabili sua sapientia & iudicio exquisito id intellecturam, non minus multorum conscientijs, & tam Rigensi, quàm cæteris maris Baltici, vel alijs etiam maritimis emporijs, Academiam, grauissimo potius oneri & incommodo, quàm vtilitati cessuram, & Regiæ Maiestatis suæ vrbi, Academia constitutionem incommodissimam & funestam fore. Itaq. ne fiat S. R. M. subiectissimè rogant. Ad eos verò quod attinet, qui ad D. Iacobum & in vicino Monasterio religionem suam exercent, & in posterum exercere volent, senatum seuerissimè adnixurum, vt ipsis nulla a quoquam iniuria affectis, benevola securitate, & tranquilla pace, liberè perfrui liceat. Hac responsi, Iesuitis, Academiam Rigæ inchoaturis, à Senatu dati, summa fuit.

Paulò post, Rigæ, vbi Burggrauius, ratione officij, liberam in nobiles, vrbis tranquillitatem turbantes, iurisdictionem habebat, accidit, vt quidam ex Gubernatoris regij in arce residentis, ministrus, in platea, impetu in ciuem faceret, à quo tamen lasus ipse nunquam fuerat. Ciuis, vim sibi illatam Burggrauio Casparo Bergio indicat, qui missis in hospitium publicis ministris, Nobilem vocare iubet. Hic elapsus, de iniuria sibi illata apud Gubernatorem regium in arce queritur, à quo citatus Burggrauius, exceptionem de incompetentia fori, & priuilegia ciuitatis & instructionem suam opponit. Postea vt officij suiiura & ciuitatis Priuilegia tucretur: citatus non comparet. Condemnatus igitur quasi ob contumaciam, ad regē ipsum controuersiam totam defert, qui Burggrauium absoluit, & Burggrauij auctoritatem confirmauit. Gubernator etiā decretum prius à se latū, deinceps alio decreto planè sustulit, & Burggrauiū liberum pronunciauit.

MAGNVS Holsatiæ dux, Frider. II. Daniæ regis frater, quem Liuoniæ regem à Ioanne Moschorum tyranno nominatum, illiusq; affinem fuisse, & tandem ab illo discedentem, in diœcesin Curonensem redijsse, diximus: die 18. Martij, in locum suum abijt. Diœcesin Curonensem, ab eo relictam, nobiles quidam Polono: quidā Daniæ regi deferebant. Ioan. Behr, Danicarum partium, qui ad Daniæ regē legatus eo nomine profectus erat, à Polonis quibusdam, sine regis mandato, vt ferebatur, obsessus se defendit: donec tandem ambo reges, duci Borussiæ, velut arbitro, controuersiam ex æquo & bono transigendam commiserunt.

M. D. LXXXIII. In Belgico, Franciſcus Andegau. dux Brabantiæ nouus, aduocatis recentibus Gallorum & Heluetiorum copijs; cùm ſummæ Belgarum expectationi, de liberanda ex Hiſp. tyrannide patria, tandem reſpondere & aduerſus hoſtem Parmenſem, ac Hiſp. omne ſui exercitus robur, conuertere velle exiſtimaretur: Perfidè & fraudulenter, Antvverp. Brugas, Dunkircham, Nyportũ, & alias eadem die inopinantes opprimere, ac purũ & liberum in eis imperium, nulla priuileg. quæ ſeruaturum & defenſurum ſe iurârat, ratione habita, obtinere die 7. Ian. (quæ Belgis, Cal. Gregoriano vtentibus, dies 17. fuit) conatus eſt. Hiſtor. ſenatus Antvver. ipſe publico ſcripto expoſuit. Cuius hæc ſumma eſt. Cùm ab Hiſp. tyrannide liberatæ prouinciæ vnitæ inferioris Germaniæ principem requirerent, cuius potentia & beneficio defenderentur; nullum magis idoneum viſum eſſe duce Andegauenſi, filio, & fratre Galliæ regis vnico, quem primò in protectorem, deinde in Dominum & principem elegerint. ad quod cùm alia, tùm & regni Galliarum ſitus, ad iuuandum & impedienda auxilia Hiſpanorum accommodus, tùm quòd regem Galliarum partes ſuas, ſicut & in contractu diſertè promiſſum ſit, interpoſiturum ſperarent, eos permouiſſe. Quamuis autem meritò, cædes Pariſienſis, & bella inteſtina Galliæ, religionis nomine ſuſcepta, Belgas deterrere potuiſſent: tamen conceptam illam de bonitate, iuſtitia, prudentia principis Andegauenſis opinionem, tum quòd in eâ de Pariſienſi innocens ſit inuentus, & quòd ipſe præcipua fuerit cauſa pacis inter Regem & reformatæ religionis principes, Belgas induxiſſe, vt non tantùm eum in protectorem, ſed etiam Dominum eligerent, eiq; fidelitatis iuramentum præſtarent. Licet etiam Antvverpienſes poſtremi fuerint in eodem principe ſuſcipiendo: primos tamen ei fidelitatis iuramentum præſtitiſſe, & omnibus eum ſubiectionis debitæ officijs proſequutos eſſe: cùm ex Anglia in Zelandiam veniret, non tantùm literis Reginæ commendatitijs inſtructus, ſed multis etiam principibus & Dominis eiuſdem regni Angliæ comitatus: coram quibus Andegauenſis, vt dux Brabantinus & ſacri imperij Marggrauius, iuramentum de priuilegijs vnitarum prouinciarum omnibus fideliter tuendis præſtiterit. Quæ omnia ſpem calamitatum patriæ finiendarum, recuperandæ pacis, ſecuritatis conſequendæ, & priſtinæ felicitatis potiundæ, incolis earum regionum feciſſe. Ideoque etiam nouo Domino, magno ſumptu, triumphos, vt patri patriæ, Antvverpienſes præcipuè exhibuiſſe, donisque maioribus ornaſſe, quàm ciuitatis vaſtatæ, incenſæ, ſpoliatæ ab Hiſpanis recenter opes permiſerunt. Hæc cùm ita ſe habeant, tamen rem ipſam oſtendere, Principem Andegauenſem, ſub prætextu iuſtitiæ, nihil aliud quæſiuiſſe, quàm vt vi & inſidioſis practicis prima occaſione, ciuitates, & inter eas præcipuè Antvverpiam opprimeret. Nam & militiæ duces plurimos in ciuitatem vocaſſe, & in ſua aula hoſpitium pluribus militibus conceſſiſſe, & 4000. Heluetiorum ex Gallia accerſita, ad vrbem propius accedere iuſſiſſe, vt ſe cum reliquis militibus ibidem hybernantibus coniungerent. Deinde, cùm ſexta menſis Ianuarij, conſul Antvverpienſis, Doctor Petrus Aloſtanus ad eum ſerò admodum accederet, eiq; indicaret; ſuſpicari quoſdam, ea nocte tentandum aliquid contra ciuitatem, ſubmiſſeq; peteret, vt vna hora catenæ ciuitatis citius clauderentur: Andegauenſem multis rationibus omnes ſuſpiciones diluentem conceſſiſſe, vt ea nocte laternæ ex omnibus ædibus ſuſpenderentur. Poſtero die, qui fuit ſeptimus Ianuarij, accerſito ad ſe principi Vraniæ, conſuli Antvverpienſi, & octouiris militiæ præfectis, longa oratione vſum, tùm ipſum, tùm Quintium Cancellarium aſſeueraſſe, nunquam ſibi hæc de opprimenda vrbe in mentem veniſſe, teſtatum affectionem & amorem ſingularem, cùm erga omnes prouincias inferioris Germaniæ, tùm præcipuè erga ciuitatem Antvverpienſem, omnibus modis illud egiſſe, vt ſuſpicionem conceptã opprimendæ & inuadendæ vrbis, ex animis principis Vraniæ, conſulis & octovirorum euelleret, quod quidem non difficile factu ei fuerit. Diſſuaſiſſe tamen principem Vraniæ, ne eo die luſtrandi exercitus cauſa vrbe egrederetur, cui conſilio ſe parere velle promiſerat. Sed cùm aulæ magiſter Byronius, ea nocte in caſtris pernoctaſſet, & quia conſtitutum erat eodem

dem die in alijs vrbibus inopinantes opprimere: metuentem ne si ea die intermitteretur, proditionis consilium aliunde emanaret: hora prima sub prandio, comitatum equitibus circiter 200. & corporis custodibus omnibus, tàm Heluetijs quàm Gallis: ad portam Kipdorp nomine contendisse, quæ ipsius mandato etiam recluſa sit. ante cuius accessum multos equites præcurrentes, per diuersas plateas, tanquam illac transiturus esset princeps, catenas recludi & amoueri iussisse. Per transientem igitur portam, cùm secundum pontem sublicium, iam superasset, famulo quodam simulante se crus fregisse, ad illius clamorem reliquos equites & pedites in ponte substitisse, vt ea mora aduentantia vexilla equitum & peditum simul ingrederentur. quæ cùm portæ appropinquassent, signo dato, Gallos equites præsidia ciuium in porta collocata obtruncasse; & qui se crus fregisse simulauerat, ciuem, qui eum ad chirurgum ducturus erat, ense confodisse. nec mora, nobiles Gallos omnes, præter paucos, qui cum Andegauensi exierant: in ciuitatem redijsse, clamitantes: Ciuitas victa, ciuitas in potestate est, viuat Missa, viuat Missa. Andegauensem autem acclamasse militibus, vt citò & celeriter ingrederentur; ciuitatem enim in potestate esse, & sic signa peditum 17. & 4. equitum ingressa: mandasse simul Andegauensem, vt Heluetij cum reliquo exercitu etiam accelerarent. eoq; faciliorem fuisse Andegauensi ingressum, quòd hora prandij esset, & omnem suspicionem antea ipse ex animis ciuium remouisset. Gallos igitur ingressos vrbem, primùm portæ mœnia occupasse, deinde per diuersas plateas ad interiora vrbis penetrasse, vociferando, Interfice, Occide, viuat Missa, Ciuitas in potestate est. Ciues autem animaduertentes vrbem hostiliter inuadi, confestim ex ædibus se proripientes initio valdè paucos se muri instar vniuerso exercitui opposuisse: & ne vlterius progrederentur catenis, obiectis vetasse. Interea ciuium aliquot signa se collegisse, quos omnipotens DEVS ita animârit, vt hostes terga vertere cogerentur. Ibi Gallos, qui antè plenis signis ad forum vsque penetrarant, & obuios quosque interficiebant, quique portam & mœnia vtrinque plus hora vna occuparant, ad portam recurrentes, non paucos in fossam se præcipitasse. Etiam in propinquo vrbis fuisse Heluetiorum signa cum toto exercitu, quem summa diligentia ex Burgerhaut euocarat, vt ingressis auxilio essent. Ciues verò, qui iam mœnia recuperarant, torménta maiora in aduentantes disploſisse. Cùm igitur Heluetij totusque exercitus cognosceret, res aliter, quàm existimarent, in vrbe cessisse, vlterius non progressos, neque ingredi alios potuisse, propter aceruos cadauerum in porta accumulatos. Ex ciuibus fortissimè dimicantibus pro salute patriæ interfectos, exceptis vulneratis, circiter octoginta, ac inter hos ex Octouiris fortissimum virum Adrianum Vierendels Aloſtanum, & capitaneos quosdam virtute præstantes. Ex parte Gallorum cæsos plures 1500. præter vulneratos & captos, & postea ex vulneribus mortuos. Captos, circiter 1400. & inter hos non paucos nobiles & Dominos. Andegauensem eadem die missis in vrbem legatis, satis significasse, à se hanc totam actionem institutàm. Legatis nihil responsum, sed reiectà omnia in deliberationem principis Vraniæ, & statuum Brabantiæ, quibus placuerit certos legatos ad Andegauensem mitti. Qui inde ad cœnobium S. Bernardi, inde in Duffel & Viluordiam profectus, ex itinere literas ad senatum Bruxellensem & Mechlinienſem dederit, quibus culpam omnem in Antvverpiam reiecerit; factumque ita extenuârit, vt tumultum in porta subortum appellârit. Antuerpienses paulò antè principi Andegauens. 70000. florenorum ad soluenda stipendia militum veteranorum contulerant, qua pecunia ad opprimendam vrbem vsus est. Nec verò Antuerpiæ tantùm proditionem hanc sceleratam Galli tentarunt, sed eadem die, eademque hora, in multis ciuitatibus, Brugis, Dendermunda, Dixmuda, Nyportu, Dunkerka, VVinociberga, Viluorda, eadem proditio instituta est, in quibus plerisque feliciter, sed Brugis infelicius, hic conatus Gallis cecidit.

M. D. LXXXIII.

Ac ne Belgicum solum tumultuaretur; in vicina etiam Colonienſi diœcesi, bellum ineunte hoc anno funestum, Gebhardo Archiepiscopo, exarsit. Qui cùm

M. D. LXXXIII. postridie Natalis Christi, Declarationem suæ voluntatis, de doctrina Euangelij & administratione Sacramentorum cum verbo Dei & confessione principum ac statuum Augustæ Carolo V. exhibita congruente, subditis suis eam expetentibus permittenda, & libero exercitio vtriusq; Religionis, Pontificiæ & Confessionis Augustanæ, iuxta pacem Religioni in Imperio datam, defendendo, publicasset: statim Pontifex, Imperator & alij principes pontificij, senatusq; ciuitatis Colonienſis, apud capitulum de alio eligendo institerunt; eoq; res deducta est, vt archiepiscopus ad sui instituti defensionem milites conscriberet, prius tamen ciuitate Bonna & alijs plerisq; locis oportunis occupatis. Alexander dux Parmensis, Belgiæ Gubernator, auxilia tàm Capitulo quàm Senatui Colonienſi, per Carolum comitem Arenburgenſem legatum obtulit, & neutiquam hæc ferenda suasit. Electores & principes coniuncti Augustanæ Confessioni, archiepiscopum non deserendum initio iudicabant, sic, vt vtraq; pars suos haberet fautores. Sed rem aliquantò altius repetam. Ante declarationem archiepiscopi publicatam, propter res non maximi momenti, odia inter eum & senatum Colonienſem gliscebant. accessit postea denegatio exercitij Augustanæ Confessionis ciuibus à Senatu facta, ob quam Principes eiusdem Confessionis, ciues adiuuerunt. Vnde factum, vt plerique Augustanæ Confessionis ordines, apud legatos senatus, in superioribus Comitijs, pro ciuibus intercederent. Re ad Senatum delata, is ciues ad archiepiscopum remisit, quasi huic soli incumberet, negotio religionem concernenti prospicere. Ciues Electorem adeuntes, non tantùm facile, vt in tribus templis puram doctrinam publicè profiteri liceret, sed & mandatum, ne senatus eos impediat, obtinuerunt.

Dux ergo Ioannes Palatinus, tàm electoris Palatini, eiusq; fratris Ioannis Casimiri, quàm suo nomine, ad archiepiscopum, deinde in ciuitatem Colonienſem contendit, intercedens inter arch. & Capitulum, item inter ciues & senatum. 27. Ianuar. Intercessione principum capitulo exposita, ad conuentum ordinum archiepiscopatus res reiecta fuit: in quo licet multi viri boni pro electore sententias strenuè dixerunt, tamen à diuersum sentientibus multitudine votorum victi sunt. maioribus conclusum, archiepiscopum cedere debere, & ante omnia Capitulo & statibus quæ abstulit restitutis, cum eo de certa annua pensione agi posse. Legatis principum ac ciuitatum nihil omninò responsi datum: sed Friderico duci Saxo. chorepiscopo iunctum, vt conducto milite, Diœcesin nomine Capituli occupare, & Bonnam recuperare studeret. Is præter multorum expectationem, primo aditu Cæsaris VVerdam obtinet. Quare consultius legatis visum, Electorem Colonienſem ex illis locis ad tutiora se conferre, donec iustus exercitus conscribi possit, relicto Bonnæ Carolo fratre & comite Friderico Zollerenſi cum præsidio 500. militum.

Elector Colon. priusquam abiret, nuptias cum AGNETE Mansfeldica, Bonnæ, publicis ritibus celebrat. Erat hæc Ioannis Georgij comitis Mansfeldiæ filia, qui ex Catharina, Alberti comitis M. nata, tredecim liberos, ac in his Agnetem istam ingenio & forma præstantem reliquit. ac Mansfeldiæ comitum Genealogiam alibi recitaui.

Adiungo autem archiepiscopi etiam familiæ Truxesiæ in Sueuia latè propagatæ, seriem; vt cognatio huius, cum Ottone Truxesio Cardinale Augustano, & alijs, cerni possit.

Eberhardus. Vxor Agnes, ducis Tekensis filia ⊕ 1386.

|

IOANNES anno 1400. solus ex tota familia Truxesiorum superstes.
⊕ 1403. vxor quarta, Vrsula ab Abensperg.

Eberhardus, emit comitatum Sonnenburg.

Iacobus, in Palæstinam profectus ⊕ 1460.

Georgius ⊕ 1467.

Ioannes

Ioannes, præfecturam Sueuiæ vendidit Duci Austriæ ⊕ 1505.

Ioannes, Vlrico duci VVirtebergico iuueni familiaris ⊕ 1511.

VVilelmus Senior.

Georgius dux fœderis Sueuici in bello VVirteberg. 1519. & Rusticorum 1525. consiliarius Caroli V. & Gubernator ducat⁹ VVirteberg. nomine regis Ferdinandi, ⊕ 1531. Stutgardiæ.

Christophorus ad quem extat Erasmi epistola lib. 19. ex Tunetana expeditione rediens Pauiæ in Italia ⊕ 1535.

Iacobus ⊕ 1542. in Vngaria.

OTTO Cardinalis Augustanus.

VVILELMVS. vxor Ioanna, Friderici comitis Furstenbergij filia.

Friderieus.

GEBHARDVS archiepiscopus Colonienſis electus 1577. pulsus 1583. vxor Agnes Mansfeldia.

Ferdinandus in Belgico perijt, 1585.

CAROLVS, Bonnæ captus. vxor Eleonora, Caroli Zollerensis filia.

Christophorus apud Ferdinandum Austriacum aulæ præfectus, vxor Anna Maria, Henr. Furstenbergici filia.

Gebhardus Elector, peractis nuptijs, Dillenbergam iter conuertit. istinc Marburgum, & tandem in VVestphaliam peruenit, ac primo aduentu trecentis equitibus & aliquot sclopetarijs loca illa occupauit, & nouo iuramento omnes subditos sibi deuinxit. Deinde conuentum ordinum VVestphaliæ, Colonienſi diœcesi coniunctæ, indixit, ad quem legatos elector cæteriq; Palatini, vnà cum Landgrauijs Hassiæ miserunt. inprimis autem, diligenter & fideliter, Ludoicus elector Palatinus & apud Cæsarem & capitulum & Senatum Colonienſem pro Gebhardi Truxesij dignitate & statu retinendo laborauit, quem vicissim virulentissimè Cleinsorgius quidam, præcipuæ inter consiliarios prouinciæ illius autoritatis oppugnauit. 18. Martij.

Postquam verò Bonnâ Gebhardus discessit, Carolus comes Arenbergius, 4000. peditibus & 600. equitibus Bonnam accessit, dediq; sibi nomine Capituli postulauit, addita comminatione, ni id feciſſent, subsecuturum totum exercitum Hispaniæ regis obsessurum ciuitatem. Quo cognito, archiepiscopus, dissimulata electoris dignitate, cum paucis ad Ludouicum electorem Palatinum & fratrẽ illius Ioannem Casimirum, auxilia petendi, & milites conscribendi causa profectus est. ac Ioannes Casimirus, rogatu illius, equites & veteranos pedites, ex Heluetijs & Rhenanis prouincijs, vicinisq; regionibus conscribere, & conuocare iubet. Cùm igitur vtrinq; bellum appararetur, ecce legatus Pontificis, Andreas Cardinalis Austriacus, Ferdinandi archiducis ex Philippina VVelseriana secundo genitus, cum Ioanne Francisco Vercellensi, face belli inter ducem Sabaudiæ & Bernates, alioq; episcopo Italico, item auditore Rotæ vno, & quatuor Iesuitis, 140. equitibus comitatus, per ducatum VVirtenbergensem & Palatinatum, Spiram ingreditur. Ioannes Casimirus, ab eo salui conductus nomine requisitus, planè denegat, nisi prius tradat episcopum Vercellensem, promittatque se ea, quæ in mandatis à Pontifice habeat, non executurum. In continenti quoq; subditos suos conuocat, omnes aditus viarum diligentissimè obseruat, aliquot præcipuos ministros Cardinalis capit & custodiæ tradit, literas quorundam principũ intercipit, & ipso facto Pontificiorum se hostem declarat. Cardinalis videns se vlterius progredi non posse, quatriduum Spiræ commoratur: tandem verò senatu Spirensi deprecante, vt aliò se conferret, ne administrationi iustitiæ impedimen- 5. Martij.

M. D. LXXXIII. tum afferret, ciuitati vicinos principes inimicos redderet, & ciues in se irritaret propter vigilias extraordinarias; retrò Hagenoam & inde Brisacum ac Oenipontem reuertitur. Vercellensis verò per Lotharingiam, archiepiscopatum Treuirensem, & Luceburgicum ducatum, Coloniam versus iter instituit.

Summa legationis fuit, vt nomine Pontificis, archiep. dignitate ecclesiastica priuaret, & Capitulo alium eligendi potestatem faceret: quibus peractis, inuocato brachio seculari Pontificiorum, vi nouum electum introducant, confirment & defendant. Erant etiam quidam ex principibus circuli Rhenani, qui exercitum conscribendum putarent, ad defensionem constitutionis Imperij de non introducendo intra fines Imperij externo milite, quod à Capitulo Colonensi factū conquerebantur. Imperator sedulò de his rebus admonitus Conuentum trium electorum, Moguntinensis, Treuiri & Palatini, Bingæ indixit, vt compositionem inter Gebhardum electorem ac Capitulum Colonense tentarent. Sed vbi legati Palatini præfixa die comparuerunt, personasq; ad illum actum legitimare voluerunt: Moguntini, mandata recipere recusarunt, prætendentes nulla compositione deinceps opus esse, quòd Pontifex Gebhardum Truchsesium iam episcopa & electoris dignitate priuarit, capituloq; petente diem præfixerit, intra quem alium eligere debeat; ideoq; nec imperatori, neq; sibi licere, contra voluntatem pontificis in causa illa quidquam amplius agere. Sic à Pontificijs delusi legati infecta re Heidelber. remissi sunt. Coloniæ, Gebhar. cum 4. Canonicis, vti antea quoq; Romæ factum erat, imagines à pueris per ciuitatem tractæ, in Rhenum prouolutæ sunt. ac ERNESTVS Bauarus, Alberti filius, procurante Pontifice, Imperatore, Parmensi, & alijs, electus est. In cuius nomen, paucis interpositis diebus, à Capitulo possessa iurarunt. At Bonnæ traditionem frustrà quæsiuit. Quare Parmensi à Pontifice & Imperatore immissio demandata est. Is ad eam obsidendam aliquot millia peditum & equitum, ducibus Salentino Eisenburgico, Carolo Arenburgico, Reifferschidio & Chorepiscopo Friderico duce Saxoniæ Lavvenbergico misit, qui licet exercitum in vicinia haberent, tamen obsidionem non inchoarunt.

22. Maij.

22. Maij.

Ioannes Casimirus dux Palatinus interea exercitum colligere cœpit, & in his

30. Iunij. selectissimas cohortes ex Heluetijs & Gallis conscripsit, qui Abbatiam Murbacensem & episcopam Basilienſem ingressi, cùm archidux Austriæ in Alsatia transitu eos prohibere tentasset: viam vi sibi aperuerunt, quorum dux fuit Petrus Beuterich, Ioanni Casimiro Palatino à consilijs, qui per Rhenum descendens, egregio strategemate Ernesti Bauari exercitum, qui Andernaci oppositus ei erat, delusit, omnesq; incolumes Bonnam deduxit, vbi quies paucis interpositis diebus militibus data est; pòst eruptione facta, hostes satis feliciter aliquot velitationibus tentauit, quædam etiam loca, præda militibus concessa, & inter hæc pagum Tuitium, qui è regione Coloniæ situs est, expugnauit. Sed reducto milite, Salentinus Tuitium recepit, impositoq; præsidio 200. sclopetariorum. Hi paulò post ad internecionem omnes à Gallo milite occisi, & totus pagus cum vetustissimo monasterio, perpetuis Ruperti Abbatis Tuitiensis scriptorum monumentis celeberrimo, ibidem igne deuastatus est. Ioannes Casimirus exercitum in comitatu Sein lustrare incipiens, statim præfectorum suorum fraudes consuetas perspexit qui cohortes promissas integras non adduxerant: parùm etiam archiepiscopus Gebhardus, fortè rei militaris peritia adhuc destitutus, eorum quæ promiserat, & ex conuentione debebat, præparauerat. Ideo sex integræ septimanæ, in vno eodemq; loco consumptæ sunt, cum summo detrimento subditorum eius loci. postea vbi tandem exercitus promoueri cœpit, Cæsaris & Iuliacensis legati castra adeunt, & præfectos omnes ad defectionem clàm adhortati sunt, additis etiam minis, nisi relictis castris, etiam inuitis eorum ducibus discedant, breui omnes in periculum bonorum, famæ & vitæ peruenturos. His auditis, præfecti Rhenum transire & hostem aggredi detrectarunt, sed tantùm stipendia, hyberna & obsidibus non tantùm de futuris stipendijs, sed etiam si proscriberentur ab Imperatore & Electoribus, de restituendis bonis & honoribus, sibi caueri petierunt. Et licet

dux per

dux per ſuos & alios cum ijs clementer & amicè ageret, vt ſeditiones ſopirentur, tamen omnia fruſtrà tentata ſunt. Dum itaque in ea ripa Rheni caſtra ſæpè moueret, & tandè omninò de obedientia deſperaret, imò propria perſona apud ſuos tuta non eſſet, nam obſeruabatur, ne caſtris, etiamſi maximè voluiſſet, egredi poſſet; ſicque in ſummo periculo verſaretur: nuncij, qui de fratris Electoris obitu referrent, tempeſtiuè aduenerunt: cuius obitus inopinatus animos omnium præfectorum & militum ita mutauit, vt vnanimi conſenſu ſuaderent, exercitum ſtatim dimittendum, Electoratum occupandum: &, vt mandatis Imperat. quibus milites in vtriſque caſtris auocauerat, obedientiam præſtare velle oſtenderent, legatis Imperatorum & Electorum, ſimul ac gregario militi, hanc cauſam dimiſſionis ſignificandam placuit. Quare altero die exercitus dimittitur. Cæterùm dum hæc aguntur in caſtris, legati Imperatorum & Electorum, Francofordiæ, inter Erneſtum & Gebhardum compoſitionem tentant. vbi cùm duos menſes integros ea de re diſceptaſſent, tandem proponunt hæc media: Gebhardum dignitati electoris & archiepiſcopi (reſtitutis omnibus prouincijs, ciuitatibus, caſtris, villis, priuilegijs, documentis, theſauro) renunciare, & arbitrio Erneſti de annua penſione, quæ ſtatui ipſius conueniret, proſpicienda relinquere debere. At hæc media Gebhardus ſimpliciter reſpuit. itaque magis ex vtraque parte exaſperatis animis diſceſſum 22. Nouembr. quo die Adolphus comes in Neuenar, Morſe & Limburg, Dominus in Alpen, Betbar & Lenep, ad oppidum Huls, cum Erneſti exercitu, occiſis bis mille, qui omnes ferè veterani fuerunt, & antea ſtipendia Hiſpanica, duce Albano, meruerant, abducta perampla præda, feliciſſimè conflixit. Exeunte Nouembri Erneſto arx Poppelderff, cùm ter fruſtrà oppugnata eſſet, ceſſit, & ante octiduum arcem Gudensberg prope Bonnam ſitam, cùm multos ſuorum in oppugnatione amiſiſſet, & planè expugnationem deſperaret, cuniculis actis, puluere tormentario maxima ex parte diſiecit, à quo tempore propius & arctius Bonnam obſidere cœpit, quæ ſequentis anni initio à militibus Gebhardi præſidiarijs Erneſto tradita eſt. Huic Colonienſis belli, præſente anno geſti, Tragœdiæ, binas Pontificis Romani literas, coronidis loco adiungere, qui volunt, poterunt; quarum prioribus, ad fidei Catholicæ conſtantiam, & reuerentiam Romanæ ſedis non violandam, Gebhardum hortatur, & de ſecuturis, ſi pergat, pœnis præmonet: poſterioribus, eundem omni dignitate & officio Archiepiſcopi priuat, & Collegio Colonienſi mandat; ne ei deinceps pareant, ſed alium quàmprimum eligant. M. D. LXXXIII.

HENRICVS Nauarræ rex, cùm magno in periculo eſſe Archiepiſcopum Colonienſem, eandem cum ipſo religionem amplexum, & alias Pontificiorum aduerſus ſe inſtituras proditiones intelligeret: Iacobum Segurium baronem legatum ad electores & principes, puriorem euangelij doctrinam in Germania profitentes miſit, primùm de Concordia eccleſiarum, in Germania, Gallia, Anglia & alijs gentibus, emendatam religionem amplectentium, vniuerſali, per SYNODVM generalem conſtituenda. Deinde, vt communi fœdere principes reformatam religionem ſequentes, aduerſus Pontificis Romani & cæterorum Papæcolarum conſpirationes & perſecutiones, ſe ad mutuam defenſionem coniungant & obligent. Quod vt perſuadeat, in mandatis legato datis, eccleſiarum in præcipuis Europæ regnis reformatarum ſtatum & pericula præſentia ac imminentia breuiter deſignat. Quotquot per Hiſpaniam & Italiam in ſuſpicionem emendatæ religionis veniunt, eos omnes cruci ſubditos, Antichriſti Romani tyrannidem & inquiſitionis atrocitatem & ſæuitiam experiri. In Gallia, concilij Tridentini promulgationem & inquiſitionis conſtitutionem, à legato Pontificis, aduerſus ſenatus interceſſionem, & eccleſiæ Gallicanæ libertates vrgeri. Ieſuitarum artibus Anglorum animos ad defectionem ſæpenumerò impulſos, vt niſi faces illæ ſapientiſſimo Reginæ conſilio extinctæ fuiſſent, clandeſtini illi cœtus & coniurationes in ipſius caput & regni perniciem erupturæ viderentur. Quod ad Scotos attinet, ea nuper in aula, Pontificiorum quorundam artibus & calli-

M. D. LXXXIII. ditate, rerum mutatio contigit, optimis quibusq; & tranquillitatis publicæ studiosissimis, per discordiam procerum & regis adolescentiam in exilium actis, vt nisi maturè prouideatur, ecclesia ipsa in discrimen ventura sit, & bellum inter Angliam & Scotiam exarsurum. Belgarum verò profligatæ res, & ab omni exterorum auxilio imparatissimæ, prementibus Hispanorum copijs & indies crescentibus, impares breui collapsuræ videntur, certo scilicet florentissimarum Ecclesiarum Pontificiæ crudelitati subigendarum exitio. Iam in Heluetia, portenti illius Romani largitionibus & versutia, & turbulentissimis Iesuitarum concionibus, incendia belli ciuilis propemodum hoc biennio excitata sunt, vt scilicet Bernates emendatæ religionis cultores, Sabaudiæ Ducis in eos ex composito irrupturi, armis obruerentur. Suecorum autem ecclesiæ, restitutis in Suecia ritibus Pontificijs, & Iesuitis intima aulæ penetralia peruadentibus, in assiduo metu & dubitatione versantur, vt scilicet abalienato, stellionum illorum fraudibus, Regis animo, aliquid tandem in se grauius statuatur. Iam quod ad Germaniam ipsam spectat, in qua, potentissimorum principum cura & pietate, tutissima ecclesijs præbita sunt hospitia, nihil non Pontifex molitus est, vt tranquillitatem illam & alcedonia conturbaret: quod sanè apertius est, quàm vt longiori explicationi indigeat. In tractu verò Colonienſi, eas nuper aduersus illustrissimum Electorem tragœdias excitauit, quarum Catastrophen, nisi in ipsius caput depellatur, in totius Germaniæ perniciem exituram sperat Pontifex. Ex ijs satis constat, nullam totius Europæ regionem, cui verbum diuinum illuceat, intentatam relinqui, omnesq; illius monstri vires & conatus, ad extinguendam Euangelij lucem conferri. Quod vt facilius fiat, principum eorum, qui superstitionem & idolatriam fouent, conuentum ordinarium siue senatum, per ipsorum legatos, Romæ nuper conflauit, in quo, præside ipso Pontifice, de firmanda & propaganda Romana tyrannide, delendisq; per orbem Christianum ecclesijs, seriâ & quotidiana disceptatione agitur.

Quæ omnia, quum à Rege Nauarreno diuturna cogitatione versarentur, Illustrissimos Germaniæ principes, & reliquos ordines emendatam religionem amplexos, sibi compellandos putauit, ac per eundem Dominum Segurium exhortandos, vt quod Reipub. Christianæ ac totius ecclesiæ amplificationi cedat, arctiorem animorum & consiliorum coniunctionem, ipsi inter se, & cum potentissima Angliæ Regina, & Serenissimo Rege Daniæ ineant, non ad inferendum quidem Pontifici Romano vel ipsius fautoribus bellum, sed ad propulsandam collatis viribus & coniunctis consilijs iniuriam, ne separatim, vt hactenus, aduersus tot inimicorum coniunctas Pontificum authoritate consultationes & conatus congrediamur, nec seiunctis atq; separatis consilijs rem administremus, aduersariorum illa mole alij post alios obruamur, ac dum singuli pugnamus, vincamur tandem vniuersi. Inprimis verò hortatur, vt archiepiscopum Colonienſem Gebhardum, puriorem religionem amplexum, ideoq; à Pontifice depositum, & bello acri oppugnatum, nequaquam deserant, sed omni ratione tuendum & conseruandum statuant: ad cuius belli sumptus, se, gemmarum, pecuniæ, & suppellectilis vim non contemnendam legato suo tradidisse, vt eius causæ defensionem, magnæ sibi curæ & cordi esse intelligatur. Etsi autem ab omnibus principibus, ad quos accessit, legato benignè responsum est: tamen nouis in Gallia, post Andegauensis obitum, incidentibus de regni successione disputationibus ac turbis, pericula aucta sunt.

In Germania etiam, durior principum & statuum, puriorem doctrinam profitentium, conditio facta est. Cùm enim IVDICII CAMERÆ Visitatio mense Iunio institueretur, in qua, Cæs. M. nomine, principem locum Andreas Geil tenebat; quia, Confessioni Augustanæ adiunctis, aduersus Pontificios, de spolijs aut pignorationib. iniustis querentibus; antea religionis Pontificiæ & Euangelicæ Assessores pari numero vtrinq; sex deligebantur, qui de causis illis cognoscerent, & Decreta toti senatui iudicum referenda conderent; sæpè accidebat, vt

inter

inter delectos paria vota manerent, nec de certa sententia & decreto conueniri vnaniniter posset. Id cùm inter cætera visitatoribus à Iudicum senatu indicatum esset: visitatores, qui pleriq; Pontificij erant, Processum in eiusmodi causis, donec in comitijs, de eo, communibus ordinum Imperij suffragijs decernatur, inhibent ac suspendunt: atq; ita assessoribus, qui Aug. Confessionis sunt, in causis, quæ constitutionem pacis publicæ & Religionis concernunt, aduersus pontificios, procedendi potestatem adimunt. Hoc visitatorum, collegarum suorum, audax & temerarium decretum, per legatum electoris Brandeburgici Adamum à Pottlitz, & Syndicum Spirensem, quos solos visitandi ordo, cùm sex vota pontificij contra duo nostrorum haberent, attigit: per publicam protestationem prolixè impugnatum, cum integris actis ad electores transmissum est, vt omnibus publicè constare posset, Augustanæ confessionis consortibus, nullam amplius spem in æquali administratione iusticiæ, super præcipuis constitutionibus Imperij, contra Pontificios superesse. Nec his contenti Reuisores Pontificij, aliquot sententias, anno præcedente publicatas, in causa Ioachimi comitis de Ortenburg, contra ducem Bauariæ VVilelmum, summum eius persecutorem, ob reformationem in comitatu imperij anno 73. susceptam, non tantùm contra iura, constitutiones Imperij & stylum hactenus, tum inter alios, tum inter ealdem partes inuiolabiliter obseruatum, sed & contra decreta omnium Electorum, anno 75. & statuum, anno 76. & 82. in comitijs data, in gratiam Ducis retractarunt. Qua de causa, Comes, qui se nimium grauatum sensit, rem ad Electores, & reliquos status Imperij detulit. Quod & collegium adsessorum, interitum constitutionum ratione pignorationum & arrestorum promulgatarum, per quas pax & tranquillitas publica inter status, imò maiestas imperij & Imperatorum hucusq; conseruata fuit, & quibus tyrannidi potentiorum aduersus inferiores status occursum est prospiciens, fecit: ideoq, Imperatorem & Electores, diligenter admonendos censuit. Qua etiam de causa, politici Electores, conuentum ordinum August. Confess. omnium, Mulhusij indixerunt; qui tamen, exempto interea rebus humanis Palatino electore, successu caruit.

M. D. LXXXIII.

30. Octob.

27. Iunij.

ad 18. Oct.

Is mortua priore coniuge Hassica, ex qua vnicum solummodò filium Fridericum, & duas filias superstites habebat; Gustaui Sueciæ regis, ex filia Catharina, Ezardi Frisiæ principis coniuge, neptem, ANNAM, sedecim annorum puellam duxerat: cùm forte Carolus Sueciæ princeps, sponsæ auunculus, & Ludoici Palatini gener, vnà cum coniuge & sponsæ parentibus adesset. Carolus peractis nuptijs, in Sueciam regrediens, ex Draui ostio soluit, ad quod ventos secundos aliquot dies expectantem, Adolphus Holsatiæ, & Christophorus dux Megapolitanus, in cuius coniugio altera Caroli soror Elisabetha viuebat, inuiserunt. Ipse etiam Carolus, ad Daniæ regem Fridericum, & Vlricum Megapol. illius socerum, Segebergam expatiatus est. Palatinus verò Ludoicus elector, ipsis nuptiarum diebus, in morbum, lentum quidem, sed lethalem, incidit, quo die 12. Octob. tandem extinctus est. Mortis illius nuncio, ad Casimirum, vt paulò antè memini, in castra delato, cùm promissa ab archiepiscopo Gebhardo stipendia non soluerentur, & aliæ difficultates, præter superiùs expositas, accederent: Casimirus, qui causis susceptæ expeditionis illius, scripto grauissimo publicè explicatis, ingentem de se totius Europæ expectationem concitarat, pendentibus adhuc ad Coloniam rebus, exercitum dimisit, & reuersus, Electoris Palatini ditionum, Tutelæ & administrationis nomine, Gubernationem adiuit.

3. Iulij.

17. August.

20. Octob.

In Belgico, Statuum copiæ, ad secundum ab Antvverpia lapidem, prope Rosendal, à Malecontentis profligatæ, & Diestum, aliaq; Brabantiæ oppida & arces, receptæ: DVNKIRCHIA etiam Flandriæ oppidum maritimum & munitissimum post Andeg. discessum: Item Nyportus, Dixmuda capta: HYPRRA obsessa: & Sutphania, à regijs occupata est. Vraniæ Princeps, qui reconciliationem cum Andeg. adhuc suadebat, quem velut Deum seruatorem antea Antvverpiæ amauerant & coluerant, nunc versis vulgi voluntatibus, in odio erat, & captiui instar, certis

8. Iunij.

2. Septemb.

M. D. LXXXIII. certis militum præsidijs in hospitio suo, ne exire, vt cupiebat, in Selandiam nuptias quartas, cum Casparis Castilionei Amiralis Galliæ filia celebrandas set, custodiebatur. Nec fortè dimissus citò fuisset, nisi Hollandiæ & Sel Ordines se commeatuum in vrbem Antvverpiensem importationem prohi ros minati fuissent, ni principem ac Dominum suum liberum ad se egredi mitterent. Mense Octobri, in Flandriæ partem Scaldi finitimam, Parmensi pressione facta, VVasiam, à præfecto traditam, vnà cum arce Rupelmonda, vverpiæ vicina, & oppidis Hulst & Axel, permissa colonis incolumitate, & nis omnibus, si centum millia aureorum contribuerent, & pacificè se gere nomine Philippi regis Hispaniæ occupauit. Qui rex, paulò antè missa in A insulas classe 98. triremium, TERCERAM, inter Azores seu Falconum i Longit. 35. Latit. 37. præcipuam, quæ Antonij nothi præsidio hactenus tenebatur, vi ad deditio exeunte Iulio coëgit, atq; ita totius Oceani Lusitanici & Africani domini titus, & in Lusitaniæ regno, nemine amplius publicè aduersante, confir est.

ELISABETHA, Angliæ regina, Constantinopoli legatos, de negot ne Anglorum libera, & Bailo, seu Iudice proprio, qualem Veneti haben constituendo habuit. quo tempore, bello Persico, post tentatam superiore pacem, sæuius recrudescente, Ferrat Bassa, cum pleriscq; Ianizaris, aduersu sas missus: Imbre Bassa, Aegypto præfectus erat, vt Arabiæ felicis popul 27. Septemb. belles compesceret. In Arctoo hoc orbe, Catharina, Ioannis Sueciæ regi iunx, Sigismundi I. Poloniæ regis filia, relicto vnico filio SIGISMVND Sueciæ electo, & filia Anna, è viuis sublata est. Maria, Pomeraniæ ducis pi coniunx, Ioannis Saxonici electoris filia, cùm 23. annos marito superst isset, postridie epiphaniorum ex his terris euocata est.

FRIDERICO VVilelmo Saxoniæ duci, Sophia, Christophori ducis tenbergensis filia, à Ludoico fratre VVinariam adducta & in matrimonium ta est. Ex nuptijs verò illis, cum Ludoico marito reuertens Dorothea Vrsul roli Badensis filia, Noribergæ, in ferijs Pentecostes extincta est.

Georgius etiam Ernestus, HENNEBERGENSIS princeps postrem cuius coniugio Elisabeth, altera soror Ludoici VVirtenbergensis, viueba ipso anno in viuis esse desijt. cùm ante eum frater POPPO, cui Elisabetha chica, Erici senioris ducis Brunsuicensis vidua, deinde Sophia Ernesti Lunc filia, nuptæ fuerunt, nullis post se relictis liberis obijsset. Nati autem erant principes, patre VVilelmo, pio & constantissimo in veræ religionis doctrin cipe, cui sexta pars Operum D. LVTHERI Germanica inscripta est. qui dulcissimæ promissionis Psalmi exemplum fuit: Plantati in domo Domini trijs Domini Dei nostri florebunt, atq; etiam in senecta virides & florentes Senex enim, non canis modò & annis, verùm etiam antiqua virtute & fide g annum ætatis 81. egressus, tandem piè & placidè in cœlestis vitæ consuetud migrauit. Filius Georgius Ernestus, patris pietatem & virtutem imitatus, ex duabus coniugibus, Elisabetha, Erici senioris Brunsuicensis filia, & Elisab Ludoici ducis VVirtebergensis sorore, sobolem nullam susceperisset; hoc anno tatis 75. rebus humanis exemptus, totam illustrium principum Henneberg liam simul finiuit. cuius ditiones, Domini feudorum, Saxoniæ duces, & ratione veterum pactorum inter familias Saxonicam, Hassicam & Henneb cam initorum occupauere. Vt autem memoria optimorum principum ne Anno 1505. mul cum vitæ & familiæ interitu extinguatur & exoleſcat: seriem principu prà inchoatam, vsq; ad Georg. Ernestum pertexam.

1310. BERTOLDVS, princeps Henneberg. primus, ab Henrico VII. tus propter virtutem, sapientiam, & fidem Alberto I. Henrico VII. & L co IIII. Imp. carus, Coburgam tenuit. fundauit Collegium Smalkalde 1340. die 16. April. †

Hen

†

Henricus I. Coburgi habitauit. ⊕ 1347.

Catharina, nupta Friderico duci Saxoniæ, cuius coniugij occasione Coburgensis ditio ad duces Saxoniæ peruenit.

IOANNES Sleusingæ ⊕ 1359. die 2. Maij.

Henricus. ⊕ 1405.

VVilelmus I. in Cypro ⊕ 1424.

VVilelmus II. ⊕ 1444. 8. Ianuar.

VVilelmus III. duxit Margaretam Henrici Brunsuic. filiam. cum Ernesto duce Saxoniæ Romam profectus ⊕ 1480.

VVilelmus IIII. nascitur 1478. educatus apud Philippum Palatinum. vxor Anastasia, filia Alberti March. Brann. quæ ⊕ 1534. ipse A. C. 1559. anno ætatis 81. placidè tandem decessit, cùm tredecim liberos procreasset & in his 7. filios, Ioannem abbatem Fuldensem, VVolffgangum in bello Gallico 1537. cæsum, Christophorum, VVilelmum, Casparum infantes extinctos, Georgium Ernestum natum 1511. die 27. Maij & Popponem natum 1513. die 20. Sept. qui ambo cùm ætatis annum 70. superassent, nullis post se relictis liberis, familiam Hennebergensem vniuersam (cum ipsis extinctam) concluserunt.

LVBECENSES, suo & fœderatarum ciuitatum maritimarum nomine, in comitijs anni superioris, apud Imp. de rege Daniæ, Vectigalia in Hellesponto suo & alibi, supra modum augente, & nouis subinde accessionibus cumulante, questi erant. Rex vt eorum offensionem & accusationes se non magnifacere, nec Imperatorem iudicem agnoscere ostenderet; Vectigal nouum, quo, de singulis centum salis lastis, vt nominant, centum Ioachimicos pendere mercatores cogebantur, duplicatum à Lubecensibus exegit. Cùm autem hac æstate, Vlricus dux Megapolitanus, regis Daniæ socer, & coniunx Elisabetha, regis amita & socrus, à Daniæ rege inuitati; Haderslebiæ regem inuiserent, eique de Rostochiensibus scisciranti, adhuc inobedientes & contumaces esse, exposuissent: Rex qui illis ipsis diebus filium recens natum, Ioannem, tinctione sacra Ecclesiæ inseri curabat, receptos in gratiam Lubecenses, rursum æquo cum ciuitatibus cæteris onere vectigal soluere permitrit.

Deinde ROSTOCHIENSIS ciuitatis Naues & merces omnes, in Hellesponto, & alijs Daniæ portubus, aresto retinet. & exeunte Augusto literis ad Senatum datis, ostendit, se omni commerciorum iure, in suis regnis eos tantisper prohibiturum esse, donec ab Vlrico principe Megapol. socero suo, documentum adferant, quo sibi ab illis, de omnibus controuersis capitibus, & contumacia hactenus vsurpata, legitimè satisfactum esse testetur. Mense Octobri, celoces etiam aliquot, ad ostium VVarni mittit; quæ exeuntes & aliunde redeuntes Rostochiensium naues obseruent.

Semina verò nouæ huius Tragœdiæ Rostochiensis, ex reliquijs controuersiarum, ante decennium, ex transactione illa solenni ad compromissum sepositarum extiterunt, quarum alibi capita recensui. Quæ cùm ad principum iura in vrbe recuperanda vel retinenda pleraq; pertinerent: Rostochienses aduocati, quantum poterant, cognitionem & processum causæ differebant. Mortuo enim inter initia tractationis altero principe, Ioanne Alberto, Vlrici fratre, compromissum vnà expirasse contendebant. Ideoque ad ordinarium Iuris processum in Camera controuersias deduci oportere. Hæc cùm diutius biennio disputata fuissent, terni ab vtraq; parte Iureconsulti disceptatum, an valeret adhuc vel expirasset compromissum? Gustrouij consederunt, & post aliquot dierum disputationem, tres Rostochienses, illud expirasse; tres Megapol. adhuc valere & vigere, singuli, prout suis Dominis placere & commodum esse sciebant, pronunciarunt. Tandem 1573. 1576.

magno

M. D. LXXXIII. magno labore & sumptu, per legatos electorum Saxon. & Brandeb. compromissum renouatum est.

In quo, cùm ad examen testium progressum esset: tanta Articulorum & Interrogatoriorum moles vtrinq; ab aduocatis coaceruata, & tanta testium non necessaria multitudo producta est, vt totum fere quadriennium in ijs audiendis consumeretur, nec tamen exitus aut finis vllus apparêret. Interea nouæ offensiones subinde incidebant, cùm à pleriſq; mandatis principis, sibi displicentibus, Rostochienses, ad Cameræ iudicium statim appellarent.

Tandem igitur, vt finem his controuersijs, quarum definitio alioqui ad seros nepotes prorogata fuisset, princeps Vlricus imponeret: oblatum sponte à Daniæ rege genero suo auxilium non repudiauit. Rex enim tranquillo eum animo esse, & omninò quiescere iussit: se intra paucos menses ad obedientiam & reuerentiam debitam Rostochienses ei reducturum esse. Detentis itaque in Dania Rostochiensium nauibus & bonis; Senatus à principe Vlrico literas ad Regem intercessorias petit, & amica transactione controuersias componi per delectos ex consiliarijs prouincialibus, orat. Sed post tres menses demum, Tractatio Gustrouij inchoata est. vbi præter nouem illa, quæ ante decennium ad compromissum sepositа fuisse dixi, controuersiarum capita: vndecim noui articuli, in quibus priorem illam transactionem violasse Rostochienses dicebantur, accumulati sunt. De his, cùm vltrò citroq; scripta aliquot commutata fuissent: & postea oretenus de singulis articulis ordine cum arbitris collatæ sententiæ: tandem exeunte Februario, de omnibus transactum est.

M D. LXXXIV. Paulò antè BONNA archiepiscopi Colonienſis oppidum, Gebhardi Truchsesij præsidio, cui frater Carolus præerat, munitum, Ernesto Bauaro recens per collegium electo, nefariè à militibus præsidiarijs proditum, die 18. Ianuarij deditum est. Cùm enim multorum mensium stipendia milites flagitarent, quæ exolui à Carolo non poterant: tradendæ Ernesto vrbis, si stipendia numeraret, consilium ceperunt. Cui cùm Carolus Truchsesius & duo alij inferiores capitanei, Christophorus Bruin, & Balthasar Kochner aduersarentur: à militibus suis capti, & Ernesto quinquies mille coronatos paratæ pecuniæ militibus suis capti, & Ernesto quinquies mille coronatos paratæ pecuniæ militibus pendenti & impunitatem promittenti, exhibiti sunt. Dedita vrbe, de consule vno & altero supplicium sumptum, & concionator Iohannes Northusius, colligatis pedibus manibusq; in Rhenum proiectus est, ex quo miranda Dei ope ad ripam enatans incolumis euasit. Ea vrbe potitus Ernestus, in VVestphaliam cum exercitu traijcit, vbi Arnsbergam & cæteras diœcesis arces & oppida Gebhardus adhuc tenebat, Qui copiolas suas in Vestam Relinghusen, ad Lippiam fl. obuiam Ernesto mittens, cum in velitatione quadam Eitel Henrich, Henrici ducis Brunsuig. filius nothus, fortiter dimicans captus, & pars exercitus ipsi adiuncti dissipata esset: Gebhardus desperata VVestphaliæ defensione, in Hollandiam ad Vraniæ principem confugit, qui Hagæ aliquantisper domicilium exuli cum vxore attribuit. Ernestus exiguo labore, & periculo penè nullo, VVestphaliæ oppida & arces omnes ad diœcesin Colonienſem pertinentes, nemine aduersante occupat. Mense Iunio, Ordines Prouinciæ Gesecenam conuocat, vbi de nobilibus multis, qui Gebhardo adhæserant, & literis ac decretis illius contra Ernestum publicè editis subscripserant, questus: belli sumptus in recuperationem prouinciæ impensos restitui, & præsidia deinceps ordinari flagitauit, & iusticiæ ac pacis publicæ restaurationem promisit. Nobilitas & ciues se vnicum & solum Ernestum archiepiscopum & principem suum, vnanimiter agnoscere, & facultates viramq; pro eius salute profundere, omnes paratos esse profitentur, & quæ belli tempore, à Truchsesio vi metuq; coacti nec rectè edocti quidam contrà egissent, solenniter retractant, & suppliciter sibi ignosci orant. Ad sumptus recuperationis VVestphaliæ ab Ernesto factos, 33000. Ioachimicorum mutuo sumpta contribuent,

buent, & præſidia Brilæ, Geſecæ & Attendori ſuis impenſis alent. Arnsbergam verò & VVerlam Erneſtus ipſe præſidijs muniet. Equites & pedites, tribuni, Ditericus à Bocholt & Chriſtophorus à Plettenberg conducent, vt, cùm vſus poſtulat, in promptu ſint. IVSTITIAE adminiſtrationem & Politiam vniuerſam, archiepiſcopi & collegij Colonienſis deputati, adiunctis aliquot prouincialibus, prima occaſione ordinati optant. & Vnionem regionum archidiœceſis Colonienſis cum collegio & inter ſe renouatam & typis expreſſam publicari. Huic comitiorum receſſui, omnes conſiliarij, Nobiles, Ciuitates & oppida Prouinciæ ſingula, nominatim ſubſcripſerunt. Oppidorum diœceſis VVeſtphalicæ, archiepiſcopo ſubiectæ nomina ſunt, Geſeca, Ruden, VVerla, Attendorn, Oepe, Drolſhagen, Merſperg, Volkmarſen, Medebach, VVintersberg, Hellenberg, Smalenberg, Friedburg. VVarſtein, Kallenhard, Belike Menden, & comitatus ARNSBERGENSIS oppida, Arnsberg, Balue, Nehem, Hertzberg, Greuenſtein, Aldendorff, Euersberg. M. D. LXXXIV.

Belgici interea confuſiones, VVilelmi principis Vraniæ & Philippi Adelgundis, quem Antuerpiæ conſulem fecerat (qui Franciſcum Andegauenſem Galliæ regis fratrem denuò reuocandum eſſe cenſebant) conſilijs, adhuc ſuſtinebantur. Cumq; indies à Brabantis hic liberator denuò expectaretur, in grauiſſimum morbum incidit, aliquot diebus ſanguine vbertim ex naribus, ore & oculis effluente, ex quo, cùm exeunte Maio ita conualuiſſet, vt & pila palmaria luderet, & ſumma quadam hilaritate ſeſe muſica & varijs inſtrumentorum generibus oblectaret: proximo die pharmacum ſumſit, vt firmius reualeſceret. Cæterùm hoc ei prorſus lethale atque mortiferum fuit, ſi quidem inſequenti die vltima Maij circa meridiem extinctus eſt. Pridie aliquot horis poſt ſumptum pharmacum, cùm ſibi extremum diem inſtare non leuibus ſignis atque argumentis animaduerteret, ſupremam voluntatem teſtamento declarauit, atque oſtendit, ſe nulla re alia magis dolere, quàm quòd prauiſſimorum hominum iniqua & nefaria conſilia ſecutus, res Belgicas minus decorè ac ſicuti debebat & promiſerat, adminiſtraſſet, quodq; ſibi præreptam occaſionem videret, qua præteritos errores, ſicuti omninò ſe facturum decreuiſſet, emendaret atque corrigeret. Poſtremò & ſcriptis, & per ſuos intimos conſiliarios, regem orare atque obteſtari, vt eandem cauſam defendendam ſuſciperet, omnibuſq; ſtudijs & rationibus tueretur. Mortuus eſt, vt aiunt, admodum piè & Chriſtianè, exactam vitam prorſus deteſtans, & totam ſpem atq; fiduciam in ſolum DEVM per Chriſtum mediatorem collocans & reponens. Pontificias ceremonias, ſacri, vt appellant, olei vnctionem penitùs reiecit ac repudiauit. quinetiam ſuum confeſſorem ad ſe intromitti omninò vetuit, cùm diceret, ſe veniam ſuorum peccatorum à ſolo DEO per eundem mediatorem expectare ac certò certius polliceri. Hic fuit vitæ exitus. Poſt mortem inſpecta fuiſſe eius viſcera ſcribunt, quæ certiſſima hauſti veneni ſigna præbuerint. Obijt autem in caſtro, cui nomen eſt Chaſteau Thieri, arx Theodorici, itinere vnius diei cum dimidio Pariſijs diſtanti. Belgici ordines morte ipſius cognita, magnificam ac ſplendidam legationem ad regem Galliarum miſêre, quorum præcipui Dominus de Mouilleria, ac D. Ioannes Aſſelierus fuerunt, cum quibus etiam orator ducis Andegauenſis iam defuncti profectus eſt, ſperantes ipſum regem, fœderatarum regionum tutelam & protectionem ſuſcepturum eſſe. Sed hæc quoque ſpes miſeros fruſtrata eſt, & vix menſe vertente VVILELMVS Vraniæ princeps, cuius prudentia, autoritate, induſtria & fide, vnitæ Brabantis prouinciæ in Belgico potiſſimùm nitebantur; Delphis in hoſpitio ſuo, monaſterio D. Agathæ, globo ſclopeti, per ſicarium, conſcio Parmenſi ſummiſſum, traiectus, die 30. Iunij, ſeu 10. Iulij Gregoriani, fato ſuo non infelici, mediocriter, ſi non florentibus, vtcunq; tamen conſiſtentibus adhuc ſuis partibus, maturè triſtioribus ærumnis præreptus eſt. Sicarium percuſſorem principis, Burgundum fuiſſe conſtat, natum ſex ad Veſontionem milliaribus in oppidulo Villefano, Balthaſarum Gerardum, qui ante aliquot menſes, in principis famulitium ſe, ſingularem induſtriam & ingenij

M. D. LXXXIIII. dexteritatem præ se ferens, insinuarat; & à principe, legatis ad Franciscum Andeg. Galliæ regis fratrem, quem Belgici Gubernatorem ac hæredem denuò Belgici status expetebant, comes adiunctus erat. Mortuo autem præsentibus Vranij legatis Andegauensi, Balthasarum hunc principi notum, & aliquot menses in eius aula versatum, legati ad Vranium cum literis remittunt, quibus obitum Andegaui Vranio significant, & an rex Galliæ vel alius ad protectionem Belgici requirendus sit, sciscitantur. Hic proditor, cùm humaniter à principe acceptus & auditus perbenignè fuisset: tandem vltima Iunij die, absoluto prandio, circa primam pomeridianam, accubitu surgentem principem insecutus, & denuò se cum eo loqui & secreta referre velle simulans, tormento manuario, medium traiecit, ita vt statim moriens concideret. Percussor viuus comprehensus, & non à Gallo, vel Hispanis se conductum, sed proprio consilio egregium ac præclarum κατόρθωμα, & cultum Deo gratum se præstitisse profitens, summo cruciatu ac supplicio, proditori debito, necatus est: quem nihilominus velut martyrem, Colonienſis quidam scriptor celebrat. Intellexi autem, ex duobus principis Vranij domesticis, Baldasarum, in quæstionibus confessum esse, se consilium suum principi Parmensi scripto indicasse, ac iussu illius consiliarium Assonleuillam cum eo egisse, eumque in proposito confirmasse, & de mercede non tantùm in tabulis proscriptionis expressa, verùm etiam multò ampliore ei cauisse.

PRINCIPI INTERFECTO EPITAphium amici, inserto elogio, posuerunt.

Illustriss. Mem.

VVILHELMI, principis Auraici: comitis Nassouiæ Cattorum, Dietzij, Viandæ: Marchionis Veræ & Vlissingæ: Burggrauij Antvverpiæ: Vicecomitis Bisontij: Baronis Bredæ, Diestij, Grimbergæ, Arlei, Nozoreti: Domini Castrobellini, &c. propræsidis generalis per vniuersum Belgium: præsidis Brabantiæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Vltraiecti, Frisiorum, &c. Admiralij.

Herois fortissimi, ecclesiæ propugnatoris, literatorum Mecænatis; patris patriæ: Belgarum assertoris: pro quibus nec sibi nec suis pepercit: Delphis sclopi ictu transuerberati: Quod habent extremum, in Dominum suum clementissimum, honoris monumentum, cum luctu P P.

Vixit annos L I. Menses I I. Dies X X V.

Obijt A. C. CIↃ IↃ. XXCIV. VI. Id. Iul.

Hyperas (8. Aprilis) & BRVGAS, quæ post Gandauum, præcipua Flandriæ ciuitas est; paulò ante principis Vraniæ mortem, mense Maio, Parmensis recuperat, sancita omnium præteritorum delictorum ἀμνηστία, modò Catholicam Religionem Romanam restituerent, & obedientiam Regi legitimam deinceps præstarent.

GANDAVENSES etiam, omnibus circumquaque oppidis ab Hispano captis, & commeatuum importatione diu iam impedita, fame coacti, ad deditionis aut reconciliationis cum rege tentandæ consilia descendebant, ac eadem cum Brugensibus conditiones, quæ in fœdere Gandauensi expressæ
1576. erant, ipsis quoque Parmensis tulerat. quas Pontificiæ Religioni addicti senatores ac ciues omninò amplectendas esse censebant. Consul etiam Imbysa, qui primus ante sexennium Pacificationis GANDAVENSIS frangendæ, & eijciendi Pontificios autor fuerat: rebus conuersis, ac extrema vrgente necessitate, pacem suadet & molitur. Sed paulò altius ordiemur. Non toto biennio post Fœdus inter prouincias Belgiæ Gandaui initum de Catholica & Romana religione ijs in locis, vbi tum vigebat, conseruanda: GANDAUENSES omnium primi
1578. violato fœdere, totum religionis Pontificiæ exercitium in vrbe abolent, & monachis & canonicis magna ex parte electis, Bona ecclesiarum confiscata ad vsus Reipublicæ transtulerant: & libro edito, quem Petrus Dathenus & Hugue-

ueria

ueria quidam Gallus, Imbyſæ conſilio apparauerant, omnes etiam alios Belgas, ad imitationem fuerant cohortati. Cùm enim fœdus ab Auſtriaco primùm ruptum eſſet: ſibi etiam vitio dari non poſſe cenſebant, ſi pro temporis ratione quædam mutarent, præſertim cùm ſaluis Pontificijs, clam cum Hiſpanis ſentientibus, non tuta & incolumis ſeruari libertas recuperata poſſit. Cumq; politicam libertatem priſtinam, à Carolo V. imminutam, Dei & ordinum beneficio recepiſſent: integram quoq; libertatem eccleſiaſticam reſtituendam, & opes eccleſiarum, quæ ab ignauis abſumerentur, ad vſus Reipublicæ communes transferendas eſſe. Hæc cùm liberius & petulantius Ioannes Imbyſa, eo tempore conſul (vir opulentus & inquieto ac vafro ingenio præditus) ageret, & Caſimirum Palatinum in Flandriam cum exercitu vocaret, & poſtea inducto, clàm cæteris, in vrbem alio militum præſidio, Magiſtratum ſibi ac ſuis contra Reipub. illius leges continuaret: & reſtituta per archiducem Matthiam & principem Vranium electione priſtina, depoſitus eſſet: in Hollandiam primùm Amſterdamum; inde Francendalum, ſub duce Caſimiro, cum ſuo Datheno ſeceſſit. Vnde quarto exilij anno, ab ijs, qui Franciſcum Andegauenſem Gallum, quem princeps Vraniæ in Belgicum reuocabat, auerſabantur: ſuperiore anno cùm Caſimirus cum exercitu in diœceſi Colonienſi verſaretur, Gandauum reuocatus erat. Rediens ille, ad portum maris Gandauenſem, Saſſum, menſe Octobri, propemodum inſpectantibus hoſtibus, qui in proppinquo erant, appulit, & noctu vrbem verſus nauigans ante auroram ingreſſus, ingenti cum ſuorum lætitia receptus eſt. Sub auroram Hiſpani hoſtes prædictum portum inuaſerunt, & confeſtim Axella, Hulſto, quatuor officijs, VVaſia, Ruppelmonda, & circum vicinis locis Antuerpiam vſq; deditione potiti ſunt, autore Seruatio Steeland, VVaſiæ prætore.

M. D. LXXXIV. 1578. 1583.

Imbyſa, Gandauenſes bono animo eſſe iubet, eoſq; magna ſpe implet, propediem à Palatino Caſimiro, & alijs Germanis Principibus, ingentes copias auxiliares tàm equitum quàm peditum aduenturas, quæ hoſtes ab obſidione vrbis depulſuræ ſint: ſe enim ea de cauſa Caſimirum, Truchſeſium & alios in exercitu prope Coloniam Agrippinam conueniſſe. ac vt plenius hæc coram magiſtratu dicta, toti populo innoteſcerent, patriæq; ſtrenuus defenſor & liberator haberetur, ſcriptum edidit, quo nec cum Hiſpaniarum rege, vtpote tyranno, neq; cum Alenconio Gallo perfido, pacem & reconciliationem ineundam, verùm more & exemplo Heluetiorum, liberam Rempublicam conſtituendam diſputat. Ad hanc rem ſatis virium ſubeſſe, quæ etiam roborarentur fœdere, ope atq; auxilio Germanorum principum proteſtantium. Quos verò ſuſpicabatur, vel Hiſpano vel Gallo fauere, vtroſque æquè ſummo odio proſequebatur. ac ſubodorans, illorum factionem præualere, qui ciuitatem regi Hiſpaniarum reconciliandam ſuadebant, præcipuos capi iuſſit, in queis fuit Rimius Iuriſconſultus, ſecretioris conſilij regis conſiliarius, Borlucius ſyndicus, Boucleus & alij nonnulli. Verùm paulò poſt, cùm Parmenſis omnem commeatuum importationem Gandauenſib⁹, dempto trium fluminum vrbem interluentium vſu intercluderet, & inter Tenemondam & Gandauum, ponte ac munitionibus ad VVettern erectis, nauigationem impediret: Imbyſa, quanto in periculo vrbs verſaretur conſiderans, cùm uidem de Caſimiri palatini & aliorum principum auxilijs ſpes conceptæ prorſus euaneſcerent: mutata priore ſententia, vrbem, Hiſpaniarum regi, miſſis ad Parmenſem legatis, reconciliare inſtituit. Itaq; in Senatu, & publico ciuium cæt⁹, Hiſpaniæ regi potius quàm Andegauenſi Gallo vrbis tutelam committendam eſſe multis rationibus, & ſcripto typis impreſſo aſſeuerat. Parmenſis de pace ſollicitatus, Manubium virum nobilem Aldenardæ præfectum, Seguram Hiſpanum copiarum Ducem, & Mamurium tribunum, menſe Februario huius anni, in vrbem cum mandatis ablegauit. Imbyſa verò, tres ciues, in queis erat Richouij filius, obſides Aldenardam miſit. & religionem ſartam tectam futuram, nec quicquam Parmenſe in priuilegijs, ſtatutis, vel regimine ciuitatis, imminutum iri, iactauit. Cùm tamen nulla ei ſpes vnquam à Parmenſi de religionis exercitio conſer-

M D. LXXXIV. uando facta fuiſſet. Videbatur Imbyſa rem ad exitum facilè deducere poſſe quòd tùm nullius Gandaui ferè eſſet, qui contra ipſum hiſcere auderet. Etenim ſtatim acè Francendallo rediit, conſulari poteſtate poritus, vix vllos collegas ſuos in magiſtratu ad ſecretiora conſilia, quæ domi ſuæ tractabat, amplius admittebat, ſed alios ſibi nouos adſciuerat. Nunc verò pleroſq; pontificiæ religioni addictos, remotis ex magiſtratu bellico reformatis ſubſtituit. cuius tàm ſubitæ atque inopinatæ mutationis cauſa fuiſſe præcipua exiſtimatur, quòd Vranio diffideret, ſibiq́ue ab eo cauendum putaret. Inducię igitur inter Parmenſem & Gandauenſes 20. dierum ſancitæ, in quibus de pace ageretur, & ſocijs Antuerpienſibus, Hollandis & Selandis fœdus antea initum renunciaretur, niſi aux ijs miſſis vrbem ex obſidionis periculis, depulſo Parmenſi, liberarent: vel communi cum Gandauenſibus conſilio regi reconciliarentur. Antuerpienſes verò & cæteri, publico ſcripto, omnem cum rege, vt tyranno, de pace tractationem diſſuadebant. Gandaui verò Magiſtratus, Decani, tribuni & ciues, animaduertentes Imbyſam quotidie cum obſidibus Parmenſis domi ſuæ epulari, multa de pace iactare, de nullis tamen pacis conditionibus agi, verentes proditoriam deditionem, conſilia ineunt cum Carolo principe Chimaio, tùm Flandriæ præfecto à parte ordinum, item cum Brugenſibus & Franconatibus, duobus reliquis Flandriæ membris, de pacificationis tractatione cum Parmenſe coniunctim ineunda, in qua plus autoritatis ac emolumenti fore, & conditiones tolerabiliores conceſſum, firmiuſq́ue ſeruatum iri ſperabant, quàm ſi quodque membrum ſingulatim tranſigeret. Id conſilium Chimaius & cæteri approbantes, commiſſarios Gandauum mittunt, vt cum Gandauenſibus ad Parmenſem proficiſcerentur. Imbyſa nolens hanc gloriam factæ pacis cum quoquam altero communicari: ſeorſim quædam per Iorckum Anglum & Cetonium Scotum capitaneos cum Parmenſe tractat, promittitq́ue auxilium nauium cum bellico apparatu, quatuor item cohortes militum præſidiariorum, & totidem ciuium Gandauenſium, ad expugnandam Dendermondam, vrbem cum Gandauenſibus fœdere iunctam. Quod dum exequi tentat, & naues intempeſta nocte ex vrbe deducere; Magiſtratus, Decani, tribuni & ciues, intellecto vrbis & ciuium periculo, ſummoperè attoniti, hominis temeritati & perfidiæ obuiam eunt, ac in ſenatu & frequenti ciuium conuentu, cum eo expoſtulantes proditionis crimen obijciunt. Ille contra ſe cum Parmenſe conueniſſe, vt vrbem Dendramundam caperet, ea conditione, vt captam Gandauenſibus traderet, & deinde cum eis de pace tranſigeret, affirmauit. Qua excuſatione reiecta, Imbyſes loco mouetur, menſe Martio, cuſtodiæq́; mandatur, & fiſco, vt contra eum in iudicio procedat, iniungitur.

13. April. Paulò poſt diſſenſio ſatis periculoſa in vrbis bellico, vt vocant, conſilio orta eſt. Inſtante enim pacificationis cum Parmenſe negocio, ingens erat animorum varietas & diffidentia. Quibuſdam omninò cum Parmenſe tranſigendum ſentientibus, vt maioribus miſerijs & patriæ occurreretur calamitatibus, eoq́ue nomine nonnihil ſuſpectis, quaſi hoſti eſſent addictiores: alijs verò ſe difficiliores præbentibus, & non aliter eſſe tranſigendum, vtpote nulla adhuc vrgente neceſſitate, niſi honeſtis duntaxat conditionibus & valdè tolerabilibus, inter quas præcipuè Religionis libertatem recenſebant, exiſtimantibus. Animis ſic diffidentia & ſiniſtris ſuſpicionibus diſtractis: priores clanculum cum conſule Vtenhouio deliberant, vt pacis negocium facilius conficeretur, aliquos aduerſariorum ex vrbe eſſe deijciendos, quorum nomina in ſchedulam annotarant. At cùm eius executionem conſul procraſtinandam cenſeret, conſilium detectum fuit. Et quamuis conſul ſchedam ruptam in ignem proiecerat, atq; ita negocium ſopiſſe atq; compoſuiſſe videbatur: tamen qui nomina ſua inſcripta fuiſſe intellexerant, ſibi atrocem iniuriam illatam exiſtimantes, eam ad animum reuocant. Et poſtridiè in conuentu conſilij bellici, de ea acerrimè expoſtulant, & in aduerſarios inuehuntur. Conſul cum aliquibus è magiſtratu, & Tayardo ſyndico eò acceſſerat, & vtroſq; ad mutuam reconciliationem & concordiam hortabatur. Sed cùm plurimi eò aduenirent, ac

rent, ac importunius de iniuria ipsis illata conquererentur, eiusq; reparationem insolentius exigerent, quidam seditiosus tribunus Bontius ad cædem incensus, locum tenentem Boclei pugione vulnerat. Vnde tanta subitò exoritur seditio & tumultus, vt cunctis præsentibus arma in se mutuò conuertentibus, omnia ad cædem & sanguinem spectare viderentur. At consule, Syndico & alijs intercedentibus sicarius è conuentu eiectus, & seditio tandem repressa fuit. Reliquum postridiè autoritate trium membrorum ciuitatis vtcunque fuit consopitum. M. D. LXXXIV.

Cùm verò Imbyses nullas hactenus conditiones pacis Parmensi propositisset, nec ab eo accepisset, Gandauenses ipso capto, deputatos suos vnà cum Chimaicis, Brugensibus & Franconatibus, ad Parmensem miserant: à quo amicè admodum excepti: Articulos ei exhibent suorum postulata continentes, videlicet, vt præter conscientiæ libertatem, quæ ipsis à Parmense offerebatur, reformatæ religionis exercitium saltem in vno templo concederetur. Tum etiam quòd Parmensis conscientiæ libertatem illis pollicebatur, modò sine scandalo ea vterentur, illi disertius sibi explicari flagitabant. Quo verò sacra sua & eorundem ministros, quæque inde dependant rectè commodeque tueri possent, ex bonis ecclesiasticis, quæ occuparant, alimenta ministrorum ecclesiæ & scholarum, quas erexerant, sibi decerni postulabant. Quod si præsidium recipiendum esset: se Belgas non exteros admissuros, proindè vt exteri è Flandria pellerentur, petebant, &c. Parmensis negat se eos articulos Regis nomine concedere posse, præsertim qui libertatem religionis exercendæ concernebant. Alios ferè admisit, promisitque plures se concessurum, modò ad transigendum mandatis sufficientibus instructi sint. Cùm autem negarent illi, se alijs conditionibus, quàm quas proposuerant, conficere negocium posse: tamen articulos à Parmense oblatos ad suos senatum populumque relaturos, constitutoque die ad ipsum reuersuros pollicentur. Itaque post aliquot dierum collationes ac disputationes placidè dimissi fuerunt. Concessis autem ad eam pacem tractandam vtrinque inducijs, Gandauenses interim necessitatibus publicis prouidebant & annonæ quantum poterant in vrbem importabant. Aurantius, Brugenses, Parmensis articulis acquieturos, metuens, præsidia eis mittebat & recipere ordinum nomine iubebat, quæ admittere nolebant. Pontificij enim Chimaio instigante, Aurantianæ factioni se opposuêre, & post longam disceptationem tandem vicêre, Tornacumque ad Parmensem secundò missis legatis, cum rege reconciliati sunt, vt sequetur. 15. April.

Gandaui super Parmensis articulis maior difficultas mouebatur. Verùm ùm legati illis referrent, spem factam plura obtinendi, modò amplum satis manlatum adferrent negocium concludendi: Tandem collatio siue magnus conuenus trium membrorum ciuitatis, Magistratui potestatem vlterius in cœpto negoio progrediendi concedit, remque tolerabilibus & honestis conditionibus tranigendi, Inprimis vrgentes, vt libertatem religionis maximè commendatam haeat. Prædicti legati rursum ad Parmensem ablegati, suorum mandata conunctim cum Chimaicis, Brugensibus & Franconatibus exponunt. Post aliquot olloquia & disceptationes, Parmensis suos articulos multum extendit ampliitque, & vrsit vt legati eos reciperent. Tum Chimaici, Brugenses & Franconaes, Gandauensibus indicarunt, sibi suisque Parmensem his satisfacere, & expresà suis esse iniunctum, ne re infecta domum redeant. Gandauenses, ne socij searatim transigerent, instant, rogantque, tantisper differant, donec illi suorum ntentiam certius exquirere possint super reliquis denegatis articulis, præsertim e libertate religionis, quam sui maximè expetebant. hoc referendi deliberanique cum suis spacio à Parmense obtento, aliqui Gandauum reuersi. Vnus reeuntium Hermannus ante fores domus suæ interrogatus, quid de pacificatione conciliationeque adferret, qualis & quænam pax futura esset, dixisse fertur: lorrenda sanè & fraudis ac periculi plenissima. Magistratus Gandauensis suorum gatorum relatione audita postridiè consilium conuocat. In quo plurimi ciues ioræ impatientes, &, vt suspicio erat, ad hoc à Parmensis oblidibus instigati, 8. Maij. 12. Maij. 14. Maij.

M. D. LXXXIV. gladijs accincti ante ædes senatorias venerunt, alijs per alia vrbis loca collocatis. Cum confertim in senatum irrumpere volentes, senatus quosdam ex suorum numero deligere iuberet, qui illorum postulata senatui exponerent; illi indignati tumultum excitant, gladios stringunt, magnoque strepitu & vociferatione pacem se velle clamant. senatus blandis verbis eos sedare conatur, seque de pace ipsis procuranda iam deliberare asseuerat. Cùm autem nihil se proficere videt, maioris domus senatoriæ fores occludi iubet, ostiolo duntaxat aperto, & confestim excubiarum præfecti accersiti, cum paucis aliquot armatis & sclopetarijs aduenium. Quorum aspectu tumultuantes attoniti, partim dilabuntur, seque subducunt. Aliqui ex præcipuis in senatum adducti custodiæ mandantur. Deinde iussu senatus, tribuni, seditionis conscios diuersis locis congregatos dissiparunt, multosque captiuos asseruârunt, ex quibus aliquot tribunos magistratus exautorauit, alioque in eorum locum substituit, multisque conscijs & suspectis arma adimi iussit, & Ministros concionatores & alios antea captos, quòd minus pacis auidi viderentur, è vinculis soluit. Hoc pacto vrbs tum à tumultu & seditione interna, & externis hostium insidijs, qui eam munitionibus vndique cinxerant, citra cædem & sanguinem liberata fuit. His peractis, Dendramundanis, Bruxellensibus & Antvverpiensibus, reliquisque socijs, quid egissent, & quo in statu res ipsorum essent, significarunt. Bruxellis igitur Templius milites, quorum ope vrbis imperium retinerent, ad eos misit. Imbyses adhuc in vinculis seruabatur. Bucleus & alter ipsius collega Braclius, apud Parmensem remanserunt; Interea dum ij, qui à Parmense Gandauum remissi fuerant, reuerterentur, qui tamen postea ad suos præ metu redire noluerunt. Senatus
16. Maij. Parmensi, de legatorum suorum reditu ob casum tàm inopinatum necessariò differendo se excusauit. cumque biduo pòst aliquot articulorum extensiones illi misisset: respondit Parmensis, illas facilè ipsos impetraturos, modò Legatos remittant, addens se diutius Brugensium & Franconatum reconciliationem differre nolle. Per aliquot deinde dies, de continuanda & absoluenda pacis tractatione, in vrbe deliberatum fuit. ac vnus legatorum, IACOBVS Tayardus, I. V. D. primus ciuitatis Syndicus, sæpius ea de re coram magistratu declamabat, salutem populi supremam legem esse. Rempublicam auxilio omnium fœderatorum destitui. nec vllum oppidum, quantumuis munitum & populosum, adeò firmum esse, nisi auxilia submittantur, quin longa obsidione commeatibus interceptis, & assiduis certaminibus vinci denique possit. Omnia enim, vel inexpugnabilia credita, tempus & virtutem obsidentium & penuriam rerum necessariarum tandem superare. Brugas, Ipras, Cortracum, reliquumque fermè totum Flandriæ comitatum iam à Parmense subiugatum. E bello nullam amplius salutem expectandam. Præstare itaque, honestè nunc transigere, quàm paulò post turpiter & cum rerum omnium iactura vinci & trucidari; vel propediem ab omnibus desertos, ad iniquiores pacis conditiones descendere. Multisque alijs rationibus in medium adductis, pacis remedium amplectendum suadebat, Senatumque sui officij pro tuitione populi sedulò admonebat, vrgebatque vt tantum malum, quod vrbi imminebat, prudenter auerteret. Verùm ob tàm intempestiuum tumultum, tantaque cum acerbitate excitatum, nimium exulceratis
23. Maij. animis, & infixa nimium diffidentia, nihil exorare potuit. Dolens igitur, vrbisque vicem deplorans sponte officio suo renunciauit. Ac licet biduo pòst iterum in senatum vocaretur, & instanter requireretur, vt in officij exercitio perseueraret, se tamen persuaderi passus non est. Interea Carolus Chimaicus Flandriæ præses, Brugenses & Franconates, frustrà expectato Gandauensium reditu, conditionibus pacis à Parmense propositis subscripserunt. Gandauenses, cùm præcedentis ante senatorias ædes tumultus præcipuos autores indagarent, & captiuorum aliqui testarentur, se ab Vtenhouio consule eò accersitos fuisse: in eius locum M. Petrum de Bill substituerunt. multi captiui, inquisitione facta, rigidis admodum quæstionibus subiecti tortique fuere. Taiardus etiam Syndicus do-

cus domi se continere, neque cum quoquam de pace colloqui, à militari consilio iussus est. Parmenses, mora Gandauensium irritati, octo milites Aldenardæ captos submerserunt, qui secundo fluxu Gandauum delati sunt. Gandauenses illatam suis iniuriam vlciscentes, aliquot hostes pari modo necarunt. Et animis iam exacerbatis omnem pacis conditionem & studium abiecerunt. Ac ab Aurantio & ordinibus, item ab Antuerpiensibus, Bruxellensibus, Mechlinensibus, Dendramundanisque per literas sollicitati & incitati spe mutui auxilij, bellum Hispaniæ regi, eiusque socijs, expirantibus ita inducijs, in omnibus vrbis compitis per tubicines & tympana indixerunt, vltima Maij. Sic recrudescente bello, integrum adhuc trimestre, GANDAVENSES, inter summas difficultates, omniumque rerum inopiam, obsidionem tolerarunt. Imbysam consulem suum, quem ex Palatinatu superiore anno reuocarant, cum à mense Martio vsque ad 4. Augusti in custodia fuisset, tandem lata sententia, capitis supplicio affecerunt. Simili seueritate in Leuinum Geittium, & Leuinum Viuertium Iureconss. vsi sunt. Heymannum, custodiæ & armorum vrbis præfectum, quæstionibus subiecerunt, quòd literas ab hoste missas accepisse diceretur, quæ tamen dolo exaratæ erant, vt eum suis suspectum redderent. Multi etiam pacis cum Hispano reconciliandæ cupidos se ostendentes, vrbe eiecti sunt, qui ad Parmensem diuertentes, de toto vrbis statu eum quotidie edocebant. Tandem verò, cùm ad extremam rerum omnium desperationem ac inopiam Gandauenses redactos, interruptæ à se pacificationis pœnitere cœpisset: Taiardum syndicum, libertati restitutum, in senatum reuocant: ac vt pacis restituendæ rationes cum Parmense instaurare, & communis patriæ necessitati & saluti consulere vellet, rogarunt vltima Augusti. M. D. LXXXIV.

Tractatio igitur de pace, denuò inchoata, & post varias deliberationes & colloquia, hisce conditionibus tandem concluſa fuit. Quas solenni more magistratus, præsentibus IOHANNE RICHARDOTO Arresiæ præsidiudiciario, Francisco Leualleur secretario, & Vereiken audientirio, Alexandri Parmensis commissarijs, publicauit. Primò, omnium præteritarum offensionum, delictorum & criminum ἀμνηστίαν Rex sanciuit, nec in quenquam eo nomine inquiri aut litem vlli moueri, exprobrari, molestiamúe vllam voluit exhiberi. Collegia etiam, & priuati, de damnis, quæ mandato magistratuum vel iudicum sententijs in personis seu bonis suis sustinuerunt, vlcisci se non poterunt, nisi contra priuatos in quorum commodum priuata autoritate versum sit. Ciues & incolæ, qui ante edictum perpetuum vrbem inhabitarunt, bonis suis omnibus integrè & quietè vti frui deinceps possunt, perinde ac si numquam offendissent. Omnes exhæredationes, donationes, legationes seu dispositiones inter viuos & causa mortis, odio diuersæ religionis, aut tumultus præsentis factæ, rescinduntur, nulliusque erunt momenti. Bona ciuium tempore rebellionis mortuorum ad proximos & legitimos hæredes in linea directa redibunt. Rex nulli ciui, modestè & sine scandalo viuenti, ob Religionem diuersam, bona adimet, sed biennium ad deliberandum incolis concedet, an Pontificiam religionem amplecti velint. Si nolint, liberum eis erit, extra Belgij fines discedere, ac nihilominus bonis suis per procuratorem administratis integrè frui. Litium processus, latæque in Iudicijs vrbis sententiæ vim suam retinebunt, saluo tamen appellationis ad magnum consilium remedio, quo Gandauenses etiam, contra sententias aduersus se alibi latas, vti poterunt. Absentes verò, damnati ob contumaciam, vtrinque restituentur. Vt reditus & debita Reipublicæ soluere possint, contributiones exactionesque generales & particulares continuare permittitur, ea conditione, ne quid ex illarum collectionibus Regiæ Maiestatis hostibus numeretur. 4. Septemb. 17. Septemb. 19. Septemb.

Ciuitas vicissim Regi, vt Flandriæ comiti, omnem, quam ante hos tumultus exhibebat, obedientiam præstabit. & omnia Regis iura, belli iniuriâ intermissa, plenè atque integrè restituet. Prælatos, collegia, Monasteria, Xenodochia, Nosoco-

M. D. LXXXIV. mia omnia, in priſtinum ſtatum reponent, & reditus ex ſuis domibus & fundis debitos pendent. Bona mobilia eccleſiaſticorum direpta, & immobilium fructus ac reditus, magiſtratuum iuſſu intercepti, non repetentur. Et quidquid priuati de ſuis bonis & reditibus tempore rebellionis receperunt vel adhuc eis debetur, modò à fiſco non fuerit occupatum, liberè retinebunt. Ex præcipuis ſeditionis autoribus, ſex ſolummodò perſonas, Parmenſis ſibi dedi voluit, qui perſoluto lytro incolumes dimittentur. Gratitudinis ergò, ducenta millia coronatorum, Regi ciuitas perſoluet, Cuius partem viritim ciues colligere, nec cuiquam ante perſolutum capitis ſui cenſum, ex vrbe diſcedere licebit. Fridericum Perenottum Champagneum & Crucium, Gandauenſes ex cuſtodia liberabunt, ac viciſſim ſuos, apud Parmenſem captiuos, Aegidium Borlucium, & Ioannem Dammæum liberos recipient. His conditionibus in poſterum eos pro fidis regis ſubditis Parmenſis habebit, & clementer ac benignè tractabit, & his conditionibus Regem intra tres aut quatuor menſes ſubſcripturum promittit. Aliquot deinde dies, in tranſactione de ſtipendijs militum præſidij vrbani, ſunt inſumpti. quò, 25. Septemb. manè vrbem egreſſo, & partim Bruxellas, partim Sluſas deducto; ſub meridiem, Regium præſidium, 25. cohortes peditum & quinque turmæ equitum in vrbem, ductore Caſtellano Oliuera Hiſpano, locumtenente marchionis Robaiſi, receptum eſt. Parmenſis die 9. Iunij, ad Scaldim fl. acceſſerat, vt commeatuum à mari importationem in vrbem Antvverpiam impediret, ac poſt aliquot menſium velitationes nauales, ponte tandem, inter Ordamum & Callo, ripis fluuij iunctis, omnem commeatuum ſubuectionem intercluſit: vt ſequenti anno prolixius exponemus.

Rotenburgi ad Tuberum, ab Imperatoris & principum electorum & ducis VVirtenbergenſis legatis, de pace religionis & Reipublicæ in Germanico Imperio conſeruanda, & Colonienſium archiepiſcoporum controuerſia & Calendarij Gregoriani receptione multis menſibus diſputatum, & neutrius religionis principibus de ſua ſententia cedentibus, tandem re ferè infecta diſceſſum eſt. CALENDARIVM GREGORIANVM, Pontifex Romanus, per legatum in aula Cæſaris, vbique in Germania recipi, & vſurpari aſſiduè vrgebat. Etſi autem Cæſar Rodolphus, in regno Boëmiæ & Auſtriacis ac cæteris ditionibus ſuis hæreditarijs illud inſtituit & ſeruari voluit: tamen Saxonici principes & alij confeſſionem Auguſtanam ſequentes, conſtanter recuſarunt. Epiſcopi verò plerique, ac in his Colonienſis recens electus Erneſtus, & Monaſterienſis, in diœceſibus ſuis illud vſurpare cœperunt. AVGVSTÆ Vindelicorum qui confeſſionem ibi Carolo V. Imperat. anno 1530. exhibitam, ſequuntur ſuperiori anno mandatum à iudicio Cameræ aduerſus eam partem ſenatus, quæ receptionem Calendarij mandabat, impetrauerant, quo veteris Calendarij vſus, exemplo cæterarum Auguſtanæ Confeſſionis adiunctarum eccleſiarum ipſis relinquebatur. Cùm autem ſenatus ea pars in Iudicio Cameræ opponeret, ſe nihil contra pacem Religioni datam moliri, ſed politicis tantùm cauſis moueri, vt cum vicinorum principum & epiſcoporum, qui illud recepiſſent, ſubditis, commercia vſitata exerceri, & in vrbe omnis generis confuſiones, in iudicijs, nundinis, macellis, opificum tabernis, ex diſſimilitudine Calendarij orientes, vitari queant: Decretum in Camera, quo prius mandatum caſſatur & aboletur, ineunte Maio obtinuerunt. Quòd cùm Auguſtæ promulgatum eſſet: miniſtri Euangelici ſcripto ſenatui explicant, ſe in omnibus politicis negotijs decreto parituros eſſe, ſed in templis, ac feſtorum celebratione, & Euangelicæ relig. ſuæ exercitijs, ſe nullam obedientiæ Pontifici Rom. rurſum præſtandæ ſignificationē præbere poſſe. Ideoq; die 24. Maij pro concione, feſtum Aſcenſionis Chriſti, proxima die 28. Maij celebrandum auditoribus ſuis denunciant, quod vno menſe antè Pontif. iam peregerant. Hanc denunciationem ægerrimè ferens ſenatus, poſtridiè ſuperintendenti officium ac ſtipendium circa meridiē renunciat, eumq; extra vrbē educi mandat. in quo dum moram præfectus vigilū nectit, Ciues re cognita,

primum

primum inermes, postea armati concurrunt, & pastorem suum iam currui impositum prope vrbis portam eripiunt. Crescente autem tumultu, ministri Euangelici, rogatu senatus, ciues à seditione dehortantur & placant: cùm ex senatu, patricijs, mercatoribus & plebe deligendi decernerentur, qui controuersiam totam amicè ex æquo & bono componerent. His Illustriss. dux VVirtenbergensis & senatus Vlmensis, suos etiam legatos adiunxerunt, qui die 4. Iunij, quæ iuxta nouum Calendarium 14. erat, rem totam ita componunt, vt sancita vtrinque præteritarum offensionum ἀμνηστία, Calendarium nouum, in tota vrbe æquabiliter deinceps, in politia & ecclesijs vtriusque religionis, seruaretur. Pax religioni data nihilominus constans & firma maneret. Ministris verò Euangelicis ex suggesto solennem protestationem auditoribus suis prælegere liceret, qua testarentur, se in doctrina euangelij, quam hactenus sonuissent, nihil mutasse aut mutaturos esse, nec vt Pontifici Romano, sed vt Cæsareæ Maiest. & magistratui politico obtemperent, Calendarium se communiter cum cæteris in eadem vrbe seruaturos esse. Sic pax & tranquillitas pristina, illi Reipublicæ, eo tempore restituta videbatur. Quæ tamen mota noua lite de vocatione Ministrorum Euangeliorum, mox iterum turbata est. M. D. LXXXIV.

FINIS.

LIBER

LIBER VIGESIMVS SEPTIMVS,

Illuſtriſsimo Principi &
Domino, Dn.

IOANNI GEORGIO, CHRISTIANI F. AVGVSTIN.

DVCI SAXONIÆ LANDgravio Turingiæ, & Marchioni Miſniæ,

EPISCOPO MERSBVRGENSI,

Domino clementiſsimo

Subiectiſsimè offert

Dauid Chytræus.

ERICVS

ERICVS Brunſuicenſis, Erici filius, qui magnã vitæ partem extra patriam, in Belgico, Italia, Hiſpanijs conſumſerat, & pontificiæ religioni ſe magis quàm emendatæ & ſinceræ, à ſubditis ipſi ciuitatibus & nobilibus cultæ, addictũ eſſe oſtenderat: tandem anno ætatis 56. Papiæ in Italia obijt. Cùm enim Papiæ vicina vrbs Dertona, alimentis Chriſtinæ, ſocrus Erici, olim à Franciſco Sfortia, priore marito, attributa fuiſſet: Ericus cum coniuge Lotharingica, Chriſtinæ filia, eò menſe Iulio anni 83. commigrauerat, & ſeſquiannum ferè commoratus erat. Cùm igitur Papiæ in Italia defunctus ſit: tumuli ſequentes de eo extant: 17. Nouemb.

Quòd magis Italiam patriâ dilexit, Erico
Pro patria tumulos Itala terra dedit.

Ad defunctum:

Papa tibi, Papiaq; fuit, non patria, curæ.
Hinc procul à patria te tegit vrbs Papia.

Cùm autem nullos ex Sidonia Saxonica, vel Dorothea Lotharingica legitimis coniugibus, liberos Ericus reliquiſſet (nam VVilelmus, cum patre Papiæ ſepultus, & Catharina, Ioanni Auriæ Genuenſi à patre elocata, ex nobili concubina Margarita à Bukedam in Belgico ſuſcepti erant) tota ipſius, non Brunſuicenſis ſolùm auita, ſed Hildeſienſis etiam epiſcopi ditio, à patre olim occupata: & quæ recens extincta comitum Hoienſium familia, ad Viſurgim acceſſerunt: ad patruelis filium, IVLIVM ducem Brunſuicenſem, tertio gradu agnatum, peruenerunt.

VVilelmus dux Brunſuicenſis obijt 1503.

Ericus ſenior ⊕1540. | Ericus iunior, natus 1528. die Laurentij ⊕1586.

Henricus ſenior, ⊕1514. | Henricus iunior, dux Brunſuicenſis ⊕1568. |

IVLIVS conditor Academiæ Iuliæ, Erico Iuniori ſuccedens, ditionem Brunſuicenſem, Calenbergenſi domui adiunctam occupat: quam in duas regiones vſitatè diſtinguunt. ſuperior, Tranſyluana, Gottingam metropolim, & Mundam ad Viſurgis & Fuldæ confluentem, ſenatus aulici ſedem: Ericoburgum, & alias arces ac præfecturas circiter viginti continet. Inferior, Deiſtro, & Leinæ fl. interiecta, Ciuitates Hannoueram, Neapolim, Hamel, Munder, Bodenvverder, Pattenſen, VVunſtorff, Grunam, Lavvenſtein, arcem Calenberg, &c. complectitur. LEINA verò fl. in ditione Hennebergenſi, ad pagum ὁμώνυμον, vno milliari ab oppido Meiningen verſus ortum ſcaturiens, longis ambagibus tandem in ducatu Brunſuicenſi vrbem GOTTINGEN, Alfeld, Grunavv, Calenberg, HANNOVER, Neapolim, alluit. infra quam, prope pagos ducatus Lunæburg. Bothmar & Alden, nobilium ſedes, vno ſupra Retham milliari, in Alleram illabitur, atq; inde Verdâ, Epiſcopi ſede præterueĉta, Viſurgi tandem miſcetur. DEISTER, non fluuius ſed ſylua eſt, & mons ingens, in comitatu Schaunburgenſi exurgens, & Calenbergam arcem verſus aliquot milliaria porrectus. Alius verò eſt Vnſter fl. ſupra Goſlariam ex Harcynia promanans, qui Hildeſiam & Sarſted oppidulum; ſeſquimilliari Hildeſia diſtans, allabitur. nec procul inde à Leina fl. abſorbetur. ALLERA verò, in diœceſi Magdeburgenſi, prope arcem Egenſted, ſedem Aſchenburgiorum, oritur, & VVolffsburgum ſeu VVelforum, clariſſimæ familiæ Barteslebiorum arcem, & Cellam aulæ ducum Luneburgenſium, & Verdam epiſcopi ſedem, præterlapſus; quatuor

M. D. LXXXIV. quatuor ſupra Bremam milliaribus ſe in Viſurgin exonerat, & nomen magno perdit in amne minor.

FRIDERICVS Saxoniæ dux Laoburgenſis, Franciſci filius, quem Chorepiſcopum Colon. acerrimum Gebhardo archiepiſcopo hoſtem fuiſſe, ſuperiori anno diximus: ARGENTINAM hoc tempore, à ſuæ factionis collegis accerſitus eſt, vt DECANI illius collegij dignitatem & opes, quas Gebhardus antea tenuerat, adiret. Cùm autem conuentus collegij ad decretum diem Argentinæ eſſet indictus, præteritis, D. Georgio à VVittigenſtein, præpoſito Colonienſi, & Ioanne Barone de VVinnenberg, & comite Solmenſe, ab Epiſcopo Vercellenſi Coloniæ vnà cùm Archiepiſcopo excommunicatis; hi nihilominus, etiam inuocati, in loco conſueto comparuerunt, ſeſſionesque ſuas inuitis reliquis occuparunt. Pontificij id videntes, de iniuria proteſtati, ſimul præter vnum Erneſtum Mansfeldium, qui hos deſerere noluit, ſurrexerunt, & re infecta eo die diſcedunt. Verùm paucis interpoſitis diebus iterum quidam conuocantur, reliquis tamen prius excluſis, ſpe facta, de medijs, quibus ad concordiam perueniri poſſit, deliberatum iri. eodemq; prætextu, Mansfeldio, quòd tum verbis, tum facto ab excommunicatis ſe diſſentire non poſſe declaraſſet, vt ſecedat paululùm, perſuadent. Pontificij verò nihil minus faciunt, quàm verbis oſtenderant, ſed decretum cudunt, Gebhardum Truchſeſium Decanum loco mouendum; Fridericum Saxonem ſubſtituendum: excommunicatos, prælaturis, beneficijs, reditibus, ſeſſione, votis, priuandos eſſe. Cùm itaq; hi ſe deceptos viderent, eque poſſeſſione ſine cauſæ cognitione eijci iniquè ferrent, & prouentus debiti denegarentur: adhibito notario publico & teſtibus, communes ædes capituli, quas vulgò den Bruderhoff vocant, ingreſſi, de frumento in illa æde recondito, ſibi ipſis, quod deberi exiſtimabant, ſoluunt. Quo facto, vtraque pars coram ſenatu vrbis, vti ante ſæpè fecerat, conqueſti: Hi, quòd de facto, ſine cauſæ cognitione, prælaturis, beneficijs, reditibus, ſeſſione, votis deſtituerentur: Illi, quòd in communes ædes, excommunicati irruptionem feciſſent, ſeras, foresque effregiſſent, ſibijpſis indebitum ſoluiſſent.

Senatus vt ab initio huius diſſidij ſemper fecerat, medium ſe gerens, adhortatur eos ad concordiam, & ne ipſi vel eorum famuli inter ſe armis in ciuitate agerent, ſed iure loco conuenienti experirentur, monitos à ſe dimiſit, addita comminatione, ſi reſpublica, ciues vel ſubditi intra vel extra mœnia incommodo aliquo adficerentur, ſe autoritatem ſuam interpoſiturum. Pontificij, accepto hoc reſponſo, ſenatui diffidere cœperunt. qua de cauſa quidam ex ijs omnem paratam pecuniam capituli, ac omnia ingentis precij ornamenta ſummi templi, clàm ex vrbe in alienum territorium tranſtulerunt. Euangelici eius rei admoniti, ſtatim dictas ædes communes capituli, adhibitis iterum notario & teſtibus, cum proteſtatione occuparunt, omnia loca, ſed nimis tardè, perſcrutantes. Iterum igitur ad ſenatum peruentum: hi petiuerunt, vt Pontificij ablata reſtituere cogerentur. Illi verò, vt excommunicati propter vim commiſſam punirentur, & non tantùm communibus ædibus, ſed & iuxta Imperatoris literas ad Senatum ciuitate expellerentur. Senatus, qui hoc modo reſciuit, theſaurum collegij & ornamenta templi dedicata clàm ex vrbe à Pontificijs ablata eſſe, petijt, vt quamprimùm ea reſtituerentur: interim cum Euangelicis, vt relictis communibus in proprias ædes concedant, acturum ſe pollicitus, ſed fruſtrà omnia. Pontificij enim, antequam à Senatu ſuæ petitioni ſatisfiat, reſtitutionem facere recuſarunt. Econtra Euangelici, ante reſtitutionem rerum ablatarum, & cautionem præſtitam, quòd in poſterum à turbatione deſiſtere velint, donec per ſtatus imperij (quos tamen Pontificij cauſam iudicare non poſſe arbitrabantur) vtrum prælaturis, beneficijs & reditibus, propter Vercellenſis excommunicationem priuari debeant, nec ne? determinatum fuerit: ædes communes deſerere ſe non poſſe atteſtati ſunt. Sæpiſſimè cum Papiſtis actum ſine fructu. Ideò Euangelici aliquot millia modiorum frumenti vendiderunt, vt & ſibi ſatisfacerent, & expenſas in hoc ſchiſmate factas,

ex com-

ex communibus bonis, quemadmodum & Pontificij eò vſq; fecerant, perſoluerent. Cùm itaq; Senatus videret rem in peiorem ſtatum delabi, & ſingulare intereſſe prætenderet, ne communes ædes Capituli, propter ius Aſyli & publici tranſitus, occluſæ manerent: Euangelicis portas aperire mandauit, & ne idem in poſterum ab vna vel altera parte tentaretur, vel canonici vim inuicem inferrent, viginti ſclopetarios ſumptibus capituli ad cuſtodiam portarum diſpoſuit, donec in concordiam redeant, & ablata reſtituantur: ita interim vtrique parti liber aditus pateat. At pontificii, quàm diu Euangelici ibi reſident, ingredi non audent. Nec tamen deſtitit Senatus, euitandi maioris ſcandali gratia, Euangelicos amicè admonere. Illi econtra, vix ſibi aditum liberum fore, ſi ſemel exceſſerint, neq; ſe animaduertere, qua ratione liberum & ſine diſcrimine vel tumultu, ad capitulum, ſeſſiones & vota acceſſum habere poſſint, ſe autem ſatis mirari non poſſe, quòd plus aduerſarijs quàm ſibi fauere videatur. Nunquam enim id ſe obtinere potuiſſe, vt autoritatem interponeret de non turbando in poſſeſſione, idque ea de cauſa, quòd declarauerit ſe cauſæ principalis iudicem competentem non eſſe. Id autem cauſam principalem eſſe, vtrum de facto ſine cauſæ cognitione è poſſeſſione rectè eijciantur? & an non in poſſeſſione manuteneri de iure permiſſum ſit. Quapropter Senatus tandem acquieuit, & partes iterum ad competentes iudices, ſtatus videlicet Imperij, remiſit. maximè quia vicini principes legatos Argentinam, qui pacis conditiones vſque ad determinationem cauſæ principalis opponerent, ſe miſſuros eſſe oſtenderant.

M. D. LXXXIV.

Legati primo loco Epiſcopum adierunt, qui eos audiuit, ſed pacis conditiones audire noluit, tùm quòd ſe nihil cum capitulo commune habere, tùm quòd ſumme diſſidium illud Canonicorum ſibi diſplicere oſtenderet, tum deniq; quòd neq; ſibi, neq; ſubditis, ſi negotijs capituli, rebus ſic ſtantibus, ſe immiſceret, conſultum foret. Interrogarunt ergo legati, an capitulares adire, cumq; ijs agere liceret? Id ſibi placere reſpondit. Quare Argentinam profecti, Canonicis conditiones tales propoſuerunt, quas cùm ſine rubore reijcere non poſſent, pleriſq; acceptandas eſſe placuit. Impetrata itaq; venia, eædem Euangelicis propoſitæ, hi ſpacium deliberandi petiuerunt. Interea Pontificiæ religioni addicti, Epiſcop. conſuluerunt, qui omninò, ne pacis conditiones acceptarent, interdixit. quod ſummè & legatis & ſenatui diſplicuit. Itaque domum re infecta reuerſis legatis, Epiſcopus omnes ſuos vaſallos euocauit, & coràm multa de ſchiſmate illo, quantopere diſpliceat, quantoque labore componere illud ſtuduerit, præfatus, obnixè rogat, quia omnia fruſtrà à ſe tentata ſint, vt certum numerum, qui de componenda controuerſia cum vtraque parte agerent, ipſi ex ſe deligerent. Deligunt ex præcipuis 18. his adiunguntur legati Epiſcopi. in vrbem veniunt, à ſenatu petunt, vt duos Senatores addat. Senatus ne deciperetur, ante omnia communicari ſecum petijt, quæ Tabernis acta, deliberata & concluſa ſint. Conſiliarij epiſcopi aiunt, ſe id in mandatis non habere. Quare petitio denegatur. Ad partem tamen, à Senatu & Euangelicis, nobilitati ab ouo res omnis exponitur, & hinc inde actitata in ſcriptis ſe velle pollicentur, vt ipſi ſtatuere poſſint, quis meliori iure nitatur. Nobilitas inſtructa ab actione deſiſtit, & domum re intentata diſcedit. Senatus vicinas ciuitates Imperiales decem, comites omnes, nobilitatem Alſatiæ, immediatè imperio ſubiectam, Argentinam euocat, quibus originem rei & quid hactenus actum exponit. deliberant, qua ratione regio illa, à tyrannide Pontificiorum, ſi bellum moliri conentur, defendi poſſit. Sed in Arctoam hanc Germaniæ partem, mari Balthico vicinam redeo. in qua

OSILIAM inſulam, magno ſinui Liuoniæ ab occaſu obiectam, duodecim milliaribus in longitudinem, ſeptem in latitudinem patentem, & in decē παροικίας diſtributam, quam ab epiſcopo Oſilienſi poſtremo Ioanne Munchhauſen emerat, Fridericus Daniæ rex, ſuperioribus annis, Georgio Farensbeco, tribuno militum celebri Liuono, tradiderat, hac conditione, vt toto vitæ tempore, reditibus illius liberè, nullis redditis rationibus, frueretur, & viciſſim Regi Daniæ fidus ac obſe-

M. D. LXXXIV. quens esset, nec sine permissu regis vlli alteri, operâ suam addiceret. Primùm verò militiæ tyrocinium hic Farensbecus, in patriæ Liuoniæ bellis intestinis aliquot annis fecerat. Inde, ductis in Moscouiam equitibus Germanis, strenuam aduersus Tataros operam Moscho nauauit, &, cum delectis Tataris, ad monomachiam subinde Russos prouocantibus, aliquoties fortiter & feliciter; inspectantibus vtrinq; exercitibus, congressus, eximiam magnanimitatis, virtutis & fortitudinis Heroicæ laudem sibi comparauit. cuius fama multas gentes peruagata, in Daniam quoq; ad regem Frider. virorum bellica laude præstantium amantem, penetrauit. qui in regiam familiam Farensbecum adsciuit, & Marscalcum aulæ Danicæ creauit. vbi octo annos commoratus, & fide, industriâ, & virtute singulari, inclyto regi probata; tandem cum Steph. Pol. reg. patriam suam Liuon. serio ex Moschi tyrannide vindicare intelligeret, ac ipse etiam ad recuperationem patriæ aliquid operæ & laborum conferre cuperet: veniam à rege ad bellum aduersus Moschos, sub Polon. reg. auspicijs gerendum flagitat. Daniæ rex, collaudato ipsius studio & in patriam pietate generosa, non modò assentitur honestiss. ipsius voluntati, verùm etiam Osiliæ insulæ feudũ ad vitam ipsi, paulò antè indicata conditione adiecta, donat, & literis suis eum Pol. regi commendat. Profectus igitur ad reg. Pol. cum in duabus aduersus Moschos expeditionib. ad Lucam, & Plescouiã, eximiæ virtutis & fortitudinis decus, Imp. exercitus, Illust. Ioan. Zamoiscio probasset, & magnas in peditũ equitumq; ornatiss. delectum impensas feciisset: finito bello Rex Steph. compensare eius fidem, industriam, & sumtus ingentes cupiens, Præsidis VVendensis officium & præfecturas aliquot in diœcesi Curonensi, ac in his Pilteniam: & in Transdunanâ regione Kerkhusiam & alias, hæreditario iure fruendas benignè offert. Farensbecus cũ honorificas sibi & fructuosas Poloni regis conditiones fore iudicaret; statim ad Daniæ regem, memor obligationis, quâ ipsi deuinctus erat, omnia perscribit, & an ipsius permissu sibi eas accipere liceat, inquirit. Rex respondet, Curonensis diœcesis præfecturas, ad se & coronam Danicam, post Magni fratris mortem delatas, sub suâ potestate esse. In cæteris se nolle Farensbecum impedire. nec tamen quidquam consulere aut dissuadere, sed ipsius prudentiæ rem totam committere. Sperare autem eum memorẽ fore literarum, quib⁹ se Daniæ regi vicissim obligasset. Farensbecus, hæc verba non obscuræ permissionis vim habere ratus: oblatam præsidis VVendensis dignitatem, & alias arces ac prædia, exceptis Curonensibus, & paulò post etiam Liuoniæ equitum magisterium à rege Stephano delatum recipit, & operam ac fidem ipsi suam, excepto tamen, si quid aduersus Daniæ regem moliatur, vicissim obligat. Quo cognito, Daniæ rex, cum Farensbeco per literas expostulans, statim misso in Osiliam legato, Arensburgum arcem sibi restitui, vel quatuor nobilibus illius prouinciæ custodiendam tantisper tradi flagitabat, donec coram rege & senatu regni Farensbecus se legitimè purgasset. Cùm autem se nondum audito Feudum sibi eripi Farensbecus deprecaretur, & arcem nouis præsidijs sibi iuratis muniret: maiores indignationum flammas rex concipiens, q non solùm alteri Domino fidem suam addixisset, verùm etiam Arcem suam legatis suis patefacere & tradere recusasset: nouos commissarios regni senatores, Petrum Munkium, regni Amiraliũ, Hacum Holgeri, cum aliis nobilibus, inter quos Frider. etiam Ranzouius, Henrici vicarij regis filius fuit, cum classe armatâ in Osiliam mittit. Farensbecus interea ad Borussiæ ducem profectus, vt acceptis ab eo ad Daniæ regem literis, aditum ad reconciliationem faciliorem inueniret, Arcem, certis præfectis & Nobilitati Osiliensi sacramento sibi astrictæ, vsq; ad reditum custodiendam mandat. Cùm autem classis Danica appulisset, post sex dierũ tractationẽ, arx commissarijs regijs patefacta & tradita: & nobilitas totius prouinciæ, supplex agnoscere culpam fidei erga regem violatæ, & deprecari, & Iuramentum fidelitatis nouũ præstare coacta est, quòd priorib. commissarijs regijs non se contra Farensbecum adiunxisset. Duci verò Borussiæ, diligentissimè pro Farensbeco apud Daniæ regem intercedenti, prolixo scripto rex cauſſas exponit, cur gratificari hac in causâ Duci non possit. Farensbecus, cùm implacabiliter sibi regem irasci cerneret:

Apo-

Apologiam, prolixè & accuratè ſcriptam, in Regum & principum vicinorum aulis ſpargit, quâ innocentem ſe maleuolorum calumnijs premi, & nihil contra fidem & officium egiſſe teſtatur. M. D. LXXXIV.

DANTISCANI Oſiliæ inſulæ verſus meridiem vicini, pendentibus adhuc cum Poloniæ rege aliquot controuerſiarum capitibus, ex Sigiſmundi Auguſti Commiſſione originem ducentibus, ac inprimis portorij negotio, & alijs, quibus contra iplorum iura & priuilegia grauarentur, in compoſitione belli ad comitia reiectis: hoc anno demum integrè cum rege tranſigunt, eiq; binumalem Portorij (quod Pfalgelt vulgo nominant) auctionem, vt de ſingulis bonorum, quæ inueherentur aut eucherentur, marcis, quatuor numi deinceps pendantur; eiuſq; dimidia pars regi, altera ſenatui ſoluatur: ſubiectiſſimè concedunt, hac conditione, vt grauamina ciuitatis nominatim propoſita aboleantur.

Rex itaq; viciſſim omnes Commiſſariorum regis Sigiſmundi actiones & conſtitutiones, in præiudicium, contumeliam & damnum ciuitatis vergentes, & ipſam placationis formulam irritam pronunciat: nec vllam deinceps earum mentionem fieri debere ſancit. A commiſſariorum, ſi quos deinceps in vrbem mitti neceſſitas flagitabit, actionibus, ad Regem prouocatio erit. Portorij conceſſio nihil ciuitatis iuribus priuilegijs & libertatibus priſtinis derogabit, nec à rege, illiuſue ſucceſſoribus aut ſenatu augebitur, nec immunitatibus extra ordinem à rege datis diminuetur. Priuilegium Caſimiri, de facultate nauigationes & littora regendi 1457. datum ciuitati, & Sigiſmundi de bonis naufragis & caducis, denuò confirmat. Nec vectigalibus nouis in Viſtulâ inſtitutis, Dantiſcanos, ipſe vel ſucceſſores onerabunt.

Cluium priuatorum lites, in aulam deinceps non euocabunt, ſed ordinariæ ciuitatis iurisdictioni relinquent. Temerè apud regem, de Magiſtratuum negligentia vel iniurijs conquerentes: non impenſas ſolùm, ſed & pœnas calumniatorum ſubibunt. Aduerſus contumelioſarum citationum autores iniuriarum agere citatis licebit. Mandata, vſitatos iuris proceſſus impedientia, deinceps nullà reges dabunt: verùm ſi Dantiſcani Magiſtratus informationem res deſiderabit, intra bimeſtre clauſis literis eam ad regem mittent. Piratas & ſpeculatores maritimos, quales antea fuerunt, planè rex abominatur & tollit. Saluis conductibus regis, ciues, non ab ordinaria iurisdictione, ſed tantùm à vi magiſtratuum iniuſta, & carceribus, exemti erunt, nec vltra trium menſium ſpacium vlli dabitur, intra quos, ſi indignus eo beneficio iudicabitur, rex informari: committens crimen, non obſtante ſaluo conductu, comprehendi & puniri poterit. A Iuriſdictione & muneribus perſonalibus vel realibus, nullum deinceps reges eximent. Contubernijs opificum, cæteriſque collegijs, priuatim nulla priuilegia Reges dabunt. &, ſi quæ data ſunt, irrita erunt. Senatui verò, more maiorum, de collegiorum corporumque ſtatutis ſtatuendi poteſtas integra manebit.

Moratorias literas nullas ciuibus aut incolis Rex dabit, niſi fortunæ aduerſo caſu bona amiſerint, & de amiſſis Teſtimonium à Senatu vrbis habeant, eoq; nomine commendati fuerint. Tranſmarini ſalis ſubuectionem in Boruſſiam, ciuitas, liberam, ſine vllis exactionibus nouis, retinebit. Viſtulæ fluminis curſum auerti & aliò deriuari rex prohibet. nec peregrinis in detrimentum ciuitatum, in villis & pagis emere & vendere, & opificia ac negociationes exercere permittit, & priuilegia contraria, cum priſcis ciuitatis & terrarum Pruſſiæ iuribus pugnantia, abrogat. Hæc Dantiſcanis, dimidiam Portorij aucti partem regi permittentibus, viciſſim conceſſa, & tractatio tota, Grodnæ, cum Rege concluſa: Iuſiurandum verò à præfectis Portorij, Ioanni Tarnouio regis commiſſario præſtitum eſt. Sequenti demum anno VVarſauiæ, in comitijs, omnia ſenatus regni autoritate confirmata & edita ſunt. Eodem tempore,

In POLONIA, de Samuele Sborouio, Petri, Iohannis, Andreæ & Chriſtophori, (quorum ſuffragio & operâ fideli primùm Rex Stephanus in regni adeptione adiutus erat) fratre: ſupplicium capitale, iuſſu regis, Cracouiæ ſumptum eſt.

M D. LXXXIV quòd antea ex regno proſcriptus, contra perſonam, dignitatem, ſtatum & vitam Regis, quædam machinari intelligeretur. Id ſupplicium extra regni comitia, à viro nobili, ex illuſtri & antiquiſſima familia gentis Polonicæ datum, varias animorum affectiones & motus in regno Poloniæ excitauit. Qui tamen intra ſermones, querelas, & murmurationum fremitus conſtiterunt. Sed hiſtoriam totam, paulò altius, vt ab amico Cracouienſi nobiſcum communicata eſt, repetemus. Samuel

1574. ille Sborouius, ob interfectum in arce ſub coronationem regis Henrici, Caſtellanum Premiſlienſem, ex familia VVapouia, perpetuo exilio mulctatus erat, citra tamen infamiæ notam. Quare, partim in Tranſyluania, partim in campis illis latiſſimis, in quibus graſſantur Nizouij Coſaccij, tum in proximis VValachiæ partibus vitam exilij degebat, ita tamen, vt ſæpius in regnum ad ſuos veniret, (habebat enim vxorem ex familia Spitronum, Caſtellani olim Cracouienſis filiam) & tàm Cracouiæ, quàm in alijs ciuitatibus ac oppidis moraretur, atque interdum licentioſius graſſaretur. Quærebat interea per fratres & conſanguineos ſuos vias & rationes, quibus placare offenſam partem, & Reipublicæ decreto comitiali, reſtitui poſſet, quod tamen multis intercedentibus cauſis non ſucceſſit. Cùm verò paſſim multi conquererentur, & in ſingulis comitijs exclamarent, Bannitos, contra leges PATRIÆ, in regno verſari, impunè multa illicita & interdum atroces iniurias alijs inferrè, negligentibus locorum, vbi hæc fierent, præfectis ſeu Capitaneis: quibus id ipſum non ſine aliquo officij neglecti aut metus aut conniuentiæ nota exprobrabatur: admonebantur ſedulò & ſeriò præfecti, diligentius in poſterum vt cauerent, ne quid ex eiuſmodi indulgentia Reipublicæ incommodi & periculi ipſorum cauſa accideret. Et nominatim quibuſdam in comitijs, inſtigantibus offenſis, decretum fuit, ne quibuſuis in locis præfecti SAMVELEM verſari paterentur, quinimò ſi in contemptum legum id facere amplius præſumeret, vt pro officio eundem captum ſeruarent. His cauſis adductus regni Cancellarius IOHANNES Zamoiſcius, ſimul atque præfecturam Cracouienſem adeptus eſt, cùm ſciret SAMVELEM ſæpius in minori Polonia apud ſuos & alios paſſim degere, omniaque edicta illa, familiæ ſuæ fortaſſis nixum tum potentia, tum autoritate, contemnere, admoneri illum aliquoties curauit per fratres IOHANNEM & ANDREAM, alios item propinquos, ne in locis illis, vbi cum poteſtate verſaretur, ſubſiſteret, aliàs ſe pro officio exequi leges & recens lata decreta conſtituiſſe. Verùm is nihil has admonitiones curare, imò in contrarium eò audacius niti, & nouos quoſdam conatus & factiones moliri, & Cancellario ipſi periculum machinari intelligebatur.

Cancellarius interea, pro more, iudicia ordinaria, quæ non niſi per ipſos præfectos adminiſtrari ſolent, proclamari iubet. Cracouiam ex Lithuania proficiſcitur. Circa Sendomiriam tranſeunti nunciatur, SAMVELEM amplo cum hominum numero ſtipatum, ſimul cum illo Cracouiam ingredi conſtituiſſe, ſubindeque non procul ab eodem nocturno hoſpitio deligendo ſubſiſtere ſolere. Per aliquot idipſum penitius exploratores cognoſcitur, venitur tandem Proſſovvitium, vbi cùm Cancellarius pernoctaturus ſubſtitiſſet: medio ab inde milliari, apud viduam ſororiam ſuam nuncupatam in villa Piekari, SAMVEL hoſpitatur, comitatus ſui maiore parte in viciniore villa relicta. Cùm verò hic Iurisdictioni præfecti Cracouienſis primum locus aperiretur, noctu propræfectum Vrouecium immittit, cum præſidiarijs, qui impetu in domum viduæ facto, licet non ſtatim proderetur, interfecto vno puero, qui gladium SAMVELI porrigebat, & filio eiuſdem aliquantulum vulnerato, quod bombardam eiaculatus eſſet, poſt multas concertationes SAMVELEM captiuum (exeunte Aprili) Proſſovvitium deducit: inde ſimul cum Cancellario Cracouiam recta in arcem, curru proximè ipſum ſequente, cum præſidio, liber vectus, ac cuſtodiæ traditus eſt. Porrò qui tùm præſentes aderant ex nobilitate Cracouiæ, obuiam progreſſi, cùm primùm in arce Cancell. ſalutaſſent, longa ac diſerta oratione totius facti rationem ſibi explicari audiuerunt.

Interea

Interea dum Samuel sub custodia, nemine penitus ad se admisso, asseruatur: Cancellarius, qui capto statim Samuele, Regis consilium scisscitatus fuerat, præcipuis, etiam regni Senatoribus, per literas facti sui rationem reddit. M. D. LXXXIV.

Altera ex parte Samuelis consanguinei & priuatim, de vi & iniuria, non Samueli solùm, sed toti familiæ illata, queruntur, & nihil non tentant apud Zamoiscium, vt Samuelem, si non ex captiuitate, saltem ex carnificis manu liberarent. Demonstrare illius innocentiam conabantur, quòd vim vi repellens, in casu iustæ & necessariæ defensionis, Vapouium interfeciſſet. quòd non à Republica in regni comitijs, sed rege priuato, qui profugus postea regnum reliquerit, præter senatorum voluntatem & consensum proscriptus sit, addita etiam in literis proscriptionis clausula; citra notam infamiæ, & vita illius sit in gratia Regis. Cumq; ad Reipub. Senatum, in Comitijs publicis, quod in eiusmodi causis fieri solet, nunquam delatus sit: non legum contemptu, sed regia potius autoritate & voluntate, in regno mansisse: & cum præcipuis regni proceribus, senatoribus, ac ipso etiam rege, familiariter vixisse, imò fidem ipsi datam esse, quòd tutò in regno versari posset, ipsum hac profectione, per Poloniam transiturum saltem fuisse, vt filium in Germaniam duceret. Zamoiscium magis priuato odio, quàm legum obseruantia impulsum hæc mouisse. Addebant libertatis iura, prouocabant ad regem & regni comitia: nec causam tantam, de existimatione & vita viri principis, extra comitia decidi posse. exaggerabant incommoda & mala infinita, quæ oriri ex hac tyrannide & in totam Rempubl. redundare possent. Orant, ne æmulatione vel inuidia generosam Sborouiorum familiam turpissima infamiæ macula temerè aspergat. Omnes etiam suas fortunas, & corpora pignorum & obsidum loco offerunt, ne quid statuatur grauius, donec Regis ac Reipublicæ maturum interueniat iudicium & autoritas. Tota etiam nobilitas Palatinatus Cracouiensis per Succammerarium Zikouium, satis accurata & grauiter prudenterque conscripta oratione se interponit, à Cancellario hoc vnum efflagitans, ne quid præcipitanter in illum committeretur: sed ad comitia potius causæ huius, per omnes ordines cognitio & iudicium reseruetur, vel saltem ad Reg. Maiestat. remittatur. Quibus ita respondit Cancellarius, vt vicissim prolixo scripto, facti totius, cum circumstantijs omnibus, narrationem eis exponeret, nec tamen quicquam categoricè de sua voluntate significaret, nisi quod in præsenti causa id facturus esset, quod sibi secundùm DEVM conscientia & officij autoritas dictaret. Interea Samuelis frater Andreas, Curiæ Marschalcus, literis & ipse instat vnà cum alijs consanguineis suis, apud ordinarios Iudices regni, tum Lublini Iudicia exercentes, partes suas vt interponerent ad Cancellarium, ne quid atrocius in fratrem statuere vellet, satis iam superq; familiæ illorum, violentiæ & iniuriæ, capto fratre illatum esse. Volebant dare obsides numero decem, ex præcipuis huius familiæ, ac obligare sese, quòd Samuelem in Comitijs sereniſſimo Regi & ordinibus regni sistere vellent iudicandum, nec defuturas illi, secundùm leges & decreta, legitimas atque iuridicas defensiones. Tandem petierunt consilium ab ijsdem, quid aut quomodo in tam acerbo familiæ casu agendum vel procedendum sibi esset. Breuiter, sed prudenter; à iudicibus responsum est illis, & quidem ita perplexè, vt nihil ex ijs literis, aut pro se trahere, aut contra Cancellarium possent. Summa tamen erat, se in tali casu consilium præbere non posse, nihil hoc ad illorum officium ad iudicia pertinere, non defutura tàm amplæ & potenti familiæ sufficientia & opportuna consilia domi. Sub idem tempus Cancellarius per literas significabat ijsdem iudicibus, quid & quomodo factum sit, non consilium aliquod inquirens, sed rei veritatem explicans, ne aliter, vt in eiusmodi negocijs fieri solet, traduceretur. In dato eidem responso gratias agunt Iudices, qui tanta prudentia ac vigilantia vsus fuerit: satis eum testatum fecisse, quẽ virum, vt in defendenda patria armisq; tractandis, ita in legum obseruantia & securitate publica tuenda, se præstitisset, non dubitare se concludunt breuiter, illum tanquam senatorem prudentem, in legibus, & libertatibus patriæ & natum

10. Maij.

M. D. LXXXIV. & optimè exercitatum, quemadmodum in alijs omnibus hactenus feciſſet, actum præſentem ad huiuſmodi effectum perducturum, vt vtrumque ius, videlicet, publicum & libertas nobilitatis, ſalua & integra permaneant, nihilque inde, quod aliqui ominari viderentur, emergat aduerſi.

Paucos poſt dies, cùm nobilitati Cracouienſi reſponſum, ad interpoſitam
15. Maij. interceſſionem, datum eſſet, ſignificatur Samueli, domui ſuæ vt diſponat. A regia enim Maieſtate mandatum eſſe Cancellario, vt iuſticiam aduerſus illum exequatur. Cumque colloquium Cancellarij expeteret, ante veſperam conuenitur à Cancellario, tribus adhibitis teſtibus, vbi, cùm mitius & Chriſtianius ſecum agi Samuel rogaſſet, Cancellarius mandatum regium ipſum legere iubet. Deinde ex Chriſtophori fratris ad ipſum literis multa expoſtulauit. Summo mane
16. Maij. ſubſequentis diei eductus in locum ſolitum ſuppliciorum, vicepræfecto cum tribus vel quatuor alijs præſentibus, cinctus 50. Haidonibus, ſubſtraro rubeo panno, capite plectitur, inuolutuſque linteo ad id præparato, imponitur loculo & feretrum pannis paratis contegitur. Arce inde aperta, tui matim ad hoc triſte & ſtupendum multis ſpectaculum plurimi confluunt, donec quinta à ſupplicio hora ſocrus Samuelis, Caſtellana, aliquot fœminis generoſis, & amicis notis & ignotis ſtipata plurimis in arcem aſcendens, necati generi corpus ſibi tradi petit. Quod currui impoſitum in Palatini olim Caliſſienſis domum deduxit, vbi lotum, & aſſuto capite, denuo more militari ornatum, in toga rubea ſerica, cum claua, biduo conſpiciendum à quibuſuis frequentibus publicè iacebat. Quarto ab inde die, Andreas Sborouius, frater, Marſchalcus, magno comitatu, Cracouiam venit, neque quicquam ſubſiſtens aut ſolennem aliquam actionem vel proteſtationem interponens, eadem die corpus ex vrbe abduxit. Nec quicquam poſtmodum ſubſecutum eſt eorum, quæ multi paſſim ſparſerunt. ſed publicè omnes conquieuere, vt prudenter ſanè quidam ex minore Polonia ſcripſiſſe videatur. Crede mihi iſtud factum non erat fabrica vnius diei, diu multumque de eo conſultabatur, quoad venit ſumma dies & ineluctabile fatum. De quo quidem eius hominis interitu hîc varij variè iudicant. Dicunt alij, iure cæſum eſſe, & laudant iuſtam animaduerſionem. Alij verò dolent, ſed altum premunt corde dolorem, interdum collachrymantes & tyrannidis metu alas quatientes, quorum quidem ſunt pauci. Sed vt fert tempus, facetis prudentiorum ſermonibus perſtringuntur, vt iam mitiores eſſe videantur. In ſumma, breui ea omnia euaneſcent principijs deferueſcentibus. Cæteri verò eiuſdem farinæ iam aliquando intelligent, vibratum eſſe enſem ad vindicandam inſolentiam, hactenus enim ſusque deque ferebantur vicia & immanitates. Hæc ille. Cùm autem fratres Sborouij, apud gentiles & affines ſuos, multa de Cancellarij iniuria queſti, & rege ipſo in ordinem redigendo mouiſſent, & literis ad plures alios ſcriptis, aduerſus regem conſpirare exiſtimarentur: capita factionis, Chriſtophorus & Andreas Sborouij fratres, ad comitia VVarſauiæ proxima literis regijs citati ſunt. Vbi Senatus Regni, Samuelem Sborouium iure cæſum pronunciauit, & Chriſtophorum Sborouium, conſpirationis aduerſus regem initæ ducem & autorem, proſcripſit.

PARS Familiæ SBOROVIORVM.

ANDREAS Sborouius Caſtellanus Caliſſienſis ——— Eliſabeth Schidlonecia, Chriſtophori, magni Cancellarij apud regem Sigiſmundum, ſoror.

IOANNES, ad Orſam cum Moſchis confligens victor occubuit 1514.	Nicolaus, ad Obertinum à VValachis cæſus.	Petrus, Caſtellanus Sendomirenſis.	MARTINVS, Caſtellanus Cracouienſis, ex Anna Conaria de Gora 16. liberos ſuſcepit.

MARTI-

MARTINVS sub Carolo V. militauit, obijt in bello Liuonico.	PETRVS Palatinus & capitaneus Cracouiensis.	IOANNES Castellanus Gnesnensis, capitaneus Grudentj, Dantiscanos profligauit 1577.	ANDREAS aulæ Regiæ Marscalcus.	SAMVEL ab Henrico rege proscriptus, postea Stephani iussu p Cancellarium Zamoscium decollatus.	CHRISTOPHORUS à Stephano proscriptus.

Ioannes Basilides magnus Moscouiæ dux, seu Russorum Imp. qui totos 25. annos grauissimo Liuoniam bello adflixerat & vastarat, mense Martio, tyrannidis & vitæ suæ finem fecit. quem Russico more valdè pium fuisse narrant. moriturus enim, filium suum Fœdor (sic Theodorum illi nominant) & præcipuos proceres ad se accersiuit, in quorum præsentia, filio prædicto, totum Imperium pia exhortatione commisit, illique quatuor summos consiliarios adiunxit, Iuuan Fœdorvvitz Mistislauuski, Mikita Romanovvitz, Iuuan Petrovvitz Zuschkou, & Michaëlem Andrevvitz Bessnyn, qui noui ducis & Reipublicæ salutem curarent. quibus suasit, vt suo exemplo commonefacti, à bello semper abhorrerent, & cum vicinis regibus pacem & amicitiam colerent. Iussit etiam, subditis per totam Russiam diuturno bello ad paupertatem redactis, census certos & tributa ad decennium remitti, vt interea temporis vires & opes iterum colligere possint, & omnibus captiuis liberam potestatem manendi aut abeundi concedi voluit. His postremis mandatis editis tonsus & monachorum veste indutus, ex hac vita migrauit. cuius tyranni mors, vniuersam Russiam, Tattariam, & omnes finitimas gentes, immensa lætitia & voluptate affecit. Paulò ante obitum, insidias Tattaris Casanensibus molitus erat. Nam hi superiori anno mota seditione rebellarant. Pacem igitur fictam mense Octobri cum illis confirmauit, atque omnem seditionis culpam illis se remittere falsò ostendit, vt securi, dissolutis copijs dispergerentur, & quilibet domum se conferret. Interea magnum exercitum ipse conscripsit, quem contra Regem Suecorum se ducere velle, tàm Tattaris quàm Moschis omnibus persuasit, vt hoc modo Tattaros ex improuiso inuaderet, & pœnas seditionis ab illis sumeret. Cumque iam Tattaros dispersos & securos esse putaret, totum exercitum confestim in regnum Casanensium misit. Qui hac de causa à magno Duce se eò missos fuisse simularunt, vt regioni Casanensi & metropoli, longa obsidione vexatæ, de commeatu & alijs rebus prospicerent. Tattari verò fraude illorum animaduersa, mox vndique conflixerunt, & Moschos qui propter altissimæ niuis asperitatem cum equis suis fessis nusquam effugere poterant, calceis vel soleis ligneis & oblongis, quibus feras & equos velocissimos per niuem præuertere possunt, adorti, aliquot millia eorum trucidarunt. Ita Tattarorum seditionem moriens inultam reliquit. Ex Anastasia, prima vxore, Romanj filia, Mikitæ Romannovvitz, quem Tutorem filio datum iam dixi, sorore, filios duos suscepit, Ioannem & Theodorum, ex quibus priorem successioni & imperio iam destinatum, pater ipse, ante sesquiannum, inconsulto impetu trucidarat. Is adolescens 20. annos natus, tertiam habebat vxorem Helenam, Ioannis Scheremitoni filiam, cùm priores duas, inuito ac dolente ipso, monasterijs includi pater iussisset. Quod cùm patri, tertiam quoque vxorem inhumanius tractanti, filius exprobraret: pater iracundia percitus, pedum seu baculum, quem manibus gestabat, ad tempora Ioannis illisit, ex quo ictu post diem quintum extinctus est. Minor itaque natu filius, THEODORVS, morienti patri superstes solus successit, cui IRENE, Theodori Godouij filia, coniugio iuncta est, cum qua die 28. Iunij inauguratus est.

TAVRICA Chersonesi partem Borealem, quæ Tattarorum Præcopitarum sedes iam aliquot seculis fuerat: Osman Bassa, ex Persico bello, per Colchidē & Pontum Euxinum redux, mense Maio occupauit, & in prouinciæ Turcicæ formam

M. D. LXXXIIII. redegit. Est autem TAVRICA CHERSONESVS, quàm Præcop, & Tattariam minorem hodie appellant; ampla peninsula, 24. millia longa: 15. lata, inter Pontum Euxinum & Mæotiden, versus ortum porrecta ad Bosphorum Cimmerium, qui ad gradum long. 64. lat. 48. Europam ab Asia disterminat. Eam mediam, horridi & ardui montes, velut Apenninus Italiam; in borcam & australem, cuius Capha emporium celebre, annò 1475. à Mahomete occupatum, metropolis est, dirimunt. In boreali verò parte, TATTARI Crimæi vulgò appellati, latissimos inter Borysthenem & Tanaim campos, pascuis subinde mutatis, peruagantes, sedem regiam annos iam ferè quadringentos habuerunt oppidum CRIMÆAM. quibus tributum seu pensionem annuam, aliquot millia Vngaricorum, Poloniæ reges ab auorum memoria pendunt. Horum rex, proximis annis, Mechmet Kirei, Turcis confœderatus & socius fuit: Aduersus quem proprij fratres seditionem mouerunt: & cùm viribus regi impares essent, ad Stephanum Poloniæ regem, quem infensum Tattaro, tributum annum pendere hactenus recusasse sciebant, auxilij implorandi causa fugerunt. Eos cùm aliquoties Tattarus repeteret, nihil tamen apud Polonum efficeret: tandem Turcarum Imperator à rege obtinuit, vt Byzantium, cum legato Polono, Hieronymo Philippouio, ad filij sui circumcisionem mitterentur.

1581.

1582.

Deulet (Felix) Czar.

Mechmet rex Tattarorum. — Sadit.

Adlei à Persis captus & necatus.

Hali. Salomet. ad Polonum profugi, in Turciam missi.

Tattaro autem hos Turcarum Imp. non restituit, cùm tanquam regis Tattarici obsides retinere eos cuperet, vt vellet nollet Tattarus in officio retineretur. Id grauiter Tattarus ferebat, & tamen petente Turcarum Imp. vt illius stipendijs in Asiam aduersus Persas auxilio Turcis proficisceretur: & restitutionem fratrum denuò pollicente: regi confœderato gratificatus est. Cùm autem Turci clade ingenti apud Tiflin à Persis affecti essent, Tattarorum rex, per Circassios & Mengrellios, qui iam Colchidis partem inhabitant, iter faciens, clade intellecta, cum exercitu suo in regnum se recepit, multum damni habitatoribus regionum Turcicarum, per quas iter faceret, inferens. Verùm vt in regnum rediit, intelligeretq;, fratres suos, sibi à Turcis ex fœdere & promissione nondum redditos esse, magnis in Turcam exarsit iris. Eius mitigandi causa, AMVRATHES, legatos cum donis eximijs ad ipsum misit, excusens quare hactenus fratres ipsi non remiserit: allegans in securitatem regis id feciisse, ne remissi fratres, absente rege, res nouas molirentur. se eos aut remissurum breui, aut in securitatem regis penes se retenturum. Sed fratres Tattari negligentius Byzantij custoditi clam aufugerunt, ac denuò bellum fratri regi, auxilio Moscouitarum, & quorundam Tattarorum intulerunt. Ad quod propulsandum Tattarus auxilia Turcarum implorauit, quæ quidem promissa sunt, sed non præstita. Cùm autem denuò à rege Tattaro fratres seditiosi regno exacti essent: Tattarus omnem culpam in Turcas deriuauit, credens eorum instinctu (cùm inexplebili teneantur dominandi cupiditate) factum esse, quod bellum adeo funestum & exitiale fratres sibi intulissent. Ratus id nisi ita esset, fratres sibi iamdudum aut restitui, aut eadem diligentia, qua multi alij principes viri ab ipsis retinentur, custodiri potuisse. Accedebat eodem ferme tempore, vt Turca legatos ad Tattarum mitteret, ac rursus ab ipso, auxilia in Persam, non vt antè, benignè peteret; sed exemplo nouo, superbè ferme efflagitaret. Quare Tattarus ingentes irarum aduersus Turcam concipit æstus, ac nimium iracundiæ indulgens, non prius Turcis bellum indixit, quàm intulit, atq; ciuitatem CAPHAM (quæ in Taurica Chersoneso olim Theodosia dicta, à Mahomete verò, Genuensibus & antea maioribus suis erepta erat) intercipiendam sibi esse ratus, eam obsidione cingit, atq; armis & amotione commeatus, ita Turcas, in vrbe Capha, nihil tale vnquam à socio rege metuentes, pressit,

1583.

non modò de facienda deditione deliberarent, sed etiam intrà duos M. D. LXXXIII.
re vellent.

rea Amurathes, extrema quæque à Tattaris metuens, consilio habito,
quendam Aslan Czirei dictum, quem multos annos captiuum detinue-
manni, &, ipsum regij sanguinis, & vt fertur, naturalem regis fratrem,
iubet. Eum benignis alloquitur verbis; ad magnos posse peruenire i-
nores, si sibi obedire vellet. Rebellasse sibi regem Tattariæ, nulla de
nnia in regno tyrannicè agere; subditos miserabiliter affligere; eos gra-
e imperiosum dominum. Proinde si ipse vellet in Tattariam proficiscí,
pecunias & exercitum esse daturum, vt tyrannide liberaret patrium re-
onsuesse enim Ottomannos iustitiam colere: miseros defendere à tyran-
sultibus: esse apertam cunctis afflictis Ottomannicam portam, refugium
aculum pauperum & derelictorum. Lætus miser, quòd seruili statu solu-
dominus salutari deberet, annuit. Itaque ex voluntate Imp. Turcici, fu-
quidem Rex, sed Tattariæ Beglerbegus est declaratus: iurauitq; fideli-
murathi & ipsius legitimis successoribus; accepitque vexillum aureum,
nodum pro signo fidelitatis, aut loco inuestituræ, Tributarij & subiecti
, Moldauus, VValachus & Transyluanus à Turcis accipere solent. Exin-
Ochiali, maris præfecto, cum quadraginta, non amplius, triremibus, initio
prilis, soluit Constantinopoli, atq; paucorum dierum spatio prope Ca-
pulit, cùm postero die ciuitas dedi deberet Tattaro. At Turcæ non mo-
a in vrbem intulerunt, sed etiam seruitute liberatus Tattarus tentauit o-
apud fratrem animos, pecunijs, donis & promissionibus, vt aut dede-
fratrem viuum, aut occiderent. Acceperat enim in eum finem, ab Amu-
entem pecuniarum summam. Itaque pecunia multos ex Tattaris cor-
er quos etiam fuerunt consiliarij regis atque vnus ex intimis & selectissi-
is. Qui, vti conuentum erat, proprium regem, in casa rustica tum di-
m, cum duobus filiolis in frusta concidunt, atque eum, qui hoc ita fieri
perat, Aslanum, pro Domino accipiunt, honorantq;. qui donis & pro-
plissimis, sibi Tattarorum amicitiam & fidelitatem conciliauit. Talem ad
Tattari, qui hactenus liberi & indomiti fuerunt, ex socijs & fratribus Ot-
orum, ipsi sunt facti serui, quem amicitia Ottomannica finem plerumque
olet.

n autem Tauricæ Chersonesi, in prouinciæ formam à Turcis redactæ, hi-
recitauerim: cæterarum etiam omnium IMPERII TVRCICI Prouin-
quas per Bassas seu vicereges suos administrat, Catalogum, sicut à no-
Francisco Billerbego ex ipsa vrbe Constantinop. mecum communicatus
er adiungam: primùm in Asia:

ATOLI, h. Asiæ minoris Beglerbegus seu vicerex, residet in ciuitate Phrygiæ maioris Chiutaia, quæ Græcis olim Cotyaium dicta est. Natoli ab ἀνατολὴ oriens, quòd à Constantinopoli versus orientem sita sit.

araman Ciliciæ præest & vicinis prouincijs Pamphyliæ, Lyciæ, Lycaoniæ & Cariæ parti.

uas seu Sebastea Cappadociæ meridionali, qua Ciliciam & Armeniam minorem spectat.

ocatum seu Cappadociæ boreali versus Pontum Euxinum. residet in ciuitate Amasia, quæ nomen antiquum hodie retinet. ad long. 65, 30. lat. 42.

ulgadir. cuius princeps olim Alaudeules & populi Aladuli olim inter Turcicum & Persicum Imperium & Syriam interiecti.

Halep superioris Syriæ in vrbe ac emporio celeberrimo Venetis notissimo Alepo domiciliũ habet, quam Zonaras, Nicetas & alij Berrhœã olim dictam, alij Hierapolin, Syriæ Cyrrhesticæ vrbem fuisse ostendunt.

cham, DAMASCI, quæ Scham Turcis & Arabibus dicitur Cœlesyriæ & Palæstinæ præfectus.

8. Tara-

M. D. LXXXIV.

8. Tarablos siue Traplos. Tripoli Syriæ ad montem Libanum.
9. Maras, Arabiæ desertæ confinis, infra Halepum & Mesopotamiam.
10. Diarbekir, MESOPOTAMIÆ: ad vrbem Amidam.
11. Bagdat, BABYLONIÆ & Chaldeæ.
12. Balsara, ad sinum Persicum.
13. Labia seu Laxa, Carmaniæ, quâ Ormuzum versus, nunc Lusitanis parentem, vergit.
14. Iemen Aden, in ARABIA Felice.
15. Hebesch, ad sinum Arabicum, obiectus Presbytero Iohanni.
16. CYPRO: Nicosiæ vel Famagustæ residet.
17. Ezrum & Arzerum, Armeniæ maiori versus Georgianos, & Assyriæ parti.
18. Schiresul, Assyriæ, in finibus Persiæ.
19. VVan in confinibus Armeniæ & Mediæ.
20. Tiflis, in regione Georgianorum.
21. Siruan, Mediæ pars.
22. Temir capi, porta Ferrea ad Derbentum, seu angustias montium ad mare Caspium.
23. Tschildir, ad fines Mediæ & Georgianorum.
24. Cars, in Armeniæ maioris & Mediæ finibus.
25. Fas, Mengrellijs, Colchidis habitatoribus anno 1579. impositus est, forte à Phasi fl. nomen habet. Sed hi postremi septem aut octo Beglerbegi, recens circa annum CHRISTI, 1578. & 1579. contra Persas primùm constituti, propter incertum belli euentum, & Prouinciarum exiguitatem, cum cæteris nequaquam comparandi sunt.

IN EVROPA.

1. RVMVLI Thraciæ & Græciæ totius Beglerbegus: quam Turci, corrupto ROMANIÆ nomine, Rumuli appellant. Omnium amplissimam Diœcesin, & Sangiacatus sub se plures viginti habet. Sophiæ in Seruiæ & Bulgariæ finibus sedem habet. Sed Constantinopoli plerunque degit.
2. Temesvvar, Vngariæ trans Tibiscum, versus VValachiam & Transyluaniam.
3. Budæ, Vngariam inferiorem versus Austriam gubernat, & Albam Regalem, Strigonium Zigeth, Zolnoc, Filec, quinque Ecclesias, Mohacium, Segedinum, Sirmium, Semendriam seu Sinderouiam ad Danubium ditione sua tenet.
4. Bosnæ, Illyridi, Dalmatiæ & Croatiæ parti præest: residet Bagnania Lucz.
5. Coffæ, Tauricæ Chersonesi, olim Theodosia dicta.
6. Capitanbassa, seu Amyralis Turcicus, Callipoli residet, & plerisque maris Aegei seu Archipelagi insulis, Lemno, Lesbo, Chio, Rhodo, Euboeæ, & ad sinum Corinthium, Naupacto Leucadi, & alijs locis maritimis imperat.

IN APHRICA.

1. MESSIER, AEGYPTO præsidet Cairi, quam Messir & Mizri hodie Turci & Iudæi nominant, à Mizraim filio Cham.
2. TVNIS, Tunetanum regit regnum, & Tuneti sedem habet.
3. Tripolis, propè Gerbos Lotophagarum Insulam.
4. Giul Gesare, vel Cesair: Algeriæ residet, quam Turci ab antiquo nomine sed corrupto, Iulia Cæsarea, nominant.

Habent autem singuli Beglerbegi, sub se, Sangiarbegos, seu Sanzacos, quorum quisque ferè principatum seu Ducatum paruum obtinet, & 500. 600. vel pluribus equis seruit. Horum in vniuersum sunt plus minus trecentis.

Plurimos

Plurimos autem ſub ſe Sanzacos, Europæi Beglerbegatus ampliſſimi habent. M. D.
Rumeliæ, vnum & viginti, & in his Theſſalonicam, Lacedæmonem in Pelo- LXXXIV
ponneſo, Patres in Achaia, Aulonem in Epiro, (quæuordecim tantùm milliaribus German. ab Hydrunte Italiæ diſtantem) ad Danubium Nicopolin, in Seruia, Sophiam, vt Aegypti ſeu Cairi Beglerbegus, ſedecim. Natoliæ ſeu Aſiæ minoris, duodecim. Meſopotamiæ, totidem. Budæ in Vngaria quindecim. Sanzacis ſubſunt Spahileri, noſtris vaſallis ſeu beneficiarijs aliqua ex parte ſimiles, qui equites merent, & prædia pro ſtipendio habent: non tamen hæreditaria, ſed donec Imperatori viſum eſt.

Eodem verò tempore, quo Tauricæ Cherſoneſi partem borealem, prouincijs Turcicis Amurathes adiunxit: parùm abfuit, quo minus omnia Chriſtianorum templa Conſtantinopoli (quorum circiter triginta in monaſterijs & alibi ſupereſſe intelligo) in Moſcheas ſeu Mahometicæ religionis ſpeluncas, ſummi ſacerdotum Turcicorum Pontificis (quem Muffti appellant) inſtinctu, conuerterentur. Cumq; Græci, Armeni & aliæ gentes Chriſtianæ, ſubiectiſſimè deprecarentur, & Mahometi II. ac ſequentium Impp. priuilegia, Chriſtianis de libero religionis eorum exercitio conceſſa allegarent: reſponſum eſt, eo tempore propter vrbis ſolitudinem & Muſulmannorum paucitatem indultum eſſe. Nunc cùm tanta Mahometicæ religionis cultorum in vrbe frequentia ſit, vt templis pluribus indigeant; æquum eſſe, vt illis Chriſtiani cedant. Poſtea Hiſpaniæ regis apud Venetos legatus ſcripſit, Amurathem omnia Chriſtianorum templa deturbaſſe & in ſua vertiſſe. Idemq; Hieroſolymis fieri mandaſſe: ſed duo tantùm Chriſtianorum templa Byzantij eo tempore occupata eſſe conſtat. In Patriarcham verò ira tyranni Turcici præcipuè effuſa eſt, quem catenis vinctum per vrbem ignominioſè vehi, & tandem in Rhodum inſulam relegari mandauit, cauſam indignationis alij aliam perſcribunt. Inter cæteras vna fuit, quòd cum Romano Pontifice conſpirationem nouam inire ad Amurathem delatus erat, propterea, quòd Calendarium illius emendatum in Græcia etiam & reliqui orientis eccleſijs Chriſtianis ſeruandum magna cum multorum offenſione recepiſſet, & ob latam diuortij ſententiam, à potenti quodam Græco, qui, vt ſe vlciſci commodiùs poſſet, ad Mahometiſmum defecerat, aſſiduè in aula accuſaretur. deniq; cùm in ſynodo de Græcis certis, in deſerta quædam loca, velut coloniam deducendis, vt Turca petiuerat, deliberaretur: idq; durum & iniuſtum ſibi videri Patriarcha pronunciaſſet: Theophilus Hieromonachus & Pachomius hoc Turcæ prodiderunt, ac Patriarchæ dignitatem Pachomius additis ſupra vſitatum Canonem aliquot millibus ducatorum adeptus eſt, cui tamen homini rudi & illiterato ſequenti ſtatim anno remoto Theoleptus ſucceſſit: à ſylueſtro Alexandrino & Michaële Antiocheno tum ibi fortè præſentibus inauguratus die 10. Martij Anno 1585. Sed longiùs etiam in hac Byzantia euagor. quare ad ſequentis anni res Henetas & Saxonicas redibo. Vbi de Anglia, quam tranſmarinam Saxoniam Bonifacius nominat, vnum hoc annotauero, initio anni, conſpirationem aliquot procerum inſtinctu Romani P. P. & Hiſpanorum aduerſus reginæ Eliſabethæ caput & ſtatum initam ſingulari Dei beneficio retectam eſſe. Hi captiuam Scotiæ reginam liberare & in thronum regni Anglicani, priori regina trucidata, euehere & Pontificiam religionem reformata funditùs abolita reſtituere moliebantur. Cùm autem è coniuratorum numero vnus reginæ & patriæ miſertus indicium ad reginam detuliſſet: authores & principes coniurationis præcipui, Amyralius & alij, capti & confeſſi ſupplicio debito affecti ſunt.

Initio anni RIGÆ in LIVONIA, motus ciuium ingens CALENDARII GREGORIANI occaſione excitatus eſt, qui in apertam ſeditionem mox erupit. Nam cùm mandato Regis, exemploq; vicinarum aliquot ciuitatũ, ſenatus, & Eccleſiæ Miniſtri illud recepiſſent, & in templis etiam Dominica prima Aduentus ſeruare cœpiſſent, communitas ciuium ac plebs

M. D. LXXXV.

12. Nouemb. Greg. 2. Decemb. noſtri.

M D. LXXXV. ac plebs vniuerſa, toto Aduentus tempore quieta, ſacris vnà intererat. Sed cùm eâdem cum Pontificijs die feſtum Chriſti natale celebrarent, vulgus nec concionibus nec ritibus Eccleſiaſticis adeſſe voluit. Ex eo numero quidam die XXIV. Decem. ſenatum rogarunt, vt ſibi etiam Genethlia Filij Dei veteri more ſeruare liceret. Quod cùm illis negatum, nec concionem habituros Eccleſiæ Miniſtros dicerent: nihilominus frequentiſſimi ſequente die, hora octaua, in vtroque templo, cum Rectore Henrico Mollero Dietmarſo & Scholaſticis conuenerunt: cantionibus Natalitijs feſtum celebrantes. Eum Burggrauius Regius Nicolaus Eick, Vilna proximis diebus ex legatione reuerſus, propterea quòd pueris in ſchola, præſentibus etiam multis ciuibus, concionatus eſſet, quodque indicante ſenatui Paſtore Georgio Neunero, Regiæ Maieſtatis mentionem parùm honorificam feciſſe in protocollo annotatum erat, in curia detinuit. Interim vanus quidam rumor cùm ad concitandam multitudinem in vrbe ſpargeretur, Rectorem & aliquot ciues, ea ipſa nocte, capite truncatum iri: conrector ſcholæ, Valentinus Raſcius, & ciues aliquot, Burggrauium rogarunt, vt Rectorem ex cuſtodia dimitteret; ſe de ipſo in iudicio ſiſtendo fidem interpoſituros eſſe: ſi recuſaret, metum ingentis tumultus in vrbe imminentis omnium animos vrgere. Cùm verò Burggrauius illis gratificari nollet: Quòd læſi honoris ac exiſtimationis Regiæ reum, ratione officij ſui, iure miſſum facere ſe non poſſe oſtenderet: Scholaſticis quibuſdam paulò poſt per plateas diſcurrentib⁹; & ad ciues in foro quid actum eſſet, relatione facta, vulgus ad arma conclamans concurrentibus ciuium & opificum famulis, curiæ ianuas perfringunt, Rectorem eximentes. Interea reliqui ex illa colluuie, ædes paſtoris Neuneri, Burggrauij & Syndici VVellingij, ſeditioſo impetu nefariè diripiunt, & paſtorem, malè miſereque tractant.

Cùm primus ac repentinus hic infimæ plebis impetus noctu deferbuiſſet, poſtridie ciues, qui totum iam triennium poſt receptos in vrbem Ieſuitas, nihil publicè mouerant, ſed cautionis Regiæ fidem & auctoritatem ſecuti erant, à certis ducibus incitati, in ſenatu conuocato queruntur, ſe inſcijs ac inuitis, Religionem Pontificiam in vrbe & tota prouincia reſtitui, & libertatem patriæ publicam labefactari, iuriſdictionem in nobiles in vrbe graſſantes ciuitati ademptam: Lithuanis libera cum exteris commercia concedi. Ad hanc plebis propoſitionem Senatus reſpondet: libertatem religionis & Reipublicæ, conſideratis rerum momentis non labefactatam, ſed prudenti potius conſilio conſeruatam fuiſſe. Deinde Iuriſdictionem, quam Senatus nunquam in nobiles meram habuiſſet, non amiſiſſe. Nundinas Lithuanis conceſſas commodo ciuitatis fuiſſe, & eo tempore anni, quod intempeſtiuum plerunque eſſe ſolet. Huic reſponſo ciues non acquieuerunt, ſed inquiſitionem in Senatus acta, iuramento, quo Senatui erant adſtricti, renunciato, inſtituunt: clauſis interea vrbis portis, & quatuor vexillis in forum productis.

Sed cùm plena periculi & varij diſcriminis hæc molitio eſſet, multi boni viri & ſalutis publicæ amantes, initijs vt occurrerent, ſumma cura & contentione animi agebant. Dux item Curlandiæ Gothardus vicinus & optimus princeps, tranquillitatis publicæ ſtudioſiſſimus, ſedandi tanti motus publici cauſa, legatos ad vrbem miſit. Et ſanè initio plerique ex communitate, cùm alieniores à turbulentis conſilijs eſſent, viam rationemque reconciliationis animorum ineundam cenſebant. Sed publicus procurator Martinus Giſe, in domo noua, in qua rei deliberandæ & componendæ cauſa populus congregatus fuerat, in medium, ſtans in menſa, proceſſit, & in ſuam ſententiam populum perduxit & conſeruationem religionis & libertatis conſeruandæ allegans, Senatus auctoritatem minimè ſequendam admonuit. Itaque & Legati Ducis Curlandiæ ne quidem in vrbem admiſſi ſunt.

Ducem ergo cum adepta fuiſſet plebs, in forum armata, quatuor, vt diximus, vexillis productis, proceſſit, & per Martinum Giſium ſatis turbulentè interrogat Senatum,

Senatum, an communi eius consensu iuramentum Drochicini à legatis præstitum? Ecclesia D. Iacobi alienata? Iesuitæ in vrbem recepti: Calendarij mutatio admissa? Nundinæ Lithuanicæ, & alia præter & contra instructionem Legatis à ciuitate datam, Regi concessa fuerint? Placidè senatus monuit, arma vt deponeret plebs, & consilio magis quàm armis secum ageret. Verùm instigante Gisio, plebs postulauit, vt statim senatus, dato conceptis verbis iuramento, directè ad singula capita responderet. Etsi autem Senatus more solito suffragia singulorum colligere prohiberetur; respondit tamen, & omnes & singuli senatores iusiurandum, vt erat postulatum, dederunt, quicquid concessione vnius templi, & receptione Pontificiorum secularium, & non Iesuitarum, primis antè temporibus, præsente ipso Rege Stephano, vt suprà relatum est, factum esset: id non Senatus modò auctoritate, sed ministerio etiam & communitate consentiente, cùm aliter sibi prouidere, & à maiori malo imminente sese liberare non posset, extrema rei necessitate ita suadente factum esse. Acquiescerent ergo, & infelicitati temporis, non sibi, vel alij cuiq; id totum, quod molestum esset, imputarent, sed nihilominus illi progressi, totos 14. dies, ea tractatione consumserunt, in qua Burggrauio & cæteris proximo tumultu ablata restitui debere, ac vt præteritarum offensionum ἀμνησία esset, sancitum est. Calendarium Gregorianum, quod mandato Regio receptum erat, rursus Rigæ explosum. Administratio pecuniæ publicæ, & prædiorum ciuitatis rusticorum, vt Hamburgi, Brunsvvigæ, Rostochij & in alijs ciuitatibus antea factum erat, à Burggrauio & consulibus, cùm ciuium delectis, qui rationes senatui quotannis redderent, communicata est, & alij articuli quamplurimi vtrinq; deliberati, & recepti sunt. In quam sententiam à vulgo præscriptam, nolens volens metu armorum præsentium coactus Burggrauius, senatusq; consensit, aliâs reddita sibi integra magistratus auctoritate nunquam consensurus.

Postea apertis iterum portis, & restituta tranquillitate publica, mense Martio, nullam sancitæ ἀμνησίας rationem habentes, actionem aduersus Ioannem Tastium, qui multis annis Reipub. Secretarius ac prætor, & in Legationibus Oratoris munere functus erat, in iudicio instituunt: etsi in Legationibus ad Regem, nomine Reipublicæ susceptis, præter fines mandati, à ciuitate accepti, in multis articulis, ad religionem, bona Ecclesiastica, munitiones vrbis, mercaturam Lithuaniæ nobilitatis in vrbe cum exteris, duas partes portorij seu vectigalium Regi cedendas, Iurisdictionem aduersus nobiles in vrbe delinquentes, statuto Torunense, corpori priuilegiorum inserto, Reipub. quasi ademptam pertinentibus, multa contra Rempub. egisset, ideoq; in curia eum custodiri vsq; ad litis exitum petiuerunt. Ideo Senatus in summo discrimine rerum constitutus, vt cederet factiosæ plebi, Tastium in curia manere, ea usamq; suam paulò post dicere iussit.

Burggrauius verò regius, Nicolaus Eicke, cùm non solùm domus ipsius in primo tumultu à seditiosa plebe hostiliter oppugnata & direpta esset: & ipse de incolumitate sui corporis & vitæ periclitatus vix per fenestram tecti in vicini ædes elapsus, se conseruasset: Verùm etiam post sancitam à vulgò ἀμνησίαν, diras & minaces voces, in dignitatem ac existimationem illius contumelioſas, & periculum capitis ipsius intentantes, in consilijs seditiosorum priuatim & publicè spargi, ex fidedignis intelligeret: aliquoties in senatu, de iniurijs & violentia omnibus nota, sibi antea illatis, & quotidianis nouorum periculorum denunciationibus querebatur, & securitatem suo corpori & vitæ, aduersus manifestam violentiam & sicariorum insidias prætari petebat. Nam quod ad legitimam iuris defensionem attinet, non se illorum auxilium requirere, sed DEO & propria innocentia fretum, legitimi iudicis sententiam intrepidè expectaturum esse. Quod si senatus, seditiosorum violentia oppressus, tuitionem suæ vitæ & famæ præbere non posset: de alijs medijs sibi cogitandum esse, palàm testabatur. Itaq; cùm Cardinalis, gubernator Regius, Rigam redijsset, ad illum in arcem se, vbi sub regia protectione tutus viueret, 19. Martij contulit, ac mox discessu suo senatui significato, quinq; ex senatu, & totidem ex ciuium communitate præcipuis ad se accersitis, quid contra ius gentium, & præter omne suum meritum hacteus impiè & Tyrannicè aduersus se susceptum & actum fuisset, commemorauit, simul

M. D. LXXXV. adijciens; etsi intolerabiles has & inauditas ferè iniurias & violentiam vlcisci iure posset, tamen, quia non, vt patriæ damnum daret, sed salutis suæ ac tutelæ causã, ex vrbe secessisset; si media & rationes, quibus incolumis aduersus violentiam & sicarios in vrbe versari posset, ostenderent: mox se cum illis in vrbem ad pristini officij munera fideliter obeunda redire, & indignationem regiam, hoc tumultu accensam, pro virili vnà deprecari velle & sedare. Hi cùm in præsenti Reipub. statu turbulento nihil de securitate ipsius certum polliceri possent: fideliter senatui & ciuibus honestam hanc ipsius declarationem se exposituros recipiunt. Cùm autem duces tumultuantium non obscurè, hoc vnum, cum suis, ad nauseam vsq; inculcarent (Qui fugere Burggrauium iussisset, vicissim eum reducere & securitatem præstare debere) & perpetuis verborum contumelijs & terroribus ac minis eum insequerentur; tandem mense Iulio, actionem aduersus ciuium communitatem, coram regio Gubernatore, Burggrauius instituit. Sed præcessit in vrbe inchoata aduersus Tastium actio. Qui, cùm in curia aliquot dies detentus, nihil æqui hoc perturbato Reipub. statu expectaret: ipse etiam in arcem, vrbi contiguam, quinto post Burggrauium die, se contulit, ibiq; acceptoi Cardinale, Regis locum tenente, saluo conductu, diutius anno commoratus est.

Secesserunt eodem tempore, metu imminentium sibi quoq; ab inquietâ & factiosa plebe periculorum, Georgius Neumerus pastor, & Otto Canneus Secretarius. Quibus grauissimè apud Poloniæ Regem Stephanum, de communitate conquerentibus: & Burggrauio coram Cardinale gubernatore, accusationem aduersus ciues Mense Iulio. posteà instituente, Rex, omnes tractatus tempore tumultus cum senatu habitas, & nominatim sexaginta octo articulos nouarum constitutionum, à Senatu subscriptos, irritos pronunciat, & pristino loco ac tranquillitati omnia restitui mandat. Cardinalis etiam, cùm ciues se iudicio sisterent, Diploma ipsum nouarum constitutionum sibi iussu regis exhibitum discidit, ac insuper decem millia Ioachimicorum Burggrauio soluere & iniuriam deprecari iussit. Ab ea sententia, quam non solùm bona & fortunas, verùm etiam honorem & famam communitatis lædere existimabant ciues, ad regiam maiestatem prouocarunt: quæ sequenti demum anno partes Grodnam euocatas audiuit. Huius verò anni mense Ianuario,

COMITIA regni POLONIAE VVarsauiæ celebrauit: in quibus, tum aliæ multæ, tum verò Sborouiorum procerum, qui contra Regem & Rempublicam tetra machinati esse ferebantur, causa seuerè acta est. Prolatæ fuerant superiore anno per ministrum quendam Samuelis Sborouij, & in regis manus peruenerant literæ Christophori Sborouij ad Samuelem fratrem, in quibus de ingratitudine & iniurijs aduersus se Stephani regis & Cancellarij Zamoiscij grauiter conquestus, non se flexurum genua coram isto Baale, nec Regem hoc nomine dignum esse scripserat. Insignia quoque regia, Dentes lupinos cauillatus, canum dentes appellarat, & antea belli Moschici tempore, operam suam duci Moschorum, Poloniæ hosti, accepta Lubecæ ab illius legato pecunia, detulisse accusabatur: & nunc Cosaccos à Samuele aduersus Regem seditiosè concitari vrsisse, sicut Epistola iussu Regis ab instigatore regio edita ostendit. Cùm autem Samuel, sub rege Henrico, ob interfectum in aula quendam Castellanum proscriptus, in regno nihilominus liberè vageretur: iussu Zamoiscij Cancellarij & Capitanei Cracouiensis captus, & Cracouiæ capitis supplicio affectus, (vt superiore anno commemoraui,) fratres verò Christophorus & Andreas, quòd regis personam & vitam, seditiosis literis, consilijs & machinationibus impetijssent, ad hæc comitia citati erant. Christophorus cùm ad VVarsauiam propius cum magno equitum comitatu accessisset, præmonitus de periculo vitæ & supplicio certò imminente non comparuit. Andreas & Iohannes illius fratres, iureiurando, se, quod nihil de ea epistola vnquam sciuerint, purgarunt. Christophorum, Regni Senatus læsæ maiestatis reum ac infamem per regni Marscalcum pronunciauit, præfectis seu Capitaneis per literas à rege mandatum est, vt vbicunqæ locorum deprehensum necarent. Terrarum nuncij, vt nominantur, contra has regis actiones & Samuelis Sborouij supplicium extra regni comitia de illo sumptum protestati, & priuilegia nobilitatis ac libertatem Reipublicæ atrociter violatam questi sunt, ac mul-

ac multos articulos, ad frenandam regis licentiam & ſtabiliendas libertates Polonæ nobilitatis pertinentes, exhibuerunt. de quibus cùm reſolutionem Regis auidè expectarent: Rex perinde ac ſi nunciorum articulos non vidiſſet; vel certè prorſus negligeret: alia negocia ad totius Reipublicæ & regni Poloni dignitatem & ſalutem pertinentia, de finitis Moſchi morte inducijs, & recuperanda arce & ditione Smolenſi: de Suecis & Danis ex Liuonia pellendis: de Tattaris reprimendis: de iniuſta cæde Pottolodeſij, legati in Turcia trucidati vindicanda: inprimis autem de concordia omnium ordinum, & publica pace & tranquillitate regni conſeruanda: de muniendis finibus, &c. propoſuiſſe ac deliberari iuſſiſſe ſcribitur. Quare hi, cùm ſe deludi exiſtimarent, interpoſita proteſtatione, ne legitimis comitijs huius conuentus acta adſcriberentur, ac ne quicquam, quod hic concluderetur, ratum eſſet, diſceſſerunt. In ijſdem comitijs, Albertus Bolognetus Cardinalis & Epiſcopus Maſſanenſis, P. P. Legatus, in publico Regni, omniumque ordinum conſeſſu, orationem pro ſtatu Eccleſiaſtico habuit, qui Religionem Catholicam paſſim in regno violari, & hæreſes varias introduci: Iuriſdictionem Eccleſiaſticam & gladium illius ſpiritualem excommunicationem eneruari; DECIMAS Clericis adimi, & contra decretum comitiorum retineri: Prærogatiuas & libertates ordinis eccleſiaſtici vbique diminui; eccleſias paſſim prophanari; cenſus, ornamenta, prouentus & bona eccleſiarum ſpoliari; iuſticiam ſpiritualibus vel non adminiſtrari, vel latas etiam iuſtè ſententias ſuſpendi, & executionem nullam conſequi, multos iam annos conqueſtus erat. Etſi autem de Decimis olim latum in comitijs decretum erat, vt illas occupatores veteribus Dominis reſtituerent: tamen initio belli Moſchici, executio ad alterum conuentum ſuſpenſa erat. Quam ſuſpenſionem ita nobiles interpretabantur, nullam, donec amicè inter partes in alio conuentu compoſitum eſſet, moleſtiam illis Decimarum nomine deinceps exhibendam eſſe. Contra hanc decreti eluſionem, Cardinalis Bolognetus, & Goslicius, in his comitijs, apud omnes regni ordines inſtant, vt executioni tandem iuſta ſententia mandetur, nec conſeruari Pacem inter ordines Regni poſſe oſtendunt, niſi iuſticia ſuum cuique tribuens & defendens, pariter omnibus ordinibus adminiſtretur, iuſticiaque & pax ſe mutuò oſculentur. Hæc etſi magna contentione tum dicta & acta ſunt, tamen aduerſis paucorum ſtudijs, & nunciorum terreſtrium aduerſus regis actiones interceſſione, & hæc & alia Reipublicæ negocia tunc impedita, in ſuſpenſo manſerunt. Theodori Magni Moſcouiæ ducis in hoc conuentu Legatis rogantibus duorum annorum inducias rex Poloniæ conceſſit. Liuonia Polonis & Lithuanis μῆλον ἔριδος fuit, ſed re infecta diſceſſum eſt, vtrisque prouinciam totam ſuo corpori inſerivolentibus. CVRLANDICAM diœceſin, à Magno duce Holſatiæ antea poſſeſſam, de qua Daniæ & Poloniæ reges inter ſe contendebant; tandem GEORGIVS FRIDERICVS, Boruſſiæ dux, in quem velut arbitrum ambo reges conſenſerant, eò deducit: vt perſolutis à ſe Daniæ regi triginta millibus Ioachimicorum, ipſi fruenda à Poloniæ rege attribueretur. Itaque menſe Iulio Daniæ regis nomine quidam legatus, ſubditos diœceſis à iuramento Daniæ regi præſtito liberauit, & Poloniæ regi tradidit. Cuius in Liuonia locum tenens Georgius Radeuilius Cardinalis, viciſſim Georgium Fridericum, Boruſſiæ adminiſtratorem, in poſſeſſionem diœceſis inſtituit.

M. D. LXXXV.

12. Febr.

Cùm inter Suecos & Moſchos inducię triennales ad finem decurrerent: miſſi vtrinque ad fines legati, cùm de pacis perpetuæ conditionibus conuenire non poſſent, Quadriennij Inducias pacti ſunt: Suecis omnia, quæ in Liuonia & Ruſſia ſuperiori bello occuparant, retinentibus. alter etiam conuentus ad 20. Iulij anno ſequenti indictus eſt, vbi de firma & perpetua pace denuò tractaretur. Quæ ſi non coiret: nihilominus inducię quadriennales ratæ manerent. Sueciæ regis legati, Nicolaus Achatij, Pontus dela Gardia, Nicolaus Bielke, Chriſtiernus Gabrielis, Turo Bielke, Carolus Henrici, & cæteri, cùm in reditu ad Neruam fluuium veniſſent, die quinta Nouembris, nauiculam annoſam, à Ruſſis olim extructam, cum toto comitatu, tàm nobilium quàm plebeiorum conſcendunt, & aliquot machi-

M. D. LXXXV. nas campestres naui imponunt, quibus medio fluuio, iam traiecto, explosis, Nauicula ex machinarum tonitru vel aliunde fatiscens frangitur, ita vt 18. homines, ac in his præstantissimus Heros, & celeberrimus in hoc orbe Arctoo, ac fortis & felix exercituum regni Sueciæ Imperator, Dominus Pontus dela Gardia aquis suffocati, perierint. Hic fortissimi Ducis, cuius virtute & felicitate regni Sueciæ fines longe lateque versus ortum propagati sunt, exitus, magnitudine rerum ab ipso gestarum indignus fuit. Interijt etiam consul Reualiensis Bartholomæus Rotert, vir prudens, & magnæ in ea republica autoritatis, & aliquot alij nobiles & plebeij. Proceres cæteri præsentem mortem euaserunt. Poloniæ regis commissarij, ad dirimendas cum Sueco de Liuonia dissensiones, Parnouiam missi, diu Suecos frustrà expectarunt, ijsq; iusto diutius, propter Rusticum colloquium, emanentibus, in Poloniam non sine magna indignatione redierunt.

Ioannes III. Sueciæ rex, Gunillam, præcipuæ nobilitatis virginem, pietate & ingenio præstantem, Ioannis Bielkij filiam, Axilli neptem, Erici proneptem, Tuonis abneptem, mense Februario, coniugem duxit.

Christianus

Ioannes,
Ericus
GOSTAVVS Sueciæ Rex.
IOANNES III. Sueciæ rex, cuius altera coniunx.

Carolus.
Ericus.
Ebba, vxor Erici Arahami à Loholm.

MARGARITA, altera Gostaui coniunx.

ANNA vxor Axylli Bielke.
Ioann. Bielke.

STENO Erici.
Axyllus Gub. Finl.
Mauricius.

GVNILLA.

Ioannis Sueciæ regis, ex sorore Anna Maria neptem, Georgij Ioannis Palatini filiam, Vrsulam, Ludoicus dux VVirtebergensis, Christophori optimi principis filius, secundo coniugio sibi iunxit, quod secundum ipsi & salutare esse, & hæredem
10 Maij. ducatus, patri similem, ex eo nasci, omnes boni, subditi, & alij in multis gentibus, optant. Vrsulæ etiam consobrina, Anna, Ezardi Frisiæ principis & Catharinæ Suecæ filia, Ludoici El. Palatini vidua iuuencula, Ernesto Friderico, marchioni Badensi, Caroli filio, exeunte anno, nupta est.

Pro captiuo Saxoniæ principe Ioanne Friderico, pleriq; Imperij principes, cum Daniæ rege, apud Imp. per legatos mense Martio Pragæ interceserant, vt ex diuturna octodecim annorum custodia tandem liber dimitteretur. Etsi autem verbotenus assensit Imperator: tamen formam cautionis, à captiuo principe præstandæ, talem præscripsit, vt ille ad finem vitæ in custodia durare, quàm tali modo liberari maluerit.

HENRICVS archiepiscopus Bremæ, Osnaburgæ & Padebornæ, Dux Saxoniæ, Francisci senioris filius, princeps virtute, prudentia, humanitate, doctrina & pietate præstans, vigentis adhuc ætatis anno 35. ex his terris euocatus est 20. Aprilis, cùm decennio antè, Gregorius XIII. PP. Hugo Boncampagni antea dictus, anno ætatis 80. Romæ defunctus fuisset. cui Felix quidam Calaber, Franciscani ordinis, Cardinalis de monte alto, successit. qui SIXTVS V. nominari deinceps voluit. BREMENSE Collegium, vt incolumitati diœcesis grauatæ rectius consuli in interregno posset: principem adolescentem, Ioannem Adolphum, Adolphi Holsatiæ ducis filium, eligit, eique certam pensionem quotannis attribuit, donec reparatis castris & prædijs, ante multos annos oppignoratis, adultus ad gubernationem diœcesis admittatur. Padebornensi diœcesi, Theodoricus à Furstenburg, gubernandæ propositus est, qui

est, qui Calendarium Gregorianum subditis statim obtrusit, & Pontifici nouo religionis iuramento se obstrinxit. M. D. LXXXV.

OSNABVRGENSES, præteritis omnibus prehensatoribus, quorum nouem fuisse affirmant, elegerunt GVILELMUM Schencking, ecclesiæ suæ Decanum, & Monasterienſis Canonicum, virum humanum & prudentem, alioquin tectum & Pontificiæ religioni addictiſs. Sed quòd valetudine esset iam afflictiore, quinto post electionem die, præter omnium expectationem in fata concessit, & quatriduo pòst splendidè & episcopi more humatus est. Natus erat ex familia domus Beueren, in diœcesi Monasterienſi, patre Henrico Schencking, matre Elisabetha Frisia. in prima ætate studijs literarum, Monasterij, & Coloniæ mediocriter excultus, Lutetiam quoque adijt, cum statuto collegij Monast. nemo Canonicus eligatur, nisi per annum in Gallia, vel vltra montes in Italia egerit. à fratre Iohanne, Decano Monasterienſi, vt in Collegio illo resideret inuitatus, Osnaburgi viuere maluit, vbi celeri gradu, ad Cantoris, Decani, Præpositi ad D. Iohannem dignitates ascendit, & propter sapientiam, moderationem, industriam & felicitatem in componendis amicè, dissidentium controuersijs, Illustrissimo principi Duci Saxoniæ Henrico episcopo, & omnibus diœcesis ordinibus, carissimus erat. Monumento inter cæteros inciſi sunt versus: 24. Iulij.

Magna viri magni fuit experientia rerum, Consilijs pauces inueniaq́; pares.
Fulsit in his pietas, hæc sunt cœlestia dona, Quæ Deus in terris non sinit esse diu.

Ab eius obitu fermè ijdem principes & comites, qui antè, Episcopam ambiuere, sed præter multorum expectationem postularunt Collegæ BERNARDUM comitem à VValdec, Canonicum Colonienſem & Argentinenſem, qui in proximis Canonicorum vtriusque diœceseos dissidijs ac tumultibus, etsi Augustanæ Confessionis doctrinam, in qua educatus erat, magis probabat; tamen à turbulentis consilijs & factionibus vtrinque abstinuerat, & plerisq; Saxoniæ comitibus, nec non Landgr. Hassiæ & Iuliacenſi duci, adfinitate & amicitia iunctus, propatruum suum Franciscum, qui ante quinquaginta annos, Anabaptistas Monasterij grassantes fortiter & feliciter repressérat, Heroica corporis magnitudine referebat. Quorum propinqua agnatio, vt oculis subiecta conspici à lectoribus propius possit: partem Genealogiæ comitum VValdecenſium adscribo. 15. Oct.

Henricus Ferreus comes à VValdec, vrbem Corbachium anno 1366. sibi parere coëgit.

HENRICVS, anno Christi 1400. Fridericum ducem Brunsuic. electum Imp. ad Frislariam interfecit.

Henricus patrocinio Ludoici Hassiæ principis se subiecit 1428.

VOLRADVS præfectus Frislariæ.

Philippus senior. — Philippus iunior.

Georgius. — Philippus, vxor Anna filia Ioannis II. Ducis Cliuenſis. — FRANCISCVS Episcop. Monast. & Osnab. ⊕1553. — Henricus. — Philippus.

VOLRADVS ⊕1578. — Franciscus. — Iohannes. — Philippus — Samuel ⊕1570. — Daniel ⊕1577. — Henricus ⊕1577.

IOSIAS ⊕1588. — Volradus ⊕1587. in Gallia. — Franciscus. — BERNHARDVS Episc. Osnab. — Guntherus ⊕1585.

Christianus natus 1585. — Volradus. — VVilhelm Ernst.

M. D. LXXXV. In vicino etiam diœcesi Osnabrugensi comitatu DEIPHOLD, insignis hoc tempore mutatio accidit. Fridericus enim comes à Deiphold, Rodolphi filius, Friderici, cuius suprà in belli Hildesiensis historia mentionem feci, nepos: postremus in
21. Sept. hac familia, sine liberis maribus, has terras reliquit. Cùm autem comitatum illum, antiquitùs Romani imperij beneficium, à Francisco duce Brunsuic. episcop. Mindensi asperè vexatum, & armis hostiliter oppugnatum: Fridericus comes, postremi auus, Henrico duci Luneburgensi, defensionem illius suscipienti, subiecisset: nunc quoq; VVilelmus senior, dux Luneburgensis, feudum illius comitatus, ad occidentalem Visurgis ripam, inter Monast. Mind. & Osnabr. diœcesin interiecti, vacuum occupare dicitur. tametsi filiæ comitis relictæ, cui patrocinium & tutelam auunculus et Bernardus, Osnabrugensis episcopus, & alij fideliter præstant, vsumfructum ditionis deberi, quidam disputant.

MAGDEBVRGENSI Ciuitati, cum archiepiscopo, iam inde à religione primùm emendata, controuersiæ de Iurisdictione ecclesiastica & politica, & munitionibus, ac porta vrbis, templo Cathedrali & domo episcopi contigua, per quam archiepiscopus quocunq; tempore olim ingredi ac egredi poterat, graues intercesserant, Quæ, electorum Saxonis & Brandeburgici intercessione, ita compositæ sunt, vt ciuitas, liberum religionis Augustanæ Confessionis exercitium: Ius vocandi ac
2. Sept. constituendi ministros ecclesiæ, & Rectorem ac æteros ecollegas in schola; totamq; inspectionem & gubernationem Parochiarum, Scholæ, Cœnobiorum, sicut iam possidet, saluam & incolumem retineat. Iurisdictionem verò in causis matrimonialibus, archiepiscopo, qui solus ea olim administrauit, hac conditione Senatus restituit, vt officialis archiepiscopi deinceps iudicio matrimoniali præsideat, cui certas personas ex Senatu & ministerio Consules adiungunt. quæ, non præcisè iuxta Canones Pontificios, sed vsitatas in ecclesijs Augustanæ Confessionis Consistoriorum leges pronuncient. Quòd si inter archiepiscopi & Senatus assessores de sententia non conueniet: Acta alijs Consistorijs Augustanæ Confessionis dijudicanda mittantur. De citationibus etiam ciuium, Examine Testium, & Appellationibus, æqua & vtrique parte tolerabilia media definierunt. PORTAM archiepiscopo, siue interdiu, siue noctu ingredi velit, rursum patefacit Senatus, ita vt clauium portæ custodia penes senatorem certum maneat, & Vigil portæ à Senatu constituatur, qui archiepiscopo & senatui iuret, se vtriq; parti ingressum & exitum liberum quocunq; tempore, interdiu ac noctu, si opus sit, sine alterius partis incommodo, daturum esse. ita tamen, vt nulli consiliarij abjúe ministri, nisi archiepiscopi vel administratoris persona præsens sit, intromittantur.

Monasterienſem episcopam, cùm Ioannes VVilelmus, ducis Cliuensis ac Iuliacensis filius, vltra decennium rexisset, resignata Collegio dignitate, IACOBAM, Philiberti Marchionis Badensis filiam: Bernardi neptem: Ernesti, Iacobi, Georgij Friderici fratrum sobrinam; in Bauariæ ducis Gynecæo educatam, vxorem
6. Iunij. duxit, nuptijs Dusseldorpij celebratis. Diœceseos verò Monast. amplæ & potentis Imperium Canonici seniores, Ernesto Bauariæ duci, Alberti filio, Archiepiscopo Colonienſi, Leodienſi, Frisingensi, Hildesiensi, refragantibus cæteris ordinibus, tradiderunt.

NOVESIVM, ecclesiæ Colonienſis oppidum ad Rhenum, astu & indu-
25. April. stria Adolphi comitis Morsensis, Gebhardo archiepiscopo exuli fauentis, occupatum, direptum, ac diutius anno defensum est. Paulò antè Buscum ducis Brabantiæ oppidum insigne, quod in clientela & fide regis sui toto hoc postremi belli tempore manserat, Duces aliquot copiarum comitis Hoenloensis mane, ex improuiso interfectis vigilibus & exploratoribus emissis, adoriuntur, & occupata porta in forum vsque perueniunt, sed virtute Claudij Berlaumontij, Domini Haultepeni, præfecti militum & ciuium repulsi, & clathris in porta deiectis, cùm exitus nullus patêret, miserè trucidati sunt, ac inter cæteros Ferdinandus etiam Truxesius, Gebhardi frater, desideratus, & cum gregarijs suspensus est, sed hunc agnitum statim sepelierunt.

ANTVERPIA, Brabantiæ vrbs, Belgiæ ac Europæ totius emporium splendidissimum, postquam Alexander Farnesius, Parmæ dux, regis Hispaniarum legatus, totum ferè annum Scaldis fluuij nauigationem ipsi intercluserat: tandem fame, & vulgi pacem flagitantis tumultibus coacta, ad regis Hispaniarum obedientiam rediit, & Duci Parmensi, regis legato, se mediocribus conditionibus dedidit. Cùm enim Hispanorum præsidia, in vicinis vrbi oppidis Lyræ, Bredæ, & cæteris excubantia, omnem itinerum securitatem, & commeatuum importationem à terra, toto iam triennio impedijssent: fluminis tamen Scaldis beneficio, nauibus omnia ad victum & defensionem necessaria, ipsis mediocriter supperebant. Quare vt fluminis vsum ipsis adimeret Parmensis, dum adhuc superiore anno Flandriæ metropolin Gandauum castellis cinctam obsideret: cum parte exercitus & tormentorum ad SCALDIM fl. accessit. Qui fluuius, in Veromanduis, Galliæ prouincia, Belgico finitima, propè S. Martini abbatiam exortus, insignes vrbes, Castelletum, CAMERACUM episcopi sedem, VALENCENAS, TORNACUM, itidem episcopi solio ornatum, AVDENARDUM, & GANDAUUM Flandriæ metropolin, perlabitur. Indè ad meridiem reflexus, Dendermundam, & Antuerpiam emporium, profundo alueo alluit. Quo, omnis generis merces, ex totò terrarum orbe, in vrbem subuehuntur. Ab Antuerpia digressus, cursu boream versus directo, Selandiæ insulas, in Eoas & occiduas dirimit, & propè Flissingam in mare apertum tandem euoluitur. Huius ergo fluminis vsum Antuerpiensibus vt eriperet Parmensis, primùm magna vi castellum Lillo oppugnauit. Quod tamen strenuè tum Antuerpienses defenderunt. locum itaq, paulò superiorem, duobus infra Antuerpiam milliaribus, ORDAM, in Brabantica Scaldis ripa elegit, quo exercitũ ex Flandria transferens, & vallum extruens, plurimáq; tormenta bellica in ripa collocans, crebris ictibus naues Antuerpiam versus euntes petebat. Eâdem opera castellum Lieskensheck, situm è regione Lillo quod Antuerpienses tenebant, continuè oppugnatum cepit. Plura præterea castella propè ripam fluminis extruxit: & Callo, in ripa Flandrica situm, è regione Ordami muniuit. Cuncta etiam hæc tàm minora quàm maiora castella tormentis bellicis æneis repleuit, conatus eo modo impedire, ne nauis aliqua Antuerpiam peteret. Verùm nihilominus nautæ, assueti iam machinarum ictibus, plures quotidie, hostibus inuitis, Antuerpiam perueniebant. Quò, Idibus Nouembris, Dux Parmensis literas hoc exemplo misit. Videtis quotidiè ô ciues & animaduertitis, quàm miser sit vester status: neminem inter vos habetis principem locum obtinentem, qui non suo commodo studeat cum incommodo & detrimento omnium ciuium. Vidistis principem Vraniæ, dum in viuis adhuc superesset, in hoc semper fuisse, vt subditos suos intricaret modis omnibus, neque vnquam tentasse ciuitatem aliquam obsidione liberare. Quonam modo Galli vobiscum agere decreuerint, vos non latet. At Deo opt. Max. sic visum fuit, vt ambo illi ex hac vita discesserint. nunc tandem oculos conuertite, & cum domino vestro rege redire in gratiam studete. pollicetur enim se vos recepturum in suam tutelam, & nunquam reuocaturum in memoriam, quamuis grauissimè illum offenderitis. Quod ad me attinet: promitto & sanctè iuro, me tolerabilibus conditionibus vobiscum acturum, imò nihil non concessurum, si modò quæ proposueritis, & petieritis, rationi aliquo modo consentanea sint. At si nullo modo hæc facere decreueritis: protestor ego coram Deo & hominibus, me nullo modo esse causſam internecionis, malorum, & sanguinis profusionis, quæ (nisi meis monitionibus aures præbueritis) vt eueniant omninò necesse est, hac de causa, non solùm magistratui, sed & ciuibus cunctis hasce literas scripsi. Ex castris Stasbroekanis.

M. D. LXXXV. 7. Augusti.

Antuerpienses vicissim: Literas tuas recepimus, Domine princeps, & (vt breuiter dicamus) videtur nobis Cl. T. causam belli nostri non rectè intellexisse: maximè si consideres, quonam modo nobiscum egerint Gubernatores & principes nostri priores: nempè vt nos priuarint nostris priuilegijs, inauditis & hostilibus nos prementes persecutionibus: accessêre innumera adhuc alia, vt bonorum proscriptiones, exilia, disputationes igneæ & ferreæ. Quæ omnia in miseros ciues perpetrarunt, nullam admittentes illorum iustam excusationem: verùm hoc tantùm nomine sup-

M. D. LXXXV. plicio illos dignos iudicantes, quòd vnum verum Deum Christum pro suo mediatore & adiutore inuocassent. Et hanc ob causſam in plurimis ciuitatibus arces extruxére, aliaque inaudita & intolerabilia illis onera imposuêre. Rogamus Cl. T. ne vllo modo sibi persuadeat, nos bellum animi gratia susciperе, nec quoque principem Vraniæ, vt illud susciperemus, authorem fuisse. Nam ille iussu & consilio omnium nobilium totius Belgiæ vocatus fuit. De pace quòd nobiscum se velle agere Cl. T. promittat: maiori profectò eam ob causſam apud nos authoritate vales. neque nos huc vsque distuliſſemus, si in tua manu situm esse certò sciremus, nobis concedere illud, propter quod bellum primum ortum inter nos & regem, nempè religionis liberum vsum: quum nos minimè lateat, Regem ipsum, pro arbitrio Pontificis, & illorum, qui se inquisitores dicunt, cogi viuere. adeò vt in illius manu nullo modo situm sit, vt vel illud nobis concedat, quod ipsis Turcis & infidelibus libenter concedunt. Verùm Rex infinitis persecutionibus nos pressit, bellum nobis intulit, quod sustinere in hunc vsq; diem coacti fuimus. Et quamuis diuersi reges & imperatores, annis ab hinc viginti, pro nobis apud illum iteratis vicibus interceſſerint, nihil tamen ab illo impetrare vllo modo potuimus. quæ res nos impulit, vt extraneorum principum & Gubernatorum auxilium & opem implorare coacti fuerimus. Sciat præterea Cl. T. nos tantummodò vnicum esse membrum omnium prouinciarum, quibus iuramento obstricti sumus, & absque illarum consensu & authoritate nihil statuere ea de re posse. Nihil præterea certi vllo modo constituere possumus, nisi prius implorata authoritate & voluntate Christianissimi regis Galliæ (cum quo pactum inire libenter & ex animo cuperemus, eamque ob causſam iamdudum illi aliquas conditiones proposuimus) ne illius maiestati ansam præberemus, vt nos leuitatis posthac iure & meritò posset insimulare. Quod ad protestationem attinet, quam Cl. T. affert sub finem epistolæ: Rogamus, hoc tibi certò persuasum habeas, nos nulla alia de causſa bellum sustinere, nisi vt coniuges, liberos, deniq; patriam sartam tectam conseruemus, veram religionem retineamus, Christum Dominum nostrum pro vnico mediatore agnoscamus. Rogamus præterea Cl. T. illam spem de nobis concipiat: nos virtutes tuas magnifacere, & optare nobis tribui aliquam commoditatem, vt tibi gratum officium præstare possimus, saluo iuramento, & salua conscientia nostra, Hisce te, Cl. Princeps, Deo opt. Max. commendamus. Datum 23. Nouembris.

Dux Parmensis videns Antuerpienses in proposito gerendi belli manere, & Gallica auxilia denuò expectare: acrius & vehementius eos vrgere instituit. Itaq; ad castellum Ordam, palos multos fundo infixit, tùm vt aditum nauium eo modo impediret, tùm vt commodius tormentis suis bellicis vti posset. At nautæ nihilominus ventum prosperum nacti Antuerpiam perruperunt. Quare funes siue rudentes nauticos princeps ab vtraque parte fluuij palis illis alligari mandauit eo ipso loco, quo postea pontem extruxit. Attamen non multò post duæ naues iumentis & pecoribus onerate, quum ad eum vsq; locum peruenissent, nautæ securibus alijsque instrumentis ferreis, funes istos infregerunt, incolumesque Antuerpiam penetrarunt, qui magna cum admiratione, & non minori applausu, à ciuibus fuêre excepti, & à magistratu insuper pro re benè gesta, muneribus ornati. Antuerpiani etiam hac occasione animum sumentes, in Hispanorum castra nauibus erumpentes, magnum Hispanis nauibus damnum intulerunt. ac milites Hispani, qui castella in aggere extructa inhabitabant, lue pestifera plurimos absumente, eum in modum indies imminuebantur, vt Parmensis nouas suppetias illis afferre cogeretur. Tandem dux Parmæ, vt omnem Antuerpiensibus commeatum, & fluminis vsum intercluderet, mense Ianuario, primùm circa castellum Callo, fundo infigi iussit ab vtraq; fluuij parte palos, quibus pons vtraq; parte inniteretur. Cùm autem eo vsq; peruentum esset, vt pali illi nimia profunditate amplius fundo inhærere non possent, quod supererat spacium platis obduxit (quod est genus nauigij latum magis quàm altum, & à latitudine sic appellatum) quæ intertextis funibus & catenis firmiter alligauit, vt alia alijs hærerent, rudentes longos præterea platis istis alligauit, ex quibus anchoras suspensas vnà cum lapidibus fundo iniecit, ita vt naues, tàm ab anteriore, quàm posteriore parte funibus & rudentibus alligatæ

1585.

velut

velut infixæ fundo immotæ consisterent. & quamuis inclementioribus quibusdam hibernis tempestatibus operæ interdum turbatæ,& instrumenta quædam & platæ perierint,nihilominus tamen mense Februario operi finem omni ex parte imposuit. Porrò longitudo pontis, spacium 2000. pedum in se continebat. Illa verò pars media, quæ platis innatat, mille pedum longitudinem excedebat. Et quamuis ab vtraq; pontis parte extensæ essent plurimæ trabes, ferro acuminatæ, ne nauis aliqua pontem attingere posset: metu tamen, ne Antuerpienses excursionem facientes, iuncta hæc vi perrumperent,procul à ponte, truncos multos, triangulari forma confectos, aquæ iniecit,quæ etiam aditum nauium impedirent.Et si quando aliqui ex istis truncis rapido fluuij cursu auferrentur, statim in illorum locum alios substituit. Huic operi princeps Parmensis ipse, vel legatus illius, ἐφοδιάρχης semper adfuerunt. Hollandi & Zelandi huc vsq;, ob Torlonij Amyralis cunctationem impediti, tandem exeunte Martio liberare obsidione Antuerpiam conati, collectis copijs, nauibusq; instructis,terra & aqua castellum Lieskenshoech oppugnatum,& arcem Antonishoeck occuparunt,ac vicum Beueren, in quo paucas ante horas Parmensis cum suis fuerat, cremarunt. Antuerpiâ etiam naues emissæ sunt, quæ puluere tormentario,& lapidibus oneratæ,intrinsecus calce vndequaq; incrustatæ,ad castra Hispanorum vsq; appulêre. è quibus duæ statim dissolutæ nullum hosti detrimentum intulerunt, tertia, quum primo ictu excitati plurimi è castris spectaculi & defensionis causa confluerẽt, postquam ignis intrinsecus latens puluerem nitrosum attigisset, incensa tota nauis, magnâ vi,magnoq; impetu,lapides,ferrum,&c. proijciens,vno ictu: partem è ponte, vnà cum quatuor nauibus confregit: insuper plus quàm quingenti ex spectatorib. inter quos Robertus Melodunensis,marchio Robaitius antea Vicecomes Gandauensis dictus: præfectus Artesiæ: Casparus Roblesius Coronellus Groningensis.& capitaneus Segura Hispanus;alijq; nobiles & capitanei partim interfecti,partim læsi sunt. Postea Hollandi aggerẽ Conuentsteindyck vi occupare ac perfodere tentabant. Ab alia parte Antuerpienses,naui sua Duyuelmoer: quæ ex multis simul iunctis platis,inferiori parte lignis & arboribus compacta & circumquaq; dolijs cincta erat,superius impositio aggere siue propugnaculo,tormentis æneis grandioribus negociũ facessere hostibus conabantur,ac Hollandi & Selandi aggerem occupatũ aliquot horas tenuerunt.Antuerpiam etiam ex vrbe erumpentes,ab altera parte hostem adoriebantur,ac consul Philippus Adelgundis,& comes Hoënloensis,ex prælio in vrbẽ recurrentes, nuncium victoriæ lętissimũ ciuibus attulerunt;qui mox in tristissimam lamentationẽ & planctum conuersus est.Nam Hispani collectis animis,impetu acerrimo in hostes, iam penè victores,inuecti,plurimos ciues ac nautas Antuerpienses,inprimis verò magnam Hollandorum & Selandorum multitudinem trucidatam de aggere iam occupato deiecerunt,& nauibus plerisq; potiti sunt.Hac luctuosa clade fracti Antuerpiensium ciuium animi,cùm nulla vel à rege Galliæ,vel alijs auxilia,solicitis animis frustrà expectata,superesse viderent: ad pacem qualibuscunq; conditionibus, modò non prorsus iniquæ ac intolerabiles essent,cum Parmensi faciendam,conuersi sunt,& iam Mechlinia quoq; Parmensis præsidium receperat. Etsi igitur consules & magistratus, reformatæ religionis hominibus potissimùm constans,& militum duces, quibus solis,gentium & vrbium calamitates in bellis lucrum adferunt,pacem dissuadebant, & ab Angliæ regina opem ac defensionem expectari vellent: tamen communitas ciuium reliqua, tot annis se inani auxiliorum promissione ludificatam cernens, perpetuis clamoribus ac tumultibus pacem poscens,tandem obtinuit, vt de tolerabilibus reconciliandi regis medijs tractatio cum Parmensi susciperetur. Qua tandem concluſa; postridie, Carolus Comes Arenbergius, Parmensis legatus, cum 500. equitibus & 2000. peditibus vrbem ingressus, nomine Regis Hispaniarum occupauit.

M. D. LXXXV.

16. Maij.

9. Iulij.

7. Augu.

Conditionum deditæ vrbis Antuerpiæ, & reditus in gratiam cum rege Philippo, præcipua capita sunt. Cùm ciuitas & ciues Antuerpienses supplices rursus se subijciant Regi, vt duci Brabantiæ & naturali Domino suo, eadem ratione, qua prius subiecti fuerunt, Rex vicissim, omnium præteritarum offensionum ἀμνηστίαν lancieps,clementer eos in gratiam recipit, eosque vt fideles subditos paterna

beneuo-

M. D. LXXXV. benevolentia deinceps complectetur: & omnia ac singula priuilegia tàm generalia, quàm specialia, quibus ante hos motus legitimè fruebantur, deinceps etiam conceder, dabitque operam, vt priores confœderationes & pacta cum imperio & alijs prouincijs, quod ad negociationes & commercia attinet, seruentur. Nec vlli vel priuato, vel in publicis officijs sub archiduce Matthia, duce Andio, & alijs versato, ob quoscunque excessus, crimina læsæ maiestatis, vel alia, occasione horum motuum patrata, molestiam exhibere; nec officiarios, ob vllas constitutiones, rationes, sententias, officij ratione latas, in ius vocari, aut in eos inquiri vel exprobrari licebit. nisi in priuata sua commoda & proprios vsus aliorum bona transtulerint. Omnes etiam processus, sententiæ, literæ, gratiæ in concilio Brabantiæ & alijs iudicijs datæ, inter præsentes & iurisdictionem illorum approbantes ratæ erunt. Saluo tamen remedio reuisionis, appellationis, &c. Exules quoq; & proscripti ex alijs vrbibus Regi reconciliatis, vel Antuerpiæ manere, vel aliò cum bonis migrare poterunt, modò arma non resumant, nec aduersus regem quidquam machinentur. Omnes Antuerpiæ ciues, præsentes & absentes, liberè suis bonis sub regis imperio sitis vtentur ac fruentur, non obstante vlla confiscatione vel alienatione, per Albanum, aliósue præfectos regios facta. Ciuibus, qui reformatam religionem sequuntur, quadriennium adhuc tutò & liberè in vrbe manere, vel discedere, & de bonis suis, prout ipsis commodum videbitur, disponere, eaq; proximis hæredibus relinquere licebit. Exhæredationes verò aut donationes, ex odio religionis, vel horum motuum prætextu, in aliorum fraudem factæ, pro irritis habebuntur. Monetæ aureæ & argenteæ in valore nunc vsitato: & Tributa Reipublicæ imposita, vt ciuitatis debita, obligationes, & annuæ pensiones solui faciliùs possint, manebunt. Omnes prælati, collegia, Cœnobia, Nosocomia, omnes laici & ecclesiastici, qui à regis partibus fuerunt, in sua bona, actiones, creditiones, reditus, integrè restituentur. Templa diruta ciuitas reædificabit. Antuerpienses, omnia tormenta, munitiones, & naues bellicas, in manus ducis Parmensis tradent, ac insuper quadringenta millia florenorum pendent, vt stipendia militibus, anno diutius vrbem obsidentibus, persolui commodiùs possint. Quòd si Hollandi ad pristinam Regis obedientiam statim redibunt, nullam se arcem in vrbe extructurum, neq; militibus eam oneraturum promittit. Captiui vtrinque, excepto Dn. de Tillignij, dimittentur. Philippus Dn. de Adelgundis, in Hollandiam proficisci cupiens, hac conditione dimittetur, si iurabit, se intra proximi anni spacium arma contra regem non sumturum esse. Hæc omnia, vt à Rege Philippo, per literas patentes, propria regis manu subsignatas, & sigillo magno suæ maiestatis munitas confirmentur, intra quatuor menses dux Parmensis curabit.

27. Augu. Qui, decimo post hanc transactionem die Natali suo, vrbem ingressus, machinas in arcem transtulit: eamque petentibus ciuibus, vt molestijs alendorum militum insolentissimorum, qui in præsidio erant, quotidianis liberarentur, instaurauit: & in vrbe commorans nihil hoc anno memorabile præterea gessit. Cùm quidem Elisabetha Angliæ regina, receptos in tutelam & defensionem suam Hollandos & Selandos; missis circiter 10000. Anglis iuuaret: & vrbes maritimas regno suo opportunas præsidijs muniret. Consilij sui causas Angla publico scripto declarat, non solùm antiqua populorum Belgici à præfectis Hispani tyrannicè oppressorum, & Anglorum, fœdera ac commercia: verum præcipuè insidias sibi ac regno suo, per Hispanos Hiberniam tentantes, & legatum Bernardinum Mendozam, cum proceribus aliquot in Anglia, & exulibus in Belgico & Gallia occultas machinationes struentem, intentas. quas non alia ratione commodius arcere possit, quã si à vicinis Angliæ prouincijs ac portubus hostes arceat, sicut Gallos ante 25. annos regno suo insidiantes, illiusq; titulum iam vsurpantes, missis in Scotiam auxilijs auerterit. Præterea, Franciscum Dracum Anglum virum nobilem & rei naualis peritissimum, in mare Atlanticum, Angliæ regina misit, vt aduenientem ditissimam classem ex Peruanis insulis, interciperet. deinde in Indiam nauigans, & certa parte, arcem in ea erigens, ad receptum suorum muniret, prouincias in India inquisiturus nouas: & Hispanis, si possit, creptarus. Is

12. Sept. Plimmutho occidentali Angliæ portu soluit. Cæteris etiam singulis suis portubus

bus Angla impoſuit præſidia aliquot naues militares, & ad Iccium portum quatuordecim armata nauigia, quibus transitum in Hiſpaniam traiecturis impediat. edicto præterea ſanxit, ne quis è ſuis ſubditis eat in Hiſpaniam ſub pœna capitis. Externos, qui inde veniunt, aut eò eunt, iure belli capi iubet. Edictum illud Londini promulgatum fuit die 22. Sextil. Cùm hæc faceret, putabatur habere principes, qui fœdere eſſent coniuncti. in primis Scotiæ regem, quem ſibi conciliauit, veteribus ſopitis diſſenſionibus, & Daniæ regem ſibi coniungere nitebatur. cum ea denique fœderatus erat Rex Nauarræus. Metuebant enim proceres reformatæ religioni in Anglia addicti, ſi rex Belgicum recepiſſet, Anglæ, quæ Belgicum bellum aluit, bellum inferret, & eorum vires, ea in ordinem redacta, peſſundaret. Oportere igitur, ne hoc accidat, regem perpetuo bello domi inuolui. Hæc vera eſſe continuati ab Anglis in Belgico belli cauſſa exiſtimatur. Neomagum interea Geldriæ metropolis, & Druſoburgum, vulgo Duisburg, ejectis ordinum præſidijs, ad Philippi regis obedientiam redierunt. M. D. LXXXV.

Sed in Saxoniam nobis propiorem redeo, in qua, HENRICVS IVLIVS dux Brunſuicenſis, Iulij filius, Halberſtadenſis ac Mindenſis eccleſiarum epiſcopus, cum Dorothea, Auguſti Saxoniæ electoris filia, nuptias in arce Guelphorum, abſentibus ſponſæ parentibus, celebrauit. Sponſæ mater, Anna Chriſtiani III. Daniæ regis filia, lienteria, cibi faſtidio, vomitu aſſiduo, καὶ ἀπορίᾳ, aliquot iam menſes languefacta, paucis poſt filiæ nuptias diebus, ex hac vita, anno coniugij 37. emigrauit. Quam maritus elector Auguſtus Calendis Nouembris Fribergam deferri ac condi curat: & paulò poſt Agnetem Hedvvigem, Ioachimi Erneſti Anhaldini & Eleonoræ VVirtenbergicæ filiam ſibi deſpondet. 26. Sept. 1. Octob.

SIMON etiam Lippienſis comes, Bernardi filius, tutor & nutritius eccleſiæ & ſcholarum munificus, & vnicum familiæ illius columen, Eliſabetham, filiam Ottonis comitis Holſatiæ & Schaunburgenſis, & Eliſabethæ Vrſulæ (Erneſto duce Lunæburgenſi natæ, VVilelmi ſororis) ſecundo matrimonio ſibi copulauit. ex qua, ſequentis anni die 21. Septembris, Filius ac hæres ipſi natus eſt BERNARDVS, cùm mater puerperæ, filiam partui propinquam inuiſens, paucis ante diebus, Detmoldi, vitam in terris ſuam clauſiſſet. Nato filio, ditionis Lippienſis hærede, Simon pater, vt gratum ſe Deo, ob donatum filium, declararet: decem millia Ioachimicorum eccleſijs ſui comitatus viciſſim donauit, ex quorum reditibus, ſtipendia paſtorum, tenuius ſe alentium, augerentur. Cùm Henricus Iulius, Saxonica vxore ducta, Mindenſem epiſcopam, vt conuenerat, Collegio reſignaſſet: pater dux Brunſuicenſis alterum filium, Philippum Sigiſmundum, recipi petit. Quem non prorſus recuſat Collegium, modò dux Brunſuicenſis præfecturas aliquot comitatus Hoyenſis, quas ſibi vigore antiquarum tranſactionum deberi affirmabant, reſtituat. Cùm autem diutius deliberandum Brunſuicenſis cenſeret, & tempus electionis, Canonibus definitum, interea effluxiſſet archiep. Colonienſis, Erneſtus Bauarus, miſſis legatis, confirmabilem in curia Romana deſignari petit, ac ſeipſum non obſcurè Collegio commendat. Quod cùm non obtineret, poſtea legatus Pontificius Franciſcus Bonhomius, epiſcopus Vercellenſis, Collegium Mindenſe Aquiſgranum citat, ad videndum & audiendum declarari: quia iuſto tempore epiſcopum non elegiſſent vel poſtulaſſent, electionem hac vice ad Erneſtum archiep. Colonienſem & Metropolitanum deuolutam, vt is epiſcopæ de habili perſona prouideat. Collegium verò, libertatem electionis ſuam, à prædeceſſoribus acceptam, retinere cupiens: vicinorum Mindæ comitum Schaunburgenſium fratrem ANTONIVM, præpoſitum Hildeſienſem & Decanum Colonienſem, ſibi epiſcopum creat, & Mindæ in ſummo templo publicè renunciat 1587. 1586. 13. Nou. 28. Augu.

HAnnoueræ in GALLIA, nouum aduerſus Henricum Nauarræ regem, Antonij filium, ac omnes illi confeſſione doctrinæ coniunctos reformatæ religionis homines, quos Hugenottos (ad portam S. Hugonis Turoni ad exercitium ſuæ religionis olim conuenientes) primùm nominarunt: Belli incendium exarſit. Carolus enim Cardinalis Burbonius, Caroli filius, Henrici regis Nauarræ patruus, vt proximus regij ſanguinis princeps: Henricus Guiſius, Franciſci filius, Lotharingus: &

alij

M. D. LXXXV. alij confœderati Pontificiæ religionis propugnatores, cùm rege Henrico III. hærede regni nullum ſuſcipiente, Succeſſionem coronæ Galliæ ad Henricum regem Nauarræ, Antonij filium, Caroli Cardinalis Burbonij ex fratre nepotem, pertinere viderent: conſcriptis copijs, & occupatis aliquot vrbibus, cauſas ſuſcepti à ſe belli publico programmate exponunt, vt catholicam Romanam Religionem, in Regno Galliæ, ab alijs diuerſæ confeſſionis oppugnatam, conſeruent ac tueantur, & Eccleſiam in priſtinam dignitatem reſtituant. Deinde, vt decedente abſque liberis Henrico III. Catholicum regem, non hæreticum, habeant. neque enim teneri ordines Galliæ ad obedientiam regi, à Catholica Romana religione deſciſcenti: cùm primùm rex in coronatione Iuramentum præſtet, ſe Catholicam Apoſtolicam Romanam religionem ſolam tueri velle. Vt nobilitas quotidianis exactionibus iniuſtis onerata, & in ſeruitutem redacta, ad priſtinam libertatem & dignitatem redeat. Vt populus ab omnibus nouis impoſitionibus, poſt mortem regis Caroli quotidiè accumulatis, leuetur. vt Parlamenta priſtinam poteſtatem & Iurisdictionem integram recuperent. vt Gubernatores & officiarij publici, à muneribus & officijs ſibi mandatis, non remoueantur, exceptis tribus caſibus, in veterum conſtitutionum ſanctionibus expreſſè nominatis. vt omnis pecunia ex populi contributionibus collecta, ad ſalutem regni & vſus ordinatos perueniat. vt ſingulis triennijs Ordinum regni generalis conuentus habeatur, in quo ſinguli ordines grauamina ſua proponere, eorumque abrogationem impetrare queant. Teſtantur autem ſe nihil hoc bello contra regem moliri, ſed ad defenſionem perſonæ, vitæ & ſtatus regis, omnia referre, ac cùm primùm iuſta hæc poſtulata ſua impetrent, ſe rurſum arma poſituros eſſe. Orant Reginam matrem, reliquos pares ac principes Franciæ, eccleſiaſticos ac politicos, vniuerſam nobilitatem, ciuitates ac populum, vt ipſorum inſtitutum fideliter adiuuent. Etſi autem his poſtulatis rex initiò reſpondit, nec voluntatem nec fidem aut diligentiam in tuenda veteri religione, & tota republica rectè & ſalutariter adminiſtranda ſibi hactenus defuiſſe: & cùm ſpes hæredis regni à Deo ſibi tribuendi nondum ablata ſit, ſucceſſionis cauſa tantum bellum moueri non debuiſſe: tamen paulò pòſt cum principibus confœderatis amicè conuenit, ac, vt vna ſola catholica Romana religio in Gallia retineatur, & Hugenotti ab omnibus publicis muneribus & Reipublicæ gubernaculis remouentur ac deinceps arceantur, & omnia priora Edicta de reformata religione toleranda abrogentur: communi conſilio decreuit. Ideoque prouincias regni, principibus confœderatis tuendas, diſtribuit. Oppidis Hugenottorum, Rupellis, S. Angeli, Montalbano & alijs, ſaluum paſſum & commeatuum importationem, diſpoſitis in vicinia præſidijs, prohibet. Miniſtri eccleſiarum reformatarum omnes intra menſis ſpacium: ciues non armati, vſque ad menſem Ianuarium deliberare, & niſi ad catholicorum templa redeant, ex regno diſcedere iubentur. Hæc publico edicto regis die 18. Iulij promulgata ſunt. Henricus Nauarræ Rex, qui Galliæ regem hactenus ſibi amicum in hac cauſa & coniunctum exiſtimauerat, poſtquam ſe deluſum videt: publico ſcripto cauſas neceſſariæ defenſionis à ſe ſuſcipiendæ exponit, & ab Angliæ regina confœderata pecuniam, à Germaniæ principibus facultatem copiarum equeſtrium in ditionibus eorum colligendi, petit. Interea Sixtus Pontifex, publico Senatus Cardinalium decreto, Henricum regem Nauarræ, & Henricum ducem Condæum, tanquam hæreticos excommunicat, & inhabiles ad ſucceſſionem coronæ Gallicæ declarat: omniaque eorum regna, ditiones, aliaque bona, ſubditis à iuramento obedientiæ abſolutis, prædæ exponit, & Galliæ regi, cæterisq; confœderatis, executionem mandat. Rodolpho etiam Cæſari ſcribit, vt Germanos principes, opem excommunicatis latros, conſilio & authoritate ſua prohibeat. Etſi autem magno animo & impetu bellum hoc Guiſiani & confœderati adorti ſunt: tamen præter hanc pacem cum rege factam nihil hoc anno memorabile amplius geſſerunt, ciuitates tamen regni occupatas, inſciente rege, præſidijs ſuis munitas Guiſiani retinuerunt.

De Orientis rebus hæc accepimus. Ampliſſima Orientis inſula, longè vltra Indiam & Sinarum regiones, ad gradum longitud. 180. latitud. 35. ſita, eſt Iapan, quam in 60. principatus diſtributam eſſe ferunt. ex quibus tres principes, ad religionem

nem Christianam superioribus annis adducti : Franciscus, Bungi; Protasius, Arimorum; & Bartholomæus, Omuranorum; ineunte anno 1582. legatos ad Romanum Pontificem amandarunt, qui legati eo anno Malacam & Goam: altero, circumnauigata Africa, in Lusitaniam; ineunte hoc anno Romam appulerunt, vbi Gregorio XIII. P. P. paulò ante ipsius obitum literis redditis, orationem, quæ extat, à Caspare Consaluo Lusitano, nomine eorum pronunciatam, habuerunt. M. D. LXXXV.

FINIS LIBRI VIGESIMI SEPTIMI.

SAXONIAE LIBER VIGESIMVS OCTAVVS,

Illustrissimo Principi & Domino, Dn.

CHRISTIANO,

CHRISTIANI F.
AVGVSTI N.
HENRICI Pronep.

DVCI SAXONIÆ, S. R. I. ARCHIMARSALLO AC ELECTORI, LANDgrauio Turingiæ, Marchioni Misniæ, Burggrauio Magdeburgensi, &c.

Subiectissimè offert

Dauid Chytraus.

ANNO

M. D. LXXXVI.

ANNO ineunte AVGVSTVS Elector Saxoniæ, cum Hagna Hedvvige, Anhaldina, nuptias apud sponsæ parentes celebrat, ac Dresdam ductis cum sponsa principibus, qui præsentia sua sacrum nuptiale cohonestârant: filiam Annam, Iohanni Casimiro duci Saxoniæ, Iohann. Friderici captiui filio, Coburgi sedem aulæ habenti, in matrimonium tradit, & paulò pòst fato concessit, antè quàm ægrotare audiretur. nam die vndecimo Febr. cùm concionem manè audiuisset, ex venatione cum coniuge in vrbem redijt, & in scamno sedens, miro animi deliquio, & virium corporis defectu, subitò abreptus est. & pridie Idus Martij, solenni pompa funebri, Fribergæ sepultus. 3. Ianuar.

Obierunt sub idem ferè tempus Margarita Austria, Caroli V. filia notha, Alexandri Ducis Parmensis, Belgiæ gubernatoris, mater. AEmilia, VVilelmi Cliuiæ ducis soror, anus virgo, quæ fratris filias, duobus Palatinis, & Borussiæ duci, elocatas educauit, & veræ de Deo doctrinæ ac sinceræ religionis amore imbuit. Kunigundis, Friderici Palatini filia, Ludoici soror, nupta Ioanni Nassauio, principis Vraniæ fratri. ANNA, Ruperti Palatini filia, Caroli Badensis vidua, exeunte Martio. In Cimbrica Chersoneso, Elisabetha, coniunx Ioannis iunioris Holsatiæ ducis, filij Christiani III. regis Daniæ: filia Ernesti ducis Brunsuic. Philippi neptis, octo filiorum & sex filiarum mater: & in Megapoli, Vrsula, Henrici ducis Megapolitani filia, & ex illius posteritate in his terris vltima, anno ætatis 76. pridie Georgij decessit, cùm circiter 60. annos, cœnobio Ribnicensi virgo præfuisset.

Fundauit autem, vt id obiter inferam, Cœnobium virginum nobilium Ribnicij, oppido tribus à Rostochio milliaribus, non procul à Recnisa fl. sito, Henricus Leo D. Megapolitanus, Henrici Hierosolymitani filius, Ioannis Theologi nepos: attributa area, cui arx principis antea insistebat. Vbi inter perpetuas 1310.
Senatus oppidi aduersationes, templum & alia cœnobij ædificia, viuente adhuc
decennium Henrico fundatore, excitata sunt, qui ius patronatus ecclesiæ Ribni- 1322.
censis; postea filius Albertus, in Marlovv & Dassovv prope Lubecam monasterio 1335
donarunt. In literis dotationis, quibus terra Zvvantvvustrovv, per Henricũ Leonem cœnobio attribuitur, trium coniugum Henrici Leonis nomina extant, quarum prima fuit Beatrix, Alberti Marchionis Brandenburgici filia, quæ Stargardensem ditionem dotis loco attulit. 2. Anna, filia Alberti II. ducis Saxoniæ, & Agnetis filiæ Rodolphi Habsp. Imp. soror Rodolphi senioris ducis Saxoniæ. cuius, anno 1348. cùm Albertus & Iohannes, Henrici filij, primi Duces Megapolitani, à Carolo IIII. crearentur, in literis Caroli nominatim mentio fit. 3. Agnes. vicini in Marchia comitis Lindaensis & Reppinensis filia.

RECNISA verò fl. Ribnicij oppido finitimus, ad pagum ἰμώνυμον, 5000. passuum à Gustrouio, Vandaliæ metropoli, ex lacu emanans, vbi Lagam, Tessinum, Salinas, Marlouiam, Megapolitana oppida præterijt, tandem ad Damgardiam, Rugiæ ducatum Pomeraniæ coniunctum, & Megapolin disiungens, cum efficit, qui ad pagum cœnobij Ripnicensis VVustro, duobus à Ribnicio milliaribus, angusto velut Isthmo à mari Balthico secernitur, ac deinceps continuò amplius viginti milliarium tractu intra terram & littora vicini maris porrigitur: à dextris, oppida Pomeraniæ, BARDAM, Illustrissimi ducis Pomeraniæ Bogislai X I. aulæ domicilium: Sundium, ducatus Rugiæ metropolin: Gryphisvvaldium, Academiæ, & VVolgastum aulæ Pomeranicæ sedem, & Angelam ad Panim fl. Stetinum ad Viadrum, à sinistris verò, peninsulam promontorij Dassæ, Zingst, Rugiam, Vsedom, & Iulini insulam Viadri ostijs obiectam, alluit: angustos alicubi portus seu exitus in mare Balthicum præbens: Prierouiam, è regione Bardæ: Gellam, inter Zingst & Rugiam, & Sundium: nouum Peini ostium, inter Rugiam orientalem & Rudam insulam, olim tempestatibus inde auulsam, è re-

M. D. LXXXVI. gione Gryphiſvvaldi & VVolgaſti : Sueuum, è regione Vkermundæ : Dinenoam ſupra Stetinum, inter Iulinum & Caminum epiſcopi ſedem : à qua deinceps terra continens in Boruſſiã vſq; porrigitur, ſed his parergis relictis, ad inſtitutum redeo.

Illuſtriſſimi & optimi principis, VVilhelmi, ducis Brunſ. ac Lunæburgenſis
21. Februar. filiam Dorotheam, Carolus Palatinus, VVolgangi filius, Cellæ Saxonum vxorẽ duxit. cuius ſororem Eliſabetham, ſuperiore anno, Fridericus comes Hohenloenſis, Ludoici Caſimiri filius, VVolgangi frater, nuptijs itidem Cellæ celebratis, ſibi connubio iunxerat. Batauiæ prouinciæ, nondum Parmenſi deditæ, Hollandia inprimis & Selandia, & cæteræ illis adhuc vnitæ, cùm in Elizabethæ reginæ Angliæ patrocinium ac tutelam ſuperiore anno ſe contuliſſent : Robertum Dudlæum, comitem Lyceſtriæ, Baronem Deinbigiæ, ſenem, ac reginæ earum, quem exercitui Anglico in Belgicum miſſo regina præfecerat : Gubernatorem & Capitaneum generalem conſtituunt, eiq; ſummũ Imperium & abſolutam authoritatem in omnibus negocijs bellicis, ac totius Reipublicæ & iuſticiæ adminiſtrationem (ſaluis tamen prouinciarum priuilegijs) & poteſtatem omnes contributiones colligendi & expendendi attribuunt edicto publico, Hagæ comitis promulgato.
6. Februar. Robertus Vliſſingam, Briel, Rammeliam, Bergam & Somum, præcipua Selandiæ, Hollandiæ & Brabantiæ propugnacula & portus, pro ſecuritate Reginæ Angliæ, præſidijs ſuis muniuit. Martinus Schenckius, ſtatuum Belgici præfectus, qui ſuperioris anni menſe Maio à regijs dimiſſus fuerat, cum aliquot compluribus,
17. Febr. VVerlam, eius partis VVeſtphaliæ, quæ Colonienſi ſubeſt, oppidum, occupauit, ea, vti apparet, intentione, quò ſibi, ſi caſtrum eidem oppido imminens quoq; capere potuiſſet, pedem figere, eoq; obſidionem Noueſianam, quæ iam dudum concluſa & præ foribus erat, impedire poſſet. Cùm verò regios magnis copijs aduentare, ac Rhenum traiecciſſe, intellexiſſet, nec caſtro illo in VVerla tàm citò potiri
28. Februar. poſſet : metuens, ne ſibi via atque receſſus concluderetur, circa octauam veſpertinam, iſthinc cum omnibus ſuis, prædam omnem, cum multis captiuis, inter quos duo fratres, Gerardus & Chriſtianus Kleinſorge Iureconſulti, ac magni in eo oppido nominis viri eſſe dicuntur, ſecum trahens, diſceſſit. & ſaluus ac incolumis, ſine vllo impedimento, VVeſaliam (vbi in continenti Rhenum tralecit) vltima eiuſdem menſis Beream ingreſſus eſt.

Eodem menſe Febr. Stephanus Poloniæ rex, communitatem Rigenſem, euocatam ad tribunal regium Grodnæ, vnà cum parte aduerſa, ipſe audit ; & tandem
19. Martij. pronunciat : Etſi grauiſſimè, excitato illo tumultu, & mutato, priuata autoritate, toto ciuitatis ſtatu, & vrbano Magiſtratu in ordinem redacto, & læſis temerè innocentibus viris, offenſus ſit : tamen cùm vtraq; pars ſubiectiſſimè roget, ne paucorũ culpa, publicam toti ciuitati calamitatem adferat : nunc mandare, vt tandem hos enormes exceſſus corrigant, & ante omnia in priſtinum ſtatum ciuitatem reponãt : Magiſtratum in integrum reſtituant : nihilq; planè eorum, quæ ſub tumultum mutata ſint, retineant. Deinde, vt exulibus enormiter læſis, reconcilientur, & pro damnis datis ſatisfaciant. Cùmque præcipuos ſeditionis authores, Regia Maieſtas, ad tribunal ſuum euocare, cumque ijs legitimè procedere decreuerit : mandat communitati, vt ſe ab illis ducibus ſeditionis, qui citabuntur, ſeparet, eosq; ad ſe in iudicio regio ſiſtendum compellat. Quod ſi reformationem Reipublicæ quandam ciues deſiderarint : Regia Maieſtas, communi conſenſu, ſedatiſq; conſilijs, eam inſtitui curabit. Ex tota verò ciuium communitate Rigenſi, duos tantùm ciues, miſſo in vrbem Sebaſtiano Grabovvecio Secretario, ad tribunal regium, ad quod antea prouocauerant, Collegij maioris tribunum, Ioannem Brinck & alterum Martinum Giſium, quo procuratore ciues in actionibus cum Senatu vſi fuerant, literis citationum euocat. Hi verò prætextu Priuilegiorum vrbis, cauſam in vrbe cognoſci, petentes, nec conſtitutâ die comparentes à Rege proſcribuntur. Interea Taſtij Tragœdia, quam poſtea expenam, interuenit, quæ indignationẽ regis aduerſus totam ciuitatem, ardentiorem inflammauit, quæ tamen paulò pòſt, inopinata Stephani regis morte abrupta eſt.

Noueſij

Nouesij obsidio, à Col. archiepisc. Ernesto cœpta, sed ob annonæ inopiam, alijsq; de causis relicta est: obsessis interea prædas opimas, ex tota vicinia, & prædijs, ac mercibus ciuium Colonienſium, in oppidum conuehentibus. Quod tamẽ mense Iulio, à duce Parmensi & Hispanis oppugnatum, captum & plerisq; militibus & ciuibus trucidatis, eorumq; præfecto Friderico Clodio ex fenestra suspenso, direptum, & incendijs deformatum est. Carolus Truxesius, Gebhardi archiepiscopi frater, quem Bonnæ à militibus periuris Ernesto traditum, & in arce Leodiensi Huia, custoditum fuisse diximus, tandem liberatus, mense Maio ad coniugem redijt. deinde fratrem archiepiscopum in Hollandia inuisit, sed à cæteris eius negocijs prorsus abstinuit. M D. LXXXVI

Franciscus Dracus, Anglicæ classis præfectus, quem ad Hispaniæ littora, & Americam versus, à regina ablegatum esse, vt regis Hispaniæ vires distraheret, ne quantum necesse sit auxiliorum in Belgicum mittere possit, superiore anno diximus: Promontorium viride cepit, in quo Hispanicarum nauium in Americam nauigantium statio esse solet. Inde ad Hispaniolam, S. Dominici insulam initio Ianuarij peruenit, vbi seruos Affricanos seu Aethiopas (quorum Coloniæ amplissimæ in Americam, extinctis veteribus incolis, quorum plurimi acerbissima Hispanorum tyrannide in desperationem acti, mortem sibijpsis, & liberis suis consciuerant, ante multos annos ab Hispanis ductæ erant) ad rebellionẽ, promissa eis libertate & datis muneribus ac donis in præsentia amplis, concitauit. qui ab eo armati, cæsis Hispanis, insulam totam tradiderunt. Naues in portu pecunia & mercimonijs onustas, & in Hispaniam soluturas, intercepit: & oppidum S. Dominici & cætera insulæ castra & statiua propugnacula diripuit, machinas 254. auexit mense Februario Panemaidem, ad Isthmum, quo Peruana & noua Hispania iunguntur, traiecit, cumq; libere in toto illo noui orbis pelago aliquot menses vagatus esset: ante autumnum in Angliam, 23. nauibus, & præda ingenti ac opulentissima, quam millionibus aliquot æstimarunt comitatus redijt: circa id tempus, quo nobilium aliquot Anglorum, instinctu Mariæ Scoticæ, aduersus reginam Angliæ Elisabetham conspiratio, duabus etiam in Gynęceo virginib. vt veneno eam tollerent tentatis, patefacta & literis reginæ Scotiæ prolatis confirmata est. Nobiles coniurati quatuordecim, supplicio proditoribus debito, in suburbio Londinensi affecti, & quadrifariam dissecti. 20. Septemb.

Quibus ipsis diebus, per Hiberniam, eidẽ Angliæ reginæ rara victoria obtigit. Cùm enim comes Arraniæ & Farnhurstius Baro Scoti, à comitijs regni Scotici proscripti, res nouas per Hiberniam, consilijs cum Guisijs & Hispanis communicatis, tentarent, & 3000. sylueſtriũ Scotorum in Hiberniã transmisissent, cùm iam in Connaciæ prouinciã perrumperent, omnes ferè internecione, Richardus Binghamus equestris ordinis vir prouinciæ illius præfectus, sustulit: qui quantum rei militaris peritia excelleret, industria & incredibili celeritate Reginæ suæ demonstrauit: quæ diuinæ clementiæ fauore, non tantùm domi vno & eodẽ tempore periculosissimis insidijs erepta fuit, verùm etiam per Hiberniam sublatis hostibus victoriæ cumulo exornata. Deinde indicta ad mensem Nouembrem comitia, in quibus de continuatione defensionis Belgarum aduersus Hispaniæ regem susceptæ, & de criminibus ac supplicio reginæ Scotiæ statuatur. Processus contra eam criminalis est institutus ex iudiciorum more, & ex eo concepta in illam ferenda capitis sententia. Illa verò Fordighamum, Northamptoniæ prouinciæ arcem (quæ aliquando ad Lancastrianæ familiæ duces pertinuit) Londino circiter 15. milliaria germanica distantem, ducta fuit, vbi tribunali sistebatur. Legatus in Galliam missus ad regem fertur, cum concepta in eam sententia, vt eam, ex viso processu probet. Fuit enim Francisci II. coniunx. Vt igitur comes Leicestrius in Angliam ad comitia veheretur, & prouincias confœderatas ad societatem belli naualis pertraheret: Franciscus Draco, equestris ordinis vir, & maritimarum expeditionum peritissimus, ex America reuersus, in Selandiam venit. alter præfectus cum classe in Draci locum versus Indiam iuit. Qui naues duas, ex S. Thomæ insula Lusitanorum cepit, cum insulæ præfecto. Vna vehebat viginti quinque millia co- 14. & 15. Octob.

M. D. LXXXVI. ronatorum, quæ in Angliæ portu perijt. Altera ibidem, cum eo præfecto ſalua adpulit, qui in Angliam captiuus eſt ductus.

In Belgico, ſuperiore æſtate, GRAVIAE Geldriæ oppido, ab Hiſpanis obſeſſo, Dudlæus Anglus, Hollandiæ Gubernator, opem ferre conatus erat. Apertis enim aquarum ad eam vrbem portis, ager inundatus, iter nauigiolis præbuit, quibus in eam annona, qua valde laborabat, inueheretur. Inuito quidem hoſte, qui duas illic munitiones erexerat, ne quis in vrbem ingredi, aut ex ea valeret egredi. Quibus & aliam Angli oppoſuerant, eam, regij magna vi ex improuiſo adgreſſi ceperunt, Anglosque, ex ea profugientes, inſecuti ſunt. Cùm autem præter ſpem equitatus Anglis adueniſſet: nec vllum regij haberent: reſumptis animis, Angli, qui terga dabant, prælium commiſerunt. Ex Hiſpanis centuriones quinque, octoque ſigniferi, duodecimque decuriones & quadringenti milites cæſi. Nihilominus tamen profligatis Anglis, obſidio Graiiæ continuata, eiusque deditio ineunte Iunio ſecuta eſt. Quo ipſo menſe, Venlo etiam Geldriæ vrbs munitiſſima, in Hiſpani poteſtatem redijt. Proximo menſe Noueſium, vt dixi, expugnatum, & deinde Zurphania, quam Hiſpani tenebant, à VVilhelmo Pellamo Anglo, Leiceſtrij vicario, obſeſſa, immiſſo per Parmenſem commeatu defenſa eſt. Ad Sutphaniam perijt globo ictus Philippus Sydnæus, eques Anglicus, nobilitatis literatæ in regno illo flos & decus præcipuum, qui multorum in Anglia & Gallia eruditorum Poëmatis celebratur. ex quibus vnicam Danielis Rogerſij, Sereniſs. Reginæ Angliæ Oratoris, in obitum Philippi Sydnæi, iuuentutis Britannicæ principis Næniam, nondum, quod ſciam, typis deſcriptam, adiungo.

Cælo receptos, flere licet nefas:
Quis temperarit fletibus hîc pijs,
Philippe, te ſecli ſublato
Delicio, media Iuuenta?

Cui vagienti Sydera proſperum
Risêre latis deſuper ignibus:
Cui Cypris os ſpargit decore,
Excoluit Charis alma mores.

Cui Pallas vni contulit Entheo,
Quas dictat artes, Mars animos dedit,
Indulſit Hermes cui ſagaces
Melliſluo reſerare ſenſus.

Sublimiori quem genio excitum,
Pater Deorum, præficere vtili
Belgis tuendis cogitabat
Conſilio, miſeris leuamen.

Heu concidiſti vulnere ſaucius,
Globo volanti ſulphureo è tubo,
Traiectus imum quâ femur ſe
Lubricat, inq; genu reflectit!

Zutpha-

M. D. LXXXVI

Zutphana tellus conscia prælij,
Quæ Semimauris hostibus obuium
Te vidit, admirata vultum
Pectoris intrepidiq; fulmen.

Quæ terra quamuis hospita, censuit
Aduersitatem, quæ tua, propriam:
Testata disruptis cauernis
Ingenitum gemitum atq; planctum.

Te mœstus auctis Isala fluctibus,
A lacrymarum gurgitibus tumens,
Plorauit, & Rhenus gemiscens
Disseruit tua fata Nymphis.

Deiectus isto funere Belgij
Immane quantum fluctuat incola,
Confisus hostiles Iberûm
Vincere vindice te phalanges.

Qui sic colebat Iusticia tua
Fidus bilancem, pectoris & niuem,
Vt patriæ innatum studeret
Aduena amor superare zelum.

Quid de supremis exequijs loquar?
Quantum egerit Zelandus, vt arduam
Cadaueri molem retento
Nobilis extrueret sepulchri.

Illud relatum, per freta carula
Suo recepit sed pater alueo,
Vt iuxta maiorum locaret
Compositum Tamesinus vrnæ.

Qui neminem sic luxit atrociter,
Post Edoardi funera principis,
Fletuq; lamentisq; adauctus
Insolito tumuit fluore.

Quis iustiorem materiem pijs
Percepit vnquam luctibus additam?
Non palma tanti, perderemus
Vt columen patriæ, ac statumen.

Nullo vigebat pectore tàm potens,
Nec signa virtus tanta sui dedit,
Se ingessit in, Sydnae, pectus
Quanta tuum, documenta promens.

Heu spes inanes & fragiles nimis!
Mortalium heu commenta fugacia!
Heu vota, somnio vaniora,
Nec stabilem, ambiguamq; vitam!

Princeps inaudisti modo patriæ
Pubis Smaragdus principis & tuæ:
Nunc pubis infandus Britannæ,
Principis & dolores Britannæ,

Gauisa nunquam plus fuit vllius
Fato, fuit quantum Impietas tuo,
Nunquam sibi plus efferatæ
Credidit omne scelus licere.

At pone finem planctibus Anglia,
Modusq; crudis sit querimonijs:
Carina portum cùm subiuit,
Tempore sistitur illa iusto.

Quicunq; culmen vicerit arduæ
Virtutis, huic mors grata venit quies:
Non plurimi anni, sed senem, vna
Efficit æqua per acta virtus.

Nec mortis illis forma fuit grauis.
Cui vita in armis grata micantibus:
Non cor veterno torpuit, nec
Otia prætulerat periclis.

Versatus inter belligeros equos,
Mortale vulnus vectus equo tulit:
Lethum subiuit, quale viuus
Hostibus expetijt fugatis,

Quin mater exultes licet Anglia,
Quod tale pignus protuleris sinu,
Ætas futuris quale sæclis
Nulla, vagum pariet per orbem.

Friderl-

Fridericus Daniæ rex, à rege Nauarræo, de auxilijs, aduersus Guisianos, reformatam religionem in Gallia armis delere, & ius successionis coronæ Gallicæ, Nauarræo, per P.P. excommunicato, ereptum, sibi vendicare molientes, sollicitatus: legatos ad Henricum Galliæ regem misit, qui pacem religioni reformatæ, superioribus annis à rege datam, & iureiurando aliquoties confirmatam, seruari, & Nauarræo ac socijs, vim religionis nomine nullam inferri, peterent. Idem rogaturi electores & alij principes Euangelici, Fridericum comitem VVirtebergensem & collegas, postea in Galliam ablegarunt. Danicis mense Aprili rex Galliæ respondit, se in bonam partem amicissimi regis admonitionem accipere. Verum se vicissim amicè Daniæ regẽ rogare, ne motibus illis, in Gallia nunc excitatis, nimium commoueatur, aut se immiscear, se expectare à Deo mediocrem huius Tragœdiæ exitum, & à se, sopiendis his malis, ea adhibitũ iri remedia, quæ à Christianissimo & pio principe, patre patriæ, proficisci & adhiberi debeant & possint. In Angliam quoq; Daniæ rex peculiarem legatum, & alium in Hispaniam misit, vt regis Philippi voluntate explorata, de pace inter Hispaniæ & Angliæ regna, priusquam atrocius, ex bello in Hollandia & America moto, incendium inflammatum latius serperet, restituenda, tractationem solennem susciperet. M. D. LXXXVI.

Reuersis ex Gallia suis legatis, Daniæ rex, cum electore Saxoniæ nouo, sororis suæ filio, Christiano & Brandeburgensi, Iohanne Georgio, & alijs aliquot principibus Lunæburgi conuentum instituit. In quo Iacobus Segurius, regis Nauarræ legatus, auxilia suo Domino, vndiq; à rege Galliæ & Pontificijs confœderatis oppugnato flagitauit. Quæ Daniæ rex fideliter & maturè præbenda: Electores verò, suorum ad Galliæ regem legatorum reditum expectandum, ac ex responso illis dato, consilium capiendum esse censuerunt. Angliæ etiam Regina, per legatos gubernatorem in Belgico suum, bis mille equitibus & aliquot millibus peditum in Saxonia conscriptis iuuari petiuit, ac cum Daniæ rege antea egisse dicebatur, vt is aliquot mensiũ stipendia numeraret. qua spe multi, ex Hollatia præcipuè, equites adducti, promtius nomina sua Friderico Ranzoulo equitum tribuno, nomine comitis Morsiani, quem Angliæ regina Imperatorem copijs illis præfecerat, dederũt. ac statim post solutum Lunæburgi conuentum, copiæ illæ in vicinia colligi cœperunt. Paulò antè, Lunæburgam Eberhardus episcopus Lubecensis & Verdensis & collegij ad D. Michaëlem Lunæburgi Abbas, princeps sapiens, & veræ religionis, iusticiæ ac literarum amans, commissarius à Cæsare inter Christophorum ducem Megapolitanum, & fratrem Vlricum ac fratris Ioannis Alberti filium designatus, ad actionem institutam accesserat. sed lento ac diuturno morbo ingrauescente confectus, rebus humanis exemtus est. Collegæ ad D. Michaëlem, antequam humo exuuiæ defuncti Abbatis conderentur (id enim legibus collegij statutum est) successorem constituerunt Conradum à Botmer. Verdensis ecclesiæ Canonici Philippum Sigismundum Iulij ducis Brunsuicensis filium, quem Mindensibus etiam paulò ante pater proposuerat: suffragijs suis episcopum creatum renunciarunt. Lubecenses verò, Ioannem Adolphum Adolphi ducis Holsatiæ filium, qui superiore anno Bremensis archiepiscopus designatus erat, elegerunt.

18. Iulij.

5. Iulij.

16. Septemb.

Adolphus Dux Holsatiæ, electi à Lubecensibus Episcopi pater, princeps fortis & magnanimus, Calendis Octobris ex hac vita emigrauit: relictis quatuor filijs, Friderico, Philippo, Ioanne Adolpho, & Ioanne Friderico (quintus enim, Christianus ante patrem decesserat) & totidem filiabus, quarum primogenita Sophia, auiæ paternæ nomen referens, Ioanni Duci Megapolitano, optimi Principis Ioannis Alberti filio, desponsata erat. Adolphum soror Elisabetha, Vlrici Ducis Megapolitani coniunx, Friderici II. Daniæ regis amita & socrus, secuta est. quæ cum superiore æstate, regem generum, marito comitata, inuisisset, in reditu, ad Giedzoram, Falstriæ insulæ portum, septem tantum milliaribus à proximo Germaniæ littore & ostio Arni dissitum, aduersis Austrorum flatibus, aliquot hebdomadas, cum marito detenta, in febrim incidit, qua inualescente, tandem in mariti & filiæ reginæ Danicæ complexu extincta, & in Megapolin reuecta,

15. Octob.

13. Nouem.

Gustro-

M. D. LXXXVI. Gustrouiæ, condita est; orationem funebrem, quæ extat, habente DAVIDE CHYTRÆO.

Eodem die, quo dux Holsatiæ Adolphus obijt, Adolphi comitis Morsiani copiæ, recens collectæ, ad VVildeshusiam dissipatæ sunt. Is tota ditione Morsiana, ab Ernesto Colonienſi archiepiscopo per Parmenſem ei adempta, recens à Roberto, Leicestriæ comite, Hollandiæ gubernatore, nomine reginæ Angliæ conductus, statim post Lunæburgenſem conuentum, ad bis mille equitum & duas legiones peditum in Saxonia conscripserat, quas ad Lockam monasterium conuenire iussit. vnde paulatim ad Vechtam & VVildeshusium progressi sunt. Cùm autem pediti arma, & toti exercitui vnius mensis stipendium à comite promissum fuisset; nec vspiam pecunia appareret: & Hispani hostes, vt vi eos profligarent, ad Cloppenburgam vsq; iam accessisse falsò nunciarentur: non diutius ferentes se inanibus spebus lactari, circa Calendas Octobris, sponte & citò, inter ipsos quoq; orto dissidio singuli ad sua redierunt. Comes classicum can. iubens, desertis copijs se subduxit. Legatus comitis in hac expeditione fuit Iohannes à Plettenberg. Tribuni inferiores, Iodocus à VVerder, Fridericus Schulte & Fridericus Ranzouius, Henrici Vicarij regij filius, 400. equites ducens: qui cæteris dilapsis, postremus tandem ipse quoq; ad loca tutiora se recepit.

Comes Leicestrius, Angliæ reginæ in Belgico prorex, vbi Zutphaniam à Parmenſi annona subleuatam ac defensam: exercitum bis mille equitum & totidem peditum, quos in Holsatia & reliqua Saxonia comes à Morse & alij tribuni collegerant, vltrò dissipatum esse vidisset: exercitum, quem ad Zutphaniam habuit, Dauentriam (cui Stanlæum equestris ordinis virum præfecit) & in vicina loca in hyberna dispoſuit: ita tamen, vt Zutphaniam (est enim Dauentriæ ad duo milliaria) propemodum obsideret, saltem impediret, ne commeatus in eam maior importetur. Insulam Zutphaniæ propinquam, in qua munitio est, deseruit. Vicissim Regij, maiorem munitionem, quam ad vrbem Zutphaniam erexerant ex Isailam fluuium, relinquere cogebantur, quam custodiendam Rolando Yorkio Leicestrius tradidit. Eò autem Anglorum consilia tendebant, ne regijs commeatus in Belgium posset inferri, vt fame subigerent regios, quos armis vincere nequibant. Propterea decem naues militares, Batani, ostio Albis ad Hamburgam, mense Octobri immisêre, quibus adnauigantes ex ea vrbe naues, Dunckercham vehentes commeatum aut merces, diriperent. Compleuerant frumento Flandri in ea vrbe & vicinia multas naues, quibus ingentem annonæ caritatem in Flandria & Brabantiæ subleuarent. Verùm metu classis Batauicæ ad Albim excubantis, rursum exonerare naues, & frumentum Hamburgi vendere coacti feruntur. Verè autem accidit tum Belgis & Gallis, quod in veteris oraculi versu dicitur: Δωρίαχον ἤχει πόλεμον, νηῦς λιμὸς ἄμ' αὐτῷ. Nam & in Gallia, ali hac æstate exercitus, ob annonæ angustiam, non potuere. Itaque & Dumanei & Valletæ militum copiæ in hyberna deductæ: & Germani, cùm pecunia etiam ad stipendia deesset, exautorati sunt; Nauarræo & socijs intra arces & oppida sua se interea tenentibus: Electorum verò & principum Augustanæ confessionis Legatis, pro rege Nauarræo & cæteris eandem Religionem amplexis ad Galliæ regem missis vt pactam ab hinc decennio pacem cum rege Nauarræo & socijs seruaret: post trimestrem ferè moram, tandem respondit rex, se quod peterent, facere non posse. Fertur autem, vel ad ipsos, vel ad alios dixisse, mirari se, quòd principes Germaniæ, Hugenottorum causſam apud se susciperent, & regi præscribere vellent: Cùm rex nulli Principi Germano modum aut metas regendi subditos tribuat.

Augustæ Vindelicorum, post electum Superintendentem, Ecclesiæ Euangelicorum conditio indies imminui ac deterior reddi videbatur. Postquam enim Calendarium Gregorianum, à ministris, salua veritate doctrinæ, & rituum, quos hactenus vsurpassent, receptum erat: Magistratus pontificius, etiam ius eligendi ac

di ac vocandi ministros ecclesiæ Euangelicæ, quod seniores seu ecclesiæ præfecti cum ministerio antea se habuisse ostendebant, ad se transtulit, idq; Cæsaris, commissarios in vrbem mittentis, autoritate retinuit. M. D. LXXXVI

Cùm autem assentiri ecclesiæ ministri recusarent, ante solis occasum omnes vrbe excedere iussi, & alij eiusdem confessionis, vt profitebantur, Noribergâ & aliunde acciti, in electorum loca substituti sunt. Quos cùm audire populus, eorumque ministerio vti nollet, magistratus pontificius, præter milites, qui iam aliquot annis in vrbe alebantur, maiores quotidie copias, conducebat, vt terrore & vi armorum instituta perficeret, & in officio ciues contineret. Etsi autem omnia agere Imperatoris autoritate videri volebant: tamen multi præcipui viri in aula, placidius & sine armorum strepitu peragi maluissent. 13. Iulij.

Iulius etiam Episcopus VVurtzeburgensis, in subditos suos, Augustanæ Confessionis religioenm amplexos, inclementer grassari cœpit, multis in exilium electis, & intra paucos dies vendere bona, & ipsi tertiam relinquere coactis. Ab hac sæuitia vicinus Hassiæ Landgrauius VVilelmus, aliquot epistolis grauissimè scriptis eum dehortatus est. Inter cætera etiam Balthasari Abbatis Fuidensis exemplo vsus, qui seuerius subditos religionis prætextu persequens, non solùm in acerbissima suorum odia incurrit: verùm etiam dignitate & ditione tota priuatus est.

STEPHANVS Poloniæ rex, totum iam decennium, eximia cum sapientiæ, fortitudinis, Iusticiæ, grauitatis, & ἀπροσωπολημψίας laude, regnum Poloniæ administrauerat: natus anno 1533. ex nobili Barthoreorum de Somlio (altera enim illustrior est Barthoreorum de Bathor) familia Vngarica. cuius particulam, nobis notam, adscribo. 27. Septemb.

STEPHANVS BATHORI de Somlio, Palatinus Transyluaniæ. vxor Catharina Telegdia.

STEPHANVS princeps Transyluaniæ 1561. Rex POLONIÆ creatus 1576.	CHRISTOPHORVS princeps Transyluaniæ post fratrem regem factum 1576. ⊕ 1581	ANDREAS, Isabellæ reginæ Vngariæ Palatij præfectus.		
		Stephanus, ad Plescouiã patruo militauit.	Balthasar.	Andreas Cardinalis Bathoreus.

SIGISMVNDVS, hoc tempore princeps Transyluaniæ.

Epitaphium, quod summam rerum, pro salute & dignitate regni Poloniæ ab ipso gestarum continet, monumento addendum regni archicancellarius scripsit.

Stephanus Magnus Rex Poloniæ, Magnusq; Dux Lithuaniæ,
Princeps Transyluaniæ,
Victor, Triumphator, pater patriæ,
Stephano Palatino, Catharinaque Telegdia,
Natus anni 1533. V. Calend. Octobris.
Excessit 1586. Idib. Decemb.
Regnauit annos decem, menses 7. dies 12. Iudicia constituit:
Liuoniam, Polotiamq; prouincias recepit:
Fines Lithuaniæ, latissimo Velisiensi agro adiecto, protulit:
Perterritis Mechmete primùm, ac deinde Aschlan, Chereis,
Tattarorum Chamis,
Podoliam pacatiorem cultioremq; reddidit,
Amuratem, Turcarum imperatorem,
Vt Tattaro pacem legatione missa peteret,
Et Benderia à Kosacis deletâ, nil moueret,
Nouaque castella finibus imponi pateretur,
Opinione virtutis permouit, continuitque.

Stipen-

M. D. LXXXVI. Stipendium maius, Transyluaniæ Imperium ineunti Sigismundo, fratris filio, impuberi

Imponere molientem deterruit.

Ianiculam, Valachiæ Regulum, ob iniurias, quas vicinæ nobilitati Intulerat, deijcere adegit;

Thesaurosq;, qui cum ipso Valacho in potestatem suam venerant, repetentem spreuit.

Omnium regum, Principum, ac populorum, nationumq; cum ora in se conuertisset:

Maiora pro Re hac publica & Christiana animo agitans:

Ac inprimis Moschouiam Poloniæ Lithuaniæq; aggregare studens, sexu die subitò extinctus est.

O mors inuida.
Non extinxisti virtutem Batoream,
Immortalis est.

Stephano Poloniæ regi, victori, triumphatori, pio, patri patriæ, &c. Ioannes de Zamoiscio Cancellarius, & summus dux exercituum regni, vitâ, quam salutigloriæq; eius omnibus bellis periculisq; deuouerat, Deo, non se ita volente, superstes, has lachrymas, cum Griselide Batorea, vxore sua, regi, patrono, affiniq; suo fundit:

Viueres, Stephane Maxime, viueres,
Nec Polonia, Vngariaque, ac
Nomen Christianum lugeret.
Nec improbi barbari gauderent.
Sed viuit Deus, haud solido exultabunt gaudio.

Annum obitus his verbis quidam expressérunt:

StephanVs DeI gratIa reX PoLonIæ GroDnæ VIta pIe DefVngItVr.

Stephanum secuti sunt, eodem mense Decembri, Mahomet Codabendi (Dei seruus) Persarum rex, qui toto regni tempore cum Turcis bellum æquo ferè Marte gesserat. & in Saxonia Fridericus Saxoniæ Dux Laoburgensis (8. Decembr.) Chorepiscopus Colonienſis: in locum Archiep. Gebhardi Truxesij, à P. P. priuati, Decanus Argentinensis recens electus. & superiori mense Maio, in Silesia Georgius Dux Lignicensis & Brigensis, Friderici filius, ex antiqua Regum Poloniæ stirpe Piastea, nusquam interrupta sanguinis serie, ortus, anno ætatis 6, in his terris viuere desierat.

Sueciæ rex, legatos ad fines Moschouiæ, de perpetua cum Moschis pace, vel inducijs prorogandis acturos misit. Cùm enim Stephanus Poloniæ rex, Smolensem & Seuerienſem Ducatus, à Theodoro Magno Moscouiæ duce repoſceret, aut bello se eos repetiturum ostenderet: Pacem Moschi cum Suecis studiosius conficere cupierunt, tametsi cum Poloniæ etiam rege tractationes à Moschis institutæ, eaq; de causa induciæ, vsq; ad Pentecosten sequentis anni 87. prolatæ sunt. Irrita autẽ cum Suecis de perpetua pace tractatio fuit. Sed induciæ quadriennij solummodò confirmataq; sunt. Hyems initio anni fœua, & diuturnior solito, in his regionibus, ferè ad solstitium continuata est. Nonis enim Maij primas arborum frondes ac flores: vites verò in nostris hortis frondescentes primùm post Idus Maij: exeunte Maio demũ ver adultum vidimus. Rursum Idibus Nouemb. frigus intensum cœpit, quod paulò pòst desæuijt. ac secuto mense, inconstantes & perpetuæ acerrimi gelu & subitæ remissionis vices, catarrhos graues, aliosq; morbos genuerunt.

ANNO millesimo quingentesimo octogesimo septimo,

DAVENTRIA ad Isulam, Rheni brachium Eoum, quam superiori autumno comes Lycestrius, Hollandiæ Gubernator, Standleo Anglo tuendam commendarat: præfecti perfidia, Hispanis, cum propugnaculo maiore ad Zutphaniam tradita: Direptionem, bis mille auri pondo persolutis, redemit. Impulisse Standleum, homi-

nem

nem alioqui prædiuitem,&magnæ apud Lyceſtrium autoritatis,& hanc proditionem ſcribitur, quòd coniurationis in Anglia aduerſus reginam initæ conſcius,ad ſupplicia acerbiſſima cæteros rapi intellexiſſet. Quare vt receptum apud hoſtes haberet, Gratiam eorum tantæ vrbis traditione ſibi conciliauit. M. D. LXXXVII. 9. Ianuar.

Apud Anglos MARIA Scotiæ Regina (cuius vitæ hiſtoria apud Buchananum extat) cùm ſuperioribus comitijs regni Angliæ à ſenatu regni ad mortem condemnata eſſet: nec tamen regina Angliæ, etiamſi vitæ ipſius inſidiæ à Scota ſtructæ, aliquoties deprehenſæ dicerentur,confirmare ſententiam vellet: nihilominus tandem,in arce Fotheringhami,ſecuri percuſſa,ſupplicium præſenti & forti animo ſubiuit. 8. Februar.

Eodem menſe, DOROTHEA, Henrici Iulij Ducis Brunſuicenſis vxor, Auguſti Saxonis filia,primi partus doloribus ſuperata,cùm filiolam Dorotheam Hedvvigen enixa eſſet, magnum ſui deſiderium ac luctum, marito, & ſocero, ac ſocrui,relinquens,deceſſit.Friderici etiam VVilelmi,Saxoniæ ducis,Vinariæ ſedem aulæ habentis,duo filioli,Ioannes VVilelmus 23. Ianuar. & Fridericus quatriduo antè,infantes ex hac vita ſublati ſunt, cùm ante quinque menſes ſororem primogenitam in cœleſtem patriam præmiſiſſent. 13. Februar.

In Liuonia,optimus princeps,veræ religionis, iuſtitiæ & pacis ſtudio,&ſumma moderatione,clementia,& manſuetudine erga domeſticos & ſubditos planè paterna,illuſtris, GOTHARDVS CVRLANDIÆ & Semigalliæ dux, placido & beato fine vitam in terris ſuam concluſit, relictis ex illuſtriſſimâ coniuge Anna, Alberto duce Megapolitano natâ, Ioannis Alberti & Vlrici ſorore,duobus filijs; FRIDERICO,qui in gubernatione patri ſucceſſit; & VVilelmo,& totidem filiabus;ANNA (Alberto Razeuilo principi Lithuano, Nicolai filio, Lithuaniæ archimarſchalco nupta) & Eliſabetha. Fridericus etiam Holſatiæ dux, Adolphi filius, viginti annorum adoleſcens,optimæ ad virtutem indolis, intra anni vertentis ſpacium patrem ſecutus, & Sleſvvici humatus eſt. Magdeburgæ,inter Ioachimum Fridericũ archiepiſcopum,& Iulium ducem Brunſuicenſem,de finibus in præfectura Calenſordenſi,& alias controuerſias,Saxonis, & Brandeburgici electorum conſiliarij interceſſores, amicè componere & ſedare,irrito exitu, ſtuduerunt, menſe Maio. Electores ipſi,ac cæteri Saxoniæ,Brandeburgici, & Haſſiæ principes, Naoburgi ad Salam congreſſi, Hæreditarium fœdus,inter familias illas iam olim initum, de quo ſuprà diximus,renouarunt & confirmarunt,& de auxilijs Henrico Nauarræo regi in Galliam mittendis aut negandis, deliberauerunt. 17. Maij. 19. Iunij. 4. Iulij.

In POLONIA,rebus humanis exemto rege Stephano,pręcipuos regni ordines, VVarſauiam,archiepiſcopus Gneſnenſis, Stanislaus Carnicouius, regni primas, conuocauit: vt de loco, tempore,& modo electionis noui regis, & pace ac tranquillitate publica,interregni tempore conſeruanda, conſtitueretur. Vbi inter cæteros articulos,hi quoq;, tametſi poſtea minimè à præcipuis, qui eos condiderãt, ſeruati,de procerum, qui aderant, conſilio ſanciti ſunt: vt rex nouus, non niſi de vnanimi omnium ordinum conſenſu & concordibus ſuffragijs electus & comprobatus, publicè renuncietur. ac eum, qui factiones alere, vel dona & munera noui Regis eligendi cauſa accepiſſe, vel alias practicas exercuiſſe deprehendatur, pro hoſte patriæ habendum eſſe. Promittunt etiam, ſe religionis pacem in electione regis Henrici ſancitam ſanctè ſeruaturos,& vulnera exorbitantiæ,vt nominant,tàm priuata quàm publica, etiam ciuitatum ſublaturos eſſe,antequam ad electionem progreſſi fuerint. Semota ex Theſauris regijs Sigiſmundi & Stephani, & alia Reipublicæ bona, per externos occupata, regni Theſaurario reſtitui iubent.archicancellario Zamoiſcio abſenti imperium ſummi ducis exercituum regni abrogare: & Herbordo cuidam officium illud, in finibus regni, in Volhinia, Podolia,& reliqua Ruſſia excubandi cum 3000. equitum commendare tentant. Regi inter cæteros articulos in coronatione proponendum eſſe, vt decretum de proſcriptione Chriſtophori Sborouij aboleat,eumque in integrum reſtituat. Hæc ex Stanislai comitis à Gorca,& Sborouiorum fratrum ac cæterorum in eo con-

M. D. LXXXVII. uentu præsentium voluntate, multis ac præcipuè episcopis, paci religionis contradicentibus & absente cancellario & alijs, constituta sunt.

Electionis verò comitia, VVarsauiam, ad diem 30. Iunij Gregoriani, seu 20. nostri indicta, ad quæ aliquot proceres armati & præsidijs equitum ac peditũ mediocribus muniti, accesserunt. inter quos, Iohannes Zamoiscius archicancellari', propè Colo, seu septum conuentibus procerum in campo cis Vistulam, dimidio à VVarsauia milliari, destinatum (quod, vt Homerus consessum senatorum ἀγορὴν κύκλον, Poloni, Colo, seu Rotam nominant) castra metatus est. Huic capitales cum Sborouiorum familia, ob Samuelem Sborouium, capitis supplicio, iussu regis affectum, inimicitiæ intercedebant. quibus dirimendis: & disputationibus de articulis in proxima superiore conuocatione VVarsauiensi sancitis (quorum aliquos in præiudicium sui factos Zamoiscius & ipsi coniuncti improbabant) & Lithuanorũ legatis, Vistula fl. à Polono senatu semotis, ad communes cum Polonis deliberationes aggregandis: & grauaminibus prouinciarum ac ciuitatum cognoscendis: aliquot hebdomadarum tractationes, irrito exitu consumptæ: antequam ad electionem ventum est. LITHVANI se non ad bellum, sed ad liberam & pacificam noui regis electionem profectos ostendebant. Ideoque nisi arma prius deposita, & controuersiæ sedatæ, & grauamina illorũ sublata, & iura ac libertates suæ redintegratæ, & Liuonia, Volhinia, Podassia prouinciæ, membra magni ducatus Lithuaniæ, restitutæ essent, in senatum Polonorum venire recusabant. querebantur insuper, Cancellariam Lithuanorum, & alia officia, multipliciter per Polonos turbari: & ipsis non consentientibus, duos reges Henricum & Stephanum electos & coronatos; marchionem ducatui Borussiæ præfectum: legatos nomine regni Romam missos esse, sicut & proxima superior conuentio VVarsauiæ, ipsis inscijs, instituta fuisset. BORVSSI, multis nobilibus ac benemeritis bona sua eripi, varias exactiones & Telonea, in aquis & terra institui, dignitates & officia, præteritis indigenis, conferri externis: causas notabiles extra Borussiam in regni comitijs, non adhibito Borussorum consilio, sæpe decidi; iura terrarum Borussiæ in dubium vocari; monetam non probam cudi; Collegio VVarmiensi ius electionis liberum adimi, à rege Danico; ciuitatis Dantiscanæ naues, ob Reipub. Polonæ priuatis debita, detineri; ac inprimis iuramentum speciale, à regibus terris Prussiæ non amplius præstari, sicut D. Casimirus & Sigismundus pro se & successoribus promisissent, questi sunt. Rigenses, religionem Augustanæ confessionis, intrusis contra expressam cautionem sibi à rege Stephano datam, Iesuitis labefactatam, restitui: & solam in vrbe conseruari: priuilegia reipublicæ, quæ in contrariam sententiam, ab ea, quam ipsi ex verbis colligant, alij detorquerent; proprijs & perspicuis verbis scripta confirmari: castellum ad Dunæ ostium excitatum, remoueri: aliæ prouinciæ & ciuitates alia flagitabant. Tandem verò, hæ prouinciarum & ciuitatum querelæ ferè omnes in suspenso relictæ; & proclamata pace publica, postridie exterorum regum legati auditi sunt.

5. Augusti.

PRæcipui autem competitores regni, primùm ex familia Austriaca, Ernestus, Matthias, & Maximilianus, Rodolphi Imp. fratres, fuerunt. quos Cæsaris Rodolphi, Philippi Hispaniæ regis, Electorum imperij omnium legati, Polonis commendabant. & partibus suis addictos, in maiore Polonia, Stanislaum comitẽ Gorcanum, & totam Sborouiorum familiam, cum magna prouinciæ illius nobilitate, habebant. Sigismundo autem, Ioannis III. Suecorum regis, & Catharinæ Iagellonicæ filio, addictissima Poloniæ regina matertera fuit, quæ magno studio proceres, vt eum regem crearent, sollicitabat. cui, eximia familiæ Iagellonicæ in Rempublicam Polonam merita præcipuè suffragabantur, & fauorem apud multos conciliabant, vt iure quodammodo regnum illi tribuendum esse videretur. Tertius erat, Theodorus Magnus Moscouiæ dux, qui vniuersam ditionem suam à finibus Liuoniæ ad mare Caspium pertinentem, adiuncturum se regno Poloniæ, si Rex eligeretur, promittebat. Hanc conditionem Lithuana potissimum nobilitas, & alij cupidè amplectendam censebant, tametsi seriò Moschum hæc offerre vix

sibi

sibi persuadere alij cordati poterant. Quarto loco habebantur, qui Piastum, seu ex corpore regni aliquem, omnibus exteris præferendum censebant. Quorum sententiam multi non postremæ autoritatis Senatores probabant. Inprimis enim regno expedire visum est, regem, qui linguam, mores & iura regni perspecta & cognita haberet, & constitutum gubernationis cursum ac modum continuare posset, designari. Disputabant, exteros appetere regnum, non vt regni, sed sua commoda & potentiam augeant, & suos ex regni prouentibus ditent. Non tutum esse, cum exteris externas quoq; vires ac exercitus in regnum attrahere. Molestissimum verò & intolerabile, quòd in conferendis dignitatibus, officijs & honoribus, externi indigenis præferrentur. Exemplo esse Stephanum regem defunctum, cuius potentia ita iam excreuisset, vt cum Hungaris suis vniuerso regno terrori esset. Has & similes rationes multas magno cum applausu multi excipiebant, & intestina procerum æmulatione ac inuidiâ, qua alij alios sibi præferri ægerrimè laturi erant, sublata, indigenam regni aliquem ad hoc fastigium dignitatis euehi, maximè optabant. Turcici etiam Imperatoris nomine, Vesirius Bassa, proceres Polonos hortatus fuerat, vt amicitiam, coniunctionem ac obedientiam, Portæ excellentissimæ, hactenus ab ijs, tùm in electione regis, tum alijs negotijs præstari solitam, deinceps etiam tuerentur, & liberrima sua electione, vnum ex fratris Stephani filijs, vel VVeivvodam Transyluaniæ regem designarent. M. D. LXXXVII.

Sed legati pontificis Romani, Hannibal à Capua: Cæsaris Rodolphi, Stanislaus Pavvlouius episc. Olomucensis, Carolus dux Münsterbergensis: regis Hispaniæ, VVilelmus de S. Clemente: archiducum Austriæ (quos Ioannes Sborouius honoris causa ad Guriam deducebat) pro Cæsaris fratribus intercedentes: & Moschici, suum principem Theodorum proponentes: Item Sigismundi Transyluaniæ principis, VVolfgangus Couasocius Cancell. die 4. Augusti publicè auditi sunt. Postridie, Ioannis III. Suecorum & Gothorum regis oratores, Ericvs Sparre regni procancellarius, & comes Ericus Brahe; pro Sigismundo Sueciæ principe, aduersus Moschum, perorarunt. Hi ob inuersum in audiendis legatis ordinem, initiò cunctati, venire recusarant, priusquam protestationem, de regis sui præeminentia, in Senatum misissent, quam in iudicio castrensi VVarsauiæ postea autoritate publica confirmarunt. Post hos, electorum imperij Germanici, qui Austriacæ familiæ, ex qua ipsi tot seculis iam Imperatores Romanos creassent, rationem præ cæteris haberi petebant: & Friderici Curlandiæ ducis nuncius, viduam matrem & defuncti principis hæredes Senatui regni commendans, & libellum Grauaminum, quæ tolli petebant, offerens: in generali colo, deliberationibus publicis primùm destinato, legationes suas exposuerunt.

Secessserunt autem inde, octiduo antè, ob contumelias verborum, archiepiscopo, & Palatino Masouiæ, à Posnanensi & alijs illatas: & peculiarem conuentū, in eodm campo, vicino in loco (quem nigrum Colo nominabant) senatores aliquot instituerant. quibus se, Palatinus Cracouiensis, Andreas Tenschinius; Masouiensis, Stanislaus Critius; Plocensis, Georgius Zilensky; Kyouiensis, Constantinus dux Ostrouius, qui paulò post ex comitijs discessit; & Marscalcus regni, Andreas Opalinius; Thesaurarius, Ioannes Dolscius; vicecancellarius regni Albertus Baranouius: & archicancellarius, Ioannes Zamoiscius; adiunxerant. Lithuani verò, totas iam sex hebdomadas, trans Vistulam, peculiaria castra, & senatum ab vtrisq; seiunctum, habebant. Qui cum archicancellario & Marscalco regni conueniebant: quæsitis ordine suffragijs, partim Piastum, plurimi verò Sigismundum, Sueciæ regis filium, regno vtilissimum fore iudicabant, quòd priori familiæ regum Iagellonicæ, optimè de regno meritæ, propinquissimo sanguine iunctus, & indoles in eo præclarissima, & linguæ Polonicæ peritia esset: & non modò vicini regni amicitiâ & fœdere Poloniam muniturus, verùm etiam non paucas & graues controuersias, quæ serenissimo Sueciæ regi, cum regno Poloniæ intercederent, sublaturus esset. & nullus potentior vicinus irritari vel offendi electione eius posse videretur. Hanc nominationē, & iudicium, de singulis competitorib. suum,

M. D. LXXXVII. cæteris apud Gorcanum & Sborouios congregatis, significant, eorumq; declarationem flagitant. Quam cùm aliquot dies distulissent, tandem dari non posse, nisi in communem senatum cæteri venirent, responderunt. Archiepiscopus autem, quatuor candidatos, Piastum, Moschum, Austriacum & Suecum, in ordinario Colo, proposuit: addens tamen, nolle se cum Germano ex comitijs domum redire. Scisciranti autem Gorcano, an non Suecum etiam pro Germano haberet? respondit, hunc ex Polono sanguine ortum sibi videri.

Die 9. Augusti, Archiepiscopus Gnesnensis & cæteri episcopi (excepto Kyouiensi) & proceres, qui Maximilianum auersabantur, relictis Gorcano & Sborouianis, in alterum conuentum, vbi cancellarius, archimarscalcus, & alij Senatores præcipui, Suecum designarant, transeunt, & circa meridiem, Sigismundum Suecię principem, regem renunciant. Gorcanus, Sborouiani, & illis adhærentes, in suo senatu contrà testati, ad Maximiliani electionem procedunt: & decretum regis Stephani, de Christophori Sborouij proscriptione abrogant. Contrà quam abrogationem, qui Suecum elegerant, scripto protestantur. Lithuani etiam nobiles plerique, Maximilianum regem prorsus recusantes, Moschum nominarant. postridie missis ex suo senatu ad Sborouianos, palatino Trocensi, Ioanne Lebovvicio, & vicecancellario Leone Saphia, hortantur, vt à nouo rege eligendo abstineant: se enim apud alteram quoq; partem laborare, ne vlterius progrediantur, sed electionē in aliud tempus & locum magis opportunum differant. cumq; tres reges propositi sint, Suecus, Maximilianus & Moschus: si alioquin amicè conuenire non possint, SORTE potius, præmissa inuocatione Dei, iuxta exemplum scripturæ, VNVM ex his eligendum censent. Postridie etiam, Georgium Radeuilum cum fratre, qui Austriacum nominantibus se adiunxerant, ex senatu euocatos orant, vt nouam electionem impediant. Verùm his admonitionibus spretis, qui in Colo erant, ineunte iam nocte, die 12. Augusti sequente, Maximilianum Austriacum, regem, voce Kyouiensis episc. Iacobi VVroniecij, promulgant; & postridie in Franciscanorū templo suburbano, Doxologiam canunt: Andrea Sborouio aulæ Marschalco, ad aram denuò Maximilianum renunciante: Cardinale verò Radeuilo sacrum celebrante. Vtriusq; verò regis nominationem, magna pars nobilitatis Lithuanicæ (Senatoribus tamen compluribus, præter Cardin. & fratrem, Sigismundo suffragantibus) omninò improbabat. quæ communi cum cæteris diplomate, duos reges non legitimè & libera electione, sed vi & armis præcipuarum familiarum, oppressa suffragiorum libertate, designatos, ideoq; ad suos fratres domi de hac iniuria suæ libertati illata se referre, & nouam ac legitimam electionem instituere & constanter tueri velle, testati sunt.

Interea, qui Maximilianum regem crearunt: conditiones & pacta electionis, cum Rodolphi Cæsaris & Philippi Hispaniæ regis Oratoribus ineunt, & decretum electionis, per regni proceres: episc. Kyouiensem: Ioannem Sborouium Castellanum Gnesnensem & Craudentinum capitaneos: Alexandrum ducem Pruncensem & alios Maximiliano intimandum, conficiunt. Cùm autem articuli conditionum & pactorū, inter ordines illos regni Poloniæ, & domus Austriacæ legatos cōuentorum, typis excusi extent: summas breuiter adscribam. Promittit domus Austriaca, per legatos, octingenta millia aureorum, in regni Poloniæ fiscum à se depositum & solutū iri, 200. millia statim post electionē publicatam, vt inde miles ad finium regni defensionē, si Turca fortè aliquid moturus esset, alatur. altera ducenta M. post coronationem. reliqua suo tempore, vt cum ordinibus conuentum fuerit. Pacta & fœdera inter regnū Poloniæ & Turcam olim facta rex seruabit & renouabit. Sin contra pacta Turcus apertè arma mouerat: Romani PP. vniuersæ dom' Austriacæ, omniumq; illius amicorum auxilia, Polonis præstò erunt. ac vt hæc electio etiam ipsi Turcæ formidabilis existat: Rom. PP. Cæsar, Hispanus, cum præcipuis Christiani orbis regibus, & imperio Romano, fœdus facient, qui cum Regni Poloniæ & Lithuaniæ confœderatis, à Polonia & Lithuania Turcos depellent: etiam Theodoro Moschouiæ duce, in communem confœderationem per Cęsarē

addu-

adducto. In limitibus regni, Podoliâ præcipuè, arces & propugnacula ſumtibus domus Auſtriacæ intra triennium excitabuntur. Rex electus, pacem publicam & priuatam in Polonia fideliter tuebitur, & prouinciarum grauamina tollet. Libertates, iura, priuilegia ordinum, & confœderationem inter diſſidentes de religione conſeruabit & augebit. Officia, dignitates, & feuda bonorum regalium, nullis extraneis, ſed indigenis Polonis & Lithuanis conferet, & alienigenis collata recuperabit. controuerſias de Pruſſia & Liuonia, inter Romanum Imperium & Poloniæ regnum exiſtentes, intra quinquennium Imp. tollere ſtudebit. Naruicam negociationem & ſocietatem ciuitatum Hanſæ reſtaurabit. De Barenſi & Roſanenſi ducatu & cæteris Bonæ reginæ Poloniæ reditibus Neapolitanis, cum rege Hiſpaniæ aget, vt iuſtis conditionibus tandem cum Poloniæ regno tranſigatur. Amicitiã inter vicina Poloniæ, Vngariæ, Boëmiæ regna, & commercia, cum Romani Imp. & domus Auſtriacæ ſubditis inſtituta, conſeruabit. Academiã Cracouienſem clementiſſimè fouebit & prouehet. Quinquaginta adoleſcentes nobiles Polonos, ſtudijs literarũ vel militiæ deditos, in alijs nationibus ſuo ſumtu alet. Polonis & Lithuanis fortibus viris, domui Auſtriacæ operam nauantibus, aditũ ad functiones & equeſtrium ordinum dignitates & beneficia apud Hiſpaniæ regem patefaciet. Debita Sig. Auguſti Poloniæ regis, ſine fiſci detrimento ſoluet, & fidem regiam liberabit. Poſtremò, vniuerſa domus Auſtriaca, omnibus in rebus, dignitatem, amplitudinẽ & felicitatem regni Poloniæ omni diligentia & ſtudio prouehet & ornabit. His conditionibus & articulis omnibus & ſingulis integrè ac conſtanter ſe ſatisfacturum eſſe, Iuramento ſolenni, Olomuciæ, in ſummo templo, die Lamberti, 17. Sept. 27. Gregoriani, Maximilianus, in legatorum Polon. & ampliſſima præcipuorum domus Auſtriacæ prócerum, qui vna ſubſcripſerunt, præſentia, confirmauit. M. D. LXXXVII.

Ab altera parte, Sueciæ regis legatis, Articulos, Poloniæ regni proceres præcipui ac plurimi, qui Sigiſmundum regem deſignarant, proponunt; vt perpetuum fœdus ſit inter Poloniæ & Sueciæ regna aduerſus vtriq; finitimos hoſtes. Mortuo Ioanne Sueciæ rege, filius Sigiſmundus Sueciæ regnum retineat, & ad primogenitos hæredes tranſmittat. vt, ſi res ita feret, de conſenſu ordinũ Poloniæ & Lithuaniæ, in Sueciam ſe conferre poſſit. Liuoniæ partem, Sueciæ regi hoc tempore ſubiectam, toti corpori Liuoniæ, atq; ita coronæ regni Poloniæ, Sigiſmundus reſtituat & vniat. de quo cùm legati Sueciæ regis mandata ſe non habere oſtenderent: Regina Poloniæ Anna (pignori datis omnibus bonis ſuis) fideiubet, & ſcriptũ obligationis ſuæ documentum petentibus regni proceribus tradit. Claſſem armatam, in regni Poloniæ & Lithuaniæ vſus, ſuo ſumtu in mari inſtruet. Machinas bellicas, certo numero, cum omni neceſſario inſtrumento, Polonis aduerſus Nouogardiã, Pleſcouiam vel Smolenſiam aliquid tentantibus, ſuppeditabit, & ad VVendam captas relinquet. Summam 124. M. Ioachimicorum, Sigiſmundo Auguſto olim à Ioanne Sueciæ rege mutuo datam: præterea dotem & hæreditatem paternam & maternam, & quæcunq; alia ſibi à regno Poloniæ & Lithuaniæ, etiam ratione ducatus Barri ac Roſanenſis in regno Neapolitano deberi exiſtimabit, regno donabit. Arces quinq; munitas, in finibus regni, ex arbitrio ordinum, ſuo ſumtu ædificabit & inſtruet. Nullos peregrinos homines, niſi paucos cubiculo illius ſeruientes, in regnum adducet. & hos, de ſuo, ſtipendijs perſolutis, prima occaſione iterum dimittet. Cùm Sueciæ regnum gubernabit, nullos regni Sueciæ conſiliarios, conſilijs aut negocijs regni Poloniæ adhibebit. Corporis etiam cuſtodes, eorumque præfectos, nullos; niſi Polonos & Lithuanos natos, conſtituet. Nullis externis, prædia, dignitates vel officia vlla, ſed Polonis & Lithuanis natis, iuxta regni ſtatuta, conferet. Stipendia militibus in Liuonia & Podolia, ſub rege Stephano debita, & alios ad defenſionem finium & regni, donec Cracouiam veniat, impenſos ſumtus fideliter ſolui in coronatione curabit. Confœderationem inter diſſidentes de religione, non ſolùm vt Henrici & Stephani tempore factum eſt, conſeruabit: verùm etiam executionem aduerſus violatores, iuxta formam proceſſus præſcriptam, adiunget. Iura, libertates, priuilegia, & ſtatuta regni, & in ſpecie Articulos in

M. D. LXXXVII. coronatione regis Henrici sancitos, omniaq; alia, quæ conseruandis & augendis eorum libertatibus & iuribus seruient, & maiestati regiæ in coronatione proponentur, confirmabit & tuebitur. Ad Sueciæ Principem accersendum, & per mare deducendum, Castellanus Podlassiensis Martinus Lisnovvolski missus: Qui verò Dantisci eum exciperent, & præstito iuramento ad coronationem deducerent, episcopi Vladislauiensis, Hieronymus Rosdrazoius, & Posnanensis, ac Præmisliensis, Albertus Baranouius regni vicecancellarius: Palatinus Calisiensis, & Castellani, Rauensis, Radomius, & Sochazouiensis, & ex singulis Palatinatibus aliquot nobiles, deputati sunt.

Ioannes III. Sueciæ rex, cùm de discordi electione Polonorum nono post renunciatum VVarsauiæ Sigismundum die cognouisset: aliquot dies, mœsto ac sollicito animo, & à filij, quem vnicum & charissimum habebat, dimissione, sinen prorsus alieno, certè ancipiti ac dubio hærebat: multaq; dura suo tristi cum corde putabat, quæ dehortabantur, ne ex regno, & conspectu ac complexu suo, filium, quem ardenti στοργῇ, non tàm ob sanguinis vinculũ arctissimum, quàm indolé optimam & virtutem, vnicè diligebat, in Poloniã mitteret, & dissidijs ac bellis, quæ ex discordia procerum oritura verebatur, obijceret, cùm certum domi & pacatũ ac tranquillum regnum iam possideret. Offendebatur etiam inuerecunda petitione eius Liuoniæ partis, quam à Nerua ad Reualiam & Habsalam vsq; ampliſſimam, & 40. ferè mill. Germ. patentem, tenebat. Iniquissimum enim censebat, si filium vnicum, Polonis petentibus, regem daret, & creditum ingens, vnà cum dote & hæreditate coniugis materna & paterna, sibi debitum, regno donaret: Liuoniæ etiam, à se tantis laboribus, curis & sumtibus bello captæ, & ex Moschi ore & faucibus ereptæ, iacturam facere. Itaq; hac se conditione, vt proprium regnum imminueret, filium in Poloniam missurum, constanter negauit. Sigismundus etiam externo & electitio se regno malle carere ostendebat, quàm auito & hæreditario, partẽ quantumuis exiguam, detrahi ac præcidi. Sed oportunè, illis ipsis diebus, Ericus Sparre, procancellarius, qui summa fide, industria & dexteritate causam in Polonia egerat, Dantisco ad regem traijciens, de omnibus Polonicis actionibus, & toto rerum statu regem edocuit. Accedebant Zamoiscij, Poloniæ archicancellarij, ad Sigismundum literæ, quibus Cracouiam, vnà cum corona & insignibus regni, iam à se teneri, & in Sigismundi potestate esse, significabat; ac vt quamprimum veniret, nec metu aut inertia regnum oblatum amitteret, hortabatur. Tandem igitur, paternum regis affectum, filij honor, & multorum consilia, & publica vicinorum regnorũ vtilitas superauit, vt filium, adiuncto consiliorũ moderatore fido, prudente, & graui, Erico Sparre procancellario, & alijs regni procerib. ac nobilitate præcipua, cum classe 24. nauiũ armata, traijcere ad Dantisci portum concederet: ita tamen, vt nauẽ antè non egrederetur, led in Sueciam potius rediret, nisi hunc de Liuonia articulum in iuramento præteriri proceres regni Poloniæ permisissent.

19. Septemb. 27. Septemb. Appulit igitur ad Vistulæ ostiũ Sigismundus, & totos octo dies in naui mansit, donec negocio cum legatis regni transacto, tandem Oliuæ iuramentũ solenne, regibus nouis proponi solitum, salua sua protestatione, de Liuoniæ parte, quam Sueci tenent, Coronæ Polonicæ non cedenda, præstitit. Postridie naui ad pontem Motlauæ subuectus, vesperi vrbem introiuit. ac biduo pòst, Diplomate solenni, pacta conuenta cum legatis Sueci in Comitijs VVarsauiensibus, & iuramentũ præstitum, inserta mentione protestationis de ea parte Liuoniæ, quæ regno Sueciæ subest, confirmauit. Itaq; Cal. Octob. Decretum electionis, in templo Dominicano, summa solennitate Sigismundo traditũ est. Qui nouem adhuc dies Dantisci commoratus, etsi nuncios de Maximiliani in Polon. expeditione iam susceptа quotidie accipiebat: tamen nihilominus iter cum sorore Anna, reginam Poloniæ materterã inuisura, suscepit, 10. Octob. Interea, qui Cracouiæ pro rege ac regno excubabãt, literis ad Pontificem Romanum, ad Cæsarem Rodolphum, ad electores imperij, ad Maximilianum ipsum datis, Sigismundum regem à maxima procerum & nobilitatis parte legitime electum: Maximilianum verò, à paucis. & in his quibusdã proscri-

proscriptis & decoctoribus nominatum scribunt, ac orant, vt publicæ tranquillitati & paci regni & totius Christianitatis suo loco singuli consulant. Palatinus etiã Cracouiensis, Andreas comes Tenfinius: Cancellarius & ductor exercituum regni, Ioannes Zamoiscius: & Capitaneus Cracouiensis Nicolaus Zebridouius, nominatim episcopum Vratislauiensem, totius Silesiæ præfectum, de veteribus inter vicinas gentes pactis & fœderibus admonent, & suum pacis studium significant. Sin vero quis armata manu inde ad Poloniæ fines veniat, ostendunt se communi gentiũ iure vsuros, & vim vi repulsuros. Maximilianus verò nihilominus ad Cracouiæ viciniam initio Octobris accedit, & confirmatione priuilegiorũ, alijsq; diplomatibus ad conuentum ordinum Vislicensem, præterea literis ad Cracouiensem Clerum, Academiam & vrbis Senatum missis, se recipi petit. Sed in eandẽ sententiam ab omnibus respondetur, se Sigismundum regem habere, qui iam regnum ingressus, per Borussiam aduentet: cui fidem semel datam violare nolint. M D. LXXXVII

SIGISMVNDVS Petricouiam vsq; progressus, literas à Maximiliano ad Cracouiam desidente, obuias habuit, quibus eum hortatur, vt ex regno sibi legitimè delato, cuius possessionem, fretus Dei ope, & iusticia causæ, Christianorum principũ auxilijs adijsset; in quod Suecum leui persuasione & temerario quorundam consilio adductum venire cerneret; discedat. Sigismundus vicissim, se non temerario consilio, sed ab ordinibus regni, qui VVarsauiensibus comitijs ipsum frequentissimis suffragijs regem creauerint, vocatum venire; ac se meliori iure niti, recitata vtriusq; electionis historia, ostendit. ac his verbis tandem concludit: Nos quidem, Deo benè iuuante, Cracouiam progredi ad capessenda insignia regni constitutum habemus: quò nos fauor hominum studiaq; deducunt: priusq; fortunas omnes, vitamq; ipsam in quoduis discrimen exponere, quàm vocationem diuinam negligere, tantaq; studia ac voluntates hominum, regnumq; ipsum deserere, parati sumus. S. V. autem iterum atq; iterum rogamus, vt quemadmodum in hunc locum sibi periculosum deducta est, ab hominibus ijs, qui ad res suas constituendas S. V. copijs & impensis abutuntur, neq; vllam S. V. habent rationem: ita iam consilio, prudentiaq; sua vtatur; maioremq; salutis & incolumitatis, quàm eius dignitatis, cuius inani specie quadam hic S.V. detinent, rationem ducat: atq; ex regno, quod propter tot hominum alienas voluntates, Dominum sibi minimè destinasse, facilè potest intelligere, ipsa decedat, copiasq; istas suas deducat. Quà re sanè & sibi & publicæ tranquillitati optimè S.V. consuluerit. Datæ Petricouiæ ex itinere, die 7. Nouemb. anno 1587. Cùm autem, illis ipsis diebus, præcursores Poloni, ad explorandã itinera præmissi, à Maximiliani ducibus repulsi, & Andreæ Opalinij equites quidam, non procul à Pritzporto oppressi essent: Sigismundus, cùm aliquot dies Petricouiæ substitisset: à recto itinere Cracouiensi, Sendomiriam versus parumper deflectit, donec Poloni, dignitatis & securitatis electi regis rationem habentes, ex vicinis Palatinatibus armati ad se maiores copias adducerent. MAXIMILIANVS verò, vt aditu Sigismundum prohiberet, arctiore obsidione Cracouiam pressit, eamque occupare, quorundam in vrbe secum vel seriò vel simulatè conspirantium operâ conatus est. Sed cùm Zamoiscius archicancellarius & generalis exercituum regni dux, cum præsidio vrbem fortiter defenderet; exercitus Maximiliani depulsus, multi interfecti, & tormenta bellica, & aliquot signa militaria, hosti extorta sunt. Maximilianus igitur, soluta vrbis obsidione, ad Silesiæ fines exercitum reduxit, vt maioribus in Germania comparatis copijs, denuò regnum Poloniæ fugitiuum persequeretur.

Interea apparatis in vrbe arcubus triumphalibus, & alijs ad excipiendum regem nouum necessarijs, Sigismundus, à regni archimarschalco, Andrea Opalinio, & cæteris proceribus deductus: die 29. nostri Nouembris, Velicia oppidò salinario digressus, & in campo, à proceribus, Polonica oratione, per Laurentium Goslicium episcop. Podoliæ, exceptus, Polonicè respondet, & Cracouiam, à meridionali vrbis parte, per Casimiriam, Vistula fl. ab vrbe seiunctam, ingreditur. vbi in aditu pontis, Vistula fl. solennibus verbis, nouum regem excipiens, &

M D. LXXXVII nulli alteri se aditum in vrbem Cracouiam concessurum testans, in arcu repræsentatus est. Inde per suburbium Stradomiam arci subiectum, quod Rudaua fl. & Vistula ferè insulam efficiunt, traductus, non rectâ in arcem, sed ad dextram, per fossas vrbis deflexit, partim vt miliți, qui omnis per acies instructus eum expectabat, spectandum salutandumq; se præberet, partim vt per frequentissimas vrbis regiones ingressus ac totam vrbem emensus, & ipse se vrbis amplissimæ spectaculo, & vrbem vniuersam desideratissimo sui aspectu expleret. Itaq; ambitu capto, in campum primò, in quo diuersæ acies militum explicatæ eum expectarunt, profectus est. Eodemq; ferè loco, ab Academia etiam, atque vrbano magistratu Cracouiensi, qui cum aliquo numero equitum, è ciuibus lecto, prodierat, exceptus fuit. Inde igitur per subiectum vrbi campum, mediasq; acies militum: Ioanne Zamoiscio, vt qui cum imperio militari esset, singulas turmas, & cohortes, ordinumque ductores illi commendante, inuectus ad Clepardiam, quod boreale suburbium est, peruenit. In ingressu, congeries armorum, quæ Maximiliani militibus, vrbem oppugnantibus, nuper adempta erant, cum hoc titulo structa fuit: SIGISMVNDO *III. electo Poloniæ & Des. Suecia regi, quòd eius auspicijs, Maximiliani archiducis Austriæ miles, ad oppugnandam vrbem missus, victus; magnaq; cum cæde, tormentisq; ademptis, repulsus sit; Dux & milites, qui pro dignitate Regia & libertate patria excubarunt, vt de Christianis, partim etiam ciuibus, mœsti; vt verò necessitate ac vi sibi illatâ; eâ superatâ, Deo, victoriæ autori, gratias agentes, P.P.* A latere, maiora tormenta octo, minorumque currus duo, vexilla totidem, ab ijsdem capta, exposita erant. Portam ingressumq; ipsum, arcus, tapetibus & pictura ornatus, complectebatur, inq; summo arcu effigies Stephani regis posita, qui quasi successori de regno cederet, hæc epigrammata subscripta habebat.

Proximus en regni Stephanus possessor, & idem
Affinis, forti dat tibi sceptra manu.
Sit virtute parens, qui non est sanguine. sic te
Victorem penna perpete fama ferat.

ALIVD.

Affine in Stephano, cui nunc succedis, adempto,
Virtutes varias, quas imiteris, habes.
Non illo pietate prior, non pace, nec armis,
Non alijs maior dotibus alter erat.
Dedecus is nostra à patria deforme remouit,
Illi restituit dum Polocense solum.
Insuper adiecit multas huic strenuus arces,
Moschorum domito per fera bella duce.
Quòd si vera licet tanto de rege fateri,
Non habuit toto viuus in orbe parem.

Per Clepardiam rectà inde ipsam vrbem inuectus fuit: per quam ingredientem, ordine aliquot arcus ornatissimè instructi, Iagelloniorumque, vt maiorum ipsius, imagines præferentes, eum exceperunt. Effigies enim eorum, cùm pleriſq; ferè vetustate ignotæ essent, Ioannes Zamoiscius Cancellarius, exercituumq; regni præfectus, ex antiquissimis quibusq; monumentis, eruerat. proximè ante arcus eos hoc epigramma constitutum fuit; quo quasi de sequentibus maiorum suorum imaginibus rex admoneretur.

Quos deinceps cernes positos ex ordine reges,
Clara Iagellonicæ sceptra tulère domus.
Omnes hi sero gratantur regna Nepoti,
Exemploq; volunt te erudijsse suo.
Ifelix: imitare tuos. imitando tuorum,
Cunctorum vinces inclyta facta tuû.

Effigies ipsæ, seu arcus, in quibus expositæ eæ erant, hoc ordine collocati erant, vt à Sigismundo Augusto initio facto, nouissimos quosque reges priores ostenderent: in Iagellone, qui arcus iam ad ipsum arcis introitum pertinebat, desinerent. Sunt autem dignissima memoria Epigrammata erudita, singulis Regum imaginibus adscripta. quæ seorsim edita, hoc loco, qui volent, inserant. Receptum in arce Sigismundum tormentorum tonitrua exceperunt. ac eodem tempore, Balthasar Bathorius, Andreæ, regis Stephani fratris filius, cum Bornemissa, & bis mille Vngaris, aduenerunt.

Primi post ingressum dies consultationibus de Republica consumpti sunt. inprimis verò, de pace religionis, cui prorsus episcopi repugnabant, adeò vt coronationis ritus adhibere recusarent: nisi vnam solam Catholicam Romanam

religionem in regno se defensurum Rex iuraret. Sed cæterorum procerum, libertatem religionis vrgentium, intercessione episcopi coacti, de sua sententia cesserunt. die 8. Decembris, denuò de Esthonia, regno Poloniæ, à Sueco cedenda, vt à legatis Suecis VVarsauiæ promissum & iuratum esset, actionem cum Sigismundo grauissimam Senatores regni cœperunt, quæ pridie coronationis demum finita est. Cùm enim Sigismundus, non peti à se, quæ in sua potestate non essent, nec præstari bona conscientia à se possent, qui ordinibus regni Sueciæ, nullo modo se Esthoniam à regno alienaturum esse solenni diplomate addixisset, serió flagitaret: magnum ergò, inquit Marschalcus regni, impedimentum coronationi Maiestatis Vestræ obijci video. Quid enim toti Nobilitati respondendum mihi est, cùm ab ijs quæsiero, Velint ne ac iubeant Maiestatem Vestram coronari? ipsiq; vicissim interrogarint: An M.V. omnibus conditionibus & pactis conuentis satisfecerit? Responsum nomine Sueci est: nullam de non seruatis pactis conuentis iustam querendi causam ordines habere, cùm à legatis suis non simpliciter promissa sit Esthoniæ cessio, sed annexa conditione, si Esthonia non impetraretur, vt regina, vadimonij & pignoris loco, omnia bona sua regno inscriberet. Eam obligationem confirmare Sigismundum (saluis tamen serenis. pr. Annæ, sororis tuæ iuribus) semper paratum fuisse.

Postridie Cancellarius nomine procerum regni perorans, multò grauius causam egit, affirmans, non esse ex regis dignitate, neq; ex sinceritate nationis Suecicæ, pacta conuenta non seruari, quæ tanta essent solennitate, diuini numinis auxilio implorato, à legatis iurata, cuius vindicta meritò regi esset pertimescenda: vt iam omitteret, qui sermones hominum, maximeq; inimicorum ipsius Maiestatis futuri sint, si in principio regni Regem pactis conuentis non stetisse intelligerent, præsertim in articulo Liuoniæ, in quam prouinciam nullum ius Suecis, sed tantũ Polonis competeret. Fuisse quidem Ethnicos Romanos ea astutiâ, vt si quam gentem fallere vellent, eam per legatos primùm deciperent, quos postea aduersarijs deperiurio conquerentibus, vt specietenus ijs satisfieret, dedebant. id tamen Christianum non esse. neq; se existimare R. Maiestatem velle legatos suos vinctos potestati Polonorum relinqui. Itaq; æquum esse, vt rex illi conditioni satisfaciat, Esthoniamq; regno Poloniæ cedat. Huic acerbiori orationi responsum est Sigismundi nomine, nihil eum insincerè, nihil fucatè, sed candidè & apertè omnia, prout decet, egisse. Itaq; & Calmarniæ, antequam è regno paterno egrederetur: deinde in portu Gedanensi, postea in Oliuensi monasterio, antequam iuramentũ præstaret, demum etiam Gedani, ante publicam renunciationem, R. M. apertè & disertè declarasse animũ suum, se videlicet, quod in potestate sua non esset, quodq; ne faceret, iuramento subditis dato antea cautum esset, præstare non posse. Idem responsum denuò aliquoties, non solùm verbis, reiteratum Cracouiæ esse, sed etiam scripto comprehensum eidem, qui iam adesset, episcopo Camenecensi, reliquisq; cum ipso delegatis traditum esse. Ideoq; in hac causa se diuini numinis vindictam non metuere, in qua sibi optimè conscius sit. Legatos vt vinctos dedat, nullam causam esse, cùm illi Esthoniam non simpliciter, sed annexa conditione Polonis promisissent: quæ si non adimpleretur, teneri se ad confirmandum vadimonium, quod illi conditioni esset annexum. Quod si promissio illa simplex & certa, vt cæteri articuli, fuisset, vadimonium illi solummodò annectere nihil opus erat. De iure Liuoniæ disputatum se non venisse: Sed tamen scire, Quidquid iuris Poloni in eam prouinciam sibi arrogarent, id ex sola cessione magistri ordinis emanasse. Quam nullo pacto, nulloq; iure, inuito Feudi Domino, Imperio Romano, fieri potuisse, à quo, consensus testimonium, ne literam quidem proferre Poloni possint. Suecos verò, Caroli V. Ferdinandi & Maximiliani I I. Impp. literis, ad Gostauum, Ericum, & Ioannem reges, diuersis temporibus scriptis, tutelam eius prouinciæ ab imperio ipsis commendatam, demonstraturos esse.

Cùm autem in consessu senatus regni, aliquoties diuersis diebus, de Vadimonio conditioni de Liuonia annexo, an distinctiuum vel copulatiuum esset, & dedendis legatis, Orationes vltrò citroque commutassent; tandem Cancellarius,

Quam-

M. D. LXXXVII.

M. D. LXXXVII. Quandoquidem viderent ordines, Maiestatem Regiam pactis conuentis stare nolle, non debere, ait, ipsius Maiestatem in malam partem interpretari, si ordines obedientiam ipsius Maiestati renuncient, & ad aliam electionem transeant. Responsum est statim: Quandoquidem videret rex ordines regni Poloniæ ab iniqua postulatione non velle desistere, neq; confirmatione vadimonij contentos esse, Regem hæc omnia Deo & tempori committere, & quod antea se facturum scripto etiam ipsis exhibito testatus sit, id se his denuò repetere: Paratum se scilicet esse, regnum hoc potius relinquere, quàm vt quidquam contra conscientiam propriam, & iuramentum subditis datum, faceret. Cùm autem nihilominus instarent Poloni, vt denuò diligentius re cogitata, mitius responsum ordinibus daret: Marscalco regni ad se vocato Sigismundus dixit, non esse aliud responsum à se expectandum. & è concilio statim discessit. Postridie 12. Decemb. summo mane, regni Marscalcus & Castellanus Podlassiæ, qui ex Suecia eum deduxerat, denuò persuadere Sigismundo, Esthoniæ à regno Sueciæ alienationem, frustrà conantur. Cumq; tandem Marscalcus ignominiosum apud exteras gentes futurum diceret, si rebus infectis in patriam rediret: Imò, inquit Sigismundus, summa cum mea gloria coniunctum erit, vbi innotescet mundo, pluris me fecisse conscientiam propriam, quàm regnum quantumuis opulentum. Tandem Poloni, Sigismundum à sententia deduci non posse cernentes, alia Media rei componendæ proponunt. de quibus cùm aliquot dies disceptatum fuisset: conuenit ad extremum, vt literis confirmationis pactorum hæc verba insereret Sigismundus: Quod attinet ad conditionem de ea parte Liuoniæ, quam sereniſſimus Sueciæ Rex, parens noster carissimus, nunc possidet, ita inter nos & ordines regni conuentum est, vt hoc negocium integrum differatur ad id tempus, cùm regnum nostrum Sueciæ successione ad nos deuoluetur. Hæc die 16. Decembr. demum transacta sunt. Postridie, congregatis episcopis, & Palatinis, alijsq; proceribus regni, & delectis ex Nobilitate, SIGISMVNDVS Sueciæ princeps, 17. nostri Decembris, seu Dominica III. Aduentus: quæ ipsis dies Iohannis Euangelistæ in ferijs natalitijs fuit: solenni more ac modo, CORONA REGNI POLONIÆ, ab archiepiscopo Gnesnense, Stanislao Carnicouio, insignitus est. eiq́ue postridie Senatus & ciues Cracouienses fidelitatis iuramentum dederunt.

Est autem CRACOVIA, regni Poloniæ metropolis, & Regum domicilium ac sedes ordinaria; splendore & frequentia ædificiorum; & rerum omnium ad vitâ pertinentium copiâ; hominũ multitudine, elegantia & ciuilitate; emporio omnis generis mercium exoticarum & domesticarum, & Academiâ ferè in toto regno vnicâ, hoc tempore florens. distat à Posnaniâ, Cracouiæ æmula, milliaribus Polonicis circiter quinquaginta. à Leopoli Russiæ totidem, à Lublino, triginta sex. Vratislauia Silesiæ totidem. V Varsauiâ quadraginta. Dantisco, octoginta. Vilnâ centum. Sandomiria viginti duobus. (quæ, vt id obiter inseram, à Sano fl. nomen habet, qui ex monte Carpatho, in Russiæ & Vngariæ finibus promanans, Lescũ, Sobenum, Sanocum, Brozaniam, PRAEMYSLIAM episcopi sedem, Iareslauiam, Leicescum, præteriens, Sandomiriæ tandem à Vistula absorbetur.) Cracouia verò Tetrapolis seu potius Pentapolis est, cui à meridie, Casimiria oppidum, peculiari muro cinctum, ponte ligneo, interlabente Vistula, iungitur. Inter pontem & vrbẽ, Stradomia oppidulum, quod Vistula tribus lateribus ambiens, & Rudaua ad reliquum latus in Vistulam delabens, insulam efficit. ad Boream suburbium est Clepardia. ad Africum, in Vauelo monte seu rupe, ARX ampla, Vistulæ & Stradomiæ imminet, magnificis REGII palatij, Basilicæ D. Stanislai & præterea duobus templis, & alijs ædificijs ornata: & mœnibus ac turribus vndiq; cincta. Deus, qui transfert & stabilit regna, & dat salutem regibus, quos elegit, inclytum Poloniæ regnum & regem regat & seruet, & nos singulos doceat & gubernet.

In Saxonia, multæ hoc anno equitum turmæ, auspicijs Henrici Nauarræ regis, quem ob reformatæ religionis studium, & ius successionis ad Coronam Gallicam proximæ; ab Henrico Guisio & reliquis sacri fœderis principibus, cui etiam

etiam Henricus III. Galliæ rex se tandem aliqua ex parte adiunxerat, grauissimo bello petitum, suprà diximus: conductæ sunt. quæ in Alsatiam mense Iulio ad lustrationem profectæ, cum reliquo exercitu peditum Heluetiorum ac equitum se coniunxerunt, & quinq; totas hebdomadas desidentes, rapinis, direptionibus ac incendijs, sæpè nullo amicorũ aut inimicorum discrimine seruato, passim in pagis & oppidis minoribus, non secus ac hostes grassati sunt, nisi quod à cædibus abstinuerunt. Summum imperium exercitus Nauarræi penes Robertum Guilielmum Ducem Bullioneum fuit. Germanorum verò equitum circiter quinq; millium, & vicies mille peditũ, Palatini Casimiri Tribunus, Fabianus Baro à Dona imperator fuit. cui, cùm per edictum Imperator Rodolphus mandaret, vt copias aduersus regnum Galliæ, non petita Imperatoris venia, nec patentib. Imperatoris literis, magistratibus locorum exhibitis, collectas, & totam expeditionem in Galliam omitteret, & domum singuli redirent: suo & cæterorum militiæ ducum nomine, edito scripto respondit: Se non contra imperium, aut ordinem imperij vllum, ac ne quidem contra Galliæ regnum, sed pro regno militare, quod extranei quidam, nullis legibus ad successionem coronæ pertinentes, per vim inuadant, & Nauarræ regem, proximum regni hæredem, & cæteros regij sanguinis principes, prætextu religionis, excludere, depellere, & omnibus fortunis ac vita ipsa priuare, moliantur. Accessisse Romani Pontificis, veteri arrogantia potestatem, pro libitu dandi & adimendi imperia & regna, sibi impiè sumentis, Excommunicationẽ, inanem quidem illam, sed valdè procul spectantem, quam paulò pòst, etiam in Germaniæ principes simili de causa exercere, & pacem religionis ac reipublicæ, grauissimo consilio sanciram, conuellere & abolere decreuerit, quod certissimam non Galliæ modò, verũ etiam Germaniæ communi patriæ ruinam & perniciem olim allaturum sit. Misisse igitur præcipuos Germaniæ principes, electores & status, superiore anno, ad Galliæ regem legatos, qui pacem religioni à rege datam & iuratam, seruari peterent. Quorum preces ac intercessiones cum spretæ ac irritæ fuerint: suscipi à se hanc expeditionem, vt à Germania communi patria, quæ ex Pontificis & ligæ illius sacræ minis, plurima impendere videantur mala, auertant: & pacem religionis in Gallia suis etiam periculis & laboribus aliqua ex parte confectam & sancitam: nunc verò certorum hominum, prætextu religionis successionem in regno, exclusis & deletis legitimis hæredibus, ad se transferre molientium violatam, restituant ac defendant: & iniusta aliorum tyrannide oppressos pios ac innocentes subleuent & tueantur. De patentibus literis consensus ab Imperatore petendis, propositum quidem aliquando in comitijs, sed nihil vnquam decretum aut Recessibus insertũ esse, quod Germanorum libertati ex diametro repugnet, quam nulli præcedentes Imperatores Germanis ademerint. Magnam quoq; inæqualitatem esse, quod Hispanis & alijs peregrinis militibus, metropolim Imperij Aquisgranum, VVesaliam inferiorem, prouinciam Marcam, Iuliacensem, Bergensem, Monasterienſem, comitatum Bentheimensem, & alias intra Imperij viscera prouincias, impunè ac fœdè adfligere sine vlla auocatione licuerit. Se verò auocari, qui nullum imperij ordinem lædere, ac extra fines imperij in Galliam proficisci decreuerint: hac etiam de causa, vt stipendia sibi adhuc à Galliæ rege debita, quæ nullis hactenus, ac ne ipsius quidem Imp. intercessionibus, impetrare potuerint, coram exigant. De hac inæqualitate non immeritò se conqueri, ac præsentem expeditionem grauissimis de causis susceptam, nihilominus vrgere ostendebant.

Tandem verò pridie Idus Augusti, iter ingressi, per Lotharingiam, cuius princeps sacri fœderis socius erat, direptionibus ac incendijs grassati, vi perrupe-runt. Quibus ad Mosellam obuius Guisi exercitus, quem Romanus Pontifex, Hispaniæ rex, & alij sacræ ligæ confœderati, auxilijs amplissimis auxerant & confirmârant, impedita pabulatione, ac interceptis commeatibus & nocturnis in eorum castra impressionib⁹ aliquot factis, carpere eos paulatim, ac, ne cum Nauarræo rege coniungerentur, obstare conabatur. Interea rex Nauarræ cum Condeis Tremolia, & suis Gallorum copijs, solus, aliquot victorias de aduersarijs, ac inprimis,

M. D. LXXXVII. mis de duce Ioicuſi, qui reginæ Gallicæ ſororem Vadimontiam in matrimonio habebat, adeptus eſt, Germanorum copijs nondum illi conſociatis, quæ victus intemperie, coñeatuum inopia, dyſenteria & alijs morbis quotidiè imminuebantur. & nocte diem Galli ſecuta, aliquot turmæ Germanorum equitum, in pagis vicinis caſtra habentes, oppreſſæ ac deletæ, plurimiq; nobiles, & in his Daniel Ranzouius, Pauli filius, trucidati aut capti ſunt. Die 12. Nou. illuceſcente, ſummus Germanici exercitus dux Fabianus à Dona, aliquot equitum turmas & pedites ſecum habens, in oppido Aneau, ex improuiſo, per Guiſianos, cùm vigiliæ negligentius excubarent, introgreſſis per arcem Gallis obrutus, ægrè euaſit. Equites ipſius, & in his Volradus comes à VValdec, Volradi filius, Ioſiæ frater, ac pedites cæſi aut capti: præda ampla equorum circiter 1500. à Guiſio parta, & octo vexilla, ac in his Fabiani à Dona, ſummi ducis, quod ſymbolum, Conſtanter & Sincerè, inſcriptum habuit, ad Guiſium, vt ipſe ad comitem Salmenſem ſcribit, allata ſunt. Heluetij ſollicitati à regijs ad regem Gallię tranſierunt. Reliqui igitur equites, curribus ac impedimentis aliquot crematis, equos peditibus reliquis attribuerunt, & in Germaniam redire ſatagentes, cum duce Eſpernonio, nomine regis, de ſaluo paſſu in Germaniam tranſegerunt. Qua actione motus Dominus à Caſtillion, cum mille Gallis trans Ligerim, per media hoſtium agmina ad Nauarrenum penetrauit. Hunc ſequi equites Germani, vel metu nonnulli amittendæ prædæ, vel ob ſtipendia non prius numerata, vel alijs de cauſis, recuſarunt. Sed conuerſa retrorſum protectione, in Germaniam magnis & continuatis itineribus properarunt. Cumq; pontem Araris Matiſcone tranſijſſent: non per Burgundiam & agrum Mompelgardenſem, quò Guiſium, veſtigijs eorum à tergo inſiſtentem, properare didicerant: ſed per Sabaudiam, Geneuam verſus iter direxerunt. quò pauci, inermes, ægri, nudi & pedites pleriq;, in Germaniam redierunt. nec bono terminari exitu hæc expeditio, tali principio, tanta cum petulantia & iniurijs tàm atrocibus, in Alſatos amicos & ſocios, inchoata, poterat. Guiſiani, Montiſpelicardi oppido & ditione tota grauiter adflicta, & direptionibus ac incendijs vaſtata, vſq; ad vibis Argentinæ conſpectum graſſati ſunt.

Superiori menſe Aprili, Franciſcus Dracus, Anglus, claſſe 24. nauium armata, Hiſpaniam præterlegens, in duas Middelburgenſium Selandicas naues, ex portu oppidi Cales in freto Gaditano venientes incidit, à quibus de magna copia nauium Hiſpanicarum, quæ in portu illo machinis bellicis, & omnis generis commeatu, Lyſibonam tranſuehendo, oneraretur, nec dum ad nauigandum parata ſit, edocetur. Quare curſu ad Gades directo, Hiſpanicam claſſem, ante portum oppidi Cales, in freto Herculeo, ex improuiſo adortus, circiter 36. naues, commeatu, machinis bellicis & alijs mercibus euectas, vt Lyſibonæ cum cæteris ſe coniungerent, partim incendit, partim diripuit, multas ſecum abduxit, ac victoria & præda inſigni, præter omnem expectationem, potitus eſt. Cumq; claſſis Hiſpana, quæ Lyſibonæ ingens apparabatur, Angliam certò oppugnatura exiſtimaretur: tuta tamen hoc anno ab Hiſpanorum impreſſione Anglia fuit.

9. April.

In HOLLANDIA verò, lentè ac ſegniter omnia, ad defenſionem reliquiarũ Belgici adhuc fœderatarum aduerſus Hiſpanos, Leyceſtrius comparabat. & quanquã bis mille equites, quos ſuperiori anno, à comite Morſiano collectos & ad VVildeshuſiam diſſipatos dixi: huius anni æſtate recolligebantur: ideoq; Taxius, Hiſpani præfectus militaris, in comitatus Tecleburgenſis pago Lengerke, diu deſidens expectabat, vt eorum iter impediret, ne cum Anglis coniungerentur. ordinum verò milites, duce Adolpho Morſiano, Meppam occupauerant (vnde die Martini primùm acceptis à diœceſi ad 30000. Ioachimicorum diſceſſerunt) tamen ortis inter Leyceſtrium & ordines Hollandiæ feralibus diſſidijs; omnes illi de apparatibus Anglicis rumores, in fumum abierunt. Leyceſtrius menſe Octobri, Gallica & Belgica lingua, Apologiam ſeu potius inuectiuam in Hollandiæ ordines acerbam, alieniſſimi planè animi indicem edidit, in qua non præſtitiſſe ordines pollicita, & ſe non vnis ordinum literis, velut proditorem, apud Reginam Angliæ accu-

nem alioqui prædiuitem,& magnæ apud Lyceſtrium autoritatis,& hanc proditionem ſcribitur, quòd coniurationis in Anglia aduerſus reginam initæ conſcius, ad ſupplicia acerbiſſima cæteros rapi intellexiſſet. Quare vt receptum apud hoſtes haberet, Gratiam eorum tantæ vrbis traditione ſibi conciliauit. M. D. LXXXVII. 9. Ianuar.

Apud Anglos MARIA Scotiæ Regina (cuius vitæ hiſtoria apud Buchananum extat) cùm ſuperioribus comitijs regni Angliæ à ſenatu regni ad mortem condemnata eſſet: nec tamen regina Angliæ, etiamſi vitæ ipſius inſidiæ à Scota ſtructæ, aliquoties deprehenſæ dicerentur, confirmare ſententiam vellet: nihilominus tandem, in arce Fotheringhami, ſecuri percuſſa, ſupplicium præſenti & forti animo ſubiuit. 8. Februar.

Eodem menſe, DOROTHEA, Henrici Iulij Ducis Brunſuicenſis vxor, Auguſti Saxonis filia, primi partus doloribus ſuperata, cùm filiolam Dorotheam Hedvvigen enixa eſſet, magnum ſui deſiderium ac luctum, marito, & ſocero, ac ſocrui, relinquens, deceſſit. Friderici etiam VVilelmi, Saxoniæ ducis, Vinariæ ſedem aulæ habentis, duo filioli, Ioannes VVilelmus 23. Ianuar. & Fridericus quatriduo antè, infantes ex hac vita ſublati ſunt, cùm ante quinque menſes ſororem primogenitam in cœleſtem patriam præmiſiſſent. 13. Februar.

In Liuonia, optimus princeps, veræ religionis, iuſtitiæ & pacis ſtudio, & ſumma moderatione, clementia, & manſuetudine erga domeſticos & ſubditos planè paterna, illuſtris, GOTHARDVS CVRLANDIÆ & Semigalliæ dux, placido & beato fine vitam in terris ſuam concluſit, relictis ex illuſtriſſima coniuge Anna, Alberto duce Megapolitano nata, Ioannis Alberti & Vlrici ſorore, duobus filijs; FRIDERICO, qui in gubernatione patri ſucceſſit; & VVilelmo, & totidem filiabus; ANNA (Alberto Razeuilo principi Lithuano, Nicolai filio, Lithuaniæ archimarſchalco nupta) & Eliſabetha. Fridericus etiam Holſatiæ dux, Adolphi filius, viginti annorum adoleſcens, optimæ ad virtutem indolis, intra anni vertentis ſpacium patrem ſecutus, & Sleſvvici humatus eſt. Magdeburgæ, inter Ioachimum Fridericũ archiepiſcopum, & Iulium ducem Brunſuicenſem, de finibus in præfectura Calenſordenſi, & alias controuerſias, Saxonis, & Brandeburgici electorum conſiliarij interceſſores, amicè componere & ſedare, irrito exitu, ſtuduerunt, menſe Maio. Electores ipſi, ac cæteri Saxoniæ, Brandeburgici, & Haſſiæ principes, Naoburgi ad Salam congreſſi, Hæreditarium fœdus, inter familias illas iam olim initum, de quo ſuprà diximus, renouarunt & confirmarunt, & de auxilijs Henrico Nauarræo regi in Galliam mittendis aut negandis, deliberauerunt. 17. Maij. 15. Iunij. 4. Iulij.

In POLONIA, rebus humanis exemto rege Stephano, prꝛcipuos regni ordines, VVarſauiam, archiepiſcopus Gneſnenſis, Stanislaus Carnicouius, regni primas, conuocauit: vt de loco, tempore, & modo electionis noui regis, & pace ac tranquillitate publica, interregni tempore conſeruanda, conſtitueretur. Vbi inter cæteros articulos, hi quoq;, tametſi poſtea minimè à præcipuis, qui eos condiderãt, ſeruati, de procerum, qui aderant, conſilio ſanciti ſunt: vt rex nouus, non niſi de vnanimi omnium ordinum conſenſu & concordibus ſuffragijs electus & comprobatus, publicè renuncietur. ac eum, qui factiones alere, vel dona & munera noui Regis eligendi cauſa accepiſſe, vel alias practicas exercuiſſe deprehendatur, pro hoſte patriæ habendum eſſe. Promittunt etiam, ſe religionis pacem in electione regis Henrici ſancitam ſanctè ſeruaturos, & vulnera exòrbitantiæ, vt nominant, tàm priuata quàm publica, etiam ciuitatum ſublaturos eſſe, antequam ad electionem progreſſi fuerint. Semota ex Theſauris regijs Sigiſmundi & Stephani, & alia Reipublicæ bona, per externos occupata, regni Theſaurario reſtitui iubent. archicancellario Zamoiſcio abſenti imperium ſummi ducis exercituum regni abrogare: & Herbordo cuidam officium illud, in finibus regni, in Volhinia, Podolia, & reliqua Ruſſia excubandi cum 3000. equitum commendare tentant. Regi inter cæteros articulos in coronatione proponendum eſſe, vt decretum de proſcriptione Chriſtophori Sborouij aboleat, eumque in integrum reſtituat. Hæc ex Stanislai comitis à Gorca, & Sborouiorum fratrum ac cæterorum in eo con-

M. D. LXXXVII. uentu præsentium voluntate, multis ac præcipuè episcopis, paci religionis contradicentibus & absente cancellario & alijs, constituta sunt.

Electionis verò comitia, VVarsauiam, ad diem 30. Iunij Gregoriani, seu 20. nostri indicta, ad quæ aliquot proceres armati & præsidijs equitum ac peditũ mediocribus muniti, accesserunt. inter quos, Iohannes Zamoiscius archicancellari', propè Colo, seu septum conuentibus procerum in campo cis Vistulam, dimidio à VVarsauia milliari, destinatum (quod, vt Homerus confessum senatorum ἀριστοκλῆας, Poloni, Colo, seu Rotam nominant) castra metatus est. Huic capitales cum Sborouiorum familia, ob Samuelem Sborouium, capitis supplicio, iussu regis affectum, inimicitiæ intercedebant. quibus dirimendis & disputationibus de articulis in proxima superiore conuocatione VVarsauiensi sancitis (quorum aliquos in præiudicium sui factos Zamoiscius & ipsi coniuncti improbabant) & Lithuanorũ legatis, Vistula fl. à Polono senatu semotis, ad communes cum Polonis deliberationes aggregandis: & grauaminibus prouinciarum ac ciuitatum cognoscendis: aliquot hebdomadarum tractationes, irrito exitu consumptæ: antequam ad electionem ventum est. Lithvani se non ad bellum, sed ad liberam & pacificam noui regis electionem profectos ostendebant. Ideoque nisi arma prius deposita, & controuersiæ sedatæ, & grauamina illorũ sublata, & iura ac libertates suæ redintegratæ, & Liuonia, Volhinia, Podassia prouinciæ, membra magni ducatus Lithuaniæ, restitutæ essent, in senatum Polonorum venire recusabant. querebantur insuper, Cancellariam Lithuanorum, & alia officia, multipliciter per Polonos turbari: & ipsis non consentientibus, duos reges Henricum & Stephanum electos & coronatos; marchionem ducatui Borussiæ præfectum: legatos nomine regni Romam missos esse, sicut & proxima superior conuentio VVarsauiæ, ipsis insciis, instituta fuisset. Borvssi, multis nobilibus ac benemeritis bona sua eripi, varias exactiones & Telonea, in aquis & terra institui, dignitates & officia, præteritis indigenis, conferri externis: causas notabiles extra Borussiam in regni comitijs, non adhibito Borussorum consilio, sæpe decidi; iura terrarum Borussiæ in dubium vocari; monetam non probam cudi; Collegio VVarmiensi ius electionis liberum adimi, à rege Danico; ciuitatis Dantiscanæ naues, ob Reipub. Polonæ priuatis debita, detineri; ac inprimis iuramentum speciale, à regibus terris Prussiæ non amplius præstari, sicut D. Casimirus & Sigismundus pro se & successoribus promisissent, questi sunt. Rigenses, religionem Augustanæ confessionis, intrusis contra expressam cautionem sibi à rege Stephano datam, Iesuitis labefactatam, restitui: & solam in vrbe conseruari: priuilegia reipublicæ, quæ in contrariam sententiam, ab ea, quam ipsi ex verbis colligant, alij detorquerent; proprijs & perspicuis verbis scripta confirmari: castellum ad Dunæ ostium excitatum, remoueri: aliæ prouinciæ & ciuitates alia flagitabant. Tandem verò, hæ prouinciarum & ciuitatum querelæ ferè omnes in suspenso relictæ; & proclamata pace publica, postridie exterorum regum legati auditi sunt.

3. Augus.

PRæcipui autem competitores regni, primùm ex familia Austriaca, Ernestus, Matthias, & Maximilianus, Rodolphi Imp. fratres, fuerunt. quos Cæsaris Rodolphi, Philippi Hispaniæ regis, Electorum imperij omnium legati, Polonis commendabant. & partibus suis addictos, in maiore Polonia, Stanislaum comitẽ Gorcanum, & totam Sborouiorum familiam, cum magna prouinciæ illius nobilitate, habebant. Sigismundo autem, Ioannis III. Suecorum regis, & Catharinæ Iagellonicæ filio, addictissima Poloniæ regina matertera fuit, quæ magno studio proceres, vt eum regem crearent, sollicitabat. cui, eximia familiæ Iagellonicæ in Rempublicam Polonam merita præcipuè suffragabantur, & fauorem apud multos conciliabant, vt iure quodammodo regnum illi tribuendum esse videretur. Tertius erat, Theodorus Magnus Moscouiæ dux, qui vniuersam ditionem suam à finibus Liuoniæ ad mare Caspium pertinentem, adiuncturum se regno Poloniæ, si Rex eligeretur, promittebat. Hanc conditionem Lithuana potissimum nobilitas, & alij cupidè amplectendam censebant, tametsi seriò Moschum hæc offerre vix

sibi

M. D. LXXXVII.

sibi persuadere alij cordati poterant. Quarto loco habebantur, qui Piastum, seu ex corpore regni aliquem, omnibus exteris præferendum censebant. Quorum sententiam multi non postremæ autoritatis Senatores probabant. Inprimis enim regno expedire visum est, regem, qui linguam, mores & iura regni perspecta & cognita haberet, & constitutum gubernationis cursum ac modum continuare posset, designari. Disputabant, exteros appetere regnum, non vt regni, sed sua commoda & potentiam augeant, & suos ex regni prouentibus ditent. Non tutum esse, cum exteris externas quoq; vires ac exercitus in regnum attrahere. Molestissimum verò & intolerabile, quòd in conferendis dignitatibus, officijs & honoribus, externi indigenis præferrentur. Exemplo esse Stephanum regem defunctum, cuius potentia ita iam excreuisset, vt cum Hungaris suis vniuerso regno terrori esset. Has & similes rationes multas magno cum applausu multi excipiebant, & intestina procerum æmulatione ac inuidiâ, qua alij alios sibi præferri ægerrimè laturi erant, sublata, indigenam regni aliquem ad hoc fastigium dignitatis euehi, maximè optabant. Turcici etiam Imperatoris nomine, Vesirius Bassa, proceres Polonos hortatus fuerat, vt amicitiam, coniunctionem ac obedientiam, Portæ excellentissimæ, hactenus ab ijs, tùm in electione regis, tum alijs negotijs præstari solitam, deinceps etiam tuerentur, & liberrima sua electione, vnum ex fratris Stephani filijs, vel VVeivvodam Transyluaniæ regem designarent.

Sed legati pontificis Romani, Hannibal à Capua: Cæsaris Rodolphi, Stanislaus Pavvlouius episc. Olomucensis, Carolus dux Münsterbergensis: regis Hispaniæ, VVilelmus de S. Clemente: archiducum Austriæ (quos Ioannes Sborouius honoris causa ad Guriam deducebat) pro Cæsaris fratribus intercedentes: & Moschici, suum principem Theodorum proponentes: Item Sigismundi Transyluaniæ principis, VVolfgangus Couasocius Cancell. die 4. Augusti publicè auditi sunt. Postridie, Ioannis III. Suecorum & Gothorum regis oratores, ERICVS SPARRE regni procancellarius, & comes Ericus Brahe; pro Sigismundo Sueciæ principe, aduersus Moschum, perorarunt. Hi ob inuersum in audiendis legatis ordinem, initiò cunctati, venire recusarant, priusquam protestationem, de regis sui præeminentia, in Senatum misissent, quam in iudicio castrensi VVarsauiæ postea autoritate publica confirmarunt. Post hos, electorum imperij Germanici, qui Austriacæ familiæ, ex qua ipsi tot seculis iam Imperatores Romanos creassent, rationem præ cæteris haberi petebant: & Friderici Curlandiæ ducis nuncius, viduam matrem & defuncti principis hæredes Senatui regni commendans, & libellum Grauaminum, quæ tolli petebant, offerens: in generali colo, deliberationibus publicis primùm destinato, legationes suas exposuerunt.

SEcessserunt autem inde, octiduo antè, ob contumelias verborum, archiepiscopo, & Palatino Masouiæ, à Posnanensi & alijs illatas: & peculiarem conuentũ, in eodm campo, vicino in loco (quem nigrum Colo nominabant) senatores aliquot instituerant. quibus se, Palatinus Cracouiensis, Andreas Tenschinius; Masoutensis, Stanislaus Critius; Plocensis, Georgius Zilensky; Kyouiensis, Constantinus dux Ostrouius, qui paulò post ex comitijs discessit; & Marscalcus regni, Andreas Opalinius; Thesaurarius, Ioannes Dolscius; vicecancellarius regni Albertus Baranouius: & archicancellarius, Ioannes Zamoiscius; adiunxerant. Lithuani verò, totas iam sex hebdomadas, trans Vistulam, peculiaria castra, & senatum ab vtrisq; seiunctum, habebant. Qui cum archicancellario & Marscalco regni conueniebant: quæsitis ordine suffragijs, partim Piastum, plurimi verò Sigismundum, Sueciæ regis filium, regno vtilissimum fore iudicabant, quòd priori familiæ regum Iagellonicæ, optimè de regno meritæ, propinquissimo sanguine iunctus, & indoles in eo præclarissima, & linguæ Polonicæ peritia esset: & non modò vicini regni amicitiâ & fœdere Poloniam muniturus, verùm etiam non paucas & graues controuersias, quæ sereniſſimo Sueciæ regi, cum regno Poloniæ intercederent, sublaturus esset. & nullus potentior vicinus irritari vel offendi electione eius posse videretur. Hanc nominationẽ, & iudicium, de singulis competitorib. suum,

M. D. LXXXVII. cæteris apud Gorcanum & Sborouios, congregatis, significant, eorumq; declarationem flagitant. Quam cùm aliquot dies distulissent, tandem dari non posse, nisi in communem senatum cæteri venirent, responderunt. Archiepiscopus autem, quatuor candidatos, Piastum, Moschum, Austriacum & Suecum, in ordinario Colo, proposuit: addens tamen, nolle se cum Germano ex comitijs domum redire. Sciscitanti autem Gorcano, an non Suecum etiam pro Germano haberet? respondit, hunc ex Polono sanguine ortum sibi videri.

Die 9. Augusti, Archiepiscopus Gnesnensis & cæteri episcopi (excepto Kyouiensi) & proceres, qui Maximilianum auersabantur, relictis Gorcano & Sborouianis, in alterum conuentum, vbi cancellarius, archimarscalcus, & alij Senatores præcipui, Suecum designarant, transeunt, & circa meridiem, Sigismundum Suecie principem, regem renunciant. Gorcanus, Sborouiani, & illis adhærentes, in suo senatu contrà testati, ad Maximiliani electionem procedunt: & decretum regis Stephani, de Christophori Sborouij proscriptione abrogant. Contrà quam abrogationem, qui Suecum elegerant, scripto protestantur. Lithuani etiam nobiles plerique, Maximilianum regem prorsus recusantes, Moschum nominarant. postridie missis ex suo senatu ad Sborouianos, palatino Trocensi, Ioanne Lebowicio, & vicecancellario Leone Saphia, hortantur, vt à nouo rege eligendo abstineant: se enim apud alteram quoq; partem laborare, ne vlterius progrediantur, sed electionem in aliud tempus & locum magis opportunum differant. cumq; tres reges propositi sint, Suecus, Maximilianus & Moschus: si alioquin amicè conuenire non possint. SORTE potius, præmissa inuocatione Dei, iuxta exemplum scripturæ, VRNAM ex his eligendum censent. Postridie etiam, Georgium Radeuilum cum fratre, qui Austriacum nominantibus se adiunxerant, ex senatu euocatos orant, vt nouam electionem impediant. Verùm his admonitionibus spretis, qui in Colo erant, ineunte iam nocte, die 12. Augusti sequente, Maximilianum Austriacum, regem, voce Kyouiensis episc. Iacobi VVroniecij, promulgant; & postridie in Franciscanorũ templo suburbano, Doxologiam canunt: Andrea Sborouio aulæ Marschalco, ad aram denuò Maximilianum renunciante: Cardinale verò Radeuilo sacrum celebrante. Vtriusq; verò regis nominationem, magna pars nobilitatis Lithuanicæ (Senatoribus tamen compluribus, præter Cardin. & fratrem, Sigismundo suffragantibus) omninò improbabat. quæ communi cum cæteris diplomate, duos reges non legitimè & libera electione, sed vi & armis præcipuarum familiarum, oppressa suffragiorum libertate, designatos, ideoq; ad suos fratres domi de hac iniuria suæ libertati illata se referre, & nouam ac legitimam electionem instituere & constanter tueri velle, testati sunt.

Interea, qui Maximilianum regem crearunt: conditiones & pacta electionis, cum Rodolphi Cæsaris & Philippi Hispaniæ regis Oratoribus ineunt, & decretum electionis, per regni proceres: episc. Kyouiensem: Ioannem Sborouium Castellanum Gnesnensem & Craudentinum capitaneos: Alexandrum ducem Pruncensem & alios Maximiliano intimandum, conficiunt. Cùm autem articuli conditionum & pactorũ, inter ordines illos regni Poloniæ, & domus Austriacæ legatos cõuentorum, typis excusi extent: summas breuiter adscribam. Promittit domus Austriaca, per legatos, octingenta millia aureorum, in regni Poloniæ fiscum à se depositum & solutũ iri, 200. millia statim post electionẽ publicatam, vt inde miles ad finium regni defensionẽ, si Turca fortè aliquid moturus esset, alatur. altera ducenta M. post coronationem. reliqua suo tempore, vt cum ordinibus conuentum fuerit. Pacta & fœdera inter regnũ Poloniæ & Turcam olim facta rex seruabit & renouabit. Sin contra pacta Turcus apertè arma moueat: Romani PP. vniuersæ dom' Austriacæ, omniumq; illius amicorum auxilia, Polonis præstò erunt. ac vt hæc electio etiam ipsi Turcæ formidabilis existat: Rom. PP. Cæsar, Hispanus, cum præcipuis Christiani orbis regibus, & imperio Romano, fœdus facient, qui cum Regni Poloniæ & Lithuaniæ confœderatis, à Polonia & Lithuania Turcos depellent: etiam Theodoro Moschouiæ duce, in communem confœderationem per Cęsarẽ addu-

adducto. In limitibus regni, Podoliâ præcipuè, arces & propugnacula sumtibus domus Austriacæ intra triennium excitabuntur. Rex electus, pacem publicam & priuatam in Polonia fideliter tuebitur, & prouinciarum grauamina tollet. Libertates, iura, priuilegia ordinum, & confœderationem inter dissidentes de religione conseruabit & augebit. Officia, dignitates, & feuda bonorum regalium, nullis extraneis, sed indigenis Polonis & Lithuanis conferet, & alienigenis collata recuperabit. controuersias de Prussia & Liuonia, inter Romanum Imperium & Poloniæ regnum existentes, intra quinquennium Imp. tollere studebit. Naruicam negociationem & societatem ciuitatum Hansæ restaurabit. De Barensi & Rosanensi ducatu & cæteris Bonæ reginæ Poloniæ reditibus Neapolitanis, cum rege Hispaniæ aget, vt iustis conditionibus tandem cum Poloniæ regno transigatur. Amicitiã inter vicina Poloniæ, Vngariæ, Boëmiæ regna, & commercia, cum Romani Imp. & domus Austriacę subditis instituta, conseruabit. Academiã Cracouiensem clementissimè fouebit & proueher. Quinquaginta adolescentes nobiles Polonos, studijs literarũ vel militiæ deditos, in alijs nationibus suo sumtu alet. Polonis & Lithuanis fortibus viris, domui Austriacæ operam nauantibus, aditũ ad functiones & equestrium ordinum dignitates & beneficia apud Hispaniæ regem patefaciet. Debita Sig. Augusti Poloniæ regis, sine fisci detrimento soluet, & fidem regiam liberabit. Postremò, vniuersa domus Austriaca, omnibus in rebus, dignitatem, amplitudinẽ & felicitatem regni Poloniæ omni diligentia & studio prouehet & ornabit. His conditionibus & articulis omnibus & singulis integrè ac constanter se satisfacturum esse, iuramento solenni, Olomuciæ, in summo templo, die Lamberti, 17. Sept. 27. Gregoriani, Maximilianus, in legatorum Polon. & amplissima præcipuorum domus Austriacæ procerum, qui vnà subscripserunt, præsentia, confirmauit. M. D. LXXXVII.

Ab altera parte, Sueciæ regis legatis, Articulos, Poloniæ regni proceres præcipui ac plurimi, qui Sigismundum regem designarant. proponunt, vt perpetuum fœdus sit inter Poloniæ & Sueciæ regna aduersus vtriq; finitimos hostes. Mortuo Ioanne Sueciæ rege, filius Sigismundus Sueciæ regnum retineat, & ad primogenitos hæredes transmittat. vt, si res ita feret, de consensu ordinũ Poloniæ & Lithuaniæ, in Sueciam se conferre possit. Liuoniæ partem, Sueciæ regi hoc tempore subiectam, toti corpori Liuonię, atq; ita coronæ regni Poloniæ, Sigismundus restituat & vniat. de quo cùm legati Sueciæ regis mandata se non habere ostenderent: Regina Poloniæ Anna (pignori datis omnibus bonis suis) fideiubet, & scriptũ obligationis suæ documentum petentibus regni proceribus tradit. Classem armatam, in regni Polonię & Lithuanię vsus, suo sumtu in mari instruet. Machinas bellicas, certo numero, cum omni necessario instrumento, Polonis aduersus Nouogardiã, Plescouiam vel Smolensiam aliquid tentantibus, suppeditabit, & ad VVendam captas relinquet. Summam 124. M. Ibachimicorum, Sigismundo Augusto olim à Ioanne Sueciæ rege mutuo datam: præterea dotem & hæreditatem paternam & maternam, & quæcunq; alia sibi à regno Poloniæ & Lithuaniæ, etiam ratione ducatus Barri ac Rosanensis in regno Neapolitano deberi existimabit, regno donabit. Arces quinq; munitas, in finibus regni, ex arbitrio ordinum, suo sumtu ædificabit & instruet. Nullos peregrinos homines, nisi paucos cubiculo illius seruientes, in regnum adducet. & hos, de suo, stipendijs persolutis, prima occasione iterum dimittet. Cùm Sueciæ regnum gubernabit, nullos regni Sueciæ consiliarios, consilijs aut negocijs regni Poloniæ adhibebit. Corporis etiam custodes, eorumque præfectos, nullos; nisi Polonos & Lithuanos natos, constituet. Nullis externis, prædia, dignitates vel officia vlla, sed Polonis & Lithuanis natis, iuxta regni statuta, conferet. Stipendia militibus in Liuonia & Podolia, sub rege Stephano debita, & alios ad defensionem finium & regni, donec Cracouiam veniat, impensos sumtus fideliter solui in coronatione curabit. Confœderationem inter dissidentes de religione, non solùm vt Henrici & Stephani tempore factum est, conseruabit: verùm etiam executionem aduersus violatores, iuxta formam processus præscriptam, adiunget. Iura, libertates, priuilegia, & statuta regni, & in specie Articulos in

M. D. LXXXVII coronatione regis Henrici ſancitos, omniaq; alia, quæ conſeruandis & augendis eorum libertatibus & iuribus ſeruient, & maieſtati regiæ in coronatione proponentur, confirmabit & tuebitur. Ad Sueciæ Principem accerſendum, & per mare deducendum, Caſtellanus Podlaſſienſis Martinus Liſnovvolski miſſus: Qui verò Dantiſci eum exciperent, & præſtito iuramento ad coronationem deducerent, epiſcopi Vladislauienſis, Hieronymus Roſdrazoius, & Poſnanienſis, ac Præmisliènſis, Albertus Baranouius regni vicecancellarius: Palatinus Caliſienſis, & Caſtellani, Rauenſis, Radomius, & Sochazouienſis, & ex ſingulis Palatinatibus aliquot nobiles, deputati ſunt.

Ioannes III. Sueciæ rex, cùm de diſcordi electione Polonorum nono poſt renunciatum VVarſauiæ Sigiſmundum die cognouiſſet: aliquot dies, mœſto ac ſollicito animo, & à filij, quem vnicum & chariſſimum habebat, dimiſſione, finem prorſus alieno, certè ancipiti ac dubio hærebat: multaq; dura ſuo triſti cum corde putabat, quæ dehortabantur, ne ex regno, & conſpectu ac complexu ſuo, filium, quem ardenti στοργῇ, non tàm ob ſanguinis vinculũ arctiſſimum, quàm indolẽ optimam & virtutem, vnicè diligebat, in Poloniã mitteret, & diſſidijs ac bellis, quæ ex diſcordia procerum oritura verebatur, obijceret, cùm certum domi & pacatũ ac tranquillum regnum iam poſſideret. Offendebatur etiam inuerecunda petitione eius Liuoniæ partis, quam à Nerua ad Reualiam & Habſalam vſq; ampliſſimam, & 40. ferè mill. Germ. patentem, tenebat. Iniquiſſimum enim cenſebat, ſi filium vnicum, Polonis petentibus, regem daret, & creditum ingens, vnà cum dote & hæreditate coniugis materna & paterna, ſibi debitum, regno donaret: Liuoniæ etiam, à ſe tantis laboribus, curis & ſumtibus bello captæ, & ex Moſchi ore & faucibus ereptæ, iacturam facere. Itaq; hac ſe conditione, vt proprium regnum imminueret, filium in Poloniam miſſurum, conſtanter negauit. Sigiſmundus etiam externo & electitio ſe regno malle carere oſtendebat, quàm auito & hæreditario, partẽ quantumuis exiguam, detrahi ac præcidi. Sed oportunè, illis ipſis diebus, Ericus Sparre, procancellarius, qui ſumma fide, induſtria & dexteritate cauſam in Polonia egerat, Dantiſco ad regem traijciens, de omnibus Polonicis actionibus, & toto rerum ſtatu regem edocuit. Accedebant Zamoiſcij, Poloniæ archicancellarij, ad Sigiſmundum literæ, quibus Cracouiam, vnà cum corona & inſignibus regni, iam à ſe teneri, & in Sigiſmundi poteſtate eſſe, ſignificabat; ac vt quamprimum veniret, nec metu aut inertia regnum oblatum amitteret, hortabatur. Tandem igitur, paternum regis affectum, filij honor, & multorum conſilia, & publica vicinorum regnorũ vtilitas ſuperauit, vt filium, adiuncto conſiliorũ moderatore fido, prudente, & graui, Erico Sparre procancellario, & alijs regni procerib. ac nobilitate præcipua, cum claſſe 24. nauiũ armata, traijcere ad Dantiſci portum concederet: ita tamen, vt nauẽ antè non egrederetur, ſed in Sueciam potius rediret, niſi hunc de Liuonia articulum in iuramento præteriri proceres regni Poloniæ permiſiſſent.

19. Septemb. 27. Septemb. Appulit igitur ad Viſtulæ oſtiũ Sigiſmundus, & totos octo dies in naui manſit, donec negocio cum legatis regni tranſacto, tandem Oliuæ iuramentũ ſolenne, regibus nouis proponi ſolitum, ſalua ſua proteſtatione, de Liuoniæ parte, quam Sueci tenent, Coronæ Polonicæ non cedenda, præſtitit. Poſtridie naui ad pontem Motlauæ ſubuectus, veſperi vrbem intrõiuit. ac biduo pòſt, Diplomate ſolenni, pacta conuenta cum legatis Sueci in Comitijs VVarſauienſibus, & iuramentũ præſtitum, inſerta mentione proteſtationis de ea parte Liuoniæ, quæ regno Sueciæ ſubeſt, confirmauit. Itaq; Cal. Octob. Decretum electionis, in templo Dominicano, ſumma ſolennitate Sigiſmundo traditũ eſt. Qui nouem adhuc dies Dantiſci cõmoratus, etſi nuncios de Maximiliani in Polon. expeditione iam ſuſcepta quotidie accipiebat: tamen nihilominus iter cum ſorore Anna, reginam Poloniæ materterã inuiſura, ſuſcepit, 10. Octob. Interea, qui Cracouiæ pro rege ac regno excubabãt, literis ad Pontificem Romanum, ad Cæſarem Rodolphum, ad electores imperij, ad Maximilianum ipſum datis, Sigiſmundum regem à maxima procerum & nobilitatis parte legitimè electum: Maximilianum verò, à paucis. & in his quibuſdã proſcri-

proſcriptis & decoctoribus nominatum ſcribunt, ac orant, vt publicæ tranquillitati & paci regni & totius Chriſtianitatis ſuo loco ſinguli conſulant. Palatinus etiã Cracouienſis, Andreas comes Tenſinius: Cancellarius & ductor exercituum regni, Ioannes Zamoiſcius: & Capitaneus Cracouienſis Nicolaus Zebridouius, nominatim epiſcopum Vratislauienſem, totius Sileſiæ præfectum, de veteribus inter vicinas gentes pactis & fœderibus admonent, & ſuum pacis ſtudium ſignificant. Sin verò quis armata manu inde ad Poloniæ fines veniat, oſtendunt ſe communi gentiũ iure vſuros, & vim vi repulſuros. Maximilianus verò nihilominus ad Cracouiæ viciniam initio Octobris accedit, & confirmatione priuilegiorũ, alijſq; diplomatibus ad conuentum ordinum Viſlicenſem, præterea literis ad Cracouienſem Clerum, Academiam & vrbis Senatum miſſis, ſe recipi petit. Sed in eandẽ ſententiam ab omnibus reſpondetur, ſe Sigiſmundum regem habere, qui iam regnum ingreſſus, per Boruſſiam aduentet: cui fidem ſemel datam violare nolint. M D. LXXXVII.

SIGISMVNDVS Petricouiam vſq; progreſſus, literas à Maximiliano ad Cracouiam deſidente, obuias habuit, quibus eum hortatur, vt ex regno ſibi legitimè delato, cuius poſſeſſionem, fretus Dei ope, & iuſticia cauſæ, Chriſtianorum principũ auxilijs adijſſet; in quod Suecum leui perſuaſione & temerario quorundam conſilio adductum venire cerneret; diſcedat. Sigiſmundus viciſſim, ſe non temerario conſilio, ſed ab ordinibus regni, qui VVarſauienſibus comitijs ipſum frequentiſſimis ſuffragijs regem creauerint, vocatum venire; ac ſe meliori iure niti, recitata vtriuſq; electionis hiſtoria, oſtendit. ac his verbis tandem concludit: Nos quidem, Deo benè iuuante, Cracouiam progredi ad capeſſenda inſignia regni conſtitutum habemus: quò nos fauor hominum ſtudiaq;, deducunt: priusq; fortunas omnes, vitamq; ipſam in quoduis diſcrimen exponere, quàm vocationem diuinam negligere, tantaq; ſtudia ac voluntates hominum, regnumq; ipſum deſerere, parati ſumus. S. V. autem iterum atq; iterum rogamus, vt quemadmodum in hunc locum ſibi periculoſum deducta eſt, ab hominibus ijs, qui ad res ſuas conſtituendas S. V. copijs & impenſis abuntur, neq; vllam S. V. habent rationem: ita iam conſilio, prudentiaq; ſua vtatur; maioremq; ſalutis & incolumitatis, quàm eius dignitatis, cuius inani ſpecie quadam hic S. V. detinent, rationem ducat: atq; ex regno, quod propter tot hominum alienas voluntates, Dominum ſibi minimè deſtinaſſe, facilè poteſt intelligere, ipſa decedat, copiasq; iſtas ſuas deducat. Qua re ſanè & ſibi & publicæ tranquillitati optimè S. V. conſuluerit. Datæ Petricouiæ ex itinere, die 7. Nouemb. anno 1587. Cùm autem, illis ipſis diebus, præcurſores Poloni, ad exploranda itinera præmiſſi, à Maximiliani ducibus repulſi, & Andreæ Opalinij equites quidam, non procul à Pritzporto oppreſſi eſſent: Sigiſmundus, cùm aliquot dies Petricouiæ ſubſtitiſſet: à recto itinere Cracouienſi, Sendomiriam verſus parumper deflectit, donec Poloni, dignitatis & ſecuritatis electi regis rationem habentes, ex vicinis Palatinatibus armati ad ſe maiores copias adducerent. MAXIMILIANVS verò, vt aditu Sigiſmundum prohiberet, arctiore obſidione Cracouiam preſſit, eamque occupare, quorundam in vrbe ſecum vel ſeriò vel ſimulatè conſpirantium operâ conatus eſt. Sed cùm Zamoiſcius archicancellarius & generalis exercituum regni dux, cum præſidio vrbem fortiter defenderet; exercitus Maximiliani depulſus, multi interfecti, & tormenta bellica, & aliquot ſigna militaria, hoſti extorta ſunt. Maximilianus igitur, ſoluta vrbis obſidione, ad Sileſiæ fines exercitum reduxit, vt maioribus in Germania comparatis copijs, denuò regnum Poloniæ fugitiuum perſequeretur.

Interea apparatis in vrbe arcubus triumphalibus, & alijs ad excipiendum regem nouum neceſſarijs, Sigiſmundus, à regni archimarſchalco, Andrea Opalinio, & cæteris proceribus deductus: die 29. noſtri Nouembris, Velicia oppidò ſalinario digreſſus, & in campo, à proceribus, Polonica oratione, per Laurentium Goslicium epiſcop. Podoliæ, exceptus, Polonicè reſpondet, & Cracouiam, à meridionali vrbis parte, per Caſimiriam, Viſtula fl. ab vrbe ſeiunctam, ingreditur. vbi in aditu pontis, Viſtula fl. ſolennibus verbis, nouum regem excipiens, &

M D. LXXXVII nulli alteri se aditum in vrbem Cracouiam concessurum testans, in arcu repræsentatus est. Inde per suburbium Stradomiam arci subiectum, quod Rudawa fl. & Vistula ferè insulam efficiunt, traductus, non rectâ in arcem, sed ad dextram, per fossas vrbis deflexit, partim vt militi, qui omnis per acies instructus eum expectabat, spectandum salutandumq; se præberet, partim vt per frequentissimas vrbis regiones ingressus ac totam vrbem emensus, & ipse se vrbis amplissimæ spectaculo, & vrbem vniuersam desideratissimo sui aspectu expleret. Itaq; ambitu capto, in campum primò, in quo diuersæ acies militum explicatæ eum expectarunt, profectus est. Eodemq; ferè loco, ab Academia etiam, atque vrbano magistratu Cracouiensi, qui cum aliquo numero equitum, è ciuibus lecto, prodierat, exceptus fuit. Inde igitur per subiectum vrbi campum, mediasq; acies militum, Ioanne Zamoiscio, vt qui cum imperio militari esset, singulas turmas, & cohortes, ordinumque ductores illi commendante, inuectus ad Clepardiam, quod boreale suburbium est, peruenit. In ingressu, congeries armorum, quæ Maximiliani militibus, vrbem oppugnantibus, nuper adempta erant, cum hoc titulo structa fuit: SIGISMVNDO *III. electo Poloniæ & Des. Suecia regi, quòd eius auspicijs, Maximiliani archiducis Austriæ miles, ad oppugnandam vrbem missus, victus; magnaq; cum cæde, tormentis q; ademptis, repulsus sit; Dux & milites, qui pro dignitate Regia & libertate patria excubarunt, vt de Christianis, partim etiam ciuibus, mœsti; vt verò necessitate ac vi sibi illatâ; eâ superatâ, Deo, victoria autori, gratias agentes, P.P.* A latere, maiora tormenta octo, minorumque currus duo, vexilla totidem, ab ijsdem capta, exposita erant. Portam ingressumq; ipsum, arcus, tapetibus & pictura ornatus, complectebatur, inq; summo arcu effigies Stephani regis posita, qui quasi successori de regno cederet, hæc epigrammata subscripta habebat.

Proximus en regni Stephanus possessor, & idem
Affinis, forti dat tibi sceptra manu.
Sit virtute parens, qui non est sanguine. sic te
Victorem penna perpete fama ferat.

A L I V D.

Affine in Stephano, cui nunc succedis, adempto,
Virtutes varias, quas imiteris, habes.
Non illo pietate prior, non pace, nec armis,
Non alijs maior dotibus alter erat.
Dedecus is nostra à patria deforme remouit,
Illi restituit dum Polocense solum.
Insuper adiecit multas huic strenuus arces,
Moscborum domito per fera bella duce.
Quòd si vera licet tanto de rege fateri,
Non habuit toto viuus in orbe parem.

Per Clepardiam rectâ inde ipsam vrbem inuectus fuit: per quam ingredientem, ordine aliquot arcus ornatissimè instructi, Iagelloniorumque, vt maiorum ipsius, imagines præferentes, eum exceperunt. Effigies enim eorum, cùm pleriſq; ferè vetustate ignotæ essent, Ioannes Zamoiscius Cancellarius, exercituumq; regni præfectus, ex antiquissimis quibusq; monumentis, eruerat. proximè ante arcus eos hoc epigramma constitutum fuit; quo quasi de sequentibus maiorum suorum imaginibus rex admoneretur.

Quos deinceps cernes positos ex ordine reges,
Clara Iagellonicæ sceptra tulêre domus.
Omnes hi sero gratantur regna Nepoti,
Exemploq; volunt te eruditisse suo.
Ifelix: imitare tuos. imitando tuorum,
Cunctorum vinces inclyta facta tuis.

Effigies ipsæ, seu arcus, in quibus expositæ eæ erant, hoc ordine collocati erant, vt à Sigismundo Augusto initio facto, nouissimos quosque reges priores ostenderent: in Iagellone, qui arcus iam ad ipsum arcis introitum pertinebat, desinerent. Sunt autem dignissima memoria Epigrammata erudita, singulis Regum imaginibus adscripta. quæ seorsim edita, hoc loco, qui volent, inserant. Receptum in arce Sigismundum tormentorum tonitrua exceperunt. ac eodem tempore, Balthasar Bathorius, Andreæ, regis Stephani fratris filius, cum Bornemissa, & bis mille Vngaris, aduenerunt.

Primi post ingressum dies consultationibus de Republica consumpti sunt. inprimis verò, de pace religionis, cui prorsus episcopi repugnabant, adeò vt coronationis ritus adhibere recusarent: nisi vnam solam Catholicam Romanam

religionem in regnò ſe defenſurum Rex iuraret. Sed cæterorum procerum, libertatem religionis vrgentium, interceſſione epiſcopi coacti, de ſua ſententia ceſſerunt. die 8. Decembris, demuò de Eſthonia, regno Poloniæ, à Sueco cedenda, vt à legatis Suecis VVarſauiæ promiſſum & iuratum eſſet, actionem cum Sigiſmundo grauiſſimam Senatores regni cœperunt, quæ pridie coronationis demum finita eſt. Cùm enim Sigiſmundus, non peti à ſe, quæ in ſua poteſtate non eſſent, nec præſtari bona conſcientia à ſe poſſent, qui ordinibus regni Sueciæ, nullò modo ſe Eſthoniam à regno alienaturum eſſe ſolenni diplomate addixiſſet, ſeriò flagitaret: magnum ergò, inquit Marſchalcus regni, impedimentum coronationi Maieſtatis Veſtræ obijci video. Quid enim toti Nobilitati reſpondendum mihi eſt, cùm ab ijs quæſiero, Velint ne ac iubeant Maieſtatem Veſtram coronari? ipſiq; viciſſim interrogarint: An M. V. omnibus conditionibus & pactis conuentis ſatisfecerit? Reſponſum nomine Sueci eſt: nullam de non ſeruatis pactis conuentis iuſtam querendi cauſam ordines habere, cùm à legatis ſuis non ſimpliciter promiſſa ſit Eſthoniæ ceſſio, ſed annexa conditione, ſi Eſthonia non impetraretur, vt regina, vadimonij & pignoris loco, omnia bona ſua regno inſcriberet. Eam obligationem confirmare Sigiſmundum (ſaluis tamen ſereniſs. pr. Annæ, ſororis tuæ iuribus) ſemper paratum fuiſſe.

M. D. LXXXVII.

Poſtridie Cancellarius nomine procerum regni perorans, multò grauius cauſam egit, affirmans, non eſſe ex regis dignitate, neq; ex ſinceritate nationis Sueciæ, pacta conuenta non ſeruari, quæ tanta eſſent ſolennitate, diuini numinis auxilio implorato, à legatis iurata, cuius vindicta meritò regi eſſet pertimeſcenda: vt iam omitteret, qui ſermones hominum, maximeq; inimicorum ipſius Maieſtatis futuri ſint, ſi in principio regni Regem pactis conuentis non ſtetiſſe intelligerent, præſertim in articulo Liuoniæ, in quam prouinciam nullum ius Suecis, ſed tantũ Polonis competeret. Fuiſſe quidem Ethnicos Romanos ea aſtutiâ, vt ſi quam gentem fallere vellent, eam per legatos primùm deciperent, quos poſtea aduerſarijs de periurio conquerentibus, vt ſpecietenus ijs ſatisfieret, dedebant. id tamen Chriſtianum non eſſe. neq; ſe exiſtimare R. Maieſtatem velle legatos ſuos vinctos poteſtati Polonorum relinqui. Itaq; æquum eſſe, vt rex illi conditioni ſatisfaciat, Eſthoniamq; regno Poloniæ cedat. Huic acerbiori orationi reſponſum eſt Sigiſmundi nomine, nihil eum inſincerè, nihil fucatè, ſed candidè & apertè omnia, prout decet, egiſſe. Itaq; & Calmarniæ, antequam è regno paterno egrederetur: deinde in portu Gedanenſi, poſtea in Oliuenſi monaſterio, antequam iuramentũ præſtaret, demum etiam Gedani, ante publicam renunciationem, R. M. apertè & diſertè declaraſſe animũ ſuum, ſe videlicet, quod in poteſtate ſua non eſſet, quodq; ne faceret, iuramento ſubditis dato antea cautum eſſet, præſtare non poſſe. Idem reſponſum denuò aliquoties, non ſolùm verbis, reiteratum Cracouiæ eſſe, ſed etiam ſcripto comprehenſum eidem, qui iam adeſſet, epiſcopo Camenecenſi, reliquiſq; cum ipſo delegatis traditum eſſe. Ideoq; in hac cauſa ſe diuini numinis vindictam non metuere, in qua ſibi optimè conſcius ſit. Legatos vt vinctos dedat, nullam cauſam eſſe, cùm illi Eſthoniam non ſimpliciter, ſed annexa conditione Polonis promiſiſſent: quæ ſi non adimpleretur, teneri ſe ad confirmandum vadimonium, quod illi conditioni eſſet annexum. Quod ſi promiſſio illa ſimplex & certa, vt cæteri articuli, fuiſſet, vadimonium illi ſolummodò annectere nihil opus erat. De iure Liuoniæ diſputatum ſe non veniſſe: Sed tamen ſcire, Quidquid iuris Poloni in eam prouinciam ſibi arrogarent, id ex ſola ceſſione magiſtri ordinis emanaſſe. Quam nullo pacto, nulloq; iure, inuito Feudi Domino, Imperio Romano, fieri potuiſſe, à quo, conſenſus teſtimonium, ne literam quidem proferre Poloni poſſint. Suecos verò, Caroli V. Ferdinandi & Maximiliani II. Impp. literis, ad Goſtauum, Ericum, & Ioannem reges, diuerſis temporibus ſcriptis, tutelam eius prouinciæ ab imperio ipſis commendatam, demonſtraturos eſſe.

Cùm autem in conſeſſu ſenatus regni, aliquoties diuerſis diebus, de Vadimonio conditioni de Liuonia annexo, an diſtinctiuum vel copulatiuum eſſet; & dedendis legatis, Orationes vltrò citroque commutaſſent; tandem Cancellarius,

Quan-

M. D. LXXXVII. Quandoquidem viderent ordines, Maiestatem Regiam pactis conuentis stare nolle, non debere, ait, ipsius Maiestatem in malam partem interpretari, si ordines obedientiam ipsius Maiestati renuncient, & ad aliam electionem transeant. Responsum est statim: Quandoquidem videret rex ordines regni Poloniæ ab iniqua postulatione non velle desistere, neq; confirmatione vadimonij contentos esse, Regem hæc omnia Deo & tempori committere, & quod antea se facturum scripto etiam ipsis exhibito testatus sit, id se his denuò repetere: Paratum se scilicet esse, regnum hoc potius relinquere, quàm vt quidquam contra conscientiam propriam, & iuramentum subditis datum, faceret. Cùm autem nihilominus instarent Poloni, vt denuò diligentius re cogitata, mitius responsum ordinibus daret: Marscalco regni ad se vocato Sigismundus dixit, non esse aliud responsum à se expectandum. & è concilio statim discessit. Postridie 12. Decemb. summo mane, regni Marscalcus & Castellanus Podlassiæ, qui ex Suecia eum deduxerat, denuò persuadere Sigismundo, Esthoniæ à regno Sueciæ alienationem, frustrà conantur. Cumq; tandem Marscalcus ignominiosum apud exteras gentes futurum diceret, si rebus infectis in patriam rediret: Imò, inquit Sigismundus, summa cum mea gloria coniunctum erit, vbi innotescet mundo, pluris me fecisse conscientiam propriam, quàm regnum quantumuis opulentum. Tandem Poloni, Sigismundum à sententia deduci non posse cernentes, alia Media rei componendæ proponunt. de quibus cùm aliquot dies disceptatum fuisset: conuenit ad extremum, vt literis confirmationis pactorum hæc verba insereret Sigismundus: Quod attinet ad conditionem de ea parte Liuoniæ, quam sereniſſimus Sueciæ Rex, parens noster cariſſimus, nunc possidet, ita inter nos & ordines regni conuentum est, vt hoc negocium integrum differatur ad id tempus, cùm regnum nostrum Sueciæ successione ad nos deuoluetur. Hæc die 16. Decembr. demum transacta sunt. Postridie, congregatis episcopis, & Palatinis, alijsq; proceribus regni, & delectis ex Nobilitate, SIGISMVNDVS Sueciæ princeps, 17. nostri Decembris, seu Dominica III. Aduentus: quæ ipsis dies Iohannis Euangelistæ in ferijs natalitijs fuit: solenni more ac modo, CORONA REGNI POLONIÆ, ab archiepiscopo Gnesnense, Stanislao Carnicouio, insignitus est. eiq; postridie Senatus & ciues Cracouienses fidelitatis iuramentum dederunt.

Est autem CRACOVIA, regni Poloniæ metropolis, & Regum domicilium ac sedes ordinaria; splendore & frequentia ædificiorum; & rerum omnium ad vitã pertinentium copiâ; hominũ multitudine, elegantia & ciuilitate; emporio omnis generis mercium exoticarum & domesticarum, & Academiâ ferè in toto regno vnicâ, hoc tempore florens. distat à Posnaniâ, Cracouiæ æmula, milliaribus Polonicis circiter quinquaginta. à Leopoli Russiæ totidem, à Lublino, triginta sex. Vratislauia Silesiæ totidem. VVarsauiâ quadraginta. Dantisco, octoginta. Vilnâ centum. Sandomiria viginti duobus. (quæ, vt id obiter inseram, à Sano fl. nomen habet, qui ex monte Carpatho, in Russiæ & Vngariæ finibus promanans, Lescũ, Sobenum, Sanocum, Brozaniam, PRÆMYSLIAM episcopi sedem, Iareslauiam, Leicescum, præteriens, Sandomiriæ tandem à Vistula absorbetur.) Cracouia verò Tetrapolis seu potius Pentapolis est, cui à meridie, Casimiria oppidum, peculiari muro cinctum, ponte ligneo, interlabente Vistula, iungitur. Inter pontem & vrbẽ, Stradomia oppidulum, quod Vistula tribus lateribus ambiens, & Rudaua ad reliquum latus in Vistulam delabens, insulam efficit. ad Boream suburbium est Clepardia. ad Africum, in Vauelo monte seu rupe, ARX ampla, Vistulæ & Stradomiæ imminet, magnificis REGII palatij, Basilicæ D. Stanislai & præterea duobus templis, & alijs ædificijs ornata: & mœnibus ac turribus vndiq; cincta. Deus, qui transfert & stabilit regna, & dat salutem regibus, quos elegit, inclytum Poloniæ regnum & regem regat & seruet, & nos singulos doceat & gubernet.

In Saxonia, multæ hoc anno equitum turmæ, auspicijs Henrici Nauarræ regis, quem ob reformatæ religionis studium, & ius successionis ad Coronam Gallicam proximæ; ab Henrico Guisio & reliquis sacri fœderis principibus, cui etiam

etiam Henricus III. Galliæ rex ſe tandem aliqua ex parte adiunxerat, grauiſſimo bello petitum, ſuprà diximus: conductæ ſunt. quæ in Alſatiam menſe Iulio ad luſtrationem profectæ, cum reliquo exercitu peditum Heluetiorum ac equitum ſe coniunxerunt, & quinq; totas hebdomadas deſidentes, rapinis, direptionibus ac incendijs, ſæpè nullo amicorũ aut inimicorum diſcrimine ſeruato, paſſim in pagis & oppidis minoribus, non ſecus ac hoſtes graſſati ſunt, niſi quod à cædibus abſtinuerunt. Summum imperium exercitus Nauarræi penes Robertum Guilielmum Ducem Bullioneum fuit. Germanorum verò equitum circiter quinq; millium, & vicies mille peditũ, Palatini Caſimiri Tribunus, Fabianus Baro à Dona imperator fuit. cui, cùm per edictum Imperator Rodolphus mandaret, vt copias aduerſus regnum Galliæ, non petita Imperatoris venia, nec patentib. Imperatoris literis, magiſtratibus locorum exhibitis, collectas, & totam expeditionem in Galliam omitteret, & domum ſinguli redirent: ſuo & cæterorum militiæ ducum nomine, edito ſcripto reſpondit: Se non contra imperium, aut ordinem imperij vllum, ac ne quidem contra Galliæ regnum, ſed pro regno militare, quod extranei quidam, nullis legibus ad ſucceſſionem coronæ pertinentes, per vim inuadant, & Nauarræ regem, proximum regni hæredem, & cæteros regij ſanguinis principes, prætextu religionis, excludere, depellere, & omnibus fortunis ac vitâ ipſa priuare, moliantur. Acceſſiſſe Romani Pontificis, veteri arrogantia poteſtatem, pro libitu dandi & adimendi imperia & regna, ſibi impiè ſumentis, Excommunicationẽ, inanem quidem illam, ſed valdè procul ſpectantem, quam paulò pòſt, etiam in Germaniæ principes ſimili de cauſa exercere, & pacem religionis ac reipublicæ, grauiſſimo conſilio ſancitam, conuellere & abolere decreuerit, quod certiſſimam non Galliæ modò, verũ etiam Germaniæ communi patriæ ruinam & perniciem olim allaturum ſit. Miſiſſe igitur præcipuos Germaniæ principes, electores & ſtatus, ſuperiore anno, ad Galliæ regem legatos, qui pacem religioni à rege datam & iuratam, ſeruari peterent. Quorum preces ac interceſſiones cum ſpretæ ac irritæ fuerint: ſuſcipi à ſe hanc expeditionem, vt à Germania communi patria, quæ ex Pontificis & ligæ illius ſacræ minis, plurima impendere videantur mala, auertant: & pacem religionis in Gallia ſuis etiam periculis & laboribus aliqua ex parte confectam & ſancitam: nunc verò certorum hominum, prætextu religionis ſucceſſionem in regno, excluſis & deletis legitimis hæredibus, ad ſe transferre molientium violatam, reſtituant ac defendant: & iniuſta aliorum tyrannide oppreſſos pios ac innocentes ſubleuent & tueantur. De patentibus literis conſenſus ab Imperatore petendis, propoſitum quidem aliquando in comitijs, ſed nihil vnquam decretum aut Receſſibus inſertũ eſſe, quod Germanorum libertati ex diametro repugnet, quam nulli præcedentes Imperatores Germanis ademerint. Magnam quoq; inæqualitatem eſſe, quod Hiſpanis & alijs peregrinis militibus, metropolim Imperij Aquiſgranum, VVeſaliam inferiorem, prouinciam Marcam, Iuliacenſem, Bergenſem, Monaſterienſem, comitatum Bentheimenſem, & alias intra Imperij viſcera prouincias, impunè ac fœdè adſtigere ſine vlla auocatione licuerit. Se verò auocari, qui nullum imperij ordinem lædere, ac extra fines imperij in Galliam proficiſci decreuerint: hac etiam de cauſſa, vt ſtipendia ſibi adhuc à Galliæ rege debita, quæ nullis hactenus, ac ne ipſius quidem Imp. interceſſionibus, impetrare potuerint, coram exigant. De hac inæqualitate non immeritò ſe conqueri, ac præſentem expeditionem grauiſſimis de cauſis ſuſceptam, nihilominus vrgere oſtendebant.

Tandem verò pridie Idus Auguſti, iter ingreſſi, per Lotharingiam, cuius princeps ſacri fœderis ſocius erat, direptionibus ac incendijs graſſati, vi perruperunt. Quibus ad Moſellam obuius Guiſi exercitus, quem Romanus Pontifex, Hiſpaniæ rex, & alij ſacræ ligæ confœderati, auxilijs ampliſſimis auxerant & confirmârant, impedita pabulatione, ac interceptis commeatibus & nocturnis in eorum caſtra impreſſionib⁹ aliquot factis, carpere eos paulatim, ac, ne cùm Nauarræo rege coniungerentur, obſtare conabatur. Interea rex Nauarræ cum Condeis Tremolia, & ſuis Gallorum copijs, ſolus, aliquot victorias de aduerſarijs, ac inprimis,

M. D. LXXXVII. mis de duce Ioieuſi, qui reginæ Gallicæ ſororem Vadimontiam in matrimonio habebat, adeptus eſt, Germanorum copijs nondum illi conſociatis, quæ victus intemperie, commeatuum inopia, dyſenteria & alijs morbis quotidiè imminuebantur. & nocte diem Galli ſecuta, aliquot turmæ Germanorum equitum, in pagis vicinis caſtra habentes, oppreſſæ ac deletæ, plurimiq; nobiles, & in his Daniel Ranzouius, Pauli filius, trucidati aut capti ſunt. Die 12. Nou. illuceſcente, ſummus Germanici exercitus dux Fabianus à Dona, aliquot equitum turmas & pedites ſecum habens, in oppido Aneau, ex improuiſo, per Guiſianos, cùm vigiliæ negligentiùs excubarent, introgreſſis per arcem Gallis obrutus, ægrè euaſit. Equites ipſius, & in his Volradus comes à VValdec, Volradi filius, Ioſiæ frater, ac pedites cæſi aut capti: præda ampla equorum circiter 1500. à Guiſio parta, & octo vexilla, ac in his Fabiani à Dona, ſummi ducis, quod ſymbolum, Conſtanter & Sincerè, inſcriptum habuit, ad Guiſium, vt ipſe ad comitem Salmenſem ſcribit, allata ſunt. Heluetij ſollicitati à regijs ad regem Galliæ tranſierunt. Reliqui igitur equites, curribus ac impedimentis aliquot crematis, equos peditibus reliquis attribuerunt, & in Germaniam redire ſatagentes, cum duce Eſpernonio, nomine regis, de ſaluo paſſu in Germaniam tranſegerunt. Qua actione motus Dominus à Caſtillion, cum mille Gallis trans Ligerim, per media hoſtium agmina ad Nauarrenum penetrauit. Hunc ſequi equites Germani, vel metu nonnulli amittendæ prædæ, vel ob ſtipendia non prius numerata, vel alijs de cauſis, recuſarunt. Sed conuerſa retrorſum profectione, in Germaniam magnis & continuatis itineribus properarunt. Cumq; pontem Araris Matiſcone tranſijſſent: non per Burgundiam & agrum Mompelgardenſem, quò Guiſium, veſtigijs eorum à tergo inſiſtentem, properare didicerant: ſed per Sabaudiam, Geneuam verſus iter direxerunt. quò pauci, inermes, ægri, nudi & pedites pleriq;, in Germaniam redierunt. nec bono terminari exitu hæc expeditio, tali principio, tanta cum petulantia & iniurijs tàm atrocibus, in Alſatos amicos & ſocios, inchoata, poterat. Guiſiani, Montiſpelicardi oppido & ditione tota grauiter adflicta, & direptionibus ac incendijs vaſtata, vſq; ad vrbis Argentinæ conſpectum graſſati ſunt.

Superiori menſe Aprili, Franciſcus Dracus, Anglus, claſſe 24. nauium armata, Hiſpaniam præterlegens, in duas Middelburgenſium Sclandicas naues, ex portu oppidi Cales in freto Gaditano venientes incidit, à quibus de magna copia nauium Hiſpanicarum, quæ in portu illo machinis bellicis, & omnis generis commeatu, Lyſibonam tranſuehendo, oneraretur, nec dum ad nauigandum parata ſit, edocetur. Quare curſu ad Gades directo, Hiſpanicam claſſem, ante portum oppidi Cales, in freto Herculeo, ex improuiſo adortus, circiter 36. naues, commeatu, machinis bellicis & alijs mercibus euectas, vt Lyſibonæ cum cæteris ſe coniungerent, partim incendit, partim diripuit, multas ſecum abduxit, ac victoria & præda inſigni, præter omnem expectationem, potitus eſt. Cumq; claſſis Hiſpana, quæ Lyſibonæ ingens apparabatur, Angliam certò oppugnatura exiſtimaretur: tuta tamen hoc anno ab Hiſpanorum impreſſione Anglia fuit.

19. April.

In HOLLANDIA verò, lentè ac ſegniter omnia, ad defenſionem reliquiarũ Belgici adhuc fœderatarum aduerſus Hiſpanos, Leyceſtrius comparabat. & quanquã bis mille equites, quos ſuperiori anno, à comite Morſiano collectos & ad VVildeshuſiam diſſipatos dixi: huius anni æſtate recolligebantur: ideoq; Taxius, Hiſpani præfectus militaris, in comitatus Tecleburgenſis pago Lengerke, diu deſidens expectabat, vt eorum iter impediret, ne cum Anglis coniungerentur. ordinum verò milites, duce Adolpho Morſiano, Meppam occupauerant (vnde die Martini primùm acceptis à diœceſi ad 30000. Ioachimicorum diſceſſerunt) tamen ortis inter Leyceſtrium & ordines Hollandiæ feralibus diſſidijs; omnes illi de apparatibus Anglicis rumores, in fumum abierunt. Leyceſtrius menſe Octobri, Gallica & Belgica lingua, Apologiam ſeu potius inuectiuam in Hollandiæ ordines acerbam, alieniſſimi planè animi indicem edidit, in qua nos præſtitiſſe ordines pollicita, & ſe non vnis ordinum literis, velut proditorem, apud Reginam Angliæ accu-

accusatum. cui bellum gerere cum Hispano, Hollandorum causa, neutiquam decretum, nisi sumptus belli vniuersos vrbes fœderatæ ex pacto suppeditent. Si non sufficiant, suâ eos culpa perire, qui tanto regi temerè resistere conati sint. nam quòd Hollandiæ & Zelandiæ partes, se solas, cæteris prouincijs pro derelicto habitis, belli molem sustinere posse existiment, insaniam esse. Iunctim se inijsse cum omnibus fœdus, seruaturum id cum omnibus vel nullis. Hac mordaci & hostili apologia edita, in Angliam redijt. BONNAM archiepiscopi Colonienſis oppidum, Martinus Schenck, Idibus Decembris nostri, per insidias occupauit.

Aliquot etiam doctrina & virtute præstantes viros, & de Republica & ecclesia benè meritos, hic annus Saxoniæ abstulit: inter quos Matthæus VVesenbeccius, Antuerpiensis, Iureconsultus, eminuit. qui Paratitlis in quinquaginta Pandectarum libros suis totum ius ciuile, artificiosa & clarissima methodo, in eruditissimam artis formam redegit, & multis præclaris lucubrationibus alijs illustrauit. Ienæ etiam ac VVitteberge ius summa cum laude ac sedulitate interpretatus est, & de iure sciscitantibus respondit. Leonardus Badehornus, cùm annos amplius 40. in gubernatione & iudicijs, Lipsiæ, sub Mauricio, Augusto & Christiano, electoribus Saxoniæ, vtiliter Reipublicæ seruisset, calendis Iulij, anno ætatis 77. decessit. cùm eodē tempore, Paschasius Brielmannus Perlebergensis, iuuenis elegantissimo ingenio, & humanioribus literis Græcis & latinis legum doctrinam ornans, Musarum & Charitum delitium; Brunsuigæ Syndicus, ex his terris euocatus esset. Ex Theologis celebrioribus, Iohannes VVigandus, Pomesanensis in Borussia episcopus, pietate & doctrina & varijs scriptis in publicum editis clarus, die 20. Octobris: & Timotheus Kirchnerus, qui Helmstadiensis Academiæ fundamenta prima docendo iecit; & in Heidelbergensi Academia sub Ludoico elector aliquot annos docuit: Vinariæ tandem in cœlestem ecclesiam, die 17. Septembris, translatus est. Qua ipsa die Sidonia Maria; VVenceslai ducis Teschinensis filia, Francisci ducis Saxoniæ neptis, Friderici ducis Lignicensis vxor, primi partus difficilimi laboribus superata decessit. Iacobus Scheckius, Philosophus ac medicus excellens, quem φυσικῆς ἀκροάστας Aristotelis libros & alia interpretantem, Tubingæ olim adolescens audiui; die 9. Maij, anno ætatis 76. in cœlestem Academiam euocatus est. Franciscus à Billerbeg, Petri filius, Pomeranus, genere ac ingenio nobilis, qui Thracia, Aegypto & Asia perlustratis, multa mecum de orientis rebus, Turcicis, Persicis, Aegyptijs & alijs, huic chronico inserta, communicauit: cùm in Vngariam reuersus, magno & Heroico animo, aduersus Turcas fœdissimos, pro patria aliquot annos militasset: & tandem ex Cepusio in patriam, & aulam Danicam vocatus, profectionem instituisset: Viennæ, ardenti febre confectus, in cœlestem militiam euocatus est, 12. Febr.

In Italia, VVilelmus Mantuæ; & Franciscus Magnus Hetruriæ Dux; & quinque post eum horis, Blanca Veneta, ipsius coniux: in viuis esse desierunt. Francisco Florentiæ duci, frater Ferdinandus, ecclesiæ Romanæ Cardinalis successit. Cosmus enim, dux Florentiæ, Magnus Dux Hetruriæ à Pio V. creatus (qui A. C. 1574. obijt,) ex coniuge Eleonora, Petri de Toledo proregis Neapolitani filia, procreauit FRANCISCVM primogenitum, Ducem Florentiæ, deinde, Ferdinandum Cardinalem, qui Francisco fratri in principatu successit. 3. Garziam. 4. Ioannem Cardinales, in iuuenta extinctos. 5. Petrum, qui in Hispaniæ regis aula vixit. 6. Lucretiam, Alfonsi ducis Ferrariæ coniugem. 7. Elisabetham, Pauli Iordani Vrsini vxorem. Franciscus, qui hoc anno obijt, ex prima vxore Ioanna Austriaca Ferdin. Imp. filia, Philippum genuit: anno 1582. extinctum, ex altera, Blanca Capella, Veneta, Antonium nothum. 4. Augusti. 9. Octob. 1569.

Hyems initio anni aspera & diuturna. Aetas tametsi humida & magna ex parte pluuia, tamen mediocrem frugum vbertatem præbuit. Vuæ matureſcere non potuerunt. Gelu rigidum in Nouembri paucos dies durauit. Quo subitò remittente, totus December tepidus, nec glaciem, nec pluuias, ac ne niuem quidem, in his locis vidit.

SIGISMVNDVS III. Poloniæ Rex, paucis post coronationem diebus, Rodolpho Cæsari, de corona & insignibus regni à se acceptis, per literas significat: & Ma-

M. D. LXXXVIII. ximilianum fratrem, ab eo, quàm primùm ex Polonia reuocari, nec consilio auxilioq; suo & suorum deinceps iuuari, & de damnis contra communia fœdera datis satisfieri petit. Testatur se diutius, tot suis, suiq; regni incommodis, deesse non posse, iamq; ex hoc tempore, nullo etiam expectato responso, id suscepturum, quod & dignitas sua, & commissorum sibi populorum iniuriæ, à se requirant. Hac belli denunciatione præmissa Iohannes de Zamoiscia, Dux exercituum regni, cum Polonis, Germanis & Vngaris recens à Balthasaro Bathoreo & Bornemissa adductis, Cracouiâ mouens, ad Maximilianum, qui Vieluni, maioris Poloniæ oppido, non procul à finibus Silesiæ sito, tum desidebat; & paulò antè capitaneum Snatinensem maiores copias adducturum, & Ioannem Sborouium, à se dimiserat, rectà contendit. cumq; Maximilianus non expectandum sibi eo in loco ratus, quod vix 500. equites, & pauciores pedites Germanos penes se haberet, nec satis vulgo militum Polonorum fideret: in vicinæ Silesiæ oppidum Bitsin, ducibus Brigensibus subiectum, extra regni Poloniæ fines, vbi noua Germ. auxilia sperabat, cum copijs profectus est. Sed statim eum Zamoiscius, noctu etiam continuato itinere, Idibus Ianuarij consequitur. Ad Maximilianum ea die Præpositvvarus Vngarus cum recentibus copijs, sed admodum defatigatis, accesserat, quibus confirmati, qui cum Maximiliano erant, Poloni, ac in primis Stanislaus Stadnicius, qui Ioannis Sborouij loco supremus Polonorum præfectus erat, & antea semper Cancellarij copias contemplerat, prælio hostem aggrediendum & profligandum esse suadebat. Erat non procul Bitsino, inter palustria & vliginosa loca, longus & angustus agger, per quem vix bini aut terni equites simul ingredi commodè poterant. Has angustias aggere & præsidio aliquot equitum & paucis tormentis muniri, & transitum hostis impediri, Melchior Rederus, baro Silesius, literis & armis clarus, qui Stephano regi ad Plescouiam voluntariè magna cum laude militauerat, & recens nomine Maximiliani, legationes ad Borussos & alios Poloniæ ordines obierat; prudenter & fidelissimè consulebat. Sed Stadnicius & cæteri Poloni, fortè quòd ab ipsis non profectum esset consilium, obtemperare recusabant. Postea etiam, cùm pars copiarum Cancellarij aggerem transijsset, adoriendos & delendos eos, qui transgressi essent, denuò Rederus baro suadebat. Sed fatali ducum Polonicorum pertinacia, & hostium contemptu, libera & tuta transeundi, & exercitum instruendi facultas Cancellario data est. qui in prima acie Vngaros & Cosaccos collocauit, quos à Polonis & Germanis præcipè Maximiliani equitibus, malè acceptos & repulsos esse, scribunt. Insequente autẽ & instante cum vniuersis copijs Duce ipso, Poloni, etsi aliquandiu fortiter impressionem hostilem sustinentes constiterant: tamen in fugam tandem versi, & profligati sunt. Maximilianus ipse, cum præcipuis ducibus, in oppidum Bitsinam proximum secessit. Quod cùm statim Zamoiscius milite cinxisset, & igne ac tormentis admotis exitium omnibus præsens intentaret: Maximilianus archidux, & proceres illius partium Poloni, Stanislaus comes à Gorka, Palatinus Posnaniensis: Iacobus Borniecius episcopus Kyouiensis: Andreas Sborouius, Marscalcus curiæ: Alexander dux Prunscensis & alij complures, se captiuos Zamoiscio dederunt. qui moderatè & clementer, sine vlla insultatione, aut verborũ asperitate deditos accepit. ac Rex Sigismundus ipse, accepto de Max. captiuitate & postulatis nuncio, eundem quem antea vultum grauẽ & tranquillum, nulla lætitiæ gestientis significatione edita, retinens, reuerenter & honorificè haberi, nec Cracouiæ, tot populorum & gentium hominibus captum, velut in theatro ostentari, sed rectà in Russiæ arcem Crasnistauam non procul à Lublino, extrema maioris Poloniæ vrbe, cum præsidio ablegari mandat. Quem Dux victor Zamoiscium vsq; comitatus est.

Calendis Ianuarij, ROBERTVS VVilelmus Dux Bullionis, ex nobilissima comitum de Marca & ducũ Cliuensium stirpe ortus: Roberti Marcani, Eisdanæ domini, qui cum Carolo V. bellum gessit, pronepos: cùm ex infelici aduersus Guisianos Gallos expeditione, pro rege Nauarræ suscepta, Geneuã redijsset, morbo & mœrore confectus, iuuenis extinctus est; relicta sorore vnica, Carola opinor, Eisdainæ & Iameisij ac reliqui ducatus hærede. quam Carolus Lotharingiæ dux postea, prætextu damno-

damnorum, quæ deditioni suæ in superioris anni expeditione Robertus dedisset, diu obsesso lamesio, sed viriliter ab amicis pupillæ defenso, oppugnauit. nec antè obsidionem soluit, quàm de Henrici Guisiæ ducis cæde in Gallia, exeunte demum anno allatum est.

FRIDERICVS II. Daniæ rex, Heroica magnitudine animi, virtute, felicitate & autoritate excellens: ecclesiarum ac studiorum doctrinæ Nutritius munificus; anno regni 30. ineunte, ætatis 54. Anderfoæ in Selandia, ex hoc terreno & inquieto, in beatum & cœleste regnum emigrauit, relictis ex Sophia, Vlrici ducis Megapolitani filia, septem liberis: Christiano, Vlrico, Iohanne, Elisabetha, Anna, Augusta, Hedvvige. ex quibus Christianus IIII. puer vndecennis patri in regno successit, adiunctis illi ex senatu regni quatuor consiliarijs præcipuis, penes quos summa consiliorum gubernationis, donec Rex adolescat, autoritas esset: NICOLAO KAAS Cancellario: Georgio Rosenkrantz: Petro Munck, Amyralio; Christophoro VValkendorff, Thesaurario, quorum sapientiæ, fidei ac industriæ, regni totius administratio præcipuè commendata est. Funus Regis Rotschildiam deductum, & in sacello, ad latus Christiani III. patris & Christiani I. abaui, conditum est. cùm ante paucos dies primùm in Polonia, prudentissimi & fortissimi regis Stephani, ante sesquiannum Grodnæ in Lithuania defuncti, corporis exuuiæ, Cracouiam deuectæ, in templo arcis, solenni pompa humatæ essent.

Funus Stephani regis in Polonia secutæ sunt de liberando captiuo Maximiliano cum ducibus Austriacis tractationes, quarum initium fecit Cardinalis Aldobrandinus, P P. Romani legatus. qui cùm principum Austriacorum potentiam, & pericula inde regno Poloniæ imminentia, per literas initiò exaggeraret; respondit Zamoiscius, se, vt quæ domus Austriacæ potentia sit; ita difficultates etiam eius, non ignorare, & ætatem Serenissimi regis Philippi, & successorum eius, scire. Quibus etiam alijs bellis implicitus sit, videre. Præterea verò, ea prudentia senatum Hispanicũ existimare, vt quibus in locis bellum gerendum sit, sciant. Neq; fractas adhuc vires Polonorum magnoperè esse, & vt præter spem quid accideret, eò fortasse adactũ iri, vt cùm superos non possent, Acheronta mouere cogerentur. Vt autem vno verbo, quòd sentiat, ostendat: Se quidem, nullum alium, quam nobilem Polonum, vnquam se gessisse. Veruntamen si suæ priuatæ vires tantæ non sint, non dubitare tamen, omnes bonos tales in Polona Republica reperturum, qui & ad omnia pericula secum obeunda parati futuri sint, & vel mortem statim obituri, vel Regno Poloniæ, quod aut bellum aut pacem habere necesse sit, certam pacem, & Regis legitimè à se electi dignitatem suo periculo asserturi sint, neque vt ea, quæ semel sacrosanctè sancita sunt, in dubium vocentur, passuri &c. Tractationum verò illarum, quæ in multos menses prorogatæ sunt, exitum, initio anni proximè sequentis exponam.

In Hollandia, cùm præter arces & oppida, pignoris loco in prima receptione Anglis tradita, plures vrbes munire præsidijs Angli niterentur; Amsterodamum, Leida, Delphi, & aliæ ciuitates, metuentes ne idem quod Franciscus Andegauensis Antuerpiæ & alibi tentasset, Angli etiam apud se molirentur: admittere ea recusarunt. ac propter id studium partium Anglicarum, Hugo Donellus Iurisc. Leida dimissus, Altorfium venit. Sarauia Theologus cum Adolpho Medkirchio aufugit: Angliæ Regina, vt se omni suspicione liberaret, & nil nisi Hollandiæ salutem & libertatem defensam spectare ostenderet: reuocato in Angliam Lycestrio & cæteris magistratibus Anglicis: & restituta Mauricio, principis Vranij filio, & statibus Hollandiæ, gubernatione integra, nihilominus patrocinium & defensionem, in fœdere primùm inito aduersus Hispanos communes hostes promissam, contenta arcibus primùm ipsi pignoris loco traditis, clementer præstat.

In Colonienſi diœcesi, BONNA ad Rhenum, per Mauritium Schenck, nomine arch. Truxesij, anno superiore exeunte, occupata; totam æstatem acriter ab Hispanis, Parmensi militantibus, obsessa & oppugnata, verùm à Schenckiano præsidio fortissimè & diutius multorum expectatione defensa est. Initiò obsessionis,

M. D. LXXXVIII. Iohannes baptiſta Taxius, inter celeberrimos Ducis Parmenſis tribunos clarus, ab erumpente præſidio trucidatus perijt. Inde Franciſcus Virdugus præcipuam inter Hiſpanos virtutis bellicæ opinionem; ſummum verò Imperium, Carolus Dux Simæus, Philippi Areſcontani filius habuit. cui tandem, ſexto obſidionis menſe vrbs dedita, & duces, qui vrbem fortiſſimè defenderant, Otto Baro à Podlitz, Chriſtophorus VVolff, equitum præfectus, & milites omnes, complicatis vexillis, cum armis & bonis, quæ geſtare poſſent, incolumes dimiſſi, & Berxam vſq; deducti ſunt.

19. Septemb.

In Flandria, primis anni menſibus, ſimulata de pace tractatio inter Hiſpanum & Anglam, vſq; ad Iunium ferè continuata eſt. Reginæ nomine Legati, Oſtendæ diuertentes, inducias belli, libertatem conſcientiæ, inquiſitionis abolitionem, dimiſſionem externorum militum, Gubernatores indigenas pro Belgis, quorum patrocinium ſuſceperat, & renouationem veterum fœderum inter Hiſpaniæ & Angliæ regna, & refuſionem ſumptuum bellicorum, inter cætera petebant, & reſtitutionem locorum, quæ in Hollandia & Selandia Angli tenerent, & auxilia aduerſus rebelles regi offerebant. Sed inducias, niſi de controuerſijs omnib. antè conueniſſet, negatæ ſunt. De cæteris verò capitibus, poſt multorũ menſium actiones, reſponſum, vt Regina, de religione, ſibi in Anglia, nihil ab Hiſpanis; ita viciſſim Regem, nihil in Belgico ſibi ab Anglis præſcribi velle. Inquiſitionem verò nunquam Regem in Belgicum inducere voluiſſe aut velle. Externos milites, cùm omnes vicini in armis ſint, exautorari non poſſe. nec Gubernatores, quò minus ſuo conſilio & arbitrio Belgis præficiat, ſe prohiberi. Fœdera regnorum vetera libenter Hiſpanus confirmabit, ſed belli non ſuo rogatu ſuſcepti impenſas ſuſtinere recuſat. Loca verò iniuſtè hactenus ab Anglis detenta, reſtitui æquiſſimum iudicat. De auxilijs, quæ offeruntur, liquidiorem declarationem expectat. Dum hæc tractatio ad finem decurrit:

Claſſis Hiſpaniæ Regis, totum ferè triennium apparata, Nauium militarium grandium 125. militibus veteranis ex Hiſpania, Italia & aliundè collectis vicies mille: nautis decies mille, tormentis 2000. pyrio puluere, globis, & annona ad ſex menſes inſtructiſſima, ex Tagi oſtio, exeunte Maio ſoluit, & ad littus Hiſpaniæ occiduum lentè procedens, in Coronin portum Hiſpaniæ verſus Boream extremum, in finibus Galliciæ & Aſturiæ, què Artabrorum portum Ptolemæus appellat, die 20. Iunij peruenit. Claſſis Imperator ſummus, Alfonſus Pereſius, Medinæ Sidoniæ dux: præfectus autẽ maris & nauarchus ſeu Amyralis, Ioannes Martinus Recaldeus Cantaber fuit. Cùm autẽ vix è conſpectu Hiſpanæ telluris in altum vela dediſſent: exorta tempeſtate adflicti & diſſipati, & ventis aduerſis in eundem & vicinos Aſturiæ & Biſcaiæ portus reiecti ſunt. Rex cùm ſine magna clade Coronin rurſum conueniſſe claſſem intellexiſſet: è veſtigio eam in Angliam tendere, & coniunctã Belgicæ Parmenſis claſſi, milite in continentem expoſito, vniuerſum Angliæ regnum occupare iubet. Itaq; cùm 28. dies in portu Coroneo hæſiſſent, verſus Calleridas, è diametro Artabris ad boreã oppoſitas (Silly hodie Angli, ſtanni metallis feraces, Belgæ Sörgling appellant) curſum Hiſpani dirigunt. Iamq; Geſſoria cum Galliæ, & Iccium portum præterlegebant, vt cum Belgica Parmenſis claſſe, plùs quàm 300. nauigiorum, inter quæ plurima erant latiora, quibus in terram miles educeretur, ad Dunkirchiã collecta coniungerentur. cùm Anglicæ claſſis præfectus inferior, Franciſcus Dracus (ſuperior enim Admiralius, Carolus Hovvardus baro, ex ſtirpe ducum Norfolciæ natus erat) à tergo illos eſt inſecutus. ac primùm ex prætorijs vnam, quæ agmen Nauium claudebat, tardius inſequentem, & in ea Petrum Valdeſium cepit. Cumq; ſecundis ventis, & nauigijs agilioribus, quàm erant Hiſpanicæ naues grandes & immanes, vteretur: toto triduo cum eis eminus velitatus, malos præcipue & gubernacula, tormentorum globis decutere, & catenis per tormenta emiſſis, rudentes, & quæ eminebant reliqua regendæ nauis inſtrumenta conſcindere ſtuduit. Parmenſe verò cum ſuis nauibus, quòd partim aduerſis ventis, partim Selandica claſſe ad oſtium portus Dunckerkani excubante, impediretur, fruſtra ab Hiſpanis expectato: Sidoniæ Dux, propè Caletum ancoras iecit. Dracus ſequenti noctè, octo veteres ſuas naues, pice, ſulfure, aliaque ignis materia repletas, vento

vehemen-

vehementi à tergo aſpirante in claſſem Hiſpanorum immiſit. Qui metuentes, ne ſuæ etiam naues accenderentur, ancoris ſubleuatis vel reſciſſis diſcedunt. Quas hoc ſtrategemate, turbatis ordinibus in fugam actas Dracus inſequitur, à tergo, cùm dabatur, globis impetens, qui, in illa Hiſpaniarum nauium altitudine, raro aberrabant. Anglicæ verò humiliores, non ſemel ictus eludebant, & ſi quando illæ in arenoſa vada inciderent, reddebantur immobiles. Duæ ex his Fliſſingam ductæ, ictibus planè conquaſſatæ, in portu perierunt. Alia Brielam vi tempeſtatis appulſa, aliæ alibi captæ ſunt. Reliqua Hiſpanorum claſſis, Africo vehementiore aliquot dies continuos ſpirante, ad extremæ Daniæ ſeu Iutiæ & Norvvegiæ fines propulſa, inter Hetlandiam & Orcades, circumnauigata eminus Britannia vniuerſa, & multis denuò ad Hyberniæ littora nauibus amiſſis, in Hiſpaniam redijt. Sic terribilis illa Hiſpani claſſis, toto ferè triennio apparata, & omni munitione bellica & milite veterano inſtructiſſima, quæ totam Angliam occupare, & multò longius progredi iuſſa erat, vix à longinquo foris conſpecta & circumnauigata eminus Anglia, diuinitùs, à Sereniſſima Regina & regno Angliæ, vt Sennaheribi exercitus à mœnibus Hieroſolymæ olim depulſa, rebus infectis omnibus aufugit. Parmenſis dux, claſſem Belgicam diſſoluit, nautas exautorauit. Militum partem Bergam ad Somum obſidendum miſit. M. D. LXXXVIII.

Nomina verò Conſiliariorum Reginæ, ac regni Angliæ, eo tempore fuerunt: Iohannes VVHITGIFTVS, Archiepiſcopus & Primas regni Anglicani. CHRISTOPHORVS Hattonus regni Cancellarius. GVILIELMVS CECILIVS Burghleius, Eques ordinis Anglici. MAGNVS THESAVRARIVS Angliæ, & Præfectus Nobilium Pupillorum, ab intimis conſilijs Reginæ. ROBERTVS DVDLEIVS COMES LECESTRIAE, Baro Denbighiæ, Seneſcallus Aulæ, Eques ordinis Anglici & Gallici, Præſes Viuariorum, cis Trentam fl. poſitorum. GEORGVS Comes Schrevvsburiæ, Baro Talbatus, Mareſchallus Angliæ, Eques Ordinis Anglicani. HENRICVS Comes Derbiæ, Baro Stanlei & Strangij, Dominus inſulæ Meuaniæ & adiunctarum Inſularum, Eques Ordinis Anglici & Gallici. AMBROSIVS Dudleius, Comes VVarvvici, Baro Liſlei, Munitionum præfectus, Eques ordinis Anglici. CAROLVS HOVVARDVS, natus ſtirpe Ducum Norfolciæ, Baro Effingamenſis, Eques ordinis Anglici. MAGNVS ADMIRALLIVS ANGLIAE. HENRICVS Baro de Hunsdon, Camerarius aulæ, Eques ordinis Anglici, Præfectus oppidi Barvvicenſis. GVILIELMVS Cobham, Baro, Eques ordinis Anglici, Quinq; Portuum Gubernator, Conneſtabilis arcis Douoriæ. THOMAS Sackevillus, Baro de Buckhurſt. FRANCISCVS Knollius, Theſaurarius aulæ, Equeſtris ordinis. IACOBVS Kroffus, Equeſtris ordinis, Controrotallarius aulæ. Thomas Heneagius, vicecamerarius, Theſaurarius Cameræ Regiæ. FRANCISCVS VVALSINGHAMVS, Equeſtris ordinis, PRIMVS SECRETARIVS, Cancellarius Ducatus Lancaſtriæ, conſiliarius intimus. Amias Ponletus, equeſtris ordinis, Gubernator Inſulæ Iarſæi, Cancellarius ordinis Anglici. Gualtherus Myldmæus, equeſt. ord. Scaccarij Cancellarius. GVILIELMVS DAVISONVS, Secretarius. Iohannes VVollæus, Secretarius Latinus. DANIEL ROGERSIVS, ex numero generoſorum Aulicorum, Regij Conſiſtorij ac ſanctioris Concilij à Secretis, Orator Sereniſſimæ Reginæ Ordinarius.

Primarij quidam Præſides & Officiarij Sereniſſimæ Reginæ. Guilielmus Fitzubillianus, Equeſtris ordinis, Hybernici regni Prorex. Henricus Haſtingeius, Comes Hungtingtonienſis, Septentrionalis Angliæ Præſes. VVilelmus Comes Peinbrookiæ, Baro Cardifiæ, Principatus VValliæ præſes. Henricus, Hunſdonius Baro, præfectus Barvvici, & Limitaneæ oræ Scotiæ regno proximæ. Georgius Careus, equeſtris ordinis, præfectus inſulæ Vectis. Thomas Leytonus, equeſtris ordin. præfectus inſulæ Garnſeæ. Edvvardus Verus, Baro de Scales, vicecomes Bulbeckiæ, comes Oxonienſis, Magnus Angliæ Camerarius. Robertus Deuereux, Baro de Ferriers, vicecomes Herifordienſis, Comes Eſſexiæ, præfectus ſtabuli. Gualther⁹ Rauoleus, præfectus fodinarum ſtanni, Locumtenens Reginæ in Cornvvallia, equeſt. ord.

M. D. LXXXVIII. In Gallia Henricus Guisiæ dux, paucis nobilibus comitatus, initio Maij, Lutetiam venit, vbi Rex cum Regina matre, commorabatur. Cùm autem Rex insidias metuens, præsidia Heluetiorùm & Gallorum, in opportunis vrbis locis disponeret: ciues Guisianæ factionis, milites regios, quibusdam trucidatis, depellunt, & ad arcem excubias collocant. Rex constèrnatus ex vrbe in oppidum Chartres discedit, & de ijs, quæ in vrbe accidissent, ad præfectos prouinciarum & ciuitatum literas mittit, vt fidem Regi debitam seruent. Postea legati ad regem, à Cardinali Burbonio, & cæteris principibus ac ciuitatibus, quæ ad delendos & extirpandos ex regno hæreticos se sacro fœdere colligauerant, fidem & obseruantiam regi suam declarant, & pro ciuitate Parisiensi intercedunt, omnia ibi nuperrimè acta obliuione sempiterna obrui petunt. deinde Espernonium ducem, præcipuum omnis dissidij & diffidentiæ inter Regem & Guisianos autorem, & palàm cum Nauarræo & hæreticis colludentem, ex aula, & à gubernatione exercituum & negociorum publicorum, vnà cum fratre Valletta, prorsus remoueri, & Normandiæ præfecturam sacro fœdere coniunctis tradi: fratrem Ducis Guisij, magnum aulæ magistrum: Cardinalem Burbonium, ciuitatis Parisiensis & totius insulæ Francicæ Gubernatorem constitui, & Generalem ordinum Regni conuentum institui flagitant, cuius conuentus decreta Rex se executioni daturum iureiurando confirmet. Duos exercitus ad delendos Hugenottos, alterum in Pictones, cui Rex ipse vel Guisius, alterum in Delphinatum, cui dux Maynius præsit, expediat. Ciuitates iam occupatas fœderatis relinquat. Metensem Campaniæ gubernationi adiungat. Deniq; vt hæreses omnes extirpet, & concilium Tridentinum vbiq; in Gallia seruari curet. De his articulis plerisq; Regi cum Guisio & sacri fœderis socijs statim conuenit, vt priores inimicitiæ omnes simulatæ viderentur. Rex edictum denuò promulgauit, quo omnes alterius quàm Catholicæ religionis homines, subditos suos, Gallia omni proscribit, bonisq; priuat. Catholicos omnes sibi contra Nauarræos adiungi, ferrumq; stringere præcipit. ac duos exercitus, vnum in Delphinatum duce Maynio, alterum in Pictones, se Imperatore, vel Guisio ipsius vicario, se conscripturum ostendit. Comitia etiam Blesis mense Septembri, ac deliberationes, de Pace & salute totius regni, intestinis dissidijs ac rebellionibus adflicti, restituenda, & de Pontificis Excommunicatione, aduersus Henricum Nauarræ Regem, inhabilem successioni Coronæ Franciæ à P.P. declaratum exequenda, indicit. Vbi, ex omnibus regni prouincijs, legati, Guisianis partibus & Ligæ sacræ addicti, conuenientes, Articulos grauissimos de tota forma gubernationis Regni deinceps instituenda, Regi proposuerunt. Quibus receptis, plane in ordinem Rex redactus, nihil præter nomen Regium retinere videbatur. Itaq; sumpto cogitandi spacio longiore, ducem Maynium, qui absente Henrico Guisio consilia ordinum regni, Guisio addictorum, præcipuè regebat, amandare in Delphinatum ad bellum Sabaudo inferendum conabatur. Sed detrectante militiam Maynio, nisi antea articulos propositos rex comprobasset: cùm de omni regia autoritate admittenda se periclitari rex videret; & Guisium, regni Gubernationem ipso in ordinem redacto, affectare, non solùm ex proximè præcedentium annorum molitionibus, & vrbe Parisiorum nuper occupata, verùm etiam ex literis ipsius, quibus regem in monasterium detrudendum, vel planè tollendum scripserat, interceptis, intelligeret; tollere illum è medio decreuit. Quare vt in suam potestatem eum absentem pelliceret: summam erga eum beneuolentiam in comitijs simulauit: ac initio Decembris, in conspectu ordinum, fingens se pertæsum turbarum & bellorum, quæ à Nauarræo & Hugenottis quotidie maiora & atrociora motum iri videantur, quietem & otium expetere ait. Ideoq; negociorum Regni administrationem, ab ordinibus idoneo alicui Gubernatori seu vice Regi commendari petit, qui oppresso Nauarreno, Pacem Regno restituat, & mortuo ipsi in regno succedat. Cùm autem ordines, à Rege ipso idoneum vicarium & Gubernatorem eligi orarent: rex aliquot principibus nominatis, concluſit se omnibus Guisium ducem anteferre. Quæ cùm ad Guisium per amicos & ordines relata essent, ipse Blesas 12. Decembris spe ampla lætus, accessit. ac postridie ad Regem tanquam de maximis rebus cum eo commu-

communicaturum, vocatus, in vestibulo cubiculi regij trucidatur. Cadauer combustum, & cineres in Ligerim sparsi sunt. Cardinalis Guisij frater strangulatus: dux Ienuillæ filius, dux Nemurius, & episcopi aliquot, in custodiam dati sunt. Regina mater, Catharina Medicea, quæ hactenus consilijs suis regnum rexerat, & Guisianas partes contra filium fouerat & confirmarat, duodecima post Guisium die, Natali nostro, Gregoriani verò Calendarij 5. Ianuarij, morte sublata est. M. D. LXXXVIII.

In hoc Balthico littore, præcipuus Ducis Megapolitani consiliarius, LAVRENTIVS NIEVVS, I. V. D. vitam sibi ipse, Gustrouiæ, præcisa gula, Idibus Aprilis, abrupit.

ANNI M. D. LXXXIX. mense Ianuario, Rodolphi Imperatoris, & reliquæ Domus Austriacæ, legati, cum Polonis, de Maximiliano archiduce Austriæ ex custodia liberando, in Silesiæ & Poloniæ finibus, ad Beutenam, adhuc tractabant. & quanquam immensæ petitiones vtrinq; initio propositæ erant: & plurimùm in eo difficultatis fuit, quòd Poloni absolutam renunciationem Iuris (quod se in regno Poloniæ adeptos, Austriaci præterita nominatione arbitrarentur) & quidem interposito iuramento, ab Austriacis flagitarunt: tamen æquissimis conditionibus, & vtrique parti tolerabilibus transactum est, vt præteritarum offensionum ἀμνηστία, pax & amicitia sit. Maximilianus absque λύτρῳ liber ex Polonia mense Iulio discedat, Titulo regis Poloniæ & omni iure deinceps abstineat. Libloam Cepusij arcem, cum omni apparatu bellico, vt intercepta est, cum oppidis & pagis adhærentibus restituat. Pacta & fœdera antiqua, inter Poloniæ, Vngariæ, & Boiemiæ regna totamq; Domum Austriacam, missis vltro citroq; legationibus, mense Aprili, Maio & Iunio vtrinque renouata instaurentur. Maximilianus liber, cùm attigerit ditiones Cæsareas, 28. Iulij transactionem pacis iuramento & literis firmet. nec auxilia Moschis contra Polonos Austriaci ferant. Damna & iniuriæ vtrinq; acceptæ mutuò compensentur. Hæ conditiones, à legatis initæ, ad Regem ac Senatum regni Poloniæ, in comitijs VVarsauiensibus probandæ & confirmandæ, mense Martio relatæ sunt.

Propositа verò in comitijs Polonicis ad deliberandum præcipua capita fuerunt; de modo legitimæ & liberæ Electionis Regum, ne intestinis bellis deinceps regnum discordiâ suffragantium implicetur. De contributione denuò communi decreto statuenda, vt etiamsi stabilis inter regnum Poloniæ & domum Austriacam Pax firmetur: tamen nihilominus Regalia bona non pauca distracta redimantur. Vt Liuonia inter Lithuanos & Polonos non diuidatur: sed integrum & non dilaceratum membrum totius corporis regni maneat. Rigeæ cùm intestina ciuium dissensio ciuitatem pessundet, interesse Reipublicæ, vt in eam animaduertatur, pro vt regni statibus visum fuerit. De Thesauro regni, cùm omnes prouentus vehementer dissipentur, nimias largitiones siue pensiones, hinc inde ordinatas, cassandas esse. Occasionem rei gerendæ contra Moschum nunc optimam esse, cùm & internæ Moschouiæ dissensiones multæ sint, & ipse princeps animi ægritudine conflictetur: non igitur habendam esse rationem induciarum per Lithuanos solos cum Moschis legatis factarum, cùm illæ absque ordinum consensu factæ irritæ sint. De politia, cùm nimius in nobilitate luxus sit, an non per aliquam constitutionem publicam restringi possit. De compositione inter statum Ecclesiasticum & Politicum: cùm hæc sit summè necessaria, laborandum, quibus medijs vtriq; statui satisfieri possit. De iure Polonico corrigendo & in certum Corpus redigendo. De nimia Cosaccorum licentia, tandem coërcenda. De præsidijs contra finitimos hostes Turcam, Tattaros & Moschos muniendis. de Tattarorum antiqua pensione, cùm eam Tattari vrgeant, laborandum, vt illis, si non per omnia, graues tamen ob causas, aliqua ex parte satisfiat: & cùm nuncius Tattaricus ex Suecia reuersus adhuc in regno sit, vt munere aliquo contentus dimittatur. de militibus in Podolia deliberandum, vt ij statо quoq; tempore solutionem habeant, atq; in castris perpetuò manentes rebus militaribus sese exerceant. ijs autem, qui cum Illustrissimo Domino

M. D. LXXXIX Cancellario post coronationem in Podolia fuerunt, omninò satisfiat. de præsidiarijs militibus in Liuonia, quandoquidem contributio in Liuonia non suffecit ad satisfaciendum ijs, qui post recuperatam Liuoniam in præsidijs manserunt: ideo æquum esse, vt de solutione ipsis præstanda quoq; cogitetur. de Repressalibus, quibus rex Daniæ Dantiscanas naues detinuit, æquissimum esse, vt Regia Maiestas ex his comitijs, cum consensu ordinum, vel per legatos, vel alia via cum Rege Daniæ agat, vt ab eiusmodi repressalibus abstineat. De his capitibus plerisq;, deliberationes in proxima regni Comitia dilatæ. Contributio tamen pecuniæ ex toto regno decreta. de Liuonia conuenit, vt Lithuani ac Poloni per vices gubernationem illius administrent. Prædia publica, pro merito personarum, ad vitam, sine discrimine, Polonis, Lithuanis & Liuonis tribuantur. Familijs, quibus ante archiepiscopum VVilelmum, Bona à principibus Lithuoniæ donata sunt, confirmantur. Qui post illud tempus acceperunt, documenta in proximis Comitijs proferre, & senatus regni cognitionem subire iubentur.

Pax inter Domum Austriacam & Polonos approbata & vtrinque à rege Sigismundo, Lublini, à Cæsare RODOLPHO, ac cæteris principibus Austriacis per legatos, Pragæ iurata est. Itaque paulò post, Maximilianum archiducem Sigismundus salutauit, & honorificè dimissum reduci ad Silesios fines libertati integrè restituendum iussit. Sed cùm in itinere, Hungaros nondum iureiurando pacem confirmasse, quòd extra regni comitia præsente rege celebrata, communi regni nomine nihil ratum habere possent, Poloni didicissent, Maximilianum in custodia retinuerunt. Interea Tattari, à Moschis excitati, magnis agminibus, in Podoliam, & vicinas Poloniæ prouincias irruunt, & multa hominum captiuorum millia abducunt, Turci etiam, Cosaccorum impressionibus ac iniurijs irritati, exercitum ad Danubium in VValachiam mittunt. Itaq; nouis bellis ingruentibus, Poloni, præstita ipsis cautione, de Vngarorum assensu sequuturò, Maximilianum tandem dimiserunt: exceptum, in Silesiæ finibus, equitum Cæsareanorum copijs maioribus ac firmioribus quàm erant Polonicæ, à quibus deducebatur. Cùm autem causas se iustas & graues consilij sui habere Maximilianus iudicaret: Iuramento solenni, vt conuenerat, pacis initæ articulos, suo loco confirmare recusauit.

In BORVSSIA, regni Poloniæ prouinciâ, Martino Cromero VVarmiensi episcopo, qui Polonicorum Regum historiam continuam vsq; ad Sigismundum I. scripsit, rebus humanis exempto, Andreas Bathoreus Cardinalis, ex fratre Regis Stephani, Andrea natus, successit, & per Commissarios Regios mense Maio, introductus est, frementibus ac indignantibus Borussis, qui vigore priuilegiorum, suæ gentis hominem indigenam, ad dignitatem illam euehendum fuisse, frustra disputabant.

Sueciæ Rex, IOHANNES III. conuocatis Vpsaliam regni ordinibus auxilia & tributa ad bellum aduersus Moschos instaurandum, à subditis exegit, ostendens, seipsum velle in Liuoniam proficisci, non tantùm filij conueniendi caussa, cuius tamen desiderio maximè ardebat, quantum vt ei posset persuadere belli societatem contra Moschum, sin minus hostem tamen conuentu duorum Regum, quorum coniunctæ vires sibi summopere forent pertimescendæ, ad optatas pacis conditiones facilius adduci posse. Verùm profectio illa, senatoribus non adeò probabatur, quòd aliam caussam instituti itineris subesse vererentur, & Regem certò statuisse, filium vnà secum reducere domum, facillimè conijcerent, neq; obscurè, prout euentus postea docuit. Quamobrem, vt Regem à proposito itinere abducerent, admonere cœperunt tam periculi ob locorum distantiam, quàm etiam magnitudinis sumptuum belli, tum potissimùm induciarum, quarum tempus nondum expirasset. At rex se profecturum contendit, nec quenquam auditurum, qui suaderet contrarium. Itaque profectionem accelerans, relictâ magnâ parte nobilium & militum, qui comitatui destinati erant, & nondum aduenerant, nauem conscendit, quam vix ingressum, tonitrua, & fulgura coruscantia suborta, cœlo sereno tempestate & vento vehementissimo, exceperunt. Tandem Reualiam cum coniuge Gunilla, filio Iohanne, nonnul-

nonnullis consiliarijs, & comitatu aulico, longo nauium ordine appulit. Quò cùm ventum esset, intercedente spacio aliquot dierum, cœpit rex agere apertè de reditu filij, cuius multas causas prætendit. Verùm communicata & deliberata re inter consiliarios & nobiles Suecos, quod metuebant hac ratione cumulari inimicitias, scripto quodam regi Poloniæ exhibito, reditum ipsius in Sueciam tunc temporis ob grauissimas causas communi consensu humillimè dissuaserunt, quod rex parens ægerrimè tulit. M. D. LXXXIX.

Sed dum Reges Reualiæ colloquuntur, Tattari & Turcæ à Cosaccis, direptione oppidi cuiusdam Turcici irritati, ex diuersis partibus impressionem in Poloniam terribilem fecerunt. De qua, Zamoiscij Cancellarij & summi exercituum capitanei, & archiepiscopi Gnesnensis ac Leopolienſis, & aliorum literæ circumferuntur. Nunc tamen Beglerbegum Turcicum, non vltra Tyram progredi, sed pacem cum Polonis hæreditariam renouare velle, accepimus. Qua de re Turcici & cancellarij Zamoiscij legati ad regem Sigismundum in Liuoniam missi sunt. Qui 30. Sept. Reualia digressus, per Rigam, Mitouiam, Ducum Curlandiæ sedem, Regiomontem Borussiæ, in Poloniam redijt.

Pater Ioannes, Sueciæ rex, missis ad fines Russiæ legatis de pace, aut induciis cum Moscho faciendis, altero die, quo filius abierat, ipse etiam cum fremitu & indignatione contra nonnullos ex suis, multa mala minitans, quòd votis exciderat Reualia soluit, & Idibus Octob. Holmiam reuertit. Quò cum appulisset, subsequentibus, post aliquot dies, consiliarijs, quos maximè suspectos habebat, in hospitio suo manere iussit, nec extra limen portæ pedem efferre. Deinde palàm accusare cœpit, ac postquam sibi denuò cauissent, tandem custodia liberatos, sed nondum integrè reconciliatos, domùm dimittit. Interim colliguntur capita accusationis multa, atq; diuersa, quibus Reualiensem reclamationem, quæ tamen vera causa esset indignationis, pensare posset, & quæ paullò pòst in publicis comitijs omnibus statibus decernenda proponebantur, contra absentes non solùm non citatos, sed vetitos sponte venire. Durauit hæc regis indignatio per triennium, eoq; magis, quò filij absentia angeretur. Maximum erat illorum senatorum incommodum, nunc hùc nunc illuc, adhibitis Regis ministris, pertrahebantur, circumscripti plerumq; certis locis, ijsdemq; aliquando arctioribus, Regia insuper custodia obseruabantur, interminatis sæpissimè, nisi culpam agnoscere, & deprecari vellent, fore vt iudicio sisterentur, quo instituto, nullum deinceps misericordiæ locum fore. Illi contrà, quòd etsi Regem; quòd reditum filij dissuasissent, offendisse non negarent, nihil se tamen præter fidem & officium commisisse protestabantur. Regi ac patriæ se semper fideles extitisse, nec sibi vllius proditionis, vel præuaricationis conscios esse. Gratiam regis quidem humillimis precibus implorare, at deprecari culpam vllius criminis, quod nullo modo possent agnoscere, vel cuius coram Deo & hominibus innoxios se esse scirent, & contra læsionem conscientiæ & famæ illorum fieri non posse, intelligere quidem non sibi satis tutum esse, contra Dominum ira percitum in ius descendere, idq; detestari. Verùm contra alios quoscunq; æquum iudicium nullo modo subterfugere. Calendis Octobris.

Tandem cùm rex videret, ipsis non posse persuaderi, nec metu compelli, neq; suppetere quibus possent conuinci, præterea animaduerteret, eiusmodi turbas sibi vel regno minus vtiles fuisse, pœnitudine ductus, simul ac frequentibus filij intercessionibus, ipsis gratiam & restitutionem paullò ante mortem pollicebatur.

Interea, dum Reges Poloniæ & Sueciæ inter se Reualiæ colloquuntur: Commissarij Regis Poloniæ, seditionem, quæ in ciuitate Rigensi aliquot annos grassata fuerat, Regia autoritate & potentia tandem sedarunt & sustulerunt. Quam narrationem paulò altiùs ordiar, cùm initia seditionis, libro proximè præcedenti 27. prolixè commemorauerim.

Postea Rigae in Liuonia, Syndicus Reipublicæ Gothardus VVellingus I. V. D. & Ioannes Tastius prætor, cùm proditæ Religionis ac libertatum patriæ, à seditiosa plebe insimulati essent, (quos tamen viros bonos & innocentes decreto

suo Rex

M. D. LXXXIX. suo Rex postea iudicauit) exeunte Iunio per carnificem trucidati sunt. cuius Tragœdiæ narrationem, circumstantijs pluribus mihi hactenus ignotis auctam, non meis, sed his ipsis verbis exponam, sicut recens mecum nomine Senatus per Syndicum communicata, & Documentis quibusdam comprobata est.

ANno superiore, varia quidem trimina perfidiæ & proditionis, Iohanni Tastio obiecerant seditiosi, & in curia obseruandum detinuerant: at is in arcem vrbi vicinam, incolumitatis suæ defendendæ causa, accepta à locum tenente, salue conducta, sese contulerat. Sed cùm rerum documenta, quibus conuinceretur, deessent suis persecutonibus per integrum annum data quantumuis coram iudice competente agendi facultate, accusatio Tastij dilata, & prorsus neglecta est. Interim duces seditionis cum iure experiri vel non possent, vel nollent, ex insidijs agere cœperunt, vt qua via, quoue allueceret, in suam potestatem Tastium pertraherent. Eodem modo suspicione inani peculatus adducti, alterum item proconsulem primarium Casparum Bergium in vincula conjecerunt, mox tormentis, mortiq; tradendum. Sed cùm ille DEVM, suamq; innocentiam testaretur, exigua quædam dilatio, per Tastij captiuitatem, mirabiliter Deo rem gubernante, data est, vt in curia asseruaretur. Nam cùm corruptis quibusdam hominibus, qui Tastij copiam ex arce se facturos receperant, tortura Bergij iam à populo decreta, & qua eadē nocte, quia Tastius in potestatē plebis peruenit, fieri debebat, suspensa aliquatenus est.

Vesperi in arce residens, cùm iam in lectum suum Tastius vix decubuisset, à certa quadam persona, certior factus est, tutò illum amplius an arce seruari non posse: videret, quomodo semetipse à periculo custodiret. Itaq; cùm tutam in arce fidem, & suæ incolumitatis rationem non constare videret, nec insidias sibi structas præsentisceret: vestibus rusticis indutus, ex arce secedit. At eo ipso momento, quo ille ex arce abire, & naricula conscensa Dunam trajicere instituerat, signum ab insidiatore quodam magistro bombardarum Bernhardo Osterhold, bombardæ elisione datum est. Sic ergo Tastius in medio flumine Duna in densis tenebris noctis, à cohorte seditiosorum ad eam rem destinata, è medio cursu miserè capitur, & pannosus, vestibus ijs, quibus sui seruandi causa erat indutus, in vrbem & curiam deducitur. Triumphatum est à plebe eiusq; ducibus plurimum. Deinde inuito & repugnante Senatu, duces plebis, cum Tastio non legitime iuris ordine agere cœperunt. Capita quædam accusationis ipsi proposita fuere, vt ea vel statim fateretur vera esse, vel tormentis illicò subijceretur. Cùm autem nihil sibi mali conscius esset, liberè quod fateretur non habuit. Itaq; statim, quæstionibus grauissimis subiectus, & adeo inhumaniter, adeò crudeliter septem vicibus & intermissionibus exiguis excruciatus, Martino Gisio astante, tortus & exanimatus est Tastius, vt ipse etiam Carnifex misericordia quadam commoueretur, & amplius se aliaue cum ratione torquere non posse palàm diceret. Quid iam mirum, si, quod Gisius rogauit, quod voluit, quod præscripsit, in ipsis tormentis Tastius confessus est.

Eadem planè sors mansit & Gothardum VVellingum Iuris vtriusq; Doctorem & Syndicum, qui cùm natura molliori esset, & discrimen vitæ famæq; denituri posse existimaret, facilior in confitendo, & mox quod voce dubia professus erat, reuocando fuisse fertur. Sanè in quæstionibus, & metu acerbissimorum tormentorum, sæpius iteratorum, & Tastius, & D. VVellingus, multa, quæ in legationibus, ad religionem, bona Ecclesiastica, munitiones vrbis, pertinentia, contra institutionem, & fidem patriæ debitam egissent, confessi sunt. Nam immanitate tormentorum sæpius repetitorum se agnoscere coactos, quod nunquam cogitassent, in confessionibus Sacerdoti factis, & scriptis ante mortem ad Regiam Maiestatem, Senatum, & hæredes suos literis, & sumptione corporis & sanguinis Christi testati sunt. Commissarij etiam Regij, triennio post in vrbem venientes, causa recognita, iniustè casos pronunciarunt, & mortuos pristino honori & famæ restituerunt.

Eius Tragœdiæ nuncio in Aulam Polonicam perlato, Rex grauissimè commotus, ciuium procuratorem & Tribunum proscribit, & plures alios, ac in his Mollerum Lat. moderatorem, ad Regium tribunal citat. Tabulæ proscriptionis, per legatum Regium Senatui & Senioribus populi, præsentibus ijs, de quorum capite & fama agebatur, oblatæ, sed publicè non affixæ sunt.

Idem

Idem sanè Caſparo Bergio procos accidiſſet, quod cæteris eius collegis euenit, niſi diuina & ſingulari Dei gratia protectus, & ab ijs, quos maxime reos plebis duces exiſtimarunt, & ex quibus conſcios conſiliorum alios explorare voluerunt, diligentiſſimè & accurate excuſatus fuiſſet, ipſéq; tempeſtiue fuga ſibi conſuluiſſet. MARTINVS GISIVS, cùm Regem ſeuerius deinceps (cum auctoribus ſeditionis) acturum ſentiret, naui conſcenſa, pleriſq; etiam ſuæ factionis hominibus inſcijs, in Sueciam traiecit, & cum Rege Sueciæ, periculoſa conſilia, de ciuitate Riga, ipſi ſubijcienda tractare inſtituit. Sed cùm à Senatu & cæteris ordinibus ciuitatis mandatum ſufficiens non haberet, fides ei à Rege nulla habita, & ſine honore legati publici dimiſſus eſt. Domi verò vicarium ſibi ſubſtituerat, qui in veſtigia abſentis ingreſſus, inchoatam ab ipſo telam ſedulò pertexebat. M. D. LXXXIX.

Cùm autem de Martini Giſij profectione, & ſeditioſorum aliquot ciuium conſilijs, cum Sueciæ Rege, de tradenda illi vrbe Riga communicatis, Stephanus Rex cognouiſſet: militum copias in viciniam vrbis Rigenſis, velut hyberna ibi acturas, mittit, & totam Nobilitatem Liuonicam vnà adeſſe & Caſtellum ad Dunæ fluminis oſtium, arcendæ claſſi Sueciæ, quam à ſeditioſis ciuibus euocatam, breui venturam ferebatur, ædificaturis, defenſionem præſtare iubet.

Senatus & ciues nihil iam contra Regem moliri, ſed quietis & concordiæ publicæ cupidi, turbarum & diſſenſionum compoſitionem, nullius famæ & honori præiudicantem conſtitui optabant. Itaq; vicinum Curlandiæ Ducem Gothardum, pacis & concordiæ in ciuitate inſtaurandæ arbitrum eligunt: Is Regem antè interrogat, an operam in eo negocio ponere, & quomodo procedere debeat, ne quid à Regis voluntate alienum fortè ſuſcipiat. Cum autem Rex non antè compoſitionem aggredi Ducem iuberet, quàm liquidò conſtaret, ciuitatem Rigenſem, mandatis Regijs, paulò antè expoſitis, integrè ſatisfeciſſe: Dux in vrbem profectus, mediocres amicè componendi negocij rationes, vt exules iuxta Regiæ Maieſtatis mandatum ante omnia in integrum reſtituantur, ijſq; pro damnis in tumultu ab incondita plebe datis quater millibus Ioachimicorum perſolutis, ſatisfiat, & omnium præteritarum offenſionum ~~abolitio~~ ſit, ſaluo vtriuſque partis honore, conſtituit. Quæ cùm per Legatos ciuitatis, apud Regem ſupplices, & ſuſpicionem defectionis ad Suecos animo Regis eximere conantes, & caſtelli exſtructionem deprecantes, & proſcriptionem damnatorum, & citationes multorum, ac in his Scholæ Rectoris abrogari & alia quædam petentes, relatæ eſſent: Rex magis etiam indignatus, quòd nulla iniuſtè cæſorum & Reipub. in priſtinum ſtatum omnimodò reſtituendæ, & aliorum capitum à ſe mandatorum mentio facta eſſet: totam compoſitionem irritam pronunciat, & niſi ſe arbitrio & voluntati Regis abſq; vlla exceptione & conditione ciuitas Rigenſis totam deinceps permittat, & tradat, nullam ſpem gratiæ ſupereſſe declarat.

Sed ecce, dum in ſumma expectatione & metu ſollicita & conſternata ciuitas Rigenſis verſatur, Stephanus, Poloniæ Rex ſexto poſt datum Legatis Rigenſibus reſponſum die, Epilepticis paroxiſmis proſtratus, poſtridie Calend. Decembr. noſtri: ſed pridie Idus Gregorianas, vitam cum morte commutat.

Statim autem atq; mortuum Regem Stephanum Martinus Giſius cognouit, ex Suecia Rigam redit, poteſtatem ſibi publicam maiorem, quàm antè vnquam, vindicat, turbas dat, oppugnat propugnaculum, & ſe Tribunum plebis creari paſſus eſt, vt his rebus, non ſe tam veniam factorum, conſiliorumque petere, quàm vindictam de omnibus ijs, qui eius conſilijs & auſis aduerſati erant, ſumere velle oſtenderet.

Paulò pòſt Legati ex caſtris, ad caſtelli recens exſtructi defenſionem excubantibus, Polocenſis caſtellanus, & alij Nobiles Lithuani, & Poloni in vrbem venientes, obitum Regis Senatui ſignificant, ac vt obedientiam & fidem Regno Poloniæ debitam conſtanter deinceps etiam præſtent, ſedulò hortantur. Quibus reſponſum eſt, ciuitatem in priſtina obedientia & fide erga Regnum Poloniæ permanſuram eſſe. Sed cùm & Religionis, & priuilegiorum ciuitatis, ad quorum defenſionem &

M. D. LXXIX nem & tutelam se Reg. Mtis. obligarit, fundamenta labefactata sint, restitui ea per futurum Regem vel ordines, & à propugnaculi noui erectione prorsus priuilegijs aduersante, & perpetuam fidei maculam aspergente, & damnum ingens Regio & suo vectigali allatura, desisti petiuerunt, ac quæ hactenus exposui, omnia anno 1589. 1586. acciderunt. Præsenti autem anno Rigæ commissarij Polonici, à Sigismundo III. Rege, intestinis ciuium dissensionibus comitiali authoritate sedandis destinati, pacem & tranquillitatem publicam, reductis in vrbem & honores ac functiones Mense Augusto. pristinas Consulibus electis, & sumpto de proscriptis seditionis ducibus supplicio, restituerunt. Fuerat sanè infelix, proximo quinquennio, ciuitatis huius conditio, quod & intestino seditionis malo laboraret, & potentissimum Poloniæ regem, initiò Stephanum, dein Sigismundum III. omnesq; regni ordines obtemerarias proscriptorum molitiones grauissimè offenderat, ac infensos prorsus 19. Augusti. habebat. Rex enim Sigismundus responsum ciuitatis Rigæ legatis, plenum aspe- 1588. ritatis & indignationis Regiæ dederat, quo de grauissimis criminibus eos accusabat. Vobis quidem internuncijs ciuitatis, inquit, eius rei culpam minimè sua Mtas tribuit, qui mandatis ciuitatis circumscriptos vos esse prætendatis. Cæterùm ipsi ciuitati optasset eam mentem, vt post violatum magistratum Regium; inuersum totius ciuitatis statum; electos in exilium probos ciues, alios innocentes crudeliter trucidatos: Decreta Regia spreta atq; contempta, proscriptos in summo honore habitos; post tot ac tantas in D. Decessorem Reg. Mtis. Stephanum Regem, & in Rempub. offensiones; & causas sumtus non contemnendi in erectionem munitionis, & in milites præsidiarios; post excessus contra Rempub. in interregno, propugnaculiq; Reipub. oppugnationem iam ad se rediret, atq; officio potius & obsequendi studio, ea peccata lenire, abstergereq; cogitaret; quàm noua ista contumacia exasperaret. Sed cùm manifestè appareat, curæ illi eam rem non esse, planè necessitatem sibi imponi Mtas Regia videt, alia ratione cum ciuitate Rigensi agendi, &c.

Paulò pòst, totam ciuitatem Rigensem, rex, criminali accusatione per instigatorem instituta, ad causam dicendam in conuentu generali regni proximo, vbicunque ille celebretur, seueriſsimis literis citauit. Ita in summo periculo proscriptionis vniuersa ciuitas, propter duos proscriptos ciues Martinum Gisium & Ioannem Brinckium, versabatur, qui, nec coram tribunali regio, nec alibi causam dicere, & nunc etiam forum declinare, vel differre & morari cognitionem Regiam, cupiebant. Sed magno & difficili labore, diligentia, fide, & dexteritate Legati Reipublicæ, DAVIDIS Hilchenij, mitigato Regis & procerum animis; & Iesuitarum, collegas suos in proximo tumultu Rigâ electos frementium, virulentis molitionibus repressis, Dei opt. max. ope, & magni Cancellarij Ioannis Zamoiscij autoritate potissimùm adiutus, tandem eò causam deduxit, vt rex commissarios se missurum in vrbem, qui pristinum ciuitatis statum tranquillum & pacatum restituerent, clementer promitteret; modò ante omnia Tribunos plebis proscriptos in custodiam darent, donec illi aduenissent. Sic spes gratiæ Regiæ, & melioris status Reipublicæ recuperandi, paulatim affulsit. Soli tribuni plebis, de suo capite se periclitari videntes dira legato minabantur.

Verùm maiore & saniore ciuium parte, rursum se ad Senatus autoritatem (cuius consilia, singulari prudentia, moderatione & constantia Franciscus Neustedius consul, tum solus ferè, cæteris collegis turbata Republica plerisque secedentibus, moderabatur) adiungente: & fortissimo Duce Georgio Farensbachio in vrbem cum copijs vocato, effectum est, vt vtriusq; factionis ciues, ostensa spe placidæ & iustæ cognitionis per commissarios instituendæ, vtrinq; quieturos se vsque ad illorum aduentum, fide data confirmarent. Dum enim commissarij Regij expectantur, & nuncij Rigensium aduersæ factionis consilijs detinerentur, ne statim vrbem accederent, felici quodam omine ex Polonia reuertitur Dn. Georgius Farensbachius, Generalis dux belli, & præses VVendensis in Liuonia, Qui pro eximia beneuolentia & fide erga regnum Poloniæ & ciuitatem Rigensem sua, cum intelle-

intellexiſſet, in quo periculo nuncij ciuitatis verſarentur: cùm ipſis ciuitatem ingreſſus eſt,& ſua præſentia tunc Reipub. Rigenſi ſponſor & autor publicæ ſalutis & tranquillitatis fuiſſe perhibetur. Quocirca memoriam tanti beneficij viri fortiſſimi honorificè Rigenſes, gratoq; animo recolunt. ac me hoc loco laudes illius ſilentio non præterire virtutum illius admiratio impellit. Eſt enim vir hic omnibus Heroicis virtutibus præditus,tantisq; excelſi animi & magnanimitatis à natura dotibus excultus, vt quæcunq; in eximiæ mentis indolæ ornamenta ſpectari poſſint,hic vnus facilè exprimat,& virtutum omnium ideam in ſe conſpiciendam exhibeat. Tanto quidem mentis robore & fortitudine bellica excellit,vt præclaris rebus geſtis, ſummo q; militiæ labore, quem à iuuentute vſque ætatis ad hoc tempus, in omnibus bellicæ rei munijs exantlauit, præclaram nominis ſui memoriam ſit conſequutus. Nam in Belgio, Gallia, Suecia inuitæ virtutis ac fortitudinis plurima documenta exhibuit,& dum Turcæ oppugnarent Sigetum, fortiſſimi militis munera expleuit, inſignemq; operam Imperatori Maximiliano nauauit, Nec hiſce contentus,etiam immanem Schytarum gentem, quæ magnam cladem Moſchouiæ intulerat,precibus Moſchorum Tyranni & amplo ſtipendio inductus bello perſequi decreuit,& in remotiſſimis locis ad amnem Volgam,qui ſe in Hircanum mare exonerat, cum barbara hac gente, acie conflixit, optatamque Moſcho reportans victoriam, ſummis omnibus ab eo præmijs & muneribus affectus eſt. M. D. LXXXVII.

Inde cùm in Danorum Regis aulam concederet, tantam admirationem ſuæ virtutis tandem de ſe concitauit, vt magnis dignitatibus ab eo exornatus, Marſchalcus quoque à Rege & Ductor belli eſſet conſtitutus. ac ſuaſu eius & mandato, cùm Gedanum à Rege Stephano oppugnaretur, in eam vrbem conceſſit, ibique Gedanenſibus virtute bellica ſtrenuam operam nauauit. Pace autem cum Gedanenſibus conſtituta, Rex Stephanus virtutem hominis admiratus, eum vltrò expetit, & dum Moſchum bello aggredi pararet, eum in laborem militiæ & ſocietatem tanti belli ſibi adiunxit, ibi quoque tantam Regis Stephani gratiam eſt conſecutus,vt maximis quibusque præmijs & honoribus auctus, ſummam laudem & nominis ſui gloriam reportarit. Quamuis autem omnem ſuam operam Regi Stephano addicens, alienum à ſe Regis Daniæ animum perſentit: tamen amore patriæ victus in ea potius, quam ex faucibus Moſchi Tyranni ereptam vidit, ætatem degere, omnibusq; viribus ab impreſſione hoſtili ſemper tutari, decreuit.

Et cùm Rex Stephanus fato concederet, Sigiſmundusque Rex omnium votis expeteretur, hic quoque ad regnum eius ſtabiliendum, caſtra Ioannis Zamoiſchij præclari ductoris bellici ſecutus, in tolerandis militiæ laboribus, fortem & ſtrenuam operam Reipublicæ nauauit, ac dum metus Turcici belli immineret, ille quoq; numeroſo milite ex Liuonia vſque adducto in Podoliam excurrit, & quantò ardore mentis in communem nominis Chriſtiani hoſtem, quantoque ſtudio duceretur, tanta mentis ſuæ alacritate abundè declarauit. Non commemoro animum eius, in omnia humanitatis officia ita pronum, ita ab omni ſorditie & tenacitate alienum, vt nihil homo præclarus pulchrius ſibi eſſe ſtatuat, quam vt liberalitatis ſuæ & beneficenciæ exempla vbique edat,de omnibus, & maximè, qui virtute & ingenio pollent, benè mereri ſtudeat. Itaque

Effigiei illius additum ſequens Elogium, carmine præſtantis poëtæ Danielis Boruſſi deſcriptum, hoc etiam loco adiungendum putaui.

M. D. LXXXVII.

In Effigiem & vitam

Magnifici & Generosi Domini

GEORGII FARENSBECI,

HÆREDIS KARKHVSII, PRÆSIDIS VENDENSIS, NOBILITATIS LIVONICÆ militiæ Præfecti, Tarvestensis Ruinensisq; Capitanei, &c.

IStA Farensbeci effigies est vera Georgi,
Hanc frontem, hos oculos, has gerit ille genas.
Quem puerum primis Mars enutriuit ab annis,
Vt primum fausto sidere natus erat.
Pingere membra potest extrinsecus omnia Pictor,
Ast animi dotes pingere nemo potest.
Hunc Belgæ, & fortes Galli, Sueonesq; remoti,
Viderunt iuuenem Martia castra sequi.
Inde vbi Zeriniam Turci obsedêre Sigetham,
Iunctus erat parti, Maxmiliane, tuæ.
Mox vbi finitimos Moschorum, Tartarus, agros
Hostili flamma depopulatus erat:
Moschus eum precibus, precio conduxit & amplo,
Huius ope vt tanto tutus ab hoste foret.
Ergo equitum turmam diros adduxit in hostes,
Quà Volga Hyrcanas aquoris intrat aquas.
Pugnam iniit primus primum prostrauit & hostem:
Victor & insigni laude reuersus erat.
Ergo illum Moschus gazis donauit opimis,
Ingenium admirans Martis ad arma satum.
Hinc vbi discessit, Danorum regis in Aula,
Virtutis meruit præmia magna suæ.
Ductoris Belli, Marsalci munus & illis
Gratia Danorum Regis habere dedit.
Huius & assensu Gedanensem venit in vrbem,
Electo ex gemino rege vbi rixa fuit.
Fistula adhuc memor est, vidit vim viq; repulsam,
Et sub aquas imis tela sepulta vadis.
Non tulit hoc agrè Stephanus rex: militis esse
Nam scijt, arma animo liberiore sequi.

Ergo

M D. LXXXIX

Ergo Farensbecum, pacatis motibus, vltrò
Expetit, in Moschos dum parat ire truces.
Hæc simul ac regis Stephani fuit arma secutus,
(Consensu sed enim rex Friderice tuo:)
Atq; huic rex Stephanus magnas & opes, & honores,
Propensæ mentis regia signa, daret:
Gratia Danorum regis mutata vicissim,
Donatam rursumq; abstulit Osiliam.
Jussit amor patriæ sese huic coniungere, per quem
Erepta ex hostis faucibus est patria.
Rex Stephanus postquam fatis sublatus iniquis,
In viduo liquit regna Polona statu,
Ecce Farensbecus partes defendit vt illas,
Quæ Sueonum regi plurima vota dabant:
Te sequitur Ductor regni supreme Poloni,
Qui Samosciadum nomina gentis habes,
Publica res donec pacata est, pulsaq; Erynnis,
Inq; suo regno rex Sigimundus erat.
Inde Farensbecus, Rigenses inter, Erynnin
Absq; vllo magnam sanguine composuit.
Mox Mahometigenas hostes cùm rumor adesse
Ferret, in hos etiam miles hic arma tulit.
Adduxitq; equites procul è Liuonide gente
In terram & fines, magna Podola, tuos.
Hæc breuis est vitæ series hucusq; peractæ
Magnanimi Herois: talia gesta lege.
Plura animo virtus meditatur fortia magno,
Offerat armigeræ se modò causa rei.
Viue, tuisq; vale magnis virtutibus Heros:
Parta tibi in mundo est nescia fama mori.

Huius ergò fortissimi Herois præsentia & autoritate, legati Rigensium confirmati in vrbem veniunt, acta expeditionis suæ exponunt, & submonitione seuera Domini Farensbachij, vt ciues quiescerent, ac sine tumultu aduentum Regiorum commissariorum experirentur, efficiunt.

Commissarij Regij, cum amplissimis mandatis in vrbem, exeunte Iulio, ingressi, Primùm arma deponi, portas vrbis aliquot clausas reserari, præsidium populi ex noua domo deduci, iubent. Calendis Augusti potestatem agendi plenam sibi à rege tributam Senatui & communitati prælegi & proponi curant. Etsi rex iustissimè durius agere cum ciuitate ob grauissimos excessus ordine commemoratos posset: tamen clementiam suam offerre ac ignoscere omnibus, qui Regiæ M. & Senatui deinceps se parituros esse nunc testificarentur, ac monent vt iuramentum obedientiæ & fidelitatis Regiæ M. vltra biennium iam iniustè dilatum præstent. Duos verò proscriptos, dimissis cæteris, in curia detineri captiuos

M. D. XC. mandant. ac liberari eos, nomine communitatis petentibus, liberam illis facultatem respondendi & se purgandi datum iri promittunt. Deinde securitatem exulibus Nicolao Eikio, Casparo Bergio, Ottoni Kann, tutò in vrbem redeundi præbent, eosq; pristino loco, honori & bonis restituunt. Et Neunero pastore interim
6. Augus. mortuo, hæredes tamen eius restituti sunt. Quibus præsentibus, iuramentum subiectionis & fidei debitæ, sereniſſimo regi Poloniæ & successoribus, in foro solenni ceremonia, præstatur.

Postridie, exules, coram commissarijs, omnibus, se accusare valentibus, sistunt ac nisi legitimè & idoneè se purgẽt, ad pœnam se sponte offerunt. Cùm autem nemo prodiret, à Commissarijs Regijs absoluti, & publicis literis testimonium integritatis & innocentiæ ipsis datum est. Plebs verò tota, suffragijs in Collegio ciuium communicatis, per Tribunumplebis Petrum Rass & collegam, culpam coram Commissarijs Regis & senatu deprecata est. Interea Gisius in custodia, de consilijs tradendæ Sueciæ regi vrbis, & criminibus alijs examinatus, & tandẽ quæ-
12. August. stionibus subiectus, vnà cum Tribuno Ioanne Brinkio, & Ioanne Sengeisen Stan-
14. & 15. Aug. nario capitis supplicio adfecti sunt. Sequentib⁹ diebus, complices proscriptorum, qui in turbanda Repub. maximè inquieti fuerant, per instigatorẽ regium accusati, pro delictorum conditione puniti sunt. Rector scholæ & alij proscripti sunt. Postea Commissarij, propugnaculo ad Dunæ ostium diruto ac solo æquato ad constituendum Reipub. statum se conuertentes, tandem habita ad senatum populumq; Rigensem graui oratione ad mutuam iniuriarum condonationem & pacem ac concordiam, felicitatis & salutis ciuitatum nutriculam, eos hortati sunt: & Diploma (formam Reipublicæ ex consensu senatus & communitatis continens, & testificans, omni sublata indignatione, Regiam M. ciuitati iam plenè reconciliatam & amicam esse) simul exhibuerunt. ac omnia huius commissionis acta in comitijs regni paulò pòst rex Sigismundus III. & regni ordines confirmarunt.

Sic tandem pax & tranquillitas optata ciuitati Rigensi, eximio & singulari Dei beneficio, & Commissariorum prudentia & moderatione, reddita est, & sancitum, vt Anniuersaria die 26. Augusti, Gratiæ solennes publicè agantur, & prælecto Diplomate Regio, & instituta ad plebem adhortatione ad obedientiam & reuerentiam magistratui debitam, memoria huius beneficij quotannis renouetur. De Religione & Templis, Commissarij, in eo statu, de quo cum rege Stephano conuenerat, omnia relinqui voluerunt. Sed Senatu & communitate Rigensi Iesuitas inquietosin vrbem recipere recusante, res tota ad regni comitia reiecta est. Sed hæc & alia Commissariorum acta, vno quasi indice, Rigense Chronicon, quod paratum esse audio, ostendet.

Sueciæ verò regis, ad tractationem de pace, cuius antè meminimus, cum Moschis ineundam, legati fuerunt; comes Axyllus: Nicolaus Bielke: & Christianus Gabrielis, qui ad ripas Bluli fl. ex Peibasso emergentis, sesquimilliare à Nerua profecti, Moschicos, Iuanum Fedrovvitz, Demetrium Iuanovvitz Beremisium, Fentelinum Druseminum, conueniunt, à quibus, arces & prouinciæ, Iuanogrod, seu Nerua Russica, Iammogrod, Coporia, Kecxholm, & cæteræ, ante nouenniũ à Suecis occupatæ, repetebantur: oblata etiam ingenti pecuniæ summa, & addita æternæ pacis promissione. Quam seruaturi essent, modò hæreditariæ illæ magni principis sui regiones, quæ proprium illius patrimonium ab auis & atauis traditum essent, restituerentur. Non cupere se alienas & Suecorum regi hæreditate relictas ab ipsius maioribus terras; sui principis hæreditatem se repetere, ac vt humani sanguinis fundendi occasio vitetur, ingentem vim pecuniæ, pro ijs redimendis, offerre. Cùm autem Sueci, per mandata sua, ne vnum quidem oppidulum ipsis red-
25. Octob. dere licere: & prouincias gladio partas, Sueco, cum omni iure cedendas, vel bello recuperandas esse, affirmarent, re infectâ vtrinq; discessum est. Induciæ tamen duorum mensium, ad Nonas Ianuarij prorogatæ, & ad Sueciæ regem literæ Moschi missæ sunt, quibus denuò se ad pacem offert, & ampliora mandata legatis, de arcium redemptione, dari flagitat. Cùm verò tardius Rex Sueciæ responderet: &

non

non obscurè bellum se cum Moschis gerere potius quàm regiones occupatas reddere velle ostendisset: Moschus ingentem exercitum ex toto imperio suo colligit, ac nihilominus inducijs duorum mensium iam exeuntibus, denuò legatos quatuor hominum millibus comitatos, ad Neruiæ fines mittit, qui de patrimonio suo æquis conditionibus recupetando, cum Succis tractarent, vt sequentis anni initio exponemus. M D. LXXXIX

In Saxonia, Iulivs Dux Brunsuicensis, cùm ditionem Brunsuicensem (quæ patris ætate, perpetuis ferè bellis agitata, Martis potius quàm Musarum studia coluerat) Domicilium veræ ecclesiæ Dei & doctrinarum omnium, Academia condita, & iusticiæ ac pacis sedem redditam: viginti vnum annos feliciter rexisset: VI. Nonas Maij ex hac vita discessit. cuius vndecima Iunij, Henricopoli ad arcẽ Guelforum humati, Funus, multis insignibus, lectuq; dignis orationibus, Academiæ illius professores, & alij cohonestarunt. Regionum amplissimarum gubernationem filius primogenitus, susceptit.

In Holsatio, initio anni, Nobilitas, iuramentum subiectionis, & fidelitatis regi Daniæ & agnatis Holsatiæ ducibus præstare, non quidem recusabat: verùm ea, quibus contra priuilegia grauarentur, tolli primùm, ac in his, electionem episcopi Slesvvicensis liberam prælatis & prouincialibus deinceps permitti, & ius venandi in monasteriorum syluis nobilitati relinqui petebant. Cùm autem regni Daniæ Gubernatores, Generalem priuilegiorum confirmationem, qualis à prioribus regibus & dominis ducatuũ, nobilitati data esset, offerrent: & duos articulos, de episcopa Slesvvicensi, & iure venandi, donec rex adoleuisset, seponi, saluo vtriusque partis iure, peterent: tandem vicarius & consiliarij in Holsatia regij, vt pax & concordia domestica & cum vicinis retineri, & Iusticia administrari, & omnes gubernationis partes rectè constitui possent: non esse diutius præstationem Homagij differendam censuerunt: reliqua nobilitate nihilominus aliquantisper reclamante.

In Belgico, Martinus Schenckius, cùm Berx oppidum, è regione VVesaliæ, commeatu immisso, obsidione liberasset, octiduo post Neomagum noctu inuadens: sed ciuium virtute repulsus, in nauiculam in VVahali fl. se armatus, cum socijs fugientibus, conijcit: Quâ nimium oneratâ submersus perijt. Postridie cadauer à piscatoribus inuentum, & in vrbem reuectum, in quatuor partes dissectum est. Ex vrbe Antuerpia, finito iam quadriennio, in conditionibus deditionis, libertati religionis concesso, plurimi ciues in alia loca habitatum migrarunt.

In Gallia, cùm rex adeo seuerè superiore anno exeunte, præter omnium expectationem, in Henricum ducem Guisium, & fratrem Ludoicum cardinalem animaduertisset: varij animorum motus ac indignationes, in totius regni proceribus & populis, tota Gallia excitati sunt. Parisienses inprimis, summa pertinacia Guisijs addicti, Carolum ducem Mayennæ, Guisij fratrem, Gubernatorem Lutetiç & insulæ Franciæ designant. Omnia edicta, sententias iudiciorum, Parlamenti nomine, Regis abrogato, publicant. Monetam cudunt, cuius epigraphe est. vno in latere Christo regnante; altero, Vindicta sanguinis innocentis. Regis thesauris & scrinijs, quæ Guisius mense Maio vrbe occupata obtinuerat, item armamentarijs & arce Bastille, vt suis vtuntur. Quotquot aduersæ factionis regi addictos opinio est, & in his Dn. ab Harlai, Parlamenti præsidem & collegas aliquot, in vincula conijciunt. Collegium Sorbonæ consultum à præfecto vrbis, consulibus & ciuibus Parisiensibus, An bona conscientia se armare, vnire & contribuere contra regem queant, cui adhuc iuramento ipsi præstito obligati sint; concordibus sententijs pronunciauit, Populum regni Galliæ, à iuramento fidelitatis & obedientiæ, quod Henrico Valoisio, iam hosti ecclesiæ Apostolicæ Romanæ præstiterint, solutos, & liberatos esse, & licitè ac bona conscientia armari, vnire, & pecunias colligere ac tribuere ad defensionem religionis Catholicæ Apostolicæ Romanæ, aduersus nefaria consilia & conatus prædicti regis & quorumlibet illi adhærentium: qui fidem publicam, in præiudicium religionis Catholicæ, & sanctæ vnionis, & li- 13. Decemb.

M. D. LXXXIX. bertatis trium ordinum, in comitijs regni, violarit. Itaq; Carolus Maynius, vir acer & strenuus, coniunctis cum Claudio duce Aumalio patruo consilijs, & ingentibus collectis copijs, necem fratris indignam vindicare, & religionem Romanam defendere se velle profitetur: eoq; prætextu, multas vrbes, Lugdunum, Rhotomagum, Aurelianum, Ambianum & alias, à rege deficientes, sibi adiungit. Rex vicissim se ad defensionem comparans, vniuersam regni nobilitatem, iure clientelari sibi deuinctam, Turonum euocat, & singulos, numerum equitum, quo sibi ex legibus feudi seruire tenentur, adducere iubet. Obedientibus, omnium præteritorum ἀμνηστίαν promittit. Emanentes verò, omnibus suis prædijs & bonis priuatum iri comminatur. Ducem Maynium & Aumalium, conspirationis Guisianæ capita, publicis literis, rebelles, perfidos, periuros, & læsæ Maiestatis reos declarat, & proscribit. Cùm rege Nauarreno, mense Aprili, inducias & fœdus facit. eumq; legatum copijs suis, cum summo imperio, præficit. Exules postliminio redeuntes honoribus & bonis restituit. Ex Heluetijs, aliquot millia peditum conducit, qui in Sabaudiæ ducis, vicinam lacui Lemanno ditionem, primùm impressionem fecerunt. Ducem Maynium, in Turonense suburbium irruentem repressit. Comitem Brissacum, inter Argentonam & Caëmum, in Normandiæ & Britanniæ finibus, per ducem Mompensierium profligauit, & paulò post arcem pontis Sequanæ supra Rhotomagum occupauit; impediens ne quid aduersò Sequana Lutetiam commeatuum inuehatur. Per ducem Longauilleum & dominum de la Noüe, sacræ ligæ copias, oppidum Senlis in Picardia obsidentes dissipauit. & ad viciniam Lutetiæ suos & Nauarræi exercitus duxit. cuius cines inter se dissidentes, & magna victus necessarij, panis præcipuè & salis penuria laborantes, breui in suam potestatem redacturus existimabatur.

Mense Maio & Iunio.

Mense Iulio.

Sed non sic Libycis Syrtibus æquor Furit alternos voluere fluctus: Vt præcipites regum casus Fortuna rotat. Ecce enim dum in castris ad Lutetiam rex, cum magna regni procerum & nobilium parte, in pago S. Clodouæi, ad secundum ab vrbe lapidem desidet: monachus quidam Iacobinus, Iacobus Clemens, præfecto cohortis Prætoriæ indicat, se literas de rebus maximi momenti ad regem habere; quas ipse in manum illi tradere, & simul mandata alia oretenus exponere cupiat. Admissus igitur ad colloquium à rege, dum ex epistolam perlegit, monachus venenato cultello oblongo & acuto, ilia regis perfodit. ex quo vulnere rex postridie decessit. Communicauerat antea monachus de suo instituto cum confratre, magnam doctrinæ & sanctitatis opinionem habente; & ab Angelo se iussum esse, regem tyrannum & hæreticum ex medio tollere iactitarat. à quo confirmatus, ac vt Holofernis mors Bethuliæ, sic regis interitum toti Galliæ pacem redditurum esse persuasus, maiori alacritate facinus tantum aggressus est. Rex accepto vulnere, nullum adhuc vitæ periculum subesse sperans, omnibus regni ciuitatibus sibi addictis, quid acciderit, per literas ostendit, ac vt constantiam & fidem, regi debitam præstent, hortatur. Postridie autem, medio iam noctis abactæ, cum fatalem horam instare sentiret: Hæredem & successorem Coronæ Nauarrenum designauit. Qui Testamentum proceribus regni, in castris præsentibus, de Catholica, Apostolica, Romana religione, in regno Galliæ, integra & illibata, cum vitæ etiam periculo defendenda, neq; in illius exercitio, personis, politia aut Bonis ecclesiasticorum, mutatione vlla admittenda præstitit, & pro sua persona, decretis pij & legitimi Generalis vel nationalis concilij se obtemperaturum: idq; vt quamprimum instituatur operam daturũ promittit. Exercitium religionis aliud, præterquam ijs in locis, vbi nunc vsitatũ, nullum admittet, donec restituta communi pace aliter prouideatur. Coronæ officiarijs nobilibus & cæteris statibus, obedientiã & fidem debitam præstantibus, iura & priuilegia sua confirmat. Postremò, cædem regis defuncti perfidã & immanem se, cum vitæ etiam periculo, vlturum esse ostendit. Vicissim principes sanguinis, pares, duces & nobiles pleriq; fidem & obedientiam Henrico IIII. Galliæ & Nauarræ regi iurant, & parricidium in regem defunctum, à rebellibus, regni perturbatoribus perpetratum, cum sanguinis & bonorum suorum iactura se vindicaturos esse, affirmant.

2. Iulij. nostri.

1 August. Gregor.

2. Iulij. nostri.

Cùm

Cùm autem potentia & autoritas noui regis nondum satis confirmata esset: & multi nobiles ex castris petita venia domum se referrent; quidam etiam diutius deliberandum censerent: relicta vrbis Parisiorum obsidione, partem copiarum, quæ iam diminui cœperant, duce Longeuillano, in Picardiam; alteram, duce Aumontio, in Campaniam misit. Ipse retentis secum regij sanguinis principibus, Condeo, Mompenserio, Bironio, Danuilleo, Castilioneo, & mille equitum, 6000. peditum comitatu, in Normandiam ducit, vbi Pontis Larcæ oppido ad Sequanam occupato, Rhotomagum tentat. Accedente verò duce Maiennæ, cum Belgicis & Henrici Marchionis de Ponte, Lotharingicis auxilijs amplissimis, reuocato Longeuilleo & Aumontio, Diepam se contulit, & propè oppidum Arques, ad Berhunam fl. castra castris hostium opposita integrum ferè mensem Septembrem habuit. Et quanquam simulata transitione, aliquot cohortium Guisianarum, proditoriè quidam in castris regijs trucidati, & tria signa adempta sunt: tamen aliquot leuioribus prælijs hostes profligati, exercitum trans Sequanam tandem abduxerunt. Rex Diepæ aliquantisper adhuc commoratus, constitutis in Normannia rebus, & 4000. Anglorum copijs à Regina Angliæ receptis, tandem lentis itineribus ad Lutetiam accedit, cuius suburbia ad S. Marcellum, Victorem, S. Iacobum, Michaëlem, S. Germanum, distributis copijs, vno impetu occupauit Calend. Nouemb. Cùm verò Carolus Dux Maiennæ, sequenti nocte, in vrbem cum exercitu redijsse nunciaretur: excedit suburbijs in liberos campos, si forte ad prælium elicere Guisianos posset. Sed cùm hi, in ciues conspirationis cum rege suspectos, crudeliter grassarentur: ipse oppidum Estampes recipit. Ianuillam deditione accipit. Vernomam vi occupatam diripit. Inde Turonum digressus magno procerum & vulgi applausu excipitur, & Venetum Legatum de regno gratulantem & amicitiam petentem, audit. Reuersus ad exercitum, metropolim prouinciæ Manseause (2. Decemb.) Lauaniam (9. Decemb.) & Maiennam occupat. Alenzonium (23. Decemb.) deditione accipit.

M. D. LXXXIX.

21. Octob.

6. Nouem.

21. Nouemb.

Anglia Regina, instructissimam mense Aprili classem, Antonio Lusitaniæ rege exule, & Francisco Draco, & Norricio ducibus, in Hispaniam misit, quæ in Coronæ portu appellens, multas ibi Hispanas naues omni genere commeatus & classico instructas instrumento, cepit. postea in Tagi ostium descendentes Angli, milite in terram exposito, Cascais oppidum Lysibonæ vicinum, & quoddam Lysibonæ suburbium (corporis Christi, vt ferunt, dictum) occuparunt. Verùm triduò post, multis cæsis, cæteri in naues reiecti sunt: vbi ad ostium Tagi aliquantisper commorati, plurimas Balthici littoris ciuitatum naues, frumento onustas, interceperunt. Præmonuerat enim Regina, superiori anno, ciuitatũ maritimarum mercatores, ne hosti suo Hispano, durante bello, commeatum aut munitiones adueherent: alioquin deprehensos nauium & mercium iacturam facturos esse. Cùm autem in classe Anglica, lues tetra, & fames grassaretur, non vlterius progressi, domũ in Angliam, ductis secum Orientalium ciuitatum nauibus, cursum direxerunt. vbi à littorum aditu prohibiti Germani, ne istuc quoque pestem inferrent: miserabiliter plurimi perierunt. Ciuitatibus, de nauium suarum iactura, & nauigationem iure naturæ liberam impediri, querentibus, & de medijs releuantibus se cum Cæsare & imperio acturos ostendentibus, respondet Regina: se nauigationem, qua hostis ipsius non armetur, nec status regni in periculum adducatur, non impedire. Verùm vt hosti gladium in manus porrigi, se vidente, sinat, quo ipsius iugulum petatur, hoc certè iuri naturæ penitus fore contrarium. Minas verò ciuitatum, scribæ imperitiæ se tribuere: Non enim decere ciuitates Regibus minitari. Se vicinitatis iura cum quibuscunque fœderatis sanctè colere: iusticiam in omnes omni cura exercere: maximorum regum, nedum ciuitatum, minas contemnere. Eandem excusationem, scripto publicè edito, & declaratis copiosè causis, cur classiarij Anglici Naues Hanseaticas commeatum & apparatum bellicum hosti suo Hispano aduehentes, iustè ceperint, repetiuit.

4. Maij.

2. Iunij.

30. Iunij.

In Dania, regni comitia, ad Trinitatis, Hafniæ celebrata sunt. Vbi inter

M. D. LXXXIX. cætera negocia, Feudum ducatus Sleſvvicenſis & Cimbriæ inſulæ, à Chriſtiano IIII. Daniæ Rege & regni Danici ſenatu, ducibus Sleſvvicenſibus & Holſatiæ potentibus, ſolenni ceremonia collatum eſt. Inter legatos Chriſtiani IIII. ac fratrũ Vlrici & Ioannis iunioris, tanquam Holſatiæ ducum, Henricus Ranzouius, regius
5. Iunij. in Holſatia vicarius, princeps fuit. Philippi ducis Holſatiæ & fratrum nomine, Detleuus Ranzau & Caſparus Hoierus, Friſiæ Eidorenſis præfectus: nomine ducis Iohannis ſenioris, patrui Chriſtiani regis, præfectus Sonderburgenſis, & Petrus Gundelfinger, ad hoc negocium deputati fuerunt.

20. April. ANNA, Chriſtiani IIII. Danorum regis ſoror, Friderici II. filia, Iacobo VI. Scotorum regi deſponſata eſt, Nuptiæ vſitato Regibus procul abſentibus more, Croneburgi celebratæ, & legato Scotorum regis, Georgio Keith, regni archimarſcalco, & Marriæ ac borealis Scotiæ Gubernatori, ſponſa Regia, per miniſtrum
1. Septemb. verbi diuini iuncta, & in communem lectum adlocata, & cum quatuordecim nauium Danicarum claſſe armatâ, ſenatoribus aliquot regni & miniſtris nobilibus adiunctis, in Scotiam ſoluit. Sed non vltra Norvvegiæ ſinum Asloenſem progreſſa, aliquot hebdomadas, in arce Aggershuſana, aduerſis ventis, alijſue remoris impedita, deſedit. Quod vbi rex Scotiæ, ſponſus iuuenis, ex ſuis didiciſſet: ipſe ex Scotia ad ſponſam, in Norvvegię oppidum Asloiam properans; hyeme, maturius hoc anno ingruente oppreſſus, nuptijs cum ſponſa celebratis, in Daniam ad reginam
25. Nouemb. 21. Ianuar. ſocrum terra profectus eſt. ac Croneburgum in Selandia tandem peruenit, vbi hyemem reliquam exegit.

In ſuperiori Germania, Ioannes Sturmius, Argentinenſis Academiæ Rector, de plurimorum ſtudijs, & tota republica literaria, optimè meritus, anno ætatis 82.
3. Martij. ex hac vita diſceſſit. cùm aliquot ante mortem annis, in Gubernatione ſcholæ, ipſi Melchior Iunius, vir optimus & doctiſſimus γνήσιος Sturmij diſcipulus ſucceſſiſſet. Hyems hoc anno maturior ſolito poſt Idus Nouembris cœpit, & copioſas ac continuas ferè niues, vſque ad Nonas Ianuarij, fudit. quas ſubita remiſſio paucis diebus ſecuta, rurſus acerrimum gelu, cœlo plerunque ſicco, & per totum Martium ſereniſſimo, vſque ad Nonas Aprilis durauit.

FINIS LIBRI VICESIMI OCTAVI.

CHRONICI LIBER VIGESIMVS NONVS.

Annum 1590. & duos sequentes complectens.

Nobilissimo genere ac ingenio, & virtute ac sapientia præstanti, Dn.

IOACHIMO A BASSEVVITZ, SERENISSIMI DANIAE REgis Christiani IIII. & Illustrissimi ducis Megapolitani VLRICI Consiliario, Capitaneo Dobbertinensi, & domino hæreditario in Levvizovv, patrono colendo

S. D.

Filium Dei Emanuelem nobis natum & datum, à cuius Genethlijs, quæ æternæ salutis nostræ exordium fuerunt, Anni etiam noui principium in ecclesia ducimus, toto pectore precor, vt venientem annum, felicem, tranquillum & salutarem, Vobis & illustrissimis principibus vestris, & toti ecclesiæ ac Reipublicæ Christianæ efficiat, & nos singulos doceat, gubernet ac seruet. Cùm autem vsitatum sit, initio anni beneuolentiam & obseruantiam erga Patronos & amicos suam missâ strenâ declarare: ex penu meâ literariâ munusculum depromsi, Rerum memoriâ dignarum, quæ anno superiore in hoc orbe Arctoo acciderunt, delineationem. Quam M. V. quæ præcipuis in Republica negotijs aliquot iam annos interfuit ac præsuit; prudentia & πολιτικῇ suâ limatam & auctam conformaret ac expoliret, vt cum alijs etiam pluribus amicis, & cognitionis rerum studiosis, possit communicari. Ea enim Heroici ingenij & naturæ vestræ Bonitas & benemerendi de alijs ardor est, vt vestro etiam exemplo, veteriq; oraculi, χρηστὸς ἀνὴρ κοινὸν ἀγαθὸν, sententiam comprobetis, & autoritatem vestram, sapientia & virtute partam, non ad fastum vel commoditates proprias, aut humiliorum oppressionem, sed publicam generis humani salutem conferatis. sicut Aristoteles Alexandrum hortatur, vt cogitet, Regnum ipsi datum esse, πρὸς εὐεργεσίαν, & πρὸς ὄφελειαν. Spero etiam, hanc meam voluntatem & studium annotandi singulis annis euentus patriæ nostræ memorabiles, sapientiæ ac æquitati vestræ, candidè probari, & patrocinio vestro, aduersus sycophantarum morsus, defensum iri. Excellentiæ vestræ studia & officia mea, cum obseruantia & fide, vicissim defero, & Deum, vt nos regat & protegat, dennò precor. Benè & feliciter valete.

SVECIA

M. D. XC.

SVECIÆ regis Commissarij, cum Moschis denuò acturi, Neruam appellunt. quorum mandata etsi nihil à prioribus differebant, tamen cum Russicis seu Moschi legatis, osculo crucis se, dum colloquium de pace duraret, nihil hostile moturos testantibus, tractationem post biduum inchoaturi erant. Sed cùm nuncius, de villa Iammensi, eadem die, quâ crucem illi osculati essent, à Russorum excursoribus direptâ ac incensâ, esset allatus: etsi impressionem illam legati, se prorsus inscijs & inuitis factam esse testabantur, & ad inchoandam actionem Suecos euocabant: tamen indignantibus & ignem ac minas spirantibus Suecis, legati Moschici ad Cæsaris sui exercitum, quem tantum, & tam propinquum esse, Suecis nondum eo tempore constabat, redierunt. Sueci vim ad Iammam recens factam vi vlturi, cum copiolis suis equestribus & pedestribus ac tormentis bellicis postridie ad castra legatorum, quæ iam vacua erant, & deinceps aliquot milliaria in Russiam progrediuntur. Sed nullos hostes præterquam agricolas in pagis inuenientes, emissis exploratoribus, cognoscunt, magnum Moschouiæ ducem Theodorum, cum ingenti centum millium hominum exercitu Suecos bello aggressurum adesse. Itaq; suis copiolis non fidentes, properè Neruam redierunt. Interea Moschorum dux, Iammam arcem, quatuor à Nerua milliaribus, obsidet. Præsidiarijs & ciuibus, si se sponte dedant, incolumitatem corporum, & quò vellent abeundi vel manendi facultatem liberam pollicetur. Illi re deliberata, cùm tantam vim hostilem à se sustineri non posse cernerent, nec vlla auxilia sperarent, Moscho arcem dedunt. qui fidem ipsis datam sincerè seruauit.

5. Ianuar.
10. Ianuar.
11. Ianuar.
13. Ianuar.
21. Ianuar.
24. Ianuar.
26. Ianuar.

29. Ianuarij. Suecici duces, cùm Iamogrodam in Moschi potestatem redactam, & Moschi exercitum iam non procul à Nerua abesse cognouissent; ne ab hoste eo loco obsessi includerentur: ostendunt, se vicinæ prouinciæ vastationes, prohibitis Moschorum incursionibus, auertere, & pluribus ex vicinia coactis militibus obsidionem Neruæ soluere decreuisse, & media nocte, copias, paucis equitibus & peditibus relictis, ex munitione Neruensi, VVesenbergam versus educunt. Cumque ex regno Sueciæ, præteritis proximè mensibus, hyeme maturius solito ingruente, naues commeatu & milite oneratæ in Liuoniam peruenire non potuissent; nulla re memorabili gesta duces cum copijs VVesebergæ postea desederunt. Moschici verò exercitus Imperator, Borisouius Fæderovvitz Gudenoff, animaduerso Suecorum ex Nerua discessu, cuestigiò Tattarorum aliquot millia eos insectari iussit, qui ad Purtium fl. decem à Nerua milliaribus Suecos insecuti, Ioannem Meidel & Ottonem Vrangelium, nobiles Liuonos, ac rhedas aliquot cum omni supellectili interceperunt, & retrò ad suos conuersi, Allentaciam totam direptionibus & incendijs vastarunt. Rursus aliud agmen in Finlandiam, omni præsidio destitutam, missum, aliquot millia hominum & pecorum, domibus incensis, in tristissimam captiuitatem abduxit.

30. Ianuarij.

Obsidio autem Neruæ, die 4. Februarij, octo castris Russorum circum eam positis, inchoata, & actis munitionibus tormenta inusitatæ magnitudinis propius muros paulatim promota sunt, quibus, à duabus oppidi partibus, circiter viginti duæ muri orgyiæ vtrobiq; deiectæ sunt. Moschus ante oppugnationem denuò pacem Neruensibus, si sponte oppidum dedant, vel Russicas arces & prouincias restituant, per literas & interpretem Ioannem Maydelium, quem paulò ante captum diximus, clementer offert. Sed cùm nunquam se regis sui munitiones hosti tradituros præfecti respondissent: oppugnationem oppidi summis viribus Moschi instituunt. Qua ab illucescente die ad meridiem continuata, plus quàm dimidia pars præsidij Suecici, hostes ingenti impetu & clamore irruentes, & muros ac propugnacula occupantes fortiter depellens, partim in ipso conflictu cæsa, partim globis & sagittis venenatis lethaliter vulnerata perijt. Tandem Dei auxilio, Moschi ex vallo, quod occuparant, deiecti, & vrbs conseruata est. Cùm autem

4. Februar.

post

poſt biduum denuò tentaturi oppugnationem, coniectis in oppidum magna co- M. D. XC.
pia globis ignitis Ruſſi viderentur: milites, qui in præſidio erant, & ciues reliqui, 21. Febr.
præfectum vrbis Carolum Henrici, virum fortem & rei militaris peritum, adeunt,
& conſiderata defenſorum paucitate, & hoſtium, qui Neruam iam eneruatam, &
ferè expugnatam, non miſſuri eſſent, potentia & multitudine: & quod nihil à ſuo
rege auxilij hoc anni tempore exſpectare poſſent: de inducijs & pace cum hoſti-
bus agi petunt. Quare datis vtrinque obſidibus, nomine Magni Moſchorum du-
cis, Ignatius Petrovvitz Tatiſouius, & Druſina Penſelinus Cancellarius, cum Ca-
rolo Henrici & ſocijs ſub Iuanogrodo in tentorijs colloquuntur. Etſi autem Mo-
ſchus, niſi omnes hæreditariæ Imperij Moſchici prouinciæ à Sueco detentæ,
Kexholma, Coporia, Iuanogrodum ſeu Nerua Ruſſica redderentur, pacem ab-
nuebat: tamen cùm Kexholma in Caroli Henrici poteſtate non eſſet: conue-
nit tandem, vt Nerua Germanica obſidione liberata, in Sueci poteſtate maneret:
Iuanogrodum verò ſeu Nerua Ruſſica, & Coporia, Ruſſis reſtituerentur, deductis
tamen ante incolumibus præſidijs ac tormentis Suecicis. Inducíæ etiam vſque
ad Nonas Ianuarij anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo ſancitæ
ſunt, vt interea de pace perpetua inter Reges amplius agi poſſit. Poſtridie claues
Iuanogrodi, Cancellario PENSELINO, vnà cum arce, & quatuor tormentis ma-
ioribus, quæ Pontus dela Gardia ibi inuenerat, Moſcho traduntur. Sequen- 26. Febru.
ti die THEODORVS Moſchorum Cæſar ipſe Neruam Ruſſicam ingreditur,
rheda lignea, in qua Caminus erat, & quam non equi, ſed homines mul-
ti trahebant, vectus: veſte candida & auro intertexta indutus. nec plus vna
nocte ibi commoratus, in Moſchouiam abducto ex Liuonia exercitu, re-
dijt.

Cum autem in Sueciam, amiſſarum tot prouinciarum & artium nuncius ad
regem allatus eſſet: vehementer animo turbari, & ingenti indignatione ac fremi-
tu, aduerſus eos, quorum culpa cladem hanc acceptam credebat, exardeſcere cœ-
pit. & Carolo fratri reconciliatus, omnibus eum negocijs in aula & totius regni
adminiſtratione præficit, & Moſcho traditas à ſuis arces & prouincias, ſe bel-
lo, cuius Dux ſummus Carolus futurus ſit, repetiturum oſtendit. Ideoque a-
liquot millia peditum ac equitum, ex regno Sueciæ, Reualiam & Neruam in Li-
uoniam miſſa ſunt. quæ poſt irritum Pacificationis, denuò inter Suecos & Mo-
ſchos inſtitutæ, exitum, Neruam Ruſſicam obſidere & tormentis oppugnare in-
ſtituerunt. Sed nouis ac firmiſſimis munitionibus arce vallata, & Ruſſis fortiſſi-
mè eam tuentibus: deſperata oppugnatione in hyberna diſtribui cœperunt.
Moſchis paulò pòſt, incendijs ac direptionibus, mediterraneas borealis illius
Liuoniæ regiones vltra VVeſenbergam peruagantibus. In Germania etiam,
milites nomine Regis Sueciæ conducti, & Dantiſcum ire iuſſi ſunt, vbi à Com-
miſſarijs Regijs luſtrandi & viatico inſtruendi, & nauigijs Reualiam in Liuo-
niam tranſuehendi eſſent. At miſeri, Dantiſcum venientes, nec commiſſarios,
nec pecuniam inueniunt, & ex vrbe excluſi, in ſuburbio Scottorum, quod epi-
ſcopi Cuiauienſis oppidum eſt, & vicinis pagis, aliquandiu diuertentes, iterum
dilapſi ſunt.

Varias autem hic militum ad Dantiſcum concurſus, ſuſpicionum occaſiones
Poloniæ præbuit: Quam varij hoc anno motus externi ac inteſtini exercuerunt.
Cùm enim ſuperiori anno, Moſchus, de congreſſu Regum Sueciæ & Poloniæ 1589.
patris & filij, Reualiæ inſtituto, cognouiſſet: & bellum ſibi cum Sueco, Poloniæ
regis viribus confirmato, illatum iri iudicaret: pactionem & fœdus cum Tattaris
Crimeis, addito etiam quinquaginta millium Vngaricorum donatiuo, inierat,
vt in Ruſſiam Poloniæ regi ſubiectam, impreſſionem hoſtilem illi facerent, ne Po-
loni, proprio bello in Podolia occupati, iuuare Suecum ex Liuonia Moſchos
oppugnantem poſſent. Inciderant eodem tempore offenſiones, inter Polo-
nos & Turcas, quibus redintegrata cum Auſtriacis principibus, quos capitali
odio Imperator Turcicus proſequitur, Polonorum amicitia, ſuſpecta erat. Quam

ſuſpi-

M. D. XC. ſuſpicionem augebat legati regis Poloniæ Palatini Belſenſis, qui hæreditariam pacem & fœdera cum Turcis renouaret, ante biennium in Turciam deſtinati, mora & tarditas. Incendit hanc denique Niſouiorum in finibus regni ad Boryſthenis & Tyræ oſtia, impunè graſſantium temeritas & petulantia. Quam grauiſſimis periculis, ipſiq; adeò Turcico bello, regnum Poloniæ, niſi coërceretur, aliquando implicaturam, Rex STEPHANVS ſæpè prædicere ſolitus fuit. Hi enim in Turcicas naues onerarias, ad littus Ponti Euxini ſtationem habentes; & amicitiæ Polonicæ fiducia ſecuras, impetu facto, mercimonia & bona, quæ vehebant, omnia diripuerunt. Quam nauium deprædationem, etſi grauiter & iniquo animo Turcicus Imperator ferebat, tamen legato Polono, qui tunc in aula Byzantij erat, rege ſuo inſcio & inuito iſthæc à Niſouijs perpetrari excuſante, amicitiæ regiæ ſe remittere ac condonare oſtendit. Sed vix dum Conſtantinopoli digreſſo Poloni nuncio, Niſouij in Tauricam Cherſoneſum irruentes, Turcicum oppidum Codon, mercatibus celebre, inuadunt: inque eo, trecentis circiter mercatorum Tabernis direptis ac expilatis, prædam ingentem, plurimis interfectis, aſportant. Hæc verò iniuria, ad priores accedens, planè indigna & intolerabilis viſa, ſic Imp. Turcici animum inflammauit, vt exercitus ſuos, ad fines regni Poloniæ ſubitò mitteret, mandaretq; Tattaris, iam ante à Moſcho excitatis, vt ferro flammaq; prouincias regni Poloniæ popularentur. Tattari prædæ inhiantes, vt ſoli ea potirentur, Turcicum exercitum anteuertunt, repentinoque impetu, inaudita celeritate, nuſquam poſitis ſtatiuis, contento quaſi curſu, vniuerſam Podoliam percurrunt. Ita factum eſt, vt pluribus in locis ſparſim, capitaneus Circaſſenſis, Chimelricenſis, Iacobus Struzius ſatis infelici exitu: alij felicius agmina quædam Tattarorum profligarent, donec tandem Tattaros cum præda & captiuis ad Boryſthenem redeuntes, Niſouij adorti, acri prælio fuderunt, & plurimis ac in his fratre Chami, cæſis, captiuos liberarunt. Ad Beglerbegum verò Turcicum, ad Tyram fl. in VValachia deſidentem, Ioannes Zamoiſcius, militiæ regni Poloniæ generalis præfectus, miſſis literis, & de veteri fœdere violato queſtus eſt, & vtrum amicus an hoſtis eſſet, quæſiuit. Is verò, Imperatorem ſuum, à pace cum Poloniæ regno tuendâ, non alienum eſſe oſtendit, modò Coſacci ſeu Niſouij, à quibus tantæ iniuriæ ſubditis illius oblatæ eſſent, ſupplicijs affecti & planè ſublati eſſent, & arces nonnullæ in finibus poſitæ diruerentur. His ſuperiori anno peractis, Paulus Vchanſcius, Belſenſis Palatinus, ad Imperatorem Turcicum, nomine regis ac regni Poloniæ de veteribus pactis & fœderibus, & Hæreditaria pace renouanda profectus, Conſtan-
14. Martij. tinopoli obijt. Mandata ipſius expoſuit Turco Nicolaus Ziſouius collega. qui ad comitia regni Poloniæ VVarſauiam reuerſus: quatuor pacis conditiones, regno Poloniæ parùm honeſtas ac ferè intolerabiles, de Tributo annuo, Turcarum Imperatori, nomine Poloniæ regni pendendo; de Arcibus limitaneis ſolo æquandis: de Coſaccis extinguendis; ac vt in comitijs electionis noui regis, Turcicus legatus ſuffragium teneat, cuius, vt in tribus proximis electionibus factum erat, ratio habeatur: retuliſſe ferebatur.

Cùm igitur periculum, quod à Turca, cum Perſis pacem iam habente, regno Poloniæ immineret, in immenſum Zamoiſcius regni Cancellarius & militiæ præfectus exaggeraret, & omnes ordines, per Reipub. ſalutem, & regis Stephani ſapientiſs. admonitionem, qui omnia Reipublicæ conſilia, omnes publicas actiones, commentationem quandam eſſe belli Turcici debere dixerat, obteſtaretur, vt maturè prouiderent, & pecuniam ad gerendum bellum & libertatem Reipub. tuendam, & ad reliquos ſumptus gubernationis togatæ & bellicæ neceſſariam conferrent: magnæ & inuſitatę hactenus in eo regno exactiones, omnium ordinum ſubditis impoſitæ ſunt, & conſtituti poſtea Commiſſarij, qui eas in ſingulis prouincijs exigerent ac fiſco inferrent. Miſſi etiam ad Germaniæ principes legati, periculum commune cum vicinis futurum denunciantes, & pecuniam ac militem auxiliarem flagitantes. Conſcribuntur equitum ac peditum copiæ, & ad ducem exercituum in Ruſſiam, Poloniæ regno ſubiectam, mittuntur.

Cùm

Cùm autem post finita comitia, rumores de Turcarum impressionibus paulatim sopirentur ac euanescerent, & qui ex Turcia veniebant mercatores Armenij & alij, nullam in Turcia belli Polonis inferendi mentionem haberi, & Turcam Persico bello adhuc implicatum, pacem cum Polonis & alijs vicinis seriò expetere, nunciarent: Nobilitas inquieta, suffundentibus frigidam senatoribus aliquot Zamoiscio infestis, initiò sparsim, tandem Colæ, in conuocatione, quam nominant generali, Articulos vnum & triginta, de abrogandis commissarijs contributionum, & alios, ad restringendam ducis belli Iohannis Zamoscij autoritatem, & totam rei bellicæ administrationem, & regis electionem, officium & Fiscum pertinentes sanciunt: quos, indictis quàmprimum à rege comitijs solennibus petunt confirmari. ac ordines ad initium Decembris VVarsauiam conuocati sunt, vbi intestinis dissensionibus sublatis, Rempublicam regni rursus pacatam & in pristinam quietem restitutam esse audimus. Offensiones verò & controuersiæ, quæ cum Turcarum Imper. Polonis intercesserant, interuentu Oratoris Reginæ Angliæ Constantinopoli mitigatæ, & pacis renouandæ & fœdera antiqua confirmandi spes facta est. Quo nomine gratias Reginæ Angliæ Polonus literis, 22. August. scriptis, prolixè agit. M. D. XC. 10. August.

Rigæ in Liuonia, iam regi Poloniæ subdita, Iesuitæ tandem, magno cum ministrorum ecclesiæ, senatus, & piorum omnium dolore ac fremitu, restituti sunt. cùm assiduis & grauissimis obtestationibus, Pastor ecclesiæ Paulus Oderbornius, cum collegis, auditores ad constantiam in agnita confessionis Augustanæ religione, assiduè hortaretur, & coram rege ipso, Reualia reuerso, luculenta oratione latina in arce deprecatus esset: postea etiam misso ad Regem & ordines in comitijs VVarsauiæ congregatos, libello supplici, piè ac grauiter scripto, auertere mutationem imminentem conati fuissent. 15. Iunij.

In DANIAM, Iacobus VI. Scotiæ rex, cum coniuge, Daniæ regis sorore, recens Asloiæ sibi copulata; à Daniæ Regina socru, & senatu regni inuitatus, per Norvvegiæ scopulos niuibus obrutos, & Nilosiam Sueciæ prouinciam, & Scaniæ oppida progressus, Croneburgum tandem appulit: Ad eum mense Aprili demum, VLRICUS dux Megapolitanus, nouæ Reginæ Scoticæ auus maternus: & Henricus Iulius dux Brunsuicensis, ex Germania traiecerunt. ac præsente Scoto, Brunsuicensis, ipso die Paschæ, cum Elisabetha, Scoticæ reginæ sorore, nuptias celebrauit, deducente sponsam ad copulationem Christiano IIII. Daniæ rege, fratre & Vlrico Megapolitano auo materno: reducente Iacobo Scotiæ rege, & Sigismundo Augusto duce Megapolitano, Ioannis Alberti filio. Exeuntibus ferijs, Iacobus Scotiæ rex, cum coniuge iter maritimum ingressus, & felicissima nauigatione vsus, Calendis Maij Lethæ incolumis appulit: ac indicto statim conuentu procerum regni, Regina Scotiæ coronata, & biduò pòst, Edinburgum ingressa, summo omnium ordinum applausu excepta est. Sororem Reginæ Elisabetham, mater Daniæ Regina, in domum mariti VVolferbytum deductura, pridiè Pentecostes, cum filio Vlrico & tribus filiabus, Rostochium appulit, vbi in ferijs commorata, conciones publicas in templo præsentia sua honestauit. Posteà cum patre Vlrico duce Megapolense & Ernesto Ludoico Pomeraniæ duce, VVolferbytum vsq; filiam ad maritum comitata est. 21. Ianuar. 21. April. 17. Maij. 19. Maij. 6. Iunij.

Interea domi, regis Christiani IIII. & Philippi, Holsatiæ ducum patruelium, Commissarij, cum Holsatis Nobilibus, qui biennium integrum post Daniæ regis Friderici obitum, iuramenti fidelitatis præstationem distulerant, Flensburgi tandem transegerunt. Regij, incolis vtriusq; Ducatus, Slesvvicensis & Holsatiæ, cautionem Senatus regni exhibuerunt, qua promittunt, regem, cùm ex ephebis excesserit, ipsum, Nobilitati & cæteris subditis, confirmationem priuilegiorum in originali, eadem forma, qua pater Fridericus, daturum esse. Deinde, Philippus Holsatiæ dux, literas confirmationis priuilegiorum ordinibus tradit, eaq; se fideliter defendere ac tueri velle iurat. Posteà vtriusq; Ducatus ordines, Christiano regi, & Philippo, debitum fidei ac subiectionis Iusiurandum solenne præstiterunt.

M. D. XC. Ioanni verò Holſatiæ duci, regis Chriſtiani patruo, & Philippi patrueli, idem iuſiurandum ſibi etiam dari, & dotem filiæ recens elocatæ, à prouincialibus contribui petenti; vtrumque negatum eſt, quòd hæc ſolis principibus Rempub. vtriuſque ducatus gubernantibus deberi adfirmarent. Controuerſiam de Sleſvicenſi Epiſcopa inter regem Chriſtianum & Philippum Holſatiæ ducem, componere conſiliarij, adinnctis Vlrici ducis Megapolitani & VVilelmi Haſſiæ Landgrauij legatis, irrito tamen exitu ſtudebant. ſicut & altera diſceptatio, de Feudo ducatus Holſatiæ à Cæſar. Maieſt. accipiendo, inter Chriſtianum & Philippum ab vna, & Iohannem ducem Holſatiæ, ab altera parte intercedens, ad vlteriorem tractationem, circa Martini ſuſcipiendam, reiecta, ſed inopinato & immaturo Philippi Holſatiæ principis adoleſcentis, qui 18. Octobris Gottorfiæ phthiſi extinctus eſt, obitu, in ſequentem annum dilata eſt.

Saxonia tota, Dei beneficio, tranquilla hoc anno fuit. Etſi enim rumores bellici, de magnis equitum peditumque copijs, ex Saxonia in Galliam ducendis, vt ſereniſſimo Galliæ & Nauarræ regi Henrico IIII. ab Hiſpanis & Guiſijs confœderatis oppugnato, opem fidam & maturam ferrent, paſſim ſpargebantur: tamen intra rumores omnia conſtiterunt. Henricus Galliæ Rex, initiò veris, victoriam inſignem, de Carolo Maiennæ duce confœderatis, in prælio ad Druidum vrbem adeptus erat, in quo Philippus Egmondanus, Belgicorum auxiliorum à rege Hiſpaniæ ſubſidiò confœderatis miſſorum, Dux cæſus, equites diſſipati, & Heluetij, duce Ludoico Peifero Lucernate, ac cæteræ pedeſtres copiæ omnes, in regis poteſtatem, traditis vexillis & armis, venerunt. Mox curſum victoriæ vrgens Nauarræus ad vrbem Lutetiam exercitum ducit. Sed tanta fuit ducum in vrbe ac militum conſtantia & pertinacia, vt extrema omnia ſubire, & Saguntinam famem perpeti potius, quàm Nauarræo ſe ſubijcere ac dedere mallent. Itaq; totos ſex menſes obſidio vſq; in Septembrem ducta eſt. Interea Maiennæ Dux, partium ſuarum propugnator pertinaciſſimus, clade accepta nequaquam fractus, à rege Hiſpaniæ & cæteris confœderatis, nouas copias, Hiſpano neruos belli, pecuniam & milites ſubminiſtrante, colligit. ac Parmenſis Dux, Alexander Farneſius, cum delectis Hiſpanorum, Italorum & Belgarum militibus veteranis circiter 15000. mandato regis Philippi, ipſe in Galliam, facto per Valencenas, Guiſam, Meldas, Sueſſiones itinere, paulatim ad Lutetiam propius accedit, & oppidum Laigny ad Matronam ſitum, in conſpectu Nauarræi expugnat, & aditum ad vrbem Lutetiam ſuis patefacit, & commeatum indueit. Rex qui 20000. peditum, & 6000. equitum, & his præfectos principes Condeum, Sueſſonium, Montpenſerium, Borbonios, Longouilleum, Niuernenſem, Tremolium, & militaris diſciplinæ duces peritiſſimos, Bironium, Aumontium, La Noëum, Caſtilioneum, Lauardinum, vicecomitem Turonenſem, aliosque virtute præſtantes in exercitu habebat: omni arte, ad prælium Parmenſem euocabat. Quem cùm detrectare & aggeribus ac foſſis ſe vbiq; munire videret; vrbibus Lutetiæ vicinis præſidia imponit, copiarum partem in Normandiam, Picardiam, Campaniam diſtribuit. Interea Parmenſis, Corbeilium oppidum, ad Sequanæ & Stampei confl. aliquot hebdomadas, fortiſſimè ſe defendentibus, Feinio Biturige duce, præſidiarijs, oppugnat, & aliquot millibus ſuorum amiſſis, quarto aſſultu admodum cruento, tandem vi expugnat: Feinio duce in moenibus fortiter dimicante, & præſidiarijs omnibus, & in his 150. nobilibus interfectis. Etſi autem ampliſſimis copijs Germanorum, VValonum & Hiſpanorum denuò Corbeilum Parmenſis muniuit: tamen conſilio & virtute præſidis Meloduni, nocte diem S. Martini præcedente receptum, & viciſſim trucidato præſidio, ingens copia commeatus, Pariſios mittenda, hoſti adempta eſt. Dux Parmenſis interea in Belgium Bruxellas redijt, cùm in Galliæ prouinciam Britanniam Armoricam, recens Hiſpanorum ſex millium exercitus, duce Friderico, Ferdinandi ducis Albani filio, claſſe ad Ligeris oſtium appuliſſet. Qui nouorum hoſpitum in Britanniam aduentus, præcipue animum Regis diſtrahit ac ſollicitum tenet. nam, quòd in Galliam Narbonenſem Hiſpanus miſerat agmen, à Momorontijs profligatum: &

16. Octob.

Sabaudi

Sabaudi in prouincia molitiones à Dedigerio repreſſæ fuerant. Rex verò, Domini Dei Zebaoth, qui tot eum periculis humano conſilio inextricabilibus liberauit hactenus; auxilium firma fide & ſpe deinceps etiam expectat. M. D. XC

Poſt Parmenſis reditum, Emanuel Lalanus, Montignij regulus, Marchio Rentij, quem legatum Parmenſis in Galliam duxerat, & propter virtutem ac fidem & rei militaris peritiam præcipuè amabat, Montibus Hannoniæ ex hac vitâ deceſſit, menſe Decembri. Quo, Philippus comes ab Hohenloë, Mauricij principis Vraniæ per Hollandiam legatus, & Iohannes Philippus comes à Falckenſtein & Eberſtein, regum Galliæ & Angliæ legatos, ad principes aliquot Saxoniæ, milites pro Gallo conducendi cauſa proficiſcentes, aliquot equitum & peditum cohortibus comitati, Geſecam oppidum VVeſtphaliæ, epiſcopo Colonienſi ſubditum, occuparunt. ac viciniæ ad 18000. Ioachimicorum: epiſcopo & diœceſi Padebornenſi, 11000. extorſerunt. In Monaſterienſi oppida Schönculiet & VVambeç capta, milite aliquantiſper munierunt; donec certâ pecuniâ prouinciales, reliquæ diœceſeos direptionem redimerent. Poſtea per Oſnabruggam, Heruordiam, Hameliam, Magdeburgã, facto itinere, ad electorem Saxoniæ, Dreſdam profecti ſunt.

In Rheni ripa, BERX oppidum è regione VVeſaliæ, toto iam ſexennio ab Hiſpanis, archiepiſcopi Erneſti auſpicijs obſeſſum, Carolo Mansfeldiæ comiti, Petri Erneſti filio deditum eſt, die 3. Februarij. Poſt menſem, BREDA oppidum Brabantiæ munitiſſimum, ac Principis Vraniæ, hæreditarium, à Mauricio principe Vraniæ, VVilelmi filio, inſigni ſtraragemate militari, abſconditis in carina nauis, ceſpites arefactos, quibus lignorum loco ijs in locis vtuntur, in arcem vehentis, militibus, captum eſt.

Vicinum Bredæ, trans VVahalin Rheni brachium, ad Leccam ſitum eſt Culenburgium oppidum, quod Florentius comes Culenburgius olim tenuerat. cuius gener IACOBVS marchio Badenſis, Caroli filius, inſtituta ſuperiori anno exeunte, Badæ, inter Iacobum Andreæ & Ioannem Piſtorium, Pontificias partes defenſurum, diſputatione, Confeſſionem Auguſtanam, hactenus à ſe agnitam deſeruit, & Pontificiam religionem palàm ſecutus, miniſtros eccleſiarum ſuæ ditionis, ei confeſſioni addictos, dimiſit, & Pontificiam Miſſam ad diem Iacobi inſtauraui. Quæ dum magno ſtudio & zelo agit, Dyſenteria correptus, iuuenis adhuc, 28. annos natus, extinguitur: relicta coniuge vidua Eliſabetha, Florentij comitis Culenburgij filia, quæ poſthumum Erneſtum Iacobum peperit, cuius tutelam, leuir viduæ, poſthumi paulò poſt defuncti patruus, Erneſtus Fridericus adiens, dimiſſis Pontificijs, in priſtinum ſtatum eccleſias in tota ditione reſtituit. 7. Auguſt.

Decima poſt obitum Iacobi marchionis die, Sixtus V. Pontifex Romæ ex melancholia decedit. cui poſt paucos dies VRBANVM VII. Cardinales ſubſtituunt, Iohannem Baptiſtam de caſtanea prius dictum, patria Genuenſem, agentem ætatis annum 72. qui decima poſt electionem die, rebus humanis exemptus eſt: laudatus in funere, inſigni oratione Pompeij Vgonij. Cardinales denuò conclaue ingreſſi, inter magnas & diuturnas, duorum ferè menſium contentiones, tandem Cardinalem Cremonenſem, Nicolaum Sfondratum antea dictum, patriâ Mediolanenſem deſignarunt, qui GREGORIVS XIIII. nominari deinceps voluit. 17. Auguſt.

Eadem die, qua PP. Vrbanus VII. eligebatur, Terræmotus horribilis, Viennam Auſtriæ, & multa Morauiæ & Bohemiæ loca concuſſit. Viennæ ædes quamplurimæ labefactatæ: Turris D. Stephani ita conquaſſata, vt ruina illius metueretur: & de faſtigio deſtruendo conſilium capi neceſſe fuerit. Templum cœnobij Scottorum & Hoſpitium ad ſolem aureum, patronâ & familiâ illius diuerſorij & hoſpitibus aliquot oppreſſis, concidit. Caſtellum Caniſianum in finibus Hungaricis mediâ ex parte magna militum ſtrage facta corruit. Praga quoque haud parum contremuiſſe fertur. Haud procul à Vienna Auſtriæ, agri Mephitim exhalarunt: & ſolum, pluribus locis, locuſtis atris conſtratum fuit, quæ ſub pedibus calcatæ teterrimum odorem efflarunt. 5. Septemb.

M.D.XC. In Saxonia, vitam mortalem viuere hoc anno desijt Sophia Friderici VVilelmi Saxoniæ ducis coniunx, optimi principis Christophori ducis VVirtebergensis
21. Iulij. filia, quæ septem tantùm annos marito nupta, in septimo partu, cum fœtu masculo
4. Martij. extincta est, laudata orationibus latinis, & concionibus funebribus multorum. Sophiam, soror Hedvvigis, Ludoico Hassiæ Landgrauio, Philippi filio, nupta, mense Martio, in eam vitam, quæ sola vita nominanda est, præcesserat. Octo enim filias, optimus ille princeps, Christophorus dux VVirtebergensis ante viginti duos annos defunctus, reliquerat. quæ omnes, honestissimis, virorum principum coniugijs, elocatæ fuerunt. Hedvvigis, Ludoico Hassiæ principi: Elisabeth, Georgio Ernesto Hennebergensi. Sabina, VVilelmo Hassiæ principi. Aemilia, Richardo palatino, Ioannis filio. Eleonora, Ioachimo Ernesto Anhaldino, postea Georgio Landgrauio Hassiæ. Dorothea Maria, Ottoni Henrico Palatino, VVolffgangi filio. Anna, Ioanni Duci Ligenicensi, Georgij filio. Sophia, Friderico VVilelmo duci Saxoniæ, quam hoc mense Iulio rebus humanis exemtam esse annotauimus. Carolus verò Archidux Austriæ, Ferdinandi Imper. filius, Maximiliani II. frater, Rodolphi Imper. patruus, vicesimo ante Sophiam die, Calendis Iulij, ex his terris abijt. Charsolita etiam seu Griselis Bathorea, ex fratre regis Stephani, Christophoro principe Transyluaniæ nata, Ioannis Zamoiscij Poloniæ archicancellarij & summi exercituum ducis coniunx, confessionis Augustanæ doctrinam constanter amplexa, die 15. Februarij, partus doloribus superata decessit.

Ex Theologis celebrioribus, Iacobus Andreæ, Tubingensis Academiæ Can-
7. Ianuarij. cellarius, qui multorum principum & ciuitatum ecclesias in Germania reformauit, & certamina cum Pontificijs & alijs acerrima sustinuit: Hieronymus Mencelius
15. Febr. Suidnicensis, placidissimi ingenij senex, cùm ecclesias comitatus Mansfeldensis, triginta annos piè & feliciter rexisset; completo ætatis anno 73. Islebiâ in cœlestem ecclesiam excitus est. Paulus Matthiæ Coagiensis, Roscildæ in Daniâ episcopus, & Hafniæ professor, non doctrina solùm excellens, sed vera etiam pie-
30. Octobr. tate & morum modestiâ ac humanitate doctrinam ornans, anno ætatis 63. ad æternam Dei & Academiæ cœlestis consuetudinem transiuit. Ioannes Auenarius, qui Lexicon Ebræum, originem & cognationem linguarum, ex Ebræo fonte deductarum, eruditè monstrans, edidit, Nonis Decembris, Citij ad Elistrum, ex his terris senex migrauit.

Iacobvs Cviacivs Tolosas, I. C. eruditissimus & clarissimus, die 3. Octobr. apud Biturigas obijt. ὀφθαλμὸς Νομικῶν βιβλίων καὶ κορυφαῖος.

Hyems toto mense Februario & Martio, acerrimum gelu, cœlo plerumque sicco & sereno, habuit. Arbores mense Maio demum frondere in hoc littore Balthico & florere cœperunt. Mense Iunio, Iulio & Augusto, siccitas & æstus inusitati fuerunt, qui campos, antea gramine virentes, passim exusserunt: fruges æstiuas ac legumina, humore alimentali destituta, ferè necarunt. Fontium etiam ac fluminum, ipsiusque adeo Albis aquas ita minuerunt, vt pedibus aut equo & curribus transiri passim potuerit. de qua insolenti huius æstatis ariditate Eteostichon quidam composuit.

Aret hIVLCVs ager, CerVo sItIs ora perVrIt,
ACCensa RhenVs fLVMIne anheLat aqVas.

Autumnus, tepore verno & pluuijs temperatus, lætissima pabula animantibus vsque in Decemb. præbuit. Niues & frigora hyberna, die brumæ primum cœperunt, quæ tamen statim exeuntis anni diebus mitigata, & constitutio aeris planè autumnalis, quàm luis pestilentis præsagam aliqui iudicant, secuta est. Sed speramus in Deo viuo, qui cum sit saluator omnium hominum, maximè fidelium, omnibus benefaciens & vitam fouens; tempestates etiam hominibus & cæteris rebus nascentibus idoneas tribuit, maximè verò iuuat ecclesiam, in qua non solùm corpora fouet, sed æterna etiam bona largitur, cui nos commendemus.

M.D.XCI. In Polonia regni comitijs, mense Decembri & Ianuario annum nouum ordien-

ordiente, peracta; præcipua deliberationum capita: de Pace cum Turcis & Tartaris inſtauranda; de Stipendijs militum Reipublicæ ſoluendis; de Prouiſione Regis ſeu reditibus Cameræ, ad ſumptus Gubernationis Regiæ neceſſarios, augendis: de Articulis Nobilitatis, in conuentu Colenſi ſuperiori Auguſto propoſitis, communi regni conſenſu ſanciendis: & alia in proximo ſuperiori comitio nondum definita; fuerunt. & auditi ac expediti legati PP. Cæſareæ Maieſtatis, Reginæ Angliæ, Daniæ, Suetiæ, Scotiæ, Turcarum, Tartarorum, Electoris Saxoniæ, Erneſti Auſtriaci, Georgij Friderici Brandeburg. Ducis Boruſſiæ & aliorum. Cum Turcis, ſuperiori æſtate, interuentu legati Reginæ Angliæ, per Zamoiſcium Regis Poloniæ Secretarium, prætextu ſalui conductus magno legato mox ſecuturo, in aula Turcica conficiendi, Byſantium præmiſſum, res eò deducta erat, vt Turcarum Imperator adquieſceret, ſi pro damnis, quæ Coſacci Niſouij, in campis ampliſſimis inter Boryſthenis & Tyræ oſtia vagantes, ſubditis Turcis intulerant; centum Quadragenas (Simmer vulgò nominant) pelliũm Zabellinarum, Poloni Turco penderent, & Niſouios ex illis locis deinceps remouerent, vel ita coërcerent, ne in vicinos Turcarum ſubditos & ſocios graſſari amplius rapinis & cædibus poſſint. Id munus pellium Zabellinarum, & magnus ad portam Imper. Turcici legatus, qui pacem & fœdera antiqua cum Turcis renouet & confirmet: Munera etiam Beglerbego & Baſſis Turcicis, qui tractationem pacis Byzantij iuuerant, ad 80000. aureorum, decreta ſunt. Cum Tartaris etiam, promiſſa viginti millium Vngaricorum penſione annua, & pellicijs Ouinis, pax reſtituta eſt. Horum legati in Senatum Polonum venientes, ſingulari ceremonia Regem venerati ſunt, procumbentes primùm in dextrum genu & manum dextram: & cùm ad regem propiùs acceſſiſſent, eodem ritu repetito, extremam pallij Regij oram oſculati. Inde regreſſi, incumbentes vtriq; genu, mandata ſua expoſuerunt. Conquerentes de Coſaccis, qui oppidum Tartarorum in Taurica Cherſoneſo, nondinarum tempore diripuiſſent, & hominibus cæſis incendiſſent. Quæ damna ſuis illata compenſari, & ſtipendia ſuperiorum annorum tandem integrè perſoluj petebant. Gratias etiam pro ſecuritate itinerum in regno Poloniæ ipſis præſtita egerunt, & ſimilem redeuntibus præberi rogarunt. Quibus poſt finita comitia reſponſum, iniuſtè à Tartaris compenſationem damnorum peti, cùm toties illi in Poloniam impreſſionem facientes, ſimilia damna Polonis dediſſent. Stipendia ſuperiorum annorum negata, ſed deinceps annuatim 20000. Vngar. perſolutum iri, & ſaltus commeatus in patriam promiſſus eſt. Hæc cùm amplecterentur Tartari, cum illis quoque pax inſtaurata eſt. Ad Regis prouiſionem ſeu reditus annuos augendos, Capitanei & Tenutarij, vt nominant, qui præfecturas Regias earumque vſum fructum tenent, quartam redituum partem, ſeu Cenſum, qualem in arcem Rauenſem conferunt, Regi proximo triennio pendent. Generale etiam Tributum, quo Bona Regia, ad rationem quingentorum millium aureorum oppignorata redimantur, & militum ſtipendia, qui ſuperiori æſtate & antea Reipublicæ ſeruierunt, & ad muneta Turcæ, illiusq; conſiliarijs, Tattaro & alijs deſtinata, indictum ac prolixè explicatum eſt. Iudæi viritim de ſingulis capitibus aureum Polonicum pendere iuſſi ſint. Articuli nobilitatis in congregatione Colenſi ſanciti, à nuncijs terrarum ſtatim, deinde à cæteris etiam ordinibus, vnanimi conſenſu comprobati eſſe feruntur. Additæ ſunt leges de diſciplina Militari; de proceſſu in vindicandis damnis & iniurijs à milite ſubditis Regijs illatis: de commiſſarijs, renouationi Finium regni, cum vicinis prouincijs, & nominatim cum ducatu Boruſſiæ, deſtinandis. Chriſtophorus Sborouius, à crimine perduellionis, à pœnis infamiæ & capitis abſoluitur, ita tamen, ne intra viginti annos in Poloniam redeat, nec quidquam per ſe aut ſubmiſſas perſonas contra ſubditos regni moliatur. alioquin decreta priora aduerſus eum rata executioni dabuntur. Exules omnes, qui ob nauatam in electione archiduci Maximiliano operam receſſerant, reſtituuntur, ea tamen lege, vt Regi fidem & obedientiam iurent. MD. XCI.

Cæſaris Rodolphi legatus, Andreas, epiſcopus Vratislauienſis, aliquot baronibus,

MD.XCI. nibus, Nobilibus, & alijs ministris circiter trecentis comitatus; grauiter de constitutione quadam Comitij anni superioris, typis expressa, Ne quis in electione noui Regis Poloniæ, deinceps aliquem ex domo Austriaca nominare, aut suffragio suo commendare audeat, alioquin ipso facto infamem fore) queritus est. & hanc exclusionem ignominiosam, cuius similis nulli vnquam nationi, Poloniæ regno vicinæ, accidisset, aboleri petiuit. Quo facto archiducem Maximylianum ad iurisiurandi promissi præstationem se offerre. Cæsarem quoque & reliquos archiduces Austriacos, si à Turcis Polonia infestetur, conduci milites, ac emi commeatum ex suis ditionibus, permissuros esse. Rex, assistentibus aliquot episcopis, archiepiscopo Gnesnensi, & Vuestigio respondet, De postulatis ipsius, re cum Senatu suo deliberata, se vt decet responsurum esse. Interea verò celare legatum nolle, ex aula Turcica & aliorum regum legatis se edoctum esse: vehementer Turcicum Imperat. incitari, vt bellum Polonis ostentatum inferat, nullam enim commodiorem illi occasionem offerri posse, dissidentibus inter se Polonis proceribus, nec cum vicinis Germaniæ principibus, pacem certam, nec cum Moschis firmam habentibus: nec pecunia instructos esse Polonos, vt peregrinum militem diu alere possint. Hæc cum excussasset legatus, post aliquot hebdomadas tandem, finito comitiorum tempore, responsum recepit, constitutionem illam ad domum Austriacam pertinentem, coactos Polonos, vt grauiora incommoda auerterent, sanciuisse. Quod si Hispaniæ rex, & archidux Maximylianus, promissum Iusiurandum præstent, & pacta conuenta seruent, vicissim facturos de statuto, quod iustum, & ex Reipublicæ dignitate sit. Statutum verò ad solum Maximilianum, si ab agnatis in hac causa non iuuetur: sin patrocinium illius cæteri archiduces susciperent, ad totam domum Austriacam pertinere. Ita tum legatus, accepto præter expectationem duriore responso, discessit. Et tamen postea, Deo corda principum flectente, Coniugem ex domo Austrica, Annam, Caroli archiducis Austriæ, superiori anno defuncti, filiam, Sigismundus Poloniæ rex, matrimonio sibi copulaturus erat, & Nuptijs decima dies Nouembris primùm dicta, sed postea dilata est.

Angliæ regina, duos in his comitijs legatos habuit. quorum alter Byzantio aduenies, Pacis cum Turca, se intercedente, initas conditiones attulit, quæ à Polonis receptæ sunt. Alter, rogatu Anglorum emporij Elbingensis in Borussia, missus, prorogari residentiam Elbingensem petiuit, & alia mercatorum negocia egit. Daniæ & Scotiæ reges literis missis, nisi soluerent Poloni, quod nobili cuidam Regis Daniæ consiliario deberent, se Dantiscanorum & aliorum Poloniæ subditorum naues, in suis portubus retenturos, minati sunt. Etsi autem proceres Poloni has minas spernebant, quod vicissim Danos & Scotos, in Polonia, Prussia, Liuonia, Suecia derineri posse iactarent: tamen regis & regni nomine responsum est, regem Stephanum, certa prædia Creditori antea obrusse, ex quibus debitum reciperet. Eandem soluendi rationem nunc quoque offerri. Svecia rex, auxilia aduersus Moschos, cum quibus ab anno superiori bellum infeliciter gerebat, flagitauit. Sed ad hæc ipsa comitia, literæ Moschi, de firmata cum Polonis pace, (cuius causa legatus à Polono ad Moschum missus, re feliciter confecta, in reditu decesserat) allatæ sunt. Existimantur itaque Poloni, non admodum magna auxilia, Suecis ad bellum præbituri, sed in eo potius laboraturi esse, vt compositis, vel aliquantisper sepositis controuersijs, pacem regno Sueciæ restituant. Elector Saxoniæ & archiepisc. Magdeburgensis, pro viro nobili à Preusse inter cesserunt, vt fratris in Liuonia defuncti prædia, quæ ab alijs, consensu regis aliter edocti, occupata erant, huic legitimo hæredi mandaret restitui. Quæ statim clementer concessa sunt. Ernesti Austriaci eadem fere, quæ Imperatoris Rodolphi, postulata, idemque responsum fuit. Matchionis Georgij Friderici Borussiæ ducis legati, varias cum suis Nobilibus & alijs controuersias perplexas & odiosas, coram Rege & Senatu regni tractarunt, de quibus non iudico operæ præcium plura annotare.

Post Comitia, legatis in prouincias pecuniæ colligendæ causa missis, variæ rursum

rursum difficultates & impedimenta obijciuntur. Quesli antea Terrarum Prussiæ ordines, per legatos ad comitia missos, aliquoties fuerunt, patriæ suæ Iura, Priuilegia, Libertates, & consuetudines multipliciter labefactari ac imminui. Cùm enim Serenissimi Poloniæ reges diserte promittant, Dignitates & officia in terris Prussiæ, omnia item castra & Tenutas, vt nominant, ciuitatum & locorum, nullis nisi veris Indigenis, non peregrinis vllis, conferri debere: contra expressa huius priuilegij verba, recens adhuc, præfecturam Rogozumensem, extraneo, regni Senatori, traditam fuisse. Alterius etiam priuilegij expressa verba esse; Omnia Telonea in aquis & terra, noua & antiqua, in terris Prussiæ quomodolibet constituta, Regiâ munificentiâ tollimus, abrogamus, deponimus, & solutionem illorum perpetuis temporibus dimittimus, & relaxamus: nullo vnquam tempore per nos aut successores nostros Poloniæ reges, ex quacunque causa aut occasione, instituendam aut imponendam. Hanc libertatem Patriæ palàm violari Teloneo seu exactione ad Album montem ad Nogatum recens instituta. Quam summa licentia exactores administrent, & in Insula etiam maiori extorqueant: mercatoribus vincula intentent, equos & currus abducant, vel tormentis traijciant. & Salis transmarini, à rege Stephano & Sigismundo permissam subuectionem liberam, non tantùm impedire, verùm etiam Reg. Maiestatis mandata floccipendere. Quæ cùm publicis Iuribus & libertatibus maximè aduersentur, & cum ipsius Maiest. Reg. indignitate coniuncta sint; rursum ea clementissimè tolli, subiectissimè precabantur. Ad hæc accedere, quod terrarum Borussiæ mercatores, in regno Poloniæ mercimonia exercentes, contra commune Borussiæ priuilegium, intra ipsos regni fines in omnibus ferè mercatuum locis, grauibus Teloneis vexentur ita, vt intra quartum & quintum locum omnibus fere suis mercibus priuentur. Monetam quoque ex Belgico & alijs locis, pro cuiusque libitu, importari: & passim in Poloniæ regno, & prouincijs ei adiunctis, priori & probæ admodum dissimilem, quæ nec in pondere, nec grano consistat, cudi. Qua ratione maius eis damnum & detrimentum, quàm si aperto bello peterentur, inferri. Hæc postulata, vt antea, de comitijs in comitia, semper reiecta: ita in proximis etiam comitijs non tantùm obtinere nihil Borussi potuerunt, verùm ne scriptum quidem, quod ad tuendas & defendendas Iurium & Priuilegiorum Prussicorum rationes humillimè parauerant, receptum fuit: ita vt coram Iudicio Castrensi V Varsauiæ, de sua fide & diligentia testari cogerentur. Hæc mense Martio apud legatum Regium, pecuniam denuò poscentem, Grudenti repetiuerunt. Tandem verò, mense Iunio, cum accommadatiùs se Reg. Maiestas declarasset, tributum Biennij inter se ordines Borussiæ sciuerunt. Ea tamen lege; vt sublatis difficultatibus, quæ hactenus irrepserant, telonium etiam illud, quod ab aliquot annis proximis, contra manifesta Priuilegij terrarum Prussiæ verba, ad Album montem in terris Prussiæ institutum fuerat, ex ijs oris terrarumque Prussiæ finibus, interueniente Maiestatis Reg. autoritate: non verò quòd status & ordines Prussici hoc tributo suo redemisse videri possint: in perpetuum iamiam ita remoueatur, neque posthac vlla de causa redintegretur, nè ea etiam loca attingat, quæ Prussiam obiectam habent, vel eam quomodocunque respiciunt: vt ita status & ordines Prussici, suis priuilegijs & immunitatibus, absque eo onere, tutò vti, frui: & ciuitates maiores, eam pecuniam, quam antehac, accepta tum Sac. Maiestatis Reg. tum DD. Prouisorum cautione numerarant, ex hac tanquam prima contributione recipere possint. Deinde, vt Sac. Reg. Maiest. Cautionem sub manu sua Regia & regni sigillo clementissimè edere dignetur: quod reliqua etiam ipsorum Statuum & Ordinum incommoda & difficultates, seorsim verò ratione Indigenatus & Rogosnens. præfecturæ: Teloniorum denique per Poloniam: in futuris regni Comitijs similiter tollere & abrogare velit, & efficere, vt posthac præfecturæ omnes, officia & dignitates quæcunque, nemini nisi veris terrarum Prussiæ, Indigenis in ea natis, & possessiones suas habentibus, conferri debeant. Adhæc, cùm aliquot Borussiæ incolæ, ob pecuniam publicam, Statuum & Ordinum Prussiæ iussu collectam & administratam, à Dominis Rei-

M.D.XCI.

lia, ad quinq; millia hominum lue peſtilenti abſumpta. Neruæ verò, per totam hyemem & æſtatem huius anni graſſatam duraſſe accepimus. Nihilominus tamen bellum, nouo exercitu collecto, Suecus inſtaurauit, & cum Tattaris belli ſocietatem iniit, qui meridianam Moſcouiæ oram, paſſim vaſtatam, ferè vſque ad vrbem Moſquam, penetrarunt, & pugnam accerſimam aliquot dies durantem cum Moſchis commiſerunt. Cuius hic exitus fuit, vt duobus Tattarorum principibus captis, reliquus omnis exercitus diſſiparetur. M. D. XCI.

Summus, Suecico exercitui nouo, Dux à Rege præfectus erat Nicolaus Flaminius, quo, ad VViburgam diutius hærente; Liuonici equites, cùm ſcirent, vires & robur exercitus Moſchici præcipuum, aduerſus Tattaros contractum eſſe: irruptionem in Pleſcouienſem prouinciam menſe Auguſto fecerunt, vbi in velitatione quadam, triginta Moſchis trucidatis, captiuos circiter centum duxerunt, amiſſo tamen viro forti Blaſio Hogreuo, cuius pater etiam initio belli Liuonici, olim à Moſchis cæſus erat.

In Megapolitana ditione, Anna Sophia; Alberti primi Boruſſiæ Ducis filia: Ioannis Alberti ducis Megapolitani (ante quindecim annos defuncti) vidua; Ioannis & Sigiſmundi Auguſti mater; ex his terris piè & placidè emigrauit. cuius funeri, vſitato in principum exequijs ritu, luſtâ 17. Martij, perſoluta ſunt, Orationem funebrem habente Dauide Chytræo, Quæ cùm de Origine ducatus Boruſſiæ, iam Poloniæ regi ſubiectæ, & marchionibus aliquot Brandeburgicis, & Friderico I. Daniæ rege, & Ioanne Alberto Megapolitano hiſtorica quædam delibet: inferete eam, qui operæ precium ducet, hoc loco poterit. 6. Febr.

Testimonium prouidentiæ ac præſentiæ Dei, in Heroica Ducum Megapolitanorum familiâ, eximium & ſingulare agnoſco, & gratâ mente ac voce prædico, quod multis iam ſeculis, inclytam horum Principum ſtirpem, continua ſerie, per illuſtres Heroas, certâ ſancti coniugij lege ac ordine ſibi mutuò ſuccedentes, vſque ad Illuſtriſſimos & optimos Principes Iohannem & Sigismvndvm Avgvstvm fratres, quorum ille cum Illuſtriſs. Principe patruo Vlrico, Senatus Imperij Germanici Neſtore, patriam hoc tempore gubernat, clementer propagauit. & inter varias ac multiplices imperiorum ac totius generis humani mutationes, & familiarum Regiarum interitus (vt noſtra & patrum memoria, Hiſpaniæ, Vngariæ, Angliæ, Luſitaniæ, & recens Poloniæ, regnorum ſtirpes maſculas, funditus extinctas vidimus) non interruptâ vſquam ſanguinis ſerie, conſeruauit ac defendit. Vſus eſt autem Deus, autor mirandi ordinis, quo per Principes ac Heroas, reliquam hominum multitudinem regit ac tuetur: ad hanc propagationem Heroicæ domus Megapolitanæ, noſtro tempore, Illuſtriſſima Principe & Dominâ Dn. Anna Sophia, clariſſimi & optimi principis, Iohannis Alberti, Ducis Megapolitani, cuius memoria in benedictione & laus in Eccleſiâ ſanctorum eſt, coniuge nobiliſſimâ, tanquam organo ſalutari, in progignendis principibus has terras Megapolitanas regentibus, & ad omnem poſteritatem, Deo benedicente, gubernaturis. Cumq; cæteras fœminas principes, quæ noſtra ætate Ducibus Megapolit. nuptæ floruerunt & florent, alias alijs donis egregiè ornarit: tamen peculiarem ac eximiam hanc benedictionem, ſoli huic illuſtriſſimæ matronæ tribuit, vt principum patriæ procreatrix, & Ducum Megapolitanorum, qui ad poſteritatem Patriæ præſiderent, mater exiſteret. Merito igitur illuſtriſſimam hanc Principum patriæ matrem morte à nobis auulſam lugemus, & illius filijs Principibus illuſtriſsimis, Iohanni & Sigismundo Auguſto fratribus. & leuiro Vlrico, ducibus Megapolitanis, & Gloris filio, VVilhelmo, Curlandiæ in Liuonia Duci, illuſtri præſentia ſua, hoc funus cohoneſtantibus, Dominis noſtris clementiſſimis, in hoc publico totius patriæ luctu, ſinguli doloris noſtri ſocietatem, & mœſtitiæ ac amoris ſignificationem, omnibus, quæ à noſtra ſubiectione & reuerentiâ proficiſci poſſunt, officijs declaramus, & lachrymis tegimus perfuſa fidelibus oſſa. Etſi autem dolore ac fletu, amorem & deſiderium erga defunctos noſtrum oſtendere iuſtum eſt, & pietatem in luctu Deus probat: tamen cùm non caſu, ſed certo Dei conſilio & voluntate, vitâ

M. D. XCI. vita nobis detur & auferatur: & in verâ inuocatione & fiduciâ filij Dei, datoris vitæ præsentis ac æternæ, hinc discedentes, certum sit, ab omnibus molestijs & miserijs liberatos, in æternam & beatam Dei ac Ecclesiæ cœlestis consuetudinem transferri: vicissim nos cogitatione voluntatis Dei & bonorum, ad quæ euocantur in Domino morientes, dolori moderari Deus præcipit, & memoriam benemeritorum ac virtutis defunctorum gratos tueri ac prædicare.

Cùm igitur in hoc, Illustrissimæ Principis ANNAE SOPHIAE, funere, Orationem habere iussus sim: decreui Deo iuuante, breui elogio, primùm Natales seu Parentes, deinde Pietatem ac mores Principis defunctæ, postremò beatum & placidum ex hac vita exitum celebrare. DEVM precor, vt dicentis mentem ac linguam gubernet. & à totâ hac Illustrissimorum Principum, Procerum, nobilium, & cæterorum doctrinâ & virtute præstantium coronâ, reuerenter peto, vt dicentem clementer & benignè audiant. Etsi autem ineptè fortassis laudem ex maiorum virtute peti aliqui censent, qui genus & proauos & quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra putant: tamen verius existimatur, in familijs Heroicis, quas Deus reliquæ hominum multitudini præfecit, motus etiam animorum meliores, ac feliciores, & vim naturæ præstantiorem propagari. & stirpes ac Genealogias familiarum, ex quibus illustres Reges ac Principes orti sunt, studiosè inquirere ac perquisitare: non ipsis solum Principibus, maiorum suorum nomina & virtutum exempla recognoscentibus, iucundum: verum etiam omnibus in Republica versantibus necessarium, imò pietatis & honoris, Deo & magistratibus quos suo loco nobis regendis & tuendis, velut Patres, DEVS præfecit, debiti, & in quarta Decalogi lege mandati, pars præcipua meritò habetur.

Nata est igitur Illustrissima princeps ANNA SOPHIA, ex parentibus, non modo Heroica generis Regij nobilitate, verùm etiam eximia in Deum pietate & virtutis gloria præstantibus, patre ALBERTO, primo Borussiæ Duce. Qui Friderici marchionis Brandeburgensis filius, Alberti verò electoris Brandeburgensis, quem ob excelsi animi magnitudinem & fortitudinis bellicæ præstantiam, Germanicum Achillem Itali indigetarunt, nepos fuit, ac vt nomen Alberti, sic semina virtutis Heroicæ ab auo accepit. Cumque ex Sophia, Casimiri Poloniæ Regis filia & Sigismundi I. sorore susceptus esset: Ordinis in Borussia Teutonici fratres, quod consanguinitatis vinculum, mutuæ etiam cum Polonis, qui proprietatem & dominium Borussiæ directum ex transactione sibi venditabant, amicitiæ & pacis nexum fore sperarent: post Friderici Saxoniæ Ducis (qui electorum Mauritij & Augusti patruus fuit) obitum, huic Alberto Marchioni Brandeburgico, iuueni magnanimo, & omnia summa de se pollicenti, summum ordinis in Borussia magisterium detulerunt. Quem, cùm Romanus Imperator & Imperij Senatus, vt Principem Cæsari ac Imperio deuinctum, Polono non iurare, nec Borussiam Imperij prouinciam alienare iuberent: fretus Romani Pontificis & Imperij mandatis, & Germanicæ nobilitatis, aliorumque Principum auxilijs promissis, amplius duodecim annis Borussiam imperio Romano seruauit. Sunt autem post
1519. bellum, quod ei Poloniæ Rex auunculus ea de causa intulit; induciæ quadri-
1520. ennij secutæ, intra quas, arbitri vtrimque delecti, CAROLVS V. Imperator, vel Ferdinandus frater, & LVDOVICVS Vngeriæ Rex cum adiunctis, controuersiam amicè componerent. Absente autem procul in Hispania multis annis CAROLO, & cæteris principibus arbitris regnorum suorum negocia subinde prætexentibus ac impeditis, Albertus quantumuis sedulò instans, deseri se videns, nec suis viribus potentissimo regi diutius resistere valens; necessario tandem ad extrema consilia, vel iurandæ pacis perpetuæ, olim cum Casimiro Poloniæ rege initæ, vel Ducis Borussiæ tituli à Poloniæ rege accipiendi, & in liberos aut fratres Casimirum, Georgium & Ioannem transmittendi, decurrit. Itaq; Dux Borussiæ Hæreditarius à Poloniæ rege Sigismundo I. solenni ceremoniâ anno 1525. die 10. Aprilis renunciatus, eodem anno Dorotheam Friederici I. Daniæ regis filiam coniugem duxit. ex quâ biennio post Illustrissimam hanc Principem ANNAM SOPHIAM,

cuius

cuius nunc exuuias mœsti in terram deponimus, procreauit. de quâ priusquàm plura dicam, patruos illius, Alberti I. Borussiæ Ducis fratres, qui suo ordine ad successionem Ducatus Borussiæ simul admissi sunt, ordine recensebo. Fœcundissimum enim Principis illius marchionis Friderici & Sophiæ Polonicæ coniugium fuit. ex quo, duodecim filij Principes, & septem natæ, omnes ferè viris Principibus elocatæ, ortum habuerunt. Ex filijs primogenitus Casimirus, bellicis laudibus illustris, sub Maximiliano I. & Ferdinando, cuius auspicijs in Vngaria aduersus Ioannem de Zapolia, exercitum ducens Budæ decessit: pater Alberti Alcibiadis illius Germaniæ, quem adhuc adolescentem Borussiæ Dux patruus, dum superstitem filium ex prima coniuge nullum retineret, successorem sibi illa adhuc viuente constituerat; eaque defuncta, ducentis millibus aureorum placarat: cùm spe hæredis masculi suscipiendi, Annam Mariam, Erici Brunsuic. filiam ducere senex decreuisset, ex quâ præsens Borussiæ Dux Albertus Fridericus, patris & aui paterni nomen referens, susceptus est. alter patruus Georgius, apud Vladislaum Vngariæ regem auunculum educatus: & Ludoici regis adolescentis aulæ magister, eaque occasione Ducatibus Silesiæ, Iegerstorff, Ratibor, & Oppeln donatus est: Is singulari pietate, constantia & zelo puriorem Euangelij lucem amplexus, constanter coram Cæsare Carolo & toto imperio confessus est: Pater Georgij Friderici, Borussiam hoc tempore curatorio nomine administrantis. IOANNES III. Alberti Borussiæ Ducis frater, Caroli V. aulam in Hispaniâ secutus est, vbi relictam à Ferdinando Hispaniæ rege, Caroli V. auo materno, & postea à Ferdinando Calabriæ Duce viduam, GERMANAM Foixiam, ex Galliæ regis Ludoici XII. sorore natam, Carolus V. Cæsar, ipsi in matrimonium tradidit. Præter hos sacerdotijs opulentis onusti Fridericus præpositus VVurceburgensis in expeditione Gallicâ Geneuæ extinctus; VVilhelmus archiepiscopus Rigensis in Liuonia, qui olim Christophorum Ducem Megapolitanum coadiutorem sibi adsciuit. Ioannes Albertus archiepiscopus Magdeburgensis & Halberstadensis. Gunibertus Leonis X. Camerarius & cæteri; omnes Alberti Borussiæ Ducis fratres, & nostræ Dominæ, iam in Domino quiescentis, patrui fuerunt. M. D. XCI. 1527. 1527. 1536. 1563. 1555.

MATER verò illustrissimæ Principis defunctæ, DOROTHEA, Friderici I. Daniæ regis optimi & laudatissimi filia fuit. cui Friderico, tantùm virtutis, sapientiæ, fidei, industriæ, moderationis & diligentiæ in omni officio, regni Daniæ ordines tribuerunt, vt turbato intestinis dissidijs regno, & Christierno rege profugo, vnius Friderici, regio patrocinio & tutelæ potissimùm, suam libertatem & salutem tuendam commiserint. nec expectatio de regis virtute concepta eos fefellit: cui felicibus in tota gubernatione & defensione regni successibus, & virtute excellentium filiorum & filiarum flore Deus benedixit. Nam ex prima coniuge Anna, filia Ioannis electoris Brandeburgensis Christianum III. Daniæ Regem, pietate & sapientiâ præstantem, & hanc Dorotheam genuit, Alberto primo Borussiæ Duci nuptam, matrem Annæ Sophiæ: quæ, vtriusque auiæ, maternæ Brandeburg. & paternæ Casimiri Poloniæ regis filiæ, nomina iuncta posselit. Ex altera tori consorte Sophia, præstantissimi Herois, Bogislai X. Pomeraniæ ducis & Annæ, eiusdem Casimiri Poloniæ regis filia, inclytos Holsatiæ Duces, Ioannem, Adolphum, Fridericum, & Heroinas sorores, idem pater Fridericus Daniæ rex progenuit. Quare Dorothea Borussiæ ducis coniunx, Annæ Sophiæ mater, Adolphi Holsatiæ Ducis soror consanguinea, & Sophiæ, in Illustrissimi Principis nostri Ioannis Ducis Megapolitani coniugio iam viuentis, & Principes patriæ, in præcedentium vestigia successuros, felicibus & fœcundis partibus edentis, amita fuit. soror item Elisabethæ, coniugis primæ Illustrissimi principis & patris nostri, VLRICI Megapolitani ingenio, prudentiâ & omnibus alijs regiæ matronæ virtutibus ornatæ; & Dorotheæ iunioris, Christophoro Duci Megapolitano olim coniunctæ. 1525.

Fuit etiam optimi & pacifici principis & patriæ patris, Henrici ducis Megapolitani prima coniunx Vrsula, Annæ matris Dorotheæ Borussiæ Ducis soror, ex

quâ in-

M. D. XCI. qua ingenioſum & præſtantem principem Magnum, priorem Eliſabethæ Holſaticæ maritum Henricus genuit. Qui dux, veræ religionis, iuſticiæ, & pacis publicæ in his terris, quinquaginta continuos annos patriam gubernans, cuſtos diligens ac fidelis, prudentia, virtute & autoritate in toto imperio floruit: à quo ego in Scholam Roſtochienſem iuuenis primùm vocatus: & funeri illius, in hoc ipſo templo, Idibus Februarijs, anno abhinc quadrageſimo labente, iuſſus, Oratione mea parentaui. Qua occaſione in Illuſtriſs. principum, Fratris ipſorum Filiorum, Iohannis Alberti & Vlrici, qui poſt eum patriam rexerunt, notitiam ac beneuolentiam primùm perueni. Quare illuſtriſſimi & optimi principis Henrici memoriam, iam in patria etiam ſeneſcentem, in hac Heroum & Heroinarum, qui terras Megapolitanas proximis ſuperioribus annis rexerunt, commemoratione, præterire nequaquam debui. Cùm autem tot bonos & ſalutares principes, ac Heroinas virtute præſtantes non Arctois ſolùm inſulis, ſed huic etiam Germaniæ parti, & Ducatui Megapolitano, ex vnâ hac Regum Daniæ & Ducum Holſatiæ ſtirpe nobiliſſima, Deus dederit: gratias ei quantas maximas capere animus noſter poteſt, reuerenter agamus, & ardentibus votis precemur, vt totam hanc inclytam regum Daniæ & Ducum Megapolitanorum & Holſatiæ principum familiam clementer protegat, ſeruet & gubernet.

Nunc ad Dorotheam, Dominæ defunctæ matrem, redeo. Quæ cum marito Boruſſiæ Duce, viginti duos annos, in coniugio pleno pietatis, concordiæ & ſuauitatis vixit. ac, vt Placilla Theodoſij coniunx, marito, ad Chriſtianæ pietatis doctrinam ſinceram in toto Boruſſiæ ducatu plantandam, & Academiam, velut ſalutarem & perennem fontem, ex quo veræ de Deo doctrinæ & religionis ſinceræ,
1544. omniumq; honeſtarum artium vitæ neceſſariarum riuuli, in totiùs Ducatus eccleſias, templa, ſcholas, curias, & priuatorum familias deriuarentur, Regiomonte condendam, aſſidua hortatrix fuit. & propter beneficentiam ac liberalitatem erga inopes φιλόπλωχος nuncupata eſt. Nec ſterile aut expers ſobolis maſculæ illius matrimonium fuit. Duos enim filios, FRIDERICVM & Albertum, aui materni & patris nomen referentes, partu vitali in lucem edidit, & quinque filias, Annam Sophiam, Catharinam, Luciam, Dorotheam, Eliſabetham. Quos omnes, in prima pueritia, puros, & nullo iſtius temeratos crimine mundi, vt Paulini verſibus vtar, ſed breui functos mortalia ſeclo, vt citò diuinas perfruerentur opes, rurſum ad ſe Deus euocauit; excepta primogenita ANNA SOPHIA, Quæ ſola ſuperſtes, cùm ab his Heroicis parentibus ſemina & igniculos virtutum accepiſſet; ſapientis & ſanctæ matris præcipuè diligentiâ, aſſuefactione, diſciplinâ, præceptis, admonitionibus ac Exemplo, ad amorem pietatis & veræ de DEO doctrinæ, ad quotidianam auſcultationem verbi diuini, ad exercitia piarum precum & Gratiarum actionis aſſidua, ad pudoris caſti decus, ad Temperantiam, modeſtiam, verecundiam & grauitatem morum Regiæ virgini conuenientium (vt verè ac venuſtè ſapiens ille, Non formam, ſed mores eſſe dixit, qui ornent fœminam) inſtituta & educata eſt. & matrem Dorotheam veræ pietatis ac virtutis ſpeculum ac exemplum principis fœminæ, omnibus dotibus matronæ Regiæ conuenientibus ornatæ ac perpolitæ, vſq; ad viceſimum ætatis annum, vitæ ac morum rectricem peritiſſimam ac fidiſſi-
1547. mam habuit. Qua ex his terris euocata, cùm pater vnicam hanc filiam habens, deſiderio prolis maſculæ & hæredis imperij, alteram coniugem Annam Mariam, Illuſtriſſimi principis Erici ducis Brunſuicenſis filiam, ſecundo coniugio ſibi iungeret: in ipſis nuptijs, Anna Sophia, Illuſtriſſimo & optimo Principi, IOHANNI Al-
1550. berto, Duci Megapolitano, qui inter cæteros Principes ſacrum illud nuptiale præſentia ſua cohoneſtabat: Deo amorem virtutum virginis Principis in ipſius pectore accendente, deſponſa eſt.

Florebat tum inter Germaniæ Principes, Iohannes Albertus, excellenti ad virtutem & res gerendas indole prorſus Heroica, & veræ religionis ac literarum amore, & libertatis ac ſalutis publicæ vindicandæ Zelo ſingulari. Itaque vrbi Magdeburgenſi, eo tempore, ob conſtantem veræ religionis & libertatis ſuæ defenſio-

fenſionem, iuſſu Caroli V. Cæſaris ab Imperio obſeſſæ, opem ferre, conſcriptis militum copijs, conatus eſt, Quas ſub Heidecco & Mansfeldio militantes, Dux Mauricius ad Verdam poſtea, non ante ad ſe traduxit, quàm Duci Iohanni Alberto promiſiſſet, ſe Magdeburgam incolumem conſeruaturum, & religionem, quam ipſe & illi profiterentur, aduerſus quoſuis defenſurum eſſe. Poſtea in ipſis caſtris ad Magdeburgam fœdus inter ſe & cum Galliæ rege principes, aduerſus Carolum icerunt. ac ſequenti anno, bellum ipſi inferentes, Pacem religioni perpetuam, & libertatem Imperio antiquam, & principibus captiuis ex diuturnâ cuſtodiâ ſolutis, conditionem priſtinam recuperarunt. Ioannes Albertus, quanquam ipſe in bello abſens, domi tamen interea, per delectos conſiliarios & miniſtros, Eccleſias & ſcholas in præcipuis vrbibus inſpici ac rectè conſtitui curabat. & ſequentibus annis, reſtituta patriæ tranquillitate, vnà cum Illuſtriſſimo principe Vlrico fratre Rempublicam adminiſtrans, Iuſticiam & pacem publicam in hac ditione, conſtituto publico principum Iudicio: Academiam, veræ de Deo doctrinæ, iuris & cæterarum artium & linguarum officinam & Fontem auguſtum: ordinem miniſterij & gubernationis Eccleſiaſticæ, diſtinctis inſpectorum officijs ac diœceſibus, & conſiſtorio illis præfecto, & cætera huius Reipublicæ ornamenta & bona eximia, his terris tribuit. Cùm autem & bellis, Magdeb. & Carolino, & poſtea turbis ac tumultibus inteſtinis, & alijs impedimentis, Princeps ſponſus diſtineretur, Nuptiæ in quintum annum dilatæ ſunt: donec tandem rebus compoſitis, ineunte anno 1555. ab Illuſtriſſimo Boruſſiæ duce patre, ſponſa in mariti ditionem deducta, & ſolennitate Regia, nuptiali ſacro VViſmariæ peracto, cohabitare marito cœpit. A quo tempore inprimis conſpici illius virtus, velut in illuſtri loco & ſpeculâ ſublimi omnibus prælucens, potuit. Vt enim Sol in excelſo cœlo, mundi totius lumen ac decus eſt: ſic principis coniunx pia, intelligens, benefica, Rempub. & ſubditos materna στοργῇ complectens, Nutritia eccleſiæ & pauperum, non modò priuatim domus ſuæ & mariti principis corona, verùm etiam totius Reipubl. ac Regionis lumen & ornamentum eſt totis gentibus ſalutare.

M. D. XCL. 1552. 1551. 1552. 25. Februar.

Cùm autem ſanctiſſimum pectoris humani bonum, & virtutum omnium cæterarum mater ſit FIDES erga DEVM ac pietas ſincera: ad quam à teneris vnguiculis, princeps noſtra, à pijs & Deo caris parentibus adſuefacta erat: toto etiam vitæ tempore deinceps, non in templis ſolùm aſſiduè & attentè veram de Deo ac redemptore noſtro Ieſu Chriſto doctrinam cum marito audiuit: verùm etiam domi, ſingulis diebus, certas horas, lectioni librorum verbi diuini, per quod ſolum Deus veram ſui agnitionem & firmam conſolationem in omnibus ærumnis accendit, & iuſticiam & ſalutem æternam pijs lectoribus tribuit, impendere ſolita eſt. ac verè, iuxta Pauli præceptum, HABITAVIT in huius Dominæ cubiculo & pectore VERBVM Chriſti abundè. Non fuit ignotus & rarus hoſpes Doctrina Chriſti in principis noſtræ Gynæceo, ſed quotidianus & familiaris conuictor. ac vt in domo, maritus, liberi & cæteri domeſtici, cum quibus quotidiè colloquimur, & conſilia & curas omnes communicamus, notiſſimi ſunt: ita familiariſſimè cogniti & perſpecti noſtræ dominæ libri doctrinæ Chriſti fuerunt. Iam vbi hæc doctrina habitat, aſſiduè legitur, auditur, piè diſcitur, fide accipitur, & ad regenda vitæ conſilia & actiones adhibetur: ibi verè Chriſtus ipſe in corde, tanquam domicilio & templo ſuo habitat, & cor ſibi ſimile ac conforme reddens, ad vitam æternam ſanctificat. Scimus, paſſim in aulis fœminas & virgines Regias, non Biblijs & Pſalmis, ſed ineptis & futilibus fabellis, de Amadeo, Meluſina, Ponto & ſimilibus legendis, horas fallere & ſe oblectare. At noſtræ principis Gynæceum, veræ pietatis & doctrinæ Chriſti, & lectionis librorum verbi diuini & piarum explicationum, & pudoris, verecundiæ, ſobrietatis & quotidianæ inuocationis ſchola erat. Certas enim ſingulis diebus horas, Pſalmorum & piarũ precum recitationi, Domina noſtra tribuebat. cùm ad hunc præcipuum & ſummũ finem, homines à Deo conditos, & per filium redemptos eſſe intelligeret: vt Deum verum ex verbo ſuo agnitum, ſeriò & ardenti motu cordis INVOCENT ac celebrent.

M.D.XC I. lebrent. Ideoque gratissimum Deo cultum, & quidem solius ecclesiæ proprium esse, Deum prælucente vera agnitione & fiducia Christi mediatoris inuocare, & in omnibus periculis ad eum, tanquam patrem φιλόστοργον, confugere, & liberationem ac omnia bona ab eo, firma fide ac spe expectare. vt testemur serio nos agnoscere & profiteri, Deum, non esse inane nomen, non negligere homines: sed verè adesse nobis præsentem ac opitulatorem, verè curare, exaudire, iuuare inuocantes, & autorem ac datorem esse omnium bonorum & liberationum ac beneficiorum, quæ quotidiè in nos cumulatè effunduntur. Itaque non satis esse docebat Domina nostra, solo gemitu Deum precari, vt vulgò multi ignaui, temulenti & securi, negligentes recitationem, in ore habent, motu cordis, non labiorum: & gemitibus potius quàm sermonibus: affectu magis quàm affatu, precationes peragi. Ideoq; Christum ipsum longas precum iterationes prohibere. Imò, inquit Domina nostra, Christus ipse, & Spiritus sanctus per Dauidem in Psalmis, formas precationis & Gratiarum actionis & Laudum diuinarum certas, ideò nobis præscripsit, vt crebrò & attentè eas legamus & pronunciemus, & hac ipsa recitatione, nos de multis magnis rebus, quas in precatione cogitari necesse est, de vero Deo, in ecclesia certo verbo & testimonijs miraculorum patefacto, quem solum, non commentitia ethnicorum numina, compellare nostra oratione iubemur: de mandato Dei, de promissionibus, exemplis, & rebus petendis commonefaciamus: & fidem, inuocationem, spem, patientiam, Gratiarum actionem, & cæteras virtutes ac motus pios, exuscitemus, alamus, & ardentiores ac firmiores reddamus, & nostram confessionem de Deo nobis præsente, & preces nostras exaudiente, & nos ex periculis liberante, coram angelis, coram ecclesia in publicis congressibus, coram nobis ipsis & nostra familia, contra hostes Christi diabolos ac epicureos edamus. vt assidua hæc commemoratio & professio beneficiorum diuinorum alat, confirmet & augeat in nobis fidem agnoscentem & profitentem verè esse Deum, sapientem, iustum, veracem, bonum, beneficum & omnipotentem, qui verè nos curet, defendat, & iuuet inuocantes, & in tali agnitione & fide perseueremus, & Deus non desinat se & omnia sua bona nobis communicare. Propter hanc grauissimam causam exercitia recitationis precum & laudum diuinarum quotidiana, Princeps nostra seruabat, & fidem in Deo sibi propter filium mediatorem propitio firmiter & tranquillo animo adquiescentem, & Deo obtemperantem, omnibus pietatis officijs, erga Deum, maritum, liberos, & subditos, toto vitæ tempore testabatur. In coniugio, præcipua Dominæ nostræ sollicitudo & cura fuit, vt marito principi, animum & studium subiectissimum, coniugalemque fidem & amorem sincerum & ardentem, omni officio, reuerentia & suauitate declararet, eiq; grata dicere & facere ex animo studeret, nec vllis se, instar Vlyssis illius stolati, negocijs publicæ gubernationis curiosa immiscere. Cùm enim ad simplicitatem, quietem, modestiam, morumq; grauitatem, non studio solùm & disciplina, verùm etiam naturâ, seu potius Deo ipso gubernante, duceretur; ab omni fastu & curiositate aliena, spiritu verè miti ac leni prædita erat: nec vllæ in eâ moris liberioris aut lasciuiæ significationes vnquam animaduersæ sunt. sed tota vita exemplum erat dicti Psalmi, Simplicitas rectumq; tuum, mea cura, meum cor.

Filios, marito Principi, domus Megapolitanæ columnas & propagatores futuros, vt effigie & lineamentis faciei, sic Heroica bonitate & virtute patri similes, peperit Illustrissimos Principes & Dominos, Dn. IOHANNEM, & Dn. SIGISMVNDVM AVGVSTVM, Quos, in hoc illustri cœtu, generosissimæ matris decessum, non pullo vestitu & lachrymis solùm, sed vero & acerbo cordis mœrore lugentes, coràm videmus. Tertium verò & primogenitum Dominæ nostræ filium, Albertum, ex quo adhuc infante, mirifica virtutis indoles relucebat, apud auum maternum, in Borussia, vix quinquennem, arcano Dei consilio & voluntate rebus humanis exemptum meminimus. Hos liberos mares, quibus nihil dulcius hominum generi à naturâ datum est, in primâ infantiâ, non peregrinis

nutri-

nutricibus, alendos locauit, sed ipsa eos fouit ac eduxit. & omnes interdiu & noctu, labores, vigilias & molestias, primo biennio aut triennio, donec confirmaretur ætas tenera, necessarias; ipsa, prompto & indefesso animo, & diligentia ac fide verè materna, sponte subiuit. Nec erga liberos solùm ex se natos, sed domesticis etiam ministris & virginibus aulicis, omnibusq; subditis, suo ordine, conuenientem beneuolentiam & στοργὴν maternam veris officijs declarauit. Virgines aliquot nobiles, quæ in Gynæceo aliquandiu modestè seruierant, & ancillas etiam pauperes, addita dote, matrimonijs honestis elocauit. Quas non ad ocium, voluptates, delitias, & luxum assuescere sinebat: Sed præter lectionum & precum exercitia, assiduis operis & pensis distributis, agere aliquid, & honestis laboribus, ad Oeconomias deinceps regendas præparari volebat. Sic coniugij curlum, annos vnum & viginti, cum marito Principe, grauissimis laboribus & curis Gubernationis, & difficultatibus alijs, & tandem etiam multis ægritudinibus & morbis languefacto, confecit. cui, prompto & alacri animo, summaque assiduitate & constantia, officijs omnibus, quæ requirunt ægroti, interdiu noctuq; continuatis adfuit, nec ab eius latere se vnquam auelli passa est. Quo tandem vi ac concursu morborum superato ac extincto, etsi acerbissimum ex principis mariti immaturo ex hac vitâ discessu mœrorem capiebat: tamen consideratione voluntatis diuinæ, certa & definita vitæ spacia singulis constituentis; & beatæ cum Deo consuetudinis, ac lucis, sapientiæ, tranquillitatis & lætitiæ diuinæ, in quam, ex inquietæ, & perpetuis curis & angoribus obnoxiæ gubernationis molestijs Princeps maritus à Deo euocatus erat, se consolabatur, & veræ ac sanctæ Viduæ, sperantis in Deo & permanentis in precibus, & assiduâ lectione & auscultatione verbi & consolationum diuinarum, ad quam à teneris annis adsueuerat, se sustentantis, specimen ac exemplum erat. Sic quindecim adhuc annos, post mariti principis obitum, vt Turtur à compare relicta, in solitudine & mœsticia recreationem & voluptatem præcipuam ex lectione & meditatione verbi diuini, & Generosissimæ indolis filiorum, qui tutorum consilio tum educabantur, conspectu, cùm licebat, & colloquijs literarum inter absentes, quærebat, & multis egentibus, in præfecturis alimentorum loco ipsi attributis, benefaciebat. M. D. XCI.

Laborauerat autem multis iam annis, ex defluxionibus assiduis, & anhelitus ac respirationis difficultate. Quæ tandem ingraueſcens, perpetuam ferè decumbendi aut sedendi necessitatem Dominæ attulit. Quo toto morbi tempore, nullâ indignationis aut impatientiæ frementis aduersus Deum significationem ostendens, animo placido & tranquillo, qualis in reliqua vita esse solebat, Dei se voluntati & clementiæ commendabat. Scio, inquit, quæcunq; hunc morbum causæ vel occasiones mihi attraxerint, tamen non casu me, nec causis secundis tantùm, sed Deo sciente & volente, aut certo consilio permittente, ægrotare. Sicut Christus asse, ne capillum quidem à capite nostro, sine voluntate patris nostri in cœlis, decidere adfirmat. Cumq; quotidiè precata sim, vt Dei voluntas fiat, reuerenter me voluntati Dei subijciam, & sub manu ipsius potenti humiliabo. Scio enim Deum mihi patrem propitiũ & clementem esse, vt in quotidiana inuocatione eum compello, & me credere in Deum patrem omnipotentem profiteor. Sicut enim pater piorum, ita Dominus timentium eum miseretur, ac vt ego non possum obliuisci piorum, quos sub corde meo gestaui; ita Deus se piorum ipsum inuocantiũ, nunquam obliturum testatur. Quare me quoq; indignam filiam suam, filij ipsius sanguine redemptam, paternâ beneuolentiâ & fide complectitur, & morbis hisce me castigat, non vt perdat, sed vt agnitionem peccatorum meorum, & pœnitentiam veram, ac fidem in misericordia Dei propter filium mediatorem, pro nobis mortuum & resuscitatum nobis placati & propitij adquiescentem, & veram inuocationem ad Deum velut ad patrem φιλόστοργον confugientem, & spem vitæ ac salutis æternæ, & cæteras virtutes in meo pectore accendat, probet, augeat, & ardentiores ac firmiores reddat. Quæ in valetudine prosperâ & rebus secundis sæpè remittuntur, & frigidiores ac segniores fiunt, & paulatim prorsus extinguuntur. O beatam 1576.

Quadratum Pars secunda, in qua de Curvis Transcendentibus, quæ Quadraturam admittunt, agitur.

Pars prima, quæ de Curvis Algebraicis, quæ Quadraturam admittunt, agit, constat Propositionibus quatuor. Prima est, quod Curva Algebraica, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura datur, ipsa quoque Quadraturam admittat. Secunda, quod Curva Algebraica, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura non datur, Quadraturam non admittat. Tertia, quod Curva Algebraica, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura datur, ipsa quoque Quadraturam admittat. Quarta, quod Curva Algebraica, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura non datur, Quadraturam non admittat. Quæ Propositiones ita demonstrantur, ut Curvæ Algebraicæ, quæ Quadraturam admittunt, ad Curvas Algebraicas, quæ Quadraturam non admittunt, ordinatim applicatæ, Curvam Algebraicam, quæ Quadraturam non admittit, constituant. Ordinatim applicatæ autem dicuntur, quæ ad Axem parallelas ductas, ita ut Ordinatæ Curvæ unius ad Ordinatas Curvæ alterius datam habeant rationem, Curvam Algebraicam constituunt. Ut si Curva Algebraica AB, cujus Quadratura non datur, ad Axem CD ducatur parallela EF, quæ Curvam Algebraicam GH, cujus Quadratura datur, secet in H, ita ut Ordinatæ Curvæ AB ad Ordinatas Curvæ GH datam habeant rationem, Curva Algebraica EH, cujus Quadratura non datur, ordinatim applicatæ Curvarum AB & GH constituunt.

Pars secunda, quæ de Curvis Transcendentibus, quæ Quadraturam admittunt, agit, constat Propositionibus quatuor. Prima est, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura datur, ipsa quoque Quadraturam admittat. Secunda, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura non datur, Quadraturam non admittat. Tertia, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Transcendentis, cujus Quadratura datur, ipsa quoque Quadraturam admittat. Quarta, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Transcendentis, cujus Quadratura non datur, Quadraturam non admittat. Quæ Propositiones ita demonstrantur, ut Curvæ Transcendentes, quæ Quadraturam admittunt, ad Curvas Algebraicas, quæ Quadraturam non admittunt, ordinatim applicatæ, Curvam Algebraicam, quæ Quadraturam non admittit, constituant. Ordinatim applicatæ autem dicuntur, quæ ad Axem parallelas ductas, ita ut Ordinatæ Curvæ unius ad Ordinatas Curvæ alterius datam habeant rationem, Curvam Algebraicam constituunt. Ut si Curva Transcendens AB, cujus Quadratura non datur, ad Axem CD ducatur parallela EF, quæ Curvam Algebraicam GH, cujus Quadratura datur, secet in H, ita ut Ordinatæ Curvæ AB ad Ordinatas Curvæ GH datam habeant rationem, Curva Algebraica EH, cujus Quadratura non datur, ordinatim applicatæ Curvarum AB & GH constituunt.

Pars tertia, quæ de Curvis Transcendentibus, quæ Quadraturam admittunt, agit, constat Propositionibus quatuor. Prima est, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura datur, ipsa quoque Quadraturam admittat. Secunda, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura non datur, Quadraturam non admittat. Tertia, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Transcendentis, cujus Quadratura datur, ipsa quoque Quadraturam admittat. Quarta, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Transcendentis, cujus Quadratura non datur, Quadraturam non admittat. Quæ Propositiones ita demonstrantur, ut Curvæ Transcendentes, quæ Quadraturam admittunt, ad Curvas Transcendentes, quæ Quadraturam non admittunt, ordinatim applicatæ, Curvam Algebraicam, quæ Quadraturam non admittit, constituant. Ordinatim applicatæ autem dicuntur, quæ ad Axem parallelas ductas, ita ut Ordinatæ Curvæ unius ad Ordinatas Curvæ alterius datam habeant rationem, Curvam Algebraicam constituunt. Ut si Curva Transcendens AB, cujus Quadratura non datur, ad Axem CD ducatur parallela EF, quæ Curvam Transcendentem GH, cujus Quadratura datur, secet in H, ita ut Ordinatæ Curvæ AB ad Ordinatas Curvæ GH datam habeant rationem, Curva Algebraica EH, cujus Quadratura non datur, ordinatim applicatæ Curvarum AB & GH constituunt.

Pars quarta, quæ de Curvis Transcendentibus, quæ Quadraturam admittunt, agit, constat Propositionibus quatuor. Prima est, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura datur, ipsa quoque Quadraturam admittat. Secunda, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Algebraicæ, cujus Quadratura non datur, Quadraturam non admittat. Tertia, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Transcendentis, cujus Quadratura datur, ipsa quoque Quadraturam admittat. Quarta, quod Curva Transcendens, cujus Ordinatæ sunt in ratione data ad Ordinatas Curvæ Transcendentis, cujus Quadratura non datur, Quadraturam non admittat. Quæ Propositiones ita demonstrantur, ut Curvæ Transcendentes, quæ Quadraturam admittunt, ad Curvas Transcendentes, quæ Quadraturam non admittunt, ordinatim applicatæ, Curvam Transcendentem, quæ Quadraturam non admittit, constituant. Ordinatim applicatæ autem dicuntur, quæ ad Axem parallelas ductas, ita ut Ordinatæ Curvæ unius ad Ordinatas Curvæ alterius datam habeant rationem, Curvam Algebraicam constituunt. Ut si Curva Transcendens AB, cujus Quadratura non datur, ad Axem CD ducatur parallela EF, quæ Curvam Transcendentem GH, cujus Quadratura datur, secet in H, ita ut Ordinatæ Curvæ AB ad Ordinatas Curvæ GH datam habeant rationem, Curva Algebraica EH, cujus Quadratura non datur, ordinatim applicatæ Curvarum AB & GH constituunt.

ſumamus & imitemur. Oremus etiam toto pectore filium Dei, autorem & cuſto- M. D. XCI.
dem ordinis politici, & principum bonorum, vt deinceps etiam his regionibus Megapolitanis clementer adſit, & veræ religionis, virtutis ac doctrinæ ſtudia & pacem in his gentibus ſeruet, & Illuſtriſſimos principes noſtros, eorumq; coniuges, & liberos generoſiſſimos regat, & incolumes ac florentes perpetuò ſeruet, & nos ſingulos doceat & gubernet. Dixi.

Annæ huius Sophiæ fratria Maria Leonora, Alberti Friderici Boruſſiæ ducis coniunx, longum & diuturnum iter in patriam, ad Rhenum inſtituit, vt patrem VVilelmum ducem Iuliacenſem, ſenem, annum ætatis 73. iam ingreſſum, & fratrē Ioan. VVilelmum, ambos imbecilliores inuiſeret, & de Repub. ditionum illarum ampliſſimarum, quæ, deficientibus maſculis principibus, ad ipſam velut primogenitam, hæreditate redibant, rectè moderandâ, & alijs magni momenti negocijs, ad ſalutem illarum regionum pertinentibus, cum Commiſſarijs Imperatoris, & Principibus Palatinis, Philippo Ludoico, & Ioanne, qui ipſe aderat, adfinibus, & prouinciarum ordinibus, in conuentu Duſſeldorpij, ea de cauſſa inſtituto, deliberaret. in quo de Defenſione illarum regionum aduerſus Hiſpanorum & Geuſiorum aſſiduas incurſiones; & de Gubernatione Reipub. in hac patris & filij Ducum Iuliacenſium inualetudine, rectè conſtituenda; & de Oeconomia principis melius ordinanda; & multis, quæ contra leges & ſalutem patriæ irrepſiſſent, ἀναξίαις & confuſionibus emendandis, propoſitum eſt. Sed tanta, non Procerum ſolummodò in illis gentibus diſſidia & factiones, verumetiam principum adfinium, & Heroinarum, diſſenſiones inter ſe & cum Commiſſarijs Cæſareis fuerunt, vt multa tumultuoſius acta, & tandem omnia in priſtino ſtatu relicta ſint. donec Imperator de his omnibus edoctus aliud conſtituiſſet. In reditu, Berlinam Ioannis Georgij electoris Brandeb. aulæ ſedem, tranſiens, filiam primogenitam, Annam, Ioanni Sigiſmundo, adminiſtratoris primatus & archiepiſcopæ Magdeburgenſis Ioachimi Friderici filio, electoris Brandeburgenſis nepoti, deſpondit.

Ex Saxonia & finitimis prouincijs, magnus hac æſtate, equitum & peditum exercitus, ex Germania in Galliam iuit, vt Henrico IIII. Galliæ & Nauarræ Regi, aduerſus Hiſpanum, Pontificem, & cæteros ſacræ Ligæ ſocios, auxilium & opem maturam ferret. Sollicitauerat enim aliquot iam annos, Rex Galliæ, per certos homines, Germaniæ principes, vt regi nondum in regno confirmato, & aſſiduis bellis exhauſto, militē & pecuniam bello gerendo neceſſariam, ſubminiſtrarent. Ac initio huius anni, magnæ autoritatis legatos, Henricum Vicecomitem Turainium, & Palauicinum, Gallus & Regina Angliæ, ad principes ablegauerant. Cum quib. de mittendis in Galliam auxilijs tandem decretum eſt. Conſcripti igitur equites & pedites, exeunte Iulio, in VVederauia prope Francofurtum, conuenerunt, & cis Moguntiam, ad pagum Hoheim luſtrati ſunt. Rhenum duobus infra Moguntiam milliaribus, primis Auguſti diebus traiecerunt; vbi aliquot dies in Archiepiſcopi Moguntini, & Palatini agris commorati, tandem per Cæſaris Lotharam & Saræpontem, Lotharingiam verſus progreſſi, oppida Forbach, Conflans, Malatour, Viceſaleron, Marcheuille, Cerne, prope Catalaunū, capta diripuerunt, & nemine admodum reſiſtente (nam dux Lotharingus copias ſuas in munita oppida diſtribuerat) ad Galliæ fines penetrarunt, ac circa diem æquinoctij demū à rege Galliæ, qui Id. Sept.
Sedanum vſq; ad Moſam proceſſerat, excepti, & cum eo coniuncti ſunt. Hoſtium copiæ, Carolo Maiennæ duce & Lotharingo ducibus, ad Tullum & Virdunum caſtra metabantur. Cumq; Italorum exercitus, ex 6000. pedit. 1200. equitibus conſtans, à Pontifice Gregorio XIIII. fœderatis auxilio miſſus, magna ex parte diapſus, progredi in Galliam interiorem nollet, antequam de regis Hiſpaniæ copijs, & ducis Parmenſis in Galliam aduentu, certò conſtaret: reliqui etiam ſe, munitis locis aliquantiſper continere, quàm cum hoſte, recentibus & firmis Germanorum auxilijs iam confirmato, Marte aperto congredi, & pugnandi copiam facere maluerunt.

Parmenſem verò, cupientem mandato ſui regis, in Galliam cum exercitu 20. & 31. Maii.

M.D.XCI. quàm primùm progredi, retinebant nouę Hollandorum impressiones, qui Sutphaniam & Dauentriam, æstatis initio recuperârant, & iam Neomago imminebant: ad cuius defensionẽ profectus Parmensis exercitus, Italis potissimũ constans, traiecto VVahali, castellum Knotzenburg, è regione Neomagi, tormentis, actis cuniculis, & puluere pyrio subiecto, & binis assultib. oppugnauit. Sed virtute præsidiariorum fortiter repulsi sunt. Postea Mauricio comite Nassauio cum 400. equis se ostendente, & fugam simulante sex turmæ equitum Italorum, Parmensi seruientium, insecutæ, in insidias pertractæ ac profligatæ sunt. multi, ac in his præcipui ducces, Petrus Franciscus Nisellius, cum summo vexillo, Alphonsus Daualis, marchio Vasti: Decius Mansfredus, Diomedes Carafa, capti. Octauianus Mansfeldius, Petri Ernesti filius, inter cæsos refertur. Parmensis, præfecto vrbi Neomago tuendæ, Francisco Verdugo, VVahalim noctu iterum transiens, in Brabantiam se recepit. Postea cùm ferè in procinctu expeditionis Gallicę Parmensis esset, Mauricius Nassauiæ comes, Hollandiæ gubernator, in Flandrię prouinciã VVasiam, impressione factâ, munitum oppidum Hulst deditione occupauit, & collocatis in eo mille peditibus, & ducentis equitibus præsidiarijs, reliquas copias ad Neomagum reduxit, 9 Octobri mense tandẽ Mauricius recuperauit, & Martini Schenckij, quem in quatuor partes dissectum suprà diximus, membra collecta, ante summũ altare, in mausoleo ducum Geldriæ solenni ceremoniâ & pompâ condi curauit. Ex Anglia, comes Essexiæ, cum 4000. pedit. Anglis, & 400. equitibus Diepam in Normandiam traiecerat, vt Rhotomagi obsidionem, tùm à rege decretam, iuuaret. Sed mutato vel impedito regis consilio, totos ibi duos menses ocioſi desederunt, donec tandẽ Germanorum copijs, in Galliam profectis coniuncti, Rhotomagum obsederunt.

Mense Iulio. 16. Iulij. 14. Septemb. 21. Octob. Iulio. Augusto. Septembr.

Britanniam Armoricam, Galliæ prouinciam, rex Hispaniæ Philippus, filiæ suæ, ex Elisabetha, postremorum Galliæ regum, absq; mascula sobole extinctorũ, sorore natæ, hæreditario iure, ac ex pactis dotalibus deberi, adfirmabat. Promisisse enim Henricũ II. si Valesia stirps mascula extingueretur, ad Elisabetham Hispani coniugem, & ex ea susceptos liberos, possessionem illius prouinciæ peruenturam esse. Quare hoc etiam prætextu, classem militum circiter sex millium, superiori anno in Britanniam miserat. qui aliquot portus & loca munita occuparunt, & à Nannetensibus adiuti sunt. Etsi autem aliquoties pugnis leuioribus eos, Dombeus Mompenserij filius, regiæ partis in Britannia præfectus, non infeliciter repressérat: tamen omninò pelli nondum potuerunt. ac perijt in Britannia vir fortissimus Dominus de la Noue.

Rex alibi, metropolin regni Lutetiam lenta obsidione adhuc premebat, defendentibus vrbem, pro Hispaniæ rege, Hispanicis & Germanis præsidiarijs. Alibi, vicinas aliquot vrbes; ac in his Carnutes seu Chartres, inter Lutetiam & Aurelią medio ferè spacio sitam, & in Picardia, Nouiodunum occuparat. Eum Pontifex Romanus Gregorius XIIII. nouis etiam Bullis ac literis monitorialibus oppugnabat. quibus, principes & alios regni Franciæ proceres & nobiles, regis causam probantes: nec non ciuitates, populos, ciues ac incolas omnes exhortatur & monet, ne Henrico Burbonio, Nauarræ quondam regi, hæretico, & in hæresin relapso, & coronæ regni gestandę inhabili & incapaci, vlteriùs adhęreant, vel quoquo modo faueant. Archiepiscopis verò, & cæteris ecclesiasticis prælatis ac collegijs, sub pœna priuationis dignitatum & bonorum, & maioris excommunicationis, mandat, vt intra quindecim dies, à rege & illius fautoribus, principibus & proceribus, & aliis illi adhærentib. omninò recedant, eosq; prorsus deserant ac derelinquant. Hæc Pontificis Gregorij, vt olim Innocentij III. Bonifacij VIII. Benedicti XIII. & Iulij II. audacia (Philippo Bugusto, Philippo Pulchro, Carolo VI. Ludoico XII. Galliæ regibus) cùm intoleranda ac necessario retundenda, catholicis etiam regni proceribus, dignitatem & salutem patriæ amantibus, videretur: publica Parlamenti Turonensis autoritate, Bullas illas irritas, fallaces, seditiosas, impietatis ac imposturarum plenas: Ecclesiæ Gallicanæ Iuri, immunitati, ac libertatibus contrarias: ideoque per carnificem comburendas esse, declaratum est: Prælatis & Parochis

6. April. 6. Augusti. 5. Augusti.

omni-

omnibus, ne quis eas promulget, cæteris, ne quis ijs pareat, aut penes se retineat, M. D. CXL
sub læsæ Maiestatis criminis pœna, interdictum. Omnibus mensarijs, ne ad Bullas, prouisiones, dispensationes, aliásue expeditiones Romæ impetrandas, pecuniam auream vel argenteam vllam transcribant, aut perferri curent, sub eadem pœna prohibitum. Nuncius verò Apostolicus, Bulligerulus, Marsilius Landrianus, iniecta manu comprehendi & puniri iubetur. Hoc Senatusconsultum, cum literis regijs, ad Archiepiscopos & Prouinciarum præfectos, publicandum ac exequendũ 28. Augusti.
mittitur. Simile supremæ curiæ Catalauni residentis decretum, exeunte mense promulgatum est, quo, omnes suprà dictas Bullas, Excommunicationes & Fulmi-
10 nationes, vt brutas & irritas, odiosas, inuisas, seditionis faces, & aduersus sacra decreta, canonicas institutiones, nec non Gallicanæ ecclesiæ Iura & priuilegia contextas, confringunt, reuocant, & antiquant, & per Carnificem concremant, & nuncium Bulligerulum capiendum, & extra ordinem puniendum statuunt. In Cenomannorum etiam oppido Mantes, archiepiscopis, episcopis & cæteris Pontificiæ religionis ordinibus conuocatis, rex, quod in primo regni aditu, statim post Henricum III. à monacho interfectũ, iurauerat, denuò promittit, se Catholicam Ro-
15 manam religionem, vbicunq; ea in toto regno iam vsitata esset, conseruare & defendere, & bonorum omnium ecclesiasticorum possessionem, quę hactenus tenuerunt, integram & illibatam illis relinquere ac tueri velle. Petere autẽ, vt tantæ Romani Pontificis audacię & petulantiæ, qua regis ac regni Galliæ dignitatẽ & tranquillitatem prorsus conuellere & labefactare; regem ac regnum, pro sua libidine, in ordinem redigere moliatur, exemplo maiorum Philippi Augusti, Pulchri, Caroli VIII. & Ludoici XII. magnis animis obsistant, & ex suo ordine Patriarchã eligant, qui supremam in Gallicanis ecclesijs iurisdictionem administret, nec vllas Annatas vel census, vel alias, pro pallio vel quibuscunq; alijs prætextibus extortas hactenus pecunias, Pontifici Romano ex Gallia mittant, sed communem regni Galliæ dignitatem & salutem vnà secum fideliter tueri pergant. Id Patriarchæ munus, Cardinali Condeo, à quibusdam commendatum esse, ferebatur.

Pontifex interea Gregorius, Hispanicis partibus addictissimus, statim post
20 publicatas Romæ aduersus regem Nauarræ litteras, exercitum circiter 6000. pedit. & 1200. equit. fœderatis in Gallia auxilio mittendum, sua pecunia conscripserat. & fratris filio Sfondratæ, ei præfecto, per Ducatum Mediolanensem in Sabaudiam miserat: vbi diu in finibus hærens, non antè progredi in Galliam instructus erat, quàm certò constaret, Alexandrum ducem Parmensem, cum regis Hispaniæ Belgicis copijs, Galliam ingressum esse. His mandatis dum obtemperat, Parmense in Belgico intestinis motibus impedito, tota æstas exacta, & plurimi dilapsi sunt, & tandem mortuo PP. Gregorio, euentus conceptæ multorum expectationi parùm respondit. Sabaudiæ dux Carolus, in Hispaniam ad socerum Massyliâ profectus, magnam vim auri, & militem, secum in patriam reduxerat. sed pa-
25 rum felices ipsius molitiones hactenus fuerant, cum virtute & felicitate regiorum in prouincia & Delphinatu præfectorum, Dedigerij & Valettæ, vrbs Gratianopolis, & Vienna ad Rhodanum, regi Galliæ adiuncta, & Berray oppidum obsidione Sabaudi liberatum, & recens circiter decem millium exercitus, qui duobus à Gratianopoli miliaribus, velut obsidionem minitans, aliquot hebdomadas desederat, fusus fugatusque, & præda ingens capta est.

Hæc dum aguntur, & in Galliam Saxonici equites & pedites Germani, magnâ cum multorum spe ac expectatione progrediuntur: ecce præter omnem illorum spem ac expectationem, Christianus dux Saxoniæ elector, iuuenis firmo & robusto corporis habitu præditus, cùm tricesimum primum ætatis annum vix 25. Septemb.
30 compleuisset, in ægritudinem lethalem incidens, magno cum militum in Gallia profectorum dolore, extinctus est, die decimo ante Gregorium XIIII. Pontificem, cui statim successorem, Innocentium IX. Cardinales, mense Octobri subrogarunt. In Gallia verò, Germanos equites, ob Saxonici Electoris 5. Octob.
obitum frementes ac tumultuantes, vnius mensis stipendio, præsenti pecunia

M.D.CXL. numerato, rex placauit, vt in Rhotomagi obsidione durarent. quæ in annum sequentem irrito tandem conatu ducta est. Electoris Saxoniæ filij, Christianus, Ioannes Georgius, & Augustus, infantiæ annos nondum omnes egressi erant. Ideo ditionum illius administrationem, Fridericus VVilelmus, dux Saxoniæ, quinto gradu agnatus, suscepit; adiuncto ipsi testamento patris, contutore, Ioanne Georgio, Electore Brandeb. socero; Hi, Mandata de religione, & exorcismo à Christiano proposita non amplius vrserunt. & pastores ecclesiarum plurimos, ac Superintendentes aliquot qui edictis illis non paruerant, in exilium paulò ante illius obitum pulsos, restituerunt.

Decessit hoc anno Bernardus quoq; episcopus Osnabruggensis, comes VValdec, Ioannis filius, Francisci frater, cui in administranda diœcesi, Philippus Sigismundus, Iulij ducis Brunsuicensis filius, episcopus Verdensis, successit. Anna etiam, Philippi Hassiæ principis filia; VVolffgangi Palatini vidua; cum viginti tres annos, marito in Gallia defuncto, superstes, vitam solitariam & mœstam, in
19. Iulij. pia lectione & precatione exegisset; tandem ex his terris, Meisenheimiæ in Bipontina ditione, euocata, & ad latus mariti condita est. Huius ex filio Philippo Ludoico (comite Palatino, Naoburgi ad Danubium aulæ sedem habente) neptis,
29. August. Anna Maria; Friderico VVilhelmo duci Saxoniæ, sequenti mense, matrimonio iuncta est. Quod coniugium, vt verè secundum & salutare optimo principi, Deus efficiat, toto eum pectore precor.

LVBECAE, ciuitatum Hanseæ comitia, mense Iunio, Iulio & Augusto celebrata sunt. in quibus, de priuilegiorum suorum, in emporijs exterarum gentium, conseruatione ac defensione, & multiplicibus incommodis, quibus ea imminui & labefactari videbant, auertendis, deliberatum est. nam & Angliæ regina, plurimas Hanseaticorum naues, frumentum in Lusitaniam vehentes, interceperat, & frumento omni nudarat: & Hollandi ac Zelandi, inusitatis antea immensis exactionibus, merces eò delatas onerare solebant. & passim in emporijs, Londini, Bergæ, & alibi, multa subinde incommoda & detrimenta capiebantur. Verùm propter præsentium temporum difficultates, ad multas iniurias conniuendum, & moderatiùs ac cunctantiùs, quàm maiores ipsorum solebant, agendum existimarunt.

M.D.XCII. Anna, Illustrissimi & optimi principis Gothardi, primi in Liuonia Curlandiæ & Semigalliæ ducis, vidua: omnium virtutum Heroicæ matronæ conuenientium, ac in primis Christianæ pietatis & mansuetudinis exemplum ac speculum illustre: Alberti ducis Megapolitani filia: mense Octobri, magno comitatu, in ditionem paternam appulerat, tum aliorum negociorum causa, tum Illustr. fratres, duces Megapol. à quibus totos viginti sex annos abfuerat, & filium, Illustr. ducem Curlandiæ, VVilelmvm, Rostochij bonis literis operam eo tempore nauantem, & Academiæ sceptra gerentem, inuisere ac complecti cupiens. cumq; totam ferè hyemem in Megapolitano ducatu exegisset, relictis in Academia filio VVilelmo, & apud Illustr. ducis Vlrici coniugem filia Elisabetha, omnibus animi & corporis dotibus pulcherrima, pridie Nonas Martij, ex Megapoli discessit. & salutato Pomeraniæ duce Ernesto Ludoico, magnis itineribus in Liuoniam salua redijt. Quam vt diutissimè Deus ecclesiæ, subditis, & pauperibus, incolumem & florentem seruet, & totam domum Curlandicam clementer protegat & tueatur, ardentibus eum votis precor.

Magnus, dux Megapol. ⊕ 1503.

Henricus senex ⊕ 1552. — Albertvs, dux Megapol. ⊕ 1547.

Iohannes Albertus ⊕ 1576.	Vlricvs.	Christophorvs ⊕ 1592. die 4. Martij.	Anna, Gothardo primo Curlandiæ Duci nupta.	Carolus dux Megapolit.

Ioannes ⊕ 1592. die 22. Martij. — Fridericvs. VVilhelmvs. Curlandiæ Duces. — Anna. — Elisabetha. Ineunte

Ineunte anno, postridie natalis filij Dei, VVilhelmus dux Cleuensis & Iuliacensis, Ioannis filius, omnium Imperij principum natu maximus, ex hac vita decessit. cùm annos quinquaginta tres, amplissimis ad vtramq; Rheni ripam prouincijs, Cliuiæ, Iuliæ, Bergæ, Marchiæ VVestphalicæ, Rauensburgo, & alijs præfuisset: vixisset 75. Epitaphia duo adscribam. M.D.XCII.

Hic Ducis est tumulus, cuius prudentia rara, Chara fuit populis, Rhenicolisq; pijs.
Cum superis viuit senij pertæsus in orbe, Et linguæ & mentis munera sanus obit.

Alterum eruditius & grauius, Dialogi forma.

Quis situs hic? Dux Iuliacus. qua stirpe parentum? Cliuorum illustri sanguine cretus erat.
Quæ coniunx? Maria illa fuit. quo stemmate? magni Cæsaris, & diuo Cæsare nata soror:
Quid iuuenis coluit? Martem. quid adultior annis? Pacem. quid senior? iusticiam, atq; Deum.
Quo morbo periit? senio, cordiq; dolore. Qualiter? inuicta spe, stabiliq; fide.
Ergo fuit? vixit pars prima. quid altera? surget. Vnde? ex hoc tumulo. Quando? vocante tuba.

Ex Maria, Ferdinandi Cæsaris filia, & Maximiliani II. sorore, vnicum filium superstitem, Ioannem VVilelmum, mente non satis constantem, reliquit: & tres filias, ex quibus Maria Leonora, Alberto Friderico, Borussiæ duci nupta: reliquæ, duobus Palatinis, Philippo Ludoico, & Ioanni, fratribus, VVolfgangi filijs, elocatæ sunt.

Iuliacensem, vndecimo post die, secutus est Ioannes Casimirus Palatinus, Friderici Elect. filius, Ludoici frater. post cuius Ludoici obitum, ditiones electoris Palatini, Tutorio nomine administrauerat. Cùm autem pupillus, fratris Ludoici filius, Fridericus, proxima die quinta Martij, annum ætatis decimum octauum completurus esset: Tutela mox egressus, & sui iuris factus, Gubernationem electoratus Palatini, vigore aureæ Bullæ, ipse adiuit, & Richardum Palatinum Simerensem, patruum suum magnum, Tutoris & Curatoris munus sibi deberi, ex aurea Bulla & declarationibus à Sigismundo Imperatore datis, euincere conantem, citatis ijsdem bullis & declarationibus, refutauit. Paulò post, ex eadem familia Palatina, Princeps Georgius Iohannes, Ruperti filius, Alexandri nepos, VVolfgangi Bipontini patruelis, curriculum vitæ mortalis absoluit: relictis ex Anna Maria, Gostaui Sueciæ regis nata, quatuor filijs, Georgio Gostauo, Iohanne Augusto, Ludoico Philippo, & Georgio Iohanne. & filia VRSVLA, Ludoici ducis VVirtebergensis coniuge secunda. Pridie Idus Ianuarij, Elisabetha, Maximiliani II. Imperatoris filia, Caroli IX. Galliæ regis vidua, quæ Viennæ, ædificato Nosodochio, seruiens Deo, & pauperibus ministrans, hactenus vixerat, decimo octauo post maritum anno, rebus humanis exempta est. Eodem mense Ianuario, Simon comes Lippiensis, Salentinus, comes Isenburgius; Dominus à Bernstein, & alij à Cæsare missi legati, vt Hispaniæ regi Hollandos & Selandos conciliarent: cùm aliquot hebdomadas Coloniæ & Bruxellæ desedissent, tandem domum singuli redierunt. Hollandi enim, etsi liberum passum, & tutò se adeundi facultatem legatis dederant: tamen de pace cum Hispano tractare, nisi simul comprehensis fœderatis, Reginæ Angliæ, & Rege Galliæ, recusarunt. de quo cùm mandata legati nulla haberent, re infecta discessum est.

Romæ, post Innocentium IX. qui duos tantùm menses sederat, extinctùm; 30. Decemb.
pontifex nouus, Hyppolitus Cardinalis Aldobrandinus, Patritius Florentinus, qui 30. Ianuar.
Clemens VIII. nominari deinceps voluit, electus est. cùm à Cosmo Florentiæ duce, pater in exilium pulsus esset: iuuenis, stipendio Cardinalis Farnesi in iuris studio vixit: deinde Assessor iudicij Rotæ aliquot annis fuit. postea in legationibus amplissimis, prudentiam, circumspectionem, industriam & fidem Cardinalibus probans, in eorum Collegium receptus, & tandem eiusdem Farnesij patroni sui beneficio & commendatione, Papa creatus est.

In Saxonia superiore, Merseburgensis diœcesis ordines, IOANNI GEORGIO, Christiani electoris filio, episcopo designato, subiectionis & fidelitatis iuramentum præstiterunt, & Superintendentem & pastores aliquot, qui doctrinam & ritus hactens vsitatos mutare cœperant, remoueri, & tributa cereuisiæ & alia

quædam

M.D.C.XII. quædam onera, mitigari petiuerunt. In comitijs verò omnium electoratus Saxoniæ & Misniæ ordinum, exeunte Februario, Torgæ celebratis, Fridericus VVilelmus dux Saxoniæ, Tutor filiorum & administrator ditionum electoris Saxoniæ, post querelam de immaturo Christiani electoris obitu; de pia illustrium pupillorum institutione ac educatione; & de retinenda Doctrina & forma religionis, à beato Luthero accepta, & in Confess. August. & Concordiæ libro repetita; & visitatione ecclesiarum & Academiarum ac Scholarum illustrium instituenda, proposuit; & iustitiæ administrationem, in aula & dicasterijs, æquam & legitimam, promisit. Nobilitatem verò monuit, cum passim motus periculosi se ostendant, vt instructi, ad subeundam lustrationem, quocunq; tempore vocati, præsto sint. De tributis & impositionibus, quas tolli & mitigari subditi petiuerant, se quidem, regiones Saxonicas nouis exactionibus non grauaturum, pollicitus est. Sed cùm multa adhuc à patre relicta domui Saxonicæ onera incumbant, petere, vt in ordinarijs pensionibus mutationem nullam vrgeant, donec principes iuniores adolescant. In Nicolaum Crellium Cancellarium, quem in funere electoris, tota nobilitas & ciuitates custodiæ mandari petiuerant, postulantibus ius redditum in ostendit. additum est de Gundermanno & Pierio captiuis, vt resipiscant, & offensis palinodia satisfaciant, vel pertinaces, exilio multentur. Conuentu Torgensi soluto, dux Fridericus VVilhelmus, VVitebergam abijt, in fidem Ill. pupillorum & tutelam suam oppidanos & Academiam recepturus. Vbi III. Nonas Martij, ad præstandum iusiurandum, omnibus in arcem conuocatis, scripto professoribus indicauit, se consilio cum Illustr. electore Brandeburgico & prouinciæ ordinibus communicato, nullam doctrinam aliam, præter eam, quæ in verbo Dei, Confess. August. & Lutheri libris tradita, in Concordiæ libro repetita esset, diutius toleraturum esse. si qui igitur professores ab illa dissentiant, conscientiam eorum se onerare nolle, ideoque veniam illis abeundi clementer concedere. Qua declaratione principis accepta, quatuor ex omni numero, & in his Petrus VVesenbecius I. C. celebris, & Ianvs Gruterus, vir ingeniosissimus, Philologus ac poëta excellens, sponte officio se abdicarunt.

VNus autem hic mensis Martius, duos ditioni Megapolitanę principes ademit, Christophorvm, Alberti filium: & Ioannem (patre Iohanne Alberto, laudatiss. memoriæ principe, natum) qui cum Illustriss. duce Vlrico patruo coniunctam Megapolitani ducatus gubernationem, iam administrabat. Exequiæ funeris Christophori, Suerini factæ sunt, in quibus recitatatam à Dauide Chytræo orationem, multis historijs cognitam, non indignis nec iniucundis stipatam, qui volent, adiungant.

DE CHRISTOPHORO DVCE MEGAPOLITANO.

PIetatis & Gratitudinis Deo debitæ pars est, Principes bonos & Reipublicæ salutares, à Deo & Dei loco nobis gubernandis & tuendis præfectos, non viuos solùm omnibus reuerentiæ & amoris ac obedientiæ legitimæ officijs colere ac venerari: verùm defunctos etiam vero desiderio & luctu, & grata virtutum ac meritorum in Rempublicam & singulos memoria & celebratione prosequi. Meritò igitur, illustrissimi & optimi Principis, Christophori, Ducis Megapolitani obitū, vero dolore & gemitu deflemus. & illustrissimæ, ac regia Suecorum stirpe prognatæ, coniugis ipsius Elisabethæ, acerbo mœrore & lachrymis, mariti carissimi, à suo corde recens auulsi, fatum extremum deplorantis, luctu & lamentis mouemur, vt συμπάθειαν illi nostram, mœstitiæ & lachrymarum societate declaremus, præsertim cum Illustrissimi Principes fratres etiam, Vlricvs & Carolvs duces Megapolitani, & Francicvs Saxoniæ Angariæ & VVestphaliæ; & VVilelmvs, in Liuonia Curlandiæ & Semigalliæ, & Gustauus Saxoniæ Duces, domini nostri clementissimi, & tot principes matronæ & virgines, ac principum legati, præsentia suâ, Funebrem hanc pompam cohonestantes, se carissimi fratris, & auunculi sui amore

amore & desiderio teneri; & fratriæ suæ, Regiæ ac clementissimæ nostræ Dominæ M. D. CXII.
squalore & luctu affici ostendant. Cùm autem non lugere nos, sicut Gentes, quæ spem immortalitatis & vitæ æternæ nullam habent, Paulus iubeat: & certo Dei patris cœlestis consilio & voluntate vitam nobis dari & auferri: & pios hinc discedentes, in portum quietis & beatitudinis æternæ, & eam vitam, quæ sola vita nominanda est, transferri sciamus: non lugubribus Nænijs & lamentationibus, breue hoc tempus, orationi funebri destinatum, consumemus: sed vt memoria Illustrissimi & optimi ducis Christophori diuturnius conseruetur, gratâ mente ac voce, breuem historiam vitæ & virtutum ac rerum illius gestarum, & aduersis sæpè fortunæ casibus toleratarum, paucis nunc verbis delibatam recitabimus. Deum æternum fontem virtutum, & principum bonorum datorem & custodem precor, vt dicentis mentem ac linguam gubernet. A tota verò hac illustrissima principum & procerum ac doctorum corona, reuerenter peto, vt hanc vitæ defuncti principis commemorationem, non prorsus cognitu ingratam nec iniucundam, vt spero, futuram, benignè, attenteq; audiant.

NAtus est Illustrissimus dux Christophorus, anno seruatoris Christi, post mille quingentos, tricesimo septimo, AVGVSTÆ Rhetorum: vbi Illustrissimæ matri, principem maritum in aulam Bauaricam comitanti, subitis partus doloribus oppressæ, subsistendum fuit. Nomen Christophori, à teste baptismi accepit, episcopo eius temporis Augustano, CHRISTOPHORO à Stadion: cuius sapientiam, pietatem, & in religionis controuersijs tùm recens motis prudentiam & moderationem eximiam, immortalitati, Erasmus Roterodamus scriptis suis immortalibus consecrauit. Pater Albertus dux Megapolitanus, Magni filius, Henrici nepos, Ioannis, conditoris Academiæ Rostochiensis, pronepos fuit: quo nullum in Imperio Principem, excelsi animi & corporis Heroici dotibus pulchriorem, & magis augusta maiestate conspicuum, illa ætate floruisse accepimus. Sed hunc nimis maturè decedentem, Christophorus decimo ætatis suæ anno amisit. Matrem ANNAM habuit, filiam Ioachimi I. electoris Brandeburgensis, quem vt cæteris ingenij & fortunæ ornamentis, sic Latinè & Germanicè dicendi facultate ac eloquentiâ, cæteris principibus præstitisse, & hac oratoria laude, in conuentibus imperij, & alibi, delectatum fuisse, intelligimus. nam in Comitijs Augustæ frequentissimis, proceribus regni Croatiæ, & alijs gentium exterarum legatis, latinâ ora- 1530.
tione, Imperij nomine, publicè respondit. cumque ex principibus ecclesiasticis nemo tùm idoneus adesset, qui Romani Pontificis legato, Cardinali Campegio, de aduentu in Germaniam felici gratulari vellet: vices, illorum nomine, latinè orandi, ipse subiuit. Huius Ioachimi auus, & Ducis Christophori abauus fuit ALBERTVS, quem, ob Heroicam animi magnitudinem & fortitudinis bellicæ præstantiam, Itali Achillem Germanicum indigetarunt. Iam si de vtriusque familiæ Illustrissimæ, Megapolitanæ & Brandeburgensis, splendore, & principum veterum virtute ac rebus gestis orationem instituere vellem, quantus & quàm amplus se dicendi campus aperiret. Sed in præsenti laudatissimi principis Christophori historia, non opus est aliundè, vel ex maiorum virtute, alienas repetere laudes: cùm proprijs eum abundare, ipsa orationis series demonstratura sit. Puer enim, cùm ab Heroicis parentibus virtutum semina accepisset, literis etiam & doctrinarum studijs ea excolere ac expolire cœpit: hauante illi erudiendo operam fidelem, VVOLFGANGO Leopoldo, Fribergæ in Misnia nato, elegantis & politi ingenij, doctrinæ, ac industriæ viro, qui illustris ludi Gustrouiensis studia fideliter & feliciter postea rexit. Nam Christophorus, cùm pueritiæ annos vix egressus esset, ex medio studiorum cursu abreptus, in Galliam obses, à fratre Ioanne Alberto (qui custodem fratri & aulæ magistrum virum nobilem Ioachimum Cleinouium adiunxit) ad Henricum II. Franciæ regem, Francisci illius magni filium hac occasione missus est.

Cùm Carolus V. Imp. post victoriam belli Germanici, & captos duces, Iohan. Fridericum electorem Saxoniæ, & Philippum Landg. Hassiæ, secundissimâ fortu-

M. D. XCII. fortunâ, velut Bellerophontes Pegaſo vectus, in cœlum euolare, & religionem veram, promulgato libro, quem Interim nominabant, mutare & abolere conaretur:

1547. & principes captiuos, in primis Haſſiæ Landgrauium, præter Mauricij Ducis Saxoniæ (cuius fidem ille ſecutus erat) opinionem ac expectationem, in Salinis Saxonicis, poſt factam coram Cæſare deprecationem, cùm ſe planè reconciliatum Cæſari exiſtimaret, à duce Albano inuitatum in arcem cum Mauricio ad cœnam, eaq; finitâ domum redire cupientem, additis Hiſpanorum cohortibus, detentum ac cuſtodiæ traditũ, ſæpiſſimè rogatus non dimitteret: Mauricius, vt fidem ſocero datam ſeruaret, & libertatem religioni ac imperio, propemodum amiſſam (omnia enim pro arbitrio aula Cæſaris victoris in imperio adminiſtrabat) reſtitueret: & conſilia, quæ tum à Carolo agitabantur, transferendæ in filium Philippum Hiſpaniæ regem ſucceſſionis in imperio, impediret: Bellum aduerſus Cæſarem mouere inſtituit, ideoq; Henricum Galliæ regem (quem nimium creſcens Caroli potentia & aliæ iniuriæ vrebant) & principes *Imperij aliquot, dum Magdeburg. Cæſaris nomine obſideret*, confœderatos & ſocios ſibi contra Cæſarem adſciuit. Huic fœderi ſe Ioannes Albertus, Dux Megapolitanus, ſolo veræ religionis & ſalutis eccleſiæ & libertatis Germaniæ amore & Zelo adductus, coniunxit. & obſidem fidei Gallo datæ, fratrem iuniorem Chriſtophorum; vt VVilelmus Haſſiæ princeps, fratrem Philippum, & alij alios, in Galliam miſſos, dederunt. Ductis autem aduerſus Carolum, Oeniponte tùm pro Concilio Trid. excubantem, copijs, & fugato inde Cæſare, & alibi vrbe Metenſi à Gallię rege occupatâ, PACIS tractatio, rege Ferdinando intercedente, Patauij inſtituta & confecta eſt. Quæ fundamentum & firmamẽtum publicæ ſalutis & tranquillitatis Germaniæ eo tempore fuit. & pacem religioni ac eccleſijs noſtris (quæ nullo vnquam tempore antea impetrari à Cæſare potuit) perpetuam & libertatem imperio antiquam, & principibus captiuis, ex quinquennij integri cuſtodia ſolutis, conditionem priſtinam recuperauit. Ea pace confectâ, Ioannes Albertus, dux Megapolitanus, ablegato in Galliam Ioachimo Malzano, Barone in VVarteberg, qui Franciſco regi olim militauerat, fratrem Chriſtophorum adoleſcentem in patriam reduci curauit.

1552.

Cumq; inter principes fratres Iohannem Albertum & Vlricum ſeniores, ditionem à patre & patruo Henrico relictam paulò pòſt diuidentes, ita conueniſſet, vt iuniorum fratrum; Chriſtophori, Iohannes Albertus; Caroli, dux Vlricus, curam ſuſciperent: fortè accidit, vt epiſcopus tùm Raceburgenſis, Chriſtophorus Schullenburgius, de mutanda vitę conditione & hæredibus ſuſcipiendis cogitans, Epiſcopam collegio reſignaturus eſſet. Certa igitur pecuniæ ſumma, à Ioha. Alberto accepta, Ius ſuum, fratri Ioh. Alberti, duci Chriſtophoro conceſſit. Qui eâ occaſione, Raceburg. diœceſis Gubernationem adeptus, totos deinceps 38. annos iuſtè & feliciter adminiſtrauit.

1554.

Poſtea, vt maiores dignitates eccleſiaſticas, & commoda ampliora Chriſtophorus obtineret: Ioannes Albertus, futuri ſoceri ſui Boruſſiæ ducis conſilio, fratrem Chriſtophorum, VVilelmo Rigenſi archiepiſcopo ducis Boruſſiæ fratri, de coadiutore & ſucceſſore adſciſcendo deliberanti, multorum Regum, Ferdinandi Cæſaris, Chriſtiani Daniæ, Sigiſmundi Poloniæ, & plerorumq; imperij electorum & principũ literis commendat. & comitatu principe digno inſtructũ in Liuoniam mittit, vbi amanter à ſene archiepiſc. exceptus, præfecturis aliquot, vnde familiæ ſumptus principe dignos ſuſtineret, donatus eſt. Quibus tamen vix vltra ſemeſtre frui tranquillè potuit. Nam cæteri Liuoniæ proceres, ſummus ordinis magiſter, epiſcopi, commendatores, & ciuitas Rigenſis, ægerrimè ferentes, contrà VVolmarienſis conuentus decretum, ipſius archiepiſcopi ſubſcriptione confirmatum, principem externum, cæteris ordinibus inſcijs & inconſultis, in Liuoniam vocatum eſſe: ſumtis armis, duce VVilelmo Fürſtenbergio, Magiſtri ordinis legato, archiepiſcopum vnà cum coadiutore nouo, Kakenhuſij obſeſſos in ſuam poteſtatem redigunt. & archiepiſcopum toto anno, in cuſtodia principe indignâ, Atſelæ: Ducem verò Chriſtophorum laxius & liberalius habitum, in arce Treidena, deti-

1555. Nouemb.

1556. 2. Iulij.

detinent. Hoc inteſtino Liuoniæ motu excitatus Sigiſmundus Poloniæ rex, Archiepiſcopi auunculus, & Albertus Boruſſiæ dux, vt capto fratri opem maturam ferret, exercitus aduerſus Liuoniæ ordines contrahunt. ac rege Polono iam ad Liuoniæ fines cum copijs progreſſo, tandem legatorum Ferdinandi Cæſaris, ac electorum omnium interceſſione, lis compoſita, & Archiepiſcopus & dux Chriſtophorus coadiutor, poſthabito illo VVolmarienſi decreto, in integrũ reſtituti ſunt. M. D. XCII. 1557. 5. Octob.

Cùm igitur ex primi aditus nouæ dignitatis difficultatibus tandem emerſiſſet Chriſtophorus, & deinceps tranquillè commodis ſuis ſummâ cum ſpe ampliſſimi principatus mox acceſſuri, frui poſſe, & omnia ſalua & cunctis periculis libera & ſecura viderentur: ecce, præter omnem ipſius & cæterorum Liuoniæ ordinum expectationem, noua & terribilis tempeſtas à Magno Moſchorum duce excitatur, qui altero, poſt reſtitutum Chriſtophorum, menſe, bellum Liuonis, etiam religionis prætextu, quòd Templa Ruſſica in vrbibus Liuonicis deſtructa, non inſtaurarent, & cæteras pacis conditiones aliquoties promiſſas non ſeruaſſent, per literas indicit. ac mox ineunte anno, immiſſis in Liuoniam exercitibus, immani crudelitate, direptionibus, incendijs & cædibus, graſſatur. oppidum Neruam Liuoniæ ad Boream propugnaculum expugnat. vicinas arces & prouincias, diffugientibus metu conſternatis præfectis, deſertas, ſine vllo labore & periculo in poteſtatem redigit. vrbem Derbatum, nullo à Senatu & ciuibus defenſionis conatu edito, ſponte traditam occupat. Reualiam minaciſſimis literis ſibi dedi flagitat. Quæ occaſio fuit, ad Chriſtianum III. Daniæ regem (à cuius anteceſſore VValdemaro II. Reualia primùm condita, & inſigni trium Leonum Danico, & priuilegijs præcipuis ornata erat) legatos à Senatu vrbis & nobilitate Eſthonica mittendi: qui vrbem & agrum Harriæ, VViriæ, & Eſthoniæ vicinum, regis Daniæ patrocinio & tutelæ offerrent. Sed optimus rex, ſatis ſibi ditionum & populorũ à Deo ſubditum eſſe, reſpondit, quorum gubernatio plus ſibi curarum, moleſtiæ, & laborum pariat, quàm ſuſtinere in hac infirmitate humana queat. nec ſe, alienos ſubditos petere, nec adeò procul diſſitos, defendi à ſe, vt optaturi ſint, commodè poſſe. Aliquot igitur millibus aureorum, & commeatu, ac puluere pyrio donatos, in Liuoniam remiſit. cuius princeps, ſeu ordinis magiſter, Fürſtenbergius, qui adeò antea, in bello aduerſus archiepiſcopum & Ducem Chriſtophorum inteſtino, ferocierat, cùm in ſummo periculo & nouaculæ cuſpide res Liuonicæ verſarentur, de deponenda Gubernatione cogitans, commendatorem Duneburgi cum GOTHARDVM, Heroëm magnanimum, prudentem, pium, peritum rei militaris & fortitudine bellica inſignem, qui poſtea Primus CVRLANDIÆ DVX creatus eſt, coadiutorem ac ſucceſſorem ſibi adſciſcit. qui eodem autumno, adiunctâ ſibi archidiœceſis Rigenſis nobilitate, cui Chriſtophorus dux Megapol. coadiutor præfectus erat, in Derbatenſem prouinciam expeditionem ſuſcepit, & parte copiarum Moſchi ad Toreferam profligatâ, arcem Ringen recuperauit. Quâ impreſſione Moſchus irritatus, conſiſtente iam frigore hyberno, ingentem exercitum in Liuoniam remiſit, qui totam archidiœceſin peruagatus, ad vrbis Rigenſis mœnia ferè acceſſit. Cùm autem archiepiſcopus & ordinis magiſter, ſolos ſe, ad reſiſtendum hoſti tam potenti ac immani, impares eſſe, nec ab imperio Romano, cuius prouincia tùm Liuonia erat, iuuari cernerent; Sigiſmundum Poloniæ regem vicinum, & archidiœceſis Rigenſis protectorem rogarunt, vt defenſionem Liuoniæ, ſaluo tamen Imperij Romani iure, ſuſciperet, & pro ſumptibus belli, nouem arces ac præfecturas pignoris loco acciperet, Quas Liuoniæ magiſtratibus poſtea redimere ſexcentis millibus aureorum liceret. Quæ defenſionis pacta cùm confecta eſſent, Fürſtenbergius officio ſe abdicans, GOTHARDO ſupremam magiſtri ordinis ſeu principis Liuoniæ dignitatem cedit. Qui eodem autumno, vna cum Chriſtophoro Megapol. expeditionem in prouinciam Derbatenſem denuò ſuſcepit, & vrbem Derbatum aliquandiu obſedit. Sed præter velitationes cum Ruſſis, qui fortiter vrbem tuebantur, nihil ob hybernarum tempeſtatum fœditatem, ad ſummam rei pertinens, effici potuit. Paulò poſt, Magnus

1557. 5. Octob.

17. Nouemb.

1558. 12. Maij.

1559.

M. D. XCII. Holſatiæ dux, iuri in Holſatia ſuo renuncians, à Friderico Daniæ rege, fratre, in Liuoniam miſſus eſt. ad quem multis ex nobilitate Liuonica, deſerto principe ſuo ordinis magiſtro, confluentibus, multa imperioſius iuſto Magnus, à Magiſtro ac ordine exegit. Quę cum recuſarent, noui inteſtini belli incendium exarſurum videbatur, niſi archiep. VVilelmus, illiusq; coadiutor Chriſtophorus, dux Megapolitanus, ſe, inſtituta Parnouiæ tractatione, interpoſuiſſent. Vbi dum conuentus principes iſti agunt: Ruſſi denuò expeditione in Liuoniam ſuſceptâ, multas regiones peruagati diripuerunt. In Lettonia verò, exercitum Liuonum, quem equitum Liuoniæ magiſter & cæteri commendatores ducebant, prope Ermas profligarunt, captis ordinis equitibus reliquis & in vrbem Moſquam abductis. Vellinum etiam, vbi Fürſtenbergius, prior ordinis magiſter, reliquæ vitæ ſedem delegerat, oppugnarunt, & tradentibus arcem proditorie militibus præſidiarijs, prætextu ſtipendiorum non ſolutorum, ceperunt. Ita ſecundiſſimo victoriarum, ſine vlla offenſione, curſu, & proſpera, æquabili, perpetuaq; fortunâ, vndiquaque, Ruſſis in Liuonia graſſantibus, aſpirante, cùm in ſummis anguſtijs Liuoniæ principes reliqui verſarentur: nec vlla ab Imperio vel proprijs viribus ſpes defenſionis appareret: Polonus etiam, cùm vrbem Reualiam ſe Sueci patrocinio ſubiecciſſe: aliquot etiam prouincias, Magno Holſatiæ duci ſubeſſe, cerneret: non amplius teneri prioribus pactis cum principibus Liuoniæ initis vellet, & conatum omnem defenſionis aduerſus Moſchos recuſaret, niſi archiep. & magiſter ordinis, cum omnibus ſubditis, ſe regis patrocinio & tutelæ penitus commendarent, & ſolenni fidelitatis iuramento deuincirent: Neceſſitas extrema & incuitabilis Liuonos coëgit tandem ad Poloniæ regis voluntatem ſe accommodare.

CHRISTOPHORVS verò dux Megapolitanus, cùm primùm ſubiectionem Poloniæ regi faciendam ab archiep. & ordinis magiſtro decretam eſſe cognouit, ſaluo honore ac exiſtimatione ſua non ſe deficere à Cæſare & imperio Romano poſſe iudicans, antequam tractationes de conditionibus ſubiectionis ſolennes finirentur, Polonum agnoſcere ſummum magiſtratum recuſans, relicto archiep. in Germaniã redijt & ad Ferdinandum Cæſarem, conſilium & opem petitum, profectus eſt, vbi cum nihil à Cæſare & Imp. labentibus Liuoniæ rebus ſpei certæ affulgeret: alia deinde conſilia, cum Erico Sueciæ rege, primâ ſpecie læta, tractatu dura, exitu triſtia, ſuſcepit. Ericus enim, cùm Reualiam & vicina Liuoniæ loca iam teneret, Rigam quoq; aliquoties ſollicitatam regno ſuo adiungere moliebatur. Itaq; Chriſtophorum ducem Megap. Stocholmiam euocat, & decem apud ſe hebdomadas detentum, tandem cùm de morte archiep. nuncius, tametſi tunc incertus, adferretur: turmis aliquot equitum ac peditum cohortibus inſtructum, in Liuoniam mittit, vt Erici auſpicijs & auxilijs archidiœceſin & vrbem Rigenſem poſſideret. Exeunte igitur anno Reualiam Chriſtophorus traiecit. Inde progreſſus, diœceſin Rigenſem, mortuo ante paucos dies VVilelmo archiep. cui coadiutor & ſucceſſor adſcitus erat, vacantem inuaſit. Sed cùm ſubiectionis & obedientiæ Polonorum regi præſtandæ mentionem nullam admitteret, & iam apertum inter Poloniæ & Sueciæ reges bellum geri inciperet: & Chriſtophorus, Erici, hoſtis Polonorum patrocinio & auxilio palàm nitens diœceſin occuparet; à gubernatore Liuoniæ, Gothardo, Curlandiæ duce primo (cui fata, ſororem ducis Chriſtophori, conjugẽ poſt triennium futuram, deſtinarant) Dalemi, duobus à Riga miliaribus, dum feras venatur, captus, & in Poloniam miſſus eſt. Vbi ſexennium integrum, Rauæ in cuſtodia ſatis moleſtâ & durâ, remotis ab eo pleriſq; miniſtris familiaribus & notis, & ſubſtitutis cuſtodibus Polonis, quorum ſermonem non intelligebat, detentus fuit. donec tandem crebris Ioannis Alberti, in Poloniam ipſius cauſa profecti, & ducis Vlrici fratrum, & aliorum principum interceſſionibus liberatus, in patriam redijt.

1562.

1563. 4. Martij.

Vbi, ex tot aduerſis fortunæ caſibus eluctatus, reliquum vitę curſum tranquilliorem, Dei beneficio, ac proſperiorem exegit, nam & ſapientiſſimo Imperatori Maximiliano II. ob virtutem & fidem carus erat. qui penſionem annuam aliquot millium aureorum, Duci Chriſtophoro, vt bello Auſtriacis ingruente, ſua virtute & fidis

& istis studiis præsto esset, præbuit & Rodolphus filius, imperij paterni hæres, id M. D. XII. beneficium continuauit, Cum & Episcopus Ratisbonensis gratiam, frater Ioannes Alb. bertus aliquot præfecturas frutendas adiunsisset: Dorotheam, Friderici I. Danie regis filiam, vxorem petiuit & modicis fingulari præditam, cum forore, ingenio & omni virtute excellens Heroina, in illustrissimi princ. fratris Vlrici matrimonio viuebat, coniugem duxit. Quam cui ftatim poli bonorum amisit: tanen non mo dioeriter ex ipsius domestica eo matrimonio auche & consubsidia fuit. Quam quoniam ob fidi, fortissimi & felicissimi Sarcorum & Gothorum regis Gostani filiam Ba ti sabetham ombibus virtutibus Regie virginis ac Heroinæ conuenientibus or tatum, connubio sibi iunxit, & facto nuptiali Stockholmiæ celebrato, adiunctis ipsi ab aftine Ioanne I. II. Gothorum rege, quindecim nauium armatarum classe, & consiliarijs aliquot, cum coniuge Regia, vt Peleus olim cum Theride, per mare Balthicum, in ditionis Megapolitanæ portum & vrbem VVismariam appulit. Vbi honorifice à duobus amicis, & Francisco & Mauricio Saxoniæ ducibus, & ciuitatum vicinarum legatis excepeus, cum aliquot dies quieuisset, Gadebusam profectus est, quod oppidum, inter cæteras, præstantibus regis in legatis, alimentorum no mine, omnium regiæ arcis abundat. cum quo, in coniugio pleno pietatis & humanitatis, vndecim reliquos vixit fuæ annos concordiss. exegit, & vnicam filiam, Margaritam Elisabetham, genere nobilissima indole puellam principem, ex se fulcepit. Quæ ni mis mortalis mater adhuc parua, in recenti bonis, tum maris dolorem geminat.

Sedem Gubernationis & familiæ fuæ, duo Christophorus, Schonbergi oppido & arce discessis Raceburgensis, præcipuam habuit, ac primus in ea discessi, Reuerendi & nobilis Dn. Ludolphi Schaki, ecclesiæ præpositi, consilijs & fide adhibitus, ædificiis absolutis & Idolis partim, interioribus Euangelij doctrinam & legitimum facramentorum vsum, in templum cathedrale Racebergi inuexit, cum eo vsq; facrificia Missarum pro vsus & defunctis Idolatrica, offerri vitatum fuit. Quare enim in Euangelij doctrinam & annui ipfe, & in publicis ecclesiæ congressibus & priuatim, attente & religiose audiuit & legit. ac mediocri benignitate ecclesias, earumq; ministros fouit. Literarum etiam studia & scholasticos paupe res liberaliter adiuuit, & suo tunnu, in schola Suerinensi & Academia Rostochiensi stipendijs honestis aluit. Quam benignitatem, vtinam alij etiam principes multi pie imitentur. Nam ad hos vbis bona ecclesiastica præcipue conuertenda erant. Nec fcio, an vllus principum, puriorem Euangelij doctrinam amplectentium, in hoc genere munificentior fit illustrissimo duce Vvirtebergenli Ludovico, qui non solum in Monasterijs fuæ ditionis singulis, pauperes fubditorum filios, ingenijs bonis præditos, gratis ali & instrui curat: verum etiam Tubingæ in Academia, collegium peculiare, centum fexaginta alumnorum, magno sumptu benignissime fouet. ex quo, multis Academijs, celebres Theologiæ profeflores, & plerisque superioris Germaniæ vrbibus Imperij & aliis ordinibus, boni paltores & Superintendentes, velut ex equo Troiano magna copia fuppeditatur. cum sapud non magna mediocrium Theologorum penuria & iam exiftat, & paulò post maior futura fit.

Sed ad illustrissimi ducem Christophorum redeo, cuius fuit ἔνδοξος ἀφὴ, καὶ μεσηγὺ τέλος. Natura ingenua, verax & candida, omnis fuci, simulationis, dolis & fraudis expers; amorem & indignationem in fronte prompram gerens. Singularis erga fubditos moderatio, clemenna, lenitas, & vere paterna bonitas & comitas; qua non fastidiosè à fe repellebat quemquam, negocia lua prosperitatem, fed humaniter audiebat omnes. quibus cunctis benignè respondum est: præsertim, quod debuit ac potuit, prompte, iniuria confulto facta nemini; venia data, & ftatim indigniti. Quantum verò, poli lectionem Hiftoriæ facræ & superiorum, præcipuo quodam Naturæ rerum cognoscendæ amore, & fecretioris illius Philosophiæ Alchymicæ ftudio tenebatur, cuius adeò peritus erat, vt artifices etiam polles exercere. Memorabili enim admodum firma & promptæ præditus, pleraque se lecta vel audita, & quos femel de facie vidiffet, vel no-

M.D.CXI. nimirū fudauiſſet, renouiſſime reuitebat, inter cæteras liberales artes, Muſicā primis dicebatur, & ſpectatiſſimi artem ac voluptatem illā ſuis oblectamentis præbebat. ac muſicos in aula ſemper alebat. denique plures confecit, vere bonos & peraccuratos præceptores, & omnibus virtutibus, bono principi & patri conuenientibus, munere & ſtudio ſeu pietatis, beneficentiæ erga pauperes, iuſticiæ, Veritate, Clementiā, Comitate, & fide excellebat.

Exitus etiam vitæ poſtremo adhuc reſpondens, placidus & beatus fuit. ſub pridie ab eo diſceſſit Iuſtitiæ, Cardauiæ & Semigallię princeps Auxi. Ioror illuſtriſſimus & nobiliſ., ſingulare pietatis, manſuetudinis, & humilitatis Chriſtianæ exemplum ac ſpeculum illuſtre: quæ cum filio illuſtriſſimo duce Curlandiæ Wilelmo, cum poſtremo inuiſerat. Huic annuntiatur & ſummæ cum charitate & beneuolentiæ ſignificationes ſe fruſtra, inquit, mihi cum lachrymis in patriam redituræ valedixit, munus vtrique in hearta vita congreſſum peractum, quoniam ſentiret ipſe, non longe ſuperanda viæ ſuæ metam abeſſe. Idem, poſtrema veſperi, circa horam ſextam, ab Gynæceo, antequam cubitum iret, valedixerat, inter cæteros ſermones amicis. & dulcis, dixit, ſe contentum & ſtatum, quas in hiſce rebus ſua amplius eſſet vilurus, fideli Domino Deo commendare. Vt autem in cœnam, conſuetudine ea die, ex ſecundo capite Exodi, de Deo exaudiente tandem ſuſpiria & gemitus Iſraëlitarum ab Aegyptijs afflictorum, à ſe auditum, Cancellario ſuo, quitum peregre redierat, retulerunt, & mirifice ea fe delectatum & recreatum oſtendit. Profectum etiam & dona ſatietis paſtoris ſui Theodori Hanſeni laudauit, ac dodrinam & potentia & liberalitate plorum, multis infignibus factæ ſcripturæ & hiſtoriarum exemplis, apte accommodatis, illuſtrabat. In cubiculo, vt mos eſt ſemper fuit, precatione veſpertina & ſyſtaſibus pronunciatis, cubuit non multum placidus & ſuaſ conſopitus ſomno quoniam, donec in crepuſculo maturino, cum tertiā vice ſternutaſſet, crebro capite, & complicatis manibus, ſonora voce Iesv nomini, nescio, reſtigio iterum ſopitus eſt. Quod & mane, ſenſim & leuiter Dominus obdormuit. Multi imperiti & agreſtes, ſubitam & improuiſam mortem, vitæ Dei 8. Maruj. Dei 9. Maruj. Dei 8. Maruj. & damnationis ſignum, aiſi exprobant. Quam, vt impij, qui ante poeniteriam oppetierunt, maxime horrendam & deprecandam eſſe, teor ita pio homini, qui manè & veſperi pia precatione vitam & mortem ſuam, Chriſto commendare ſolet, eximi, anoris & Gratiæ Dei indicium eſſe expediam & repetitam hanc, & multis abhinc annis diuturnis cruciatibus, in alteram & beatam vitam migrationem, præmiſſi. vt Dauidis Matthiæi, ciuis de ſtio vidue in Naim reſuſcitato Eccleſiam doceuiſſet, tribus poſt concipiem horis Apoplexiſ fubito exſtinctus, vere & abſque ſcripturis. Lutherus ipſe, cum veſperi mensæ aſſideret, de pijs in vita æterna & mutuò agnitis, grauiter diſſeruiſſet, paucis poſt mediam noctem horis deceſſit. Hieronymum VVellerum virum optimum & Theologum vere pium, mane in lecto mortuum domeſtici inuenerunt, de quibus vere pronunciat ſilus Dei, Si quis vultum meum ſeruauerit, non vos videbit in æternum, hoc eſt, fine vllo ſenſu dolorum mortis, ſine vllis nimi & corporis cruciatu, ſine vllis paoribus, curis, angoribus, mortem blandè continuatum ſopori obibit. Nos vero talibus ſubitæ ac improuiſæ mortis exemplis, de futura vite noſtra incertitudine & fragilitate, & ſingulis momentis fibi mortē, nobis quoque impendente, moneri ſtuamus, vt maturè, & vero corde ad Deum conuertamur, vt omni tempore ad piam ex hac vita migrationem paratiſimus.

Sic igitur placidā compoſitus pace quieuit Illuſtriſſimus Princeps Chriſtophorus, proximi die 4. Martij, anno ætatis Hermanni Climacterico, quinquageſimo ſexto. Quem multis regibus ac principibus ſapientia & virtute præſtabus, Friderico II. Imp. Friderico I. Daniæ regi, ducis Chriſtophori fratri, Chriſtiano III. Daniæ regi, Matthiæ Vngariæ regi, quem magnatarum facta iuſta Deum, fatafacile hominem: Alberto Saxonæ duci, quem ſecutum mansuetudi-

peri

perij vocarunt, & alijs (vt ingenijs ac doctrina clarissimos, Dantem Florentinum, Angelum Politianum, Andream Alciatum, Georgium Fabricium, vero Deo & Musis carissimum vatem, & alios præteream) fatalem fuisse constat. Cùm autem non casu, sed certo Dei consilio, vitam principibus & priuatis dari & auferri sciamus; & pios ex hac vita discedentes, ab omnibus molestijs, curis & angoribus liberatos, in æternam & beatam Dei & ecclesiæ cœlestis consuetudinem transferri certum sit: Illustrissimo & beato laudatissimæ memoriæ principi Christophoro, de felici hac & placidissima, in meliorem vitam ac sempiternam, migratione gratulemur, & Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, datorem & custodem principum bonorum & patriæ salutarium, oremus, vt Illustrissimam principem & dominam Elisabetham, defuncti principis viduam, & filiam generosissimam, vt nomine, sic ingenio & virtute matri similem futuram: & Illustrissimos principes nostros superstites, Vlricum & Carolum & Sigismundum Augustum, duces Megapol. & sororis filium, VVilelmum, Curlandiæ & Semigal. ducem, clementer ducat, doceat, gubernet, & diutissimè incolumes & florentes seruet, vt eorum gubernatio Deo grata, ecclesiæ & Reipublicæ patriæ salutaris; & ipsis ad posteros honorifica sit & glorioſa, vt memoria eorum in benedictione, & laus in ecclesia sanctorum maneat in omni æternitate. Dixi. M.D.CXII.

EPITAPHIVM CHRISTOPHORI DVCIS MEGAPOLITANI.

Quisquis ades, nostros pigeat ne nosse labores:
Haud tenues manes, vilis & vmbra sumus.
Magna Henetûm de gente satus, qui sceptra tulerunt,
Parua peto, exiguo tempore siste moram.
Dura mihi puero rapuerunt fata parentem,
Cura mei ad fratrum decidit inde fidem.
Ereptus patria, Gallis datus inscius obses;
Quæ fuerit, nondum est cognita causa mibi.
Mox vbi iam firmis se vicibus extulit ætas,
Extulit & mala sors altius ipsa caput.
En iterum charis patriæ seductus ab oris;
Diuisos penitus mittor ad vsq; Getas.
Nec satis hoc, saui fierem nisi præda Poloni,
Dum iubet ad pactos ire cupido thoros.
Testis Raua mihi longos vbi multa per annos
Crudeli à populo non toleranda tuli.
Interea rebus fratrum pia turba paternis
Incumbens nostras sola tuetur opes.
At Deus exilia, & sortem miseratus iniquam,
Adfuit, & tantis spem dedit ipse malis.
Coniugio duplici Regum de stirpe beauit
Danica virgo tuo, virgo Suëca tuo.

Me quoq; Cæsarea iuuerunt munera dextra
Quum pia pro Austriacis arma mouenda forent.
Austriacæq; domus columen, maiorq; Rodolphus
Imperio hanc deinceps continuauit opem.
Quo, cum plura darent pietas sperare fidesq;,
Vindice, & Augustum numen adire paro:
Ecce alio nobis composita iudice lites,
Suntq; magis sancti iura petita fori.
Jam mihi terra vale, curaq; valete caduca:
Cum superis parta est sors magis ampla mihi.

ALIVD.

VItæ mihi duris fortunæ exercita rebus,
An vita, an potius mors fuit, ambiguum est.
At subita, & blando mors continuata sopori,
An mors, an potius sit sopor, ambiguum est.
Nec sopor est, nec mors, felix mutatio vitæ est.
Qua mihi pro duro parta labore quies.
Charæ mihi soboles, longum carissima coniunx,
Vos fratres, & opum cura, valete: sat est.

BIduo pôst conditas ducis Christophori exuuias, Ducis IOANNIS funeri iusta soluta, & concio funebris habita est, cuius partem historicam adscribo. nam cætera, doctrinam de fragilitate & fugacitate vitæ humanæ, & de morte singulis principibus & priuatis, quolibet momento impendente, & præparatione ad eam necessaria, prolixiùs explicantia, hoc loco inserere ἄκαιρον διάνυσιν fortasse videbitur.

DE IOHANNE DVCE MEGAPOLITANO.

SIc igitur Deo æterno conditori & patri nostro cœlesti, cuius sapientissima IVDICIA, vt nemo plenè comprehendit; ita iustè nemo reprehendit; clementissimè visum est, Duos ex his terris, Principes Megap. paucorum dierum interuallo, euocare. cùm totis quadraginta annis præteritis, duorum solummodo principum, patriæ Gubernatorum, Funera viderimus; HENRICI senis, qui Ill. & optimi Ducis Ioannis (cuius nunc funeri iusta soluimus) patruus magnus, sapientia, virtute & autoritate in toto imperio illustris, totos quadraginta octo annos patriæ præfuit: & ante sedecim annos, Ioannis Alberti, qui ducis Ioannis pater, studio veræ religionis, scientia & cultu literarum, benignitate erga ecclesiam & doctrinarum studia, amore iusticiæ & veritatis, & multis virtutibus alijs insignibus, memoriam in benedictione & laudem in ecclesia sanctorum æternam adeptus, triginta annos patriam gubernauit. Nunc intra triduum, duos, non excelso solùm antiqui & Heroici generis splendore, sed virtute etiam & pietate prioribus comparandos, Christophorum, & Ioannem, terræ mandamus. quorum vita, illius quidem, in magna rerum & fortunæ varietate versata, finem leniissimum & placido continuatum sopori, sortita est: huius verò semper quieta & tranquilla, ad extremum grauiore ægritudine tentata, exitum tandem in vera fide & inuocatione filij Dei & redemptoris nostri Iesu Christi pium & beatum habuit.

1552. 1576.

Quæ-

Quæcunque autem mortem nobis aut noſtris cauſæ & occaſiones adferant: M. D. XCII.
vt in veteri verſu Græco, alium alia via ducere ad lamentabile lethum, dicitur: tamen non caſu nec cauſis ſecundis tantum, ſed Deo ſciente & volente, aut certo conſilio permittente, nos & alios ex hac vita demigrare, non dubitemus. Fuit igitur hæc meta vitæ à Deo conſtituta Illuſtriſſimo & optimo principi & Domino, D. IOHANNI duci Megapolitano, principi gentis Henetæ, Comiti Suerini, Domino Roſtochij & Stargardiæ, Domino noſtro clementiſſimo. Quem natiuâ bonitate & manſuetudine, luſticiæ ac veritatis amore, clementia, comitate, candore, ac pietate imprimis erga Deum ſincera, multisque virtutibus alijs, bono principi & gubernatori Reipub. conuenientibus, ornatum, ſi diutius fata ſeruare ſuperſtitem voluiſſent, magno & ſingulari, patriæ ſuæ, quam clementer & iuſtè moderari proximis annis cœperat, præſidio & ornamento futurus erat. Cùm autem benigniſſimo Deo, vitam nobis danti, & vbi libitum eſt, rurſus adimenti, placuerit Ill. principem noſtrum iuuenem, annum ætatis triceſimum quintum vix ingreſſum, ex ſtatione ſua, in quam diuinitus in gubernatione Reip. collocatus erat, rurſum decedere; Nos quidem, de matura & celeri ex huius vitæ mortalis ac ærumnoſæ miſerijs laboribus, curis & angoribus liberatione, & felici ac beata æterni Dei & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti ac eccleſiæ cœleſtis conſuetudine, optimo principi meritò gratulamur. Sed noſtra cauſa dolemus: Rempub. harum regionum, principe patriæ, tot eximijs Dei donis ornato: Nobiliſſimam principem & Dominam Sophiam, viduam, cariſſimo marito, vix quarto dulciſſimæ conſuetudinis coniugalis anno exacto; Generoſiſſimæ indolis filios & filiam, optimo patre & altore φιλοτέκνῳ ac fideliſſimo; heu nimis maturè, orbatos eſſe. Quibus ſinguli, doloris noſtri ſocietatem, & amorem ac deſideriũ defuncti principis, quem Illma coniunx, & filij principes, & tota patria, velut oculum ſuæ domus & Reipubl. Megapolitanæ ardenter requirunt, omnibus, quæ à noſtra ſubiectione & reuerentiâ proficiſci poſſunt, officijs, iure declaramus.

Cùm igitur in præſentibus etiam ducis Ioannis Exequijs, dicere aliquid iuſſus ſim: decreui primùm, quę vſitata ſunt in eiuſmodi laudationibus de Ill^mi principis parentibus, Educatione & moribus, breuiſſimè paucis tantùm verbis libare. Deinde, Nos ſingulos, triſtis huius caſus occaſione, de ingenti noſtra infirmitate, & vitæ noſtræ caducæ & fugacis fragilitate & morte, ſingulis nobis, quolibet momento impendente (cui q; enim accidere poteſt, cuiquam quod accidit) admonere, vt animos noſtros ad modeſtiam & timorem Dei flectamus, & maturè ad Deum conuertamur. & præſtantem hanc, quamuis imbecillam, hominum naturam, radijs ſapientiæ & iuſticiæ diuinæ illuſtratam, & ſanguine filij Dei redemtam, non ad triſtẽ hanc præſentis vitæ carnificinam, nec ad perpetuas miſerias conditam eſſe, ſed aliam meliorem vitam, & portum æternæ & beatæ cum Deo conſuetudinis reſtare, ſciamus. Natus eſt Illuſtriſſimus & optimus Dux IOHANNES, anno milleſimo quingenteſimo & quinquageſimo octauo, Nonis Martij; patre Iohanne Alberto, principe laudatiſſimo; veræ religionis & optimarum artium cultore ac Nutricio munifico; & Iuſticiæ ac pacis publicæ cuſtode fido. cui poſt Deum, & Illmo principi Vlrico fratri, coniunctam gubernationem tenentibus debemus, quod Iudicia publica, & Iuſticiæ & paci in his terris tuendæ neceſſaria præſidia vigent: quod eccleſiæ certa doctrinæ norma, & diſciplina, & ordine inſpectionis ac iudicij eccleſiaſtici florent: quod Academia, omniũ doctrinarum ſedes, vtcunq; conſtituta eſt. Quæ omnia, ante quadraginta annos, in his terris iacebant, cùm intra ſexennium vix ſemel in iudicio prouinciæ publico cauſæ cognoſcerentur; eccleſiæ ſine vlla inſpectione paſſim ſqualerent: ſtudia literarum in ſcholis & Academia frigerent. Mater Ill^mi ducis defuncti ANNA Sophia, Alberti Marchionis Brandeburgici & primi Boruſſiæ ducis filia fuit. de cuius parentibus & patruis, pietate ac moribus, & placido ac beato ex hac vita exitu, ſuperiori anno, in illius exequijs, hoc ipſo in loco, mediocri diligentia & fide expoſita, nunc repetere nihil opus eſt. Puer ab vtroque parente, ad amorem pietatis & veræ doctrinæ de Deo,

M. D. XCII. ad modestiam, pudorem, temperantiam & conuenientem Regio adolescenti Grauitatem morum, pari humanitate & mansuetudine temperatam, sedulò institutus & assuefactus est. Pater etiam, in studijs literarum & Latinæ linguæ cum eruditi
1576. magno sumptu per præceptores idoneos curauit. Quæ, post illius obitum cùm patruus, dux Vlricus, & electores, Augustus Saxo. & Ioh. Georgius Brandeb. tutelam ipsius gererent, in Academia Lipsensi continuauit: adiuncto ipsi morum & aulæ Magistro viro nobili ac erudito, Ioachimo à Bassevvitz. Studiorum autem formatore IONA Magdeburgio, politi ingenij & doctrinæ viro, & singulari morum integritate & grauitate venerando.

Cùm vigesimum quintum ætatis annum compleuisset: tutores, officio se abdicantes, Gubernationem à patre relictam, non exiguis cum difficultatibus & oneribus coniunctam, ipsi tradiderunt. Quam vnà cum Illustrissimo principe patruo Vdalrico; sene & vsu perito Reipublicæ moderatore, quem velut exemplum & patrem intuens colebat ac venerabatur, hucusque administrauit. In Iudicijs publicis, quæ singulis annis quater celebrari solent, & iusticiæ ac pacis in his terris munimenta & propugnacula præcipua sunt, exemplo patris & patrui, dux Iohannes ipse præsedit, & cum consiliarijs ex nobilitate delectis, & iuris legum, ac consuetudinum patriæ peritis, controuersias ipse audiuit, & iustè ac legitimè diremit. Ecclesias & scholas, à patre & patruo constitutas, clementer conseruauit, & mediocri benignitate fouit. Doctrinam ecclesiæ diuinitùs patefactam studiosè didicit ac legit, & vitæ consilia & actiones ad eam normam rexit. Ideoque certa tempora, singulis diebus, lectioni librorum verbi diuini tribuit, quæ à negocijs auferri rarò passus est.

In publico etiam ecclesiæ cœtu, attentè oraculorum diuinorum explicationes audiebat, & ministerium ecclesiæ ac ministros fideles amabat, & venerabatur. Veritatem in promissis & pactis religiosè seruabat. denique tota ipsius Gubernatio, iusti ac moderati & verè patrij imperij imago fuit. Nihil iracundè, nihil crudeliter aut tyrannicè dixit vel fecit. sed vt in Deo, Bonitas supra cæteras virtutes eminet ac elucet: ita in nostri principis actionibus, clementia, moderatio, lenitas, & natiua ac verè paterna bonitas erga subditos enitebat. In Oeconomia aulica, singulari frugalitate & parsimonia, sumptus restringebat, & omnes inutiles profusiones vitabat, ne vel patriam & successores magis oneraret, vel in vsibus necessarijs pecunia, quam neruos rerum agendarum Demosthenes nominat, destitueretur. Casti pudoris decus in coniugio, quod cum Illma Domina SOPHIA, fortis & magnanimi Holsatiæ Ducis Adolphi filia, Friderici I. Daniæ regis nepte, ante quadriennium inierat, amore mutuo, suaui, sincero & constanti, & fide eximia seruauit. ex qua, duos filiolos principes, ADOLPHUM Fridericum, & Ioannem Albertum, Ill. Ducum Megapolitanorum familiam ad posteritatem, Deo benedicente, propugaturos procreauit. Nuper verò, vt omnia sunt hominum tenui pendentia filo, nec priuatorum sola, sed principum etiam & regum vita fluxa, fragilis, caduca, misera & ærumnosa, & omnibus fortunæ telis obnoxia est: Illustrissimus princeps noster, in ipso flore ætatis, triceſimum quintum vitæ annum vix ingrediens, improuisa & graui ægritudine oppressus, in vera fide & inuocatione Filij Dei D. N. I. C. pro nobis mortui & resuscitati, ex hac mortali & calamitosa, in cœlestem, & omnium curarum, dolorum & angorum expertem vitam & gloriam translatus est.

Etsi autem Optimi istius & beati Principis mors, immatura Ill^mæ coniugi & liberis ac nobis omnibus videtur: tamen certa & definita vitæ spacia, alijs longiora, alijs breuiora, à Deo ipso constituta & præfixa esse; nec quenquam nimis citò, ante tempus à Deo præscriptum, mori scimus. Et multi principes ac Reges alij, longè angustiora & breuiora vitæ curricula & Tragicos exitus habuerunt. Quorum consideratio, nos, de ingenti vitæ nostræ fugacis & fluxæ fragilitate & miserijs tristissimis, & morte singulis momentis imminente admoneat, veveram & horrendam iram Dei aduersus nostra peccata agnoscamus, & ad verum

Timo-

Timorem Dei & pœnitentiam fortè agendam, & fidem in Chriſtum, ac ſpem ad B. Vit. cit.
vitæ cum Deo æternæ firmam & indubitatam exuſcitemur. Abſtinus eſt à nobis optimus principes patriæ inuenis, ſed omni ziui Principes ad hanc ætatis metam nondum peruenerant, nec opus eſt vetera exterarum gentium exempla longè repetere, cum cognatorum principum familiæ in abundant. Maximus Romanæ Electior, ex ducis Ioannis amita magna natus, virtute ac fortitudine bellicoſiſſimus, cæſiſſes maximas, bello & pace, in Imperio, Vrgaria, Gallia & aliis gentibus tanquam hoſtium ioanne minori, anno ætatis tricesimo tertio ex vulnere, quod in prælio cum Marchione Alberto ad Siuershuſam accepit, extinctus eſt. 10 Quo ipſo ætatis flore anno olim Alexander Macedo, cunctis regibus ethnicis inuictior, ſuperato regum gentiumq; plurimis, & imperij magnitudine, amplitudine, ipſa ſpe fere remotus, ſiue veneno, ſiue immodico potu periit. Christianus Electior Saxoniæ, ducis Ioannis ſobrinus, amplitudine dictionum, opibus, & gloriæ ſplendore, cum aliosquin ſtimo & robuſto corpore habitu eſſet, multos annos, completo ætatis anno tricesimo primo vitæ ſuæ periit. Sigismundus marchio Brandenburgicus, archiepiſcopus Magdeburgenſis & Germaniæ primas, ducis Ioannis conſobrinus, anno ætatis vicesimo octauo, & antecceſſor illius ac frater Friderici, anno vicesimo primo ætatis ſuæ. Germaniæ principatus Magdeb. & Halberſtad. deferentes, ex vita demigrarunt. Philippus archidux Auſtriæ 20 & Burgundiæ, rex Hiſpaniæ, Caroli V. ſup. pater, ſtrenuiſſimo & ſalubertimo potentiæ principatu præditus, ſexto poſt aduentum Hiſpaniæ regnum mortis, iuuenis vigenti octo annorum, ſubitò, inſtar vernibioris, vento adflati, decidit. Eodem ætatis anno, Ludouicus, Turingiæ Landgrauius, S. Eliſabethæ maritus, Friderici I. Imperatoris in Palæſtinam ſecuturus, brundiſij in Italia deceſſit. Carolus VIII. Gallæ Rex, qui à Ludouico Sforzia aduerſus Aragonios incitatus, regnum Neapolitanum, anno ab hinc ferè centeſimo occupauit, iuuenis viginti ſeptem annorum Ambroſiæ repentinè occidit. Quem ætatis annum, noſtræ memoriæ Reges Galliæ, Franciſcus II. Carolus IX. Franciſcus Alanzonius, omnes primis iuuentæ annis è vita decedentes, nondum aſſecuti ſunt. Vladislaus 30 Vngariæ & Boëmiæ rex ſorentiſſimus, & gloriæ militaris auidiſſimus vitæ Turcicæ, quibus paucos ante iuuarat, ad Varnam dimicans: & Ludouicus Vngariæ & Boëmiæ Rex, cum ijſdem hoſtibus ad Mohacium confligens, ambo ætatis anno vicesimo primo interfecti ſunt. Ladislaus Rex Vngariæ & Boëmiæ, archidux Auſtriæ, in quem totius Europæ oculi conijciti, à ſingulari illius virtute & potentia omnia ſumma ſperabant, annorum octodecim adoleſcens, dum nuptias, cum Magdalena Caroli Sapientis Galliarum regis filia celebrandas, appararet & amiſa in Gallium legatione amplißima, ſpontam adueritatem expectat; præter omnium ſpem & expectationem, rebus humanis exemptus eſt. cum quidem intra triginta fex horas ſanus & mortuus fuiſſet. Hæc fragilitatis & fugacitatis in vita humorum Regum & Principum exempla, Moſis Pſalmum de morte, & Pſalm. 90. Iacobi verba; Dies peregrinationis vitæ meæ tunt Dies pauci & mali, illuſtrant. Vere enim, Ros, vapor, vmbra, tumor, puluis, nix, ſomnia, fumus, Spectrum, pluma, ratis tranſitus, aura, cinis eſt vita omnium Hominum; etiam ſummorum regum & principum, &c.

Eiuſdem menſis Martij die 29. excellit ex his tertio Dorotheæ Suſannæ, Io. Wilhelmi Saxonize ducis vidua, Friderici Elect. Palatini filia, ingenio, virtute & pietate inprimis excellens, cui ſequens Epitaphium ſcripſit Nicolaus Reuſnerus.

Ille, Palatina ſobolis clarißima genitrix, Septemuiri proles cui Friderica nitet:
Marchica cui genetrix, Cuiuuis ille magni. Lucè Brenus, domus, Anna Maria, tui.
Saxonici quondam Cygnea principis vxor: Principis atque viri. Principe digna pare:
Flos eris Suſanna ſui. Soli palatia ſeruant, Dorothea domum nobile Diua Dei:
Lumina per tibi, qua aurea condidit astra: Occidis hos parcis ſubdita ſola pedes.
Occidit hos Cygnus nobis generoſa Cygnos: Occidit, & Friderica mea ſolatia.
Quod ſitias, quid ſanctus ſolet, quid anima vitam Prodat? ab inſpiratum parcere Fatis licuit.

Omnis

M. D. X CII.

Omnes vna manet lethi nox orbe ſub iſto: Longiùs aut propiùs Mors ſua quemq; manet.
Sed benè, mors animæ quòd non valet atra nocere: Ingenijq; manet quòd ſine morte decus.
Mortua ſic mundo, nunc viuit in æthere Chriſto, Inq; Dei peragit ſecula læta ſinu.
Viuit & in terris, omni durabilis æuo, Sancta fides, virtus, & pietatis honor.

Ioannes Georgius, Ioachimi Friderici adminiſtraroris primatus & archiepiſc. Magdeburgenſis filius, Ioannis Georgij electoris Brandenburgenſis nepos; auo ὁμώνυμος, cùm adoleſcens Argentinæ literis operam daret, à Canonicis Argentinenſibus, qui ob reformatæ religionis ſtudium à cæteris Pontificijs excluſi ſeceſſerant, & curiam fratrum in vrbe incolebant; cum conſenſu Senatus vrbis, Epiſcopus Argentinenſis electus eſt. cùm prior epiſcopus, Ioannes comes à Manderſcheid, ante menſem, apoplexia ſubitò extinctus fuiſſet. Statim autem Canonici, Argentinæ in curia fratrum reſidentes, à Senatu vrbis adiuti, magno rem aggreſſi animo, eductis copijs, oppida epiſcopi & arcem Kochersberg, Dachſtein, occuparunt: & iam Molsheimum, ex quo diffugerant Eſauitæ, obſidebant: cùm ſubitò mutata fortuna, in peius omnia ruere, & retrò ſublapſa referri cœperunt. nam Pontificij Canonici, quamuis ad electionem noui epiſcopi à cæteris vocati, tamen emanentes, re cum Lotharingo prius communicata, confeſtim alium epiſcopum, Carolum, ducis Lotharingi filium, Cardinalem ac epiſcopum Metenſem, deſignarunt. qui mox ſuperatis montium anguſtijs, cum 5000. peditum ac equitū exercitatorum manu, in Alſatiam ingruens, non Molsheimi ſolùm obſidionem ſoluit, & Kochersberg, Dachſtein & alia recuperauit, & Tabernas Alſaticas, vbi aulæ ſedem epiſcopus præcipuam habet, quæ ſponte ipſum receperunt, miſerè adflixit, verùm etiam proprium ciuitatis Argentinenſis oppidum & arcem VVaſſelnheim ei eripuit, & prædam ex Alſatia ingentem abegit: totiusq; Diœceſis imperium adeptus eſt. Reformati, cùm equitatu Lotharingis impares eſſent, quietiores fuerunt, & aliundè auxilia expectarunt. quibus acceptis, & maioribus inſuper copijs conductis, quibus Chriſtianum principem Anhaldinum, ex Gallia reducem, ſummo cum imperio præfecerunt, alacriores ad reprimendos Lotharingos redierunt, & poſt varias velitationes, tandem cum toto exercitu & tormentis ad Molſheimi obſidionem reuerſi ſunt. in cuius oppugnatione, Ioannes Vlricus Baro de alto Saxo Heluetius & Daniel Dinaſſus, cum ducentis militibus perierunt. ſed tandem deditionem Molsheimenſes fecerunt: incolumibus dimiſſis militibus, & multitudine conſeruata. nec quidquam poſtea memorabile in cæterarum arcium aut oppidorum oppugnatione, duces Argentinenſium tentarunt. Dachſteinum verò conſtanter Lotharingi defenderunt. Exeunte anno, Cæſar Commiſſarium, Adamum Gallum à Lobcovvitz, Boëmum, cum Feciali ſeu Heroldo, qui arma vtrinque deponi iuberent, & non obtemperanti proſcriptionem denunciarent, Argentinam miſit. Cui mandato, cùm ſe parituros certis conditionibus, ab vtraque parte oſtendiſſent: poſt diuturnam aliquot hebdomadum tractationem, finis bello menſe Februario tandem impoſitus, & tantiſper vtrique electo, Cardinali Lotharingo & marchioni Brandeburgico Ioh. Georgio, aliquot oppida, arces & præfecturæ fruendæ ſunt aſſignatæ, donec ſex Electores ac principes, à Cæſare nominati, Moguntinus, Saxo, Ferdinandus Auſtriacus, Palatinus Philippus Ludoicus, Epiſcopus VVirtzburgenſis, & Ludoicus Haſſiæ Landgr. controuerſiam amicè vel iudicialiter diremiſſent.

20. Maij. 22. April.

30. Maij.

Menſe Iunio. Iulio.

In Gallia, Rhotomagum Henricus IIII. Galliæ & Nauarræ rex, vltra ſemeſtre, ſed irrito tandem conatu obſedit, cuius hoſtes, Carolus dux Maiennæ, & cæteri fœderati, Alexandrum ducem Parmenſem, traditis ipſi aliquot vrbibus, Fera, Perona, Hano, tandem permouerunt, vt in Galliam exercitum, opem fœderatis laturum, & obſidionem ſoluturum, duceret. Cùm autem ad tria milliaria prope Rhotomagū acceſſiſſet, & caſtris caſtra oppoſita habuiſſet: tandem recentes Hollandorum peditum copias Diepam appuliſſe cognoſcens, ſenſim ad Somam retroceſſit, & rege eum inſequente, ac fugientis copias carpente, Ambianū confugit, & ad Belgici fines regreſſus copias auget. Rex Galliæ, eo tempore eum ex Bel-

Menſe Febr. & Mart.

gico

gico non rediturum ſperans, Nobilitatem Gallicam, tot menſium laboribus defa- M. D. XCII.
tigatam, recreandi aliquantiſper ſui cauſâ, domum dimittit, & cætera ſecuriùs administrat. Quod cùm ex fœderatis didiciſſet Parmenſis, ſubitò, præter regis expectationem, maioribus copijs in Galliam, verſus Rhotomagum tendit. ac occurrente illi rege, cum parte copiarum à Rhotomagi obſidione abducta, ſimulans Parmenſis, ſe prælium non detrectare, oſtendatis in conſpectu illius aliquot equitum & peditum agminibus, cæteros in vrbem Rhotomagum mittit, & inuecto cõmeatu obſeſſos aliquantum recreat & confirmat. Vt autem tantæ multitudini mœnib⁹ Rhotomagi incluſæ. vberiorem & faciliorem nauibus ſubuehendi commeatus rationem, ex portu Gratiæ, per Sequanam patefaceret: mox regreſſis ad eum cohortibus, quæ in vrbem penetrauerant; oppidum Caudebec, ad ripam Sequanæ inter vrbem Rhotomag. & portum Gratiæ ſitum, ex quo impediri ſubuectiones ſolebant, occupauit. in cuius vicinia Parmenſis exercitum in caſtris inter paludes & munitiones continens, cùm nihilominus à regijs vrgeretur, & paſſim illius copiæ carperentur, & miles ipſius fame & morbis languefactus, quotidie imminueretur: reliquias exercitus trans Sequanam duxit, & in ſuburbio Rhotomagi aliquantiſper commoratus, Lutetiam cum paucis peruenit: vnde, maxima parte copiarum in Gallijs relicta, menſe Iunio, in Belgicum ad Spahæ fontes acidos, prope Leodium, valetudinis tuendæ cauſſa hauriendos, reuerſus eſt, Sic regis Hiſpaniæ conſilia eſſe apparet, nolle prælio vllo de ſumma rei decernere, ne periculo aleæq; fortunæ committat, quod nectendo moras alioquin ſe conſecuturũ putat. Eludit ergo pugnæ occaſiones omnes Parmenſis, & interim præſtat, ne vrbibus, quas obſidet, maioribus potiri Nauarræus poſſit, & vt omnis labor ab eo fruſtra ſuſcipiatur. Nam protrahendo bellum, fore non dubitant, vt Nauarreus tandem, deficiente belli neruo pecunia, belli molem ſuſtinere nequeat, & nobiles ac proceres, in quibus vnis, poſt Deum, ſpes omnes collocauit, ipſi quoq; ſic exhauriantur, ne pares eſſe tanto oneri ferendo tandem poſſint. Sed viuit & regnat in excelſis Dominus Deus Zebaoth, qui conſilio ſuo ſapientiſſimo & iuſtiſs. omnia gubernat.

Interea verò, dum ex Gallia in Belgicum Parmenſis, fugienti ſimilis, redit: Hollandiæ ac VVeſtFriſiæ ordines, ducibus Mauritio & VVilelmo, comitibus Naſſauiæ patruelibus, Stanvvic oppidum, in finibus TransIſalanæ & Friſiæ munitiſſimum obſederunt, & quinquaginta tormentis maioribus diu fruſtra oppugnatum, tandem cuniculis ſuffoſſum, & fame domitum, in poteſtatem deditione acceperunt, die Iohannis Baptiſtæ. Couerdam verò, Drentiæ regionis caput, & acropolin munitiſſimam, Calendis Septembris occuparunt. cùm paulò antè, Hiſpanorum cohortes, auxilio obſeſſis, à Parmenſi miſſas, & iam caſtra ordinum adorientes, fortiter & feliciter profligaſſent. In Polonia, nuptiæ Sigiſmundi III. Regis & Annæ Auſtriacæ, archiducis Caroli filiæ, die 21. Maij Iuliani, 31. Gregoriani, Cracouiæ, ſine vllo grauiore tumultu peractæ ſunt.

Sequenti menſe, Ernestus Ludoicus, Pomeraniæ dux, pietate & virtute præſtans, & erga eccleſias & literarum ſtudia munificus; Philippi filius, Georgij nepos, Bogislai Magni pronepos; ex hominum vita demigrauit; relicto ex Sophia Hedevvige Iulij ducis Brunſ. nata, vnico filio, Philippo Iulio, puero ſeptenni, cuius perſonæ & ditionum tutelam & adminiſtrationem, patruus, Illuſt. dux Bogislaus ſuſcepit. Erneſti autem Ludoici defuncti virtutem, multi, orationibus luculentis honorificè celebrarunt. inter quos, Martinus Marſtallerus, Cl. & optimi viri Gernaſij Marſtalleri filius, & ſtudiorum Illmi Ducis Pomeraniæ, Philippi II. moderator, laudationi ſuæ funebri ſequens Epitaphium adiunxit.

Qui Princeps iuſtus fuit, & patriæ pater almus, Magnanimus, Fortis, munificusq; dator.
Conditur Erneſtus tumulo Ludoicus in iſto, Si condi, cuius gloria viua, poteſt.
Felix in vitâ: fortunâ, coniuge, Natis; Sed laudanda magis, morte beatus, habet.
Ergo ſit hoc titulus teſtis vitæq; necisq.: Hæc immortalis sint monvmenta Dvcis.

Menſe

M. D. XCII. Mense Augusto, VVilhelmus dux Brunsuicensis & Lunæburgensis, Ernesti filius, Henrici nepos, Princeps veræ religionis, & pietatis amans, iustus, & erga literas beneficus, in beatum & cœleste regnum concessit: superstitibus, ex Dorothea, Christiani III. Daniæ regis nata, filijs septem: Ernesto, Christiano, Augusto, Friderico, Magno, Georgio, Ioanne, & totidem ferè filiabus; quarum Sophia, Georgio Friderico marchioni Brandeburg. Dorothea, Carolo, Principi Palatino Rheni, VVolfgangi filio: Elisebeth, Friderico comiti Hohenloensi elocatæ sunt. VVILELMUM Lunæburgensem, quinto post die VVILELMUS Hassiæ princeps, arte & Marte valens, & literarum eruditione ac Mathematicis præcipuè doctrinis excultus, in alteram vitam secutus est: vnicum patriæ hæredem, MAVRITIVM adolescentem, ingenio & literis expolitum relinquens, cui vt salutaria consilia & felicem gubernationem Deus tribuat, toto cum pectore precor.

Mense Septembri, comitia Poloniæ regni VVarsauiæ celebrata sunt. in quibus, de articulis à rege propositis, Deliberatio nulla instituta, sed tempus omne, insuauibus procerum cum rege expostulationibus, quod deserto regno in Sueciam redire, & regnum alijs, non consulto antea nec consentiente toto regni senatu tradere moliretur, consumptum est. Horum iras Rex, verè molli responsione,
18. Septemb. seu Declaratione, exhibita, frangere & sedare conatus: etsi grauiter Reputatio ipsius Regia, in his altercationibus læsa sit, tamen potiorem se publicæ salutis & tranquillitatis regni, quàm priuati doloris rationem habiturum adfirmat, & proceres idem spectare non dubitat. Ostendit autem, nunquam se cogitasse, Inscio & inconsulto regni senatu discedere. Verùm si patre, Sueciæ rege, aliquando ex his terris euocato, necessitas in patrium regnum proficisci cogat: cautionem de reditu in Poloniam se præstiturum pollicetur. De practicis eorum, qui ad Austriacos coronam Poloniæ, inuito regni Senatu, transferre moliantur; nihil sibi certò constare; multò minus se earum participem esse ostendit. nec recusare, quò minùs in illos inquiratur. Hortari autem, vt positis & sedatis his animorum motibus, de capitibus ad Reipublicæ salutem spectantibus, à se propositis, deliberent ac decernant. Cùm autem totum comitiorum tempus, sex hebdomadis definitum, altercationibus & rixis consumtum fuisset, & iam Nuncij Terrarum abijssent; tandem re infecta, & nullo de capitibus propositis edito decreto, ad proximum
17. Nouemb. conuentum omnia reiecta sunt. Paulò post, Poloniæ regis Sigismundi III. pater, Iohannes III. Sueciæ rex rebus humanis exemtus est: cùm ante obitum, proceres captiuos, in pristinas dignitates & functiones restitui omnes iussisset. Breui igitur patrium & hæreditarium Sueciæ regnum aditurus Sigismundus, ex Polonia redux, existimatur.

TVRCI etiam hoc anno, ex Bossena progressi, Croatiæ oppidum & arcem Hrastovvitz, vulgo VVihitsch, quæ annos iam 150. orbis Christiani propugnaculum, in eo tractu aduersus Turcas, firmum & incolume manserat; ex improuiso obsessum aliquandiu, & deditum, occuparunt. & nouam in vicinia ad Colapin fl. ex roboribus arborum munitionem petriniam, vnà cum ponte, paucis diebus excitantes, in amœnissimum agrum inter Colapin & Sauum, longè lateq; rapinis & incendijs grassati sunt. Quæ insperata Turcarum impressio, ingentem terrorem, omnibus finitimis gentibus Austriacis & toti Germaniæ incussit. Vienna quidem, lugubris hic nuncius, sequenti forma verborum initio propagatus est. Omnia apud nos tristia circumsonant, priuatim luxus, publicè paupertas, vbique abominanda cernuntur crimina, concordia nulla: dissidia exitialia passim glisc unt, in Religionis causa animi mortalium vtrobique in dissidentes exulcerati, charitatis vinculum penitus sublatum. Hæc nostra tanta mala nos Turcis faciunt obnoxios. Nec desunt illi summæ rei contra nos benegerendæ, oportunitati. In Croatiæ finibus, oppidum VVihitz vnà cum arce, nuper occuparunt, trucidatis, vt ferunt, duobus cuiusq, sexus, ordinis & conditionis hominum millibus, cæteris in vitam captiuam, ipsa morte duriorem, deductis. Sagrabiam quoque regni

Croa-

Croatiæ metropolin, atq; episcopam satis opulentam, magnamque, in suam rede- M. D. X CIL.
gisse potestatem rumor est allatus: vtinam non verus. Canisiam quoque, quam pridem animis inuaserunt, spe penè deuorarunt, non tamen adhuc occuparunt, tametsi igne suburbijs iniecto magna calamitate affecerunt. Si autem Canisiam amiserimus, Germaniæ camisia & subucula amissa videbitur. Nam vt nunc illud oppidum, ita deinceps, illo sublato, vrbs Vienna in Turcarum finibus erit, in eaque de fortunis, de aris & focis, de nostra coniugum & liberorum nostrorum vita pugnabitur. quod omen Deus auertat. Imminent quoque Turcæ formidabiles Stirijs, Carinthijs, Carnis & Foroiulienſibus; adeò sanè, vt superioribus diebus, Panicus quidam terror, Labacensem Carnorum metropolim ita concusserit, nunciato, quantumuis falsò, de celeri ingentis Turcarum exercitus aduentu, rumore; vt repentè tota vrbe trepidatum fuerit, & ad vasa conclamatum. festinare igitur omnes, sua quisque arripere, quæ duceret, pretiosiora: equos, currus, vehicula qui haberet conscendere. Cæteri sibi pedites de fuga prospicere, matres paruos liberos complecti, incondita turba tumultuari, clamor ad cœlum tolli, vlulatus, planctus, vocesq; miserabiles omnibus vijs audiri, deniq; qua visus erat, lachrymabile vbiq; spectaculum cernebatur. Tandem cum Turcam, veluti Hannibalem ad portas, vrgere sibi quisq; persuaderet, fuga omnium præceps, portis certatim sese effundere, atq; in tuta auolare pro se quisq; nititur. In cœco isto, tumultuosoq; impetu (cuiusmodi in casu res secus accidere vix queat) aliquot, pedibus hominum & equorum, pueri obteruntur: non nullæ etiam mulieres exanimantur. Qua ex re tanta trepidatio animiq; consternatio omnes inuaserat, vt vix triduo, quanquam voces iudices, alij super alios aduentantes, rem periculo carere, hostem vigiati & eo amplius miliaribus ab vrbe abesse nunciarent, domum quisq; redire esset ausus. Deus faxit, ne vanus iste metus, tandem aliquando in veram exeat calamitatem. Turci Canisiam vsq; euagati, & direptionibus ac incendijs passim grassati sunt. Etsi autem Imperator & cæteri principes Austriaci, exercitum Turcis opponendum, & amissa recuperaturum, collegerunt, tamen cùm nondum copiæ omnes conueniſſent: Hazan Bassa, præsenti exercitus Christiani conditione per proditorem cognita, nostros repentè à tergo circumuentos profligauit. Inde Thuropoliam totam peruagatus, arcem Siseck ad Saui & Colapis confl. sitam acerrimè Bassa Bosnensis, sed irrito tandem conatu oppugnauit.

In Gallia Nauarræus, post ducis Parmensis discessum, Germanos equites ac pedites dimisit, & præsidijs, in oppido Caudebec, à se recepto, & Ponte de Larche, & alijs arcibus, relictis; abducto exercitu, Espernay ad Matronam fl. occupat, & ad Lutetiæ obsidionem rediens; Castello, ad Matronæ in Sequanam influentis ostium (Pont charenton nominant) munito, & Tilennio, domini de la Noui Filio, Gubernatore præfecto, omnem ab ea parte commeatuum subuectionem Parisiensibus intercludit. Quibus denuò in summas famis angustias redactis, Carolus Maiennæ dux & cæteri confœderati, opem maturam ferre cupientes, Hispaniæ regem impellunt, vt Parmensem cum exercitu Galliam repetere iubeat; non solùm vt Lutetiã obsidione liberet, verùm etiam Cardinali Senonensi & duci Feriæ, à Pontifice & Hispano ad Nouum Regem Galliæ eligendum missis, adsit; eorumque decreta exequatur. Suscepta igitur tertia in Galliam expeditione, dux Parmensis Alexander Farnesius, magna copiarum parte ad Galliæ fines præmissa, ipse in Atrebatum vrbem progressus est. Vnde ad proximos Galliæ fines
noturus, cùm manè equum conscensurus esset, subitis & acutissimis doloribus 28. Nouemb. Gregor.
correptus, animo deficiente collabi cœpit. Depositus igitur, & aliquantùm re- 1. Decemb. Greg.
creatus, quarta pòst die rebus humanis exemptus est. cùm ante obitum multa, de 22. Nouemb. nostri.
Belgici gubernatione, salute, & pace tandem restituenda, monuisset. corporis Hora 2. post meridiem.
exuuiæ, à ducibus & nobilibus, qui vna in expeditione erant, Bruxellas deductæ sunt, vnde in Italiam eas deportatum iri; viscera verò, Atrebati, cor, Bruxellis conditum esse, scribunt. Addo Epitaphium, quod circumfertur.

M. D. XCII.

Francia quem metuit, Belgæ coluêre Fideles,
Martis honos, nullo conditur in tumulo.
Gloria, quæ toto se latè fundit in orbe,
Orbem, pro tumulo, non locus arctus habet.
Tot domitis tumulos, victori Belga triumphos
Erige, nam viuit gloria, nec moritur.

Addo FAMILIÆ FARNESIORVM partem, quæ multis etiam superioris historiæ locis, de Paulo III. P. R. de Petro Aloysio, & Octauio, Parmæ & Placentiæ ducibus, lucem adferet.

Petrus Farnesius.
Raynutius, Papæ Eugenij IIII. copias duxit.
Petrus Aloysius.
|
PAVLVS III. Papa 1534.

Alexander, ecclesiæ Romanæ Cancellarius.

Petrus Aloysius, dux Parmæ & Placentiæ primus à Coniuratis trucidatus, 1547.

OCTAVIVS, Dux Parmæ, ex Margarita Caroli V. filia.

Horatius in Gallia perijt 1554.

Alexander Dux Parmæ, Belgici Gubernator ⊕ 1592.

Raynutius dux Parmæ.

Eduardus Cardinalis

Rhotomagenses præsidiarij duce Ianuilleo, Henrici Guisij filio, oppidum pontis de Larche, pauris supra Rhotomagum milliaribus ad Sequanam situm, irrito conatu oppugnarunt. Arcem verò in opposita Sequanæ ripa ceperunt. Quam denuò nunc Regij obsidere, & oppidum S. Valerij ad Sequanæ ostium, Portui Gratiæ vicinum, & alia occupasse feruntur. Ioyeusæ dux, ab obsidione Villemuri in Languedocciæ, virtute & felicitate Marscalci de Anuilæ depulsus, amisso exercitu, & tormentis bellicis, aufugisse: In prouincia verò oppidum Antibo, ab Espernomo obsideri; & La Digiera, transcensis Alpibus, in Pedemonte vallem Perosæ & Lucernæ, item Esasso, Cauors, & alia loca occupasse scribitur. In Lotharingia, Henricus Turcinæ vice comes & dux Bullionis, vrbem Beaumont, tribus supra Sedanum milliaribus, à Lotharingiæ duce magnis copijs cinctam,
Mense Octob. noctur. impressione ex improuiso in Lotharingos facta, dissipato eorum exercitu, & tormentis multisq; signis militaribus captis, gloriosè liberauit.

Quod ad tempestates Anni huius attinet, totus ferè hybernus fuit. Etsi enim Ianuarius mitior & tepidior solito erat, Februarius tamen acerrimum gelu, & niues vberrimas fudit. Martio toto noctes gelidæ, glaciem interdiu resolutam rursus constringebant, ac postremi etiam dies horridiores erant, Aprilis temperatus fuit. Sed Maij dies primi gelidissimi, omnium ferè arborum flores frigore enecarunt, vt prorsus nullos vel certè paucos & minores solito fructus procrearent. Iunius totus, autumnali constitutione algens, & assiduis pluuijs humens; dies verò Ioannis Baptistæ frigore penè hyberno, pluuijs & procellis ventorum turbulentus erat. Quas tempestates inusitatas, coniunctio Saturni, Solis, Martis & Mercurij in cancro, in hunc mensem incidens, ciebat. AEstas igitur adeò breuis apud nos & penè nulla fuit, vt priùs eam abire, quàm aduenisse senserimus. Pridie Iacobi tandem mediocris æstus & siccitas incipiens, maturandis & colligendis frugibus, vsque dum Sol virginem ingrederetur, opportunè seruiuit. Inde rursus pluuiæ & Noti assiduè spirantes toto Octobri: Mox acerrimum gelu, terras & flumina glacie durans, vsque ad finem anni durauit.

RIGA in Liuonia, commiſſarij Regij, inter cætera à Rege ſenatuque regni mandata negociorum capita, de Religione etiam & templis, in eo ſtatu, de quo cum Rege Stephano conuenerat, relinquendis, & reſtituendis in templum D. Iacobi & Mariæ Magdalenæ Ieſuitis, ſuperiore (ciuium) tumultu eiectis, vrgebant. Ita enim fore, vt cætera templa omnia in vrbe & extra vrbem, cum omnibus bonis & prouentibus, pleno iure, Senatus, populusque Rigenſis retinerent. Sed Senatu & communitate Rigenſi, Ieſuitas inquietos & turbulentos, velut faces diſcordiarum & calamitatum publicarum recipere recuſantibus, ac pleriſque vnius ac ſolius Auguſtanæ Confeſſionis Religionem in vrbe ſeruari cupientibus, aut ſi omninò autoritati Regiæ, temporiſq; & fati neceſſitati in præſentia parendum eſſet: Secularem Pontificium, ſeu plebanum potiùs, vt cum rege Stephano conuenerat, quàm Ieſuitas admittendos eſſe cenſentibus: res tum quidem in ſuſpenſo relicta, & ad Regem & comitia regni reiecta eſt. Inſtantibus autem in aula Regia Ieſuitis, Rex ſequenti anno, Ioannem Oſtrouium in vrbem mittit, qui mandato Regio inſtructus, ſpoliatos ante omnia in poſſeſſionem templorum, ex quibus à ſeditioſa plebe pulſi eſſent, reduci flagitauit, cui nomine ciuitatis, Senatus, ſequenti oratione, per Syndicum Dauidem Hilchenium reſpondit. M.D.XC. 1589. 1590. 15. Iun.

Quas & quantas calamitates his proximis annis in ciuitate Rigenſi perpeſſi ſimus, vel ſola ſanguinis effuſi veſtigia, quæ vrbis foro impreſſa ſunt, adeò vt nulla ferè ætas ea deletura videatur, magnum exhibent documentum. Vtrùm autem hîc ciuitas vel incauta, vel facilis nimiùm errauerit, non libet nunc inſectari: Illud tamen teſtamur, perturbationem iſtam, quæ in hanc ciuitatem inuecta eſt, ex commutato vnius S. Iacobi & Monialium virginum alterius templi vſu, originem ſuam ferè traxiſſe. Hinc labes, hinc illæ lachrymæ ſine fine manantes, cùm in ſinu templorum vſibus ciuitatis olim addictorum, fouendi eſſent ij, quibus illa ſemper contradixit. Hoc certè eſt, quod Calamitatum noſtrarum memoriam non patitur intercidere, & vulnera noſtra refricat: nouasq; nunc inſuper turbas ac triſtiores, offenſis ciuium animis indies accumulare videtur, vt veluti ſuccenturiati hi in clades noſtras ſucceſſiſſe videantur.

Cùm itaque ad firmandum ciuitatis ſtatum nihil adeò conducere videretur, quàm ſi ſola Auguſtanæ religionis confeſſio in hac ciuitate ſonaret, iccircò non deſtitimus modis omnibus S. R. Maieſtatem, dominum noſtrum clementiſſimum, & ampliſſimos regni ordines orare, atq; obſecrare, vt, poſteaquam clementiſſimam ſuam voluntatem, qua Remp. hanc complecterentur, multis indicijs nobis conteſtatam feciſſent, hoc vnum inſuper ſummi ac multiplicis beneficij loco æſtimandum benignè ac precariò largirentur, ne vlla alia præter receptam Auguſtanæ religionis confeſſionem in templa ciuitatis inueheretur, offerentes etiam nos & fortunas noſtras, & quælibet alia grauamina, quæ non eſſent ſupra vires & facultates noſtras, æquo animo toleraturos promittentes, modò hoc vnum, idemq; æternum beneficium S. R. Maieſtas nobis & poſteritati noſtræ donaret, & ſuæ clementiæ teſtimonium conſecraret. Id ſcilicet ciuitas maximis ſumptibus in legationes toties ſuſceptas, factis, hactenus per ſacra omnia S. R. Maieſtatem & ordines obteſtata eſt, & nunc quidem nihil magis quàm conſcientijs parci, & publicæ tranquillitatis rationem haberi cuperet: ſed nullam ampliùs opem obtinere hactenus potuit, quàm quòd in locum Ieſuitarum aliquot ſeculares ſacerdotes hîc ſubſtitui deberent, quod ex cautione VVarſauiæ in comitijs generalibus anno proximo ſuperiore LXXXIX. & ex peculiari quodam illuſtriſſimi domini Cancellarij Regni reſponſo autoritate S. R. Maieſtatis huc ad ciuitatem miſſo ſatis luculenter ſe oſtendit.

Etſi autem ciuitas hoc ipſum, quod ea in re ſectabatur, non planè aſſequebatur dici tamen, aut ſcribi non facilè poteſt, quam gratum hoc Magiſtratui vrbano, & bonis omnibus ciuibus tum fuerit, quod ipſis & ex nuncijs ſuis audire, & ex literarum regiarum teſtimonio recognoſcere contigerit. S. R. Maieſtatem, Dominum noſtrum clementiſſimum tandem ab ea voluntate, quam initiò ſibi propoſuerat,

M.D.XCIII fuerat, diſceſſiſſe & ad aliam rationem, quæ publicæ tranquil
deretur, nempe de tranſferendis hinc Ieſuitis, & aliquot al
rum locum ſubſtituendis deſcendiſſe. Quemadmodum ergo
tis cautionem ciuitati datam Magiſtratus Vrbanus certam
credidit, ita quoque non aliter eam intelligendam aut acc
bus ſuis tum perſuaſit.

Et certè res eò, quò S. R. Maieſtas iuſſerat, authorita
miſſariorum, tum, cùm huc miſſi præſentes adeſſent, perduc
quæ conſecuta ſunt, prioribus congruiſſent. Hic iam ex or
inciderunt, attingenda ſunt, vt ex ijs, ſi nondum conſtat, inte
uis alia potius, quàm in ciuitatis culpa cauſſam poſitam eſſe
S. R. Maieſtatis conſtitutioni, de ſubſtituendis ſecularibus e
ſatis.

Incidit autem primò S. R. Maieſtatis mandatum, de non
reſtituendis Ieſuitis. Deinde acceſſit ardens Ieſuitarum flagit
bus Commiſſarijs Regijs, templa iſta duo contra reſponſum
nò tradi cupierunt. Quibus auditis plebs, alioquin ſatis pe
prona, furore & fremitu æſtuans, fidem & vitam nunciorum in
cipiebat, quaſi illi fucum alienæ interpretationis rebus iſtis,
ptis paulò antè oſtenderant, adhibuiſſent. Et niſi authori
miſſariorum, ſingulari adhibita prudentia, interueniſſet, no
ſij ſequacibus dimicandum fuiſſet. Re etenim ipſa iam ho
bant, quòd præclarus religionis ſuæ defenſor Giſius olim p
mirum ſe ſuamque vitam tot tantisque periculis expoſitam e
tur Ieſuitas, non niſi eo ex hac vita deturbato, in ciuitatem r
lia igitur, vt & alia multa ne in ſeditionem, ad quam omnia
debantur, erumperent, moderatione aliqua opus fuit. Ea
Commiſſarij ita adhibuerunt, vt, Ieſuitis abire iuſſis, ea de re
vnde profecta eſſet, hoc eſt, ad comitia pertinere, vel ipſo S.
ſponſo demonſtrauit, nihil amplius ſtatuerint. Negocium it
manifeſtam mandati Regij à Reſponſo comitiali diſcrepanti
ſta cauſa ad S. R. Maieſtatem & ordinum deciſionem, abſque
tis offenſione, reiectum eſſe videatur.

Sed dum à tot inteſtinarum diſſenſionum procellis ciui
paululum reſpiraſſet, Ecce nouum quoddam, & priore grauius
gium de duobus templis, Ieſuitis tradendis, interuenit. De eo
nes ciuitatis quicquam reſpondiſſent, idem qui mandatum, eo
daturi eſſent, quaſi explorato, citationem quoque poſt aulam
poſuit. Senatus porrò in tanta, quæ in magno numero ſempe
luntatum & opinionum diſſimilitudine, maiorem temporis, qu
tatis, rationem habendam eſſe ratus, rem ad vlteriorem delib
lit, ex vt S. R. Maieſtas, Dominus noſter clementiſſimus, exigu
penſa ſe adhuc exhauriri clementiſſimè pateretur, humilime
nuncium ſuum petijt: qui poſtea huc reuerſus, S. R. Maieſtatem
noſtris locum dediſſe, pluribus oſtendit. Re itaque maturè delibera
nuncios ſuos ad comitia Regni ablegauit, ita inſtructos, vt ſi ab
in mandatis habebant, tractatione, grauiſſimis Reipubl. negotiis
non R. Maieſtas modò, verùm D D. Senatores, ad id ſingulariter de
cluſi fuiſſent, eam ſanè obedientiam, quæ iam à ciuitate præſtita eſt
non expectaſſet. Sed quia S. R. Maieſtas pro perpetua ſua erga o
mentia, ſuperioris temporis errorem temporibus ipſis condonat, id
ſuperioribus verbum amplius nullum.

De præſenti autem S. R. Maieſtatis mandato, in cauſa templorum
ciuitas reſpondet. Etſi multa ſint, quæ deliberandum omnino de

plius remisque omnem vtrorius differendam esse ciuitatem bonentur: tamen quan-
do ciuitas cognitæ, & quæ ipsa sit, & quo cum res sibi intercedat, & quod mul-
ta mala ex S.S.M. Maiestatis ira & ceslatione sibi pertimescenda sint, idcirco ea quæ
ciuitati exitio domi fuisse esse posset, longissime suerunturæ, & finis tandem
sit ciuitas, quæ determinata bonorum intercessit, controuersiæ, ad eam rationem de-
fcendendum sibi esse ciuitas intelligit, à qua non minus S. R. Maiestatis dignitas,
quàm communis ciuitatis tranquillitas dependet. Quandoquidem igitur S. R.
Maiestas, Dominus noster clementissimus, nunc præcipit, & mandat, vt in causis
temporum superiorum refponsorum ac decretorum authoritatem ciuitas sequa-
tur, & ea de re responsio quodam Regio in generalibus comitiis, Anno LXXXIX.
VVarsauiæ, ciuitatis Rigensis nuncio dato, ita statutum ac decretum sit, vt simpli-
plisti tam D. Iacobi quàm S. Mariæ Magdalenæ, S. R. Maiestati tradatis ac cessis, fa-
cerdos quidam secularis & aliquot vicarij præterea, qui ciuitatem non tubsum-
sit: Item eius ciuitas eodem refponso, Anno 1589. edito, satisfacere expiens,
prædicta duo templa cum domibus, aræis, cenfibus, omnibus, quæ ex translatione
cum D. Memoriæ Stephano Rege, decessore S. R. Maiestatis initia, non ad lesui-
tas aut eorum partes, sed fecularem facerdotes fine clericos, vti tum dictum & scri-
ptum fuit, pertinent, ei quæ m S. R. Maiestas ciuitati commendauit, reponere nese-
rabili Ermanno Tolgsdorff, vti parocho feculari, per manus Generosi Iohannis
Oltrowicki, Cap. Dunemunden, & specialis Mandatarij regij integræ tradit, cedit-
que. Atque tam spetat ciuitas S. R. Maiestatem, quæ vti ad pietatem, ita ad con-
filium & rationem omnia referre foler, pro admirabili suo iudicio intelleCturam,
ea in re voluntati fuæ satis factum ese, neque pallurum vt amplius ea de re quic-
quam literarum, aut ea quæ iam affirmimus ciuitati ordinibus tradita esse pu-
tare, contrarijs decenjes Iesuitarum coactionibus peruertantur, & sic faces ad
eum, quem, si Iesuitæ cedeant, videre videntur, grauiliuarum dissensionum ignem
subdantur.

Quod si verò præter omnem expectationem decenjes euenerit, vt quicquam amplius, quàm in priore refponso Regio, Anno 1589. edito, à S. R. Maiestate
conditionis, & iam à ciuitate traditum & cessum est, sue de templis, sue pof-
fessionibus eorum flatuatur, id quod ne fiat, S. R. Maiestatem ciuitas humillime
rogat, tum tali cafu ciuitas illam fuam traditionem cessionemque templorum, quæ
ob eam causam, vt illius negocij finis eiter, facta est, irritam, saluoque iure suo nul-
lam esse debere, manifeste retinare.

Hæc enim vnica ratio fuit, vt ciues cum fenatu in eam cessionem templorum
consentirent, quod restimonio refponsi Regij pertiuali crediderunt, non am-
plius lesuitas, sed feculares in hac ciuitate commoraturos. Quod si iam ergo
ea in re contrarium fuisperetur, & Iesuitæ nihilominus fese templis, vibus fecu-
larium dicatis, qualicunque modo ingerere auderent, quod tum paulò iuftior
ad motum priore atrocitorem excitandum multitudini daretur occasio, & fic in
extremum dilcrimen non causa templorum modò, verum illi ipsi & bona omnia
adducerentur, nemo non vider. Vique adeò ab eorum focietate, non vnus, fed
quamquot eorum in ciuitate cives sint, abhorreat, non properera, quòd vel re-
missius religionis fuæ pronunciande studium in fecularibus exhibe, multis quip-
pe fecutis antè quàm Iesuitarum nomen in rerum natura extaret, Romanæ reli-
gionis vium fuisse conster: Sed quod ciuitatis rationes ab illis magis quàm hibet
turbari ciues fentirent, & exemplo fuo eueniuli, didicerint. Secularem ergo quod
attinet, quemadmodum illum, & non alios, neq; plures vicarios feculares, quam ipse
ad cultum diuinum necessarios esse oltendit, sibi aggreget, quibus fuarum rerum fi-
nibus fese contineant, neq; ciuitatis rationes turbent, ciuitas hortatur, ita vicissim
Magistratus Vibanis feuerissime adnitetur, vt illis, & eius adiunctis fecularibus, qui
in præditis templis religionem fuam, sine vibis incommodatione exercebunt, nul-
la à quoquam iniuria affectis benevola, fecuritate & tranquilla pace libere frui li-
ceat: Eiusdemisis fidei grata fignificatum ciuitatis hanc refponso approbatum eft. Rigæ
vifupra. &c.

M.D.XCIII. Stephano Regensium, summa fide & diligentia cauturum subditis & Religionis libertatem, si Senatu Regni, coram rege & ordinibus, accurata oratione defendente, ac vitia coloribus depictos leuitas, pernicioſiſſimos iſti ciuitatis furores, non ſine copia & vi ſedatos, demonſtrarent. omnium fere proceruum animi ea leuitate ſunt, ut ſeculares Pontificios Regi eſſe permitterent. leuare vero multum de ſua auctoritate eo ipſo decedere exiſtimantes, rem durantibus comitiis extraxerunt, & iis demum finitis, ne extra ordinem in Camera Regni tractarentur pro re nonnumquam, effecerunt. Sed ab hac ſententia, modeſtia ad comitia Regni publica demiſſi Syndicus appellauit, cui adhuc, quanta poteſt fide & diligentia, Senatus Regni ſatisfaciet.

31. Maij. Pendente adhuc appellatione, PRINCIPES OPTIMI ingens nouendecim articulorum, ciuitas Regiensis, cuiſdem Syndici & Legati ſui indiuiſtia, fide & felicitate ſingulari, hoc anno 1593. à Rege impetrauit. Citum capita præcipua ſuccinte. Primum, de Burgranio, ad quem ſpectabat in cauſis ad malefitium & ciuitatem commentes vel delinquentes pertinentibus, exercendam inſtituto, in Diplomate Regis Stephani, ciuium ſtatuti Thorunenſis mentio fiebat: quo loco Sigiſmundus I. olim ſanciuerat, vt vicinæ arcis Regiæ capitaneus Burgranium ſine vllo & decidendi limitatione in rebus adhiberetur: declarat iam Rex Sigismundus III. cum de capitaneo ſcripta iuris in ſtatuto, eamne de iuriſdictio arcis, ſed de ſolo Burgranio ciuitatis Regiensis intelligatur, quæ iuriſdictionem tantum capitaneiſmum, ioco Regis, plene & integre adminiſtret. Burgranii officio, vel mortis vel abſentiæ cauſa ſuccedante, anni proxime antecedentis Burgranii vices illius gerent. Vocatus vel accerſitus à Burgranio, quicunque alieno iudicio ſubiectus miſſi reſpondere non renuerint: compacta tamen vel per ſe vel procuratorem, iusque huius allegare coram Burgranio: Diſcedentium ex vrbe, vt iudicium mittent, cauſas Rex non ad ſe adducabit, ſed ad iudicium Ringenſe remittet. In ſuburbio caſtri Regenſis, plures tipiſces, quam affluentia corporum eſt, non tolerentur, ita tamen, ne quid ex ſolido muro conſtruant, nec vllam negociationem exerceant, nec panem potent domeſticum, nec ceruiſiam coquant, nec boues mactent, venium exponant, ſi vel in nauis importent, ſub pœna ſanctionis meorum, cuius executionem ex præfecto arcis, & Burgranio, & Senatu committit, qui defraudatores illos Portorii Regii vindicent. Mandata paranda & alia, quibus proceſſus iudiciarius, & citationum modo tenendæ, ſuſpendatur, vel impediatur, ex Cancellariis, Regiis non edentur. Quod ſi Magiſtratus vbi partium informationem res defenderat videbitur: narratio petentis mandatum, ſcripto comprehenſa, ad magiſtratum ciuitatis mittatur, ad quam intra bimeſtre à die inſinuationis reſpondebit. quod ſi magiſtratus præterierit, & protectationem eo nomine à petente literas ſatiam neglexerit: tum demum ad penalia mandata rex procedet. In cauſis vero criminalibus, vbi rum iuris ſit ciuitatem ciuitati relinquet. Commiſſiones nul- 10
læ in ciuitatem dein ceps edentur. Quod ſi de negligentia negligentiæ, vel iniuria, culpaue aliquis quæretur, ac temere illis litem mouiſſe iudicatus fuerit: in expenſas & pœnas temere litigantium vel calumniatorum condemnabitur. ac ſi qui communitatis ciuitatenſis exiſtimationem negligentius vel petulantius inſcrint, iniuriarum contra illos agi poterit. Ciuitas criminaliter citata, non niſi in comitiis, exemplo nobilium, reſpondere tenebitur. Porrò etiam etiam ſtatuetur, de collegiorum conuocationumque fautis, ex magiſtratu auctoritate & ciuitatis commodo ſtatutendis, retinendis, nec prætextu vlla cuiuſquam, cum legitima magiſtratus iuriſdictione pugnantia, rex trader. Poſſeſſiones terreſtres libere & tranquille ciuitatem tenere iuſſit. 20

Ius eudendæ Monetæ, cum omni cum emolumento, à rege Stephano ciuitati concellum confirmat, nec vlli alteri in Livonia fundi ius vsquam tribuet. Cumque in formula ſubſcriptionis, ciuitas Regiensis, Portorii omni ſolui ſcrit, vt & quibuſcunque aliis exactionis & exactionibus ſolata & libera eſſet, caset

cauet Rex, præter illa, nullis alijs obnoxiam esse debere. Nec portus ac Emporia noua alibi quàm Rigæ aperiri permittet. Itaque mercatores & nautæ, qui posthac in alio, quàm Rigensi portu, negotiari audebunt, ex Senatus præfectorumque Portorij arbitrio mulctabuntur. Quilibet etiam nauta, merces à se allatas non prius exponet, quàm in loco Portorij earum catalogum exhibuerit. neque merces vllas naui imponet, priusquam plenè portorio satisfecerit. Secus facientes, pœnis in fraudatores ærarij publici sancitis plectentur. Immunitates, quibus Portorij prouentus diminuantur, nullas rex vlli dabit: nec mercium Regiarum nomine & colore defraudari portorium sinet. Nauim Rigensem, ad ostium maris propterea constitutam, ne quis sine licentia à Portorij Rigensis præfectis enauigare possit, eodem in loco & statu, in quo nunc est, Rex retinebitur. Nec in præiudicium liberæ nauigationis quidquam in littore ripaue ædificari permittet. Aduersus speculatores seu piratas, mare portumq; Rigensem infestantes, Rex ciuitatem defendet. Nullos Iudæos manſionem aut domicilia in ciuitate habere vnquam sinet. Verùm vt in statu suo, quo hactenus fuit, semper permaneat, nec quicquam immutetur, Rex ac successores illius perpetuò curabunt. Hæc Priuilegij, hoc anno ciuitati Rigensi à Sigismundo Poloniæ Rege concessi, capita præcipua fuerunt. M.D.XCIII

Rex ipse, Sueciæ regnum, morte patris, superiore anno hæreditate ad se delatum aditurus, in comitijs regni Poloniæ ordinibus consilium ac institutum suum exponit, & se iuuari publica contributione petit. Senatores, etsi in Poloniâ regem manere & officium suum administrare maluissent, tamen si intra vnius anni & mensis spacium, constitutis in Suecia rebus, ad Polonos rediret, & reliquum vitæ tempus apud ipsos deinceps exigeret, abeundi facultatem præbebant. Nuncij terrarum seu nobiliratis, per Marscalcum Regi, primùm de filia, biduo antè nata, gratulati, diutius à rege institutum iter differri, & pericula regno, absente capite imminentia, auerti orant, eumq; Iurisiurandi, quo se Poloniæ regno obstrinxerat, subiectissimè admonent. His, nomine Regis Cancellarius Zamoiscius respondet, se, etsi idem cum reliqua Nobilitate sentiat, tamen nunc, non vt senatorem, sed Regium ministrum, Regis declarationem ipsis indicare. Regem enim, quod semel coronæ iurauerit, Regia fide præstiturum, & donec in his terris viuat, apud ipsos manere decreuisse. Etsi enim necessariam proficiscendi in hæreditarium Sueciæ regnum causam habeat, quam in pactis conuentis cum hoc regno, sibi reseruarit; tamen constituto tempore in Poloniam redire & perpetuò apud eos durare velle. Petere igitur regem, ne intempestiuè eum retinendo ac procrastinando, regni ipsius hæreditarij negotijs detrimentum aliquod adferant. 13. Maij

Ijsdem diebus, Cæsaris Rudolphi legatus, baptismi infantis Regiæ testis futurus, aduenit, qui publicè à rege, præsente magno Senatorum & Nobilitatis numero, auditus, initio Regis Sueciæ patris obitum deplorauit, & de successione in regno paterno regi Sigismundo gratulatus est. Deinde Maximilianum fratrem, per legatos, de Beutinensi transactione Iureiurando confirmanda, denuò admonitum esse: eumq; si contra regnum Poloniæ aliquid moliri vellet, à Cæs. Maiest. non adiutum iri ostendit. Hortatur regem & Senatores, ne rumoribus hominum malcuolorum, de practicis insidiosis Coronæ Polonicæ structis; fidem habeant. Proficiscí hæc ab ijs, qui priuati commodi causa Rempublicam & administrationem Regiam turbare cupiant. Postremò Senatores regni, nomine Cæsaris clementissimè salutat, & omnia Reipublicæ & ipsis salutaria precatur. Huic, nomine Regis, Tarnouius Vicecancellarius: nomine Senatorum, Baranouius episcopus Plocensis, respondérunt. Sed cætera huius conuentus negocia volens omitto.

Rex, constituta Poloniæ Gubernatione, cum regina, & sorore, nauim Varsauiæ ingressus, per Vistulam fl. quadringentorum peditum Vngarorum præsidio stipatus, in Prussiam secundo flumine descendit, & paucos dies Torunæ & Mariebvrgi moratus, Dantiscum peruenit: Vbi mensem integrum desidens, ex consiliarijs terrarum Prussiæ & alijs, Iudicium constituit, in quo controuersiæ terrarum Bo- 4. Augusti Iuliani.

M.D.XCIII rum Borussiæ cognitæ deciderentur. Tornæ ac Elbingæ, Templa primaria, Pontificijs adiudicata sunt. A Senatu Dantiscano, episcopus Vladislauiensis, Hieronymus Roseradzeius, origine comes à Pomersdorff, summa contentione ac importunitate Templum Marianum flagitauit, & omnino cum Rege missam in eo
12. August. templo Dominica Christi lachrymantis ob interitum suæ gentis, celebrare decreuerat. Sed dehortantibus regem, tum alijs, tum verò quodam regni Suecia legato, qui Suecorum etiam animos, violenta hac Religionis mutatione offensum iri monebat: controuersiæ illius decisio à Iudicibus ad comitia regni re-
1593. iecta est. Anna, soror Regis, confessioni Augustanæ adiuncta, templi Mariani concionatores M. Conradum Brakermannum, & M. Michaëlem Coletum, ad se vocatos, docentes audiuit. Tandem Rex multorum controuersijs dijudicatis, omnia in vrbe tranquilla, & in pristino statu relinquens, ad Vistulæ ostium
30. August. Iuliani descendit. Vbi sex dies commoratus Nauiconscensa, cœlo sereno, ac vento secundo: postridiè, reflantibus aquilonibus, in sinum ad oppidum Heil relatus est,
6. Septemb. vbi iactis anchoris, prætoria cum paucis alijs, octiduum subsitit, plures ad ostium
13. Sept. Vistulæ redierunt. Tandem pridiè exaltatæ ab Heraclio crucis, denuò Rex, cum tota classe, spirantibus austris vela committens, varijs iactatus tempestatibus in Sueciam transmisit, & tandem Stocholmiam, regni metropolin, quæ 80. Germanicis milliaribus Dantisco abest, saluus & incolumis postridiè Michaëlis adpulit.

Dum Dantisci rex desedit, omnia Dei beneficio pacata & tranquilla in vrbe
23. August. fuerunt: excepto vnico tumultu, cui causam Poloni cuiusdam nobilis minister præbuit, obuium in foro, ad Libripendis ædes, baiulum, qui cum onere præteriens eum fortè attigerat, & cedere ex via iusserat, acinace grauiter vulnerans, & cæteros eiusdem conditionis, quorum magna ad Libræ domum frequentia esse solet, violentiam illius reprehendentes simili audacia adoriens. Pluribus autem, vt fit, ad rixam concurrentibus, octo decemúe Poloni ex proximis ædibus armati, baiulos inermes, fustibus tamen & saxis se defendentes, lethaliter vulnerant, & foro pellunt. Confestim clamor de Polonorum violentia & cædibus, passim in vrbe dissipatur. Ciues armati vndique in forum, paulò ante desertum, confluunt, & Polonos reprimunt. Qui cùm se inferiores viderent, è fenestris vicinarum ædium globos in ciues eiaculantur. Ciues vicissim in Polonorum hospitia bombardas emittunt; ac tres quatuorúe globi in Regiam domum euolarunt. Accersitur à Polonis præsidium Regium, pedites Vngarici, in suburbio, cui à longis hortis nomen est, collocati. Quos iam accurrentes, Motlauæ pons pensilis subitò leuatus, commodè excluſit. Sic ingens ciuium cædes auersa est. Interea consules & Senatores aliqui, non sine vitæ discrimine, in vulgus armatum prosiliunt, & ciues monendo, rogando, grauius appellando, tandem, Polonis se è conspectu illorum subducentibus, tumultum sedant: cùm 23. interfecti, plures 50. vulnerati essent. Portæ vrbis per biduum clausæ, donec primus autor tam tristis tragœdiæ, Polonus quidam inuentus, & custodiæ traditus est. Inprimis verò qui in hospitium regium globos eieciſſent, diligenter inquisiti, & per tubicines præmium indici centum Vngarici promissi: conscijs autem & dissimulantibus si patefierent, par cum autoribus supplicium denunciatum est.

1593. In Belgico MAVRICIVS comes Nassauiæ, VVilelmi principis Vraniæ filius & Mauritij Electoris Saxoniæ ex filia nepos, Hollandiæ Gubernator, Iuuenis ante annos animumque gerens, curasque viriles; GERTRVDIS montem, oppidum
Cœpit obsidio 18. Martij munitum, in Brabantiæ & Hollandiæ finibus situm, tres iam menses circumuallatum, vi & fame ad deditionem coactum occupat: frustra assidente cum exercitu Petro Ernesto comite Mansfeldo sene (cui, post Parmensis obitum, Belgici
25. Iunij. gubernationem vicariam Hispaniæ rex commendauit) qui soluere obsidionem irrito conatu instituerat. Oppidum, VVilelmi principis Vranij viduæ, Amyralij Gallici filiæ inhabitandum à Mauricio priuigno, traditum est.

Soror verò Mauricij, Loysia Iuliana, VVilelmi ducis Vranij & Carolæ Mompenseriæ filia, ijsdem diebus, dum frater victoriâ insigni ad Gertrudisbergam po-

gam potitur; FRIDERICO Electori Palatino, Ludoici filio, adolescenti, vi- M.D.XCIII
cesimum ætatis annum agenti, matrimonio iungitur Tillebergæ: quo ex Hol-
andia, per Stadam ad Albim, & Luneburgam, & Hassiæ oram, ad comitem 11. Iunij. nostri.
Nassaënsem agnatum traducta erat. Nec prius ferè, vicinis Palatinatui prin-
cipibus, & subditis plerisque, de his nuptijs constitit, quàm peractas fuisse al-
latum est.

Paulò pòst, vicinus Palatino Princeps optimus, & ecclesiæ ac literarum Nu-
tritius singularis, LVDOICVS Dux VVirtebergensis, Christophori filius, cum 25.
annos patriæ summa cum pietatis, clementiæ, Iustitiæ, benignitatis ac munificen-
tiæ in Ecclesias & literarum studia laude præfuisset: vixisset 40. rebus humanis ex-
emptus est, nulla relicta sobole ex se nata. Quare sobrino propior FRIDERI-
CVS comes VVirtebergensis & Mompelgardensis, Dei beneficio nemine ad-
uersante, in toto Ducatu tranquillè & pacificè successit: & sinceram Euange-
lij doctrinam, ordinem Ecclesiarum, studiorum doctrinæ in Academia & mo-
nasterijs, Leges, Iudicia, disciplinam, & omnes administrationis Politicæ par-
tes, ab antecessoribus, Christophoro patruele, & filio illius Ludoico, pie, sapien-
ter & feliciter constitutas, fideliter tuetur & conseruat.

EBERHARDVS comes VVirtebergensis, & montis Pelicardi primus.

Ludoicus primogenitus, Vraci aulæ sedem habuit.

VLRICVS comes VVirtebergensis, Stutgardiæ habitauit. ⊕ 1480.

EBERHARDVS Iapiens, fundator Academiæ Tubingensis 1477. Primus Dux VVirtebergensis 1495. ⊕ 1496. cui Eberhardus I I. patruelis Vlrici filius, biennium successit. Huic 1498. pulso, VLRICVS, Henrici, fratris Eberhardi I I. filius.

Eberhardus II. pulsus 1498.

HENRICVS comes VVirtebergensis & Mompelgardi.

VLRICVS Dux VVirtebergensis cœpit 1498. pulsus 1519. restitutus 1534. ⊕ 1550.

GEORGIVS comes VVirteberg. & montis Pelicardi, cui seni natus.

MARIA vxor Henrici ducis Brunsuic.

CHRISTOPHORVS ⊕ 1568.

FRIDERICVS, Ludoico in Ducatu VVirteberg. successit.

IVLIVS conditor Academiæ Iuliæ.

LVDOICVS ⊕ 1593.

Ioannes Fridericus.

Henricus Iulius dux Brunsuicens.

Ex sorore verò Ludoici VVirtebergensis natus, MAVRICIVS, Hassiæ prin-
ceps, VVilelmi filius, Philippi nepos, patri recens defuncto, in gubernatione pa-
triæ succedens, coniugem sibi, ingenio, pietate & forma illustrem puellam, sobri-
nam suam, delegit HAGNEN, filiam Generosissimi comitis, IOANNIS GEORGII
Solmensis, Laubaci sedem habentis. cum qua, Cassellæ, sacrum Nuptiale 13. Sept.
celebrauit. Genealogiæ partem ascribo.

Ludoicus Hassiæ Landgr.

Magnus dux Megapolitan.

PHILIPPVS comes Solmensis, vxor Adriana Hanaënsis, mater duodecim liberorum.

VVilelmus medius Hassiæ Landg. ⊕ 1509. — ANNA — Otto, posterior maritus natus 1496. ⊕ 1522.

Reinhardus natus 1491. celebris militū dux apud Carolū V. cuius insignis de re militari liber extat.

PHILIPPVS Landg. Hass. dux fœderis Smalcaldici natus 1504. ⊕ 1567.

Fridericus magnus, comes Solmensis.

VVilelmus ⊕ 1592.

IOANNES GEOR-

Otto.

ERNE-

Herman Adolph,

♃ ☐ ♂ ♃



Principio anni, inter Ioannem Georgium, marchionem Brandeburgensem, Ioachimi Friderici Administratoris, primatus & Archiepiscopæ Magdeburgensis, filium; & Carolum Cardinalem Lotharingum, Caroli ducis Lotharingiæ filium, discordibus Canonicorum Argentinensium suffragijs electos Episcopos, Bellum, iam in nonum vsque mensem gerebatur: quod à Commissarijs Imperatoris, Adamo Gallo Popelio à Lobcovvitz & cæteris, mense Februario tandem sedatum, & arma vtrinq; deposita, ac miles dimissus est. Constituerat enim Imperator sex electores ac principes, Moguntinum, Saxonem, archiducem Ferdinandum, Palatinum Philippum Ludoicum, Iulium episcopum VVurceburgensem, & Ludoicum Landgrauium Hassiæ, qui controuersias inter partes cognoscerent, & amicè vel iudiciario processu dirimerent. Intereà, donec de administratione episcopæ & reditibus, pendente transactione aut lite, conuenisset: Carolus Cardinalis Lotharingus, arces & oppida, Zabern, Hohenbarr, Kochersberg, Molsheimum, Benfeld, Schirmac, Mundat, Sulte, Ruffach, cum cœnobijs & alijs antiquitus adiunctis: Marchio Iohan. Georgius, Oberkirch, Ettenheim, VVentzenavv, Marxheim, Reinavv, Dachstein, Marlenheim, cum reditibus episcopi in vrbe Argentinensi, tenebunt, ijsque fruentur, & subditis libertatem conscientiæ, & priuilegia ac consuetudines pristinas relinquent: nihil vi contra se mutuo vel quenquam alium attentabunt: sed petitiones suas, siue proprietatem siue possessionem, siue damna, aut sumtus factos spectent, coram sex deputatis principibus legitimè proponent, iudicio se citati sistent, & iudicato absque contumacia parebunt. Eodem modo Canonici summi templi, Curiam fratrum Argentinæ tenentes, & cæteri ab his dissentientes, deputatorum principum iudicio se subijcient, & reditibus, quos hactenus singuli tenuerunt, donec de illis deputati Cæsaris commissarij, amicè vel iure, aliter constituerint, tranquillè fruentur. Senatui Argentinensi VVasselnheimum Lotharingus restituet, & Collegia, Hospitalia, Scholas, & ciues priuatos, suis prædijs & reditibus, in toto episcopi territorio, quietè vti frui sinet, & de damnis datis, & impensis belli, postulanti coram sex deputatis respondebit, & iudicatum soluet. Ernestus Fridericus etiam, marchio Badensis, qui se Ioanni Georgio & Argentinensibus contra Lotharingum cum exercitu coniunxerat, restitutionem comitatus Bitschensis, cum interceptis reditibus, & impensas belli à Lotharingo repetens, & Carolus comes in Hohenzollern, eiusdem comitatus nomine querelas suas coram sex deputatis proponent, qui vtraque parte audita, vel amicè transigent, vel de iure pronunciabunt. Captiui, qui arma non gesserunt, vtrinque tolerabili conditione liberi, ad suos redibunt. Omnes, qui alterutri parti consilio, opera, manu seruierunt, pacis huius beneficio fruentur, nec in arcibus & oppidis suprà nominatis præsidia vlla, nec præfecti nisi Germanici collocabuntur.

17. Febr.

Etsi autem ad tractationem causæ Argentinensis, à sex deputatis principibus partes: ad 19. Martij, Spiram citatæ erant: tamen mense Maio demum actio inchoata est, vbi, cùm inter cætera, de territorio episcopi Argentinensis, sex principibus, Cæsareæ Maiestatis commissarijs, cedendo, donec amicè vel iure controuersia finiretur, subdelegati proposuissent, tres ferè menses consumti, nec tamen ad causæ principalis tractationem peruentum est. Subdelegati igitur, interpolantes actionem, se ad Cæsaream Maiestatem, quæ hactenus accidissent, referre velle ostendunt,

Mense Iulio.

oſtendunt, ac iubent interea partes pacem colentes quieſcere, & menſe Nouembri, Francofordiam ad continuandam actionem inchoatam redire. M. D. XCII.

Ioannis Georgij, electi Epiſcopi Argentinenſis, frater natu maior, Ioannes Sigiſmundus in Boruſſiam profectus eſt, vt Ill. principis, Alberti Friderici (cuius, patruelis ſui, curator, Georgius Fridericus, quindecim iam annos fuerat) filiam Annam, coniugem duceret. Nuptiæ ſequenti anno in magna legatorum Regiorum, & multorum principum frequentia feliciter & tranquillè peractæ ſunt, 20. Octobris.

ALBERTVS, marchio Brandeb. quem Achillem Germanicum nominant, ⊕ 1486.

- IOANNES, elector Brandeburgicus ⊕ 1499.
  - Ioachimus I. Elect. ⊕ 1535.
    - Ioachimus II. ⊕ 1571.
      - Ioan. Georg. elect. adhuc ſuperſtes.
        - Ioachimus Fridericus, Adminiſtr. Primatus & Archiep. Magdeb.
  - Albertus Archiepiſcopus Moguntiæ & Magdeburg. ⊕ 1545
- FRIDERICVS in Franconia ſedem habuit, ⊕ 1536. vxor Sophia, Caſimiri regis Poloniæ filia.
  - ALBERTVS Dux Boruſſiæ I. ⊕ 1568.
    - Albertus Fridericus Dux Boruſſiæ æger.
      - ANNA ſponſa Ioan. Sigiſmundi. ♀
  - Caſimirus ⊕ 1527.
    - Albertus ditione pulſus 1554. ⊕ 1557.
  - GEORGIUS ⊕ 1543.
    - Georgius Fridericus curator ducatus Boruſſiæ 1578.

Ioan. Georgius electus Epiſcopus Argentinenſis 1592.

IOAN. Sigiſmundus, gener Albert. Friderici ducis Boruſſiæ. ♀

In Harcynijs montibus, Thuringiam & Saxoniam dirimentibus, Erneſtus comes ab Hoenſtein, Volcmari VVolffgangi filius, ſine liberis maribus moriens, familiam ſimul finiuit. cuius arces & prædia, ad duces Brunſuicenſes feudi Dominos in arce Guelforum & Grubenhagen ſedem habentes, redierunt. Genealogiæ Hoenſteinenſis partem, ſuprà, VVilelmi epiſcopi Argentinenſis obitum annotans, recitaui. 7. Iulij. Lib. 15. Anni 1541.

AQVISGRANENSES diſcordiæ inteſtinæ ſemina, ex religionis diſſidijs orta, exeunte anno 1580. recitaui. Cùm autem reformatæ religionis ciues, non modò publicum religionis ſuæ exercitium, frementibus Canonicis & Senatu Pontificio, haberent; Verùm etiam in ſenatum recipi, & conſules ſuæ religioni addictos creari vellent; & (aduerſante ſenatu veteri, in quem more maiorum & vigore Senatuſconſulti anno 1560. à tota ciuitate ſanciti tantùm Pontificij legebantur) ipſi, conſules ſuæ religionis conſtituiſſent: antiquus vrbis magiſtratus ex ſolis Pontificijs conſtans, à Canonicis & duce Iuliacenſi vicino incitatus & adiutus, accuſationem nouorum Conſulum & ciuium reformatæ religionis coram Cæſare Rodolpho inſtituit. Qui ſeueriſſimis mandatis, Rempublicam in priorem ſtatum reſtitui vrgebat. Cùm autem noui conſules & ſenatores, pacem religionis in Imperio ſancitam prætexerent, & cæterorum Auguſtanæ confeſſionis Principum & ordinum interceſſione vterentur: Cæſar in comitijs Auguſtanis, de conſilio ordinum Imperij archiepiſc. Treuirenſem, & elector. Saxoniæ commiſſarios conſtituit, quorum ſubdelegati Aquiſgranum profecti, vtramq; partem audierunt, & principali cauſſa indeciſa, Relationem ſuam & acta omnia denuò ad Imperatorem remiſerunt. Is in Iudicio aulico controuerſia cognita, tandem huius anni menſe Auguſto (pridiè ante quàm Siſeccum à Turcis captum eſt) ſententiam admodum ſeueram aduerſus accuſatos 1593. 1582. 1584. 1593. 27. Auguſt. prounn-

M. D. X CII. pronunciauit: Non licuisse illis, nec debuisse in Cæsaris vrbe & sede Regia Aquisgrano, vel in religione aliquid nouare, vel Magistratum & Gubernationem vrbis de facto inuadere. Ideoque quæ ab ipsis hactenus in eo susceptа sint, cassari & aboleri, & omnia in veterem statum, qui ante susceptas has nouationes, anno 1560. communi senatus & ciuitatis totius decreto sancitus fuerit, restitui, & actores in pristinum locum reponi debere. nec deinceps, in electione Consulum, Senatus, & personarum Senatui seruientium, nisi iuxta decretum anni 1560. procedendum esse. Insuper omnis litis expensas, actoribus refundere, & pro damnis satisfacere, accusati iubentur: reseruata nihilominus Cæsareæ Maiestati pœna pro delicti merito de damnatis sumenda, & salua Duci Iuliacensi & Actoribus potestate, reliqua etiam sua iura, querelas, & postulationes, aduersus eos coniunctim 10
6. Octob. vel seorsim legitimè persequendi. Huius grauissimæ Sententiæ promulgationem, paulò pòst secutum est Mandatum, quo sub pœna proscriptionis, intra sex hebdomadas, parere, & omnes latæ sententiæ partes exequi, & documentum partitionis sufficiens, exhibere intra certum diem iubentur. Damnati igitur Reformatæ religionis Aquisgranenses Consules ac ciues, à Principibus & ciuitatibus Augustanæ confessionis præcipuis consilium & patrocinium petunt, qui in Co-
1594. mitijs Augustæ denuò pro eis intercedùnt, ita vt executio adhuc quidem sustineatur.

In vicinâ Aquisgrano GALLIA, res maximæ hoc anno, de Noui Regis electione, & transferendo à Principibus regij sanguinis, ad Hispanum regno, tentatæ 11
sunt, quas paulò diligentiùs exponam.

Anno ineunte, Carolus Guisius, Maiennæ Dux, Francisci filius, ordinum regni Galliæ, cum Romano Pontifice & Hispaniæ rege, prætextu Religionis Catholicæ Romanæ in regno Galliæ tuendæ, aduersus Henricum IIII. Galliæ & Nauarræ regem confœderatorum Dux & caput; ex singulis regni prouincijs, trium ordinum legatos, ad comitia, in quibus de Republica regni Galliæ miserabili, hoc bello intestino tandem liberanda, & Catholico rege creando deliberaretur, Parisios conuocauit. ad quæ Romanus etiam Pontifex, Clemens VIII. Philippum Cardinalem Placentinum, & Hispaniæ rex, Ducem de Feria mense 12
12. Ianuar. Ianuario ablegauerat. Sed hic, in itinere diutius hærens, exeunte Martio demum
23. Martij. Iuliani. mandata sua exposuit. Pontificius verò legatus anteuertens, Bullam Excommunicationis, à Clemente VIII. Pontifice renouatam (qua Henricum prætensum Nauarræ regem denuò, cum omnibus ipsi adhærentibus, ecclesiasticis & politicis, Catholicis & non Catholicis, Galliæ proceribus, diris deuouebat: & Ordines in Comitijs congregatos, hoc hæretico reiecto alium regem Catholicum creare iubebat) promulgari passim in regno Galliæ voluit. Quo intellecto, Nauarræus statim misso ad ordines Catholicos procuratore, de iniquitate Bullæ conquestus, appellauit: & ab ijs impetratam ostendit, qui aliquot iam annis, omnes suas cogitationes, curas & consilia eò direxerint, vt regnum Galliæ, exclusis hæredibus 13
& successoribus legitimis, ad se transferrent, nec saturatos rapinis & cædibus, quibus regnum replerent, Hispanos insuper crudelissimos & perniciosissimos hostes in Galliam induxissent. Hos periuros & seditiosos regni proditores, & ab omnibus veris & germanis Francis conspuendos & abominandos, quod sub Religionis prætextu hactenus occultare conati sint, nunc Bullæ Pontificiæ occasione, in apricum & lucem proferre, dum regem nouum eligi, & veterem ac legitimam successionis in regno Galliæ rationem, in qua tanquam cardine, regni salus & incolumitas ad omnem posteritatem versetur, mutare & abolere velint: & sibi coronam vel cum totius regni perpetuo exitio imponere nitantur. Catholici igitur ordines regi addicti, cæteros status, vt bonos & sinceros Francos, ad amorem, 14
obedientiam, & fidem regno & patriæ debitam, & cauendas seditiosorum perduellium, qui non Religionem, sed regionem & regnum quærerent, & barba-
1593. ros Hispanos Gallis imponerent, practicas infidiosas, hortantur. prohibent Bullam spargi, aut ea loca, in quibus de nouo rege eligendo agendum sit, adiri: &

adeun-

adeuntibus ea, nobilibus amissionem honoris; prælatis, beneficiorum; cæteris M. D. XCII.
pœnam criminis læsæ Maiestatis & turbatæ pacis & proditorum patriæ denunciant. ciuitates etiam & oppida, in quibus de creando rege nouo acturi sint, funditus solo æquatum iri minantur. Hæc, cum à Catholicis Nauarreo coniunctis publicata essent: Dux Feriæ tandem Parisios appellit, & initio Aprilis Gregoriani in 2. April.
consessu Ordinum regni, à pace inter reges, Catholicum & Christianissimum Henricum facta, & coniugio Elisabethæ, filiæ Henrici Philippo nuptæ corrobo- 1559.
rata, exorsus: Beneuolentiam illius erga Reges & regnum Galliæ, multis illustribus testimonijs, Francisco II. Carolo IX. & Henrico III. declaratam, prolixè
o exponit. Queritur simul, Reginam matrem sub Henrico III. immemorem beneficiorum præteritorum, Antonio Lusitano auxilia præbuisse, & filio Francisco Alanzonio Cameracum, Antvverpiam & alias Belgici vrbes occupanti, cùm impedire eum & deberet & posset, conniuisse nec aduersatam esse. Nihilominus regem Hispanum, tot grauibus iniurijs lacessitum, non ex impotentia, sed Christiana beneuolentia constantem in amicitia mansisse. Francisco mortuo, cùm princeps Biarnensis, religionis veræ hostis, ad regni sceptra, fauente rege Henrico III. cœpisset aspirare: fratres Guisios, nunquam satis laudatos principes, de remedio tanti mali cogitasse, & fœdus pro tuenda religione 1585.
Catholica initum esse, cuius onera rex Hisp. præcipuè sustinuerit, qui & pecu-
o niam ingentem Guisijs suppeditauerit, & exercitibus suis, duce Farnesio, ciuitatem Parisiensem & Rhotomagensem, ex manib. inimicorum liberatas conseruarit, deniq; inauditum amicitiæ exemplum, sua deferendo, cum incredibili detrimento, vt Gallis opitularetur, demonstrarit. Habuisse semper in Gallia suos ministros, qui in his rerum difficultatibus, eos consolarentur, omniq; officiorum genere Gallis præsto essent. Alere adhuc copias militares pro salute Gallorum, in quas, sexagies centena millia aureorum superioribus annis, absq; vllo suo commodo, insumserit. commendasse Gallorum causam summis Pontificibus, deniq; hunc conuentum, salutis Galliæ causa vrsisse, quæ in eo sita sit, vt rex Catholicus à Gallis eligatur, vero zelo religionis, eaq; potentia præditus, qua
ꝑ res Gallorum ad pristinum Dei cultum & Reipublicæ splendorem restituat. & quia periculum in mora sit, hortari regem suum, vt accelerent: & opem hactenus præstitam, maioremque, si opus fuerit, Gallis polliceri. Se quoque omni studio, cura, labore & fide commodis Gallorum semper adfuturum esse ostendit, ac exhibitis regis sui literis, si quid amplius sit, quod requirant ordines, quidq; in mandatis habeat, vberius expositurum esse. Tam speciosо procemio, & suauitatis, beneuolentiæ & caritatis, nectare ac melle dulcioris pleno, aditum sibi Hispanus, ad regnum Galliæ, prætextu Religionis, à legitimis hæredibus & principibus Regij sanguinis, in suam familiam transferendum, præparabat.

Excepit autem Hispani orationem Nicolaus Cardinalis & Archiep. Rhe-
o mensis, qui nomine trium regni Galliæ ordinum, legato de aduentu in Galliam, Gallis optatissimo, gratulatur: nec ex Hispanici regni magnatibus quenquam, rebus gerendis aptiorem, vel Gallis gratiorem, mitti potuisse ostendit. Postea de omnium rerum vicissitudine & inconstantia præfatus, Galliæ reges olim, acerrimos Christianæ religionis vindices, & Hispanis catholicis amicitia iunctos; exemplis Clodouei, qui Visigothos Arianos, inter Ligerim & Pyreneos montes, ad fidem Catholicam reductos, regno subiecerat: Childeberti filij, qui in Hispanias penetrarit, ac inde reuersus monasterium S. Germani fundarit: Caroli Martelli, qui Saracenos in Gallia deleuerit: Caroli magni, qui in Hispania Saracenos coëgerit, vt catholicos incolas quietè sua religione frui sinerent, &
o Alphonsum Galliciæ regem & Baleares insulas in clientelam acceperit: Caroli V. sapientis, qui Bertrando Giscelino, in Hispaniam misso, Petrum Castellæ regem crudelem regno deiecerit, & Henricum suffecerit: & affinitatibus cum Hispaniæ regibus, à Francisco I. Henrico II. Carolo IX. contractis, demonstrat. Nunc autem, conuerso rerum statu, dum in Gallia impijs hæreticorum furoribus omnia

M. D. XCII. miſceantur PHILIPPVM Hiſpaniæ regem, verè catholicum & religionis Catholicæ cuſtodem & defenſorem, diuinitus excitatum eſſe: qui Traiano, Theodoſio, Ferdinando catholico, Maximiliano Cæſari proauo; Carolo V. patri, rebus pro religione catholica geſtis longè antecellat, & Regnum Galliæ, duabus in obſidionibus, ab Hæretici tyrannide, cum exercitu, duce Parmenſi vindicarit, nec regnandi cupiditatem religioni vnquam prætulerit, imò nullis vnquam regnis aut prouincijs præeſſe voluerit, in quibus non catholica Romana religio regnaret, ſimilem Franciſci I. & Henrici II. Galliæ regum voluntatem fuiſſe, & principum Guiſiorum, qui Gallicæ gentis Maccabæi & lumina ſplendidiſſima, pro fide & religione catholica, ſuum ſanguinem, vitamque ipſam profuderint. Hiſpaniæ verò regem catholicum ſecundum Deum, velut liberatorem ſuum Galliam agnoſcere. quæ hæreſibus in eam irrepentibus, & bellis inde exortis afflictiſſima, etſi ab octo ſummis Pontificib. adiuta ſit, hos tamen omnes, vnius Hiſpaniæ regis munificentia ſuperatos eſſe. Itaque immortales ſe ipſi gratias agere, & precari, vt deinceps etiam præſenti auxilio ipſis ſuccurrere, & flagranti Galliæ incendio remedium afferre pergat. His enim gradibus, in cœlum, ad perpetuam & immortalem gloriam, Regem Catholicum viam ſibi patefacturum eſſe.

Sic inchoatis Comitiorum, noui Regis eligendi cauſa indictorum, actionibus: poſt aliquot dierum deliberationes, viſum eſt Ordinibus congregatis: Cùm multi principes Regij ſanguinis, & alij officia coronæ publica gerentes, aliquot item Cardinales, Epiſcopi, Prælati, & alij Catholicæ Religioni addicti, Nauarræo adhærentes, ad hæc comitia non acceſſerint; hos quoq;, fidei & iuriſiurandi ſui, quo eccleſiæ & patriæ deuincti ſint, per literas admonendos eſſe; eosq; hortandos, vt coniunctis cum cæteris Catholicis ordinibus conſilijs, rationes & media iuuandæ ſalutis publicæ, & pacis in regno reſtituendæ, inueniant. Hi reſpondent, etſi non teneantur ad Ducis Maiennæ poſtulationem quoquam accedere, tamen Chriſtianiſſimi Regis ſui, clementiſſimam erga miſeros ſubditos voluntatem ſuam declarantis conceſſu, ſe, nominato tempore & loco idoneo, cum cæteris de Republica & pace collocuturos eſſe. Cùm autem aliquot hebdomadas durante collatione, Catholici ordines à confœderatis euocati hoc vnum præcipuè cognoſcere cuperent, an Rex tandem diſcedere à Religione hactenus profeſſa, & anteceſſorum ſuorum Religionem catholicam Romanam amplecti velit: Rex, vtriuſque religionis ordines, cum principibus ſanguinis, & tota nobilitate, ad 15. Iulij, ſe, in Carnutum oppidum conuocaturum oſtendit. cùm intelligeret ſuos quoque Catholicos ordines, hactenus ſibi coniunctiſſimos, pleroſque ipſo deſerto, noua inter ſe conſilia aduerſus regem agitare. Cuius conſilij cauſas illi oſtendebant, quòd hactenus, dum de legitima perſona & iure ſucceſſionis regni diſceptatio fuiſſet, ſumma fide, vt ſubditos fideles decet, Regem iuuiſſent. Nunc verò, cum hoſtes ipſius, confœderati plerique ipſum Regem agnoſcere non detrectent, modò Catholicam religionem Romanam profiteatur; idq; regia Maieſtas recuſarit; non ſe diutius, propter ſingularem regis de religione opinionem, ſe ſuosque liberos, ad extremam mendicitatem redigere, & regno extremam vaſtitatem & Hiſpani tyrannidem attrahere velle. Interea rex docetur, Carolum comitem Mansfeldium, Petri Erneſti filium, Hiſpani ducē, in Picardia, non habita actionis de pace inſtitutæ ratione, hoſtiliter graſſari. itaq; ipſe etiam, aſſumptis 1500. Anglis, totidem Heluetijs, & 2000. Gallis, & 800. equitibus, Druidum vrbem ex improuiſo obſidet, & 12. Iunij occupat.

Abrupta igitur collatione de pace, qui Pariſijs erant confœderati, cum Hiſpani & Pontificis legatis, de alterius Catholici regis electione tractant. vbi dux Feriæ, Hiſpani legatus, tandem mandata ſua aperiens, propoſuit, vt infantem Hiſpaniæ Iſabellam, Henrici Galliæ regis neptem, Reginam crearent, eiq; maritū, Erneſtum Archiducem Auſtriæ adiungerent. Ita Hiſpaniæ regem, conſeruandæ religionis & reipublicæ Gallicæ cauſa, tantum pecuniæ & militum

militum in Galliam missurum, vt facilè funditus euerti hæreticus princeps Biar- M. D. XCII.
nensis, (non enim Galliæ aut Nauarræ regem nominare dignabatur) ac extirpari possit. Respondent ordines Galliæ confœderati, lege Salica non licere fœminam in regno Galliæ succedere; multò minus, extra regnum natam, Reginam creari. Quod si Hispanus, principem Gallicum, ex domo Lotharingica, ad coronam promoueri sinat: acquiescere se, vt Hispanam coniugem electus ducat. Ad hæc Hispani legatus, cùm fœminas Lex Salica excludat, nolle se amplius infantis Hispaniæ vel Ernesto vel Gallico principi coniugio iungendæ mentionem facere. Sed quia diutius capite certo regnum carere non possit: Regem Hispaniæ, optimè cupientem Galliæ regno; eadem, quæ filiæ suæ, si regina designaretur, auxilia obtulerit, nihilominus præstiturum esse, modò Ernestum Archiducem Austriæ regem renuncient.

Tandem verò, mense Iulio, Henricus Guisius, Henrici, ab rege Henrico 28. Iulij.
III. ante quinquennium interfecti filius, 23. annorum iuuenis, à quibusdam confœderatis, Guisijs inprimis, nominatus ac electus est. Sed intercedente senatu Parisiensi summo, quem Parlamentum nominant, & testante, non nisi Sanguinis regij principem, legitimè regem creari posse, nondum proclamatus, nec ipse titulo regio vti voluit.

Interea HENRICVS Galliæ & Nauarræ Rex, periculorum ingentium mole ac diuturnitate, & Nobilitatis, quæ hactenus summa fide ei adhæserat, verùm, nisi ad pontificiam religionem rediret, ab ipso defecturæ, precibus, querimonijs & pollicitationibus victus: quòd aliter bellis ciuilibus finis imponi non posse; volentibus Gallis omnibus ipse imperare; & Gallia ex Hispani faucibus eripi nulla ratione posse videretur: tandem sibi passus est persuaderi, vt deserta, quam hactenus coluerat, reformata, quam nominant, religione, Pontificiæ se iterum adiungeret. Quare Idibus Iulij Iuliani, die natali suo, nudis pedibus, cum candela, templum S. Dionysij ingressus, & Archiepiscopo Burgensi confessus, & ab hæresi absolutus, Missam Pontificiam, magna solennitate ab Archiepiscopo celebratam, rursus audire cœpit, ac priores concionatores ex aula remouit. Legatos etiam, ducem Niuersium & alios summos viros, ad Pontificem Romam destinauit, qui Regiam conuersionem, & cum Ecclesia catholica Romana coniunctionem, approbari & confirmari petant, & obedientiam Pontifici promittant. Antequàm verò hic legatus iter integrederetur, Rex Nauarræus ipse, sua manu, sequentem epistolam ad Pontificem Romanum scripsit. 15. Iulij. Ludoicum.

SANCTISSIME PATER, Cùm Dei instinctu, vt ei placuit, cognouerim ecclesiam Catholicam, Apostolicam, Romanam, veram esse ecclesiam, plenam veritatis, in quâ reposita est hominum salus: & confirmatus sim in hac religione & fide, doctrinâ Prælatorum & Doctorum S. Facultatis Theologicæ: quos eo fine congregaui, vt mihi ea dubia soluerent, quæ hactenus tenuerunt me ab eâ separatum: statui me cum hac sancta ecclesia vnire, cogitans in ea viuere & mori, auxilio eius, qui me pro benignitate suâ compellauit. Ac vt bonum opus auspicarer, quod mihi licuit, per prælatos, instituto & ceremonijs, quas indicarunt necessarias, submisi me Dominico die ad 25 Iulij, audiui missam: iunxi preces meas cum precibus Catholicorum, vt membrum ecclesiæ: cum decreto perseuerandi, totius vitæ meæ spatio, deferendaq; obedientiæ & honoris debiti S^ti. V^æ. & S. sedi, more à regibus Christianissimis, maioribus meis, accepto. Et certò mihi persuadens, S. Pater, quam Deus in quo est loco, voluit constituere, S^ti. V^æ. sanctam hanc actionem meam iucundam fore, volui priusquàm amplè satisfaciam, quemadmodum diebus hisce post decreui, hac de causâ solemnem legatum mittere, virum magnæ dignitatis, paucis lineis autographis testimonium exhibere pietatis meæ, vt filius, erga S. V. supplicans ex animo tenerrimè, vt habeat acceptam, & ita boni consulat, vt à bono & sincero corde procedit, cupidissimoq; promerendæ sanctæ benedictionis tuæ, actione mea. Hisce sanctissime pater, rogo Deum, vt velit quàm diutissimè seruare S. V. in continua sanitate & felici gubernatione S. ecclesiæ. Ad Fanum S. Dionisij. 18. Augusti 1593.

Vester bonus & deuotus filius

Henricus.

Hæc ad Pontificiam Religionem Nauarræi conuersio, summo cum populi Parisiensis & Parlamenti ac multorum principum Catholicorum gaudio, sed fre-

M. D. CXII. mentibus ac indignantibus Hiſpanis, & factioni illi
chis, excepta eſt. Inducię etiam trium menſiũ in Galli
menſes prorogatæ ſunt, intra quos de perpetuâ & ge

Exequiæ funeris Henrici III. regis, ante qua
ſtris ad S. Clodoueum interfecti, ad S. Dionyſium, ſ
funere conſuetis peractæ, & finitis ſepulturæ cere
1593. Galliæ & Nauarræ, publicè renunciatus eſt. Inter
Hiſpano, Pariſijs, Henrici Guiſij electionem, à cæt
vrget, & Nauarreum toties relapſum, ac epiſcopos,
lica informandum ſe præbuerat, & archiepiſcopum
erat, pariter ex Eccleſiæ Chriſtianæ communione ei
etiam, regis Hiſpaniæ agentes ac miniſtri, apud Po
ne inſtant, vt legati ſui excommunicationem, Pari
los à Nauarreo Hypocrita legatos audiat, vel in vrbem
porta ingredientibus, ſe altera egreſſuros eſſe minantu
ſius, qui caput legationis Nauarreæ futurus erat, vi
tendi à Pontifice commeatus cauſa miſiſſet Clemens,
rato, conſideratiùs ageret, octo delectis Cardinalibu
dat, qui cùm æqualibus votis inter ſe diſſiderent: in
proponit. vbi maiori parti viſum eſt, legatis Nauarræ
data ſua exponendi facultatem, commodè negari non
tegrum Pontifici futurum ſit, illis auditis conſtituere,
manæ dignitate & vſu fore exiſtimabit. Et tamen po
diam progreſſo, nuncius Pontificius obuiam miſſus eſt,
perſonam gerentem, in vrbem non admiſſum nec au
priuatim, proprio nomine aliquid petiturus veniret.
Fuit autem hic Niuerſiæ Dux, non Gallus natione, ſe
garum Mantuana, qui regibus Galliæ prioribus milit
Ducis Niuerſij filiam, vxorem duxerat: quæ ducatum
eum attulit.

FRANCISCVS Gonzaga, Marchio Mantuæ,

FRIDERICVS, primus Dux MANTVÆ, à C
1530. ⊕ 1540.
Vxor Margarita, VVilelmi Palæologi, Montis fe
poſtremi filia, & hæres.

FRANCISCVS, gener Ferdin. Imp. ⊕ 1550.

VVILELMVS ⊕ 1587.

VINCENTIVS, princeps Mantuæ

Venit autem Romam Niuerſiæ Dux, 26. Nouemb. G
menter & placidè Pontifex proximis diebus aliquoties au
exeunte Ianuario, re infectâ dimiſit, non quidem ſimplici
Abſolutionem, ſed differens, donec illuſtriora pœnitentiæ
Galliâ verò, Regis Nauarræi, poſt reditum ad Pontificios re
dubiæ & ſuſpenſæ, quàm antea, initiò videbantur. & Hiſpani
ter 4000. ex regno Neapolitano & Tarraconenſi, Finale ante
quas Lugdunenſis vrbis Gubernator, dux Nemorenſis, Mai
vrbem recepturus erat, vt arcem & vrbem Lugdunenſem, cu
in Hiſpaniæ Regis poteſtatem traderet. Sed literis intercepti
ac ſenatui re patefactâ, Dux Nemorenſis, à Lugdunenſibus
eſt menſe ſeptembri. In Britanniam quoq; minorem, recen
milites nauigijs tranſportati, & arces ac oppida totius
nouis præſidijs firmata ſunt.

SAXONIAE LIBER TRICESIMVS,

Continens annum 1593. 1594. & sequentes vsq; ad finem.

Generoso Domino Regio Burggrauio,

NICOLAO EIKE:

NOBILIBVS ET ORNATISSIMIS SAPIentia, virtute ac doctrina Dominis Consulibus, ac Senatui inclytæ Reipublicæ RIGENSIS:

ET

Nobili Magnificoq; Domino

DAVIDI HILKEN,

SERENISSIMI POLONIÆ ET SVEciæ Regis per Poloniam Secretario, & Ciuitatis Rigensis Syndico:

Dominis & patronis reuerenter colendis,

inscripsit

Dauid Chytræus.

VM autem omnium aures & animos, hoc biennio bella Turcica in Vngaria tenderentgrani fama conleuerit: illius enim historiam summatim complectar, & post alias exordiam, Sabina Iuvs. Turcicorum historiographus. Turca a communem cum Tartaris originem Scythicam habent: eadem fere lingua, moribus, armis, & bellandi ratione nunc quoque vtentes. Nomen Turci, seu vt ipsi pronunciant Iurchi & Tauki, significat ignorantes linguæ, ἀγροίκους, pastores, sine certis domiciliis, ἀοικήτους, errantes caula, cuius, & similis & peculiaris agminatio viget apud eos. Quales nunc sunt Tatari, & Turcæ olim fuerunt, & passim in oriente adhuc Turcomani, Pastores ac rustici, eodem more vitam degentes, inapalia fecum ducentes. At Otomanum, qui postea fplendoris & potentiæ ad summum fastigium peruenit fundamenta iecit, & ornamentariis armis, virtute & feliciter singulari, in nonnouacia victo hoste, vtlam Otomanidum ab Adalinde accepisse, & ab illo Otomanini nomen adeptum esse, Theodorus Spandugnus Cantacuzenus tradidit. Politæ, excelsæ potentiæ & Imperio, pudere Otomanicos nominis Turcici cognitæ vt nouissimi reprobare & auferi, molestissime ferant, & quis eos Turcos, eru Rusticos, appellarit: ipsi vero, non Turci, sed Muhamani (Otthomanij, recte Dicunt agricolæ & colonæ) nominari gestiunt. Extat nonnen gentis apud Plinium, qui eos in Sarmatiæ Asiaticæ fini Scythiæ tacta vltra Mæotidem ad Caucasum vsque nos Tyllagetis collocat, & apud Herodotum vicinos Tyllagetis Issedones fuisse, qui & Iurkes, vt hodie ipsi pronunciant. Sed eos, qui nunc in Asia dominantur, Turcas, Perfici Imperij accolas vetus eorum ac feptentrionem, quâ Tartarorum Imperio iungitur (vbi regnum Turquestan, Hasithorus, & magnum Turcium, Paulus Venetus collocat) fuisse, ac inde in Persiam & ittiquum Asiam progressos esse, confitar. Refert enim Haithonus, primum coactos Turquitanenses feu Turcas, à Perfarum rege Hormilda, ingentem Sarracenorum irruptione fuisse. L. 6. cap. Sed Saracenos præterea plusquam enumerandum Turcica annalia, Perfasingenti præsidio victos regno exuisse. Turcas vero, cum familijs, Nomadum more tardos peqoffes, accepto victoriæ Sarracenicæ nuncio, in finib. Corasmiæ Persiæ finitimæ (Hyrcanum hic Sophianus & Contilibeius comp. etiam & Saracenis imperata videntur, ignore multis Babylonem ad Caliphæ legatis, ex imperio illius subiectisse, & aliquot fecula, audtos multitudine ac viribus, & in multas nationes propagatos, Caliphæ fuisse, Mahumetanam legem omnes amplexos esse. Eluyis autem aliquot seculis, à nouis Tartarorum aut Saracenorum, intestinis feditionibus & diffidiis inter se, & cum Caliphæ suo, agitati, bella gerentem: Mahometes, Perfæ Soldanus, Caliphæ vitibus inferior, Turcæ vicinos adueríus illum excitat, eorumque fide ac robore victoriam obtinet. Sol e stipendia illis promissa poft victoriam foluere recusans, ab illis auxiliaribus fuis bello petitus, victus & regno priuatus est. Turci Perfæ regno potiti, Saracenorum potentiam intestinis bellis langueíactam cernentes, paulatim plures regiones ac prouincias in Asia subigunt, donec tandem poft annum Christi millesimum, propio principe fou Imperatore electo Tangrolipec Mucaleto ex Cedarenus in Conft. Mon. Tyrius, Seldachum: Haithonus, Zadecum: Leo Afer Mesitachum nominat, excusso Saracenorum iugo, libi, oppresis, primum dominari in Perfia, & reliquis Asiæ prouinciis vique ad Pontum Euxinum coepisse, & Caliphæ tinulo priftinæ dignitatis, relicto, principem suum Tangrolipecem seu Zadecum, Asiæ Imperatorem ab eo, volente nolente confirmari curauisse. Huic Dogrella filius; Alpalalem nepos: & cæteri, succeísorum, quorum seriem Haythonus cap. 15. recenlet, qui Alpalalem nepotem fuisse, Soliymannum filium, qui Cappadociæ, & vicinas Asiæ minoris gentibus domitis, Nicæam tandem occupauit,

cupauit, & cum Christianis Argonautis, Godfrido Bulioneo duce, Asiam primùm adeuntibus, & postea ad Antiochiam conflixit. Huius filius fuisse existimatur Aladinus, Turciæ Soldanus, Iconij habitans: nepos Masutus, à Conrado III. ad Mæandrum victus: Pronepos, Clizastlhanes, Emanuelis Comneni & Friderici Barbarossæ Impp. ætate, qui Henricum Leonem Saxoniæ ducem hospitio excepit. Quatuor filios habuit, qui cum patre, ac inter se bellum gesserunt: eorumq; posteri similiter inter se mutuo grassati sunt. Interea in maiore Asia, Tatari, ab Armeniorum rege euocati, TVRCARVM potentiam languefaciunt, ac Imperium destruunt. Qua occasione plures Turcæ, Tatarorum violentiæ cedentes, in minorem Asiam concesserunt. Vbi regia stirpe iam intestinis odijs & dissidijs vilescente, πολυκοιρανίη diuersorum Principum & familiarum extitit, ex quibus OTHOMANICA tandem suo quodam fato, cæteris oppressis, Imperium sola obtinuit, & ad nostra vsq; tempora florentissimum propagauit. Recensetur autem in Annalibus TVRCORVM, recens latinè editis, longa series maiorum Othomanni, quos in Chorasene, Persis ad septentrionem & ortum vicina, veteri Turcorum sede, ante Tataricas impressiones præfuisse existimant. Cuius fide autoribus suis relicta, ORDINEM Imperatorum TVRCICORVM continuum, ab Othomanno, Rodolphi I. Imper. quem Habspurgensem vocant, coætaneo; vsque ad Amurathem III. qui nunc cum Cæsare Rodolpho II. bellum gerit, explicatam in tabella, oculis subijciam. M.D.CXIII. 1097. 1147. 1173. 1142.

I. OTHOMANNVS, circa annum Christi 1300. Imperator belli contra Græcos delectus, Niceam & PRVSAM Bithyniæ tandem cepit, eamque imperij Turcici sedem fecit 1327. ⊕ 1328.

II. Orchanes, Niceam recuperat, cui Solymannum filium præficit, qui ad Hellespontum vsq; imperio propagato, in Europam primus traiecit, & Calliopolin occupauit. duobus ante patrem mensibus ⊕ circa 1358.

III. AMVRATHES Hellespontum transgressus, plurima Thraciæ oppida, & in his ADRIANopolin cepit circa 1360. Ianizaros instituit. cum Lazaro Seruiæ despota bellum gerens, in Cosouæ campis, à sicario interficitur 1390.

IIII. BAIAZETHES I. Constantinopolin obsedit. Sigismundum Vngariæ Regem ac Nicopolin vicit circa 1395. plærisq; Turcarum principib. in Asia anteriore oppressis, ditiones ademit, qui exules, Tamerlanem Scytham attraxerunt, à quo captus Baiazethes & caueæ ferreæ inclusus: proceres verò in ditiones amissas restituti sunt, circa A. C. 1403. vt annales Turtici annotant, nostri 1397. Sex filios reliquit, qui reuerso in Scythiam Tamerlane, intestina bella de imperio decennium ferè gesserunt.

Solymannus. Moses. MAHOMETES I. fratrum victor, regnum lacerum recollegit. Caramannum à Prusæ obsidione depulit. VValachos Transalpinos contra Sigismundum iuuit.

VI. AMVRATHES II. Mustapham & Asiæ principes seditiosos opprimit: VValachiam tributariam reddit, Seruiæ principem eijcit 1427. Thessalonicam capit 1431. Belgradum frustra tentat. CHRISTIANOS ad Varnam prælio memorabili vincit 1444. pridie Martini. rursus in campis Cosouæ 448. ⊕ 1450.

VII. MAHOMETHES II. Constantinopolin expugnauit 1453. die 29. Maij. à Belgradi obsidione depellitur 1456. Sinderouiam capit 1459. Sinopen & TRAPEZVNTEM occupat 1461. Lesbum 1462. Peloponnesi oppida plurima subigit. BOSSENAM Stephano rege interfecto, in prouinciam redigit 1464. Epirum 1466. Euboeam Venetis adimit 1470. Vsuncassanum Persam prælio vincit 1474. Scodram irrito euentu obsidet. à Moldauo profligatur 1475. Capham occupat 1476. Scodram capit 1479. Rhodum frustra tentat 1480. Hydruntem in Italia expugnat 1481.

M. D. XCII. BAIAZETHES II. cuius frater Zemes in Italia exulauit, Cheliam seu Achilleam, & Nesteralbam vrbes, ad Danubij & Tyræ ostia sitas, in VValachia occupat 1485. cum Cairbeio Ægypti Soldano infeliciter bellum gerit 1487. vsq; 1491. euocatus à Ludoico Sfortia, Venetos oppugnat, Naupactum, Methonem & alias Peloponnesi vrbes Turcis subijcit 1499. 1500. Techellem religionis prætextu in Asia tumultuantem profligat 1510. Selymo filio coactus imperium cedit 1512.

SELYMVS, à cæde fratrum regnum orditur. Hismaëlem Sophum Persarum regem in campis Calderanis vincit, & Tauriſium diripit 1514. cæso ad Singam fl. Campsone, Alcairi Soldano, Damascum, Hierosolymam & Ægyptum vniuersam occupat 1516. & 1519.

SOLYMANNVS, Albam Græcam, Vngariæ propugnaculum ad Danubium expugnat 1521. Rhodum, 1522. exeunte. Ludoicum Vngariæ regem ad Mohacium cædit 1526. euocatus à Iohannè Cepusienſi, Vngariæ regnum illi tradit, & Viennam obsidet 1529. redit ad fines Austriæ 1532. Barbarossam, qui Algieram ceperat, Imperio maris præficit 1534. Ipse contra Thomam Persarum Regem profectus, Mesopotamiam & Babylonem illi eripit 1535. 1536. Aulonæ sedens Corcyram tentat 1538. Castellum Nouum in Dalmatia expugnat 1540. Mortuo Ioanne Cepusienſi, à vidua euocatus, Ferdinandi exercitum, Budam obsidentem, profligat: Budæ Bassam præficit. Viduam cum filio in Transyluaniam relegat 1541. Pestum contra totius Germanici Imperij vires defendit 1542. Strigonium & Albam Regalem capit 1543. tandem Ferdinando Romanorum & Vngariæ Regi sub pactione annuæ pensionis, quam Tributum ille vocabat, Inducias concessit 1546. aduersus Persas denuò profectus, VANO in finibus Mediæ & Armeniæ Beglerbegum præficit 1549. 1550. Tripolin in Aphrica occupat 1551. TIMESVVAR in Vngaria & viciniam debellatam nouo BASSÆ tuendam commendat 1552. Mustapham filium primogenitum Halepi interficit 1553. Zygethum frustra obsideri iubet 1556. Baiasethem filium succedere patri cupientem, cùm prælio victus ad Persarum regem confugisset, cum quatuor neporibus, interfici curat, 1558. 1559. Christianos Tripolin recuperaturos, Turcæ, ingenti clade ad Gerbos deleuerunt 1560. Melitam frustra oppugnant, sed CHIUM Genuensib. eripiunt 1565. Euocatus à Iohanne Transyluano Solymannus in Vngariam ad Zigethum moritur 1566. ætatis 76.

SELYMVS II. cum Maximiliano II. Imp. pacem fecit, singulis octennijs renouandam 1568. Venetis CYPRVM eripit 1570. 1571. vincitur nauali prælio ad Echinadas. Tunetanum regnum in Aphrica, anno quadragesimo postquam à Carolo V. occupatum fuit, per Synamum Bassam, nunc in Vngaria copijs Turcicis summo cum imperio præfectum recipit, & Gulettam solo æquauit 1574. eodemq; anno exeunte obijt.

AMYRATHES III. cum Persarum rege Mahomete Hodabende (Dei seruo) & illius filio, bellum varium ac diuturnum annos ferè quatuordecim gessit. Quo vix composito, in Christianos & Cæsarem Rodolphum, à cuius militibus Bassa Bosnensis & alij ad Sisciam recens interfecti fuerant, arma conuertit 1593. cuius belli occasionem paulò altiùs repetam.

1592. Superiore anno Turci, duce Hazan Bassa Bosnensi, in Croatiam ex Bosna progressi, oppidum & arcem VVihitz, quæ annos iam 150. orbis Christiani propugnaculum in eo tractu aduersus Turcas, firmum & incolume manserat, ex improuiso obsessam aliquandiu & deditam occuparunt. & nouam, in vicinia, ad Colapin fl. ex roboribus arborum, munitionem, Petriniam, vnà cum ponte, paucis diebus excitantes, in amœniss. agrum, inter Colapin & Sauum, longè lateq; rapinis & incendijs grassati sunt. Quæ insperata Turcarum impressio, ingentem terrorem, omnibus finitimis gentibus Austriacis, & toti Germaniæ incussit. Has incursiones, vt à Thuropoliæ agris hæreditarijs, Thomas Erdeud, Slauoniæ Banus, auer-

nus, auerteret: coniunctis secum Stiriacis & vicinorum copijs, è regione nouæ M.D.CXIII.
arcis Petriniæ & pontis recens ædificati, consedit: cùm ex Slauoniæ & Croatiæ regnis, nondum omnes, quæ expectabantur, copiæ conuenissent. De his edoctus à proditore quodam, Bani Slauoniæ familiari, Hazam Bassa Bosnensis, per compendia viarum, nostros, nondum de numero & molitionibus hostium satis explorata omnia habentes, repentè aggressus, à tergo multitudine copiarum circumuentos profligauit, ac elapso equitatu, pedites, inprimis Stiriacos immaniter concidit: & maioribus aliquot tormentis potitus est. Inde per totam Thuropoliam & populosissimas Saui & Colapis ripas, impunè vagatus, ad quatuor millia hominum, partim in deplorandam seruitutem ac morte tristiorem, abduxit, partim trucidari curauit. Sissekium verò arcem, ad Colapis & Saui confl. sitam propter transitus in Stiriam, Carinthiam & Carniolam oportunitatem, aliquoties antea tentatam, omnino in suam redigere potestatem cogitabat. Sed Nicolai Miccacij præfecti, & militum præsidiariorum virtute ac fortitudine singulari, repulsus eo tempore, obsidionem Sisseki, aliquot oppugnationibus frustrà susceptis, deserere coactus est.

Præsentis verò anni æstate, Hazan Bassa, cum aliquot Sangiacbegis, quorum nouem suo subiectos imperio habet, reuersus, expugnata primùm Treschina, Episcopi Zagabriensis castello, ad Sisekij obsidionem, initio Iunij redijt, & 1593.
disiectis vi tormentorum muris, & interdiu noctuque continuatis oppugnationibus, actum iam de obsessorum salute & planè desperatum erat, nisi Deus ὁ τῶν μηχανῶν opem & salutem miseris tulisset. Etsi enim numero longè inferiores Turcis, Cæsareanorum copiæ, ex vicinis gentibus Austriacis collectæ, erant; quas Slauoniæ Banus, & Auerspergius, & Rupertus Ekenberger, & alij viri nobiles, inter quos Melchior Rederus, baro Silesius, literis & armis clarus, ducebant: tamen cum in extremas angustias obsessi peruenissent, singulari magnitudine animi, constantia & virtute inuicta, hi duces, adductis in viciniam Sissecki copijs, TVRCAS, diuisa, trans & cis Colapin ponte iunctum, castra habentes, adorti; eos, qui à citeriori ripa sibi occurrebant, profligarunt, & pontis parte occupata & disiecta, præcluso ad suos reditu, ad flumen propulerunt. cui se committere, & in aquis suffocari, quàm in victorum manus venire maluerunt. Cæteri, qui trans fl. hæserant, clade suorum consternati, fuga dilapsi sunt. Perierunt flumine obruti, Hazan Bassa Bosnensis ipse, cum fratre: & Sinam Begus seu præses Clissæ, ex sorore Amurathis Turcici Imp. natus, & Memybegus seu præses Hertzegouinæ, quæ superioris Bossinæ, olim ducatus, metropolis fuit. cùm inferioris Bosnæ, olim Regni, metropolis Bagnia Luca, Bassæ hoc tempore sedes, fuisset.

Tantoperè autem Amurathes TVRCarum IMP. hac suorum clade, in qua fororis filius, & ipse Bassa Bosnensis, & alij fortes viri cæsi, vel in Colapi submersi fuissent; exacerbatus est, vt accedentibus etiam supplicibus fororis suæ, vindictam miserabili voce ac gestu de interfecto filio poscentis, lamentationibus, & Sinami Bassæ cohortatione, & acceptæ cladis ignominia & dolore ardens, statim bellum aduersus Rodolphum Cæsarem, apertum decerneret; & Mahmetem, Bassam Temesvvarienscm, Bossenæ & Croatiæ vicinæ, cum mandatis belli persequendi, præficeret; & Beglerbegum Græciæ ipsi auxilio cum exercitu proficisci: Budensem verò Bassam & cæteros, arces limitaneas præsidijs munire, & collectum militem in castra educere, & Sinami Bassæ Vesirij, in Vngariam suo loco profecturi, imperio parere iuberet. Itaque nostri, cùm post profligatos ad Siseccum TVRCas, duorum ferè mensium respirandi spacio ijs concesso; tandem serò Petriniam castellum, Hrastovviziæ vicinum, ad Colapin fl. superiori anno à Turcis munitum, obsidere cœpissent; post paucos dies, ab exploratore Turca, sponte se ipsis offerente, quem tamen tursus è manibus elabi patiebantur, audientes Græciæ Beglerbegum aduentare,

M.D.CXIII. tare, etsi magnis in angustijs Turci obsessi, pyrio puluere destituti erant, ac de deditione iam inter se deliberabant, mox relicta obsidione retrocesserunt. Hæc fama renouati à Turcis belli, & Constantinopoli ac Budæ publicati, cùm in Germania percrebuisset: depositâ tandem cunctatione, hactenus vsurpata, Constantinopolin versus, pensio annua, intra biennium non soluta, Caleudis Augusti Viennâ Gomorrham delata est. Sed mox adferebatur, nouos exercitus Turcicos, Sinamo Bassa Imperatore, in Vngariam Budæ vicinam penetrare, & Græciæ Beglerbegi, quæ antecesserant in Croatiam, copias; non Petriniam solùm obsidione liberatam conseruasse, verùm etiam, Sisseccum, vi expugnasse, ac præsidiarios omnes, ac in his aliquot Germanos, immaniter trucidatos & concisos in Colapin prætерlabentem abiecisse. postea Sauum transgressas, ad Sagabriam vsque, direptionibus ac incendijs grassatas, circiter quinquies millia hominum in tristissimam seruitutem abduxisse: & Sagabriæ obsidionem singulis momentis expectari. Aliæ igitur rationes auertendi hostis incundæ, & bellicæ defensionis consilia, acriore animo suscipienda fuerunt. Quotidie enim, pegasarijs cursibus, Pragam honestissimi viri, Franciscus Nadastus Vngarorum procerum Dux fortis. Præfectus Iaurini Ferdinandus comes ab Hardec, Stirij, Carni, Carinthij & alij, conuolantes, magnitudinem periculi à Turcis imminentis exaggerabant, & nisi celerrimis auxilijs ab Imp. iuuarentur, extrema se necessitate, ad deditionem Turcis faciendam, ineuitabili necessitate coactum iri, querebantur. Imperator itaque, ex Boëmis, Silesijs, Morauis, Austrijs & cæteris hæreditarijs ditionibus quamplurimos militiæ equestri ac pedestri nomina dare iubet, & præsidia in arcibus limitaneis auget, & legatos ad electores Imperij de comitijs Ratisbonæ celebrandis, & Turcica immanitate, coniunctis Romani Imperij auxilijs, à reliqua Germania & orbe Christiano depellenda, mittit. & maiores equitum peditumque copias ad ver futurum conducit: cùm Sinamus Bassa, Vesprinio & Pallatta iam expugnatis, omnino Viennam se progressurum constanter minaretur.

VVESPRINIVM, cui Ferdinandus Samaria, & Georgius Andreas ab Hoffkirchen, cum præsidio 1200. militum præerant: Sinamus Bassa, 22. Septembris obsidere cœpit; trinis castris, propè vrbem, in vias militares, Rabam, & Palattam ducentes, positis. Noctu excitatis aggeribus, ac duodecim machinis maioribus in eos subuectis, muros quatere tormentis Turci cœperunt, & præcipuum VVesprinij tormentorum magistrum in propugnaculo pila percussum trucidarunt. Cumq; eo die parùm profecissent, postridiè promotis propius ad murum aggeribus, ex diuersis sex locis ita tormentis fulminarunt, vt tutò consistere in muro & propugnaculis nemo ferè posset. deinde, aliquot impressionibus tentatis, tandem imbre largissimo, impedita sclopetorum eiaculatione depulsi sunt. Quarto obsidionis die illucescente, magno impetu oppugnationem Turci renouarunt, & conscenso iam muro vexillum defigere conati, à nostris reiecti sunt. Depulsi, globos ignitos in portam & ædificia lignea immiserunt, & muros prope portam ad solum vsque deiecerunt. ac repetitis iuxta portam & arcem & alibi oppugnationibus, præfecti & militum animos ita languefecerunt, vt desperata defensione, quia præsidij nihil à vicinis Rabæ & Pappæ præfectis appareret: Nocte secuta, secreto exitu VVesprinio egressi, fuga sibi salutem quærerent. Sed Turci excitati, fugientes assequuntur, plurimos concidunt, præfectum ipsum Ferdinandum Samariam & alios capiunt. Euaserunt Pappam incolumes Germani circiter 40. Vngari 54.

Pridie Michaëlis Palatam Turci cinxerunt. Vbi statim duo Vngari ad eos transeuntes, vbi commodissimè tormentis arx peteretur, indicasse scribuntur. Cùm verò Bassa, literis in arcem missis, præsidiarios 400. ad faciendam deditionem, quod tamen frustra repugnaturi essent, hortaretur: & incolumitatem discedentibus, & saluum conductum promitteret: sponte tradita arce egressi,

gressi, per milliare vnum incolumes deducti, postea signo dato, vniuersi ferè tru- M. D. XCIII.
cidati sunt, vt ex omni numero tantùm viginti quatuor salui euaderent.

Secutæ sunt res paulò secundiores. Cùm enim Sinamum Bassam, ingruente hyeme, militem in hyberna duxisse, ac ipsum, ab Amurate reuocatum, quòd Persæ ac Georgiani res nouas molirentur, Constantinopolim Pegasario cursu contendisse, ex captiuis ac exploratoribus intellectum esset; Ferdinandus comes ab Hardec, summus exercituum Vngariæ inferioris Imperator, adiunctis sibi Husari Petri, Pappæ præfecti: Nadasti; comitis Serinij; Palfij; & aliorum ducum copijs: ALBAM Regalem versus ducit. cuius suburbiorum, ac in ijs domicilium habentis Begi seu præfecti vrbis ac viciniæ, potiundi spes ostensa fuerat. Missio igitur ad oppositam Vrbis partem Husaro Petro, inuadere suburbium media nocte iubet, qua ipse etiam, oppugnationis signum ab aduersa parte daturus sit, vt obsessorum in suburbijs animos & vires distractas facilius opprimant. ac suburbium vnum Husarus occupauit & incendit. Defendentibus verò vrbem Turcis, visum est nostris, nec commeatu, nec munitionibus ad vsus necessarios instructis, ab vrbe discedere. Cumq; duo ferè milliaria retrocessissent: Postridiè adfertur nuncius, Turcas magnis agminibus insequentes, prælio fugientes aggredi decreuisse. Itaq; nostri subsistunt, deliberant, aciem instruunt, hosti aduentanti occurrunt. ac fortiter dimicantes, DEO terrorem hostium animis incutiente, Ianizaros in fugam vertunt, & victoriam nobilem obtinent 24. Octob. Iuliani. Aga Ianizarorum captus, retulit, Bassam Budensem prælium dissuasisse, sed militum confligere omnino cupientium importunitate & minis coactum, in prælium descendisse, quem tribus vulneratum sclopetorum ictibus postea Budæ obijsse opinio fuit. Interfuerunt prælio, præter Bassam Budanum, Sanzachi seu Begi, Albæ Regalis, Strigonij, Pesti, Quinqueclesiarum, Moachij, Fillecij, Nouigradi, Zelchen, Copani, Zolnocci, Segedini &c. De numero cæsorum nihil adfirmo. Ferdinandus comes ab Hardec parta victoria Iaurinum Rabam redijt.

In superiori verò Vngaria, Christophorus baro à Tieffenbach, munitam arcem Zabacca, vi expugnatam, Turcis ademit. vbi vnius diei quiete interposita, ad Fileckum arcem & oppidum celebre, duobus inde milliaribus dissitum, Sanzachi Turcici sedem, copias duxit. Vbi concurrentes auxilio obsessis ex vicinis præfecturis, Turcarum copias, postridie Martini profligarunt. & admotis ad muros machinis oppidum oppugnare cœperunt. Sed hoc Turci ipsi incenderunt, & deserta arce ima, superiorem solùm defendendam suscipientes circiter 800. præsidiarij, tandem pacti incolumitatem corporum, Christianis dediderunt. Cuius deditionis fama, vicinos, qui castella Diuni & Hamasci tenebant, Turcos impulit, vt sponte diffugerent. Inde ad oppidum & arcem Zetschen, alteram Sangiaci Begi sedem, exercitus ductus, eam occupauit cum vicinis castellis Holloc, Samos, & Plauenstein, quæ præsidiarij sponte deserentes hosti venienti aperta reliquerant. Turci etiam aliquot, ex Alba Regia, Begum nouum, in arcem Palattam recens occuparam deducentes, ab Husaro Petro, Pappæ præfecto, mense Decembri fortiter profligati sunt. Sed cùm ob anni tempus incommodius, & pluuijs assiduis auctam viarum profunditatem, machinæ bellicæ prouehi, ac exercitus sub dio contineri diutius nequirent, in hyberna vtrinque concesserunt. Interea Budæ, magno desiderio, Sinam Vesirius Bassa expectabatur. Verùm eo emanente Græciæ Beglerbegus, tandem Budæ, cùm copijs non maximis, appulisse scribitur.

Ioannes LAVTERBACHIVS Poëta Nobilis & coronatus, DEO & Musis carus, qui Hailbronnæ optima studia multos annos rexit: die 11. Octobris in cœlestium vatum collegium receptus est.

ANNO

M. D. CXIIII.

ANNO M. D. XCIIII incunte, SIGISMUNDUS Poloniæ rex, cùm superiore autumno in Sueciam, ad capessendum hæreditate sibi relictum à patre Regnum appulisset: solenni ritu, coronam regni accipere die Epiphaniorum, decreuerat. Sed de articulis Iuramenti à rege præstandi, ac inprimis de Religione Augustanæ confessionis libera, sola in omnibus regni Ecclesijs, sine vlla conditione relinquenda, & de Archiepiscopo Vpsalienſi, qui preces & ritus sacros in coronatione administraret, dissensio inter Regem & ordines regni, ac disceptatio diuturnior & acrior, intercessit. Rex enim, qui legatum Pontificium, Franciscum de mala Spina, S. Seuerini episcopum, in Sueciam secum duxerat, omnino Pontificiæ etiam Religioni locum in templis & vrbibus regni, Stocholmiæ præcipuè, tribui vrgebat: & à legato Romani Pontificis coronari cupiebat. Vpsalienſem verò archiepiscopum (ad quem instituto & more maiorum alioquin consecratio pertinebat) superiori anno in Synodo pastorum regni generali electum, quòd Lutheranus esset, & patri suo, regi Ioanni, Liturgiam Pontificiam in regno restituere molienti, semper aduersatus, ideoq; in exilium pulsus, scriptis publicè editis, Pontificias has molitiones impediuisset, omnino auersabatur.

Durante autem aliquot menses hac contentione, cum Senatus & ordines regni Sueciæ, solam verbi Dei & Aug. Confess. Religionem in regno conseruari ac defendi, vellent, & archiepiscopi recens electi officium & dignitatem tuerentur: Pontificis verò legatum planè auersarentur: consilium regi Sigismundo prudens & consideratu dignum, à Politico quodam, equite Megapolitano, inter aulicos ministros recens recepto, exhibitum est, quod cum conseruatu non indignum videatur, adscribendum duxi.

Serenissime Rex, potentissime Princeps ac Domine, domine clementissime. Accipe paucis à seruitore, quem conduxisti, consilium, hisce temporibus, & regno, & rebus tuis accommodatum; nec non specimen fidelitatis, & iudicij, ex sincero & candido pectore profectum. Hæc est præsens rerum facies in hoc regno (proh dolor) vt omnia videantur esse plena timoris & periculi, quibus succurrendum est duplici consilio, tùm pacis & concordiæ, tùm contra vim & rebellionem. Et quia certum est, in arte Gubernatoria, principem non posse sua scientia cuncta complecti, vt dicit Tacitus *a* nec vnius mentem esse tantæ molis capacem *b* Ergo esto Princeps sapiens sapientum commercio *c* Et adhibe in consilium, morum hominumq; & Prouinciæ peritos *d* Non enim exteros temerè, non aduenas. Quia veriloquium esse putatur, ad consilium de republ. dandum, caput esse nosse rempub. *e* hilq; fidendum, nec temerè ab eorum sententia discedendum. Tritum enim est Poëtæ veteris *f* Laudatissimus est ipsus, qui cuncta videbit. Sed laudandus is est. qui paret recta monenti. Cui & adstipulantur alij *g* Cauendumq; ne ad illud dictum res redeat, Qui recta consilia sequi noluerit, pereat suis rationibus, cùm alterius prudentia possit esse saluus. *h*

a 3. Annal.
b Id. 1. Annal.
c Euripid.
d Tacitus.
e Cic de Orator.
f Hesiodi.
g Cicero pro Cluentio. Liu lib. 22.
h Cic Epist. Famil.

Sed hic subsiste parùm, & attende. hæc omnia locum habent, cùm sceptrum regni teneas: non cùm de adipiscendo labores. Nam in hoc postremo valeat regula: Fieri quid debeat cum multis tracta, quid facturus sis, cum paucis, quibus volueris, aut ipse tecum *i*. Casu itaq; quo Consiliarij cum rege suo sunt dissidentes, caueat sibi Princeps, & secretum hoc habeat, nulla esse meliora consilia, quàm quæ ignorauerit aduersarius, antequam fierent *k* sed tamen, quia consilio & adminiculo opus est, habeatur consilium non consiliarijs, sed Regi, hoc est, semper in conspectu & præsentia Regis de summa reipublicæ deliberandum. *l*

i Veget. l. 3.
k Ibidem.
l Seneca.

Omnia priuata & separata conuenticula, vti pestis pernicioſa, in repub. exterminanda. Quia facies hominis, facies leonis. Et in eiusmodi casibus, quicquid agitur absente Rege, in caput eius plerumq; redundat *m*. Et arctius vinculum parit non sine suspicione periculi. Vulgatum enim est, quod nimia familiaritas seruorum, est conspiratio aduersus Dominum *n*. Caue igitur ac iterum caue, ne sine tua præsentia, moderni temporis negocia tractentur: Sed tu ipse, qua de re necessa-

m Tacitus.
n Plin. Iun.

necessariò consultandum est, certam designationem in scriptis tibi dare iubeto, & diem & locum consilij præfige. M.D.XCIV

Et vbi ad deliberationem peruentum fuerit, libertatem dicendi cuilibet permitte, ne cum fortuna tua, quàm tecum potius loqui videantur. Idq; tibi gratum fore non obscurè præ te feras. Deinde, benignè & liberaliter tractentur. Quia Tacitus Histor.

Dextera præcipuè capit Indulgentia mentes,
Asperitas odium, sauaq; bella mouet.

Et hoc tibi peculiariter vsurpa, Et amorem apud populares, & metum apud hostes, quærendum. Tacit. 3. Annal.

Nec ad consilium taceas, sed breuiter te explica, aut tibi placere, aut religione & conscientia te impediri, quò minus ea facere possis. Quo casu vrge aliud consilium, de inueniendis medijs ad præsentem temporis statum accommodatis, quò, sine periculo & impedimento, id quod velis, consequi possis. Aut si dubitas, te cogitaturum, aut sententiam tuam per alium indicaturum ostende.

Et quia, vt ego animaduerto, tria sunt, quæ tibi negocium facessunt capita, RELIGIONIS, ARCHIEPISCOPI, & CORONATIONIS: de singulis hæc pauca referã.

RELIGIONIS causa popularis est, quia magnum eius in animos imperium. Religione enim vita constat Et omnes religione mouentur, & Deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter & retinendos arbitrantur. Itaque qualiscunque ea hausta ægrè educitur, quoniam cuique sua optima videtur, vt quæ non ratione, sed affectu dijudicantur à singulis. Plin. lib. 14. nat. hist. Cicero, V. in Verrem. Philo Iud. ad Caium.

Et cùm ordines huius regni, in ea, ius acquisitum teneant: non penes Principem est illud tollere aut debilitare. Extat enim prudens monitum Mecenatis apud Dionem Cassium, ad Augustum, cuius hæc sunt verba: Eos verò, qui in diuinis aliquid innouant, odio habe & coërce, non Deorum solùm causa: sed quia noua quædam numina hi tales introducentes, multos impellunt ad mutationem rerum. Vnde coniurationes, seditiones, conciliabula existunt, res profectò minimè conducibiles principatui. Et legibus quoque expressum est, quod in Religionem committitur, in omnium fertur iniuriam. lib. 52. Leg. 4. C. de hæret.

Qua in re cùm subditorum animos incredibili quodam ardore hic concitatos comperiamus, adeò vt sine publicis turbis nihil mutari possit: nullum hic extremum est, quàm vt S. R. M. de Religione purè & simpliciter caueat. more prædecessorum, non facta mentione hæredum, quos tamen si obligatione comprehendi voluerint, prius nasci quàm obligari rationis est, & hic passus placidis consilijs poterit componi. Neque prius de Templo, hoc rerum statu, quàm de Sceptro vrgendum & laborandum censeo, ne contra ordinem naturæ, particularis quæstio vniuersam præcedat & impediat.

De ARCHIEPISCOPO, fateor, inspectione iuris, & consuetudine gentium, hanc facultatem instituendi, & confirmandi nominatum & electum, supremo præsidi competere, sed Religionis causa, quia est Indiuidua; & quod de toto, idem de qualibet eius parte iudicium: in hoc præsertim tàm perturbato rerum statu, inspicienda sunt tempora, quibus parêre omnes Politici præcipiunt. Nam in morbis quoque nihil magis periculosum, quàm immatura Medicina. Et expeditum est, Medicos plus interdum quiete quàm mouendo & agendo proficere. Suaserim ergò, cum protestatione, ne ea res tibi ac successoribus præiudicet, ipsum electum, præsertim grauioris periculi declinandi causa, admittendum esse. Cic. ad Att. 12 ep. 1. Sen. Consol. ad Hel. Liu. lib. 24.

DE CORONATIONE, siquidem antiquis temporibus, coronandi potestas penes milites & seculares erat, neque vspiam legitur certum præceptum, quomodo ea in re procedere oporteat, nisi quod ecclesiastici temporum lapsu, sibi, consuetudine veteris Ecclesiæ, aliquid iuris ea in re vendicarint: Existimarim, si Archiepiscopo aut alij eiusdem professionis id tribuere nolis, aut non possis, vt placidè cum ordinib. agas, vt te quadam ex parte ceremonijs istis liberent,

M.D.XCIV rent, aut ipſimet proceres, ſine miniſterio Eccleſiaſtico, inſignia Regni tibi deferant atq; cõmendent, aut te pro coronato, abſq; ceremonijs habeãt atq; ſuſcipiãt.

Quod ſi verò (vt puto) id fieri non poſſit, ad eum caſum res redit, vt inter duo mala, illud quod minus eſt, eligatur. Quia temporibus cedere & neceſſitati parere; ſapientis ſemper eſt habitum. Neq; enim in ceremonijs, ſed fide conſiſtit religionis profeſſio.

Et hæc quantum ad prudentiam togatam de acquirendo. De acquiſito autem, quid fieri debeat circa Religionem, Iuſticiam, & œconomiam, deq; conſtituenda tota repub. ex ſententia, ex vtili & bono præſentis quæſtionis non eſt. Si ea de re aliquando interrogatus fuero, ſententiam meam liberè dicam.

Nunc contra vim & Rebellionem, hæc tibi paucis fideliter ſuggero. Contra vim nullum fortius inſtrumentum, quàm præſidium militare, commeatus, pecu-
In Alex. nia, munimenta & conſilia. Nam vt Lampridij verbis vtar. Nemo prouocare audebit, aut facere iniuriam ei Regi, quem intelligit expeditum & promptum ad vindicandum. Sed cùm ijs maxima ex parte nunc deſtituaris: conſilio tibi opus eſt, quomodo ſine vi atq; armis, cum tuis tutus eſſe, ac omne periculum declinare queas.

Primum eſt, ad coronationem ne propera, niſi prius diſcuſſis & compoſitis ijs, quæ in quæſtionem veniunt.

Secundum, ne te in locum demittas, vbi obſidione cingi, commeatu & exi-
tu poſſis prohiberi.

Sed pro tertio, certam tibi arcem, & quidem maritimam deſigna, ad quam tempore neceſſitatis poſſis confugere, eamq; multò ante, & frumento & commea-
3. cap. 26. tu & alijs neceſſarijs rebus muni. Et ex elogio Vegeti pro certo habe. Qui frumentum neceſſariumq; commeatum non præparat, vincitur ſine ferro. In reliquis enim caſibus poteſt in tempore ſubueniri. Pabulatio & annona in neceſſi-
Idem 3. cap. 3. tate non habent remedium, niſi ante condita.

Quartum. Capitaneum iſtius arcis, & alios officiorum miniſtros, antequam ad tractatus deſcendas, arctiſſimo fidelitatis vinculo tibi obſtringe, vt receptaculum omni hora ſecurum inuenias.

Quintum. vbi ad conſilium publicum perueneris, certos tibi coryceos con-
5. Polit. ſtitue, per eosq; ex doctrinâ Ariſtotelis diligenter inquire, quid quiſque ſubditorum faciat aut dicat, ſubditorum dico maximè illuſtrium. Nam in omnes quæ acies inquirat? Hoc cùm ad alia vtile, tùm contra inſidias & Rebellionem, valebit firmiter. Quoniã rarò, niſi malè locuti, malè faciunt. Rem enim factam habes,
Dio. lib. 51. ſi detectam. Sed in deliberationibus, ex monitu Mecenatis non oportet omnibus, quæ ab his talibus dicuntur, fidem habere, ſed acriter ea examinare, atq; diſcutere.

Sextum. Veritate facti comperta, aut ex circumſtantijs veriſimili (ſi melioribus conſilijs res flecti non poterit) non quid ad poſtulata reſpondeas, ſed quemadmodum non reſpondeas cogita, hoc eſt, te quàm primùm & quàm commodè poteris ſubducito, & ad locum tutiorem cum tuis concede, ac conuentum, non niſi poſt diſceſſum diſſolue, & leniter, futuri temporis occaſiones meliores rerum agendarum te daturum promitte.

Septimum. Claſſem, naues, & omne inſtrumentum nauticum, vt in tua ſolius poteſtate maneat, operam dabis, & ita ſtatue, ex arcibus maritimis & claſſe nauali, te vtrumque regnum, & conſeruare & perdere poſſe.

Plura nunc non addam, ſed Deus opt. max. in quo viuimus, mouemur &
Actor. c. 17. ſumus, per quem reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt, ille erit à
Prou. Salom. c. 3 latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum ne capiaris, & ego pro te vota ſuſcipio, &
Plin. Paneg. ago cum Deo, vt ſoſpitem te incolumemq; præſtet, ſi tu cæteros. Datum Stocholmij, 5. Ianuarij, Anno 1594.

Etſi autem tandem huic conſilio Rex obtemperauit; tamen quoad potuit diutiſſime Suecicis Senatoribus & ordinibus regni reſtitit, ac eò vſque tandem diſceptatio excreuit, vt Senatores, equites & cæteri Sueciæ regni ſtatus, ad

regni

regni Poloniæ ſenatores cum ſuo rege in Suecia tum præſentes, ſequentem epiſtolam mitterent. Accidit præter noſtram expectationem, vt quorum aduentus nobis eſſet gratiſſimus, cum per ſe, tum maximè, quod regem noſtrum hæreditarium, miro deſiderio expectatum, quemque communem eſſe cuperemus: ad nos deducerent: cum ijs, rebus nunc minimè ex voto ſuccedentibus, moleſtiam ac iniquitatem huius temporis communicaremus. Intellexerunt enim dominationes veſtræ, nos ab eo tempore, quo Sereniſſimus Rex noſter primùm in regnum appelleret, in eo præſertim laboraſſe, vt Religionem, iura, priuilegia, ac Leges patriæ, pro ratione huius Regni, nullis obtruſis contra ſtatuta atque promiſſa conditionibus, ſua Maieſtas confirmaret. Ad hunc locum & tempus coronationis, quorum conſilijs vel quo iure iam non ambigimus; prouocatum eſt. Huc cùm ante quatuordecim dies ventum ſit, nihil tamen magis quàm antea, (imò minus & quidem quod initio tractationis inauditum eſſet) omnibus Regni ſtatibus quàm humilimè ſollicitantibus impetratum eſt. ita vt conuentum coronationis re infecta dilabi videamus; & nos omnes (Deus Maieſtatem Regiam ſeruet) in ſummum diſcrimen incidere. M.D.XCIV

Quamobrem cum Dominationibus veſtris rerum expertiſſimis ſatis conſtet, quâ ratione regna adeunda & gubernanda ſint, petimus, ſuademus atq; hortamur etiam atq; etiam, pro ſuâ in nos & regnum hoc equitate, tum potiſſimum fidelitate in ipſam Regiam Maieſtatem, ſi aliquid apud ſuam Maieſtatem vel autoritate vel conſilio poſſunt, quod nobis perſuaſum habemus; velint omnibus alijs noſtratibus, vel quibuscunque rem perturbantibus explosis, ſuam Maieſtatem ad ſalutaria conſilia iterum reuocare, vt ſua Maieſt. & iam iam quidem ſe tempori accomodet, neque id auſpicijs Regni ſui tentet, quod nulli, aliquot annis in ſolio confirmato, abſque periculo ſuccederet. Huic veſtro conſilio ſuam Maieſtatem locum daturam ſperamus, & nos ſummi beneficij loco, & ipſamet Maieſtas Regia aliquando habitura eſt.

Sin minus, vnde fortaſſis grauius aliquid poſſet imminere, quod Deus clementer auertat, nos coram omnibus Chriſtiani orbis Regibus atque principibus, denique vniuerſo hominum genere, tàm noſtro, quàm omnium Regni huius ſtatuum nomine, ſolenniter ac omni meliori modo ac forma proteſtamur & proteſtabimur, nos in tempore præmonuiſſe & auertere voluiſſe, prout planum faciemus ex actis, tranſactionibus, iuribus ac legibus non abrogatis regni huius, ſimul ac tranſactionibus ante hac, cum inquam Sereniſſimus Rex noſter patria poteſtate, per electionem regni Poloniæ, viceſimum primum annum ſuæ ætatis agens, liberatus eſſet, quarum exemplar nunc mittimus. Itaque nos huius rei in perpetuum excuſatos eſſe volumus & meritò debemus, Sanctiſſimam Trinitatem, tum quoque V. R. & Ill. DD. teſtes huius noſtræ proteſtationis per hoc ſcriptum noſtrum compellamus. Quod reliquum eſt, D. veſtris ſtudia & officia noſtra paratiſſima pro poſſe deferimus. Datum Vpſaliæ 15. Febr.

Tandem verò Rex, flecti ſe, ſibique perſuaderi paſſus eſt, vt aſſentiretur, ſe, Religionem & cultum Dei, in verbo Dei & Auguſtana confeſſione comprehenſum, ſicut poſtremis Goſtaui regis, & primis Ioannis III. regum temporibus in regno floruiſſet, & ab ordinibus regni, in concilio Vpſalienſi anno 1593. menſe Martio, ſolenni teſtificatione repetita & recepta eſſet, ſolam in Regno conſeruare ac tueri, nec Templa in vrbibus vlla, alteri quàm Auguſtanæ confeſſionis religioni deſtinare velle: nec aditum in Senatum regni, vel ad vlla regni officia publica, alijs, quàm Auguſtanæ confeſſionis doctrinam retinentibus, concedi debere. Regem verò ipſum, ad ſuæ Religionis Pontificiæ exercitium, ſacellis arcium, in quibus habitabit, contentum fore. Sed verba ipſa obligationis Regiæ, & articulorum iuramenti, à rege præſtiti, adſcribere præſtat. 29. Febr.

EGO SIGISMVNDVS, &c. notum facio, me clementiſſima Dei omni-

M.D.XCIV potentis prouidentia, & hæreditario successionis iure, communi consensu omnium huius regni ordinum, fideque data, ad Coronam & Imperium Regni Sueciæ, omnibus pariter assentientibus & sponte volentibus peruenisse. Quare vicissim subditis meis omnibus, gratiam & beneuolentiam Regiam spondeo & promitto. Primùm quòd omnes, superioris & inferioris conditionis, Ecclesiasticos & Politicos, nobiles & ignobiles, in suæ Religionis libertate conseruabo, ac vt ea liberè & sine vllo impedimento fruantur, iuxta tenorem & præscriptum veræ confessionis Augustanæ, Carolo Quinto in Comitijs Augustæ anno 1530. exhibitæ; sicut postremis annis imperij aui mei beatæ memoriæ Gustaui, ac initio paternæ gubernationis, in hoc regno floruit: & sicut anno 1593. mense Martio, consentientibus omni-
1594. um ordinum huius regni suffragijs, Vpsaliæ, denuo comprobata & recepta est, tuebor ac defendam, nec contra eam, in vllis huius regni locis, per Scholas vel Ecclesias, amicè aut violenter aliquid intrudi, nec impedimentum vel fraudem quocunque modo in his fieri permittam. Nec in Ecclesiasticis aut Politicis officijs, in hoc regno, vtar vllis hominibus, qui à communi hac regni huius Religione dissentiunt. Extra hæc officia publica, quando se continent, ac quietè viuunt, communi Sueciæ iure, priuilegijs atque libertatibus, cum alijs Regni Sueciæ subditis, pro cuiusque status & ordinis ratione, frui poterunt.

Deinde, charam habebo nostram dilectam Patriam regnum Sueciæ, & incolarum eius fidelium salutem & commoda fideliter quæram, ad iuris normam omnia componam & ordinabo, & singulos superioris & inferioris conditionis homines, ecclesiasticos & politicos, nobiles & ignobiles, egenos & diuites, in suæ dignitatis & honoris gradu, eorumque iura & commoda, conseruabo. Similiter Ius Suecicum, in omnibus articulis & punctis, & legitimo intellectu tuebor, excepta Regni successione hæreditaria, quæ vno omnium consilio, liberaque voluntate confirmata est. Consimiliter etiam, omnia priuilegia & libertates, quas tempore superiorum regum habuerunt & vsi sunt, vt Regiæ nostræ literæ, quas peracta coronatione regia, singulis tribuemus, pluribus indicabunt. Et in summa, Fidelis & iustus rex Sueciæ ero, & Ius Suecicum, in quibuscunq; casibus, tàm inferioris quàm superioris, tàm egeni quàm diuitis, tàm alieni quàm amici, manu tenebo: omnem iniustitiam & peruersitatem opprimam & auferam. Postremò omnes regni nostri ordines Ecclesiasticos & Politicos, nobiles & ignobiles, egenos & diuites, cum suis, quas iure tenent, fortunis, in nostram Regiam tutelam & protectionem accipio.

Vicissim omnes regni ordines, præsentes & absentes, pro se, suisque posteris, fidem dederunt mihi, aut in regno aut extra versanti, eriam meis posteris maribus, subiectionem, amorem, fidem & obedientiam, quam diu viuent, præstandi, sicut scripta eorundem obligatio reciproca literis expressa testatur. Maioris autem securitatis causa, quòd fideles mei subditi omnibus his planè confidere possint, promitto, me cunctos commemoratos articulos, per Christianam fidem meam, & Regium honorem & veritatem, quàm diu vitæ huius vsura mihi concedetur, perpetua fide obseruaturum esse. Ideoque propria manu subscripsi, Regiumque sigillum nostrum imprimi curaui. Datum in arce nostra regia, Vpsala, 19. Febr. Anno 1594.

REGIS SIGISMVNDI IVRAMENTVM, quod propria persona, in Regia sua coronatione, flexis poplitibus, coram summo altari Cathedralis templi Vpsaliæ præstitit, præfante ipsi articulos iuramenti Cancellario ERICO SPARRE hac formula:

Spondesne atq; polliceris, quòd in tuo Regno hæreditario Sueciæ, omnibus regni ordinibus & incolis, summis & infimis, ecclesiasticis & politicis, suam Religionem atque libertates conseruare & tueri velis, vt obligatio tua literis comprehensa indicat & declarat?

Omnem

Omnem iusticiam & veritatem tueberis, diliges, ac coles: omnem iniustitiam & mendacium, iure potentiaque Regia comprimes? M.D.XCIV

Fidum te & securum omni populo Suecorum exhibebis, vt neminem pauperem aut diuitem, superiorem aut inferiorem damno afficias, nec eius corpus & membra lædas, nisi prius iuxta scriptas leges regni Sueciæ iudicatus sit, neque bona vllius vel mobilia vel immobilia eripies, nisi iure & sententia Iudicis præcedente?

Gubernabis ne regnum Sueciæ tuum, ex illustrissimi principis Caroli, & regni Suecici Senatus consilio cum viris indigenis, Suecis natis, non cum externis, nec quenquam extraneum in tuum Senatum asciscs, neque arces & prouincias, nec Vpsalæ Domicilium ab eis regi sines?

Arces & Prouincias ac limites regni, annuis reditibus regni tueberis, nec quicquam imminui fines eorum, quæ coronæ Suecicæ nunc subiecta sunt, nisi de communi Senatus regni consensu. Alioquin successori liberum erit, ea, si volet, iustè recuperare?

Sustentabis aulam tuam, nec noua vlla prouincijs Regni onera impones, nisi necessitate in casibus hic expressis, exigente. Cum videlicet exercitus extranearum gentium, aut Christianorum prouincias regni vastabunt; aut intestina seditio exurget: aut filius tuus vel filia matrimonium contrahet: aut ad iter S. Erici, seu visitationem regni solennem, vel sarciendas arces, aut in Vpsalæ desertis ædificandis quicquam necessariò requiritur: Id Iudices prouinciarum, singuli in suis territorijs, adiunctis sex aulicis & totidem è plebe expendent, quantum suppetiarum populus absque difficultate possit conferre, nec supra id quenquam vllo pacto onerabis?

Principes, Comites, Barones, equites, nobiles, episcopos & prælatos, & totam regni communitatem, ecclesiasticos & politicos, cum omnibus eorundem ministris ac bonis, omnes antiquas libertates, priuilegia & iura, à tuis antecessoribus ipsis tradita & obsignata, & fruitionem Suecici iuris, quod sua voluntate receperunt, confirmabis ac defendes, ita ne iniquum æquo & iusto anteponatur. Inprimis nullum ius extraneum, ad oppressionem populi, regno inferri; nec nouum aliquod ius, nisi omnium vna voce comprobatum, populo imponi fines. Pacem totius regni communitati procurabis. Quietos & tranquillos, qui iuxta leges pacificè vitam instituent, contra inquietos & peruersos, siue indigenas siue externos, defendes. ac inprimis pacem Ecclesiasticam, forensem, coniugalem & domuum singularum semper tueberis. Omnem concordiam & tranquillitatem priuatam & publicam augebis. Discordias verò & turbas pro virili sedabis & opprimes. Populi querelas ipse audies, & causas omnes cognosces, & iustè ac verè iudicabis.

Hoc iusiurandum, bona & sancta fide, me seruaturum esse, omni populo meo, iuuenibus & senibus, nondum natis perinde ac natis, ignotis non secus ac notis, absentibus vt præsentibus, promitto, nec vllo pacto violaturum esse, augere potius omnibus bonis, ac inprimis Regia mea beneuolenta & fauore velim. Ita Deus meæ animæ & corpori propitius sit, sicut hæc omnia fideliter seruo.

Preces & ritus sacros, in coronatione vsurpari solitos, administrauit, non legatus Pontificius, vt rex voluerat, sed M. Abrahamus Andreæ, qui superioris anni mense Martio, Vpsaliæ, in Synodo plerorumque Regni Ordinum & Pastorum, Archiepiscopus Vpsalienſis designatus erat. Coronationem Regis secuta sunt Comitia regni, Stocholmiæ in ferijs Paschæ inchoata, vbi de forma gubernationis Regni, rege in Polonia absente, omnia constituta, & ad reditum in Poloniam præparata sunt.

Eadem verò die, qua Sigismundus Poloniæ rex, Vpsaliæ, Regni Sueciæ coronam accepit: Iacobo VI. Scotiæ regi, Henrici filio, ex coniuge Anna, Christiani IIII. Daniæ regis sorore, ante quadriennium ducta; filius, Regni hæres, natus est. Ad cuius baptismi testimonium, ex procul dissitis gentibus, Reges, 19. Februar.

M.D.XCIV Galliæ, Daniæ, Angliæ, Mauricius Hollandiæ & vicinæ partis Belgicæ
nator, Henricus Iulius dux Brunſuicenſis, & Vlricus dux Megapolitanus
tis Regij recens nati proauus maternus, inuitati ſunt. Ad regem Daniæ
ces Brunſuic. ac Megapolitanum, legatus, Petrus Iunius, Georgij Bucha
lim, in præſentis regis Scotorum inſtitutione collega miſſus eſt. Cum q
mine Vlrici Megapolitani, Ioachimus Baſſevvicius; loco Henrici Iuli
ſvvic. Adamus Cruſius, Ioachimi Cruſij (qui 44. annos, dum in hac Ac
viuo, Ducum Megapolitanorum Conſiliarius fuit) recens defuncti filius,
tres futuri, exeunte Iunio, iter in Scotiam ingreſſi ſunt. Quò cum ten
Edinburgi. peruenisſent, menſem integrum regis Galliæ, Ordinumque Belgici leg
pectarunt. donec tandem Sterlini in ſacello arcis, 30. Auguſti, ſolennes
ceremoniæ peractæ, ac infanti Regio, Henrici Friderici nomen i
eſt. Cuius teſtes Sereniſſimi Daniæ Regis & Reginæ matris nomine
runt, Chriſtianus Barnicouius, & Steno Bild. Anglicæ legationis pr
Robertus, Suſſexiæ comes, alios quinquaginta nobiles Anglicos mini
comitatu habuit. Mauricij Naſſauij ac Belgicæ vnitæ ordinum legati, V
uius comes à Bredenrode, Reinoldi filius, & Iacobus Valckius, Ordinum
ſtor ſupremus, fuerunt. Megapolitanus, Ioachimus à Baſſevvitz, nauim
chienſem, in Edinburgenſi portu Letha, ingreſſus, vehementi Cor
go aſſiduè vrgente, Croneburgum, intra quatriduum 150. milliaria e
rara prorſus celeritate incolumis Deo iuuante peruenit.

17. Febr. Bidúo ante Sigiſmundum Poloniæ Regem, HENRICVS IV. G
Nauarræ Rex, in oppido Carnutum, quod Chartres vulgò appellant
coronatus eſt. Is cùm ad Pontificiæ Eccleſiæ Religionem ſuperiore an
dijſſet, & Ludoicum Ducem Niuerſium, legatum, petentem abſolutio
fidem ac obedientiam Pontifici deferentem, Romam miſiſſet: Clemens
P P. legatum, non conceſſa regi abſolutione, dimiſit prætexens, Tripli
ſedis Apoſtolicæ beneficio indigere, abſolutionis ſcilicet in foro
entiæ: abſolutionis in foro exteriori, à publica excommunicatione: &
litationis, vt loquitur, ad regnum, ad quod inhabilis antea ob hæſin
ratus ſit. Sed ne quidem in foro conſcientiæ abſolutionem, quæ
facilior videatur, Regi ſe impertire poſſe, propter illius impœnitenti
non ſupplicis & pœnitentis more, ſed domi ſedens, armatusque abſolu
extorquere potius quàm petere ſuppliciter, videatur, nec ſigna veræ po
tiæ legitima edat: propter ſcandalum, ſi inter oues lupum reciperet: &
ſumma inde imminentia, ſi poſſeſſionem regni adeptus, in hæreſin, vt a
litus eſſet, relaberetur.

Cùm autem induciarum tempus in Gallia iam exiret, Gubernator in
riſienſis & cæteri confœderati, eas, in plures menſes prorogari petebant.
aſſentiri rex noluit. Parlamentum enim Pariſienſe, cuius in regno
ſumma rebus tranquillis autoritas eſt, ſolenni edito decreto, autoritate
interpoſuerat, & Galliæ regnum ſecundum legem Salicam, poſt regem
ctum, proximo in linea maſculina propinquo, Henrico Bourbonio, re
uarræ, deberi pronunciarat. Etſi enim hactenus nonnulli ſe illi oppoſ
& obedientiam denegarint, quòd nouæ religioni adhæſiſſet, eóque nom
aliquot ordine Papis excommunicatus eſſet: tamen nunc eum in gremi
cleſiæ catholicæ redijſſe, & id ſolenniter teſtatum eſſe ſuperiori Iulio, in
S. Dionyſij: eóque nomine miſſa ad Clementem VIII. Papam, qui nu
gnat, legatione, eum caput Eccleſiæ agnouiſſe, & Abſolutionem petiuiſſe
que tamen eam hactenus obtinere potuiſſe, propter practicas principis cui
exteri, Gallicæ coronæ inimici, cum tamen abſolutio, ne infimis quidem
bris Eccleſiæ reſipiſcentibus ſoleat denegari.

Cùm autem propter tot bella ciuilia, miſerrimus totius regni ſtatus, &
vrbis primariæ Pariſienſis, certo aliquo rege carere diutius non poſſit,

Lute

Lutetiam, alijs vrbibus & oppidis in exemplum, pro ſupremo Domino & rege ſuo agnoſcere Nauarræum, eique obedientiam promittere. Decretum igitur, vt per legationem certam, cuius princeps ſit vnus ex præſidibus Parlamenti, adiunctis ſex conſiliarijs, Dux Maiennæ, locum tenens generalis rogetur, vt intra menſis ſpacium, aut citiùs, ſi poſſit, de pace certa & firma, toti regno proſpiciat, omnibus extraneis militibus dimiſſis. Quod ſi menſe elapſo bellum adhuc duret, mandatur omnibus ſine exceptione, ordinibus & ſtatibus regni Galliæ, vt Regem Nauarræum, ſupremum ſuum Dominum & regem agnoſcant, & contra omnes aduerſarios ei præſto ſint, quod & iure naturæ facere teneantur, ſub pœna confiſcationis corporum & bonorum. M.D.XCIV

Hæc cùm ad Maiennæ ducem & cæteros confœderatos delata eſſent: Præſidem Parlamenti, & Gubernatorem vrbis & alios præcipuos viros, Lutetia eiecerunt, & præſidium Hiſpanicum nouis aliquot cohortibus auxerunt, vt denuò bellum in Gallia redintegratum gereretur.

Cùm autem paulò poſt, Lugdunenſis ciuitas, oppreſsâ factione Hiſpanicâ, & vocato in vrbem Alphonſo Corſo, Henricum Nauarræum Regem palàm agnouiſſet, & Aurelia, Bituriges, per dominum de la Chaſtre, in manus Nauarræi traditæ eſſent, qui edito ſcripto, conſilia Hiſpanorum, & totius coniurationis fraudes ac impoſturas prolixè detegebat, (ſicut paulò ante per Dominum de la Vitry, coniuratorum partes deſerentem, Melodunum regi redditum erat) & oppidum Roan ad Ligerim & Rion Aruerniæ metropolis & aliæ regiones acceſſiſſent: Hiſpani res ſuas in Gallia anguſtiores reddi videntes, voluerunt vt Maiennæ dux & Henricus Guiſius Iuramentum fidelitatis ſolenne Philippo regi præſtarent. Quo accepto, pluribus præſidiarijs Lutetiæ collocatis, Carolus Maiennæ dux, cum parte copiarum velut obuiam exercitui, quem auxilio illi Carolus comes Mansfeldicus ex Belgico adducebat, profectus eſt. Interea Henricus IIII. Galliæ & Nauarræ rex, à ſuæ partis Epiſcopis & principibus in Carnutum oppido tandem ſolennibus ceremonijs corona regni inſignitur.

Pariſienſes verò ciues, miſeriarum & calamitatum, in quas à duce Maiennæ & confœderatis Hiſpanis, excluſo prætextu religionis legitimo Rege, coniecti fuerant, & tot annos ſuſtinuerant, tandem pertœſi, ac frementes, finem aliquando imponi, & pacem reſtitui à magiſtratibus vrbis flagitarunt. Itaq; paucis diebus poſt Maiennæ ducis ex vrbe diſceſſum, comes Briſacus, & Belinus gubernator vrbis, & præpoſitus mercatorum, ad regem in oppidum S. Dioniſij mittunt, pollicentes, ſi nullius vitæ aut bonis nocere velit, ſe portam S. Dionyſij Regiæ ipſius Maieſtati patefacturos eſſe. Quod cum confirmaſſet rex: exercitus illius, matutina hora ſecunda vrbi propinquans, patefacta porta intromittitur. Qua occupata, ciuium parte maxima fauſtis acclamationibus eum excipiente: pauciſſimis vero, qui reſiſtere initio conati eſſent militibus Germanis interfectis, & Hiſpanis præſidiarijs & cæteris ſe ſtatim dedentibus: Rex ipſe, illuceſcente die, cum reliqua nobilitate & exercitu vrbem ingreſſus eſt. Præſidiarij dediti, ſtatim poſt meridiem, ea conditione dimiſſi ſunt, ne contra regem deinceps in Gallia militent, nec in itinere vſpiam in Galliæ oppidis hæreant. Rex in arce Lupara ſplendidè exceptus, eâdem adhuc die, ciuibus, per tubicinem edixit, vt tabernas omnes ac officinas aperirent, & omnia pacata & ſecura deinceps expectarent, poſtridie arx Baſtilla in regis poteſtatem venit. Ex omni ciuium ſeditioſorum, Hiſpano & Guiſijs addictorum, numero, triginta vrbe pulſi, reliqui omnes in gratiam recepti ſunt. Die 30. Martij curiæ Parlamenti Pariſienſis edictum promulgatur; quo, de clementi & optata vrbis cum rege compoſitione gratias Deo agunt, & omnia decreta & iuramenta, in Regis HENRICI III. nefariè trucidati ignominiam, & legum regni præiudicium facta, abrogant. Poteſtatem ſummi præfecti & locum tenentis ſtatus & coronæ Franciæ, 12. Mart.

M.D.XCIV Duci Maiennæ datam reuocant, ac nè quis deinceps ei obediat, faueat, vel opem ferat, ſub pœna læſæ maieſtatis interdicunt. Omnes, à Liga ſeu fœdere, cuius caput hactenus Maiennæ dux fuit, diſcedere, & Regi Henrico IIII. debitam fidē & obedientiam præſtare iubent. Omnia etiam ſuperiore anno Pariſijs in cōuentu ſub nomine trium ordinum generaliū acta & decreta, velut per rebelles & Hiſpanis addictos vi extorta, pro nullis haberi iubent. Sic mediocri felicitate Nauarræi res tandem in Gallia ſuccedebant, præcipuis & maximis vrbibus ſe regi paulatim adiungentibus. ac initiō Aprilis, Rhotomagum etiam, ſibi certis conditionibus reconciliatum, rex ingreſſus eſt, & Portum Graciæ, vulgò (Haure de grace) quorum locorum præfecto Villarſio, dignitatem Admiraldi Francici indulſit, loco iunioris Bironij, quem tum Mareſcallum creauit.

ERNESTVS Archidux auſtriæ, quem Hiſpaniæ rex Belgici gubernatorem ac generum delegerat, Calendis Decembris iter Pragæ ingreſſus, per Noribergam, Herbipolim, Mergetheim, Francofurtum, Moguntiam, Simern, TREVIROS, Lucelburgum, Arlunum, Namurcum, Bruxellas tandem exeunte Ianuario peruenit. Cumq; omnes Belgiæ ciues, ſummam de eius aduentu pacis expectationem concepiſſent, & finitis tandem bellorum, quæ triginta ferè annos continuata erant, calamitatibus, quietem optatam reſtitutum iri ſperarent: conuocatis Bruxellam ordinibus, ingentem vim pecuniæ exigit: qua Hiſpani & VVallones, ob non ſoluta ſtipendia tumultuantes, placentur; & deinceps bellum alatur, quo munitiones & oppida, ab Anglis, eorumque confœderatis detenta recuperent, ex quibus hoſtes aſſiduis incurſionibus & rapinis Brabantiam & Flandriam infeſtabant. Carolum Mansfeldiæ comitem in Galliam, vt labaſcentes ibi confœderatorum molitiones fulciret, cum exercitu mittit, qui Veromanduorum finibus dum deſideret, oppidum Capellam (vulgò Chapelle en Thyois) tandem expugnauit. cui oppido rex Franciæ cum exercitu ſuccurrere magnis itineribus ſatagens, poſtridie demum, quàm in Mansfeldij poteſtatem veniſſet, ſerius cum ſuppetijs aduenit. ac ne fruſtra tantum iter cum exercitu feciſſe videretur, dum copias paratas habuit, vicinam ciuitatem Laudunenſem (cuius epiſcopus vnus ex Galliæ paribus eſt) obſedit, quæ à filio ducis Mayennæ defendebatur. Huic auxilia & commeatum ex vicinis oppidis, Sueſſione, La Fere, & alijs, pater confecerat, qui dum ad vrbem aduehereturr, diſſipato à regijs comitatu interceptus eſt. Quare paulo poſt Laudunenſes ſe regi dediderunt. ac exemplum eorum ſecuti Ambianenſes (apud quos dux Aumalius Mayennæ patruelis diuertebat) cum rege tranſegerunt. Aumalius à ciuibus eiectus Atrebatum conceſſit.

Maximilianus I. Imp.

Philippus rex Hiſpaniæ

Carolus V. Imp.	Ferdinandus Imp.
PHILIPPVS rex Hiſpaniæ.	Maximilianus II. Imp.
Rodolphus Imp.	ERNESTVS Archidux Auſtriæ.

Circa calend. Auguſti, Henricus Galliæ Rex, Cameracum recens ſibi conciliatum, ſolenni pompa ingreſſus eſt: cui obuiam euntes Balignius vrbi præfectus, ſenatores & ciues armati, & procidentes in genua, clauibus vrbis oblatis, iurarunt primo eccleſiaſtici, deinde ſenatores ac nobiles, & reliqui ciues, ſe fideles & obedientes, Deo, Regi & eccleſiæ Chriſtianæ catholicæ, futuros eſſe.

Carolus Maiennæ dux, amiſſo Lauduno Bruxellas in Brabantiam, properauit, vt nouis auxilijs ab Erneſto archiduce Auſtriæ, Belgici gubernatore confectis, labaſcentem confœderatorum Galliæ factionem ſuſtentaret. Miſſus igitur in Galliam, & Carolo Mansfeldo ſuffectus eſt princeps Chimaicus, qui in Cameracenſi diœceſi primùm graſſatus, caſtellum ad Harpam, tribus à Cameraco milliaribus excitauit. ex quo Balignij, Gubernatoris Cameracenſis, (qui aliquot annos

nos ambiguus, Hiſpanine an Galliæ regis partes ſequeretur: recens Henrico Galliæ regi, calend. Auguſti vrbem Cameracum tradens, palàm ſe coniunxerat) in vicinam Hannoniam incurſiones prohiberet: & ſacræ Ligæ ſocios, in conſeruandis paucis Picardiæ oppidis, quæ adhuc tenebant, iuuaret. M.D.XCIV

Interea Henricus Guiſiæ dux, ab Henrico III. rege interfecti filius, diuturnam cum rege tractationem finiens, Remorum vrbem, Guiſiam & alias, regi tradidit, & multos nobiles, Guiſianam factionem ſeu Ligam hactenus ſecutos regi adiungit. Hiſpaniæ verò Rex, ardentiori quàm antea impetu, Henricum IIII. Galliæ regem perſequens, funditus extirpare cupiebat. Quare & in Picardia Galliæ propè Cameracum exercitus alebat, & in Britannia Armorica, & ex Sabaudia præcipuè, vicinam Lugdunenſem prouinciam petebat. Gallo autem Regina Angliæ auxilia tulit, & vnitarum Belgici prouinciarum ordines 24. cohortes peditum, & aliquot turmas equitum, ſubmiſerunt, quibus initio Octobris, ex Hollandia & Geldria, duce Philippo comite Naſſouio, per Vbios proficiſcentibus, ſaluum conductum fecerunt XVI. turmæ equitum iſdem ordinibus militantium, & quatuor cohortes, peditum Anglicorum, vſq; ad Metenſem vrbem. Vbi cum Dux Bullionius cum ſuis, Belgarum copias excepiſſet: ſedecim illæ equitum turmæ, quæ alias copias fuerant in Lotharingiam comitatæ, circa medium Decembrem, relicto in Lotharingia Philippo comite Naſſaënſi cum ſuis, miſerum in modum, Treuerenſem agrum in reditu deuaſtantes, in Hollandiam redierunt.

Statibus Hollandiæ & coniunctarum Belgici prouinciarum, eodem menſe Maio Erneſtus, per literas & legatos tractationem de pace offert, & de ſtudio erga Rempublicam Belgiæ, & communem concordiam & tranquillitatem ſuo, prolixè teſtificatur. Sed cùm paulò ante ſicarius quidam, presbyter Namurcenſis, à comite Barlymontio, ex mandato aulæ, vt aiebat, ad interficiendum comitem Mauricium Naſſaënſem ſubornatus, in cuſtodia, Hagæ comitis teneretur: Ordines Hollandiæ & cæteri confœderati; non candidè & ſincerè ſecum agi exiſtimantes; prolixo ſcripto, aliquot colloquiorum & tractationum, ab Hiſpanis, ſecum de pace, ſuperioribus annis, ſubdolè & fraudulentè habitorum, hiſtoriam ſummatim repetunt, nec ſubditorum Belgarum, aut reliqui orbis Chriſtiani ſalutem & tranquillitatem, ſed Monarchiam & dominatū, & pro libidine in Belgarum corpora & fortunas tyrannicè graſſandi poteſtatem ab Hiſpanis affectari queruntur. Et quamuis archiducē Erneſtum, bono & ſincero animo hæc agere credant: tamen, cùm Rex, præcipuos illi conſiliarios, Hiſpanos, Comitem de Fuentes, Guilelmum de S. Clemente, & Stephanum Dyuarram, cum mandato & autoritate ipſum de rebus Belgicis inſtruendi, & quibus proceribus fidere, & quomodo prouincias Belgicas regere & ſubiugare debeat, monendi adiunxerit: ex Hiſpanorum voluntate & præſcripto omnia peractum iri. Non dubitant etiam ſtatus Hollandiæ, Erneſto iamdudum conſtare, inſtinctu eiuſdem Hiſpani comitis de Fuentes, paulò ante, medico Reginæ Angliæ Doctori Lopes, 50000. coron. addicta eſſe, vt veneno Reginam tolleret. Ideoq; in conatu rei perficiendæ deprehenſum D. Lopes, cū ſocijs & adminiſtris Emanuele Lois à Tinaco & Stephano Ferera de Gama iuſto ſupplicio affectos eſſe. Præterea eiuſdem Hiſpani de Fuentes inſtinctu per Emanuelem Andradam veneficum inſidias vitæ Regis Galliæ, odore roſæ veneno infectæ tollendi, ſtructas eſſe: & Michaëlem Remchon Namurienſem recens captum fateri, ſe & alios ſicarios Bruxellis pecūnia conductos, & in Hollandiam ablegatos eſſe, vt Mauricium natū principem Vraniæ & comitē Naſſaënſem, & fratrem illius Vraniæ principis filium natu minimū, ætatis 10. annorū, Lugduni Batauorum literis operam dantem, ex vita tollerent. Ideo nihil ſe ab Hiſpanis fidum & ſincerum expectare. Et quamuis huiuſmodi facinora Archiduci diſplicere non dubitent: tamen non tantū in eius bonitate ſibi futurum præſidij; quantū à Regis & conſilij Hiſpanici malignis & tyrannicis fraudib. ac inſidijs crudelibus immineat periculi, à quibus cùm Archidux mandatum & autoritatem ſuſceperit, qui eum etiam reuocare,

M.D.XCIV care, & alium in ipsius locum surrogare possint, quandocunque lubet: non posse ab Ernesto, contra hæc incommoda, vllo modo satis sibi prospici neque cauci. Quare ordines non videre, quid ad propositam pacem respondere queant, quod vel Belgicis prouincijs fœderatis, vel sereniss. Reginæ Angliæ (cum qua arctissimo fœdere iuncti sint) aut Regi Galliæ, alijsque potestatibus, principibus vel Rebuspublicis ac communi orbi Christiano conducat. Sed decreuisse, in refugio suo ad omnipotentem Deum, persistere, & ab eius omnipotente manu & bonitate, exitum iustæ suæ causæ tolerabilem, non solummodo pro fœderatis, verum etiam pro alijs Belgicis prouincijs, ad honorem & gloriam sui verbi, & Belgarum prosperitatem expectare.

Sic exeunte Maio legati Bruxellas ad Ernestum remissi sunt. Qui, Legatorum Groningensium assiduè in aula Bruxellæ desidentium, improbis sollicitationibus excitatus, mediocres copias, sed tamen hostibus impares, in Frisiam superiori mense, ad Franciscum Verdugum miserat. Is Hispaniæ Regis auspicijs, COVERDAM Trentiæ arcem, impedientem, ne GRONINGAM commeatus commodè inuehi posset, tota hyeme magna cum difficultate obsederat. Quam Mauricius Nassauiæ comes, nouis copijs Hollandicis, & alijs in superiori Germania collectis, quas Eberardus comes Solmensis ducebat, instructus, liberauit. Occurrebant cum exercitu appropinquanti aliquot equitum Hispanicorum turmæ, ex castris Verdugi missæ, vt numerum copiarum & vires Nassouij explorarent. Qui cum in equites aliquot Anglos & Scotos, Nassouij præcursores, incidissent; simulata Scotorum fuga prouecti, cum ad castra Mauricij propius accessissent, malè accepti, & trucidati sunt. Hæc victoria occasionem Mauricio præbuit, Castellum maius, ad Couerdæ obsidionem excitatum, quod 800. milites veterani pro Hispanis tuebantur, statim aggrediendi, quod virtute peditum Germanorum, quos Solmensis recens adduxerat, summa vi expugnatum, cæsis omnibus præsidiarijs, tandem in Mauricij potestatem venit. Quo capto, ex cæteris castellis, Hispani & Burgundi omnes, comes Bergensis Oldensilum, Franciscus Verdugus Lingam, alij aliò diffugerunt. Couerda obsidione liberata; commeatu, milite, pyrio puluere, & alijs munitionibus à Mauricio recreata est. Castella vicina, eductis tormentis, quæ Groningenses Verdugo commodauerant, solo æquata sunt 28. Aprilis. Inde exercitus Mauricij ad Groningæ viciniam ductus, vt intercluso vndiquaque commeatu, vrbem, desertis Hispanis, paciscì tandem cum Mauricio compelleret.

Etsi autem iuxta legem bellicam, voce Dei traditam, initio pacem & clementiam, si fidei illius se permitteret, ciuitati obtulit: tamen cum nec præsidium recipere Groningenses, nec religionem, aut Magistratum præsentem mutare, & omnia priuilegia in vrbe & in nobilitatem & agricolas vicinos sibi relinqui & confirmari vellent: oppugnatio grauior & acrior suscepta est. Castellis iusto interuallo positis, & aggere ac fossa iunctis, tota vrbs coronæ instar cincta. Deictæ vi tormentorum aliquot eminentiores portæ, & quæ à Dominis, & quæ ab oriente nomen habet. excitati aggeres celsi, ex quibus machinarum ictus, supra vrbis munitiones vibrari in loca vrbis frequentiora poterant. acti cuniculi sub fossis & mœnibus in propugnaculum quoddam vrbis munitissimum (ædificatum eo loco, vbi arcem dux Albanus struere cœperat) & subiecto ac incenso puluere pyrio euersum, vnà necatis ducentis ciuibus, qui in eo excubuerant. Ita patefacto in vrbem per disiecti propugnaculi ruinas aditu, ciues consternati, cum duos iam menses obsidionem toleraissent, tandem inter se dissidentes, desperata defensione, Hispanum, à quo non defenderentur, deserere, & comiti Mauricio & cæteris vnitæ Hollandiæ & Frisiæ ordinibus se adiungere decreuerunt. Deditione igitur, pridie Margaritæ facta, biduo post emissis ex vrbe militibus præsidiarijs circiter 500. quos Iesuitæ & monachi aliquot & sacrificuli comitabantur; sex cohortes peditum Nassauiorum, & duas turmas equitum in vrbem receperunt. Quos secuti ante vesperam

Comites

Comites Mauricius & VVilelmus, perlustrato vallo & munitionibus vrbis, ante noctem in castra regressi sunt. Postridie reuersi, Articulos Pacis seu Transactionis initæ executioni dare incipiunt: ex quibus præcipui fuerunt, vt præcedentium offensionum & iniuriarum ac damnorum in bello vtrinque acceptorum ἀμνηστία sit. Senatus & ciues Groningenses promittant, se generalibus Belgici ordinibus vnitis velle fideles esse, & fauere, & cum cæteris prouincijs fœdus & amicitiam colere, & vbi opus erit, ad pellendos Hispanos, fidem & auxilia præstare, Priuilegia & iura sua retinebunt. In deliberationibus publicis statuum generalium & suffragijs ferendis, Groningenses acquiescent in eo, quod status generales, causa cognita, statuent. VVilelmum Ludoicum comitem Nassaënsem, præfectum & gubernatorem supremum agnoscent. Controuersiæ autem inter vrbem & vicinos agrarios exortæ vel exorituræ, à statibus generalibus vel eorum commissarijs decidentur. Reformatæ Religionis exercitium, in vrbe & agro Groningensi, solum vigebit: ita tamen vt nullius conscientiæ vis aut coactio adferatur. Monachi & sacrificuli in vrbe manebunt, si volent, & bonis suis fruentur, donec generales status aliud ordinent. Vt honori & securitati Generalitatis, & pacis in vrbe, consulatur, & discordiæ ac rixæ inter ciues, & aliæ confusiones vitentur: quinq; aut sex cohortes militum, Statibus seruientium, in vrbem receptas, ciues alent, donec communi Gubernatoris, ciuitatis, & prouinciæ consensu aliæ rationes alendi præsidium tolerabiliores inueniantur. De reficiendis munitionibus & muris in oppugnatione dirutis, generales status cognoscent. Ad communes sumptus vnitæ Reipublicæ Belgicæ, Groningenses quoque, pari ratione cum cæteris prouincijs contribuent. Exules omnes, etiam legati in aula Bruxellensi desidentes, integrè in sua bona, non alienata, restituentur. Ciues captiui tempore obsidionis, statim liberi erunt. Gubernatio ciuitatis penes Senatum manebit. Senatus autem & ciues iurati, à comite Ludoico præside, cum generalium statuum consilio, hac vice eligentur, & generalibus statibus Iuramentum fidelitatis, exemplo aliarum ciuitatum reductarum præstabunt, nec sine illorum consensu Dominum mutabunt, nec Castello seu arce in vrbe onerabuntur. Commeatum, puluerem pyrium, arma, nomine regis Hispaniæ in vrbem illata, præsidi vrbis præsenti cedent. Regis autem Hispaniæ milites ex vrbe Groninga statim discedent. His igitur conditionibus Groningâ receptâ, tum cæteræ statim præstari cœptæ; tum verò ecclesiæ in vrbe & agro, ad reformatæ quam vocant Religionis normam institutæ sunt. M.D.XCIV 15. Iulij.

Dignum etiam annotatu duxi, Ordines Hollandiæ & coniunctarum Belgici prouinciarum, hac æstate, quatuor nauium classem, peritis Gubernatoribus & armis instructam, versus boream, & ortum emisisse, vt relicta ad dexteram Norvvegia, Moscouia & Tattaria, transitum ad Sinas seu regnum Chinæ, Indos, & Moluccas insulas, commodum perueſtigarent. Hi, vltra Condoram & Obdoram continentis regiones, ad nouam Semblam & VVigatz insulas progressi, & angustias freti, quinque milliaria longi, vnum lati, penetrantes, ad Oby fl. qui Tattariæ limes est, peruenerunt. Fretum illud, Nassauium indigetarunt: ex Insulis, vni Hollandiæ, alij Enchusæ, alijs alia nomina indiderunt. Cumque hac æstate redire iussi fuissent, retrò vela legerunt, sequenti anno, comitatu ampliore, idem iter in Indias vsque Deo volente continuaturi. Sperant enim, aromatum & aliarum merciùm orientalium negociationem, ex qua tantum lucri Hispano accedit, aliâ viâ per Arctoum mare, in Belgicum & cæteras Europæ prouincias, se auersuros esse.

AD bellum aduersus Turcas, superiori anno inchoatum in Vngaria continuandum, aliquot equitum millia, ex his Saxonicis & alijs gentibus, initio anni à Cæsare conducta sunt, ac inter cæteros, Franciscus dux Saxoniæ, Laoburgi sedem habens, Francisci filius, solus bis mille: Augustus dux Brunsv. & Luneb. VVilelmi filius, mille; VVigandus Molzan, eques Megapolitanus, Theodorici filius, mille equites ducebant, qui mense Aprili, in Morauia, partim ad Iulij montem (Olmuntz vulgò) partim ad Pyrenen seu Prynnam lustrati, inde in Vngariam, ad Strigonij obsidio-

M.D.XCIV obsidionem, mense exeunte, profecti sunt. Sed antequam hi appellerent, prior exercitus, qui superiore autumno, duce Christophoro à Teuffenbach, barone Stiriaco, citerioris Vngariæ præfecto supremo, multa præclarè gesserat, accedente tum archiduce Matthia, Cæsaris Rodolphi fratre & legato, Nouogradum mense Martio deditione occupauerat. Nec quidquam deinceps, hoc anno, felicius & memoratu dignius, pro Republica nominis Christiani, in præsenti bello, excepta Gommorhæ defensione, actum est.

10. Mart.

Nam cùm ad Strigonium, vltra duos menses, equitum tot millia, & tres legiones peditum, desedissent: immensa pulueris pyrij copia, tormentorum iactibus profusa, & pedites, lanienæ Turcarum, acerrimè arcem & oppida arci subiecta defendentium, oppugnationibus quater repetitis, obiecti sunt. Qui semper fœdè repulsi, & multi crudeliter interfecti: pleriq; alij morbis ex victu inconuenienti contractis perierunt. Etsi enim omnium rerum ad victum pertinentium summa in castris copia venalis erat: tamen cum stipendia rariùs soluerentur, & soluta minus frugaliter collocata, improuidè statim profunderentur: pecunia & panibus pleriq; destituti, fortiter postea esuriebant, ac exhaustis viribus, lenta tabe miserabiliter animam exhalabant. Cùm autem nouæ peditum copiæ iam conductæ accederent, ecce à captiuo quodam Turca, comiti Ferdinando ab Hardec, supremo archiducis Matthiæ consiliario bellico & totius exercitus equitum magistro, nunciatur, Sinamum Bassam maximis instructum copijs, soluturum obsidionem, Budam iam peruenisse. Quo incerto & tunc quidem adhuc falso rumore, bellici consiliarij, Matthiæ adiuncti, suadent, mouenda ex loco minùs tuto castra, & in aduersam Danubij ripam transferenda esse. Quod cùm ab archiduce & Senatu illius bellico, in quo Ferdinandus comes ab Hardec, Nicolaus Palfy Vngarus, Dauid Vngnad Stirius, præcipui erant, decretum esset; Germanorum etiam equitum ducibus, Francisco duci Saxoniæ Laoburgensi, Augusto duci Brunsuic. & Luneburg. Sebastiano comiti in Slik, VVigando Molzan Megapolitano, Ernesto ab Alden, Henrico Pful & cæteris, sententiam suam archidux per Dauidem Vngnadium exponit. Hi re diliberata respondent: Mirari se, & magnopere dolere, obsidionem Granensem, quæ tanti hactenus Imperatori constiterit, dum propinquæ deditionis spes sit, tanta facilitate deseri. Orare autem se reuerenter, vt archidux & Senatores bellici considerent, etiamsi sumptus immensi hactenus profusi fortè obliuioni tradi queant; tamen deplorandum fore, si castellum & pars vrbis occupata, per quam omnis ab eo latere arcis Granensis (in qua capienda omnis post Deum spes salutaris exitus huius belli sita esset) defensio præcideretur, hosti rursum tradatur. Deinde præcipiti hac desertione obsidionis, hostes languefactos confirmari, & consternatos iterum recreari, ac lætos & alacres redditos, à nobis ipsis, ad miserorum Christianorum perniciem inuitari. Persam, qui hactenus à nostris ceruicibus Turcos auertisset, hac intempestiua discessione audita, pacem denuò cum Turcis facturum. Transyluanos, Moscos, Polonos, qui hactenus à nostra parte fuissent, defecturos esse. Nec Cæsareæ Maiestati, & toti Imperio, si illis non præscientibus, à Strigonio discederent, se excusare posse. Ciuitates etiam Imperij in contribuendis belli sumptibus segniores fore. Mirari etiam equitum præfectos, nunc primum de re tanta ipsorum consilium expeti, cùm ante aliquot dies, ipsis inscijs, iam decretum, & machinæ ex castello & alijs locis abductæ, & omnia ad discessum ordinata fuerint. Itaque hæc omnia suo loco se relinquere, & archiducis imperio, cui Cæsareæ Maiestatis literis conducti parêre iussi sint, se obtemperaturos esse. Sed palàm & solenniter se testari, hanc desertionem obsidionis Granensis, se nec præscientibus, nec volentibus, susceptam; & se deinceps, coram Deo, & Cæsarea Maiestate & toto Romano Imperio, & vniuersis ac singulis, omni culpa liberos, ac excusatos esse.

15. Iunij.

At eadem vespera adhuc, schedæ, in quibus ordo discessus præscriptus erat, ducibus à summo equitum magistro, quem Marscalcum campi appellant, comite Hardeco, missæ sunt. Ac postridie, præter omnem reliqui orbis Christiani spem

ac ex-

ac expectationem, obsidione soluta, & tormentis subductis, & prioribus castris de- M.D.XCIV
sertis, Danubium ponte nauali stratum equites ac pedites transeunt, & ad castellum Kokern, denuò ociosi desident. Interea desertum ab illis Strigonij suburbium, & castellum in monte S. Thomæ, multo virorum fortium sanguine partum; Turci ex arce & vrbe, erectis vexillis, triumphantes ingressi recuperant, & con- 18. Iunij.
silia hostium mirantur.

Sequenti mense demum, Sinam Bassa, cum Turcicis & Tataricis copijs, ad meridionalem Danubij ripam ascendens, Tatam, duobus à Gomorrha miliaribus, expugnat. 13. Iulij.
Inde S. Martini montem, Rabâ eodem interuallo distantem capit, & RABAM, propugnaculum orbis Christiani firmissimum in ea Vngariæ ora, ad Arabonem fl. obsidet. 20. Iulij.
Christianorum exercitus, in opposita Danubij ripa, propè Gomorrham seu Comarum, in Scythiam insulam, vndiq; Danubij brachijs cinctam, traijcit, & Rabæ, ab ea parte, qua Danubio iungitur, assidet. Sinamus Bassa ab altera parte obsidionem vrgens, & munitiones & machinas suas, ad fossas ferè vrbis promouens, acerrime vrbem oppugnabat. Sæpe etiam in aduersam Danubij ripam Ianizaros & Tataros transmittere & tranatare iubet, vt Castellum à nostris, in ripa Danubij, ad impediendam pontis nauales à Turcis tentatam constructionem, excitatum occupent, & crebris velitationibus ac prælijs minutis nostros lacessant. Mense Augusto cùm iam tenerent castellum Turci, virtute Italo- 5. Augusti nostri.
rum præcipuè militum, quos Iohannes Medices ducebat, rursus eiecti, & in Danubium profluentem pulsi sunt. Nihilominus tamen, singulari animi fortitudine & constantia, etsi sæpius infeliciter Sinamo, illæ in Scythiam irruptiones cesserant: tamen non ante destitit, quàm voti tandem compos, diffugientibus ex castello præsidiarijs, factus est. quod, cùm tardius nostri ad repellendum hostem ex castris procederent, ita muniuit & instruxit, vt tormentis nostrorum in castello inuentis, aduersus nostros directis, appropinquantes reiecerit. Cumque nox interueniens eos diremisset, dum nostri in castra equis pabulum daturi redeunt, Turci tota nocte vigilantes & alacres, magno labore ac industria, pontem naualem iunxerunt, & copias ampliores traducunt. Quas postridie equites nostri depulsuri, languidius hostem eminus sclopetis petebant, & Panico terrore consternati, relicto hoste, Aldeburgam versus profectionem fugæ similem, hoste tum à 29. Augusti.
castello pridie occupato non discedente, instituunt. Sequuntur eadem die currus militares, equitum pecuniam, torques, vestes, & cætera bona vehentes, qui à Turcis plerique intercepti, in hostium potestatem venerunt. Archidux Matthias & cæteri equitum præfecti, tota Vngaria relicta, in Austriæ fines, Brugas ad Leitam, accesserunt, vbi maiores copias, quæ ex Boëmia & vicinis gentibus iam aduentarent, se expectaturos ostendebant.

Interea Transyluaniæ Princeps, Sigismundus Bathori, Christophori filius, superiori mense, conuocatis Albam Iuliam Transyluaniæ ordinibus, quam diu iam animo agitauerat, & cum proceribus præcipuis, grauissimè eam dissuadentibus, antè deliberauerat; defectionem à Turcis, & societatem cum Romano Imperatore, bellum aduersus Turcas apertum gerente; publico decreto sancit & promulgat, & Baldasarem Bathori, Andreæ filium, patruelem suum in custodiam dari iubet. Hunc enim proceres quidam, institutum Principis improbantes, & toti patriæ, ac ipsis præcipuè, exitiosum fore iudicantes, missis Constantinopolin legatis, Principem constitui loco Sigismundi petiuerant. Hos comprehensos, partim velut Principis sui & patriæ proditores, supplicio afficit; partim captos detinet. Ipse, adiunctis, qui ab Alba Græca ad Transyluaniæ fines vsque à Turcis defecerant, Rascijs, quantum potest incommodi Turcis adfert, & Temesvvarum, à fl. alluente dictum, Bassæ Turcici in ea Vngariæ parte sedem, eminus obsidet.

Sinamus Bassa, occupatis in Scythia castris, Christianorum fuga desertis, RABAM vndiquaque cinctam, ne quis ingredi aut egredi absque periculo posset, aliquoties acriter oppugnat, donec tandem, duobus propugnaculis, per cuniculos,

D.M.XCIV. niculos, vt ſcribunt, puluere pyrio ſubiecto, diſiectis: Ferdinandus comes ab Hardec, qui cum 6000. militum præſidio, vrbi præerat, deſperata defenſione, communicato cum cæteris militum præfectis conſilio, ad Sinamum Baſſam legatos de deditione mittit, & incolumitatem corporum & fortunarum pactus, propugnaculum illud orbis Chriſtiani munitiſſimum, quod annuo commeatu & rebus omnibus ad defenſionem neceſſarijs inſtructiſſimum ferebatur, vnà cum omni apparatu bellico in vrbe relicto, Turcis, die Michaëlis Gregoriani: 19. Septemb. Iuliani tradidit. In vrbe dedita, Sinamus munitiones labefactatas paſſim refecit, foſſas ampliauit, Templum Cathedrale humo expleuit, & machinas ſupra illud diſpoſuit, ac relicto Rabæ præſidio 4000. Ianizarorum, & 2000. equitum, ad Gomorrhæ obſidionem acceſſit. Pappam, miſſis Tataris, dedi popoſcit; quam arcem & oppidum noſtri ſequenti ſtatim nocte incenſum deſeruerunt. Gomorrham Sinamus Baſſa, ex caſtello ad vlteriorem Danubij ripam verſus Tattam excitato, tormentis trans flumen petebat. Beglerbegum verò Græciæ, cum cæteris copijs, in Scythiam miſit, vt à terra eam acerrimè oppugnaret. Sed virtute ac fide Eraſmi PRAVN præfecti & præſidiariorum, fortiſſimè arx defenſa eſt, donec 14. noſtri Octobris, Turcis, per erumpentes in eorum caſtra præſidiarios, à tergo cæſis, &, ſuffoſſione propugnaculi à Turcis inſtituta, per noſtros impedita; Turci obſidionem ſoluerunt. Archidux Matthias, relictis Brugis ad Leittam, Poſonium profectus erat, vbi Boëmicæ copiæ equitum circiter 3000. & peditum 15000. cum illo coniunctæ, in Scythiam tranſgreſſæ, Gomorrham verſus iam obſidione liberatam, iuerunt. Ferdinandus comes ab Hardec, quem antea, edictis publicè affixis, Cæſar ipſe innocentem à crimine proditionis declararat, nunc tandem Viennæ, in cuſtodiam, decimo poſt deditam Rabam die, datus eſt.

Tatari, ex Sinami Baſſæ caſtris digreſſi, ad Granum tranſito Danubio, reditum in patriam, per ſuperiorem Vngariam, & Tranſyluaniæ ac Moldauiæ fines ante hyemem inſtituebant. Tranſyluanus tum Temeſvvarum obſidens, Tatarorum aduentu cognito, vt à ſuis eos finibus auerteret, relicto Temeſvvaro, in Tranſyluaniam redijt.

Tatari, cùm per VValachiam & Tranſyluaniam tranſitu prohiberentur, direptis & crematis Vngariæ ſuperioris, circa Tocaium & alibi, pagis plurimis, & hominibus in triſtem ſeruitutem abductis; retrò iter ad Danubium flexerunt, quem ad Strigonium rurſus tranſgreſſi, VVeſprinni, Pappæ & finitimis Rabæ locis hybernare, ac ex vicinis Chriſtianorum pagis, quos, ad fines Auſtriæ & Meinerſdorfium vſq;, peruagati eſſe, & commeatum ſibi comparare, nunciantur. Digreſſis Tataris, Michaël Horvvat, Tranſyluani capitaneus, Turcarum aliquot millibus, quæ in VValachia inferiore hyemare Sinam Baſſa iuſſerat, profligatis ac cæſis, totam Tranſalpinam occupaſſe, & ad Danubium vſque pro-
16. Nouemb. greſſus eſſe, à Sigiſmundo principe Tranſyluaniæ ipſo, ad Cæſaris duces vicinos, Valentinum Præpoſtvvarum & alios ſcribitur.

Interea Mahomet, Græciæ Beglerbegus, Sinami Baſſæ filius, ad Ferdinandum comitem ab Hardec, de pace reſtituenda literas mittit, eumque hortatur, vt ſui Imperatoris animum ad pacis conſilia flectat. Idem ſibi, apud patrem Sinamum Baſſam, & Turcicum Imperatorem, curæ fore. Sed re à noſtris deliberata, viſum eſt, fraudulento & perfido hoſti, promiſſa non ſeruanti, & pacis prætextu ſua commoda quærenti, fidem non habendam, nec præſentem cum Tranſyluano, Moldauo, & alijs, Turcam oppugnantibus, ſocia arma iungendi occaſionem, negligendam eſſe.

Cùm autem triſtior expectatione, tot propugnaculis Chriſtianorum, RABA, Pappa, VVeſprinno, Palata, Totes, ferè in conſpectu noſtri exercitus amiſſis, & Strigonio à noſtris deſerto, expeditionis hoc anno aduerſus Turcas ſuſceptæ exitus fuerit: Deum æternum ardentibus votis precemur, vt propter gloriam nomi-

nominis sui, ac ecclesiæ salutem, iustissimas impietatis & scelerum nostrorum, impiæ securitatis, superbiæ, & luxus pœnas, clementer mitiget, & opem ac salutem ipse nobis ferat, ne fortè dicant in gentibus, vbi est Deus eorum? In humanis enim auxilijs, parum esse præsidij, iam diu experimur. M.D.XCIV.

Dum in Vngaria exercitus Christiani Strigonio assident: Rodolphus Cæsar, comitia Imperij Germanici Ratisbonæ habens: auxilia ad bellum Turcicum, ac inprimis vim pecuniæ ingentem flagitat. Quæ sanè amplior, quàm vlli vnquam antea Cæsari, ab ordinibus Germaniæ addicta est. Cùm enim antiquitus, ad Romanam expeditionem, ab Imperatoribus, Coronæ à Pontifice accipiendæ gratia, Romam suscipi solitam (quæ tamen iam 142. annos intermissa est) singuli Imperij status, certum equitum & peditum numerum, vel æstimationem pecuniæ, qua illi alerentur, singulis mensibus conferrent; quæ coaceruata, circiter 64. millia aureorum, ἐς πλάτη vno mense conficere adfirmatur: In his comitijs, 80. menses, se, intra sexennium, contributuros, Principes & ciuitates polliciti sunt. atq; hæc præcipua huius conuentus actio fuit. De Iudicio Cameræ enim, de Moneta, de Matricula Imperij reformanda, etsi quædam decreto comitiali inserta, pleraque tamen, ad deputatos sequenti anno Spiræ conuenturos, reiecta sunt. 1094.

Franciscus, Saxoniæ dux, antequam in Vngariam profectionem institueret, sororis filio, secum eo tempore versanti, Adamo VVenceslao, Duci in Silesia Teschinensi, ELISABETHAM, illustrissimi & optimi Principis GOTHARDI in Liuonia Curlandiæ & Semigalliæ Ducis primi, & laudatissimæ Heroinæ ANNAE, sororis Vlrici ducis Megapolitani (apud quem auunculum eo tempore Elisabetha viuebat) filiam, in matrimonium despondit.

Cum autem, DVCVM TESCHINENSIVM, in extremis Silesiæ superioris, Morauiæ, Poloniæ & Vngariæ finibus, sedes habentium, familia vetusta, nobilissimâ antiquorum Poloniæ Regum stirpe orta, in Arctoo hoc orbe, minus multis nota sit: Seriem illius adscribam.

BOLESLAVS victorioſus Rex Poloniæ, 36. annis. ⊕ 1139.

VLADISLAVS, Henrici V. Imp. gener, Monarchiam affectans, à fratribus pellitur 1145. SILESIAM transactione retinuit, ⊕ 1159.	BOLESLAVS Crispus, Masouiæ, ⊕ 1273.	Miecislaus, maioris Poloniæ, ⊕ 1202.	Henricus Lublini.	CASIMIRVS, Sendomiriæ & tandem Masouiæ, ⊕ 1194.

BOLESLAVS Procerus, stirps Ducum Silesiæ, Vratislauiensium, Lignicensium, & Sagani.	MIECISLAVS, Dux Silesiæ superioris, in Teschen, Oppeln, Ratibor, ⊕ 1211. CASIMIRVS ⊕ 1234.	CONRADVS dux Glogouiæ & Sagæ.

MIECISLAVS, ⊕ 1246. ἄπαις.	VLADISLAVS, ⊕ 1272.

VLADISLAVS, dux Oppoliæ & Teschæ. CASIMIRVS.	IACOBVS in Ratibor.

CASIMIRVS dux Teschæ.

CASIMIRVS, subiecit se cum cæteris Silesiæ principibus Regis Bohemiæ 1327.	IOANNES, in Auschwitz, cuius linea ad abnepotes peruenit.

PRIMISLAVS, ⊕ 1407.	SEMOVITVS.

BOLESLAVS ⊕ 1433.	PRIMISLAVS.

Ferinelli et Bolellaye Vlaviæ Wenceslai
1477. 1496. Lavi. Lavi.

Hadvisæ, nupta Stephano comiti Cyperlandi. Casimiri Dux Teschæ, præfectus totius Silesiæ fere, 1538.

Barbara, nubit Sigismundo I. Regi Poloniæ 1540. Ioannes rex Vngariæ, & 1 2

Vvenceslaus Adam, posthumus, 1579. comes Sedonia, Francisci Saxoniæ Laub. & Sidoniæ fororis Augusti elect. Saxon. filii.

Adam Vvenceslaus, natus 1574. 12. Decemb. 11

Sponsus Elisabethæ Curlandicæ.

Hanc optimorum principum, Gothardi primi Curlandiæ Ducis, & Annæ Megapolitanæ: qui in coniugio pleno pietatis, concordiæ & familiaritatis, inter ceteros vtriusq; sexus liberos, filiam Elisabetham, ingenio & forma præstantem genuerunt: & Sponsi illustri Ducis Teschinensis familiæ ornationem, interse hoc loco volui, vt meritam debitamq; gratiam, hac qualicunque testimonio, Illustrissimæ Curlandiæ ducum familiæ, quæ vnum ex præcipuis inclyti Poloniæ regni membrum est, declararem.

Vt autem à Sereniſſimi Poloniæ regis Sigiſmundi, in Sueciã coronatione, ad hunc annum exoſti ſumus: ita redium illius in Poloniam heuentes addemus. Conſectis enim in Sueciã rebus, menſe Iulio, claſſem 44. nauium (quarum duodecim Danicani inſtruxerant) Stockholmiæ cum toto comitatu conſcendit, & nauigatum dierum ſpacio anfractibus illis ſeopulorum, quos ibi Scheren vulgo, latini fauces nominamus, ſuperatis, non procul ab aditu maris aperti, redantibus ventis, qui regnum imperiũ ſoli non agnoſcunt, ad vrbẽ Heldsinkiã in ancoris ſubſiſtere coactus eſt. Tandem boreæ fecundo vehementius aſpirante, intrabat duum, præcipitato curſu, in ſinum Paulcenſem, Viſtulæ oſtio vicinum deferri. in quo, ob tempeſtates & procellas maris turbulentas biduum ſubſiſtit. Inde lenius iam adflante boreæ aura ad oſtium Viſtulæ perueniit, ac in publico diuerſo rio biduum quieuit. Die Dominico ſuperiori flumine ſubuectus, per Mortiaue pontem, Danticum ingreſſus: ab epiſcopo Vladislauiense & aliis proceribus Polonis, & Senatu Danticano excipitur exceptus, ac in hoſpitium deductus eſt. Ibi coniunctis cum Senatu vrbis conſiliis ac exeubiis, & mandato publicæ proportio, quæ ad vrbis tranquillitatem, quietem & pacem tuendam erant neceſſaria, diligenter conſtituit. Tandem initio Septembris, omnia in vrbe lata, pacata & tranquilla reliquiſſes, Poſnaniam & Cracouiam verſus profectionem ſuſcepit, & octauis Regni, exeunte anno ſexcentenario Cracouiæ indixit.

80. Augu.

In ſuperiore Germania, Ex ſeſſus Fridericus marchio Badenſis, Caroli Illustris, exeunte Nouembri, ſuperiorem Marchiam Badenſem, à ſylua Hercinia ad Rhenum pertinentem, quæ fobrino illius, Eduardo Fortunato, Chriſtophori filio, parebat: reuentea cum præcipuorum opidorum conſulibus conuentionem, & mutuis nodis ad expidia, Badenam vbi fedes Principis, tunc adeuntis, & thermæ feruentes admodum celebres ſunt) Ettelingam (Francisci Irenici patrimonij) Cuppenheim, Stollhouen, Raſtaum & alia, militibus mox inermibus fine vlla clade & ſanguine occupatis & capte poſſeſſionis, quæ cum legibus pacis publicæ pugnare videbatur, excuſationem præſtridè ad Imp. perferebat, cuius fundamentum eſt Tranſactio, inter Eneſtinum, Ernestum, & Chriſtophori, patris Eduardi, tutores, anno 1575. inita: quæ vtriq; parti permittit, ſi ob alterius aut alienum non diſſolutum alteri detrimentum infigne adferatur, alterius pos-ſeſſionem aliquot tantiſpa tenere, ſiquæ fui, donec plane ipſi de damno ſatisfactum.

19. Nou.

factum sit. Erat enim æs alienum, toti prouinciæ incumbens, à præsentium Marchionum proauo relictum, cuius mediam partem filij, præsentium marchionum aui, Bernhardus & Ernestus, ditionem diuidentes, singuli absq; alterius onere & detrimento se soluturos receperant. Itaque cùm ob Eduardi Fortunati debita, & pensiones aliquot annis non solutas, sibi ac subditis suis, damna dentur & detrimenta multiplicia; se necessario, iure suo, in Transactione illa sibi permisso, vsum esse. M.D. XCIV.

CHRISTOPHORVS, marchio Badensis solus vniuersam ditionem tenuit, ⊕1527.

BERNARDVS, Gubernator Lucelburgi ⊕1536. — ERNESTVS.

PHILIBERTUS, ⊕1569. in Gallia. — CHRISTOPHORVS, ex Cecilia Gustaui Sueciæ regis filia. — CAROLVS. — BERNARDVS.

PHILIPPVS, ⊕1588. — IACOBA, Io. VVilelmi Iuliacensis vxor. — EDVARDVS Fortunatus zu Baden. — ERNESTVS Fridericus, zu Durlach vnd Pforzheim. — GEORGIVS Fridericus.

Eripuit etiam hic annus Reipublicæ aliquot præstantes viros, ac in his, Daniæ Regno, illustrem Heroëm, NICOLAUM KAAS Cancellarium, & inter quatuor (Christiano IIII. rege pupillo) regiminis consiliarios, primum: nobilissimo genere & ingenio, sapientia, virtute, doctrina, moderatione & beneficentia erga literas & homines literatos clarissimum: cui, de me, & multis scholasticis, Danis & Germanis, à me commendatis, benè merito, fidelem animi grati memoriam perpetuam me debere profiteor. ⊕ 29. Iunij.

Decessit etiàin hac Megapolitana ditione, vir latinæ & græcæ linguæ cognitione, & purè ac eleganter latinè scribendi solutam & ligatam orationem facultate eximia ornatus ANDREAS Mylius, Illustrissimi principis Iohannis Alberti initiò studiorum moderator, deinde Consiliarius ipsius & filiorum. cuius, cùm in hanc Academiam primùm venissem, aliquot annos beneuolentia, & patrocinium fidele, & merita erga me eximia fuerunt. pro quibus gratiam illi debitam memori mente persoluo. 30. Aprił.

In Francofordiensi verò ad Viadrum Academia, vir modestissimus & doctissimus Christophorus Cornerus, Theologiæ Doctor, & Ecclesiarum Marchiæ Superintendens generalis, in cœlestem Academiam evocatus est; anno ætatis 76. Oriundus Fagis Franconiæ oppido, 1518. Francofordiam ad Conradum VVimpinam cognatum suum venit anno 1533. ætatis 15. Docere in Academia cœpit circa 1540. ac 54. annos profitendi munus continuauit. Huius non solùm Theologica scripta, verùm etiam Philosophica, & in nobile illud prioris Analytici περὶ ἀποδείξεως προβλήματων caput, enarratio erudita extat.

Extremis anni diebus, profligatæ & Vesanæ audaciæ facinus, Lutetiæ in Gallia scholasticus quidam Iesuitarum iuuenis patrauit. qui à præceptore suo persuasus, Regem sicâ ex improuiso petitum, interfecturus, inter principis Longauillæ comites, cursoris habitu, in cubiculum Regis irrepserat. Cumq; rex Dominam salutaturus se inclinasset: Sicarius cultro gulam regis præcidere tentans, aberrante ictu, per labrum superius in dentem impegit, qui elisus est. De sicario, qui comprehensus statim voluntatem interficiendi regis suam, & à quibus incitatus & instructus esset, apertè fatebatur, supplicium de sententia Parlamenti sumtum: & IESVITÆ Claremontani, apud quos in studijs hic adolescens vixerat, & cæteri in toto regno, intra triduum ex collegijs suis exire, & post quindecim dies toto Galliæ Regno excedere, iussi sunt. Miseram sanè proximorum Galliæ regum vitæ conditionem, quæ totics sicariorum & latronum telis ac venenis petita est.

Rᵉ Nobili & Magnifico Domino

IOANNI GEORGIO VVERDEN-STEIN, INCLYTI BOIORVM DVCIS CONSILIARIO, Canonico Augustano & Eichstettensi, patrono suo.

BEo tempore, quo in hanc literis Baltheis Academiam, ante quadraginta fepem annos, ad docendum vocatus, venit; feruati hinc mortem, vt singulis annis, Principum, qui Augustæ his gentibus præfuerunt, & præcipuarum mutationum, ac rerum in Saxonia, & vicinis gestarum, nobis notis, actarum; ferem breuiter annotarem. Semper enim his, qui studijs doctrinæ præfuerunt, simul commendata fuit confectio Annalium, & cura conseruandæ memoriæ superiorum temporū, & rerum præsentium ad posteros propagandæ, licet in populo Dei, Sacerdotibus: & Romæ, Pontificibus, rerum gestarum annotatio commissa fuit. Ex his annuerfarijs confignationibus, volumen illud Chronici Saxonicæ, quod tantopere tibi probari, & in itineribus iucundi comitis loco esse, teftaris, primò natum eft. Meritò autem, si te fapiente & laudato, summarij autoritatis vtro, hunc laborem laudari lector. tibiq; vir Magnifice, *τοφαλλανίαν* Chronici ad præsens vsq; tempus desiderantes; libenti animo gratificor, & anni 1595. ftrium sequentium confignationem breuem, vt petis, mitto. & DEVM, vt M. T. incolumem & florentem feruet, & nos lingulos doceat, & gubernet ceo. Datum 30. Ianuarij, ANNO 1598.

ANNO M. D. XCV. ineunte, PAX perpetua, inter duo amplissima orbis Arctoi Regna, Saecorum & Moschorum, post stigma septem annorum bella, breuibus indaciis fubinde interpolata, singulari DEI beneficio, per legatos Sigilmundi regis Saeciæ ac Poloniæ, & Theodori magni ducis Moschouiæ, retifuit coepit. quæ 18. Maij tandem concluía eft cum arce Kexholmiæ, & omnibus cosmodis, ad illum, bello, tempore quo, pertinentibus, Sæci fe reddituros, post limites regnorum, vtrinsque patris voluntate definitos, pollicentur. Capitui vtrinque liberi dimiti, & Moschouius cum Sueciæ & Germaniæ commercia, Neuæ & Renaliæ reftituta sunt. Quæ negociationum infiauratio, ingentem omnibus his gentibus Arctois, ac ciuitatibus imprimis Hanfeaticis, & totius Balthici maris accolis, lætitiam procreauit. Cuius, eò grauior & iuftior causa fuit, quòd in reliquiis totius Europæ regnis, Galliæ, Belgium, Germaniæ, Vngariæ & Polonia, bellis & tumultibus bellorum omnia perturbabantur.

Inter Cæsarem Rodolphum & Sigismundum Bathor, Christophori filium, Transfyluaniæ principem, Moldauos & Valachos, fœdus adhuc habentem, fo-cietas & fœdus aduerfus Turcas, his conditionibus initum eft: vt coniunctis animis ac viribus, bellum, aduersus hæreditarium nominis Christiani hoftem gerant, ac neuter absque altero pacem cum Turcis faciat. Transfyluaniæ Principem, non fubditus, vt olim, fed amicus & focius regni Vngariæ, & liber princeps, nullius iurisdictioni fubiectus fit ipse, & exeo defcendentes mares. Quibus deinceps eiusdem, ad Regnum Vngariæ Transfyluania redeat, & per Gubernatorem indigenam, fuluis Prouinciæ & singulorum principū iuribus, gubernetur. In bello munus & auxilijs neceffarijs iuuent. Si quid Transfyluanus, ex Turci imperio, fuis vtilius, regionum occupabit, folus ipse iuetur, nisi ad Regnum Vngariæ antea pertinuerit.

Tunc

Tunc enim, velut feuda, à Rege Vngariæ recognoſcet. Societatem aurei Velleris, & coniugem ex domo Auſtriaca Imperator Tranſyluano addicit Caroli filiam. ac, quod Deus auertat, ſi Tranſyluanus ex ſua ditione excutietur, Imperator in ſuis prouincijs territorium & reditus ei honeſtos tribuet. M. D. XCV.

Hoc fœdere confecto, in Stiriam legatus Tranſyluani, Sephanus Pachaius, Pragâ profectus eſt: vbi, Maria Chriſtiana, Caroli Archiducis Auſtriæ filia, reginæ Poloniæ ſoror, Tranſyluano in matrimonium tradita, & legato illius, quem dixi, per epiſcopum iuncta, & in communem lectum adlocata eſt, decentibus ſponſam, Maximiliano, Maximiliani I I. & Ferdinando, Caroli filio, ſponſæ fratre, Archiducibus Auſtriæ. Biduo poſt deſponſationem, Græciâ legatus diſceſſit, quem, circa Pentecoſten, ſponſa in Tranſyluaniam, ſecuta eſt. 8. Febr. 8. Martij. 10. Martij.

Ferdinandus Archidux Auſtriæ ſenior, Ferdinandi Imp. filius, Maximiliani I I. Imp. & Caroli frater, Oeniponte, anni huius initio rebus humanis exemptus eſt: cui Rodolphus Imperator fratris filius in gubernatione ampliſſimi comitatus Tyrolenſis, & coniunctarum in Sueuia, & Rheni tractu Auſtriacarum regionum, ſucceſſit. 14. Ian. Iuliani.

Ferdinandum, proximo ſtatim Menſe, ſecutus eſt fratris filius, ERNESTVS, Archidux Auſtriæ, Cæſaris Rodolphi frater, Gubernator prouincijs Belgici recens ab Hiſpaniæ rege præfectus. qui paulò ante, euocatis Bruxellam Belgij proceribus, bellum in Gallia aduerſus Henricum Nauarræ & Galliæ regem continuandum, decreuerat. Hollandos enim, Selandos, Geldrios, Vltraiectinos, Tranſiſalanos, Friſios, & his coniunctos Belgici populos, à rege diſſidentes, & cum Angliæ & Galliæ regibus fœderatos: amica pacificatione, in comitijs Imperij proximis decreta, Regi ſuo conciliatum iri ſperabat. & iam Moguntinus & Saxo Electores, Saltzburgenſis & Palatinus Philippus Ludoicus, & ciuitates Noriberga & Colonia, ſubdelegatos ſuos, ad eam actionem profecturos, deſignarant. Quæ, inopinato Erneſti obitu, prorſus hoc tempore intermiſſa eſt. 10. Febr. Iuliani. 1594.

Erneſti mortem anteceſſit Hollandiæ ſtatuum & vnitarum prouinciarum, in diœceſin Colonienſem impreſſio bellica, quam aliquoties, ob non reſtituta Viduæ comitis Morſiani oppida & agros à marito relictos minitati fuerant. Qua incurſione, quadraginta millia Ioachimicorum, ne incendijs graſſarentur, Diœceſi illi extorſerunt. ſicut Oſnabrugenſis etiam epiſcopi ſubditis, aliquot millia, & ciuitati Suſato, quinque millia Ioachimic. expreſſerunt. Paulò ante in diœceſi Leodienſi, munitiſſimam arcem HVI ad Moſam, quatuor ſupra Leodium milliaribus, auſpicijs Henrici, Ducis Bulionei, Turoni vicecomitis, milites quidam à Staribus illi auxilio miſſi, ſtratagemate occuparunt, ruſtica veſte tectis armis, & carnem ferinam geſtantes, dominica Eſto mihi (quæ in 26. Ianuarij noſtri, 5. Februa. Gregoriani, Pontificijs hoc anno incidebat) cùm ad Miſſæ ſacrum in oppidum, pauci milites præſidiarij, Bacchanalia deinceps liberius celebraturi, ex arce deſcendiſſent: ſub ſacro ad Portam arcis accedunt, & portæ cuſtodi, Electoris Colonienſis literas, quibus ſe proximis Bacchanalium diebus, eò venturum denunciabat, exhibent. Intromiſſi, interfecto portario, arcem vacuam occupant, & dato ſocijs, ex interuallo ipſos ſecutis ac euentum ſollicitè expectantibus ſigno, accedentes in arcem recipiunt, & biduò poſt oppidum etiam deditione accipiunt. Quod tamen poſt ſex hebdomadas rurſus in epiſcopi poteſtatem venit. 11. Martij.

Eodem menſe ineunte, Amurathes I I I. Turcarum Imper. Selymi filius, Solymanni magni nepos, morte ſua Imperiũ & vitam finiuit. cui filius MAHOMET III. triginta duorum annorum iuuenis magnanimus, acer, & vegetus ſucceſſit. Qui ante quàm paterni corporis exuuias terræ mandaret, octodecim fratres, ex diuerſis concubinis natos, ſtrangulari, & cum patre honorificè in idem monumentum condi curauit. Sorores viginti ſeptem, in Seraglio viuere permiſit. Hic bellum aduerſus Chriſtianos à patre inchoatum, multò acrius & ardentiore impetu continuaturus exiſtimatur.

Itaque noſter etiam Imp. præter impenſas belli, ab ordinibus Imperij in co-

M.D. XCV. militia promissa, à singulis etiam circulis seu provinciis suppeti, certum numerum equitum & peditum extra ordinem fagitat. Quos sibi pręcipit, in hoc communi patriæ periculo, laborantes Imperatori promptis animis conatibus, ſuo ſumptu conducant. ac ſuperior Saxonia 1200. equites; inferior 800. Franconia milleequites; Suevia, 4000. pedites; Auſtriacæ regiones 1000. equites & 6000. pedites. VVeſtphalicus orbis 500. equites; 3500. pedites; Bohemi etiam, Silefij, Morani, Lufatij, præter Pontificem, Florentinum, Ferrarienſem, Mantuanum auxilia poſſe & debere confentiunt. Quæ expeditio, tantis ſumptibus & laboribus, ab Imperiperdendimus & alijs inſtituta, etiam, Diaetæ ad tanti belli adminiſtrationem idoneam: & feliciorem quam ſuperiori æſtate, & magis ſalutarem Imperio & Eccleſiæ Chriſtianæ euturn fortiatur.

Ad 2. Imperatorem Polonię Bohemiæ etiam, Februario menſe, Cracoviæ celebratis, præcipua de bello aduerſus Turcas, conſultatis cum Imperatore Rodulpho amicis & viribus getendo, fuit deliberatio. Petierat enim Imperator, vt Poloni, Turcas, communem omnium Chriſtianorum hoſtem, etiam tum hoſtem, publice flatuerent, & Sociale cum Cæſare Fœdus ederent, interim propinquos & vicino periculo, ſuſciperent, Iuſi autem Zamoſcius & alij ordines mittiri diſputabant. Pacem inter Polonię & Turcię regna hæreditarium, qua iam 75. annos religioſiſſe colitur & conſeruata eſt, Turcępro tantum violandi fœderis & cumpace fui licerat, non temere bellum non neceſſarium patrie attrahendum videri: tamen, ne Cæſari auxilia & fœdus negatum portius regnare Regni ordines videremur; oſtendunt, ſe non alienos à fœderis ratione eſſe, ſi Cæſar & primum agendum cenſere, vt ſummi quiq; Chriſtiani orbis principes, Papa, Hiſpanus, & cæteri, certo & ſtabili auxilio Turcam fordere omnes iungantur, vtq; hæc conſilia cum principibus Imperij Electoribus primum communicentur, vt non cum Cæſaretantum, ſed totius Imperij fœdus ſanciatur. Petenda tamen, ad accendam Tattarorum eruptionem, primo quidq; tempore, copias ad Polonię fines, in armis præſto fore decernunt, ac de ſumptibus belli conſtituunt, vt Iudex, to-tam Polonian paſſim magna frequentia inhabitantem, de ſingulis capitibus aureum: cæteri incolæ, vt anno 1578. ad bellum Moſchicum Stephano, contribuerunt. Eccleſiaſtici Donarium liberale, in tam pio bello & pro Religione ſuſcipiendo conferrent. Cum autem Legati Imperatoris Rodolphi, epiſcopus Olomucenſis, & VVenceslaus à Berca Baro in Duch & Leſp exercitibus tam comitijs primum adornandis nouas contentus VVarſouiæ indictus eſt, & commiſſari totius regni nomine viginti conſtituti, qui de conditionibus Indictę cum Cæſare ac Imperio faciendi, & cæteris ad bellum gerendum ſpectantibus tractarent & adcelerarent, peculiarem etiam legationem ad hæc comitia, regni Vngariæ ordines, ex conuentu Poſonienſi, auxilij petitum aduerſus Turcas, mittunt: quorum Otatones, ad Polonię regni Senatum habitæ, typis Excuſæ, extant. Sed illum præſentem cum Turcis Pacem non violandam eſſe, plerig; Poloniæ procres cenſerent; VVarſauienſis conuentus, de quo tanta ſolennitate Cracoui deliberatum erat, tandem intermiſſus eſt.

Vienna, Ferdinandus comes ab Hardec, & cæteri Rabæ & Pappæ tradiores ante tres menſes in cuſtodiam dati, hoc anno iterum demum, in indicto, cancellis ante aceum ſub dio reddit, & miſſum Ductibus iudicij affeſſoribus, publicè lecta ex ſcripto accuſatione, in hunc capitis periculum arceſſi iuſit, ac petitum, vt ſinguli, honorem, vitam, & bona hoc ſolenne amiſiſſe declarentur. Reſpondendi ſpatio reis aliquoties conceſſo, tandem 4. Februarij ad ſententiam conclauium eſt. de qua eius aliquot adiunctis à Iudicibus conſultum eſt, poſtremò ad Imperatorem Acta iudicij & deliberata remittuntur, vt illius autoritate & arbitrio ſententia publice promulganda feliceretur. qui menſe Maio demum publicata, & comitis decreti manu, & capite reſecto, executioni data eſt. Vladislao nomen iudicum.

20. Maij. Iuliani.

Exce-

Exercitui verò Christiano aduersus Turcas, in Vngaria inferiore, Imperator hoc anno, fratrem Matthiam, & legatum illi CAROLVM Mansfeldum, Petri Ernesti Gubernatoris Lucelburgensis filium, principis dignitate à Paulo ante Pragæ ornatum, præfecerat. Qui eximiæ rei militaris scientiæ ac peritiæ & fortitudinis ac solertiæ singularis specimina, in Belgicis ac Gallicis bellis à prima ætate ediderat, & in administratione iustus & seuerus erat. Is ductas Gomorrham copias, cum laurino minari Turcis videretur, subitò ad Strigonium deflexit, quod calendis Iulij Gregoriani, obsidere, Nonis, oppugnare cœpit. Erat e regione arcis Strigonienſis, in ripa Danubij boreali, situm castellum seu suburbium (quod Kokern incolæ nominant) ex quo in arcem aditus Turcis Danubio subuectis patebat. Id Nicolaus Palfy Vngarus, Mansfeldi iussu obsidens, vi tandem expugnauit 14. Iulij nostri. Secuta est victoria illustrior, cùm circiter vicies mille Turci, Buda ad liberandam obsidione arcem Granensem profecti, consilijs & virtute Caroli ab arcis aditu depulsi & profligati sunt 25. Iulij nostri. Qua obtenta, Mansfeldus Beglerbegum Anatoliæ, qui præsidio Turcico in acie præerat, virum senem & grauem ad colloquium datis obsidibus euocat, & ad deditionem arcis hortatur. Quam ille ab Imperatore Turcico suæ fidei & virtuti commendatam tueri se ad extremum spiritum decreuisse, & fidem ac obedientiam Domino suo debitam, vitæ ipsi prælaturum esse, & hanc suam voluntatem Carolo ipsi non improbari posse, ostendit. Paucis diebus post Carolus, cum Dysenteria & febri conflictari cœpit. Qua ingrauescente, etsi de medicorum consilio Gomorrham subuectus erat: statim tamen, arce Strigonij nondum capta, ex hac vita decessit. atq; hic præstantis ac peritissimi ducis, in medio cursu rerum agendarum abrepti, exitus fuit. M. D. XCV.

Familiæ seriem & cognationem cum Hercinijs Comitibus, supra indicaui.

Albertus comes ⊕ 1484. lib. 13.

ERNESTVS comes Mansfeldensis, qui Heldelungæ sedem aulæ habuit, 22. liberorum parens, ⊕ 1532.

Philippus Hugo Bruno zu Bornstett.	Ioan. Georgius Dresdæ ⊕ 1579. Agnes arch. Colon.	Petrus Ernestus, Gubernator Lucelburgensis, annum 80. superauit.	Io. Gebhardus arch. Colon. 1560.	Io. Hoierus in Artern decem liberos habuit.	Io. Albertus in Arnstein itidem decem.

CAROLVS, in Vngaria ⊕ 1595.

Fuerunt autem, ALBERTVS comes Mansfeldensis, cui Postilla sua Lutherus dedicauit; & hic Ernestus, Petri Ernesti pater; fratres paruuli.

GVNTERVS

Albertus ⊕ 1484.	Ernestus	
ERNESTVS ⊕ 1532.	GEBHARDVS ⊕ 1558.	ALBERTVS ⊕ 1560.
Petrus Ernestus.	Voiradus ⊕ 1578.	Ioannes. Carolus ⊕ 1594.
CAROLVS in Vngaria ⊕ 1595.		Ernestus Canonicus Argentinensis.

Mater Caroli Mansfeldi, fuit Margaris, Reinoldi Domini à Bredenrod filia, ex quâ Fridericus, in Italiâ nescio quo casu extinctus, & hic Carolus, & Prolyxena filia, Domino Challaunio nupta, suscepti sunt. Alter frater, PHILIPPUS Octauianus ex nouercâ Caroli, Mariâ Hornæ comitissa, Geldrense, natus est. Hæc de familia Caroli obiter inferenda duxi. Altera post obitum Caroli die, oppidũ arci Strigoniensi subiectum, quod ab aquâ nomen habet, incensum conflagrauit. Sed ob vicinitatem arcis, ex quâ machinæ in omnes oppidi plateas assiduè vibrabantur, præsidium imponi non potuit.

B duo

M. D. XCV. Biduo post, Matthias Archidux Austriæ in castra venit, qui de consilio senatus bellici, arcem Granensem, per milites Italos, Vngaros & Germanos oppugnare acriter, sed infeliciter tentauit, donec tandem, VVallonum præcipuè & Italorum virtute ac solertia, rursum promotis ad arcis mœnia munitionibus, & propugnaculo arcis occupato, præfectus Anatoliæ Beglerbegus, cum Matthia archiduce, datis vtrinque obsidibus, de conditionibus deditionis collocutus est. Dimissi autem sunt omnes præsidiarij Turcici incolumes, cum bonis quæ gestare singuli possent, 1500. milites integris adhuc viribus, 500. vulnerati ac ægri, 900. vxores & liberi. Quos, nauibus triginta impositos, & mox à Turcica classe exceptos, secundo Danubio Budam deuehi liberos permiserunt. Captæ arci Carolus marchio Burgauiæ cum suis præfectus est. Reliqui exercitus pars, VVissegradum ad Danubium, medio inter Strigonium & Budam itinere, à Turcis deditum, occupauit. Vacciam irrito conatu tentarunt. Qui ad Strigonium desidebant ruderibus arcis dirutæ repurgatis, munitiones reficere ac instaurare cœperunt, & paulò post, cæteris militibus partim dimissis, partim in hyberna vicinæ Vngariæ & Austriæ deductis; Nicolaus Palfy cum præsidio arci impositus esse scribitur. In superiore Vngaria, Equites Saxonici & alij, sub archiduco Maximiliano ferè otiosi hac æstate desederunt, nihil quod sciamus, memorabile gerentes, nisi quod exacto iam semestri, ineunte Octobri, se mouentes, Tibiscum transgressi sunt, & S. Nicolaum Sarvvasch, Bekesch castella, diffugientibus Turcis occuparunt. A Zolnoc arce illis in locis munitissima, eminus visa, & vix tentata obsidione, recesserunt.

23. Augusti nostri.

Præcipuum autem virtutis & fortitudinis bellicæ specimen, hac æstate, Sigismundus Bathor, Transyluaniæ princeps iuuenis, edidit. qui aliquoties cum præfectis Turcicis, viriliter congressus, impetum eorum retudit, & arces, Transyluaniæ vicinas, Genu, Lippam, Fochiat, Solymos & alias ad Marisium amnem, recuperauit, & tandem, Sinamum Bassam; ex VValachia Transalpina expulit: cùm Sinamus, Tergiuisium vsq;, in finibus Transalpinæ & Transyluaniæ prope Huzumezum oppidum progressus fuisset. Aduentante autem cum exercitu Sigismundo; paulatim recedens, Bucarestum in meditullio Transalpinæ, ad Dambovviz fluuium, vbi sedes Palatini VValachiæ olim fuit, regressus est. Inde quoq; fugientem insecutus Sigismundus, Girgio seu Girgovvitz arcem munitissimam à Georgio Despota olim ædificatam, & magno apparatu bellico instructam, cepit: Sinamo Bassa trans Danubij pontem à se recens extructum fugiente, & iuga illius rumpente, ne persequi eum Transyluanus posset.

In Moldauia verò (quam à flumine mediam intersecante ita nominant) seu VValachiâ superiore (ad occasum, Transyluaniæ; ad Boream, Poloniæ, ad Tyram fluuium finitima; atq; inde ad Danubij ostia porrecta) præerat hoc tempore Transyluani auspicijs, STEPHANVS RIZVVANUS VVeiuoda. Transyluano enim anno superiore, iugum Turcicum excutiente, vicinæ etiam prouinciæ, libertatis studio accensæ, se Transyluano coniungebant. Cumq; Aaron Moldauiæ præfectus, suspectæ & dubiæ fidei homo, à prouincialibus Stephano duce captus, Pragam missus esset; aliquantisper ibi neglectus desedit. Transyluanus verò, Stephanum, quem dixi Moldauiæ impositum, socium & amicum habebat. Qui prouinciam gubernans, Turcos tantùm & Tataros hostes se habere existimabat. Promiserat enim Romano Pontifici, rex Poloniæ, etsi petitam societatem belli aduersus Turcas, cum Cæsare & Transyluano inire eo tempore, fœderibus antiquis impeditus nequiret: nihil tamen eorum rebus se incommodaturum esse.

Cum verò Transyluanus aduersus Sinamum Bassam in VValachiam inferiorem maximis cum copijs redeuntem, ineunte Octobri expeditionem susciperet; ecce præter omnem, Pontificis, Cæsaris, & aliorum principum Christianorum expectationem, Regni Poloniæ exercituum Dux ex Podolia, Tyram fl. traijcit, Cochzin munitionem occupat. Inde Sozinam, Moldauiæ metropolim (quam Stephanus præfectus Transyluano amicus præter omnem opinionem ac expectationem oppressus, ante biduum deseruerat) petit, & cum totâ ferè Moldauia, deditione

ditione occupat. Eiq; nouum, VVeiuodam, Regis Poloniæ auſpicijs, Ieremiam quendam præficit. quem Imperatori Turcico, tributum annuum, vt priores ſoliti erant, depenſurum, & nihil aduerſus eum hoſtile vnquam acturum; ab Imperatore Turcico comprobari petit. Venit paulò poſt in Moldauiam cum exercitu Tatarorum Imperator, à Turcâ miſſus, cum quo leuibus aliquot velitationibus congreſſi Poloni, inſtituta collocutione pacem faciunt. Cuius conditiones, ex literis magni Chami Tatarorum ad Poloniæ regem; dilucidius ferè, quàm ex articulis, qui vulgò circumferuntur, cognoſci poſſunt. Exeunte anno demum, Stephanus Tranſyluani præfectus, qui fugâ ſibi ante conſuluerat, adiuncto ipſi à Tranſyluano exercitu 25000. hominum, Moldauiam repetens, recuperare conatur. ſed à Polonis, quamuis fortiſſimè dimicaret, ſuperatus & captus eſt. cuius cladis nuncius, 23. Decemb. Albam Iuliam primùm delatus, magnum Tranſyluano principi & proceribus mœrorem & luctum attulit. M. D.XCV.

Sed ante hanc cladem, Romanus Pontifex, cum primùm de Moldauiâ per Polonos occupatâ, & nouo VVeiuoda, aduerſus Tranſyluanum conſtituto, & communicatis à duce Polono, cum Turca & Tataro conſilijs, accepiſſet: grauiſſimam Admonitionem ad Poloniæ regem inſtituit, quâ dolorem ſuum de his actionibus Poloni, aduerſus fortiſſimum Tranſyluaniæ principem, tanto cum ardore & zelo, pro fide Chriſti aduerſus Turcas propugnantem, & Rudolphi Imperatoris ſocium & adfinem, & ipſius Poloniæ regis ſororium, ſuſceptis, ingentem & acerbum declarat: ac vt ſe ad magis pia & humana, pacis & concordiæ cum Tranſyluano tuendæ, conſilia, Rex Poloniæ referat, hortatur: & in ea conficienda ſtudium & fidem ſuam defert.

Eodem argumento, ad Iohannem Zamoſcium, Regni Cancellarium, ac exercituum ducem ſcribit. Qui grauiſſimâ reſponſione, nihil ſe contra Chriſtianorum Principum, ac ipſius Tranſyluani commoda egiſſe oſtendit, & ſuſpiciones de ſe Pontifici inſtillatas refellit.

In GALLIA, Henricus IV. Franciæ & Nauarræ rex, publico edicto, de Hiſpaniæ regis hoſtili in Galliam animo, & diffidijs, æmulationibus ac bellis inteſtinis, ad regni perniciem ac euerſionem ſpectantibus, in Gallia, prætextu Religionis per Hiſpanum excitatis, & inſidijs vitæ regis, nuper etiam per Ieſuitas ſtructis, grauiſſimè conquerens: Cameracenſes quoq;, in tutelam Galliæ regis nuper receptos, acerbiſſimo Hiſpani odio & armis infeſtari memorans: Bellum aduerſus Hiſpanos, terra mariq́ue apertum, denunciat, & in finibus omnium prouinciarum; ad tubæ ſonum proponi ac exclamari iuſſit. ac ipſe Lugdunum, ad pacandam eius vrbis viciniam, & Hiſpani copias, ex regno Neapolitano & Mediolano per Sabaudiam ductas, à Gallia depellendas, profecturus, Lugduno & Pariſijs ſignificatur.

Hiſpanus viciſſim, in Brabantia, & Atrebati, Valenceenis, bellum aduerſus Biarnenſem principem, qui ſe Franciæ & Nauarræ regem auſu temerario nominet, pronunciari iuſſit. ac ex diuerſis locis eum oppugnat; in Prouincia; Delphinatu: agro Lugdunenſi: in Burgundia, (vbi Amyralis Caſtiliæ & Mainius à Nauarræo profligati, Diuionem Burgundiæ metropolin amiſerunt, quæ menſe Iunio regi tradita eſt) in Britannia citeriore: inprimis verò in Belgici & Picardiæ finibus, vbi poſt mortem Erneſti, Vicegubernator Belgici, comes Fonteius, initiò oppidum Caſtelet, prope Cameracum, deditione; deinde Clerij arcem propè Peronam: poſtea Dorlanum Picardiæ, exeunte Iulio, vi expugnat, in qua clade, multi nobiles Galli, & in his, Villarſius Amyralis Galliæ & Gubernator Rhotomagenſis deſiderati ſunt. Menſe Auguſto tandem, CAMERACVM vrbem & arcem munitiſſimam, (quæ Viennæ & Iaurino non multum concedere exiſtimatur) Comes Fonteius ſummis viribus obſidet, ſumptus belli liberaliter conferentibus vicinis Hannoniæ & Arteſiæ ciuitatibus Belgicis, quas perpetuis excurſionibus Balignæus, præſidij Cameracenſis præfectus, afflixerat, & itinera mercatoribus omnia infeſta reddiderat. Premente autem commeatuum inopia, & alijs belli diffi-

M. D. XCV. li difficultatibus, & præſidiarijs Helueticis ac ciuibus cum Fonteio conſpirantibus, Cameracenſes ſe, ſaluis corporibus, bonis ac priuilegijs ſuis, Hiſpaniæ regi ſponte dediderunt, 22. noſtri Septemb. Recepti in arcem Dux Retelois Niuerſij filius, & marſcalcus Balignæus ac cæteri Gallorum duces, ſeptima die poſt, incolumes cum omnibus bonis dimiſſi, Arcem cum omni inſtrumento bellico & commeatu, Hiſpano tradiderunt.

Galliæ rex, durante Dorlani & Cameraci obſidione, legatos ad Reginam Angliæ, auxilia petitum, aliquoties fruſtrà miſerat, ac tertius, intimus regis ſecretarius, ſub finem Septembris remeans in Galliam, dixerat ſe futurum poſtremum, qui è Gallia auxilium Anglorum peteret, regemq; Galliæ ab amicis deſertum, cum hoſte communi, prout poſſet, tranſacturum eſſe. Interea Regina, miſſo homine ſuo, Caletum vel Bononiam vel ſimilem ciuitatem maritimam, à Gallo poſcebat, in quam auxiliares Angli, ſi quos mitteret, receptum haberent, & quæ pignoris loco eſſet pro ducenties mille libris Anglicis, quas Regina toto hoc belli tempore pro Franco expoſuiſſet. Tantam enim ſummam, ſine vlla ſpe recuperationis, perire noiebat. Inprimis autem reconciliatione Franci cum Pontifice, Regni Angliçani hoſte, & Abſolutione adeò indignè & abiectè petita, offendebatur.

Dum enim Cameracum oppugnabatur, HENRICVS IIII. Galliæ & Nauarræ rex, poſt biennij ferè preces ſupplices, tandem à Pontifice, magna & ſolenni pompa, Romæ, ab omni hæreſi & excommunicatione liber pronunciatus, & in Romanæ eccleſiæ gremium receptus, & Chriſtianiſſimus declaratus eſt. Nam pridie Natalis Mariæ virginis, Pontifex Clemens VIII. in ſolenni habitu, ex ſuo palatio, in porticum D. Petri geſtatus, cum Cardinalibus & conſiliarijs Inquiſitionis & Pœnitentiarijs conſedit. Deducti ad eum, per magiſtros Ceremoniarum, Regis Galliæ procuratores, frequenti comitatu apparentes, pedem pontificis oſculati ſunt. Quorum princeps, Dominus de Perona, eleganti oratione latinè habita, nomine ſui Regis obedientiam ſubiectiſſimam detulit, & Abſolutionem ac benedictionem Pontificiam humilimè petiuit. Oratione finitâ, Coſmus de Angelis, Sancti officij inquiſitionis aſſeſſor, Decretum Pontificis ex ſcripto legit, quo, abſolutionem ab Epiſcopo & aliquot prælatis in Gallia ſuperiori tempore, Regi Galliæ & Nauarræ dictam, inualidam & nullam: catholicos tamen actus omnes, à Rege poſtea præſtitos, validos declarat. eumq; ab omnibus excommunicationibus ac cenſuris, præcipuè Sixti V. bulla, his legibus abſoluit: ſi procuratores, loco ſui Regis, quem ratum habiturum omnia, quæ agent, pollicebuntur, omnes hæreſes in genere, ac in ſpecie Caluiniſticam abiurabunt, & ſatisfactiones à Pontifice mandatas, recipient. Quæ omnia rex poſtea confirmabit, & Abiurationem in Gallia coram legato Pontificio, in propria perſona, repetet. Statim igitur ambo procuratores, Abiurationem clarâ voce recitârunt, & profeſſionem Fidei Catholicæ Romanæ ediderunt. Poſtea, Coſmus de Angelis, conditiones & ſatisfactiones pœnitentiarias, Regi à PP. iniunctas, ex ſcripto prælegit, & Chriſtianiſſimi titulum Regi, facta iam abiuratione, tribuit.

7. Septemb. Iuliani.

CONDITIONES propoſitæ fuerunt, vt rex, Concilium Tridentinum recipiat, & in toto regno Franciæ obſeruari curet. Quod ſi in aliquibus regni prouincijs, ſine periculo nouarum ſeditionum obtineri nequeat, veniam à PP. rex petat.

Principem Condæum, puerum nouennem, proximum nunc regni hæredem, intra anni vertentis ſpacium, ab hæreticorum familiaritate ſegreget, & in Catholica Apoſtolica Romana Religione educari curet.

In Bearnenſi principatu, ad epiſcopas vacantes, idoneos Epiſcopos nominet, ijſque reditus ademptos reſtituat, & donec reddantur, ex regiæ Cameræ reditibus alat. Vetera pacta cum Sede Romana, redintegret ac ſeruet. Omnia beneficia, reditus & bona eccleſiaſtica, ſuperiorum temporum bellis alienata, ſuis Epiſcopis, Abbatijs, & ordinibus ac perſonis Eccleſiaſticis, reſtituat. Poſtremo,

Rex

Rex ipſe, de ſua conuerſione, & hæreſium omnium deteſtatione, omnes Catho- M.D. XCV.
licos reges & principes literis ſuis doceat.

SATISFACTIONES autem Regi has præſcribit: ſingulis diebus ☽ preces Coronæ Mariæ: diebus ☿ litaniam: ♄ preces Roſarum Coronæ Mariæ recitet, Quam aduocatam ſibi coram DEO eligat. Singulis diebus Miſſam: ☉ & ♀ plenum officium audiat, niſi impediatur. In ſingulis regni prouincijs monaſterium erigat: quater in anno confiteatur & communicet: Ieiunia & vigilias ab eccleſia mandatas religioſè ſeruet.

Has conditiones & ſatisfactiones, dicti procuratores & Oratores Regij de Peron & Oſſat, ſua ſubſcriptione receperunt, & proſtrati ad pedes Pontificis, qui humeros eorum virga ſubinde tetigit, iacuerunt, donec Pſalmos, Miſerere, & De profundis, cantores Pontificij ſummiſſa voce ceciniſſent. Quibus abſolutis, Pontifex exurgens, & mitra de capite ſublata, preces aliquot ex Pontificali recitans, dictis Galliæ regis Oratoribus Benedictionem pronunciauit. Tandem Pontificius Fiſcalis, ſicut & Fiſcalis inquiſitionis, omnes Protonotarios & notarios præſentes, inprimis autem Dandinum, & M. Flaminium notarium Inquiſitionis, ex officio requiſiuit, vt huius actus memoriam conſeruarent, & inſtrumenta publica de eo conficerent. Secuti ſunt ſtatim ſub porticu tubarum & tympanorum ſonitus, & ex caſtello S. Angeli omnia tormenta exploſa.

Poſt hæc templum S. Petri, antea clauſum, rurſus apertum eſt, & admoniti à Pontifice Oratores Regis Francici: Quemadmodum ipſe nunc Regi illorum ianuam eccleſiæ militantis in his terris iterum aperiat, ita Regiam Maieſtatem eniti debere, vt viua fide & bonis operibus, ſe introitus in eccleſiam Triumphantem in cœlis faciat capacem. Ingreſſus templum S. Petri, concinentibus Muſicis, Cardinalis de S. Seuerino ſupremus Pœnitentiarius, duos Galliæ regis Oratores ad vſum ſacramenti, & vlteriùs ad SS. Petri & Pauli aram duxit, vbi precationes dixerunt, & Cardinalis ipſe, recitatis ex Pontificali orationibus, ab eis diſceſſit.

Inde ad Cardinalem Gioioſam, cum multis Prælatis & nobilibus Gallis, in templum S. Ludoici ſe contulerunt, vbi ſupra portam templi inſignia Regni Galliæ, cum huiuſmodi inſcriptione eminebant: HENRICVS IV. GALLIÆ ET NAVARRÆ REX CHRISTIANISSIMVS. In eo etiam templo, Doxologiam ſolennem, TE DEVM laudamus, Galli cecinerunt, & recitatis per archie. Ambronenſem precatiunculis certis, in hoſpitium redierunt. Plurimæ etiam Effigies Regis pictæ, ſculptæ ac expreſſæ, tota vrbe emptæ, & arma Gallica domib. Regi Galliæ beneuolentium adfixa, & maxima pars vrbis, (Hiſpanis tamen exceptis) lætitiæ & gratulationis indicia illuſtria ediderunt.

Dum hi triumphi Romæ aguntur, & Cameracum ab Hiſpanis obſidetur; ALBERTVS archidux Auſtriæ, Cardinalis Toletanus, Gubernator Belgici Generalis à Philippo Hiſpaniæ rege conſtitutus, ex Hiſpania in Italiam traijcit, & Genuæ, cum Regio comitatu, mille equitum & ter mille peditum, appellit. Erat is Maximiliani II. Cæſaris, & ſororis Philippi Hiſpaniæ regis Mariæ, filius, ordine poſt Rodolphum Imp. quintus, anno 1559. Idibus Nouembris natus: quem adoleſcentem pater in Hiſpaniam ad auunculum miſerat: qui ingeniũ & naturam illius probam, moderatam, & placidam conſiderans, Philoſophiæ & Theologiæ ſtudijs excoli, & opulentiſſima Toleti archiepiſcopa ipſi attributa, Eccleſiæ Romanæ Cardinalem creari curauerat. Cumque ob natiuam ingenij bonitatem, fidem, integritatem & morum comitatem, Regi ac omnibus ordinibus carus eſſet, Luſitaniæ regno gubernando eum poſtea præfecit. in quo, cùm ſumma dexteritate verſaretur; nunc in Belgicum Erneſto ſucceſſorem mittit, adiuncto ei comite Philippo VVilelmo, VVilelmi Vraniæ principis filio, quem ante 29. annos, Ferdinandus Albæ dux, Belgici Gubernator, ex Academia Louanienſi, adoleſcentem literis operam dantem, abreptum, in Hiſpaniam miſerat. Vbi hucuſque exul, in Religione & moribus Hiſpanicis educatus, hoc tempore omnibus bonis & dignitatibus paternis in Belgico reſtitutus eſt.

M. D. XCV. Cùm Genuæ in Liguria Albertus commoraretur, & de Henrico Galliæ Rege, per Pontificem Romanum, solenni ceremonia absoluto, & in gremium Ecclesiæ Romanæ recepto, didicisset: non progrediendum sibi celeriùs iudicauit, priusquam Hispaniæ regem, cuius bona pars mandatorum ad Regem illum pertinebat, de his edocuisset, ac Instructionis antea acceptæ capitum certorum declarationem petiuisset. Itaque certum hominem ad regem in Hispaniam: Philippum verò VVilelmum, comitem Buranum, Romam ablegauit, vt, præter alia negotia, Pontifici obœdientiam exhiberet, & Alberto licentiam arma gerendi, & habitum spiritualem aliquot annos mutandi, & alia, referret. Sic bona autumni parte & initio hyemis, in Liguria, Sabaudia, & Burgundia consumpto, exeunte demum anno Lucelburgum peruenit.

Dum Genuam, initio Septembris, Philippus VVilelmus, comes Buranus cum Alberto archiduce Austriæ, in Italiam appellit; Mauricius, frater illius, comes Nassauius, ordinum Belgici vnitorum belli præfectus, cum exercitu, ad Lippam fl. prope Vesaliam, castra, seni Christophoro Mondragonio, Duci Hispanico opposita habens, desidebat. Cùm autem PHILIPPO & ERNESTO comitibus à Nassovv ac Eberhardo à Solms, adiunctis aliquot turmis equitum, mandasset, vt transgresso Lippa fl. explorarent, an & quo loco adoriri commodè exercitum Hispanorum possent: nec tamen præliandi copiam facerent, antequam ipse constituta hora cum reliquo exercitu accessisset: Comites illi ardentes cupiditate pugnandi, & soli victoriæ gloriam obtinere volentes, non expectato Mauricio, Hispanos exiguo numero à castris longiùs prodeuntes, alacriter aggrediuntur & repellunt. Verùm Hispani, animaduersâ Nassouiorum paucitate, maiorib' copijs ab ipso duce exercitus Mondragonio eductis, comites plerosque lethaliter vulneratos capiunt. ex quibus Solmensis & Nassouius Philippus, in hostium castris dum obligantur, extincti: Ernestus Nassouius in arcem Antuerpiensem, à Mondragonio arcis præfecto, custodiendus mittitur. Nec tamen cursum huius victoriæ Hispani vlteriùs ad Mauricij castra progrediendo vrserunt. nec Mauricius ex munitionibus castrorum sibi mouendum iudicabat. Sic igitur aliquot hebdomadas adhuc castra castris opposita tenentes, in Cleuensi agro desederunt, donec tandem Mondragonius prior, inde Mauricius, suas copias inde abduxerunt.

1596. 8. Ianuarij. Mondragonius vir fortis, & clarus militum Dux, vix trimestri exacto in arce Antuuerpiensi ex hac vitâ discessit.

Galliæ Rex, eodem, quo hi comites capti sunt, mense Septembri, à Pontifice Romano in gratiam receptus, Cameracum ab Hispanis obsessum amisit: vrbe, 22. Sept. Iuliani: arce, die Michaëlis nostri, Hispano tradita. Tanto igitur accepto detrimento, & Reginæ Angliæ præsidio tùm destitutus: de Pace cum Hispano restituenda tandem cogitat, cuius vt fundamenta quædam iaceret, inducias trium mensium, inter se & Mayennæ ducem, ac cæteros Gallos cum Hispano fœderatos, initio Octobris sancit. Quibus cum anno exeuntibus pacem generalem succesturam multi frustra sperabant.

Circa idem tempus, in SVECIA, Duce Magno, regis Gostaui filio, qui multos annos motâ mente æger vixerat, mortuo: Dux Carolus frater, & Senatus ac proceres regni, ad funeris ceremonias VVastenis conuenerunt. Inde translato Sudercopiam conuentu, deliberationes de summâ Reipublicæ, Sigismundo rege in Poloniâ absente, rectius gubernandæ instituerunt, vt Pontificiæ religionis exercitio omni ex omnibus regni partibus sublato, sola confessionis Augustanæ religio vbiq; vigeat & floreat: vt Regi legitima & debita obedientia præstetur, iuxta Articulos in coronatione iuratos. Dux CAROLVS, regis patruus, Gubernator Regni à proceribus agnoscatur & appelletur, qui absente rege, adiunctis in consilio senatoribus regni, omnia regni negotia & Iurisdictionem regiam administret. Nullæ acculationes & lites subditorum regni Sueciæ in Poloniam ad Regem (alioquin satis occupatum) deferantur, sed coram Gubernatore & Senatoribus regni, in Suecià omnes tractentur ac decidantur. Ne vlli, grauatos

uatos iudicum ſententijs ſe exiſtimantes, in Poloniam ad Regem, ſed ad Regis in Sueciam reditum, appellationes inſtituant. Mandata regis ex Poloniâ miſſa nec publicare, nec executioni dare per alios liceat, priuſquam à Gubernatore & Senatoribus regni lecta, examinataq; , dignitati & commodis regis & regni conuenire iudicentur. Hi & ſimiles Articuli Sudercopiæ in comitijs decreti, & Germanicè ac latinè editi ſunt. M. D. XCV.

THEODORI Magni Moſchorum Ducis legati, Rodolpho Imperatori die 28. Auguſti mandata ſua Pragæ expoſuerunt. Quæ qualia fuerint, ex Reſponſo Imp. quod vbiq; circumfertur, omnibus liquet. Præfatur enim, ſe amiciſſimam & fraternam Moſchi epiſtolam, per conſiliarium illius Michaëlem Iuuanouuiz Nuelamin miſſam, magna cum lætitia prælegi audiuiſſe. ex qua ſicut ex Legatorum viua voce, & ſui Oratoris relatione, intellexerit, Beneuolentiam ipſius, Chriſtiano & laudabili zelo, egregia munera & auxilia aduerſus communem ſanguinis & nominis Chriſtiani hoſtem Turcam nunc ad ſe mittere, ac deinceps etiam ſua auxilia & officia ſibi & reliquo orbi Chriſtiano deferre. Quod non ſolùm ſibi gratiſſimum acciderit, ſed ipſi etiam in toto orbe Chriſtiano æternum honorem & laudem allaturum, & cæteris Regibus laudabili exemplo futurum ſit, ſe etiam & totam domum Auſtriacam perpetuò ipſi & ipſius amicis, omnia humanitatis & grati animi officia, vbicunq; feret occaſio, declaraturos eſſe: vt fraterna ipſorum ab atauis huc vſq; deducta coniunctio, apud omnes gentes innoteſcat & celebretur. Interea ſe ipſi amiciſſimè & fraternè gratias agere, & fraterna officia viciſſim deferre, ad quæ præſtanda intimo animi affectu propenſus ſit, de quo fidem indubitatam habere debeat. 22. Sept.

Quod ad confœderationem ſummorum ordinis Chriſtiani principum aduerſus Turcos attinet; curam & diligentiam ſuam non defuiſſe, ſed apud Pontificem & Hiſpaniæ Regem nihil hactenus certi obtinuiſſe, quod & longis locorum interuallis diſſiti, & ille recens ad hoc faſtigium euectus, magnis & multiplicibus adflictæ Eccleſiæ curis diſtineatur. interea tamen milite & pecunia fideliter cæſarem iuuet, & magnum zelum aduerſus communem hoſtem declaret, ac ipſe legatum ad Moſchum hac de cauſa miſerit.

Rex autē Hiſpaniæ ſenex iam & infirmus, non modò cum rebellibus ſuis ſubditis, ſed cum Gallia etiam & Anglia, tantum omnibus in locis negotij habet, vt illi (qui tamen antehac ſuam erga nos beneuolentiam declarauit, magnaq; iam nobis pecuniæ ſumma adiumento fuit) meritò parcendum ſit. Cùm autem acceperimus eum conualeſcere: non intermittemus ibidem, ſicut & Romæ, per oratores & legatos noſtros denuò hanc cauſam agere, vt certi aliquid vtrobiq; obtineamus. De quibus B. V. per proprium legatum, quem non multò pòſt mittere conſtituimus, & præterea de exercitu Chriſtiano (præſertim cum DOMINVS Zebaoth illi indies plures maioreſq; victorias largiatur) certiorem fieri curabimus.

Interea neceſſarium exiſtimamus, vt de regis Perſarum ſtatu, & quomodo cum eo tractari & concludi poſſit, cognoſcamus, antequam noſtros ad illum ablegemus: etſi iam ſatis conſtet, quantum totius Chriſtianitatis interſit, vt Perſas amicos nobis habeamus. Quare amicè rogamus, vt amicitiam cum illis mutuam deinceps etiam B. V. continuet, & beneuolentiam illorum erga nos conſeruet.

Quòd Tataros contra Turcas concitare B. V. ſtuduit, etſi id non obtinuit, amicè nihilominus gratias agimus, fraternè inſuper rogantes, vt in bono hoc propoſito apud illos pergat, & quantumcumq; fieri poterit, apud illos efficiat. Alias tamen cognoſcimus, Tataros iam denuò ſat multos, per Poloniæ fines, in VValachiam tranſiſſe, quibus quomodo reſiſtatur, nos cogitare oportet.

Quod ad pacis tractationem cum Sueco inſtitutam attinet, Legatum noſtrum Mincovvitium, longo tempore, actioni illi, donec ad finem deduceretur, adeſſe voluimus. ſicut VVarkutzio etiam mandaueramus, vt confecta iſthic legatione ſua, ſe quoq; eò conferret. Ex quo intelligit B. V. nos, quod in hac re noſtri fuit officij, fideliter feciſſe, & in poſterum etiam noſtrum ſtudium fraterno animo ad

D. M. XCV. B. V. deferimus, quacunq; occasione vel tempore, & quibuscunq; in rebus præstandum. in quibus nobis fidem habeat B. V. & quicquid à nobis tanquam fidelissimo fratre optare potest, expectet. DEVM precamur, vt B. V. incolumem & florentem nobis & toti Christianitati perpetuò seruet. cui omni fraterna fide & beneuolentia semper amicè fauemus. Datum Pragæ, 22. Sept. 1595.

21. Augusti. TORVNIÆ in Borussia, Ministri Ecclesiarum Euangelicarum, vt se nominant, ac eorum patroni, Palatini duo, quinque Palatinorum legati, Castellani quatuor, & plurimi Nobiles alij, ex varijs regni Poloniæ, & magni ducatus Lithuaniæ locis, 21. Augusti in Synodo conuenerunt, quam à Gratiarum actione & Inuocatione Dei solenni in templo exorsi, & præside Svvietoslao Otzelsei, Marscalco & Notarijs delectis: Causam conuentus per præsidem exponi audiuerunt, primùm, vt de Consensu in doctrina, Sendomiriæ olim à maioribus ipsorum inito, piè conseruando, deliberetur. Deinde, cùm tot aduersariorum insidijs ac violentiæ expositi sint, Qua ratione PACEM Religionis, à Rege Sigismundo III. vt â prioribus Regibus, iuratam, retinere, & integram ac illibatam tueri possint. Facta propositione, absentium Palatinorum, Vilnensis, Polotiensis, Rauensis, Nicolai Osterogij, Constantini Palatini Kyouiensis, & Senatorum ex palatinatibus Volhiniæ, Russiæ, Podoliæ, Podlassiæ, de consensu suo testificantes, & absentiam excusantes, auditi sunt.

Regis legato, Castellano Lencicienſi, conuentum intermitti petenti, responsum est, Nihil contra Regem aut rempublicam præsentes moliri, nec aduersus Regni constitutiones à se quicquam suscipi, sed de priuatis suis Granaminibus colloqui, de quibus mox Regiam Mem certiorem reddere, & defensionem ab ipso petere decreuerint. Cumq; ciuitati etiam Turonienſi minatus esset legatus, quòd receptum huic conuenticulo præbuisset, responsum est, ciuitatem Iudæis ac Ethnicis patere, multò minus se ab ea prohiberi posse.

Episcopi Cuiauienſis nuncio, insolentiùs de Episcopi, tanquam custodis Religionis & pacis publicæ, cui soli Synodos indicere, easque moderari liceret, potestate iactitanti, retulerunt: Etsi Episcopo nullam in ipsos Iurisdictionem habenti, nullam de suis actionibus rationem reddere teneantur: tamen vt curiositati ipsius satisfaciant, hanc causam conuentus illorum esse, vt si quid inter suorum Confessioni coniunctos dissidij fortè aut controuersiarum de aliqua doctrinæ parte, vel ἀταξίας in moribus incidisset, legitimè tolleretur, & pax ac Concordia in eorum Ecclesijs, & Pax publica conseruaretur, sicut Apostoli in Actis, ea de causa Synodos celebrasse memorentur. Deinde, cùm atrocissimis iniurijs Euangelici ab aduersarijs afficiantur, oppugnatis & solo æquatis eorum templis, quibusdam interfectis, & mortuis ex sepulchro extractis, & contumelioſè transfixis: conuenisse se, vt calamitates has inter se mutuò deplorent, & de ratione Pacis & securitatis recuperandæ colloquantur. Videre autem sibi tot iniurijs affectis, ne quidem lachrymis deplorare sua mala per sacrificulos licere. Quòd si accedere Episcopus velit, vrbem ei patere, & satis spacij vtrisque esse, Tantùm, vt ille cum suis res suas agat, vt ipsi se Episcopi deliberationibus immiscere non cupiant.

Sic legationibus expeditis, ad deliberanda duo capita proposita accesserunt, & Sendomirienſem Consensum de Doctrina, datis iunctisque dexteris Ministri ecclesiarum & Patroni pleriq; approbatum & receptum, subscripserunt. Cùm enim diuersas Confessiones in Polonia ministri antea secuti fuissent, alij Augustanam, alij Bohemicam seu fratrum, alij Heluericam: placuit in consensu Sendomirienſi, & hoc Turonienſi, vt Syncretismus inter hos aduersus externos hostes esset, ac nominatim de sacramento cœnæ Domini sanciuerunt, vt iuxta præscriptum Augustanæ Confessionis (non Augustæ 1530. exhibitæ, sed Concilio Tridentino 1552. exhibendæ) de illo doceatur. ac si quis aliter doceat, loquatur, scribat, vel amplexos consensum vituperet, non habendum pro fratre, nec in Ecclesijs regni Poloniæ Euangelicis tolerandum esse. Hoc consensu constituto, articulos aliquot ad disciplinam Ecclesiasticam, & Scholam, contributione procerum condendam, pertinentes, adiunxerunt.

Alterum

Alterum caput deliberationis fuit, de Pace & Securitate ecclesijs Euangelicis paranda, cùm omnibus notæ sint iniuriæ ac violentiæ illis illatæ. Nam & templa illorum, Cracouiæ, Posnaniæ & Vilnæ, ab aduersarijs euersa esse, & mortuorum sepulchris non parci, ex quibus nobilem quendam Bonarum, & dominam Zeczulmuzkam extractos, palo transfixerint. Posnaniæ recens adhuc templum Aug. Conf. expugnatum & direptum fuisse. A Iesuitis, plebanos suæ religionis in pagis instrui, vt subditos & domesticos ministros procerum Euangelicorum, ad cædem Dominorum, promissa impunitate & præmijs incitent. Imò vxores ad necandos maritos solicitari. Ad has tetras machinationes auertendas, visum est, ex hoc conuentu legatos ad Regiam M^tem mittendos esse, qui expositis his grauaminibus & periculis, propter Deum orent, vt Regia Maiestas clementer ad se respicere, & fideles ministros ac subditos suos defendere ac tueri, & confœderationi seu Paci Religionis Iureiurando sancitæ satisfacere dignetur, nec à peregrinis (Iesuitis ex Gallia pulsis) qui alibi omnia turbarint, seduci se permittat. Eadem ratione Cancellario magno & summo exercituum ductori ac vigili Reipublicæ, & alijs Fratribus, supplicandum esse, vt quamuis in Religione aliquantum diffideant: tamen communi pace & tranquillitate frui, & inimicis crucis Christi vnanimiter & alacriter resistere possint. Legati ad Regem, duo Palatini, Minscenſis & Leszinscius, Ostrorogius, & alij fuerunt. Conuentui circiter 60. patroni ecclesiarum, & 44. ministri interfuerunt. M.D.XCV.

Mense Aprili huius anni, duos de re literaria optimè meritos & præstantes viros, in cœlestem Academiam ex Saxonia Deus euocauit: die 16. REINERVM REINECIVM Steinhemensem, virum optimum & doctissimum, qui Historica præcipuè ac Genealogica studia, in Academia Iulia scribendo excoluit, & omnium familiarum imperiosarum, quæ monarchias, Regna vel principatus, toto orbe terrarum nobis noto, inde vsque ab initio tenuerunt, Genealogias & historias breues, in Syntagmate & Historia Iulia contexuit, ac edito Onomastico Romano, & alijs præceptoris sui Glandorpij monumentis eruditis, multorum studia vtiliter iuuit. Meritò igitur memoriam illius omnes boni κὴ φιλόσοφοι, cum beneuolentia & ὀφειλὴ conseruãt. Die 26. MICHAELEM NEANDRUM Sorauiensem, qui ad Hercyniam, Scholæ Ilfeldensis, à postremo Abbate Thoma Stangio institutæ, studia fideliter ac feliciter, totos quadraginta quinque annos rexit, & linguas, inprimis Latinam, Græcam & Ebræam, soluta & ligata Oratione, exercuit, & omnium ferè artium liberalium summas breues, dulcissimis magnæ varietatis sententiarum ac exemplorum illecebris conditas, edidit, quibus iuuentutis teneræ animos mirificè sibi conciliauit. Decessit septuagenarius, Scholâ incolumi ac florente, plurimis honorificis discipulorum suorum carminibus celebratus. Πολλὰ μὲν ποιῆται ζωὰ τῶν πρὶν ἐπὶ χθονί. Μεγάλα χάρις αὐτῷ. Vnicum Laurentij Rhodomanni adscribam.

DIALOGVS ILFELDÆ ET HOSPITIS.

CVr ita Tyrigetûm nunc Hercynis ora resoluis
In lacrymas oculos, in gemitusq́ animos?
Occidit Hercyniæ lux illa NEANDER, *& vnà*
Occidit heu patriæ spes propè tota Scholæ!
Sícne iacet, qui te famâ super æthere notam
Fecit ad Eoas Hesperiasq́ plagas?
Sic iacet; ille quidem vitæ satur atq́ probatus
Sat meritis; summus quis mihi partus honor.
At quid sollicito tamen vltra corde requiris?
Si pia tot meritis mors data, nónne sat est?

Gymnasij, metuo, ne quam dux ille parauit
Gloria corrueret cum duce tota suo.
Non metus hic vanus. Quis enim dux inde iuuentæ
Formandæ, & Doctor tam tibi fidus erit?
Arte alij præstent docto fortasse NEANDRO;
Qui doceat iuuenes tàm benè, nullus erit.
Hanc meritò laudem sibi vendicat ille, secundas
In tua qui gestet commoda, forsan erit.
Hoc mihi sat fuerit. Violis nunc ossa NEANDRI
Spargo, animam summo Christus honare beat.

EPITAPHIVM EIDEM.

Οἷος ἰωνεπίχαρμος ἐν Ἑλλάδι, χρυσὸς ἀδάστων
Κέκρυ, ἐυμαθὴς ἄνδρας ἀρξαμένους.
Τῶνος καὶ λοιπὸς παρὰ τεύτοσι ἔκρυ ΝΕΑΝΔΡΟΣ
Ἑρκυνίης ἐφίλας, Σιλεσίης δὲ φάος.
Ἄμμορος ἦν ξείνων, φίλος ἀστοῖς. χρῆμα δ' ἔκρυ
πασὶν, ἀείμνηστος τοῖς χαιτοῖς ἔσεσθαι.

Qualis erat sapiens Graciæ Epicharmus, in horto
Dum Sophiæ iuuenes commoda multa docet;
Talis docta fuit per Teutonis arua NEANDER,
Hercynia columen, Silesiæq; iubar.
Carus erat ciui, bonus hospiti, & apta iuuentæ
Tradidit; hinc fiorlio gratia viua manet.

Quod ad Tempestates huius anni attinet, Hyems aspera & diuturna, non riuos solùm & flumina, sed maria etiam littoribus vicina, glacie concreta, ab Idibus Ianuarij, ad Nonas Martij ferè tenuit, ne quis ex Draui vel Arni ostio, in vicinas Daniæ insulas, per mare Balthicum traijcere posset. Itaque magna agmina nunciorum, ex Polonia, Austria, Boëmia, Parauio Italiæ, & mercatorum & aliorum, in Daniam & Sueciam ire cupientium, magna cum molestia remissionem frigoris & Glaciei solutionem expectarunt. Qua initio Martij tandem secuta, reliqui dies nihilominus planè hyberni & niuosi fuerunt. Aprilis totus horrido gelu & niuibus vberrimis, à Nonis ferè ad finem riguit. Maius tandem, quantumuis algens, frondes & flores arborum explicuit. Iunius & Iulius toti imbribus gelidis madentes, rarissimis diebus serenis interpolati fuerunt. Augusto messis pluuiosa; Sed exeunte demùm Augusto & Septembri, dies sereniores quàm æstate. In Octobri verò & Nouembri serenitas ferè Verna fuit. December etiam, paucis diebus gelidis exceptis, prorsus autumnalem aëris constitutionem habuit, vt, rerum naturæ ordine ferè inuerso, æstiui menses in autumnales seu hybernos, hyberni in æstiuos degenerarint.

M. D. XCVI.

EXtinctæ sunt, initio anni, aliquot principum familiæ, quorum hæreditates ad alios eiusdē gentis translatæ sunt: Philippus dux Brunsvvicen. in Grubenhagen, Philippi filius, Alberti nepos, vltimus inter sex fratres, nullis ex Clara Iulij Brunsvvicensis sorore relictis liberis, pridie Ambrosij, vitam in his terris suam finiuit. cuius adhuc spirantis, arces aliquot, Henricus Iulius Dux Brunsvvicensis, singulari celeritate & vigilantia vsus, & statim eo extincto, reliquam ditionem solus occupauit. Vrbes, oppida & arces præcipuæ fuerunt, EIMBECK, Osterrod, Hertzburg, Carolburg, Rotkerken, & metallicæ, Vallis S. Nicolai, Mons S. Andreæ, Altenavv, Rodolphshausen.

Etsi autem gentis eiusdem Brunsvvicensis ac Lunæburgensis principes, qui Cellæ, Tannebergæ, Harburgi habitant, se à Iulio præuentos fremebant, & ad se solos, vtpote propinquiores, excluso Henrico Iulio remotiore, ditionem illam pertinere contendebant: tamen Iulius, allegatis pactis conuentis inter primos Duces Brunsvvicenses & Lunæburgenses, cùm in possessione esset, ad controuersiam iure disceptandam prouocauit, amica tamen compositione simul oblata, de qua adhuc disputatur.

Octiduo antè, Fridericus dux Lignicensis in Silesia postremus, (Friderici & Catha-

& Catharinæ Henrico Megapolitano natæ filius: Friderici & Sophiæ filiæ Friderici Marchionis Brandeburgenſis nepos; Friderici I. & Ludimillæ filiæ Georgij Poiebradi Boëmiæ regis, pronepos) nulla ex tribus vxoribus relicta ſobole maſcula, ex his terris emigrauit. cui Ioachimus Fridericus patruelis, Georgij Brigenſis filius, ſucceſſit. M.D. XCVI.

Ad VII. Idus Februarias, GEORGIVS Landgrauius Haſſiæ, Philippi filius, Darmſtadiæ ſedem aulæ habens, princeps pius, prudens, iuſtitiæ, pacis & veræ religionis amantiſſimus, in cœleſtem patriam euocatus eſt: relictis aliquot filijs, ex quibus Ludouicus primogenitus, nunc paternæ virtutis & imperij veſtigia ingreſſus, patriam feliciter gubernat.

Calendis Februarij Iuliani, Albertus archidux Auſtriæ, Maximiliani II. filius, Cardinalis Toletanus, Gubernator Belgici ab Hiſpaniæ rege deſignatus, BRVXELLAM ſolenni pompa tandem ingreſſus eſt; comitantibus eum ducibus de Feria, & de Aumala, & Philippo VVilelmo, Vraniæ principe nato, comite Burano. Ante Cardinalis aduentum, præclara de pace ſpes ac expectatio multorum erat. Sed poſtquam appulit, nullam pacis mentionem fecit, fortè quòd fruſtra eam ſe tentaturum præuideret. Nam Hollandiæ & vnitarum prouinciarum ordines, in ſententia, quam ad Erneſtum, pacem offerentem, ante biennium perſcripſerant, conſtanter manere, & ad bellum omnia inſtruere ſciebat, & Ioannis Baptiſtæ de Taxis, tribuni Hiſpanici, literæ ad regem interceptæ; ex Hiſpanica in linguam popularem conuerſæ, recens editæ erant: in quibus de Pace colloquium inſtitui non improbat, ſed totius negotij cardinem, omnemque ſecuritatem & ſalutem in eo conſiſtere adfirmat, ne Hiſpani ex Belgio diſcedant. alioquin omnes prouincias adhuc Regi fideles & obedientes, exemplo cæterarum defecturas, & totum Belgium hæreſibus infectum iri. His literis annotationes & inuectiuas vehementes vniti ordines addiderant, quibus ſe à pacis negotio planè alienos declarabant.

Ad comitem Buranum verò ſeorſim ſcripſerant, gratulantes illi de reditu in patriam incolumi. Cumque bellum pro libertate & ſalute patriæ ſuſceptum, pater ipſius & conſanguinei tot annos geſſerint, & vitam in eo ſuam gloriosè impenderint; idque ipſi etiam viriliter adhuc ſuſtineant: grauiter eum hortantur, ne communem libertatis & ſalutis patriæ cauſam oppugnet, aut ſe hoſtem fratrum ſuorum & propinquorum præbeat. interea ſi fortè intra ordinum limites ipſi accedere aliquando conſtitutum ſit, vt de ſua voluntate, & ſaluo conductu ipſi præbendo, primùm ſignificet. Reſpondit autem breuiſſimè Buranus, Magnum ſe dolorem ex belli Belgici adeò diuturni miſerijs capere, & toto pectore optare, vt priſtina concordia & tranquillitas reſtituatur. Pro qua omne ſuum ſtudium & operam impendere promptiſſimo animo cupiat.

Primum Cardinalis Alberti πολίτευμα in Belgico, fuit apparatus belli, quo Feram Picardiæ oppidum, ab Henrico Galliæ rege circumſeſſum, liberaturus videbatur. Erat id oppidum, inter cætera, Ducì Parmenſi Alexandro Farneſio, exercitum in Galliam, ad vindicandam ab obſidione Lutetiam ducturo, à confœderatis Gallis eorumq; Duce Mayennæ, traditum. quod Henricus Galliæ & Nauarræ Rex, ſuperiore anno, cùm collectis copijs Cameraco opem ferre ſerò decreuiſſet; vrbe illa, priuſquam ipſe accederet, amiſſa; oppugnare cœperat. Sed præſidij Hiſpanici fortitudine ac fide, in hunc vſque diem, totum ſemeſtre defenſum erat.

Cardin. igitur Alb. Belgici Gubernator, menſe Aprili, collecto exercitu, velut Feram ducturus, ſubitò CALETVM ad mare Britannicum deflexit. Quam vrbem & arcem munitiſſimam, vnà cum portu commodiſſimo & capaciſſimo, (vnde breuiſſimus in Angliam traiectus eſt) intra octiduum expugnauit. Portum Iccium à Iulio Cæſare dictum quidam exiſtimant. Oppidum Cales, à vicinæ Boloniæ comite PHILIPPO, S. Ludoici regis patruo, anno 1227. munitum eſſe, Æmylius narrat. Deinde ab Anglis, poſt victoriam ad Creſciacum, Picardiæ pagum, 1346.

M.D.XCVI. gum, de Gallis partam, (in qua Ioannes Boëmiæ rex, Gallorum socius, fuit interfectus) post diuturnam decem mensium obsidionem, occupatum, ac integros ducentos ac vndecim annos possessum est, quod Ianuam & Clauem Galliæ soliti sunt nominare. Verùm vt vices sunt omnium rerum humanarum, tempore belli, inter Henricum I I. Galliæ, & Philippum Hispaniæ & Angliæ regem gesti, Franciscus Guisiæ dux, ineunte anno 1558. singulari prudentia, celeritate, vigilantia & felicitate expugnatum, Galliæ regno Caletum restituit.

Nunc post 38. annos, Philippus Hispaniæ Rex, per Cardinalem Albertum, vnà cum vicina Ardea recuperat. Inde cùm partem exercitus ad commeatum Feræ inferendum frustrà misisset, tandem 10. Maij Fera Gallis dedita est. Cardinalis Caletum interea vbique munitius reddit, & eiectis incolis Gallis, Hispanorum coloniam in oppidum & arcem deducit, nec ab alterius gentis aut linguæ hominibus deinceps vrbem inhabitari permittit.

Hæc in Boreo Galliæ littore, ad mare Britannicum, huius anni initio gesta: cùm in Austrino, ad mare mediterraneum, & Rhodani ostium, MASSYLIA, in Henrici I V. Galliæ regis potestatem, mense Februario redijsset. Pepigerant cum Hispano, de tradenda illi vrbe, duo Consules Casonis & Vigerius, auro Hispanico inescati, ante aliquot menses. Appulerat eò Carolus Doria, Hispani Thalassiarcha, cum classe instructa, vt partium Hispano addictarum vires confirmaret. A terra, Henricus, dux Guisius, regi conciliatus, cum exercitu accessit, & castella aliquot erexit, vt Gallo addictis opem ferret. Ciues in duas factiones distracti, aliquot iam menses diffidebant, ac tumultuabantur. donec tandem portæ, ad quam Guisius desidebat, quidam Gallicis partibus clàm fauens præfectus, Guisij copias intromisit, à quibus ciues, Galliæ Regem hæreditarium Dominum suum retinere cupientes, adiuti, aduersarios ad Hispanum omnia transferre conantes, multis cæsis, oppresserunt.

Consulum alter, fuga in monasterium præsidio Hispanicæ factionis munitum effugit. alter Casotus, domi suæ trucidatus, per fenestras in plateam deiectus est, & cadauer vnco per vrbem tractum. in aliquot ciues, præterea Italos & Hispanos, sæuitum est. Classis Hispana, cui Carolus Doria præerat, tantoperè ex vrbe tormentis verberata est, vt discedere coacta sit. Sic ab insidijs Hispanicis Massylia liberata, in Galliæ regis potestatem & imperium antiquum restituta est.

Inter Sabaudiæ etiam Ducem Carolum, & Galliæ regem, de Pace hoc tempore ferè conuenerat, cùm marchionatum Saluzij, rex, Sabaudo, aliquot mille auri libras persoluenti, hæreditarium concessisset. Sed hac conditione, à Parlamento Galliæ supremo improbata, quod regi nihil à Domanio Galliæ alienare liceat: Inducìæ tamen prorogatæ sunt.

Sed ad mensem Februarium, quo Alber. Cardinalis in Belgicum venit, redeo. Nam ijsdem ferè diebus, SIGISMVNDVS Bathor, Christophori filius, Stephani nepos, TRANSYLVANIAE DVX, noua & inexpectata offensione, à Polonis in Moldauia recens accepta, ex vltimis Vngariæ finibus, ad Imperatorem, cum quo fœdus & societatem belli aduersus Turcas superiore anno inierat, profectus, Pragam appulit, vt de maximis rebus cum eo communicaret. vbi, quæ præcipua ipsius negotia fuerint? quid ab Imperatore petierit, ac impetrarit? Imperatoris responsum docet, quod plurimorum manibus circumfertur.

Transyluaniæ dux, benignè & clementer ab Imperatore dimissus, ante reditum in Transyluaniam, ad socrum & adfines in Stiriam excurrere decreuerat. Sed Viennæ, occurrentibus ex Transyluania cursoribus Pegasarijs, qui de Turcarum, Tatarorum, & Polonorum in Moldauia conuentibus & consilijs nuncia-
bant: mox Viennâ in Transyluaniam, citato cursu reuertit, & aduentu suo molitiones imminentes dissipauit. Postea Lippam arcem, ad Marisium fluuium, quam superiore anno Transyluanus ceperat, Bassa Temesvvarienſis acri obsidione cinxit. Quæ militum præsidiariorum virtute, & Principe Transyluaniæ cum

subsidia-

subsidiarijs copijs accedente, soluta & depulsa est: relictis aliquot machinis bellicis, & pulueris pyrij vasis, quæ intra Lippæ munitiones deducta sunt. M.D. XCVI. Initio Maij.

Sequenti mense, periculum munitionis Temesvvariensis, Transyluanus facturus, vrbem, Bassæ Turcici sedem, & Vngariæ trans Tibiscum, inter Transyluaniam & Danubium interiectæ arcem præcipuam, admotis castris, aliquot dies circumsedit, & parte murorum tormentis diruta, oppugnauit: & iam aliquot vexilla in muros euecta erant, cùm præter expectationem, multa Tatarorum millia accurrentia, oppugnantium castra à tergo inuadunt. Transyluanus igitur cùm equitatu, quem Tataris opponeret, satis copioso non instructus esset: & Germanorum ac Vngarorum auxilia, à Cæsare promissa, nondum accessissent: relicta vrbis oppugnatione, Tataris occurrit, eosque singulari virtute ac felicitate à castris depulsos, bis mille cæsis, profligauit. Interea Turci partem murorum apertam obstruunt, & frequentiora in muro passim præsidia disponunt, & Turcarum copias maiores ex vicinis oppidis conuocant. & Tatari quanquam pulsi, tamen mox redituri existimabantur. Itaq; ne vtrinque intercluſus Transyluanus in maiores angustias redigeretur, castra inde mouet. & sub Lippæ arcis mœnibus collocat, promissa à Cæsare auxilia magno cum desiderio expectans. Quæ cùm nondum apparerent, in Transyluaniam se recepit, & conuentibus celebratis, ordinum suorum consilio & auxilio vtens, maiores copias conquirit. Idibus Iunij.

In extremo autem regni Vngariæ ad mare Adriaticum tractu, CLISSA, in Liburniæ & Dalmatiæ finibus, oppidum in edito monte situm, quod Dalmatiæ clauem nominant, non longè à littore, quà maris Adriaci longas ferit ora Salonas, eius enim vrbis olim celeberrimæ rudera ibi extant, Hoc inquam oppidum & arx munitissima postridiè Palmarum, proditione à Christianis occupatum, & aliquantisper defensum erat. Sed post sesquimensem, Turcarum aliquot millibus ad illius recuperationem congregatis; Georg. Lancovvitius, cui summa rei militaris, in ea ora, tum à Ferd. archiduce Austriæ, Caroli filio, principe Stiriæ, commendata erat, cum flore militiæ in finibus Carolopoleos excubans, adiuncto præfecto Sengæ oppidi maritimi progressus, Turcas aggreditur, ac feliciter initiò dissipatis ordinibus in fugam vertit. Sed militibus auaris hostem non persequentibus, verùm mox ad prædam & direptionem castrorum conuersis: Turci id animaduertentes, collectis animis, reuersi, in palantes & prædæ intentos impressionem faciunt, & victores iam ac spoliantes opprimunt, cædunt, & profligant. Lancovvitius cum Sengæ præfecto Cliſſam aufugit, vbi biduum moratus, noctu cum sexcentis præsidiarijs erumpens, ad naues suas se penetraturum sperat. Sed à Turcis, explorata hæc habentibus, circumuentus, cæsis comitibus, ipse cum duobus vix effugit. Turci victoriam persequentes, mox ad oppidū Cliſſam, præsidio magna ex parte nudatum, accedunt, idq; deditum 28. Maij recuperant, difficulter ex manibus deinceps dimissuri. 5. Aprilis.

Rodolphus Imperator, de summo, post archiducem Maximilianum, Generalem futurum exercitus Turcis opponendi, Duce, quem Carolo Mansfeldo substitueret, sollicitus; Alphonsum, Ferrariæ Ducem, cuius iam senescentis prudentia, virtus, scientia rei militaris, circumspectio & industria, commendabatur, potissimùm sibi deligendum duxerat. Is, ante triginta annos, patri etiam Rodolphi Maximiliano II. in Vngaria suo sumptu militauerat, ac equites duxerat; & nunc Imperatori petenti, & Reipublicæ Christianæ in necessaria hac militia seruire cupiebat.

Sed cùm postremus suæ familiæ dux esset, nec hæredes ex tribus ordine coniugib. vllos haberet: successorem certum, antequam in Vngariam procul domo proficiscereturpatrij Ducatus gubernationi præficere cupiebat. Itaque fratri suo patrueli, Cæsari Estensi, notho, ius successionis in Ducatu Ferrariæ tribui à Romano Pontifice, superiore domino Feudi, petit: aliquot millia librarum auri vicissim grati animi declarandi causa offerens. Sed recusante constanter Clemente 1346.

M.D.XCVI mente VIII. nec vlla prece nec precio flecti se patiente, expeditio Vngarica, à Ferrariense, in patria necessariò manente, intermissa est.

Orti sunt autem Duces FERRARIÆ, ex antiquissima ESTENSIVM seu Atestinorum familia, cuius continuam seriem, à C. Actio, Atestinorum militiæ Duce, circa A. C. 400. deductam, vsque ad Sigebertum II. Azonis II. filium, (qui primus Marchio Estensis, ab Ottone I. Imperatore dictus est) & inde ad Albertum V. Marchionem Estensem, & Ferrariæ ac Mutinæ Dominum, conditorem Academiæ Ferrariensis, & nepotem illius, Herculem primum Ducem FERRARIÆ recensent. Cuius posteros, Duces Ferrariæ, tantùm qui nostro seculo celebres floruerunt, adscribam.

ALBERTVS V. marchio Estensis & Ferrariæ, Obizonis VII. (anno 1352. defuncti) filius: Aldobrandini 4. & Nicolai 2. frater: de consilio Bartholomæi Saliceti I. C. ACADEMIAM FERRARIÆ condidit, anno ante mortem proximo, Christi 1392.

NICOLAVS III. Marchio Estensis & Ferrariæ, Regium Lepidi, cæso Ottobono sibi subiecit 1409. ⊕ 1441.

LEONELLVS nothus, Gazæ, Trapezuntij & Vallæ patronus ⊕ 1450.	Borsius à Friderico III. Imp. Dux Mutinæ & Regij creatus 1452. ⊕ 1470.	Ex coniuge Salucia, HERCVLES I. DVX Ferrariæ, aduersus Venetos & pp. Sixtum, patriam defendit, ⊕ 1505.

ALFONSVS I. Dux Ferrariæ, aduersus Iulij II. Leonis X. Adriani Ppp. arma se defendit, cuius vitam Iouius luculentè descripsit. ⊕ 1534.	Hippolytus Cardinalis.	Beatrix, vxor Ludoici Sfortiæ.	Isabella, vxor Francisci Gonzagæ.

HERCVLES II. Dux Ferrariæ, vxor Renata, Ludoici XII. Galliæ regis filia. ⊕ 1559.	Alexander, puer ⊕.	Ferdinandus marchio Massæ.	Alfonsus nothus. Cæsar Estensis.

ALFONSVS II. Dux Ferrariæ militauit Maximiliano II. Cæsari, in Vngaria 1566. — ANNA, Francisci Guisij coniunx.

Ex vxoribus, Lucretiâ, Cosmi Flor. filia: Barbara Ferdinandi regis Romani; Annâ, VVilelmi Mantuani filia, nullos suscepit liberos. Ideo Cæsarem Estensem, fratrem patruelem nothum, à PP. feudi domino inuestiri petiuit.

Imperator Rodolphus, cùm de Ferrariensi non succesisset, Arnoldum Baronem à Schvvartzenberg, Belgam, exercitus in Vngaria Marscalcum campi esse iubet. Maximiliano archiduci rem bellicam vniuersam administranti legatum addit Carolum Burgouiæ marchionem. Marscalcus aulæ Maximiliani erat Melchior à Redern, Baro Silesius, literis & armis clarus.

Lentè autem & tardè, nostro exercitu, mense Iulio demum conueniente, Maximilianus, Cæsaris frater & legatus, tandem die 4. Augusti, in castra, ad Vacciam, duobus supra Budam milliaribus locata, venit. vbi superiori mense, structo nauali ponte, Budam se oppugnaturos, nostri ostenderant. Sed nuncio certo, de Turcici Imperatoris in vrbem Belgradum cum ingentibus copijs aduentu, allato: relicta Buda & Danubio, commeatibus in castra conuehendis commodissimo; ad Hatvvanum arcem & oppidum, sepe & fossa, & intra sepem aggesta terra munitum, obsidione cingendum, profecti sunt. Quod à præsidio Turcico defensum, acribus aliquot nostrorum impressionibus tandem expugnatum est, die 24. Augusti Iuliani. neque hactenus quidquam aliud memorabilius in huius anni expeditione Turcica, tanto cum sumptu à nostris repetita, effectum cognoscimus. Nec tamen retinere aut munire denuò Hatvvanum præsidijs annixi sunt, sed Turcis instaurandum reliquerunt, Ipsi cum exercitu ad Strigonium reuersi. Sic quæ Turca prius defendere mordicus ardet Victa, iterum in victas linquimus

11. Iulij.

quimus ire manus. Turcico autem Imperatore, Belgrado in ſuperiorem Vngariam vltra Tibiſcum, ad obſidionem Agriæ, vrbis præcipuæ, amplæ & populoſæ, menſe Septembri proficiſcente: crebris & aſſiduis nuncijs ac precibus Chriſtophorus Teuffenbach, ſuperioris Vngariæ præfectus, & Sigiſmundus Tranſyluaniæ princeps, apud Maximilianum inſtant, vt adducto quamprimùm exercitu, maturam opem periclitanti Agriæ ferat. Præmittit ille Saxonicos mille equites, ac ſe cum reliquis copijs & tormentis ſecuturum oſtendit. M.D.XCVI.

Interea Sultanus Mahometes arctiſſima obſidione Agriam circa Idus Septembris cingit, acerrimeque oppugnat, & præconis voce in caſtris, niſi intra quindecim dies Vrbem capiant, grauiſſimas ſuis militibus pœnas: Expugnata verò vrbe, duplicaturum ſingulis ſe diurna ſtipendia, denunciat. Præerant defenſioni vrbis, Paulus Niari Vngarus, & VVenceslaus Tertſchi Boëmus. Hi mœnia vrbis, lato ambitu patentia, primis ſex diebus defenderunt, & palàm Ducibus exercituum, niſi maturè opitularentur, mœnia ſibi neceſſariò deſerenda fore, oſtenderant. Mox igitur cremata vrbe in arcem ſe præſidiarij receperunt. Quam Turcæ, continuatis die noctuq; oppugnationibus, & cuniculis actis, pulueréque pyrio ſubdito, deſiectis munitionibus vrgebant, donec ineunte Octobri milites præſidiarij ſe deſtitui ac deſeri videntes, inuitis & reclamantibus præfectis, Agriam dediderunt, die 4. Octobris Iuliani.

Exercitus interea Chriſtianus opem obſeſſis laturus, lentis itineribus progrediens, totis 14. diebus, vix duodecim milliaria, (vel machinis, vel pluuijs, vel alijs cauſis impeditus) conficit. Cùm ad ſextum ab Agria miliare quieuiſſet: nuncium de capta à Turcis vrbe, triſtiſſimum accepit. Vbi poſtridie Tranſyluanus cùm paucis equitibus Maximiliano, diu anxiè expectato, occurrens, eum excepit, ac poſtridie ſuas & Teuffenbachij & Maximiliani copias coniunxerunt.

Sultanus collocato in vrbem Agriam circiter decem millium præſidio, exercitum ad 4. milliaria, in campos patentes, paludibus ab vno latere cinctos, ducit: vbi præliandi copiam ſe Chriſtianis facturum oſtendit. Præcedentibus verò aliquot dierum velitationibus, tandem 16. noſtri Octobris impreſſionem noſtri grauiorem fecerunt, ac cedentibus ante ſe Turcis, in tentoria eorum quædam, rebus omnibus inſtructa, (vel ab ijs ſubornata, vt noſtros illicerent, vel alioquin deſerta) inciderunt. Quæ dum diripere noſtri incipiunt, totoq; animo in prædam intenti ſunt: noua Turcarum & Tatarorum agmina in noſtros prædantes iam & palantes irruunt, pedites profligant & cædunt, tantumque equitatui ac reliquo toti exercitui terrorem incutiunt, vt ſubitò obuerſis hoſti tergis, & turbatis proprijs ordinibus, non ex campo ſolùm & hoſtis conſpectu, verùm ex caſtris etiam proprijs, nullo inſequente hoſte, omnibus relictis, fœdiſſimè diffugerent. Maximilianus Caſſouiam ſeceſſit. Imperator Turcicus ipſe etiam non vlterius progreſſus, Zolnoccium ad Tibiſcum, & inde Belgradum redijt, vbi relicto in Hybernis exercitu, ipſe Conſtantinopolin reuerſus eſt.

Quatriduo ante captum à Maximiliano in Vngaria Hatvvanum, frater Maximiliani Albertus Cardinalis in Belgico, Hvlſtum Flandriæ orientalis oppidum, non procul Antuerpia, deditione tandem poſt diuturnam & cruentam aliquot hebdomadarum oppugnationem, & multos fortes duces ac milites in prælijs & impreſſionibus amiſſos, accepit, vt magna ſuorum iactura ipſi oppidum conſtiterit.

Eodem Auguſto exeunte, CHRISTIANVS IV. Daniæ Rex, FRIDERICI II. filius, viceſimum ætatis annum præterita die 12. Aprilis ingreſſus, ſolenni pompa Hafniæ Regni CORONA inſignitus eſt.

Menſe Iunio, Regina Angliæ, claſſem 16. nauium, milite claſſiario excedente 8000. & machinis bellicis, alijſq; rebus omnibus ad bellum inſtructiſſimam, duce Eſexio in Hiſpaniam miſerat, vt Regem illum, qui ingentem claſſem aduerſus Anglos apparabat, domi diſtineret, & ab Anglorũ terris auerteret. Angli proſpero aſpirante vento vſi, Galliæ & Luſitaniæ ſinubus præteruectis, 20.

Iunij

M. D.XCVI. Iunij die iam albescente, iuxta Gades appellunt, & in Regis Hispaniæ 12. Apostolos (quarum S. Philippus prætoria, 900. milites, & 62. tormenta vehebat) & mercatorum 57. onerarias, in occidentalem Indiam proximis diebus soluturas, incidunt.

Cùm autem in illis angustijs cum Hispanica classe fortiter & feliciter Angli dimicassent, & prætoriam Philippum igne iniecto cremassent: cæteris se in altum proripientibus; mox in terram Essexius cum parte copiarum descendit, cumq; ad vrbem appropinquaret, erumpentes, qui in vrbe erant præsidiarij ac equites circiter 400. vt viderunt Anglos benè instructa acie confidenter in aduersos tendere, cadentibus animis in vrbem retrocedunt. Insequentium verò Anglorum tantus ardor fuit, vt partim cum ciuibus fugientibus in portam penetrarent, partim proximo insultu mœnia transcenderent, & forum occuparent, tametsi ex tectis domuum, supernè planis, plurimum illis damni à ciuibus inferretur. Sed ea vespera ciuium pars maxima in arcem & vrbem altiorem se recepit. Vrbs inferior direpta fuit, superior se 12000. ducatorum redemit, & pro classe Indica aliquot mille auri libras obtulerunt. Sed Dux Medinæ cœli, qui in vicina S. Lucæ vrbe quatuor à Gadibus leucis sedem habet, classem redimi nolens, totam incendio absumsit. Quam solam classis iacturam duodecim aureorum millionibus quidam æstimarunt. Angli paucos adhuc dies Gadibus morati, in reditu alios aliquot portus tentarunt, & tandem feliciter confecta nauigatione, Augusto exeunte, in Angliam incolumes cum præda redierunt.

Hispanorum verò animi, hac impressione Anglorum irritati, mox extraordinem, vim pecuniæ ingentem regi suo donant, qua nouas classes ac exercitus aduersus Britannos appararet. ac mense Octobri classis, ex ostio Tagi, in Coronin portum Hispaniæ versus boream extremum, in finibus Galliciæ, quem Artabrorum portum Ptolemæus nominat, cursum direxerat, quæ Hyberniam inuasura dicebatur. sed cùm Galliciæ littora propiùs legeret, noctu in fundum & scopulos impegit, vnde & circiter 30. naues perierunt, reliquæ in Coronin progressæ nec quidquam hac hyeme præterea tentarunt.

Cùm In Svecia, superiore anno, conuentus ordinum regni, Sudercopiæ, à Duce Carolo, absente in Polonia rege, habitus esset: in quo articuli decreti & typis euulgati erant, qui Regiam existimationem & autoritatem lædere Regi & Polonis videbantur: Rex Sigismundus, actiones sibi illas improbari ostendens; Primùm, per ordines regni Poloniæ amplissimos admoneri Suecos volens, legatos in Sueciam mittit, qui Stockholmiæ, die 26. Septembris mandata sua exposuerunt: & ab vnione Regum & regnorum, qualis est capitis & membrorum corporis humani, & antiqua confœderatione, affinitate & coniunctione regum Polonicorum & Suecicorum, cuius hic rex Sigismundus velut nodum constrinxerit, sub quo Poloni etiam ac Sueci vnum corpus sub vno capite Sigismundo facti sunt, exorsi: fraternè se, dominos Suecos, vt fratres suorum errorum admonere professi sunt. ac initium esse talium perturbationum solere, cum legitimo Domino præterito, ad consilia publica alieno vocatu conuenitur, sicut in Suecia, superiore anno, Sudercopiensem conuentum, rege non assentiente, sed vetante, celebrarint. in quo, Leges aliquot regni nouæ latæ; Exactiones subditis imperatæ; Formæ gubernationis mutatæ; Ministri regij loco moti; Arces regiæ in aliorum potestatem traditæ; Diplomata aliquot Regia rescissa; Moneta alieno nomine percussa; Prouocationes ad Regem inhibitæ, & Dignitas Regia multis modis circumscripta fuerit. Hos excessus prudenter & maturè emendari & aboleri petebant, ne similia initia & similes distractionum causas euentus etiam & calamitates similes, quæ in Belgico, Gallia, & alijs regnis nostra memoria accidissent, in illorum etiam patria tandem excitarentur.

Ad hæc, Apologiam accurratè elaboratam, Carolvs Dux Sueciæ & collegæ regni senatores opposuerunt, cuius initio, mirandam conseruationem societatis politicæ in imperijs, in tanta nationum & hominum varietate, & formarum

marum gubernationis dissimilitudine (inter quas, sub vno rege, sicut corpus humanum sub vno capite, rectiùs regatur) vsque ad finem mundi duraturam, celebrant. & allegatam inter vtraque regna Sueciæ & Poloniæ amicitiam, quæ quidem ambo nunc vni regi obediant, sibi gratissimam esse. Sed similitudinem de corpore humano vni capiti parente, Suecis, regum suorum semper amantissimis, minimè inculcandam fuisse. Extare enim amoris Suecorum in Regem regiamque familiam testimonium euidentissimum, maximeque illustre, quòd summam regni vetustissimi ac liberrimis suffragijs in electione Regis vtentis, perpetuo iure hæreditatis huic propagini regum masculæ consignarint. Fateri autem se, regnum à Rege, vt corpus à capite, gubernari, ea tamen conditione, ne membrorum, quibus parendum est, officia confundantur, nec præter leges quicquam fiat, habita denique ratione, si Rex, qui rerum potitur, intra vel extra Regnum fuerit constitutus. M.D.XCVI.

Ad querelam verò Polonorum de conuentu Sudercopiensi; cuius decreta, in hoc regnum, veteris ordinis, iustiq; imperij perturbationem afferre, & Dignitatem Regiæ maiestatis ac Iura Regalia multipliciter labefactare videantur: respondent, præter expectationem sibi tam acerbam suspicionem & censuram, præsertim à socijs & amicis, accidere, eamque alienam ab officio & mutua beneuolentia videri, quòd de Suecicis negotijs non melius instructi falcem in alienam messem immittere videantur, & ea attrectare, quæ ad curam statuum & ordinum Regni Sueciæ, qui nihil sibi prius & antiquius duxerint fide & obedientia erga suos Reges, meritò pertinent; neq; illorum magis quàm Suecorum interesse, non mutari iustam Reipublicæ formam, ac si quid mutatum sit, in integrum restitui. Neq; in hoc conuentu quidquam contra Dignitatem Regiam vel iura patriæ concluſum, aut nouas leges latas, sed receptas, executioni mandatas: & conseruatam tranquilitatem religionis, pro ratione regni huius sublatas confusiones politicas, stabilitum Regium Iuramentum, & tabulas hæreditarias; quæ magis confirmant iura regia quàm debilitant.

Coactum esse conuentum à Duce Carolo, quem S. R. M. ipsa regno absens præfecerit, & certiorem factam esse R. Maiestatem & conuentus & causæ, per Paulum Arziofsky. Fateri se quidem, ius conuocandi soli principi competere: at intra regnum constituto. Sæpius verò, præsentibus etiam Regibus, in Suecia, Germania, & recens in Polonia, conuentus quorundam ordinum habitos esse: Licere enim, quoties rex non oppugnatur, sed propugnatur cum rege regnũ, ordines conuenire, ac æs alienum à patre relictum in Suecia, & stipendia militibus debita dissolui, maximè ex re regis esse, & Regni, quod, nisi incolumi fide, incolume stare nequeat. Oportuisse etiam mandante rege dotem sorori regiæ consignari; ad quæ extraordinaria collatione opus fuerit. Et in forma gubernationis, ratione temporis, ob præproperum S. Maiestatis R. in Poloniam discessum, quædam constitui debuisse, adhibitis legibus & Iuramento Regio: cui ob Religionis dissidium, quod nullum fuerit, cùm ius hæreditarium Regiæ huic familiæ cederet, ordines regni huius maximè innitantur.

Oportuisse etiam huic formulæ Gubernationis accedere Senatorum consensum & suffragia, sine quibus ipsimet Regiæ Maiestati Legibus Suecicis vetitum sit in grauioribus regni negotijs aliquid statuere.

Deinde in specie ad quædam capita respondent, inprimis de APPELLATIONE, quam ad Regem, tanquam Magistratum supremum, vel summæ rerum à Rege in Suecia præfectos, nunquam impeditam, vel sublatam ferunt, sed reseruatam in foro Maiestati Regis Suecorum competenti; non in alienum à Suecia regnum Poloniæ concessam; vt nulla sit appellatio ex iudicijs Lusitaniæ, aut Neapolis in Hispaniam; sed à proregibus in ijs regnis omnia autoritate Regis decidi. Et in Suecia, nullam à superiori cuiusq; prouinciæ tribunali in grauioribus negotijs leges admittere prouocationem ad Regem in regno commorantem, quantò minùs licebit Regi extra regnum constituto. Quod tamen si fieret, dede-

M. D. XCVI. cus & præiudicium Maiestati Regis & regni non subacti indignum adferret, quod summum forum iusticiæ in alieno regno, loco incerto, exilij instar diuagari videretur. Neque constare, aliquem Regem causas seu controuersias vnius regni in altero decidisse, nisi regnum illud alteri subiectum esset. In regno autem, declinantem forum competens, caussa excidere. Plurimum præterea ex longinquitate itineris, & sumptuum magnitudine incommodi & molestiæ orituru, si in Poloniam prouocandum esset.

Ministros regios nonnullos ab officijs remotos esse fatentur, sed qui salue Iuramento Regio præesse non potuerint, & aliquos antea ab vniuersali statuum concordia, non Sudercopiensi, sed illa, quæ Regio Iuramento iam pridem est confirmata, se ipsos, tanquam membra auulsa à toto corpore, segregasse. Regni etiam officia digniora, imò ne minoris Iudicis officium, Regem præsentem immediate, sed certis conditionibus largiri.

Regias literas cum reuerentia excipi testantur, quæ verè sint Regiæ: sed præter Regis aut regni commodum, dignitatem, &, si penitus consideret, voluntatem scriptas, & legibus regio Iuramento confirmatis non conformes, suspendi, vt dextræ & sigillo regio honos conseruetur, & Rex maturiùs deliberet: non quòd plus sapientiæ aut potestatis sibi quàm Regi arrogent, sed quòd Regum in Suecia potestas legibus circumscripta sit, vt Alphonsus Neapolitanus dixerit, Regibus esse licita, quæ honesta: eosq; ea posse, quæ iure possunt. Itaq; in Galliæ regno hæreditario sæpè intèperatas Regis largitiones incolumi maiestate tolli. Et in Suecia ius esse vilissimo cuiq;, iuris patrocinio se & sua contra regẽ tuendi, & si quid ad falsò narrata à rege rescriptũ sit, id illæsa maiestate elimari & planè rescindi. Id si priuatis licet: qua ratione in regni gubernatione, Rege extra regnũ cõstituto, id obtrudi potest, quod ipso iure licet euertere: quodq; aliquando ipsi maiestati noxium estè

Principem & senatores incessunt crimine læsæ Maiestatis, quod ad reprimendam priuatorum licentiam, non violationem Reg. Mai. decreuerunt: habendam rationem literarum, quas optimo Regi pessimi interdum homines & rerum Suecicarum imperiti in perniciem regis & regni extorquent: aliquando ad homines priuatos, quorum nulla in exequendo est, nec meritò esse debet, potestas.

Decuisse autem R. Mtem, pro more omnium gentium, si quid in regno executioni datum vellet, ad ipsos, qui regno præfecti sunt, mittere, qui vel exequerentur, vel si noxium aut iniquum esset, regi rescriberent.

Galliæ & Belgici exemplum, à legatis propositum, reponunt. Non enim ex inobedientia gentis Gallicæ erga regem ciuili, sed ex violentis & insidiosis technis Religionem protestantium eliminare cupientium, bella illa iam ferè immortalia facta esse, in quibus, dum mutua viscera confodiunt, regnum tertius, religioni quidem deditus, sed fortassis Regni Galliæ longè cupidior, inuadit.

Nicolaum Flemmingum, Finlãdiæ Rectorẽ, sese toti regno opponere, & facta cum Moschis pace exercitũ conscribere, queruntur. Id si consensu Regis, non suo, sed prauo aliorũ consilio inducti, fiat, magno cũ regni incõmodo coniunctũ fore.

Rogant igitur Regem, vt arma deponi, & controuersias Iure & legib⁹ patris in regno dijudicari mandet, ac vt ille à Phil. Macedone olim, à Rege irato ad meli⁹ informandũ, prouocant, & orant Dux Carol. & Senat⁹, ne sua M^te regnante, Duce vicem gerente, Senatu consulente, Iura Regni labefactẽtur. Expresse cõstitutionibus antiquorũ Regum non abolitis cautum esse, Regni negocia, Regib⁹ absentibus, per indigenas consiliarios atq; primates, & magnos Regni officiales, curari debere, nec Regum, extra regnũ degentiũ, iussa aliter, quàm si per senatũ consulta fuerint, oportere exequi, claris legib⁹ & iuramento Regũ, deniq; tabulis hæreditarijs sanctiũ est.

Easdẽ constitutiones à rege Gustauo ac Erico filio, in Angliam profecturo, renouatas esse. Cumq; Rex Hispaniæ Phil. Reginã Angliæ in vxorem duceret, plenè & sufficiẽter vtriq; Regno cauebatur, vt sua cuiq; præeminẽtia, & dignitas illibata seruaretur, nec in externũ Regnum vnà cum persona Regis migraret; verumq; tamẽ hæreditarium est. Longè etiam validius argumentum accedit, legib⁹ Suecicis expressum,

preſſum; tenetur enim rex in regno præſens, Sueciæ regnum, ex conſilio ſuo- M.D.XCVI.
rum Senatorum, Suecorum nimirum, & non aliorum gubernare; quanto magis ad idem faciendum obligatur, dum eſt remotior, & auribus ac oculis alienis vti cogitur, aſtricti ſunt præterea Senatores Regni huius iureiurando, & Regalia & Iura Regni non ſolùm per ſe illæſa conſeruare; verùm etiam vt idipſum planè Rex faciat, ſemper ac ſeriò monere.

Tributum in conuentu Sudercopienſi nullum imperatum eſſe, ſed ſpontaneâ voluntate, eo modo, vti lex exigit, oblatum, ex cauſſa in lege expreſſa, ſumptus ſcilicet bellici reſarciendi. De Moneta conſtat, quàm plurimis principibus & ciuitatibus, illæſo iure Maieſtatis, ius cudendi conceſſum eſſe. VVaſtenis quoq; Regis Iohannis & Principis fratris nomine colligato, numiſma cuſum. ac regem poſtea etiam Duci fratri facultatem cudendæ monetæ, quoad vixerit, libenter conceſſiſſe.

Hanc Reſponſionem prolixiorem, legatis ſociorum & amicorum ſub vno rege, non iudicum, à ſe datam eſſe, vt omnibus planum faciant, ſe à nota criminis læſæ Maieſtatis tacitè inſinuatæ longiſſimè abeſſe. Orare autem Polonos, qui libertatis vindices & Priuilegiorum aſſertores ſummâ cum laude ſemper habiti ſint, vt ſereniſſimi Regis animo ſiniſtram hanc de Suecis conceptam ſuſpicionem animo euellant, & mutua ac æqua moderatione, iuxta leges Regni, iuramento Regio confirmatas, non Bello, controuerſiam hanc dirimi, clementiſſimè permittat; nec qua religione DEVM, ſed qua fide & integritate Regiam ſuam Maieſtatem Sueci colant, conſideret. Saluis legibus & ſtatutis regni, Iureiurando Regio confirmatis, & abolitis, quæ illis repugnant, Sueci vnà cum Polonis, Regio Iuramento innixi, ſubiectiſſima, communem regem, coniunctis animis, fide, integritate & obedientia colent, & in ea perſeuerabunt, nec per ipſos ſtabit, quò minùs priſtina inter hæc duo regna beneuolentia & concordia, ſaluo iure vtriuſque, ſeruetur. Poſtremò ſe commendant, & Reſponſum pro ratione temporis, non lædendi aut inuehendi, ſed tantùm defendendi ſui cauſſa, ſibi omninò neceſſarium, boni conſuli rogant, & proſperam nauigationem ac reditum feliciſſimum legatis precantur.

Paulò ante hanc legationem à Polonis ſuſceptam, ANNA Poloniæ Regina, Stephani Vidua, Sigiſmundi Auguſti ſoror, poſtrema ex Iagellonum familia, cùm ætatis annum 70. exceſſiſſet, VVarſauiæ ex hac vita deceſſit, ingentibus relictis theſauris, quos ſororis ſuæ Catharinæ reginæ Sueciæ liberis, Sigiſmundo III. Regi, & Annæ ſorori teſtamento legauit. Exuuiæ corporis illius, initio Nouemb. Cracouiam deuectæ, iuxta maritum regem Stephanum conditæ ſunt.

In Pruſſia, regni Poloniæ prouincia, Epiſcopi Pontificij, Culmenſis & Vladislauienſis præcipuè, Regijs decretis aduerſus eccleſias Euangelicas armati, paſtores multos ruri ex ſuis parochijs remouent, & in vrbe Turonienſi, die Iohannis Baptiſtæ, templum primarium occupant. Idem Meuæ & Stargardiæ à Vladislauienſi factum eſt. Qui Dantiſcanos etiam, primùm Sobcouiam, deinde Oliuam euocans, Marianum templum foro contiguum ſibi tradi, & liberum in eo religionis pontificiæ exercitium; & cauſas conſiſtoriales omnes ſibi & ſuo officiali in vrbe dijudicandas, reſtitui: Cœnobium D. Brigittæ & alia permitti flagitauit. Cùm verò re infecta diſceſſum eſſet: Iacobum Fabricium Gymnaſij Rectorem, ac vt verba citationis ſonant, damnatiſſimi dogmatis Caluiniſtici in ciuitate Regia Gedanenſi (aduerſus expreſſa ciuitatis priuilegia, Regnique indulta & commiſſariorum conſtitutiones, ac Senatusconſultum de Religione, quod Notulam vocant) Doctorem publicum, peremptoriè Subcouiam citat. Sed Senatu eum excuſante, quòd ciues extrà vrbem comparêre non teneantur, Epiſcopus Commiſſarios in vrbem mittit, qui cum officiali aduerſus Fabricium procederent. Indicant Teſtes aliquot ciues, ac nominatim quatuor ex Miniſterio, quos Burggrauius mandato Regio ſiſtere, & compellere ad dicendam veritatem iubetur. Id periculum omne auertit Senatus, denuò interpoſita ſolenni proteſtatione, 23. Iulij.

M.D. IIIIC. ſtatione, quòd citatus nulla ratione Epiſcopi Iuriſdictioni ſubditus, neq; ab eo vocatus, vel præſentatus vel ordinatus, Sed ciuitatis Dantiſcanæ ciuis eſſet, à Magiſtratu ciuili ad docendum vocatus, & legitimè conſtitutus, ciuitaſq; hæreligionis libertate, Specialibus item Indultis ac priuilegijs gaudeat. Iccirco priores proteſtationes coram Epiſcopo Sobcouiæ & Cziechoczini & alibi interpoſitas repetens, & pro Inſertis haberi volens, de Iuris forma validiſſima, contra proceſſum hunc nulliter inſtitutum, omnia ex eo emanata vel emananda (retineo enim verba) Magiſtratus ciuitatis iterum atq; iterum proteſtatur. Deinde nouis mandatis, addita comminatione pœnæ centum millium aureorum, Rex præcipit, vt Senatus intra certam diem Epiſcopo templum reſtituat, vel cum eo tranſigat. Sed capta recens à Turcis Agria, regno Poloniæ vicina, cùm nouis belli Turcici periculis auertendis Regia occupata eſſet, Induciæ Dantiſcanis vſq; ad Paſcha ſequentis anni datæ ſunt.

In Dania verò præcipuæ autoritatis Heros, ſapientia & virtute præſtans GEORGIVS Roſenfrantz, Regni Conſiliarius & Chriſtiani IIII. regis pupilli Tutor, ipſa die Paraſceues, 9. Aprilis, ex his terris migrauit.

BELGICÆ vnitæ prouinciarum, Geldriæ & Zutphaniæ, Hollandiæ & VVeſtfriſiæ, Zelandiæ, Vltraiecti, Friſiæ, Tranſiſalanæ, Groningæ &c. Ordines, cum Galliæ & Angliæ Regibus, contra Philippi Hiſpani ambitioſas & violentas molitiones, commune FOEDVS, ſui defendendi & hoſtis lædendi cauſa inierunt. ad quod alijs etiam regibus & principibus, quorum intereſt aduerſus Hiſpani πλεονεξίαν ſua tueri, aditus patebit. De Pace autem vel Inducijs neutra pars, abſq; alterius conſenſu, cum hoſte Hiſpano vel prouincijs illius paciſci vel tractare poterit. Armis, puluere pyrio, commeatibus ſe mutuò ſubleuabunt. Subditos principum fœderatorum mercatores ſinguli tanquam ſuos ſubditos libere & ſecurè negociari ſinent. Rex Galliæ neminem Anglicæ reginæ ſubditum ob religionem, nunc in Anglia approbatam, per Inquiſitores aut vllo alio modo, vel in corpore vel bonis vexari & lædi permittet.

Peculiariter autem inter regem Galliæ & vnitos Belgici ordines conuenit, vt Reges Scotiæ & Daniæ per legatos ordinum ad ſocietatem fœderis inuitentur. Ante exitum Martij exercitus Galliæ regis, in finibus Picardiæ & Arteſiæ: Ordinum verò, vbi Duci Bullionæo & Mauricio viſum fuerit, præſtò ſint. Belgæ ad alenda 4000. peditum conferent (1597.) regi 450000. florenorum. Sin Hiſpanus ordines oppugnabit, Gallus 4000. pedites ad defenſionem Belgici remittet. ac, ſi neceſſe erit, mille etiam equites & 4000. pedites adiunget. Inter Belgas vnitos & Gallos commercia tuta & priuilegia priſtina illibata ſeruentur. Principis Auraniæ, qui primus defenſionis contra Hiſpanum fundamenta iecit, viduam liberoſq; Rex Galliæ eiuſque ſucceſſores perpetua beneuolentia complectentur, vt bona per communem hoſtem detenta recuperare poſſint.

Inter ſubditos regis Galliæ & Belgas vnitos talis commerciorum libertas erit, vt non maiora vectigalia & tributa, quàm naturales ejus loci, vbi contrahetur, incolæ vltrò citroque ſoluere teneantur. Ius Albinagij, quo alibi natorum, ſed in Gallia morientium, bona fiunt caduca, prorſus abrogabitur. Repreſſalia etiam nulla in poſterum concedentur, ſed ordinariâ Iuris viâ quiſque ſuum repetet. Vt maria aduerſus Piratas tuta reddantur, cum quibuſcunque paciſci licebit, vt opem Belgis aduerſus illos ferant.

Naues Gallicæ, quæ ad auehendum frumentum aliaſue merces verſus ortum aut aliò in mare Balthicum excurrent, curſum ſuum proſequi poterunt, tàm in nauigando eò, quàm redeundo, nec appellere ad portus ordinum, aut ibidem vendere aliquid, emere aut permutare cogentur. Et ſi fortè ventorum impetu ac tempeſtate cogantur ſubire portus ſtationeſq; maritimas vnitæ Belgicæ, nulla eis neceſſitas imponetur vel manendi, vel exonerandi diuendendiq; merces

merces suas. Quemadmodum idem ius erit incolis confœderatæ Belgicæ, qui M. D. IIIC.
vel in profectione vel reditu maritimas ab oriente vel occidente Galliæ oras legent, aut in portus appellent.

De his capitibus fœderis, literas ratihabitionis Regum Galliæ & Angliæ legati, Henricus dux Bullioneus & Georgius Gilpin intra sex menses curabunt. 31. Octob.

M. D. XCVII.

IN Arctoo hoc orbe, Regnum SVECIÆ, Sigismundi Regis, in Poloniâ absentis, nomine, gubernabat CAROLVS, princeps Sueciæ Hæreditarius, Dux Sudermanniæ, regis patruus. Qui cùm post legationis Polonicæ, superiori anno commemoratæ, exitum, Gubernatoris regni titulo, quem in Sudercopiensibus Comitijs, de consensu ordinum Regni præsentium assumserat, renunciasset, eamq; resignationem rex ratam se habiturum ostenderet: tamen paulò post iterum Gubernationem regni accepit, & Comitia Regni, prohibente rege, ne quisquam ad ea accederet, & consiliarijs regni dissuadentibus, Arbogiæ, ad 18. Februarij, diem Concordiæ & Constantiæ, indixit. Recessus Comitiorum, typis editi, hæc sententia & summa est. Etsi serenissimus Rex Sigismundus, literis, per omnes regni prouincias publicatis, seuerè prohibuerit, ne comitia hæc quisquam inuiseret, existimans, per illa regiæ suæ Mtis eminentiam atq; dignitatem lædi; tamen cùm summa regni necessitas, ad multiplicia regni damna & detrimenta auertenda, conuentum flagitet; & in Suecia Regis vices obtinentes, cùm necessitas regni postulat, simul potestatem ordines conuocandi & comitia celebrandi habeant: Ordines conuocati à Duce Carolo, vt S. R. Mtis & regni commodis consulerent, obedienter comparuerunt, sperantes, ex Regni Senatoribus plures accessuros, cùm ex illorum ordine tantùm vnicus hunc conuentum inuiserit. Testantur autem, nihil se, quod vel Christi Religioni, vel suæ erga R. M. Fidei, vel patriæ commodis aduersetur, acturos, nec nouum aliquid, sed ea solùm, quæ communi cum consiliarijs deliberatione, in Sudercopiensi conuentu antea concluſa sunt, executioni daturos esse. Decernunt igitur, vt vna sola Augustanæ Confessionis Religio, in Vpsaliensi Concilio ante quadriennium instaurata, & per R. Mtis Iuramentum assecurata, vbiq; in regno vigeat, nec vllius alterius Religionis exercitium vspiam admittatur, nisi in Regio sacello, cum S. R. M. intra regnũ fuerit constituta. Deinde, serenissimo Regi iuratam à se obedientiam & fidelitatẽ inuiolatè seruatum iri testantur. Tertiò, Sudercopienses constitutiones vniuersas & singulas denuò comprobãt, & promittunt, se absq; respectu eorum, qui contradicturi sint, vnanimiter auxiliaturos, vt inuiolatè obseruentur atq; in effectũ perducantur. Quartò, Legationem ad Regem decernunt, vt in regnum prima occasione reuertatur, & præsens omnia componat & gubernet. Legatos ex regni Senatu sumi vellent. Itaq; petunt, vt intra sex hebdomadas se erga Ducem Carolum illi declarent. Quintò CAROLVM Ducem solum pro Regni gubernatore se agnoscere, & Neminẽ alium, supra vel iuxta illum, ad Regnũ gubernandum admitti vel concredi oportere, Ordines statuunt. Nec se quenquam alium idoneum agnoscere, qui in Regis absentiâ Principi Carolo præferatur, vel cui ipsi aliquam obedientiam præstare velint, vel possint. Ideo se vnanimiter in his comitijs prtncipem rogasse, vt ipse, sicut hactenus, ita in posterum Regni Gubernationem sustineat, donec Regiæ Mti facultas in regnum reuertendi præbeatur. Quod cùm princeps receperit, se vicissim, rege absente, in eius vtilitatem & commodum, Illustrissimo Principi omnẽ competentem obedientiam, Fidelitatem, & obsequium beneuolũ præstare, & Celsitudinis illius mãdata & iussa fideliter exequi velle. Sextò De tumultib⁹ in Finlandia componendis. Septimò, De vecturarũ mitigatione. Octauò, Inuitant eos, qui non comparuerũt in his Comitijs, vt intra sex hebdomadas ostẽdant, an Sudercopienses cõstitutiones, & in hoc conuẽtu Arbogæ concluſa, vnanimiter cum ipsis amplecti ac exequi velint. Non assentiẽtes pro inquietis & ab-

M. D. IIIC. ſciſſis regni membris habebunt, quos Dux Carolus iuſtè punire poterit, ne regnum ab eiuſmodi diſcordia detrimentum capiat. Poſtremò concludunt, Si quidam ſuperiores vel inferiores extiterint, qui ullum ex nobis, hunc conuentum viſitantibus, eiuſq; acta approbantibus, quocunq; modo odiſſe & perſequi aggredientur: Nos econtra vnitos atq; obligatos volumus, vt ſinguli pro vniuerſis, & pro ſingulis vniuerſi ea tueamur, neq; committamus, vt vlli noſtrum vis atq; iniuria inferatur, ſed pro cauſa & nobis inuicem & vitam & fortunas omnes in diſcrimen collocabimus. Neq; tamen ita, vt conſpiremus, vel nos obligemus contra eam fidelitatem, quam ſuperiori noſtro magiſtratui nos debere coniunctim confitemur, vel contra eam concordiam, qua inuicem alter alteri legum & iuſtitiæ nomine colligati ſumus; Sed vt id, quod conſentientibus & maturis conſilijs & deliberationibus compoſitum eſt & concluſum, firmiter & irreuocabiliter ſeruetur & impleatur. Datum Arbogæ, die 5. Martij.

Dimiſſo conuentu, Carolus Conſiliarios regni, qui abfuerant, denuò interrogat, an Sudercopienſes Conſtitutiones, quas ante biennium communi conſilio ſanciuiſſent, & huius Arbogienſis conventus decreta approbent, & coniunctis cum reliquo regno animis tueri velint. Conſiliarij verò, Regis mandatis aduerſari non volentes, cùm docerentur, niſi poſtulatis Caroli aſſentirent, ſe pro patriæ hoſtibus & proditoribus regni publicè pronunciatum iri; paulatim alij alio ſe ad fines regni, pars in Daniam, pars in Norvvegiam, alij ad Oſtrogothiæ littora ſubducunt, & regis ex Polonia aduentum ardenti deſiderio expectant.

Menſe Martio, Carolus Iuramentum fidelitatis ſibi præſtandæ, donec Rex in Regnum redeat, à ſubditis & prouincialibus pleriſq; accipit: & Stocholmiam regni metropolin, ſine recuſatione ipſi parentem, ac Elsburgum, arcem & portum regni ad mare occidentale vnicum, occupat. nam præfectus, Ericus Guſtaui, improuiſo Caroli aduentu conſternatus, cùm milites Regij arcem Regio vicario claudere nollent, nauicolâ Niloſienſi fortè oblata, Marſtrandum, inde VVarenbergam, & poſtea Dantiſcum, & in Poloniam, ad regem diſceſſit. Ericus Sparre, regni Cancellarius, cum coniuge & liberis in Scaniam ſeceſſit Svvanholmiam; viri nobilis Gabrielis Sparre, agnati ſui, hoſpitio vſus. Secuta eſt occupatio ciuitatis & arcis Calmarienſis, quæ alterum regni Sueciæ propugnaculum eſt. Et in Finlandia Nicolaus Flamingius, Gubernator â Rege conſtitutus, & regni Amyralius, 13. Maij diem ſuum obierat. Ita omnes regni prouincias, ſola Liuoniæ Eſthonia excepta, Carolus ſibi adiunxit: Omnia hæc, pro tuendâ verâ Religione, & in Regis ac Regni commodum ac emolumentum à ſe ſuſcipi, palàm teſtificans. Imò, vt regis aduentum in Sueciam ſeriò à ſe expeti declararet, claſſem octo nauium bellicarum ad Viſtulæ oſtium Dantiſcum mittit, quæ Regem in Sueciam deduceret. Superat vna Finlandiæ arx, & oppidum Abovv, nondum deditum, quod præſidiarij, à Flamingio ibi collocati, ſe pro Rege defendere, profitebuntur. Hos obſidione cingens Dux Carolus, ex caſtris, ad ciuitatem Reualienſem & Nobilitatem Eſthonicam, Decreta Comitiorum Sudercopienſium & Arbogenſium ſubſcribenda mittit, ac, vt ſe cum cæteris regni ordinibus coniungant, & Carolum Gubernatorem regni generalem agnoſcant, ſeuerè flagitat. Si recuſent, ſe regni hoſtium loco eos habiturum eſſe minatur. Reualienſes, poſtulatis Caroli ad Sigiſmundum regem delatis, iubentur per Secretarium in vrbem miſſum iurisiurandi ſui memores fidem regi datam conſtanter ſeruare.

In Belgico, ſuperiore autumno, Hollandiæ & vnitarum prouinciarum ordines, cum Rege Galliæ & Regina Angliæ, ſe mutuò defendendi & hoſtis offendendi fœdus, contra Hiſpaniæ Regem communem hoſtem inierunt. Cùm igitur Galliæ Rex, Arteſiæ & Hannoniæ fines crebris excurſionibus, prædis & incendijs ſequenti hyeme vexaret: Cardinalis verò Albertus, collectis ad Turnhautum Brabantiæ oppidum lectiſſimis veteranorum peditum quatuor

quatuor legionibus, ac quinq; equitum turmis, non obstante hyemis aut tem- M.D.XCVII
pestatum asperitate, magnum aliquid aduersus vnitos Belgas moliri videretur: MAVRICIVS comes Nassouius, vnitarum Belgicæ prouinciarum, ordinumq; Imperator exercituum summus, ex præsidijs vicinis silentio circiter sex millia peditum, ad 22. Ianuarij, Gertrudis, Bergam euocat. Quò cùm ipse, Haga comitis digressus, & comite Solmensi & Francisco Verio comitatus, constituta die accessisset: intra paucas horas, 150. Naues, militem vehentes, appulerunt. Robertus etiam Sidnæus, Reginæ Angliæ Gubernator Vlissingensis, cum 300. Anglis, & Brielanus cum 200. aduenerunt. Postridie igitur summo mane copijs eductis, totam diem & magnam noctis partem progrediens, circa noctis medium, in Rauels pagum vno à Turnhauto miliari venit, vbi milite paululum se reficere iusso, postremum agmen, quod eò etiam ante auroram venit, expectauit. 24. Ianuarij.

Comes autem Varaxius, dominus de Balanson, summus Hispanici exercitus ad Turnhaut desidentis Imperator, subito & improuiso Mauricij aduentu consternatus, nec stationes suas muniens, nec milite suo recenti hostibus ex itinere defatigatis & lassis occurrens, non de prælio, sed de fuga cogitabat. Erant in Hispani exercitu legiones, vna Neapolitanorum, sub Marchione Triuisano, altera Germanorum, sub comite de Sultz. 3. & 4. Belgarum, VVallonum, sub Domino Haricurto. Equitum quinq; turmas ducebant Nicolaus Bastius, Ioannes de Corduba, Alfonsus Dragon, Grobendunck & Gusneus. Hæ copiæ ante lucem Turnhauto mouentes versus Herentals properant. Mauricius orta iam die Turnhautũ veniens, cùm discessisse hostes videret, peditibus subsequi iussis, cum equitatu hostem, disiunctis legionibus incedentem, & à latere alis equitum cinctum, primo à Turnhaut lapide assequitur. Et à latere Philippum Hoënloum & Solmensem, à tergo Robertum Sidnæum & Verium adoriri iubet. Qui tanta vi ac impetu subsistentes aggressi sunt, vt perruptis ac dissipatis ordinibus exercitum in fugam verterent, & circiter bis mille, vnà cum comite Varaxio, summo duce, occisis, plurimis captis; circiter 30. peditum vexilla retulerunt. Qua insigni victoria de Hispanis parta, Mauricius Turnhautum redijt, & machinis ad arcem admotis, præsidium Hispanicum, vita & fortunis eorum saluis, dedere arcem coëgit. Comitem Varaxium, in prælio interfectũ, honorificè sepeliri curauit. De captiuis ad Cardinalem Albertum Gallico sermone scribit: omninò se constituisse, milites, qui pridie capti essent, dimittere, & humanitatem suam, qua vti consueuerit aduersos eos, qui in manus suas incidunt, erga illos etiam declarare. Sed quoniam sibi significatum sit, Cardinalem belli præfectis in Turnhaut edixisse, ne posthac statuum milites captiuos seruarent; ideo cupiuisse prius hunc scrupulum sibi eximi, antequam libertatem illis permittat: vt intellecta Cardinalis voluntate possit eligere, quod præsenti negocio maximè expedire videatur. Cardinalis humanissimè respondet, se non posse non laudare humanitatem Comitis, qua sit vsus erga defuncti Comitis de Varras cadauer, eoq; nomine se ipsi gratias agere. Quod ad captiuos attinet, nunquã se eo animo fuisse, vt captiui in bello occiderentur, id.n. naturæ suæ minimè conuenire. Itaq; si hac in parte ea vtatur beneuolentia Comes Mauricius, de qua ad Cardinalem scribat: se quoq; idem facturum in similibus occasionibus, quæ posthac se possent offerre, ac Deũ precatur, vt eum seruet. Turnhauto Mauricius, ante acceptum hoc à Cardinali responsum, digressus: milites omnes in sua præsidia & stationes reduci iubet. Ipse Hagam Comitis opimis onustus spolijs, intra duodecimum, postquam illinc discesserat, diem, reuersus est.

Cardinalis Albertus Bruxellis tum desidebat, & de instaurando exercitu cogitans, magnas rei nummariæ difficultates experiebatur. Nam Rex Philippus, Italis & aliarum nationum mercatoribus, qui immanes vsuras, ternas aut quaternas centesimas, præter cætera πλεονεκτήματα, pacti erant, quibus Regale suum patrimonium, annuos regnorum reditus, & subsidia extraordinaria absumi querebatur, soluere recusabat. Vt tamen fidem præstare, & conscientia bona niti eum

M. D. IIIC. appareret, controuersiam in Religionem vertit, ac constitutis, qui cum fœneratoribus ex æquo & bono transigerent, duos, qui ipsi & filio à confessionibus erant, adhibuit, à quibus de immani auaritia moderanda, & vitandis vsuris illicitis & periculo animæ suæ admonerentur. Interea quibusdam creditoribus foro cedentibus, cæteri horum periculo à credenda Regijs pecunia deterrentur.

Nihilominus tamen Cardinalis, AMBIANVM, Picardiæ metropolin munitissimam, (quæ armamentarium belli aduersus Artesios & Belgas vicinos fore existimabatur) arte Gallo ademit. nam ex vicina vrbis Dorlani (per comitem à Fuentes ante biennium occupatæ) præsidio, sex vel octo milites, habitu rustico saccos nucum & pomorum gestantes, quæ in forum Ambianum venalia se delaturos simulabant, Portam vrbis intrant, & facco vno, velut fortuitò, vafrè soluto, nuces effundunt, Quas dum ciues portæ custodes securi, circiter 20. in nuces magis quàm hostes intenti, auidè colligunt; currus fæno onustus in pontem pensilem à tergo succedit, & solutis equis, immotus consistit. Mox signo dato Hispani 400. in templo campestri manè obsconditi, accurrentes, portam, custodibus trucidatis, occupant, & maioribus copijs statim secutis, ciues occurrentes interficiunt, vrbem captam aliquot dies diripiunt. 7. Martij. Quam postea quinquies millium Hispanorum præsidio Cardinalis muniuit, & totam æstatem, aduersus exercitum Gallicum, & Regem ipsum mœnibus aliquandiu assidentem, & tandem magno tormentorum apparatu oppugnantem, defendit. Cardinalis, Duaci collectis circiter vicies mille peditum, & 5000. equitum copijs, opem ferre circumsessis, delegato Admirante Aragoniæ, tandem nitebatur; Is curribus carrisq; instar valli munitus, prope regem accedens, ab vno latere regios elicere conatur, vt ab altero militibus nudato annonam obsessis inferret. Sed fefellit eum opinio, cùm latus illud, vrbem spectans, artissimè à militibus Gallis custodiretur: & ipse ab exercitu regis pulsus, aliquot equites amisit, & rursus Ambianum deserens, Dorlanum vsque recessit. Post discessum Cardinalis, præsidiarij milites, qui fortissimè vrbem hactenus pro Hispano propugnarant, desperata deinceps defensione, statim cum Galliæ rege certis conditionibus (quæ à Galliæ rege ad vnitos Belgici ordines typis descriptæ extant) transegerunt, & circiter 1200. ex 5000. superstites, per ruinas murorum, tormentis Gallicis patefactas, non per portam, ex vrbe ea ducti, incolumes dimissi sunt. Sic ad veterem Dominum vrbs postliminiò redijt, 15. nostri Septembr. Cardinalis, post amissum Ambianum, Ostendæ, oppidi maritimi in Flandria, quod ab vnitis Statibus & Anglis tenebatur, obsidionem ostentauit, sed paulò post, ea deserta, Bruxellas redijt. vbi Hispaniæ regis decreta, de Alberto, hæreditario Belgici gubernatore & Domino constituendo, & primogenita regis Hispaniæ filia Eugenia Clara Isabella, ipsi in matrimonium tradenda, senatibus Brabantiæ & cæterarum prouinciarum, ineunte hyeme promulgata sunt.

Dum verò in finibus Belgici versus occidentem, Cardinalis & Hispani ad Somam fl. in retinendo Ambiano frustra occupantur, Mauritius Nassauiæ Comes, ad ortum, quæ ad Rhenum reliqua Hispani habebant, oppida & arces recuperat, & Reinbergam primùm, vulgò Berx dictam, è regione Vesaliæ circumsidet. Id Cliuiæ oppidum, archiepiscopo Colonienſi subiectum, à Martino Schenkio interceptum, Hispani tandem ab Ernesto arch. inuocati, cùm sexennium ferè obsediſſent, tandem Carolo Mansfeldo duce in suam potestatem redegerunt. 1590. Etsi autem archiep. & collegium Colonienſe sedulò in aula Bruxellensi restitutionem illius vrgebant: tamen ob magnitudinem sumptuum, tot annis in illius recuperationem impensorum, & quòd traiectum Rheni, ad continuationem belli in Frisia commodissimum, retinendum Hispani iudicarent: quanquam Dux Parmensis se Hispanicum præsidium inde exempturum tandem polliceretur: tamen morte illius executionem præueniente; oppidum in Hispaniæ regis manu hucusq; manserat. Rex verò non traiectu solùm illius loci vtebatur, verum etiam vectigalia & Licentias, (vt nominant) quas vnitarum Belgici prouinciarum ordines

dines abrogato cœperant, ibi instituit: & liberam itinerum facultatem, terrâ & Rheno, non solùm hostibus, verùm etiam vicinis Cleuensibus, Iuliacensibus, Colonienſibus, neutri parti coniunctis, ademit, & publicis edictis mandauit, ne quis in Belgico, ac inprimis cum Hispanorum hostibus, commercia exercens, per Rhenum ascendere aut descendere, sine Regij Gubernatoris Cardinalis Alberti peculiaribus salui passus literis, posset. M. D. XCVI.

Cùm autem vnitis Belgici ordinibus & vicinis prouincijs hæc incommodissima & planè intolerabilia acciderent: intelligerent etiam, quantum momenti ad plenam recuperationem & liberationem locorũ, quæ rex in Frisia tenebat, in oppido Berx situm esset: ne præsidijs arcium & oppidorum Hispani obsessis auxilia (vt ante biennium Grollensibus per Mondragoniũ) opportunè submitti possent: Mauricius comes Nassauiæ, vnitarũ Hollandiæ prouinciarum Gubernator ac capitaneus generalis, mandato ordinum seriò rem aggressus, exeunte Iulio magnũ apparatum nauium & munitionum bellicarum aduersò Rheno ad castellum Schenkij, prope diuertigium Rheni in Cliuia excitatum, conuehi curat. Hominũ opinio erat, Grollam, vel Grauam, vel Buscum ducis tentatum iri. At Fridericus comes Bergensis, Hispanicus ductor, præuidens id quod erat, ex vicinis præsidijs selectos fortissimos milites circiter 400. aut 500. Reinbergam mittit, promittens, se, vbi opus esset, præstò eis futurũ esse. Præfectus Reinbergæ erat capitaneus Snater, miles exercitatus ac industrius. Alpis cum signo peditũ præerat centurio Benting. qui appropinquante Mauricio, Reinbergam cum suis migrauit. Itaq; desertum oppidum statim se comiti Mauricio, incunte Augusto, tradidit. Mox Reinbergæ etiam deditio, missis eò copijs, poscitur. Cumq; erumpentes obsessi circiter 60. cum hoste velitarentur, pleriq; concisi sunt. Postridie totus exercitus 12000. sub signis 127. oppido succedit, & insula Rheni occupata, ad vrbem castra metatur; & fixis per palustria palis, & superimpositis cratibus ac tabulis, ad sustinendas ingentis ponderis machinas, murum oppidi, qua parte accessus patere non videbatur, petunt. Interea naues Hollandicæ 120. longa serie appellentes, Rhenum supra & infra oppidum pontibus naualibus iunxerunt. Tormenta enim circiter 84. in castris erant, in quibus collocandis & muniendis aliquot dies consumpti, & cuniculi acti sunt. Tandem castellum ad Teloneum occupatum, & inter Rhenensem & Cassellensem portam magna pars muri tormentis deiecta est. Cùm igitur acies hostilis, velut impressionem in oppidum per illas mœniorum ruinas factura, constitisset: præfectus vrbis nulla auxilia submitti videns, nec à Cardinale ad Ambianum occupato expectans, colloquium comitis Hohenloij de pace expetit, & suæ ac suorum vitæ parci, & honori eaten⁹ consuli petit, ne subitò oppidum adeò munitum tradere cogerentur, sed triduum adhuc deditionem differrent: Respondente autem Hohenloio, si incolumes conseruari vellent, vt in continenti se declararent; conuenit, vt armati cum sarcinis suis, signis cõuolutis, postridiè egressi Ruremundam versus aliquot turmis equitum deducerentur.

Comes Maurici⁹ cum suis die 10. Augusti oppidum intrauit, & vndiq; accuratiùs muniuit, ac excitato in Rheni insula castello, & machinis, quarum magnam copiam in vrbe inuenerat, præsidijsq; collocatis, nono die post cum vniuersa classe & copijs ad Mosas oppidum & arcem vicinam accessit. Quæ, postremo comite Humberto Adolpho sine hæredibus extincto, viduæ illius, vt inde ad vitam aleretur, à marito attributa erat. Vnde cùm conniuente archiep. & collegio Colonienſi, feudi Dominis, arceretur, sæpè pro ea stat⁹ Hollandiæ, & illis fœderati interceſſerant, ac, nisi in possessionem, qua spoliata erat, restitueretur, se armis eam reducturos esse, denunciarant. Id nunc exequuntur. Cùm primùm autem ad oppidum castra Nassouiani fixerunt, &, munitionibus ad fossam vsq; promotis, eam complere cœperunt: Gubernator oppidi de conditionibus deditionis cum Nassouio transegit, vt Gubernator, capitanei &, ministri Regij, cunctiq; milites, explicatis signis, cum Musica & armis, equis & pecoribus suis, arce &

oppido

M.D.XCVI oppido exeant: currus ægrotis militibus & alijs ducum bonis auehendis, quot opus erunt, suppeditentur; Constituto tamen vade apud Mauricium, donec currus ac equi redeant. Gubernatoris vxor etiam cum omni mundo & supellectile secura sit. Nec ciuibus de ijs rebus, quæ sub illius gubernatione acciderunt, molestia vlla exhibeatur. Sic 23. Augusti Iuliani. 2. Sept. Gregoriani, Moers à Mauricio deditione captum, & viduæ postremi comitis restitutum est.

Mox traiecto cum copijs Rheno, comitatus Zutphaniæ oppidum Craulium, (vulgò Groll) præcipuam eius tractus munitionem, quod tredecim signa peditum, tres turmæ equitum, custodiebant, obsidere cœpit. Cumq; visitato ipsi more pacem primùm offerret, si sponte cum staribus Belgici vniuersi se coniungerent: petulanter respondentes arctiùs circumsidet, & fossis aggeribusq; cingit: & admotis machinis, & cuniculis sub terrâ actis, pyrioq; puluere subiecto, ita vrget, vt tribus hebdomadis exactis, deditionem sponte offerrent, si modò cum Gubernatore suo, Friderico comite à Berg, communicare priùs de omnibus liceret. Quod cùm negatum esset, statim se 27. Sept. vel 17. nostri, comitis Mauricij potestati permiserunt.

Bredefordum, quod omnium in hac expeditione occupatorum munitissimum locum esse Mauricius ad ordines vniuersos scribit, nono obsidionis die, Michaëlis 29. Sept. Iuliani, 9. Octo. Greg. deditum est. Inde in Twentiam ductus exercitus, Oldenziel, Otmarsen, Enschede & vicina minoris momenti loca, in potestatem suam initio Octobris redegit. Tandem præcipuum prædonum domicilium & arcem in ijs locis firmissimam, LINGAM, olim comitatus Tzuelburgensis partem (cuius dominij mutationes & vices varias diligenter superioribus libris suo quaq; anno recitaui) obsidione cinxit, Quam Comes Bergensis ipse cum præsidio peditum ac equitum firmo fortissimè tuebatur. Is contemptim initio, ac fere contumeliosè, Mauricium pacem offerentem excipiens, post trium hebdomadarum oppugnationem in eas angustias redactus est, vt arcem cum oppido & toto territorio 16. pagorum adiuncto, Comiti Mauricio traderet. Qui rebus fortissimè ac felicissimè hac æstate gestis, & in tantis successibus, summam animi moderationem, ab omni Thrasonica elatione, iactantia & superbia alienam retinens, amorem & admirationem omnium prudentium, & laudem ac gloriam sempiternam retulit.

Vtinam in Vngaria pari virtute & fortuna bellum aduersus Turcas administratum commemorare possem. Sed huius infelicitatem, nostris peccatis; quæ diutius punire Deus iustissimo iudicio virga Turcica decreuit, potiùs, quàm fato, vel optimis principibus Austriacis impuremus. Imperator Rodolphus, initio anni, Sigismundo Transyluaniæ Duci, ad se Pragam profecto, noua militum ci, citer 6000. & pecuniæ auxilia promisit: eumq; in Aurei velleris societatem solenni ceremonia recepit. Qui 25. Febr. vel 7. Martij Greg. Pragâ discessit. Summæ belli Turcici archidux Maximilianus iterum ab Imperatore præfectus est. Pontifex per legatum Io. Franciscum Aldobrandinum, Italica auxilia circiter decem millium suo sumptu se in Vngariam missurum ostendit, quibus Ducem Mantuanum præfecit. Germaniæ, quos vocant, circuli, denuò copias auxiliares suo sumptu collegerunt. Saxonia superior mille equites, interior totidem, Franconia, Bauaria, Sueuia, &c. suum ἐπικαμπίον singulæ, vt Boiemiam & Austriacas prouincias taceam, addiderunt. Hi mense Iulio & Augusto, prope Posonium & Aldeburgam lentè conuenientes, ad Pappam profecti sunt, quam post octidui circumsessionem mense Augusto occuparunt. Inde Aldeburgam ad exercitus lustrationem redierunt. Initio Sept. ad Rabam, sine vllo oppugnationis conatu, nisi quod Dominus à Bernstein, propius ad muros succedens, interfectus est, pleriq; defederunt: donec Mahometem Bassam Turcicum propiùs cum exercitu accedere allatum est. Ibi relicta Rabæ obsidione, quòd impares Turcis se esse diceret, trans Danubium in Scythiam, Gomorrham versus, retrocesserunt 24. nostri Septemb. & in aduersa Danubij ripa boreali descendentes, octiduo post, arcem Totes, in

tes, in oppoſita Danubij ripa auſtrali ſitam, à Turcis circumſideri ac expugnari, exercitus noſter ocioſus ſpectauit. Inde VVatſiam deſcendentes, cùm Turci ex vrbe Peſto appropinquare dicerentur, deſertâ & incensâ arce Turcis relictâ, ad oram Danubij borealem, Strigonio, quod ad meridiem Danubio adiacet, oppoſitam, retroceſſerunt. Nec plura de his commemorare libet. nam & Themeſvvari obſidio, per Sigiſmundi Tranſyluaniæ Ducis Cancellarium, ſerò, menſe Octobri inchoata, paulò pòſt, ob tempeſtates fædas, & Turcarum vrbem defendentium fortitudinem, deſerta eſt. Alfonſus Dux Ferrarienſis ſenex, quem ſummæ belli Turcici adminiſtrationi præficere Imperator ſuperiori anno cogitabat, ex hac mortali vita hoc autumno deceſſit, cuius ditionem Cæſar Eſthenſis nothus, ab eo hæres & ſucceſſor inſtitutus, ſtatim occupauit: reclamante Pontifice, feudi Domino: qui fulmine excommunicationis eum perculit, & armis ac exercitibus Cæſarem perſecutus eſt. D. M. IIIC. 21. Auguſti.

In Belgicum, Philippi Hiſpaniæ regis decretum, de filiæ regis primogenitæ, Belgici prouincijs à patre dotatæ, matrimonio cum Cardinale Alberto, archiduce Auſtriæ, contrahendo, allatum eſſe, paulò antè meminimus. Literæ, quibus Belgici ordinibus voluntas Regum patris & filij ſignificatur, in Hiſpania ſubſcriptæ fuerunt. Quas archidux 26. Nouembris ordinibus Bruxellam conuocatis exhibuit. Quibus, cùm fidem habere ijs, quæ à Cardinali exponerentur, iuſſi eſſent: Cardinalis Archidux latiùs mentem atq; ſententiam regis & principis explicans, propoſuit in comitijs, viſum fuiſſe Maieſtati Regiæ, fore è re totius orbis Chriſtiani, & inprimis prouinciarum Belgicarum, ne chariſſimæ filiæ Hiſpaniæ infantis matrimonium diutiùs differret. Itaq; pro conſeruatione ſuæ familiæ Auſtriacæ, & alijs cauſis Cardinalem ſponſum elegiſſe, cum approbatione & conceſſu ſanctiſſimi patris pontificis Maximi; Imperatricis, ſponſi matris; Imperatoris fratris, & aliorum: ac in commodum fauoremq; prædicti matrimonij Belgium cum Burgundia, citra vllam reſeruationem, in dotem deſignaſſe, ſibiq; promittere, Belgas de tam benigna reſolutione ſummopere gauiſuros. Quippe quæ ad ipſorum proprium emolumentum & commodum pertineat, & viam ad optatam & ſolidam pacem perueniendi patefactura ſit, & euadendi præſentis belli diuturni miſerias, quod ſua Maieſtas ardentiſſimè deſideret. Declarauit præterea Cardinalis, ſe maximi facere Regiam in hac re erga ſe gratiam, beneuolentiam & fauorem: Quòd videlicet ſe delegerit præ cæteris, atq; omnibus alijs principibus prætulerit: & tantò magis gaudere, quòd hac occaſione Belgis ſuæ bonæ voluntatis effectus demonſtrare poterit, & Principum Burgundicorum & Auſtriacorum, ſuorum prædeceſſorum, exemplo operam dare pro ipſorum commodo, ſalute & tranquillitate, erga quos ſingulari ſemper affectione deditus fuerit, cuius à primo aduentu ſuo aliquod præbuerit ſpecimen, minus tamen quàm pro ſuo deſiderio, alijs neceſſitatibus & obſtaculis impeditus. Quantum oneris ex hac Regia reſolutione humeris ſuis incumbat, ſe probè noſſe: Attamen ordinum conſilio, auxilio & ſubſidio fretum, mediante Diuino fauore, ſperare ſucceſſum felicem, & Belgas in flore, amplitudine & proſperitate, qua temporibus ſuorum prædeceſſorum viguerunt, ſe breui reuiſurum. Vbi autem ordines perſpexerint, quo corde, animo, ſenſu, quibuſúe viribus ſereniſſima infans & ipſe pro eis ſtabunt, confidit de illorum eodem amore, quo ipſorum maiores erga præcedentes Principes Burgundos & Auſtriacos affecti fuêre. 10. Septemb.

Ad hæc menſe Decembri ordines Regi reſponderunt: Se primo intuitu de regia hac reſolutione admodum fuiſſe attonitos. Cùm enim tot annis ſub optimi Regis iuſta & æquabili gubernatione vixerint, tantorum beneficiorum, quæ ipſi & ditiones à Regali ſua manu ſuorumq; prædeceſſorum, ſupremorum Dominorum & principum, acceperint, memores, vix fieri poſſe quin doleant, videntes ſe à regis ſui obedientia diſtrahi, Quod perpetuò grauatè ferrent, ſi alia eſſet futura mutatio, quàm quæ ipſis proponitur, quam fatentur maximæ ipſis eſſe conſolationi, eò quòd pro principe filiam dilectiſſimam ipſis præficit, cuius bonitatem

& virtu-

M.D.XCVI. & virtutes egregias laudari & prædicari audiuerint) & adiungens illi marium maximè generosum, & summis ornatum virtutibus, inter totius mundi principes, cuius fortitudinem, prudentiam, & pietatem singularem, & beneuolentiam, qua erga hasce regiones afficitur, iam cognouerint, præter id, quod nomen, sanguinem & familiam referat eorum, quos ipsi & eorum maiores hactenus semper maximè venerati sunt. Non posse igitur non se gaudere, Deoq; Optimo Maximo ingentes agere gratias, quòd huiusmodi voluntatem Maiestati suæ inspirauerit. Quia non existimant se mutare Dominum, cum noui hi principes suæ Maiestatis sanguis, caro, cor & veræ imagines sint, ac sperent augendæ gloriæ Dei, Regiæ Maiestatis honori & vasallorum subditorumq; commodis seruituram esse, vti Regijs literis indicetur. Quocirca ordines prædicti, Regiæ voluntari, & huius mandatis obedientes, declarant & testantur, quòd eodem zelo, quo Maiestati ipsius inseruierant, etiam seruituri sint Sereniſſimæ Infanti filiæ, & archiduci suo futuro marito, quando suæ Maiestati ita visum fuerit, reddentes illis debitam obedientiam & fidelitatem, & illorum commodis & ornamentis perpetuò seruientes.

Vnicum tantùm principale punctum suæ Maiestati in mentem reuocant, quanquam de eo aliunde satis fuerit edocta, Nempe miserabilem & deplorandum illarum ditionum statum, Qui per diuturna & infelicia bella, tam domestica quàm extranea, ad extremam est redactus difficultatem, vt se diutiùs tueri nequeat. Nisi sua Maiestas eandem quam hactenus illius curam gerat, & media pari liberalitate conferat. Aliàs cùm filiæ suæ prodesse, illiq; & nepoti chariſſimo fauere cupiat, illos in numerum miserrimorum & pauperrimorum principum Christianorum coniectura sit. Quod humilimè supplicant, ne Maiestas sua patiatur, vt illi vnà cum ordinibus perdantur. Vti procul dubio eueniret, nisi sua Maiestas liberalem suam manum ipsis commodet, donec illæ regiones in meliorem statum restaurentur: Maiestatem suam anteà id solo erga Deum & sanctam religionem zelo, etiam terris, regnis & hominibus, qui ipsi non benè volunt, neq; dediti sunt, præstitisse. In hoc negocio eundem esse Deum, eandem religionem, suam Maiestatem eundem regem, cum eodem zelo & pietate, hicq; agi non de extraneis aut incognitis, sed de bono vel malo, ruina vel conseruatione suæ obedientiſſimæ filiæ & Nepotis, qui suis meritis in filium suscipitur, atq; bonorum fidelium subditorum suorum, quos sua Maiestas semper vt liberos suos dilexit. Confidunt idcirco, quòd Maiestas sua ipsos non deseret, & principis filij sui voluntati eandem inclinationem imprimet. ob id rursus supplicant, & Maiestatem suam ardentiſſimè obtestantur, tanquam ij, qui perpetuò suæ Maiestati, Principiq; filio permanere humilimi & obsequentiſſimi seruitores, & ipsis eundem honorem, respectum & Reuerentiam semper, vt hactenus, exhibere desiderent. Concludunt, reliquum sui desiderij esse, postquam sua Maiestas tam maturè resoluit, & dilatio nimis magni futura sit præiudicij, vt placeat prædictum matrimonium festinare, & quàm primùm ipsis illam mittere, quam Deus & Rex ijs destinarunt pro futura principe & Domina: Quò in illa & per illam contueantur bonum & benignum suum Regem, eamq; possint honorare, reuereri & seruire vt fideles seruitores, vasallos & subditos decet, & sub finem hanc Sanctam & prudentem Maiestatis suæ resolutionem indigetant.

Rex Daniæ Christianus III I. nuptias, hoc anno exeunte, cum Anna Catharina, Ioachimi Friderici Marchionis Brandeburgensis & Administratoris primæ Archiepiscopæ Magdeburgensis, filia, Haderslebiæ, 27. Nouemb. celebrauit. Angli mercatores, monopolia Stadæ ad Albim & passim alibi in Germania exercentes, edicto Imperatoris, Cal. Augusti edito, intra certum tempus ex Germania discedere, & nisi pareant, mercibus & fortunis omnibus mulctari iubentur. Etsi autem archiepiscopus Bremensis, & Senatus Stadensis, per legatos ad Imp. missos mitigationem edicti vel prorogationem executionis flagitabant: tamen Angli, iussu Reginæ, ante diem constitutam negociationes suas Stadæ concluserunt, & mercibus ac supellectile omni in naues impositis, nil nisi Eurum secundum, quo in Angliam

gliam veherentur, expectabant: tamen prorogationem prioris termini, nouis literis ab Imperatore allatis, intereà impetraſſe ſcribuntur, de quo dies ſequentes docebunt. M. D. IIC.

In Germania ſuperiore, Ioannes POETVS, vir & poëta optimus, vates vero Deo & Muſis cariſſimus, & aulæ Palatinæ Archiater, Mosbaci, quò peſtis tempore cum aulæ miniſtris ſeceſſerat, ad cœleſtium vatum ſocietatem euocatus eſt. 24. Iunij.

In Sabaudia, principis Caroli vxor Catharina, regis Hiſpaniæ filia, puerpera, in viuis eſſe deſijt. In Sueciæ regno, Gunilla, Iohannis III. regis vidua, initio Octobris; Guſtauus Saxoniæ Dux, Ioannis III. ſororis filius, die Martini; Eliſabetha, Ioannis III. ſoror, Chriſtophori Ducis Megapolitani vidua, die 20. Nouembris; obierunt.

Peſtilentis luis contagia hoc anno Lubecæ, Hamburgi, Brunſuigæ, Magdeburgi, & paſſim alibi in Saxonia inferiori atrociter graſſata ſunt. Roſtochij menſe Auguſto & Septembri ſerpere cœperunt; ac ſublatis circiter octingentis, Dei beneficio iterum conſtiterunt. Magna etiam in hac vrbe & tota regione frumenti penuria & caritas inuſitata fuit, cui occaſionem propolæ primùm magna copia in Belgicum, Italiam, & Turco ſubiectas regiones euehendum, parata pecunia coëmentes; deinde Magiſtratuum & aliorum, frumento abundantium, ψευδοσιτία & auariria præbuerunt, qui ſuas merces cariſſimè venditas cupiebant. Etſi autem poſt meſſem omnia tolerabiliora expectarentur: tamen nulla prorſus mitigatio ſecuta eſt, cùm Dantiſci & alibi precia frumenti, ex Polonia copioſiſſimè aduecti, ſupra modum creuiſſent. Sic pœnas irati Dei, λιμὸν καὶ λοιμὸν ἅμ' ἀυτῷ, vt communia bellorum incommoda taceam, ſimul hoc anno ſenſimus & ſentimus, quas clementer à Deo mitigari & tolli, prælucente vera pœnitentia & fide, precẽur.

ANNO M. D. XCVIII.

MEnſis Ianuarius aliquot celebrium Principum morte inſignis fuit, cuius die 8. IOANNES GEORGIVS, elector Brandeburgenſis, ſenex, ætatis anno 73. (nam Ioachimo II. el patre, & matre Magdalena, Georgij Ducis Saxoniæ filia, anno 1525. natus erat) ex his terris euocatus eſt; relictis ex tertia et poſtrema coniuge, Eliſabetha Anhaldina, ſex filijs marchionibus, Chriſtiano, Ioachimo Ernesto, Friderico, Georgio Alberto, Sigiſmundo, & Iohanne: & quatuor filiabus, Magdalena, Landgrauio Haſſiæ Ludouico, Georgij filio, deſponſa: Agneta: Eliſabetha Sophia: & Dorothea Sibylla. cùm ex priore matrimonio cum Sabina, Marchionis Georgij Ansbacenſis nata, tres filios, immatura ætate extinctos, & octo filias ſuſcepiſſet, inter quas minima natu SOPHIA, Chriſtiano Electori Saxoniæ, Auguſti filio: Erdmudis, Ioanni Friderico; Anna Maria, Barnimo, Pomeraniæ ducibus, legitimo toro iunctæ fuerunt. Primogenitum verò Filium, IOACHIMVM FRIDERICVM, hactenus Magdeburgenſis Primatus & Archiepiſcopæ (annis 30.) Adminiſtratorem, nunc Electoriæ dignitatis & ampliſſimarum Marchiæ regionum hæredem, prima vxor SOPHIA, Friderici Lignicenſium Ducis filia, in lucem ediderat, 1546. Qui nunc ſeneſcens patri defuncto ſuccedit. Quinto poſt Electoris obitum die, Idibus Ianuarij, RICHARDVS, Comes Palatinus ad Rhenum, Ioannis filius, ſenex, in oppido Simmern aulæ ſedem habens, Friderici III. Electoris Palatini patruus magnus, ex hac vita deceſſit. Quem mox Fridericus Palatinus, VVolffgangi filius, & Theodorus Magnus Moſcouiæ Dux, ſecuti ſunt. In hac inferiore Saxonia, 17. Ianuar. Henricus Dux Brunſ. & Lunæburgenſis, Erneſti filius, VVilelmi frater, Dannenbergæ ad Albim habitans. Die 25. CLARA, Bogislai XIII. Pomeraniæ Ducis coniunx, Franciſci Ducis Lunæburgenſis filia, Philippi II. Franciſci, Bogislai, Georgij & Vlrici, Pomeraniæ Ducum mater, obierunt.

Vltimo Ianuarij noſtri, ANNA, Poloniæ Regina, Caroli Archiducis Auſtriæ filia, grauida, cùm catharro laborans, alioqui mediocriter valens, pridie cum

Ioan Georg. Magdalena mater.

FILII.

FILIAE.

Sophia.

Erdmudis.

Anna Maria.

Ioach. Frid.

Sophia vxor Ioh Georg. el. Brandeb.

Richardus⊖.

Clara ⊖.

Anna Polona ⊖.

M. D. CII. Rege matrito mensæ in prandio assedisset: vesperi vehementissimo cordis tremore & palpitatione correpta, & febricula accedente, postridiè hora prima pomeridiana expirauit, anno ætatis 25. coniugij sexto. Fœtum adhuc viuum ex aluo matris exectum, baptismo initiatum, CHRISTOPHORVM nominârunt, qui tamen non ampliùs horæ vnius spacio superstes fuit.

Elisabetha Angl. regi. edictum promulgat.

Elisabetha, ANGLIÆ Regina, quæ superiori anno, literis ad Imperatorem ac Principes Imperij datis, Edictum Imperatoris Rodolphi contra Anglos mercatores, nisi sponte intra certum diem ex Germania discederent, ex toto imperio proscribendos, editum, reuocari vel suspendi flagitauerat; cùm huc vsque frustra laborasset; mense Ianuario simile Edictum aduersus Germanos, in tota Anglia negociantes, ac Hanseaticos inprimis, Londini in domo Societatis Hanseaticæ, quam Gildenhallam, vulgò den Stalhoff nominant, residentes, promulgat, vt ab omnibus commercijs in Anglia deinceps abstineant, & die 28. Ianuarij, quo Angli Stada exire coacti sunt, ex regno Angliæ demigrent, sub pœnis carceris & bonorum confiscationis, quas Imperator in suo edicto aduersus Anglos sanciuerat. Hoc decretum executioni dandum à Prætore vrbis, quem Maiorem vocant, & Iudicibus, Regina Seniori, & cæteris in domo Hanseatica residentibus indicari, & Domum totam nomine Reginæ possidendam occupari præcipit. Maior, prælato ense inaurato, Gildenhallam solenni pompa ingressus, Seniori Domus Langermanno ad se descendere iusso, Decretum Reginæ prælegi imperat: ac, vt 28. Ianuarij omnes ex regno abeant, mandat, & possessionem domus nomine Reginæ occupat. Etsi autem Senior, fieri non posse, vt tam breui temporis spacio, rebus suis compositis, & quidem mediâ hyeme, mari glacie concreto, enauigent; ideoque prorogationem termini constituti peteret, sicut Anglis in Germania tres menses ab Imperatore concessi essent; tamen cùm nec à Maiore vrbis, nec à Consiliarijs Reginæ quidquam responderetur, circa 20. Ianuarij pleriq; discesserunt, ac Hamburgenses per Hollandiam ad suos redierunt.

Gildenhalla.

Mercatores Germani ex Anglia discedunt.

Bellum inter Clemen. pp. & Esthensem compositum.

Eodem hoc mense Ianuario ineunte, Bellum inter Pontificem Clementem VIII. & Cæsarem Esthensem, qui in ducatu Ferrariensi Alphonso successerat, sine cæde & sanguine, amicis rationibus compositum est, vt Esthensis Pontifici Ferrariam cederet: Regium Lepidi, Mutinam, & alias vrbes retineret. Is ab Imperatore Rodolpho Romani imperij princeps, & Dux Regij Mutinæ & Carpi creatus est, literis inuestituræ 17. Ianuarij Liliani Pragæ acceptis.

Cæsar Esthēsis à Rodolp. creatus est.

Transyluan° cedit.

Sigismundus Transyluaniæ Princeps, qui hactenus magna animi alacritate & fortitudine aduersus Turcas propugnauerat, & societatem belli cum Cæsare Rodolpho fidelis. coluerat: initio huius anni mirabili impetu animi, mutato vitæ instituto, Transyluaniam prouinciam, ne in Turcarum vel aliorum manus perueniat, Imperatori Rodolpho ac hæredibus illius cedit: coniugem in Transyluania relinquit, & in Silesia principatus Oppel & Ratibor, & 50000. Ioachimicorum annui reditus, vel Episcopam deinceps toto vitæ tempore fruendam vicissim ab Imperatore recipit. Possessio Transyluaniæ, assentientibus prouinciæ ordinibus, Imperatoris legatis, archiepiscopo VVacciensi, Comiti Nadasto, & Doctori Petzio tradita initio Aprilis, & iuramentum fidelitatis & subiectionis solenne præstitum est: tametsi legati principem hortati sint, ne subitò Transyluaniam desereret, sed vnum alterúmue adhuc annum patriæ præesset.

Comitia Ratisbonæ.

Intereà de auxilijs Imperatori ad bellum Turcicum ferendis, Comitia Germanici Imperij, Ratisbonæ mense Decembri inchoata, continuantur: in quibus Cæsaris Commissarius, archidux Matthias, nomine Cæs. Maiest. responso ordinum non contentæ, die 26. Febr. petere ac instare cœpit, vt ordines in bellum Vngaricum contribuant spacio quadriennij, singulis annis 25. menses: aut spacio triennij, 90. menses, singulis scilicet annis 30. aut, si militem malint subministrare, quàm pecuniam contribuere, vt per triennium alant 15000. peditum, & 5000. equitum, & has copias etiam cæteris rebus necessarijs omnibus (inter quas tormenta maiora, & similia numerantur) instruant. Constituit autem olim mensis

vnus

vnus ſecundùm matriculam imperij, ſummam 100000. florenorum, quam nunc triente minorem eſſe adfirmant. Tandem ordines 60. menſium penſiones, intra triennium ſoluendas, Imperatori addixiſſe intelligimus. M. D. LIC.

Dum verò Ratisbona, decretis auxilijs, Principum legati domum quiq; ſuam repetunt: ecce, præter omnem omnium opinionem ac expectationem, fortiſſimum orbis Chriſtiani propugnaculum RAAB ſeu Iaurinum, triennio ante amiſſum, & Turcis à Ferdinando Hardecco traditum, recuperatur induſtria, fortitudine, & felicitate ADOLPHI, Baronis à Svvartzenberg Agrippinatis, menſis Martij noſtri die 19. Liliani 29. cuius victoriæ nuncium Imp. die 23. Mart. Iuliani, 2. April. Liliani, Pragam ad ſe allatum, ſtatim per Pegaſarios curſores cum omnibus Imperij principibus communicat, & gratias Deo agi petit. Rabæ deditio

Celebrabantur eodem menſe Martio, in POLONIÆ regno, comitia VVarſauiæ, in quibus de ſtipendijs militum, & finibus regni præſidio muniendis; de pace vel vnione cum Moſchis ineunda, de iuſto ordine Gubernationis Liuoniæ, & iudicijs tandem conſtituendis: de penſione Tataris debita: tandem de regni Svveciæ turbis, etiam Duce Carolo, Regis patruo, omnia pro libidine contra regis voluntatem adminiſtrante, Rex propoſuit; ac, vt conſenſu procerum ſibi in Svveciam ad res componendas proficiſci liceat, rogauit. Miſerat exeunte ſuperiore anno, ad Chriſtianum Daniæ Regem, legatum ERICVM SPARRE, Cancellarium regni Sveciæ exulem: & alterum eodem tempore SAMVELEM LASKY, ad Carolum Ducem & ordines regni Svveciæ amandarat. Qui Vpſaliæ (quò paulò antè ad iuſta funebria Gunillæ reginæ viduæ, & Guſtauo duci Saxoniæ, & Eliſabethæ, ducis Chriſtophori Megapolitani viduæ, defunctis, perſoluenda conuenerant) die 10. Februarij mandata ſua expoſuit: cuius legationis Acta, ſicut Stocholmiæ in regno Sueciæ typis expreſſa ſunt, ſummatim recitabo. Propoſuit enim legatus, Regiam Maieſtatem, ſtatim poſt Coronam regni acceptam, vt ſe abſente regnum legitimè adminiſtraretur, Conſiliarios regni certos, indigenas ex præcipuis familijs ordinaſſe, qui communi conſilio, iuxta leges Suecicas & regia mandata, ad Regis ac regni commodum omnia gubernarent. Huius conſilij præſidem ſe conſtituiſſe Ducem Carolum patruum, (à quo, propter arctiſſimam ſanguinis cognationem, ſummam beneuolentiam & fidem expectârit) non vt propria libidine omnia gereret, ſed ſua authoritate regis edicta, & communi conſenſu Senatus regni decreta rectiùs ac citiùs expediret. VVarſauiæ comitia. Ericus Sparre legatus. Samuel Lasky. Gunilla ♁. Carolus D.

At nunc, præter omnem opinionem ac expectationem, comperiſſe, & quotidiè doceri, Ducem Carolum, neglectis ac ſpretis Senatorum regni conſilijs & regijs mandatis, omnia in regno, vt ipſi libet, adminiſtrare, nec ad reditum Regis, de quo ante annum præmonitus ſit, quidquam præparaſſe, nec legationem ad Regem, cuius mittendæ prætextu comitia Arbogæ propria authoritate ante annum indixerit, nec claſſem, Regi deducendo obuiam, ſed ad Calmarniam occupandam ablegaſſe, quæ inde ad oſtium Viſtulæ, exploratum quid de aduentu Regis fierer, curſum direxerit, ſed priuſquam Rex de illius præſentia doceri potuerit, ſubitò in Sveciam redierit. Intereà famam in Svecia ſparſam eſſe, numquam ab ordinibus regni Poloniæ Regi reditum in Sueciam conceſſum iri. Aliquos etiam de obitu Regis certò affirmaſſe, & nuncios ac literas Regis interceptas eſſe, ne in regni ordinum & ſubditorum noticiam peruenirent. Fama de obitu Regis.

Ideò Regiam Maieſtatem per hunc legatum Duci Carolo & cæteris ordinibus ſignificare, ſe, Dei beneficio, adhuc viuere & valere, & hac æſtate in regnum certò venire decreuiſſe, ac cupere ex Duce Carolo & ordinibus primùm cognoſcere, An Rex, cùm volet, claſſem inſtructam ex Suecia habere, & tutò ac pacificè regnum introire, & obedientiam regi debitam expectare queat. Deinde, cur Locumtenentes & officiarios, à Rege ipſo conſtitutos, omnes dux Carolus remouerit? & ſuos proprios miniſtros illis ſubſtituerit? quod Sudercopienſi etiam decreto, ad quod ſemper dux Carolus prouocet, manifeſtè repugnet. Miratur etiam ac ægerrimè fert Regia Maieſtas, quòd in illuſtriſſimæ principis ANNÆ ſororis

M. D. IIC. Regiæ arcem Stekenburg, illa abſente, Carolus irruerit, & ex cuſtodia illius κιβωτον precioſa, & ſcripta apud eam depoſita, minis ac vi extorta, iniuſtè abſtulerit. Quæ omnia, integra & illibata, principi virgini ſe præſente reſtitui legatus mandato Regis flagitat.

Conſiliarijs quoque regni, & cæteris ſubditis ademta prædia & alia bona mobilia & immobilia reddi, nec deinceps tempore pacis violari, nec ab officijs ampliùs deponi, vt Stockholmiæ quidem recèns ex Senatu remoti ſint, mandat. Præfecturas & feuda, regni conſiliarijs ſtipendij loco à Rege attributa, relinquat. Nec ſuis priuatis miniſtris ex coronæ reditibus ſoluat. Conſiliariorum etiam miniſtris publicas vias tutas & ſecuras præſtet. Literas protectionis Gratioſæ, à Rege aliquibus datas, ſeruet, & ademta illis reddat. Regiæ Maieſtatis & aliorum procerum miniſtros captiuos, abſque vllo λύτρῳ, præſente legato, dimittat. A publicis rapinis & violentis extorſionibus, per miniſtros Caroli exerceri ſolitis, abſtineat. Regias arces & domos fidei eorum, quibus Rex primùm commendauit, iterum committat. Singulis extra iudicium iniuſtè ablata referri curet, inprimis Erico Sparre Cancellario, Stockholmiæ amotam pecuniam, veſtes, ſupellectilem, literas & monumenta, quæ ratione officij in ſua poteſtate habuit: ac Erico Brahe, Comiti in VViſingburg, de eius comitatu & bonis hæreditarijs decerpta. nam quòd Cancellarius & alij quidam regni conſiliarij ex Suecia ceſſerunt, & ad Regem profecti ſunt, id nemo eis vitio vertet, ſed neceſsitati potiùs adſcribet, vt hiſce confuſionibus à Reg. Maieſtate remedium tempeſtiuè adferri curarent. Ideò Citationes conſiliariorum, publicè à Carolo, eorum aduerſario & iudice ſimul futuro, editas, Rex irritas & inanes pronunciat, donec ipſe in regnum veniat, & cuiq; ius & iuſtitiam adminiſtret. Inprimis verò de expeditione bellica in Finnoniam, à Carolo ſuſcepta, & arce Abo hoſtiliter occupata queritur, & Finnones captiuos, nobiles etiam matronas & virgines, liberos ſtatim dimitti, & machinas ac munitiones bellicas in arces regni, ex quibus ablatæ ſunt, reduci præcipit. Poſtremò, de Comitijs, ſine mandato regis deinceps non indicendis, denuò proteſtatur.

Ad hanc expoſtulationem multiplicem & grauiſsimam Carolus reſpondet: Multa in legati oratione propoſita eſſe, quæ Celſitudinis ſuæ Nomen, honorem & famam lædant, & pleraque præterito etiam anno 1596. à Suecicis & Polonicis legatis, ſine vlla tamen probatione, obiecta fuiſſe. Cùm autem ſua Celſitudo, vera & graui Apologia tunc oppoſita, innocentiam ſuam omnibus demonſtrârit: in eadem reſponſione nunc etiam ſe adquieſcere, nec repetendam hoc tempore iudicare, niſi legatus crimina illa ſibi obiecta teſtimonijs confirmare & conuincere à Rege iuſſus ſit: tum ſe denuò reſpondere, & Regi ſe excuſare velle. Proteſtationi verò, de conuentibus regni, abſente Rege non celebrandis, itidem anno 1596. per legatos Polonicos prolixè reſponſum eſſe, ait. Itaque viciſsim de iure ſuo, indicendi comitia, vbi neceſsitas flagitet, ſe non ceſſurum eſſe, teſtatur.

Legatus ea, quibus ſe grauari princeps queratur, non ſuæ perſonæ, ſed traditis ſibi mandatis adſcribi petit, ſicut princeps ipſe fateatur, pleraque capita iam anno 1596. à prioribus legatis ipſi obiecta fuiſſe. Quòd autem ſatis eo tempore Celſitudo ipſius ſe excuſârit, ideoque jam denuò eadem refutare non decreuerit: legatum pro ſua perſona ferre poſſe, nec vllum cum principe diſputandi mandatum ſe habere, ſed tantùm regis nomine inſtandi & vrgendi, vt princeps poſtulata Regis ipſi propoſita, in continenti, ſe præſente exequatur. Itaque petit legatus, vt categoricè de ſingulis capitibus, heri expoſitis, (quorum præcipua breuiter repetiuit) voluntatem & ſententiam ſuam declaret.

Carolus denuò ſe innocentem hac legatione grauari præfatus, exemplum Mandati ſeu Inſtructionis Regiæ ſibi exhiberi petit. Poſteà ordine reſpondet: Claſſem, ſi de tempore profectionis regiæ, & loco, vbi appellere debeat, doceatur, ſe miſſurum, ſed cum ordinibus regni, ſine quorum conſenſu nil agere velit aut poſsit, anteà deliberaturum eſſe. Vicarios Regios ſe no depoſuiſſe: verùm hos partim contra iuramentum Regium initiò conſtitutos, partim communi regni decreto remotos, partim ſponte loco ceſsiſſe. Non decere autem, vt ſua Celſitudo contra Regis iuramentum & regni decreta quidquam agat: Sed in Regiæ Maieſtatis iuramento & conſcientia, & communibus ordinum Regni ſuffragijs ſe adquieſcere.

Quòd Illuſtriſs. principi, virgini ANNAE, ex arce Stekenburg ablata reſtituere jubeatur: nihil ſe vnquam illi abſtuliſſe, nec vllam iniuriam intuliſſe, ſed arcam ERICI SPARREN ſe amicè ab ea auocaturum fuiſſe. Cùm autem illa Gunillæ Reginæ, lethali morbo tum conflictanti, adeſſet, ſe à ſorore Vxoris Erici Sparrij arcam petiuiſſe: Quæ conſtanter negârit, ſibi quidquam de ea conſtare, donec monſtrata ſororis & ipſius Erici Sparrij manu, flens confeſſa ſit, cuſtodem veſtium principis ANNAE arcam penes ſe habere, qui tandem eam Carolo exhibuerit. Quòd ſi Ericus Sparre, coram R. Maieſt. & ordinibus Regni ſe ſiſtens, actionum ſuarum rationes reddiderit: tum de reſtitutione agi poſſe. Se enim nihil ipſi abſtuliſſe, ſed ſponte eum aufugiſſe. Ideò arcam arreſto vſque ad finem litis ſe detinere, quod ſibi, vt Gubernatori regni, rege abſente, facere conceſſum ſit.

Conſiliarios regni ſe ſingulari amore & honore ſemper proſecutum eſſe, & conſilijs illorum libenter paruiſſe. etiamſi quidam ex illis ſecùs de ſe meriti ſint, qui & Regis ſoluen-

nis

nis tempore, diſſidia inter fratres accenderint, & nunc Reg. Maieſt. animum à ſe alienârint, ſicut Regia Maieſtas ipſa, ante coronationem, Celſit. ſuam proprio motu de his præmonuerit. Non igitur ſe perſecutum eſſe Conſiliarios, ſed ipſos ſe degradaſſe, cùm ab omnibus neceſſarijs & grauiſsimis regni negocijs ſe abduxerint: aliqui ex regno diſceſſerint; cæteri nullius publici negocij cura afficiantur. Itaque Regis & Senatus regni iudicio, quales illi exiſtimandi ſint, ſe relinquere, & in priuatis aduerſus eos cauſis ſententiam, Sueciæ Statutis congruentem, à Regia Maieſtate expectare. Stipendia & feuda Regia ſe miniſtris regijs ademiſſe negat, ſed quæ Senatus Regni de his conſtituerit, executum eſſe. De his igitur Senatum regni reſpondere & rationem reddere oportebit. M. D. IIC.

Quòd multis moleſtiam, inuadendis eorum prædijs aut bonis præbuerit: neminem iuſtè queri poſſe exiſtimat. De literis protectionis anno 1596. ſatis reſpondit. De captiuis libertati reſtituendis, ait, neminem ſe capi iuſsiſſe, niſi præcedente conſenſu ordinum regni, ſine quo etiam liberum dimittere neminem velit. & orat Reg. Maieſtatem, vt ratione iuramenti ac officij ſui, tales perturbatores patriæ iuxta leges Suecicas ſeuerè puniat. Quòd petitur, vt miniſtri principis manum ab alieno abſtineant; ſi qui accuſati conuincentur, iuxta leges Suecicas iudicari & puniri patietur. Quòd ſine ordine iudicij alijs iniuſtè ablata reſtituere iubetur, tetra criminatio eſt, quam nemo ſibi verè tribuet: Ideoq; nec reſponſione opus eſt. De Citationibus non proſequendis: ſi citati iure ſe defendere poſſent, literis protectorijs nihil eis opus eſſet. Orat autem, vt Rex intra ſex menſes diem iudicij conſtituat, vt tandem hæ controuerſiæ legitimè decidantur.

Finnonica expeditio.

De Finnonica expeditione adfirmat, ſe ab omnibus regni ordinibus mandatum habuiſſe, vt latrones illos & perturbatores pacis publicæ in Finnonia vel amicis rationibus, vel gladio ad obedientiam coronæ Suecicæ reuocaret: Id ſe fideliter executum eſſe, & machinas in regnum Sueciæ reuexiſſe, ne in Finnonia plus turbarum denuò daretur. De his ordines regni, vt de cæteris etiam capitibus cunctis, ſuam ſententiam declarabunt. Si captiuis aliquid ademtum, reſtitui debet orat princeps, vt interueniente cauſæ cognitione & ſententia iudicis fiat. Orat etiam, vt reliquos ſeditioſos Finnones Regia Maieſtas coerceat, ne maiores calamitates attrahant. Hæc ſumma eſt reſponſi, legato dati, quem properantem non diutiùs detinere princeps cupit. Ideoque ſi quid præterea nomine Regis ſibi indicare volet, clementer auditum dimittet.

Legatus, ſperaſſe ſe, ait, Principem Regiæ Maieſtatis poſtulatis iuſtis ac æquis gratificaturum fuiſſe. miratur, eum in plerisque capitibus ad ordines regni ſe referre, qui tamen in his exequendis aduerſari nequeant. Quòd ſi omninò princeps nihil de hac ſua declaratione mutare decreuerit: ſibi id ferendum eſſe, ac ſe plenè dimitti petit. Carolus de ſua coniunctione cum ordinibus regni Sudercopiæ & Arbogæ facta, repetit, quòd vniuerſi pro ſingulis, & ſinguli pro omnibus, eos receſſus tueri ac defendere velint. cumque omnia iuramento regio, ſcriptis Suecorum legibus, Teſtamento paterno, & receſsibus hæreditarijs conformia ſint: iuſtum eſſe, vt Reg. Maieſt. decreta illa Sudercopienſia & Arbogenſia tueatur. Ideoque legatum mirari non debere, quòd ad ordinum regni conſenſum omnia referat.

Poſtridiè Legatus ordines regni, de reſponſo Regi dando deliberantes, ſcripto hortatur, vt conſilia ſua eò referant, vt Reg. Maieſt. iuſtis ac æquis poſtulatis mos geratur. Ita enim quæ inter regem & principem fortaſſe hactenus inciderint offenſiones, mitigari & paulatim prorſus tolli, & totius regni tranquillitati & ſaluti conſuli poſſe. Cùm autem ordines, per delectos, à legato peterent, vt inter principem & proceres quoſdam ex Senatu abſentes intercederet, vt Reipub. negocia & conſultationes maiori cum fructu & concordia in regni commodum peragi poſſent: Legatus ex Carolo, an id ferre poſsit, ſciſcitatur. cui per Secretarium legati Carolus, id ſibi non ingratum fore, oſtendit.

Poſteà ad legatum ſcribens, de Sudercopienſi Decreto Carolus quærit, cùm in omnibus legationibus Rex de receſſu illo, qui Reg. Maieſt. præeminentiæ & dignitati aduerſetur, queri ſoleat, de quo etiam legatus paulò antè proteſtatus ſit, Anne prorſus caſſum & abolitum eſſe illud Decretum Sudercopienſe R. M. cupiat. Quod ſi ita ſit, miratur, conſiliarios regni, qui Decretum illud Sudercopienſe ipſi condiderunt, & adhuc probant, tantopere Regi commendatos eſſe, nec ſe plùs quàm illorum aliquem hac in parte Regi aduerſatum fuiſſe. Cupit igitur à legato de hiſce certò doceri, vt ſe ad R. Maieſt. rectius accommodare, nec ſolus præ cæteris huius receſſus nomine accuſari queat.

Legatus viciſsim, ad eiuſmodi quæſtiones ſe nec pro officio legati, nec pro tenuitate ingenij reſpondere poſſe, ait: Sed nomine R. M. à principe directum & categoricum reſponſum, an iuſtiſs. R. M. mandatis parêre, & in præſentia legati ea exequi velit, flagitare, & ſimul dimiſsionem petere. 16. Febr. Alio ſcripto, Deum teſtem citans adfirmat, hæc negocia ſibi non minori curæ eſſe, quàm ſit propria exiſtimatio. Cumque videat, Regni Sueciæ ſalutem ac exitium, res ſecundas & aduerſas, pacem & bellum, in ſola Ducis Caroli manu & poteſtate eſſe, obteſtatur eum, vt ad conſilia pacata, iuſta & æqua, & pacem & tranquillitatem ſpectantia, ſe flecti patiatur, & media propoſita non aſpernetur, ac, ſi non plura, cer-

M. D. IIC. ra, certè tria illa capita, heri à se indicata, se præsente executioni dari iubeat. Id toti patriæ salutare, & principi honorificum fore, & ad coniungendos arctiùs Reg. M. & suæ Cels. animos, & communem regni tranquillitatem & salutem profuturum esse. Rursus etiam ad regni ordines scribit de Transactione, inter Ducem Carolum & alios regni ordines à se instituenda, nihil hactenus ab vtraque parte petitum esse ampliùs. Deinde, Ducem Carolum, aliquot sibi datis responsis, omnia regis postulata ad ordines regni referre. Ideò nihil se hactenus, autoritate regia vel priuata, obtinere apud eum potuisse. Inprimis de captiuis dimittendis, Carolum his verbis formalibus se declarasse: Si latâ iudiciali sententiâ captiui liberandi censeantur, se legato præsente eos dimissurum esse. Mandare autem R. M. seuerissimè, vt neque dux Carolus, nec regni ordines in hac causa sibi iudicium sumant: Quod suæ Maiestati, cui soli competat, expressè reseruarit. Cùm autem ad regni ordines omnia Carolus deuoluat, denuò se regis nomine eos seriò hortari & mandare, pro sua verò persona diligenter petere, vt Ducem Carolum eò flectant, & ipsi decernant, vt omnes captiui, nemine excepto, purè & sine vlla conditione, aut si id obtineri à Carolo nequeat, præstita cautione, vsque ad R. M. aduentum liberi dimittantur. nam per hoc medium se sperare, Reg. Maiestatis & principis animos rectiùs coniungi, & regno toti commodari posse. Sed præcipui quidam proceres, priuatim apud legatum se excusantes, Ducis Caroli perturbatione omnia impediri ostenderunt. De Nuptijs etiam ANNAE sororis regiæ, & marchionis Ioannis Georgij, & illa, per Gustauum Banner & Turonem Bielken in Poloniam deducenda, Regis nomine actum: & regis Iohannis iuniori filio præfectus & magister morum Nicolaus Bielke præesse iussus est. Sed illi, paulò post legati discessum, ex Suecia, in vicinam Daniæ prouinciam Hollandiam secesserunt.

Sigis. III. Pol. Rex in Sueciam.

In comitijs regni Poloniæ VVarsauiensibus, quorum paulò antè mentionem feci, mense Martio celebratis, Sigismundo III. Poloniæ & Sueciæ Regi facultas eundi in Sueciam à proceribus Polonis data est, hac conditione, vt die Bartholomæi sequentis anni 1599. iterum se in Polonia sistat. Decreta etiam auxilia ad expeditionem, ad quæ episcopi quoque τὸ ἐπιβάλλον μέρος conferrent.

Legatus Turcicus.

Interfuit comitijs legatus Turcicus, pacis & fœderum ac pactorum, recèns cum Polonico legato Byzantij initorum, confirmationem à rege & regno petens. Sed cùm deprehensum esset, in quibusdam articulis Turcam ab antiqua formula callidè recessisse, quædam etiam omisisse: denuò legatus in Turciam missus

Felix Herburtus legatus in Turciam.

est Felix Herburtus, quem felicissimi ingenij hominem adfirmant.

Liuoniæ gubernatio.

Transdunana regio in tres Palatinatus diuisa.

Georgius Farensbachius.

Liuoniæ etiam Gubernatio in his comitijs tandem constituta, & Transdunana regio in tres Palatinatus, VVendensem, Parnouianum & Derbatensem distributa, & VVendensi Georgius Farensbachius, celeberrimus in hoc orbe Arctoo militum Dux ac equitum Liuoniæ magister præfectus est. Iudicia etiam ordinata, & in his supremum tribunal Prouinciæ, à quo, vt sumptibus, ob longinquitatem itineris, parcatur, appellare Regem, nisi in paucis. casibus, non licebit. Ad dignitates & præfecturas Liuoni cum Polonis & Lithuanis pariter admittuntur: cũ antea Liuoni prorsus excluſi, & in sua patria exules fuissent.

Liuoni ad præfecturas admissi.

Leo Sapiecha.

Ad Moscum, de vnione, vel certè de pace proroganda, missus est LEO Sapiecha Lithuanus. Obierat autem paulò antè Fedor seu Theodorus Iucanovvitz Dux Moscouiæ, qui, cùm filios ex se natos non haberet, ex propinquioribus successorem designauerat Mikitam Romanovvitz: sed præualuit potentia, celeritas & vigilantia Borisouij, alias Franciſci, Gudeno Fedorvvitz, qui ex præfecto stabuli, aspirante fortuna, Magnus Moscouiæ Imperator factus est. Ad hunc, legato Cæsaris in Moscouiam destinato, salui passus literæ à Polonis negatæ sunt.

Fedor vel Theodorus D. Moscouiæ.

Mikita Romanovvitz.

Borisouius.

Comitia Polonica.

Etsi autem principia comitiorum Polonicorum, ob æres Polonicæ & Lithuanæ gentis dissensiones, parùm felicem exitum portendebant, quòd hæc rem nullam ad commune consilium ante referri permisit, quàm firmiter sibi cautum esset, non nisi ex sua natione, more & libertate antiqua, Episcopum Vilnensem electum iri (nam Rex alium de Polonica gente dudum nominauerat:) tamen hebdomadis aliquot altercando consumtis, Rex Lithuanis cauere necesse habuit, ne iter ipsius in Sueciam, cuius gratia conuentum magna ex parte indixerat, retardaretur. In quod tum etiam vix consensum est. Sed redeunte ex Suecia, in ipsis comitijs, Samuele Lasky, & legationem suam publicè renunciante, non Rex solùm in discedendi proposito confirmatus, sed omnes Regni Poloniæ ordines promptioribus studijs assenserunt.

Rex VVarsauia iter secundo Vistula in Prussiam ingressus, die 16. Maij Mariæbergæ appulit. cùm pridiè Samuel Lasky legatus in Sueciam remissus, ex portu Dantiscano primùm soluisset, vt Caroli, patrui regis, Sueciam gubernantis, animum de admittendo rege ad extremum cognosceret, & aditum Regi in Sueciam tutum & securum pararet.

Oliua.

Exeunte Maio, Rex præterita vrbe Dantisco, Oliuam monasterium, vno ab vrbe milliari disitum, petijt, vbi legati sui reditum expectans desedit & classem lentè instruxit, cùi imponendum militem 8. Iulij tandem lustrauit, circiter 5000. ex Vngaris, Heiduccis, Germanis & Scotis collectum, ac toti exercitui Georgium Farensbachium celebrem belli Ducem, Palatinum VVendensem, ac Equitum Liuoniæ magistrum præfecit.

Id

Id cùm diuturni belli exordium videretur, ex quo his etiam vicinis gentibus, litoris Balthici accolis, multum incommodi existere posset: Brandeburgicus elector, Dux Borussiæ, Megapolitanus, & alij, legatos in Sueciam exeunte Iulio amandârunt, qui de pacificatione inter regem Sigismundum & Carolum illius patruum, Sueciam tenentem, instituenda intercederent. M. D. IIC.

Celebrabatur ijsdem mensibus, Lubecæ, ciuitatum Anzæ conuentus, vt de emporio in Anglia (cuius sedem, Gildenhallam, in vrbe Londino, Regina initio huius anni ciuitatibus eripi, & per suum præfectum administrari, & Germanos mercatores omnes intra 28. Ianuarij ex Anglia discedere iusserat,) & de emporio Neogardensi in Russia instaurando, & cæteris domibus ac iuribus & priuilegijs suis conseruandis deliberarent. In eo conuentu Imperator Rodolphus, Rex Hispaniæ Philippus, & Poloniæ Rex Sigismundus legatos habuerunt. Conuentus ciuit. Anzæ, Lubecæ.

In Saxonia superiore, VOITLANDIA, Elect. Sax. Prouincia,

sed Boëmiæ regni feudum, post Ioh. Friderici Electoris, à Carolo V. proscripti, cladem, à Ferdinando Boëmiæ Rege occupata fuerat. Hanc superiore anno demum Fridericus VVilhelmus, Administrator Electoratus Saxoniæ, & Ioannes Georgius, Elector Brandenburgicus, contutores filiorum Christiani Elect. Sax. à Rodolpho Cæsare, vt Boemiæ Rege, trium pupillorum, Christiani, Ioannis Georgij, & Augusti, Ducum Saxoniæ nomine, solenni ritu in arce Pragensi in feudum acceperant: missis ad iuramentum fidelitatis præstandum Ioanne Duce Saxoniæ, Administratoris fratre, & adiunctis ei Consiliarijs El. Saxoniæ, Abrahamo Bock, Ioanne Ernesto ab Haugvvitz, Georgio à VVitzthum, & Ioanne Georgio Godelmanno, Iurisconsulto. Præsenti verò anno, Fridericus VVilelmus Administ. & Ioannes, Duces Saxoniæ fratres, ab Imperatore Rodolpho, tanquam Boëmiæ Rege, simultaneam inuestituram, vt vocant, petierunt, quam 30. Maij pro sciplis, eorumque hæredibus masculis, consensu Regis & omnium regni Bohemiæ ordinum tandem obtinuerunt. Quo in negocio agendo & conficiendo itidem Ioannis Georgij Godelmanni I. V. D. ad Imperatorem legati, opera fideli, & felici industria vsi sunt. 1497. 24. Iunij.

In Belgico, Pax inter Hispaniæ & Galliæ Reges, post longas multorum mensium disputationes, Veruini tandem initio Maij concluſa & sancita est. Quæ, vt conditionibus nondum implctis publicari posset, quod restituendæ communicationis commerciorum causa vtrinq; subditi toto pectore optabant: Obsides in Galliam missi sunt ab Hispano, Philippus de Croy, dux Arescotanus: Franciscus de Mendoza, Admiralis regni Aragoniæ, supremus militiæ & patrimonij Regni Consiliarius: CAROLVS, Princeps & Comes Arenbergius: LVDOICVS de Velasco, tormentorum in Belgio Præfectus. Legati Pontificis, ad conciliandam Pacem, fuerunt, Alexander Cardinalis de Medices, & Generalis ordinis Franciscanorum, Bonauentura, Siculus natione, vir disertus, & in tractandis negocijs dexteritate singulari. A rege Hispaniarum deputati, Iohannes Richardotus, secreti consilij præses, & Ioannes Baptista de Taxis, Hispaniæ regis in supremo status & militiæ Senatu consiliarius, Ludoicus Verreyken, Secretarius regis in Belgio suptemus. Pax in Belgico. Franciscus de Mendoza. Carolus Arenberg. Ludoic. de Velasco. Alexand. de Medic. Bonau. Sicul. Ioh. Richardotus. Ioh. Bapt. de Taxis.

Inter conditiones Pacis præcipua est, vt sancita omnium præteritarum offensionum *amnestia*. Articuli Pacis, inter Henricum II. Galliæ, & Philippum II. Hispaniæ regē, anno 1559. Cameraci initæ, constanter seruentur: & post illud tempus vtrinq; occupata; à Gallo comitatus Carolois, & alia minoris momenti; ab Hispano, CALES, Ardea, Dorlanum, Castelletum, Capella, Mutilinum in Picardia, & Blauetum in Britannia, intra duos menses restituantur, & cum Sabaudo, reddente Gallo ciuitatem Berry, controuersiæ cæteræ, Romani Pontificis arbitrio Iuridicè definiendæ relinquâtur. Hispano etiam & Gallo vtriq; sua iura, quæ in alterius regnis se habere existimat, & quibus expresse non renunciauit, non manu armata, sed amica transactione, vel iure repetere ac recuperare liceat. Pacificatio tota, 35. articulis comprehensa, Lutetiæ & Coloniæ typis descripta extat. Pontifex etiam mirabili rerum conuersione in Angliam Nuncios suos, cum Gallicis, de Regina illa cum Hispano concilianda, amandauit: Angla vicissim in Hispaniam; cuius legati honorificè in aula Hispanica excepti & auditi esse, ex aula Bruxellensi scribuntur.

28. Maij Iuliani, quæ nobis Dominica Exaudi; Pontificijs tertia post Trinitatis, 7. Iunij erat; PAX solennibus ceremonijs BRVXELLÆ, primum in Templo S. Gudulæ, post Doxologiam, TE DEVM laudamus, decantatam, lingua latina, post prandium, in aulæ Regiæ vestibulo: deinde in theatro medij fori, per quinque Feciales, lingua Gallica: Mox ex curia è regione theatri, lingua Belgica, per Syndicum ciuitatis promulgata, & festiui ludi ac ignes toto triduo continuati sunt.

Caletum, Capella, Mutilinum, Ardea, & cæteræ Picardiæ vrbes, vt in Pace conuenerat, Regi Galliæ ante 10. Iulij restitutæ sunt. Ardeam, Dorlanum, & alia quædam oppida diutius tenuerunt milites præsidiarij, qui, priusquam stipendia integrè soluerentur, cedere recusârant. Regina Angliæ etiam Hollandos ad pacem hortata fuisse scribitur. Qui nihilominus bellum sibi longè vtilius Pace cum Hispanis infida iudicârunt. Itaque Alberto archiduce in Hispaniam ad Nuptias proficiscente, Franciscus Mendoza, Admiralis

M. D. IIC. ralis Aragoniæ, ſummus exercitus Hiſpanici Imperator, bellum aduerſus Hollandos & vnitas illis prouincias, ducto ad Rhenum exercitu, inſtaurat, & prope oppidum Cleuenſe Orsey, Rheni ripas Ponte noui & inuſitati operis iungit, & toti viciniæ admodum moleſtus ac infeſtus, ac Cleuenſibus inprimis magno oneri eſt. Aquiſgranenſes, Cæſaris ſententia ante biennium damnati, tandem 20. Iunij anathemate Cæſareo perculſi, omnium direptioni ac cædibus expoſiti ſunt, eisque aqua & igne interdictum eſt.

Sigismundus Tranſyluaniæ Dux, Idibus Iunij Vratislauiam venit, ac in Epiſcopi palatio trans Viadrum diuertit. Inde in ducatus Oppoliæ & Ratiborę profectus, fidem à ſubditis, Imperatore volente, accepit. Interea Legati Cæſaris, ex Tranſyluania in VValachiam profecti, à Michaële VVeida, & tota prouincia iuramentum fidelitatis acceperunt, & cum Tartarorum Legatis, Pacem & Auxilia Imperatori offerentibus, pacta 40000. aureorũ penſione annua, & totidem pelliceis veſtibus ouillis, transegerunt. Sigismundum verò Tranſyluaniæ ducem factæ à ſe permutationis paulò pòſt pœnitebat. Itaq; ex Sileſia per Poloniam, mutato habitu, Pegaſario curſu in Tranſyluaniam reuolat, & Clauſenburgi appellens, menſe Auguſto prius iuramentum renouari à ſubditis flagitat, & Maximiliano Archiduci, quem Gubernatorem Tranſyluaniæ Imperator conſtituerat, cum exercitu Caſſouiam vſq; progreſſo, cauſis ſui reditus expoſitis, hortator eſt, vt aduerſus Turcas potiùs, & recuperandam Agriam, copias ſuas, quàm in Tranſyluaniam conuertat. Coniunx etiam Tranſyluani Maximilianum conſiderare iubet, quantum Cæſ. Maieſt. ſibi ipſi, Imperio Romano, cognatæ principi, & toti orbi Chriſtiano incommodi & dedecoris allaturum ſit, ſi quid tali tempore contra Tranſyluanum moueat. Commodè autem accidit, cùm Baſsa Turcicus, Belgrado profectus, Varadinum in aditu Tranſyluaniæ obſidione cingeret, vt præſidium eſſet ibi à Maximiliano collocatum, cuius Dux ſummus Melchior Rederus, Baro Sileſius, literis & armis clarus, erat. Qui cùm aliquot dies vrbem fortiſsimè defendiſſet, Baſſa Turcicus, de Budæ periculo edoctus, ſubitò relicta obſidione, Budã verſus contendit. Quæ ab Adolpho Barone Suuartzenbergio, exercitus Chriſtiani Duce primario, exeunte Septembri obſeſſa, & ſuburbio poſtridiè Michaëlis occupato, acriter toto, ſed irritò tandem euentu, menſe Octobri oppugnabatur.

In SVECIA, Sigiſmundus Poloniæ & Sueciæ Rex feliciter Calmarniæ pridiè Cal. Auguſti appulerat, & ſpem felicium ſucceſſuum haud mediocrem fouebat. Inde verò Stekeburgam verſus eo nauigante, ad Oſtgothiæ littus orta noctu tempeſtas claſſem diſiecit, ex qua aliquot naues Stocholmiam (vnde præſidiarios milites paulò antè eductos Dux Carolus reliquo exercitui ſuo adiunxerat) cum Samuele Lasky peruenerunt. Rex ipſe Stekenburgam ad ſororem diuertit. Eò Carolus etiam exercitum duxit. Quem cum dimitti ab eo, Rex, per Legatos principum interceſſorum, flagitaret, reſpondit Carolus: ſe obtemperaturum, ſi modò Rex ipſe arma ſimul deponeret, & ſuæ ac ſuorum ſecuritati idoneè caueret. Cùm autem Rex militem externum dimittere nollet: nec quidquam præſcribi ſibi à Carolo vellet: Carolus ad Stekenburgam propiùs exercitum admouit, & naues Regiæ ad portum excubantes, à Carolinis, ex Finnonia reuerſis, in fugam coniectæ ſunt. Rex igitur cum comitatu aulico & reliquis cõpijs terra iter Stocholmiam verſus ingreditur. Cui Carolus ad Stangæ pontem prope Lyncopiam occurrit, vbi poſt acre præ-
26. Septemb. liũ commiſſum, ambo principes inter ſe collocuti, ita tranſegerunt: vt omnium præteritarum offenſionum ἀμνηστία inter eos ſancita, Rex conſiliarios regni, qui ex Suecia ad Regem confugerant, Carolo obſides daret, & Comitia Regni intra quatuor menſes indiceret, vbi controuerſiæ inter Principem & Conſiliarios ac cæteros regni ordines, juxta leges Succicas dirimerentur. Cùm autem Stocholmiam iturus exiſtimaretur Rex, Stekenburgi conſcenſa naui, cum ſorore Calmarniam redijt. Inde in Boruſsiam traijciens, Dantiſcum tandem 30. noſtri Octobris appulit. Vbi quindecim dies in vrbe commoratus, VVarſauiam reuertit.

Eiusdem menſis initio, Illuſtris Heros Chriſtophorus Baro à Teuffenbach Stiriacus, qui plurimos annos ſuperioris Vngariæ generalis Capitaneus fuit, & in hoc Turcico bello, præ cæteris, eximiæ magnitudinis animi & fortitudinis exempla ediderat: cùm ante ſeſquiannum Caſsouiæ paralyſi tentatus fuiſſet, pridiè Nonas Octobris Pragæ ex hac terrena militia in cœleſtem euocatus eſt: quem tres filij Barones, Rodolphus, Sigismundus & Fridericus, carminibus, piè, grauiter & valdè patheticè à ſe ſcriptis, proſecuti ſunt, quæ Pragæ Typis expreſſa, his diebus accepimus. Expectabatur tum Pragæ Albertus Archidux Auſtriæ, Belgici Gubernator, Eugeniæ, Claræ Iſabellæ, Hiſpaniæ regis filiæ primogenitæ Sponſus, qui menſe Septembri Brixellis diſcedens, Cardinalé Andream, Epiſcopum Conſtantienſem, Ferdinandi Tyrolenſis filium, ſucceſſorem in togata Reipublicæ adminiſtratione reliquit. Bellici verò imperij ſummam Franciſco Mendozæ, Admiranti Aragoniæ commendauit, qui nunc Hiſpaniæ Regis nomine bellum aduerſus vnitas Hollandiæ prouincias ad Rhenũ gerit: amicis tamen, Cleuenſibus inprimis, hactenus quàm hoſtibus moleſtior. Regem Hispaniæ ſenem idibus Septemb. Liliani, anno ætatis 72. tandem ex his terris emigraſſe, Madrito confirmatur. Atq; hæc de præſentis anni 1598. euentibus ἀξιολόγοις, menſe Nouembri, quo ad typographum iſta mittebantur, nobis in hac Balthici littoris Sarepta exploratè cognita fuerunt: Quæ cum candido lectore communicanda duximus.

CHRO-

CHRONICI
LIBER
SINGVLARIS.
PROOEMIVM
METROPOLIS,
SEV
SVCCESSIONIS EPISCOPORVM in ecclesijs SAXONIÆ & Vandaliæ veteris Cathedralibus VIGINTI,

Ab anno Christi 1500. vbi Albertus Cranzius desiit, vsq; ad nostram ætatem deducta, anno 1597.

R^diss. & Ill^iss. principi & Domino, Dn.
IOANNI ADOLPHO,
ADOLPHI FILIO, FRIDERICI I. Daniæ regis nepoti, Christiani I. Regis pronep.

Archiepiscopo Bremensi, Episcopo Lubecensi:

Haredi Norvvegiæ, Duci Slesvvicensi, Holsatiæ, Stormariæ & Dietmarsiæ:

Comiti in Aldenburg & Delmenhorst,

Domino Clementissimo,

Reuerenter nuncupat

D. C.

PROOEMIVM METROPOLIS.

SVMMVM & pulcherrimum decus Imperiorum & ciuitatum, & faſtigium ac corona regnorum & politiarum, deniq; oculus & anima Reipublicæ & totius vitæ eſt Lumen veræ de Deo & redemptore noſtro Ieſu Chriſto Doctrinæ, quod & veræ agnitionis ac inuocationis Dei norma, & conſiliorum actionumq; vitæ omnium, ſeu faciendorum & fugiendorum regula, & omnis firmæ conſolationis & æternæ ſalutis noſtræ origo & fons eſt. Vt enim ſinguli homines ad hoc ſummũ bonum, & hunc vltimum finem à Deo conditi & redemti ſunt, vt Imagines Dei, rectè Deum agnoſcentes & celebrantes, & domicilia ac templa Dei ſint, in quibus habitans Deus Sol veræ virtutis & iuſticiæ radios illuſtres ſoargat, & hoc ſuum domicilium regat, ſanctificet & ſeruet: Sic Politiæ, ciuitates, Imperia & regna, in quibus multi homines vnà conſociati; & mirandis vinculis coniugij, generationis, educationis, legum, magiſtratuum, & ſimilibus inter ſe colligati & deuincti habitant, ad hunc præcipuum & vltimum finem à Deo conſtitura & ordinata ſunt, vt Domicilia & templa Dei & redemptoris noſtri Ieſu Chriſti exiſtant, in quibus lumen veræ Chriſti noticiæ luceat, & alij alios de Deo & omnium virtutum Deo placentium officijs doceant, & exempla virtutum, & teſtimonia de Deo oſtendant, & in publicis eccleſiarum congreſſibus communi voce Deum inuocent & celebrent. Hac luce veræ religionis doctrinæ imperia & vrbes deſtitutæ, prorſus ſimiles ſunt laternæ, in qua lychnus nullus in tenebris ardet, ſeu Cyclopi, amiſſo oculo, cæcis & temerarijs motibus ruenti. Omnium enim regnorum, ciuitatum & hominum priuatorum conſilia & labores, inanes contentiones ſunt, niſi doctrinæ cœleſtis luce ad veræ pietatis & ſalutis normam dirigantur. Vt igitur Tabernaculum fœderis, in medio collocatum, caſtra duodecim tribuum populi Iſraël in deſerto vndiquaq; cingebant: ita ciuitates & imperia lychnum veræ Dei noticiæ, ſeu eccleſias Dei, & ſcholas docentium & diſcentium veram de Deo doctrinam, toti viciniæ clarum veritatis lumen præbentem, in medio ſui fouere, & Dei templa ac domicilia eſſe, & caſtris ſuis cingere ac tueri debent.

Hunc præcipuum finem & illuſtriſſimum decus politiarum & regnorum, intelligentes ac conſiderantes pij & laudati Imperatores & Principes, præcipuam in dictionib. ſuæ tutelæ à Deo commiſſis, & gentibus à ſe domitis, curam plantandæ & propagandæ veræ de vero & ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto doctrinæ & cultuum piorum ſuſceperunt. atq; ad eum vſum Epiſcopos eccleſiarum, & collegia Canonicorum ſeu Doctorum & cuſtodum ac interpretum Canonis ſacræ ſcripturæ, Reges Francici in Gallia & ad Rhenum, poſtea Carolus magnus in Saxonia & multis Germaniæ partibus, deniq; Henricus auceps & Otto primus in Cimbrica Cherſoneſo & vicinis inſulis, ac gentibus Vandalicis ad Albim & Salam à ſe ad Chriſti religionem perductis, eximia pietate & munificentia planè regia inſtituerunt, vt veram Euangelij doctrinam in Canone Bibliorũ à Deo præſcriptam, quæ veræ agnitionis & cultuum Dei, & totius Chriſtianæ religionis ac ſalutis noſtræ norma eſt, quotidie legendo & audiendo ſibi familiariſſimè notam redderent, & alijs prælegerent, ac interpretarentur, & populis prædicarent, & iuxta hunc Canonem eccleſias ſuæ inſpectioni commiſſas in tota vicinia gubernari, & miniſtrorum ac populi mores & diſciplinam regi curarent. ſicut paulò pòſt de officjs collegiorum præcipuis copioſiùs exponam.

Magno enim & graui conſilio FORMA VETVS COLLEGIORVM, AD EXEMPLVM ECCLESIAE IN POPVLO ISRAEL INSTITVTA EST, in quo Deus ipſe primam & antiquiſſimam eccleſiam Metropolitanam, diuina voce ſua, & legibus ſeu ſtatutis certis, Hieroſolymæ erexit:

erexit: & ſummo ſacerdoti ſeu Archiepiſcopo Aaroni, pulcherrimum collegium Sacerdotum & Leuitarum multorum adiunxit, vt perpetua velut Arx Eccleſiæ, & ordinaria ſedes doctrinæ ac gubernationis Eccleſiaſticæ, & Fons auguſtus & perennis eſſet, ex quo vera de Deo doctrina, & veri cultus Dei, & concordia, in totum regnum emanaret & propagaretur. Officia enim Sacerdotum & Leuitarum in populo Iſraël, non, vt vulgus exiſtimat, cum lanijs aut baiulis & coquis communia, ſed multò ſublimiora fuerunt, quæ cuſtodiam & interpretationem veræ de Deo doctrinæ, & vniuerſam gubernationem eccleſiaſticam complectebantur. Collegij enim illius functio præcipua erat, non modò aſſiduis precibus & pſalmis ac cantionibus pijs quotidiè Deũ laudare, & fidẽ ac pietatem ſuam excitare & augere: verùm inprimis LEGEM DEI, & PROMISSIONES de CHRISTO, ſemine benedicto, & eius ſacrificio ac beneficijs rectè enarrare, & ex Moſe ac Prophetis populum de DEO & omnium virtutum officijs & veris Dei cultibus fideliter docere, & libros ac doctrinam à Deo traditam fideliter cuſtodire, & aduerſus omnis generis errores & corruptelas defendere ac tueri, & controuerſias de dogmatibus & cultibus Dei, & alias in toto regno incidentes, non ex propria autoritate & libidine; ſed iuxta immotam verbi diuini Regulam piè dijudicare, & ambigentes ac turbatas conſcientias verbo Dei erudire & ſanare, vt Malach. 2. ſcriptum eſt, Labia Sacerdotis cuſtodiunt doctrinam, & legẽ Dei ex ore eius requirent, Angelus enim Domini Zebaoth eſt. Leuit. 10. Docebitis filios Iſraël. Ezech. 44. Sacerdotes populũ meum docebunt, vt poſſint diſcernere ſanctum & prophanum, mundum & immundũ, & cùm incident controuerſiæ, ſecundũ iudicia mea iudicabunt, leges meas & præcepta mea cuſtodient. Alterum munus ſacerdotum erat, offerre Sacrificia diuinitùs mandata, (in quorum vicem, ſacramentorum adminiſtratio, in nouo teſtamento, ſucceſſit) eaq; rectè interpretari, tanquam typos & imagines venturæ victimæ Chriſti, & exercitia diſciplinæ & gratitudinis Deo & miniſterio debitæ, & occaſiones docẽdi populũ de Sacrificio & morte Chriſti, quo vno & ſolo ira Dei placaretur, & omnia totiꝰ mũdi peccata expiarẽtur. Deinde, ſuprema Inſpectio Doctrinæ & cultuũ & totius gubernationis eccleſiaſticæ in toto regno populi Dei, & ſupremum iudicium eccleſiaſticũ ſeu Conſiſtorium, penes Collegiũ ſũmi Pontificis ſacerdotum & Leuitarum Ieroſolymis erat (Deut. 17. 2. Paral 19.) cui cuſtodia libri Legis, & cura certis temporibꝰ publicè eum prælegendi, (Deut. 31.) & Magiſtros ac Doctores paſſim in Synagogas ſeu Scholas inferiorum oppidorũ ordinãdi, commendata fuit. Quam cùm poſteri negligerent, prophetæ, Elias, Eliſæus, & alij, peculiares ſcholas inſtituere, & pij Reges, Ioſaphat, Ezechias, Ioſias, Collegium Ieroſolymitanum ad primam & antiquiſſimam illius conſtitutiònem, à Moſe præſcriptam, reformare coacti ſunt.

Inprimis enim Collegio illi mandatum erat, conſeruare ſtudia Doctrinæ cœleſtis & aliarum artium eccleſiæ neceſſariarum, ſeriem hiſtoriarum, Anni rationem, Feſtorum tempora ad Lunæ Soliſq; motum accommodata, muſicam, artem medicam: & inſtituere literis ac præparare iuniores, quotidianis pietatis exercitijs imbutos, ad miniſterium eccleſiæ & vſus Reipublicæ, vt inde, tanquam ex ſeminario eccleſiæ & Reipublicæ, idonei Doctores & gubernatores ſumi polient. ſicut Samuel adoleſcens ad tabernaculum, velut in Academia, educatus eſt. S. Paulus Ieroſolymis à Gamaliele eruditus eſt. & Chriſtus ipſe, collegium ſeu ſcholam peculiarem duodecim Apoſtolorum, & ſeptuaginta diſcipulorum habuit. & Paulus epiſcopis mandat, vt idoneos homines ad miniſterium eccleſiæ præparent & inſtituant, quibus Apoſtolorum doctrina & ſcripta, velut depoſitum cuſtodienda & ad poſteros fideliter propaganda, concredi poſſint. 2. Timoth. 2. Quæ à me audiuiſti inter multos teſtes, ea committe fidelibus hominibus, qui erunt idonei ad alios quoque docendos.

Cùm autem diuerſa Collegia & diuerſi Pontifices, non ad vnum caput adglutinati, diuerſas opiniones & cultus in eccleſia pariant; & ſit πολύθεον

πολλὰ βέλτιον ἐνὸς κήρυκος ἄκουον: sapienti consilio Deus, vt consensus & vnitas doctrinæ & cultuum facilius retineri & conseruari posset; vnum tantùm Collegium & Pontificem supremum ad tabernaculum instituit. in quo solo, tanquam perpetuo & ordinario loco, sacrificijs coli voluit, ad quem annuatim tribus solennibus festis Iudæos ex singulis oppidis conuenire, & quotiescunque sacrificia offerre volebant, ascendere oportuit, vt hic neruus summi sacerdotij & autoritas publici ministerij conseruaretur: & occasiones sacrificandi Idolis in excelsis montibus aut lucis præciderentur: nec priuato consilio & arbitrio cultus Dei & opera Deo placentia eligerent, sed solius Verbi & mandati diuini præscriptum, in omni cogitatione de Deo & cultibus diuinis, scirent sibi esse sequendum.

Eodem consilio, & ijsdem de causis, Patres postea in metropolibus certis, Alexandriæ, Antiochiæ, Cæsareæ, Constantinopoli, collegia Clericorum ampliora vni episcopo adiunxerunt, vt non solùm ecclesijs, in illis vrbibus, ministerio docendi seruirent; verùm etiam vt vicinis ecclesijs in tota diœcesi, ad metropolim illam pertinenti, Exemplum ac formam sanæ doctrinæ, & cultuum Dei verorum, ac ceremoniarum & Disciplinæ Christianæ præberent: & Doctores ac ministros idoneos, studijs doctrinæ Christianæ & aliarum artium ecclesiæ necessariarum rectè excultos suppeditarent, & concordia ac consensus ecclesiarum, ad vnum archiepiscopum & collegium, velut ad vnum caput adglutinatum, retineri facilius posset. Nec vllæ in collegijs illis personæ, dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis fruentes fuerunt, quibus non Officia certa, ad ministerium ecclesiæ pertinentia, commendata essent: ita vt alij Verbum Dei publicè in ecclesia prædicarent, & docendi seu concionandi munus (quod in ecclesia Dei summa & maximè salutaris functio est) exequerentur: alij Sacramenta administrarent: alij potestatem clauium & Disciplinam ecclesiasticam regerent: alij ad Ordinationem ministrorum pertinentia, Institutionem rudiorum, Examen de omnibus doctrinæ partibus, impositionem manuum, & commendationem coram ecclesia seu Inuestituram curarent, alij vicinas ecclesias inspicerent, &, conuocatis semel aut bis in anno Pastoribus, Synodos celebrarent: alij Iudicijs ecclesiasticis seu consistorijs præessent: alij Scholastici & Cantores, studia literarum in Schola regerent, & iuniores clericos in Catechismo, Grammatica, Musica, Historijs & alijs artibus erudirent: alijs Eleemosynæ seu bona ecclesiastica fuerunt commissa, vt inter ministros ecclesiæ & pauperes rectè distribuerentur. Præter hæc ministeria, quibus ecclesiæ seruierunt, in vniuersum omnes, vtilia & pulcherrima legendi quotidiè sacras literas & earum enarrationes, & certis horis orandi, psallendi, &c. exercitia seruarunt, & vitæ modestæ, sobriæ & pudicæ exemplis, multitudinem illiteratam ad religionis amorem ac reuerentiam, & veræ pietatis studium inuitarunt. Vt enim in Academijs certæ horæ publicis Theologiæ lectionibus destinatæ sunt: quibus conuenientes, alicubi primùm Psalmos aliquot & piam precationem recitant, deinde lectum capitulum seu Textum scripturæ Doctor Theologiæ interpretatur; postremò iterum lectis aliquot psalmis & Gratiarum actione concluditur: ita in collegijs ecclesiasticis olim, certas horas legendæ in conuentu clericorum & interpretandæ Canonicæ scripturæ Canonici tribuerunt, quæ Canonicæ inde appellatæ sunt. Et omnia in collegijs præcipuè ad ministeriũ docendi destinata fuerunt, vt verbum Dei opulentè in illis habitaret, & vera de Deo ac redemptore nostro Iesu Christo doctrina, (per quam solam vera Fides & salus æterna nobis donatur) quotidiè legendo & cantando familiarissimè nota fieret, latè propagaretur, & pura ac incorrupta ad posteros perueniret, vt Deus quotidianis laudibus celebraretur, & vicinæ ecclesiæ exemplum doctrinæ, ceremoniarum & disciplinæ à collegijs peterent, ac

rent, ac vt in collegijs inſtituti ac præparati homines idonei ad aliarum eccleſiarũ miniſteria ſumi poſſent. ſicut in Alexandrino collegio ſedes doctrinæ & inſpectionis eccleſiarum totius Ægypti fuit, in quo ampliſſimas ſcholas Theologicas celeberrimi Catechetæ, Pantenus, Clemens, & Origenes habuerunt. & ex Auguſtini collegio eccleſiæ Hipponenſis multos eruditos & exercitatos ad vicinarum eccleſiarum gubernationem aſſumptos nominat Poſidonius. & Chryſoſtomus ex Antiocheno collegio ad eccleſiæ Conſtantinopolitanæ epiſcopam accerſitus eſt.

Prorſus eodem conſilio & ad eundem finem, Collegia eccleſiarum in Germania & Saxonia & vicinis regionibus Vandalicis, à Carolo Magno & Ottone conſtituta, & ampliſſimis reditibus ac prædijs dotata ſunt. Etſi enim Euangelium ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, ſtatim poſt Apoſtolorum ætatem, gentibus Teutonicis, ad Danubij & Rheni oram prædicatum eſt: nam, vt hiſtoriæ teſtantur, LVCIVS Cyrenæus, qui Actor. 13. nominatur, primùm in Vindelicia & circa Ratisbonam ſemina Chriſtianæ religionis ſparſit: MARCVS Barnabæ nepos, cuius Coloſſ. 4. 2. Timoth. 4. & ad Philem. Paulus meminit, Laureaci in Auſtria ſupra Anaſum, vbi S. Maximilianus poſtea ſub Diocletiano martyrij coronam accepit. TITVS, Pauli diſcipulus, in Dalmatia, (2. Tim. 4.) quæ adhuc noſtro tempore pars regni Vngariæ eſt. CLEMENS, collega Pauli, (Philip. 4.) Metis in Lotharingia. CRESCENS, Pauli diſcipulus (2. Timoth. 4.) in Gallia, eccleſiæ Moguntinæ fundamenta iecit. MATERNVS, Eucherius & Valerius, S. Petri diſcipuli, Treueris & circa Coloniam & Argentinam Euangelion plantarunt. TROPHIMVS, Pauli comes (Actor. 20. 21.) Arelate in Gallia, de cuius fonte, inquit hiſtoricus, omnes Galliæ ciuitates fidei riuulos acceperunt. NATHANAËL, Biturigibus; LAZARVS reſuſcitatus, cum ſorore Maria Magdalena, Martha, Chelidonio & Maximiliano, Maſſiliæ in Gallia docuit, vbi anno triceſimo, poſtquam à Chriſto reſuſcitatus fuit, die 17. Decemb. rurſus obdormijſſe ſcribitur. Allegat etiam Irenæus Lugdunenſis epiſcopus (qui non totis centum annis poſt Apoſtolorum tempora ſcripſit) teſtimonia Germanicarum eccleſiarum aliquoties libro primo contra Valentinum. & Tertullianus, qui circa annum Chriſti 200. vixit, ſuo tempore inacceſſa Romanis Britannorum loca Chriſto fuiſſe ſubdita ſcribit, & Sarmatarũ & Dacorum & Germanorum & Scytharum. & Hieronymus, qui circa annum Chriſti 400. in orbe Chriſtiano notus ac celebris fuit, ad Suniam & Fretelam epiſcopos Germaniæ ad Danubium ſcribit: Verè in vobis Apoſtolicus & Propheticus ſermo completus eſt: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quis hoc crederet, vt barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret veritatem: & dormitantibus, imò contendentibus Græcis, ipſa Germania ſpiritus ſancti, eloquia ſcrutaretur? In veritate cognoui, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſticiam, acceptus eſt illi. Dudum calloſa tenendo capulum manus, & digiti tractandis ſagittis aptiores, ad ſtylum calamumq; molleſcunt, & bellicoſa pectora reuertuntur in manſuetudinem Chriſtianam, &c. Ieronymi ætate S. Martinꝰ etiam, Turonenſis in Gallia epiſcop. floruit, qui in Germania, non procul ab Auſtriæ metropoli Vienna, natus eſt. Quamuis autẽ, vt dixi, doctrina Euangelij ſtatim poſt Apoſtolorum tempora in Teutonicis quibuſdam gentibꝰ, ad Danubium & Rhenum, in Romanorum prouincijs, prædicata eſt: tamen paulò poſt, decedentibꝰ idoneis doctoribus, partim omninò extincta, partim Ethnicis opinionibus mixta & deprauata: nec in Germaniam interiorem, Saxoniam, Turingiam, ac ne quidem in Franconiam propagata fuit. Poſtea etiam multas ad Danubium & Rhenum eccleſias reliquas, & vrbes florentes impius tyrannus Attila euertit. ſicut paulò antè Franci, Rhenum primò tranſeuntes Moguntiæ S. ALBANVM ſupplicio crudeli affectum & cæteros in ea vrbe Chriſtianos perſecuti ſunt. Poſt Attilæ mortem, SEVERINVS eccleſias in Pannonia & Norico, circa annum Chriſti 470. & 480. paululùm erigere & inſtaurare cœpit. Et aliquot annis pòſt, Imperatoris Iuſtiniani tempore, S. RVPERTVS, iuſſu Dietberti regis Galliæ, qui Metis ſedem habuit, VVormatia in

Bauariam venit, vbi THEODONEM III. ducem Bauariæ, Dietberti genetum, baptizauit: & Boijs, qui adhuc ethnici erant, & paulò antè anno 508. ex Boëmia profecti trans Danubium, Romanos eiecerant, fidem Christianam tradidit: & Salsburgensem ecclesiam primus fundauit. Postea S. COLVMBANVS cum discipulis & collegis suis, S. Gallo & S. Leodegario, ex Burgundia à rege Theodorico II. pulsi, ad lacum Podamicum & S. Gallum, sub Dietberto rege Theodorici fratre, monasterium & scholas suas habuerunt. Etsi autem fratris insidijs capto post aliquot annos rege Dietberto, Columbanus in Italiam, ad reginam Longobardorum Theodelindam, D. Gregorij Papæ epistolis celebratam, in monasterium Bobiense ad Trebiam fl. profectus est: tamen S. GALLVS in monasterio, quod adhuc ipsius nomen retinet, mansit, & longè lateq; Christianam religionem, in vicinis Alpibus & Sueuia propagauit, sicut & Constantiæ episcopum ordinauit, cui formam officij sui & gubernationis ecclesiasticæ certam præscripsit, circa annum Christi 600. Non longo pòst interuallo, Dagobertus magnus, rex Galliæ (cuius tempore S. ARNOLPHUS, episcop. Metensis, qui præceptor illius fuerat, & AMANDUS episcop. Traiecti, & successor illius LAMBERTUS vixerunt) aliquot ecclesias ad Rhenum, Argentinensem præcipuè, ædificijs & reditibus ornauit. Cumq; antea diœceses episcoporum ad Rhenum, iuxta prouinciarum Romanarum distinctionem, tantùm in Gallica Rheni ripa distributæ essent: Dagobertus cis Rhenum etiam, ex Alemannis & alijs gentibus Germanicis multos populos episcopis illis adiunxit.

Etsi autem post huius Dagoberti tempora, adhuc ante annum Christi 700. EMERANUS in Bauaria Ratisbonæ, CORBINIANUS Frisingæ, S. KILIANUS Herbipoli in Franconia concionati sunt: tamen in Germania interiore, Danubio & Rheno concluſa, & præcipuè in Saxonia & Turingia, ethnicis idolomanijs omnia adhuc permixta, nec vlli episcopatus aut collegia ecclesiarum certa vsq; ad Bonifacij ætatem fuerunt. Is ab anno Christi 718. vsq; ad 755. sub Carolo Martello & Pipino rege Franciæ, in Germania concionatus est. Cumq; Generalis & supremus ecclesiarum Germanicarum inspector à Gregorio II. Pontifice designatus esset: ecclesias ad Rhenum & in Bauaria passim reformauit, & Ratisbonensem ac Frisingensem diœceses primus distribuit, & in hac interiore Germania in Franconia, Turingia, Hassia, & Frisia, longè lateq; Euangelion Christi, adiutus à Collegis suis S. Burcardo, VVilibaldo, Lullo, VVunibaldo, &c. eximia fide, assiduitate & zelo propagauit. Episcopam Dryopolitanã, constituto ibi primo episcopo S. VVilibaldo, S. VValburgis fratre, ad Almonẽ fl. inchoauit anno 845. Collegium Erfordiense in Turingia primus instituit, quod Moguntinæ ecclesiæ deinceps insertum est. Episcopam Herbipolensem in Franconia, Pipini regis Franciæ auxilio, fundauit ano Christi 751. ordinato ibi primo episcopo S. Burcardo sene, qui iam triginta nouẽ annis ecclesiæ illi & vicinis in tota Franconia piè seruierat. Postq; verò in Archiepiscopi sedem Moguntiæ, à Carolo Magno & Pipino Caroli Magni patre collocatus est: non tantùm in ecclesias vicinas ad Rhenum, & alias à se ipso recens constitutas, verùm etiam in Constantienſem, Curiensem, Augustanam, & alias supremam inspectionem & superioritatem adeptus est. cùm à regionum illarum magistratibus rogatus, ecclesias illas inspicere, & collapsas erigere ac reformare conatus esset.

Deinde Carolus magnus, cùm Saxones ad religionem Christianam adegisset, erectis passim in hac inferiori & veteri Saxonia ad Visurgim, (cuius occidentalem ripam hodie VVestphaliam appellant) episcopis & collegijs ita Gubernationẽ ecclesiasticam cõstituit & firmauit, ne, vt antea aliquoties acciderat, abiecta rursus fide Christiana, in ethnicas Idolomanias facilè relabi posset: sed vt vera de Deo doctrina & cultus sinceri firmiùs retineri & dilatari, omnes errores & abusus extirpari & caueri, iuuenes Clerici ad ministerium ecclesiæ præparari & excoli, atq; ita latè propagari, & pura ac incorrupta conseruari Christiana religio posset. Ad hunc finẽ, vt ordinariæ sedes & cathedræ veræ de Christo doctrinæ in tota vicinia essent, splendida illa collegia in veteri Sax. OSNABRUGÆ anno Christi 776. deinde Halberstadij, Monasterij, Verdæ, Bremæ, Mindæ, Hildesiæ, Paderbornæ, à Carolo Magno

fundata

fundata sunt. sicut ipse in literis fundationis ecclesiæ Bremensis anno 788. his verbis præfatur: Saxones, quos à progenitoribus nostris, à suæ pertinaciæ perfidia semper indomabiles, ipsiq; Deo & nobis tamdiu rebelles, quousq; illius, non nostra virtute, ipsos & bellis vicimus, & ad Baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristina libertate donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriam concessit, ipsi tributarios & subiugales deuotè addiximus: videlicet, vt qui nostræ potestatis iugum hactenus ferre detrectauerunt, victi iam, Deo gratias, & armis ac fide Domino ac saluatori nostro Iesu Christo, & sacerdotibus eius, omnium suorum iumentorum & fructuum, totiusq; culturæ decimas, ac nutrituræ, diuites ac pauperes legaliter cõstricti persoluant. Proinde omnem terram eorum, antiquo Romanorum more, in prouinciam redigentes, & inter episcopos certo limite disterminantes, &c. & in Osnabrugensi fundatione: Statuimus, quòd in eodem loco Græcas & latinas scholas in perpetuum manere ordinauimus, nec vnq; Clericos vtriusq; linguæ gnaros deesse confidimus. Hinc clarissimè conspicitur, Collegia Canonicorũ, Caroli magni adhuc temporibus, scholas pietatis & doctrinarum fuisse, in quibus non solùm sacræ Canonicæ scripturæ, sed aliarum etiam artium & linguarum studia viguerunt, & iuniores ad ministerium ecclesiæ, & alia officia ecclesiæ ac reipublicæ necessaria rectè obeunda, præparati & exculti sunt.

Omnium autem postremò in Germania hæ Vandalicæ gentes, ad orientalem Albis ripam, ad veram Christi cognitionẽ peruenerunt. In quibus laudatissimi Imperatores Saxoniæ, Henricus Auceps Misnæ & Mersburgi; & filius ipsius OTTO magnus Brandeburgæ & Hauelburgi anno 946. & in sexto anno pòst in Cimbrica Chersoneso, Slefvvici, Ripæ, Arhusiæ, Aledburgi (vnde Lubecam postea Henricus Leo sedem episcopi transtulit) & in ducatu Megapolitano postea, rogatu Godscalci principis, Albertus archiepisc. Bremensis, anno 1062. Mekelnburgæ (quam episcopam post centum annos Henricus Leo Suerinæ collocauit) ecclesias & collegia condiderunt. MAGDEBURGÆ etiam Otto magnus Imper. Archiepiscopalem ecclesiam, anno Christi 967. perfecit. Cui non modò vicinarum ecclesiarum ad Albim, Salam & Hauelum à se conditarum, verùm etiam totius Germaniæ primatum, seu inspectionem & Iurisdictionem supremam commendauit. sicut eo ipso primæ fundationis tempore, Benedictus VI. pontifex ad archiepiscopos Germaniæ scribens, Albertum Magdeburgensem, Germaniæ patriarcham appellat. Singulari etiam consilio CAROLUS & Otto magnus, natos in Nobilibus familijs voluerunt in collegijs, partim in vera pietate & literis institui (sicut Otto Imp. ipse in collegio Hildesiensi educatus erat, & viginti quatuor Regum ac principum liberos in Leodiensi collegio vixisse historiæ testantur) partim ad officia & ministeria beneficijs adiuncta adhiberi: vt ministerij Euangelici & studiorum doctrinæ Theologicæ existimationem & authoritatem apud rude vulgus augerent: & feram nobilitatem Germanicam ad amorem pietatis, & reuerentiam erga ecclesiam & ministerium Euangelij assuefacerent: ac vt nobiles, Reipub. gubernaculis destinati, iuuare ecclesiam apud summos gubernatores sua authoritate; & exculti in collegijs doctrina & literis, maiori vsui & ornamento esse Reipub. possent. Cumq; bona ecclesiastica in summis collegijs pleraq; à principibus & nobilibus donata sint, iustissimum fuit, vicissim rationem eorum præ alijs, in fruendis beneficijs, modò officia adiuncta simul fideliter administrarent, haberi.

CVm autẽ collegia propter hunc laborem docendi, propagandi & conseruandi religionem Christianam, & studia doctrinarũ ecclesiæ necessaria, ampliſſimis reditibus à Germanicis Impp. & principib⁹ dotata essent: & postea piorum principum & Nobiliũ liberalitate, opes collegiorum in immensum creuissent: & per cœlibatum auctæ essent: accidit tandem, q⁹ Bernhardus iam ante annos 400. queri solitus est, Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem. Cùm .n. multi indocti & ignaui Canonici, nobiles & alij, ad dignitates illas & opes euherentur, qui ad enarrandas sacras literas, & ad concionandum non idonei erant: & labores legendi, docendi, ordinandi, visitandi, & alios antiquitùs collegijs mandatos sustinere ac

obire nec possent, nec vellent: tandem eò rem deduxerunt, vt opimis illis beneficijs in ocio & voluptatibus quietè & suauiter frui, & labores ac officia, beneficijs adiuncta, in alios deriuare possent. Quare studia doctrinæ, & lectiones ac interpretationes sacræ scripturæ, ex collegijs suis in Academias transtulerunt. vel satis esse, in cœnobijs mendicantium, Augustinianorum præcipuè & Dominicanorum, (qui negligentib⁹ officiũ suum opulentis Canonicis & monachis Benedictinis, sponte labores illos ecclesiæ necessarios susceperant) studia Theologiæ coli, existimarunt. Concionandi munus itidem monachis reliquerunt. administrationem sacramentorũ in parochijs, quæ cum decimis & reditibus collegijs insertæ erant, ab indocto aliquo pastore in circuitu vel alio obscuro angulo peragendã cõmiserunt. Iudicia & disciplinæ ecclesiasticæ rectionẽ, in officiales impuros ac impudentes: Examen & ordinationem ministrorum in Suffraganeos: Visitationẽ in alios reiecerunt. Synodorum vmbra in capitulo rurali, quod adhuc alicubi den Send nominãt, remãsit. studia literarum & scholæ prorsus neglectæ sunt. Omnium tamen facillimum & lætissimum officiũ canendi Horas Canonicas aliquantisper adhuc Canonici obierunt. Vt enim aliquid studerent, & non planè ocioſi essent, in peculiaribus libellis seu Breuiarijs certi Psalmi, Homiliæ, capitula, & aliæ lectiones, certis horis legendę & decantandæ ipsis præscriptę sunt. atq; ita infimorum in ecclesia ordinum, vid. lectorum & cantorum officia sola, in Canonibus, non presbyteris solùm, sed etiam Diaconis prohibita, retinuerunt, dist. 94. c. in sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidam ad sacri altaris ministerium constituti, cantores eligantur, & in diaconatus ordine cõstituti, modulationi vocis inseruiant, quos ad prædicationis officiũ & eleemosynarum studia vacare congruebat. Postea verò Canonici, etiam Horarum Canonicarum cantiones, à se in Vicarios & Chorales reiecerunt, qui clamoribus & boatu suis, verba Psalmorum & lectionum sacrarũ ita obscurant, vt ne quidem linguæ latinæ periti ea intelligere, & ad pietatem veram in animis excitandam & alendam, qui vnus cantionum illarũ scopus esse debebat, transferre possint. donec tandẽ Principes & alij potentes opulentas episcopas & prælaturas, vt suam dignitatẽ, potentiam & opes augerent, ad se petraxerunt. Canonici, partim prorsus ignauum & iners otium agentes, partim politica tantùm gubernatione occupati, nihil de officijs ecclesiasticis, ad quæ obeunda initio ordinati erant, præter nuda nomina, & annuos reditus ac bona retinuerunt. Deniq;, vt de doctrina & Missæ abusibus nihil dicam; omnes intelligentes & veræ antiquitatis ac historiæ ecclesiasticæ non ignaros, fateri necesse est, præsentia collegia, multùm ac ferè prorsus à veteri forma & vsu collegiorum, ex sacris literis, & Patrum historijs paulò antè indicato, degenerasse. Nec verò propterea in vniuersum delenda & extirpanda sunt, & ab Harpyis aulicis diripienda & deuoranda: quod summo cum gemitu & dolore omniũ piorum à multis nostra ætate factum videmus: sed emendatis & sublatis abusibus, ad primam institutionem, & vsum ecclesiæ CHRISTI vtilitati commodisq; seruientem, quantum omninò fieri potest, reuocari & restitui debebant. sicut de collegiorum & totius ecclesiastici status reformatione, etiam in Comitijs Imperij nostris temporibus sæpè propositum, & deliberationes Imperatori exhibitas fuisse meminimus.

Nunc ex fundamentis verbi diuini, & historia veteris ecclesiæ, in hoc proœmio verè & perspicuè demonstrare voluimus, ad quos Fines & vsus collegia ecclesiarum initio condita, & à Christianis regibus & principib⁹ adeò liberaliter dotata: & quæ Personarum in collegijs propria officia & exercitia fuerint? videlicet, primùm ecclesijs suis sacram Canonicam scripturam diligenter legere, discere, interpretari, populum pro concione docere, & disciplinã ecclesiasticam gubernare. Deinde, vicinas ecclesias in tota Diœcesi diligenter inspicere, & puritatem veræ de Christo doctrinæ, pias ceremonias, honestam ecclesiæ disciplinam, & ministrorum ac pauperum alimenta fideliter curare ac tueri. Item, iudicia ecclesiastica seu Consistoria, Institutionem, Examen, & ordinationem ministrorum, Visitationem & Synodos, rectè administrare. Postremò, iuniores Clericos, non

modò

modò exercitijs pietatis & honeſtæ diſciplinæ quotidianis, verùm etiam ſtudijs doctrinæ Chriſtianæ & bonarum artium ac linguarum diligenter excolere, & ad miniſterium eccleſiæ & neceſſarios reipub. vſus præparare, vt eccleſiæ & ſcholis poſtea vtiliter ſeruire poſſent.

Poſtquam verò nunc ab aliquot ſeculis Epiſcopi & collegia Canonicorum, Imperia politica & principatus mundanos tenuerunt, & ſacro Romano Imperio, velut principes & membra illius præcipua, ſic inſerti ſunt, vt abſque inſigni detrimento & confuſione Imperij, non poſſint commodè ad antiquam & primam inſtitutionem & formam penitùs reduci: cenſent omnes cordati & prudentes viri, & publicæ tranquillitatis & ſalutis patriæ amantes: Epiſcopos & collegia eccleſiarum, metrópoleon & cathedralium, cùm ex verbo Dei, & exemplo eccleſiæ in populo Dei, & Apoſtolorum ac Patrum collegijs, originem traxerint, & ad Chriſtianæ religionis conſeruationem & eccleſiæ vtilitatem, & concordiam in doctrina & cultibus tuendam primùm inſtituta ſint: non debere cum piorum & laudatiſſimorum principum fundatorum dedecore & ignominia, & inſigni eccleſiæ detrimento, & ſacri Imperij ſapienter conſtituti quaſſatione, prorſus mutari & aboleri; Sed omnes ſuas dignitates, iura, priuilegia, immunitates, prædia, reditus, ſicut antiquitùs ea tenuerunt & adhuc tenent, ſine vlla diminutione & impedimento inconcuſſas retinere: tantùm vt abuſus paulatim tollantur: & pura ac ſincera de omnibus fidei Chriſtianæ articulis, ex verbo Dei, doctrina in templis & ſcholis fideliter doceatur & conſeruetur: & reliqua miniſteria eccleſiaſtica, ad quæ obeunda epiſcopi & collegia primùm ordinata ſunt, per idoneos homines rectè & fideliter curentur: & Sacerdotum vita ac mores eccleſiæ non offendiculo ſint, nec hominum voluntates alienent, ſed cum voluntate & verbo Dei congruant, & multos ad amorem & reuerentiam veræ religionis & miniſterij inuitent.

Vt autem totius eccleſiaſticæ gubernationis, ita collegiorum etiam & eccleſiarum Cathedraliũ pia & ſalutaris conſtitutio & emendatio, in his decem capitib. præcipuè conſiſtit. Quorum primum & præcipuum eſt DOCTRINA de vero Deo & redemptore noſtro Ieſu Chriſto, à Deo ipſo eccleſiæ patefacta & tradita, per quam ſolam, & non aliter, ab hominibus veram ſui agnitionem, remiſſionem peccatorum, iuſticiam, vitam & ſalutem æternam Deus impertit, & iuxta quam ſolam ſe à nobis agnoſci, inuocari & coli præcepit. Hæc doctrina omnis piæ & Chriſtianæ reformationis fundamentum & nucleus eſt. Quam, velut præcipuum & proprium eccleſiæ patrimonium & theſaurum, in collegiatis & parochialibus eccleſijs & ſcholis præcipuè conſeruari, doceri, diſci & ppagari oportet. II. Sacramentorum diuinitùs eccleſiæ mandatorum adminiſtratio. III. Ordinis eccleſiaſtici conſeruatio, & perſonarũ, quæ in Collegijs viuunt, officia & exercitia quotidiana, quib. Deo & eccleſiæ Dei ac Reipublicæ, & proximo ſuo ſeruiant. IV. Miniſterij euangelici in collegiatis & parochialib. eccleſijs pia conſtitutio, per Superintendentes, Paſtores, Cathechetas, Diaconos & alios miniſtros. V. Legitima miniſtrorum Electio, inſtitutio rudiorum, EXAMEN de omnibus doctrinæ Chriſtianæ articulis, ORDINATIO cum impoſitione manuum, & inſtitutio in eccleſias. VI. CONSISTORIUM ſeu IVDICIUM eccleſiaſticum, quod dirimendis controuerſijs de doctrina, conſeruationi honeſtæ diſciplinæ, concordiæ & defenſioni paſtorũ, cauſis matrimonialibus piè expediendis, ac Excommunicationi legitimè ferendæ ſeruiat. Quod non ab vno Officiali, ſed prudenter conſtituto ſenatu plurium ex præcipuis ordinibus adminiſtretur. VII. SCHOLAE Chriſtianæ, in quib. vera de Chriſto doctrina, & aliæ artes ac linguæ eccleſiæ neceſſariæ plantentur ac propagentur, & diſcentes ad quotidiana precum & alia pietatis exercitia aſſuefiant, & prædicando ſe ſubinde exerceant, ex quibus, tanquam ex ſeminario, miniſtri & doctores eccleſiarum aliquando eligi & vocari queant. VIII. Viſitatio omnium Parochiarum & Scholarum anniuerſaria, & Paſtorum Synodi. IX. Ordinatio externarum & vtilium Ceremoniarum & rituum eccleſiaſticorum, lectionum, precum,

cantio-

cantionum, Horarum Canonicarum. X. OECONOMIA, seu curatio BONORVM ecclesiasticorum, redituum, BENEFICIORVM, Fabricæ, BIBLIOTHECÆ, Hospitalium, clinodiorum, ornatuum, &c. Hæc præcipua capita sunt, ad quæ rectè ordinanda, in omni pia constitutione & Reformatione ecclesiarum consilia & actiones dirigi debent. Aliquoties autem in comitijs Imperij, ac inprimis Ratisbonæ anno 1541. Deliberationes, de Reformatione Collegiorum, & status ecclesiastici, ab Imperatore Carolo V. propositæ, & ordinũ Imperij sententiæ quæsitæ, & Imperatori exhibitæ sunt. ac præbuerunt hæc Caroli Imperatoris postulata alijs etiam bonis principib⁹ occasionẽ, de abusibus ecclesiarum & Collegiorum suorũ emẽdandis diligentiùs cogitandi. ac proximè sequenti anno 1542. Reuerendiss. & Illustriss. princeps Georgi⁹ Anhaldinus, Magdeburgensis Collegij præpositus, consilium de pia reformatione in archiepiscopali diœcesi Magdeburgensi suũ, scripto moderatissimo & grauissimo comprehensum, collegis exhibuit. Altero anno 1543. Hermannus archiepiscop⁹ Colonien sis quoq;, cum suæ diœcesis ordinib⁹, & alijs viris doctis, de pia cõstitutione ecclesiarum, suæ inspectioni commissarũ, deliberauit. ac Reformationem, omnes doctrinæ Christianæ articulos piè explicantem, & errores, qui irrepserant, moderatè & lenissimè improbantem, & ritus in sacramentorum administratione seruandos, & cætera, ad rectam & verbo Dei consentaneam omnium gubernationis ecclesiasticæ partium temperationẽ pertinentia, integrè ferè complectentem, publicè edidit: & impugnatam ab aduersarijs, APOLOGIA luculenta defendit. Sed impedientibus optimi principis conatum ijs, à quibus iuuari præcipuè debebat, Idea illa scripto adumbrata mansit, nec in diœcesi illa effectum optatum sortiri potuit. Nullum tamen de reformatione ecclesiarum & Collegiorum Cathedralium piè instituenda scriptum illo vberius & accuratius extat. Sed exemplum reformatæ archiepiscopalis ecclesiæ in oculos incurrentis optimũ & maximè illustre est MAGDEBURGENSE Collegium, & Halense, in quo pristinam dignitatem, Iura, priuilegia, & bona omnia Canonici retinent: & doctrina Euangelij sincera quotidie in templis sonat, & propagatur: & Missæ secundùm Christi institutionem celebrantur: & Ritus ac cantiones latinæ veteres omnes, quotquot sine impietate seruari possunt, retinentur, ita vt à veteri forma minimùm recedere videantur: & cæteræ gubernationis ecclesiasticæ partes, & officia personarũ, quæ in collegijs viuunt, mediocriter constituta sunt. Id exemplum reformationis vtinam Principes quidam imitari malint, quàm prætextu euangelij, episcopas suarum ditionum, & Collegiorum ac Cœnobiorum reditus ad se rapere, vel aulicis Harpyis diripiendos concedere, à quibus nec Deo, nec ecclesiæ ipsius, nec pauperibus scholasticis, vel alijs egentibus, nec ad vllos ferè vsus honestos, nisi ad suum & suorum luxum & pompam augendam, quidquam inde transfertur.

Sed has querelas in proœmio omitto, & ad Metropolin seu successiones Episcoporum in Ecclesijs Saxoniæ & Vandaliæ veteris Cathedralibus, ab eo tempore, vbi Albert⁹ Cranzius desijt, vsq; ad nostram ætatem continuandas, accedo. Præclarè enim Cranzius, tum alijs monumentis historicis, quibus res in Saxonia, Vandalia, & regnis arctois memorabiles fidelissimè expositi, de vniuersis his gentibus Saxonicis & Danicis meritus est: tum verò Ecclesiasticæ Historiæ seu Metropoleos editione, in qua duodecim præcipuorum Saxoniæ & Vandaliæ veteris diœceseon Episcopos ab origine religionis Christianæ in has gentes Saxonicas primùm inuectæ, vsq; ad suam ætatem & annum Christi 1504. recensuit, & multa, quæ in alijs nationibus & regnis ἀξιόλογα in singulorum episcoporum tempora inciderunt, simul intexuit. Cùm autem Deus ipse fideliter annotari & scribi res memorabiles in ecclesia & politijs, in quibus viuimus, præcipiat: non solùm vt memoria rerum præteritorum & præsentium ad posteros conseruetur, verùm etiam, vt consideratis in historia, pròuidentiæ ac præsentiæ, bonitatis ac iusticiæ Dei, in defensione iustorum & pœnis sceleratorum testimonijs, Deum celebremus: Psalm. 102. Scribantur hæc in generatione altera, & populus, qui creabitur, laudabit Dominum: officium Deo gratum, & ecclesiæ vtile, & multis bonis ac pijs viris, & po-

episco-

ſteritati etiam iucundum præſtabit, ſi quis eccleſiaſticam illam hiſtoriam, & ſeriem epiſcoporum certam, vſq; ad noſtra tempora pertexet. Præſertim cùm in CATALOGO EPISCOPORVM, poſtremæ editioni Metropolis Cranzij adiuncto, multi, qui noſtra & patrum memoria vixerunt, epiſcopi prorſus præteriti & omiſſi ſint. vt in archiepiſcoporum Magdeburgenſium catalogo, Ioannes Albertus, Friderici Ansbacenſis filius, & Fridericus, Ioachimi II. elector. Braudeburg. filius, qui immediatè Sigiſmundum anteceſſerunt, prorſus prætermiſſi, & præſentis archiepiſcopi Ioachimi Friderici nomen non expreſſum eſt. Epiſcopi Lubecenſes, cùm à Geroldo plures quàm 30. fuerint, tantùm 25. recenſentur. In Mindenſi ſerie Franciſci ducis Brunſuicenſis nomen, qui Franciſcum comitem à VValdec proximè præceſſit, planè deſideratur. Sic in Verdenſi, Georgius dux Brunſuicenſis, loco penultimo collocandus, omninò præteritur. In Halberſtadenſi, Iohannes Albertus, & Fridericus Marchio Brandeburgenſis, qui Halberſtadij obijt, omittuntur: & vltimus ponitur N. Marchio Brandeburgenſis, cùm poſt Sigiſmundum nullus marchio Brandeburgenſis, ſed Henricus Iulius dux Brunſuicenſis & Lunæburgenſis electus ſit anno 1566. In Padebornenſi, loco quarto à fine, inter Ericum ducem Brunſuicenſem à Grubenhagen, & Rembertum à Kerſenbruch, medius collocari debuit HERMANNUS comes à VVeida, archiepiſcopus Colonienſis; qui annos ampliùs quindecim Padebornenſem eccleſiam adminiſtrauit. In Hildeſienſe, Fridericus dux Holſatiæ, qui Burcardum ab Oberg anteceſſit, omiſſus eſt. In Suerinenſi, Magnus dux Megapolitanus, anno 1516. poſtulatus, qui 34. annos præfuit: & ſucceſſor illius Vlricus dux Megepolitanus prorſus relicti ſunt. vt in Raceburgenſi Chriſtophorus à Schullenburg, & Chirſtophorus dux Megapolit. qui iam annos 36. diœceſin illã gubernat. Hæc & plura alia cùm in catalogi illius extrema tantùm parte, ab anno 1500. vſq; ad noſtra tempora pertinente, deſiderentur: profectò maiori diligentia & cura, in ſingulis diœceſibus, Epiſcoporum ſeriem, & alia inquiri ab eo neceſſe eſt; qui certa & exploratè cognita his de rebus memoriæ poſtertiatis tradere in animum inducet. Quare initiò nuda nomina Epiſcoporum, qui in ſingulis diœceſibus ſeu eccleſijs Saxoniæ & Vandaliæ Cathedralibus, ab anno Chriſti 1500. vſq; ad noſtram ætatem ſibi mutuò ſucceſſerunt, præponemus.

GERMANIA eſt omnis diuiſa in ſex Metropoles, ſeu archiepiſcoporum ſedes, ex quibus ampliſſimam diœceſin & latiſſimè patentem poſſidet Moguntinus: cui duodecim ſubſunt epiſcopi, Argentinæ, Spiræ, VVormatiæ, Herbipolis in Franconia, Auguſtæ Rhetorum, Conſtantiæ ad lacum Podamicũ, Curiæ Rhetorum, Dryopolis ad Alemanum fl. & in Saxonia, Halberſtadij, Hildeſiæ, Padebornæ, & Verdæ. Primatum autem, ſeu ſupremam inſpectionem & iuriſdictionẽ in omnes Germaniæ archiepiſcopos Otto primus Imperator, de conſilio & aſſenſu Pontificis & concilij Rauennatenſis, MAGDEBURGENSI commendaſſe ſcribitur, ſicut in literis Benedicti VI. Papæ, ad Germaniæ archiepiſcopos, de S. Pilgrino & Paſſauienſi eccleſia anno 973. ſcriptis, Albertus Magdeburgenſis, Patriarcha Germanię nominatur. Quinq; autem Epiſcopas, partim à patre Henrico Aucupe, partim à ſe fundatas & auctas, Otto, Magdeburgenſis ſuffraganeas eſſe voluit, Miſnenſem, Mersburgenſem, Naumburgenſem, Brandeburgenſem & Hauelburgenſem. TREVIRENSIS ſuffraganei ſunt, Metenſis, Dolanus, & Virdunenſis. COLONIENSEM ſuperiorem agnoſcunt, Monaſterienſis, Oſnabrugenſis, Mindenſis, Traiectenſis, Leodienſis. SALTZBURGENSIS iuriſdictioni olim parebant, Ratisbonenſis, Patauinus ad confluentem Oeni & Danubij, Friſingenſis, Tridentinus, Brixienſis, Gurcenſis, Chiemenſis, Secouienſis, Louantinus, Viennenſis. BREMENSI verò in Saxonia inferiore, Lubecenſis, Raceburgenſis, Suerinenſis, ac fortaſsè etiam Sleſvvicenſis, Caminenſis, Lebuſienſis olim ſuberant. Bambergenſis verò in ſuperiore Germania, ab omni archiepiſcoporum iuriſdictione liber, immediatè Romano Pontifici paret. Ex his ſex Germaniæ Metropolibus, duas, Magdeburgenſem & Bremenſem, & vicinas illis in veteri Saxonia, cis & vltra Viſurgin Epiſcopas decẽ, Cranzius, à prima ſingulorum origine, enumerata epiſcoporum ſerie, & memorabilibus, quæ in ſingulorum

lorum ætatem inciderunt, rebus gestis, describendas suscepit, & vsq; ad annum Christi 1500. libris duodecim pertractauit. Ab eo tempore, vbi ille desijt, si cui idoneo vitam & vires Deus sufficiet, vsq; ad nostram ætatem pertexere seriem Episcoporum, in duabus illis Metropolibus, & vicinis in Saxonia, VVestphalia, & veteri Vandalia, cathedralibus ecclesijs: & Misnensem ad Albim: Mersburgensem ac Naoburgensem ad Salam; Hauelbergensem ac Brandeburgensem ad Hauelum; Lebusiensem ad Viadrum; Slesvvicensem in Cimbrica Chersoneso, & Caminensem in Pomerania: duodecim illis à Cranzio descriptis adiungere poterit.

MAGDEBVRGENSI

ECCLESIAE Metropolitanæ, anno Christi 1500. archiepiscopus Ernestus, Dux Saxoniæ, Ernesti electoris Saxoniæ, filius, & FRIDERICI sapientis, qui Carolum V. Imperatorem elegit, ac IOANNIS, qui Confessionem Augustæ Carolo V. exhibuit, frater, præfuit: ordine tricesimus octauus ab ALBERTO primo archiepiscopo, cui ex cœnobio S. Maximini ad Treuirim,
967. euocato, Imperator Otto primus inspectionem ecclesiæ Magdeburgensis, & vicinarum in Gentibus Vandalicis, ad Salam & Albim, recens à patre Henrico Aucupe & à se domitis, & magno labore ac fide ad agnitionem & cultum veri Dei & seruatoris nostri Iesu Christi adductis, commendauit: & collegium canonicorum seu custodum & interpretum canonis sacræ scripturæ, qui vniuersæ Religionis Christianæ & cultus diuini norma est; à VVittikindo, in VVestphaliæ oppido Angaria, vbi monumentum laudatissimi illius Saxonum principis adhuc visitur, institutum; & ab Henrico Aucupe, in agri Lunæburgensis oppidum Vallersleben, præfecto episcopo Marco, translatum; & inde Magdeburgam à se traductum, Archiepiscopo adiunxit.

1478. Ernesto autem, (qui anno Christi 1476. cœperat, & excitata in Salanis Saxonicis inter patritios, salinarum commoda ad se trahentes, & plebeios ab illis oppressos, ciuili discordia, & his episcopum inuocantibus: vtriusq; frenum inijciens, præcipuos salinarum reditus & iurisdictionem ad se transtulerat, & S. Mauricij arcem ceruicibus vrbis imposuerat: ac postea Halberstadienses etiam sub iugum redegerat) rebus humanis exempto:

1513. ALBERTVS, filius Iohannis electoris Brandeburgici, Ioachimi I. frater, in archiepiscopa Magdeburgensi successit, ac inusitato antea inter Germanos ex-
1514. emplo, sequenti statim anno Moguntinus etiam archiepiscopus & elector creatus, annos 32. vtranq; diœcesin, vnà cum Halberstadensi, gubernauit. In huius tempora Religionis mutatio in Saxonia incidit. ⊕ 1545. die 24. Septembris, cui sobrinus ipsius, tertio gradu linea æquali agnatus.

1545. IOANNES ALBERTVS marchio Brandeburgensis, Friderici, qui Onoldsbachij sedem aulæ habuit, filius, Alberti Achillis Germanici nepos; Alberti Borussiæ ducis, & Casimiri, ac Georgij (cuius nomen Confessioni Augustanæ subscriptum est) frater successit. in cuius tempora bellum Saxonicum, in quo ab elector Sax. Ioh. Friderico duriter afflictus est, & Collegij Canonicorum ex vrbe Magdeburga emigratio, vrbis proscriptio, oppidorum & arcium archidiœceseos,
1550. vrbi vicinarum, occupatio incidit. Ipse quadrimestri ante inchoatam obsidionem
17. Maij. ⊕. Sabbato post Ascensionis.

1552. FRIDERICVS, Ioachimi II. electoris Brandeburgici filius, introductus die 19. Martij: eodem anno exeunte, die 3. Octobris, Halberstadij decessit.

1553. SIGISMVNDVS, frater Friderici, 14. annorum adolescens, cui Chronicon Carionis à Philippo dedicatum est, ⊕ anno 1566. die 14. Septembris.

1567. IOACHIMVS FRIDERICVS, Iohannis Georgij electoris Brandeburgensis filius, Sigismundi ex fratre nepos, qui nunc sapienter & feliciter diœcesin Magdeburgensem administrat.

BRE-

BREMENSIS ECCLESIÆ,

per Carolum magnum, anno Christi 788. fundatæ, primus Episcopus S. VVillehadus Anglus: postea per Ludouicum Germaniæ regem, anno Christi 850. vnitæ cum metropoli Hamburgensi, primus Archiepiscopus S. Ansgarius præfectus est. à quo ordine tricesimus nonus fuit, anno Christi 1500. Iohannes Rodius, vir modestus & opulentus. Cùm autem propter generis humilitatem à suæ diœcesis ordinibus fastiditus, à vicino principe Saxoniæ Magno & comite Oldeburgensi bello peteretur: Coadiutorem sibi CHRISTOPHORVM ducem Brunsuicensem, Henrici senioris filium, VVilelmi nepotem; Henrici Iunioris, qui nostra ætate inter varias fortunæ vices diutissimè ducatum Brunsuicensem gubernauit, fratrem; 14. annorum adolescentem, delegit. 1500.

CHRISTOPHORVS, dux Brunsuicensis, Henrici Iunioris frater, Iulij ducis Brunsuicensis patruus, Coadiutorem de consensu capituli elegit FRIDERICVM ducem Holsatiæ, Friderici I. regis Daniæ filium, qui biennio ante Christophorum obijt. 1511.

GEORGIVS, dux Brunsuicensis, senex fratri Christophoro successit. 1558.

HENRICVS, dux Saxoniæ, Angriuariæ & VVestphaliæ, archiepiscopus Bremensis, administrator Osnabrugensis & Padebornensis. 1567.

IOHANNES ADOLPHVS, dux Holsatiæ, Adolphi filius, Friderici I. Daniæ regis nepos. 1585.

Primæ & antiquissimæ in veteri Saxonia Cathedrali Ecclesiæ

OSNABRVGENSI,

anno Christi 1500. episcopus præfuit CONRADVS, comes à Ritberg, ordine quadragesimus primus à S. VVihone primo episcopo, Frisio, cui Carolus Magnus anno 776. inspectionem Collegij & scholarum, quas Latinas & Græcas perpetuò seruari in eo collegio voluit, commendarat. Capit. 1482.

ERICVS dux Brunsuicensis de Grubenhagen, Alberti filius, Philippi frater ⊕1532. 1508.

FRANCISCVS, comes de VValdec, Philippi filius, Volradi patruus, princeps pius, sapiens, iustus, humanus, tolerans veram Euangelij doctrinam, vixit vsq; ad annum 1553. quo Philippus magnus dux Brunsuicensis in episcopos VVestphaliæ grassatus est. ⊕15. Iunij. 1532.

IOHANNES, comes ab Hoia, natus ex sorore Gostaui regis Sueciæ. princeps ingeniosus, doctus, & multarum linguarum peritus. 1553.

HENRICVS, dux Saxoniæ, archiepiscopus Bremensis. 1574.

VVILELMVS Schenking, ecclesiæ Decanus, quinque tantùm dies post electionem superstes. 1585.

BERNARDVS, comes à VValdec, Ioannis filius, Philippi, fratris Francisci episcopi Osnab. & Monast. nepos. 1585.

PHILIPPVS Sigismundus, dux Brunsuicensis, episcopus Verdensis. 1591.

MONASTERIENSEM

Diœcesin, omnium in tota VVestphalia amplissimam, anno Christi 1500. gubernauit CONRADVS, comes à Ritberg, episcopus Osnabrugensis: succedens Henrico comiti Suartzburgensi, anno 1496. defuncto. ordine quadragesimus sextus à S. Ludgero, primo episcopo, fratre S. Hildegrini Halberstadensis.

ERICVS, dux Saxoniæ, Angariæ & VVestphaliæ; Iohannis filius: Magni ducis Saxoniæ, & Iohannis episcopi Hildesiensis frater. 1508.

1522. FRIDERICVS, comes de VVeida, archiepiſcopi Colonienſis frater, reſignauit 1532. ⊕ 1551.

1532. ERICVS, dux Brunſuicenſis de Grubenhagen, qui Oſnabrugenſis epiſcopus iam 24. annos fuerat: ⊕ cùm vix ſex hebdomadas in Monaſterienſi cathedra ſediſſet.

1532. FRANCISCVS, comes à VValdeck, cuius initia ſtatim Anabaptiſtici motus, & Monaſterienſe bellum exceperunt.

1553. VVILELMVS KETLER, amans veræ doctrinæ quam cùm inſtinctu capituli bona conſcientia perſequi vel impedire nollet, anno 1557. reſignauit. frater optimi principis Gothardi, in Liuonia ducis Curlandiæ primi.

1557. BERNHARDVS RASFELD. anno 1566. reſignauit.

1566. IOANNES, comes ab Hoia, epiſcopus Oſnabrugenſis.

1574. IOANNES VVILELMVS, dux Iuliacenſis, natus anno 1562. cuius frater natu maior, Carolus Fridericus, anno 1575. Romæ obijt.

1586. ERNESTVS, Dux Bauariæ, archiepiſcopus Colonienſis, Leodienſis, Hildeſienſis, Friſingenſis.

PADEBORNENSEM ECCLESIAM

inter primas in Saxonia à Carolo, qui ſtatiua ſæpè eo in loco habuit, inchoatam, & Hadimario, S. Burcardi VVurtzburgenſis epiſcopi diſcipulo commendatam: anno Chriſti 1500. adminiſtrauit archiepiſcopus Colonienſis

1498. HERMANNVS, Haſſiæ Landgrauius, ſuccedens Simoni comiti Lippienſi, 1489.

1508. ERICVS, dux Brunſuicenſis de Grubenhagen, Alberti filius, Pacis & iuſtitiæ cuſtos, ⊕ 1532. die 14. Maij.

1532. HERMANNVS, comes à VVeida, archiepiſcopus Colonienſis, electus adminiſtrator 13. Iunij, anno 1532.

1547. REMBERTVS à Kerſenbruch, coadiutorem anno 1552. elegit Iulium ducem Brunſuicenſem.

1568. IOHANNES comes ab Hoia.

1574. SALENTINVS comes ab Eiſenberg, archiepiſcopus Colonienſis. reſignauit, 1577.

1577. HENRICVS dux Saxoniæ, Franciſci filius, Laoburgenſis.

1585. THEODORVS à Furſtenberg.

HILDESHEIMENSEM DIOECESIN

anno 1500. multos iam annos tenuerat

1500. BERTHOLDVS à Landesberg, epiſcopus Verdenſis, ordine quadrageſimus tertius à Gunthero primo epiſcopo.

1503. ERICVS, dux Saxoniæ inferioris, filius Iohannis, ducis Magni, & Iohannis frater, qui anno vix vertente fratri Ioanni epiſcopam reſignauit.

1504. IOANNES, dux Saxoniæ inferioris, Erici frater. qui poſtea, moto aduerſus duces Brunſuicenſes bello, primùm in Soltauienſi prælio victor anno 1519. triennio pòſt ab Imp. Carolo V. proſcriptus, maximam diœceſeos partem, à ducibus Brunſuicenſibus occupatam, amiſit. reſignauit anno 1527. & adhuc vixit 1546.

1528. BALDASAR Veldkirch, Imp. Caroli V. Vicecancellarius. ⊕ 1531.

1531. OTTO comes à Scovvenburg, præpoſitus. poſt ſexennium reſignauit.

1537. VALENTINVS à Teteleben, vicarius archiepiſcop. Moguntini. litem aduerſus duces Brunſuicenſes in curia Romana, à Iohanne, ſpoliati ante omnia reſtitutionem petente, inchoatam pertexit. ſed latam anno 1540. ſententiam executio nulla ſecuta eſt.

FRIDE-

FRIDERICVS dux Holsatiæ, Friderici Daniæ regis filius, Adolphi ducis Holsatiæ frater. 1551.

BVRCARDVS ab Oberg. 1556.

ERNESTVS dux Bauariæ, Alberti filius, episcopus Frisingensis, & iam Leodiensis. 1573.

MINDENSI ECCLESIAE, Anno Christi 780. primùm fundatæ, præfuit anno 1500.

HENRICVS, comes à Schavvnburg, Ottonis filius, Adolphi nepos, primùm electus. 1478.

FRANCISCVS, dux Brunsuicensis, Christophori Bremensis, & Henrici iunioris, ducis Brunsuicensis, frater, ⊕1529. die Catharinæ. 1504.

FRANCISCVS, comes à VValdeck. 1530.

IVLIVS dux Brunsuicensis, postulatus, interfectis eodem die, prælio Siuershusano, fratribus, statim resignauit. 1553.

GEORGIVS, dux Brunsuicensis, Christophori Bremensis archiepiscopi, & Franciscí Mindensis, & ducis Henrici iunioris, frater. 1553.

HERMANNVS, comes à Schavvnburg, Ottonis filius, Iodoci nepos. 1566.

HENRICVS IVLIVS, dux Brunsuic. episcopus Halberstadensis. 1582.

ANTONIVS, comes à Schavvnburg, Hermanni frater, Decanus Colonienſis. 1587.

HALBERSTADENSEM EPISCOPAM, fundatam anno 777. in Salingstede, Inde post 42. annos translatam Halberstadium, A. C. 819. sub Hildegrino primo episcopo adhuc viuente: anno 1500. potenti manu rexit.

ERNESTVS dux Saxoniæ, archiepiscopus Magdeburgensis, tricesimus nonus à S. Hildegrino.

ALBERTVS marchio Brandeburgensis, postea etiam archiepiscopus Moguntinus & Cardinalis, annos 32. 1513.

IOANNES Albertus marchio Brandenburgensis, Friderici Ansbacensis filius, Georgij & Casimiri & Alberti Borussiæ ducis frater. 1545.

FRIDERICVS marchio Brandeburgensis, Ioachimi II. electoris filius, qui eodem anno Halberstadij obijt. 1552.

SIGISMVNDVS marchio Brandeburgensis, Friderici frater, archiepiscopus Magdeburgensis, annis 14. 1553.

HENRICVS IVLIVS, Iulij ducis Brunsuicensis filius, infans electus, sed introductus anno 1578. die 8. Decembris. 1566.

VERDENSI ECCLESIAE, inter primas in Saxonia, per Carolum Magnum, ad Alleræ & Visurgis confluentem, quatuor supra Bremam milliaribus fundatæ, præfuit anno 1500.

BERTHOLDVS à Landesberg, ordine quadragesimus septimus à S. Suiberto Anglo, primo episcopo. Cùm autem anno 1470. Bertholdus gubernare Verdensem diœcesin cœpisset: & postea Hildesiensem etiam episcopam teneret: vtranq; morte sua vacuam successoribus reliquit, anno 1502. 1500.

CHRISTOPHORVS, dux Brunsuicensis, electus adiutor archiepiscopi Bremensis. 1502.

GEORGIVS, dux Brunsuicensis, Christophori frater. 1558.

EBERHARDVS ab Holl, episcopus Lubecensis. 1567.

PHILIPPVS SIGISMVNDVS, dux Brunsuicensis, Iulij filius. 1586.

LVBECENSIS ECCLESIÆ

prima ſedes ab Ottone I. Imperatore conſtituta fuit vrbs VVagriæ Aldenburga: cui, Vandalicas gentes ſibi tributarias, à Sleſvvico vſq; ad Panim fl. circa annum Chriſti 970. initiò ſubiecerat: præfecto primo epiſcopo Marcone: à quo duodecimus GEROLDVS, VVicelini ſucceſſor, ab Henrico Leone, Saxoniæ duce, ex Bauarica nobilitate electus, & Lubecam tranſlatus eſt. Huic anno Chriſti 1500. viceſimus quartus ordine ſucceſſor fuit

1500. THEODORICVS ARNDES Hamburgenſis, qui Friderico Holſatiæ duci feudum ducatus Holſatiæ, ſolenni ritu, Kyloniæ in foro contulit.

1507. VVILHELMVS VVeſtphalus Lubecenſis.

1509. IOHANNES Grimholdus.

1523. HENRICVS Bocholt Hamburgenſis.

1535. DETLEVVS Reuentlovv, cancellarius Friderici regis Daniæ.

1536. BALDAZAR Ranzouius.

1550. IODOCVS Hutfilter Oſnabrugenſis.

1553. THEODORICVS Reſius.

1555. ANDREAS BARBY, cancellarius Chriſtiani III. regis Daniæ.

1559. IOANNES Tideman Hagonienſis ⊕ 1561. die 17. Aprilis.

1561. EBERHARDVS ab Holl, epiſcopus Lubecenſis, adminiſtrator Verdenſis, & Dominus Lunæburgi ad S. Michaëlem.

1586. IOANNES ADOLPHVS, hæres Norvvegiæ, Dux Sleſvvici, Holſatiæ, &c. archiepiſcop. Bremenſis.

RACEBVRGENSIS

Epiſcopus anno 1500. fuit ordine 26. à primo

1477. IOANNES Parkentin, ex familia nobili Megapolitana ortus, ſedit 33. annis.

1510. HENRICVS BERCHMEIER Hamburgenſis, qui ex humili loco, virtute & induſtria, primùm ad munus cancellarij ducis Saxoniæ Lovvenburgenſis Magni, inde ad epiſcopi dignitatem euectus eſt. ⊕ Lubecæ 1524. die 11. Octobris, Schonbergæ conditus.

1524. GEORGIVS Blumedal, I. V. D. epiſcopus Lebuſenſis.

1551. CHRISTOFF von der Schullenburg/ quo reſignante:

1554. CHRISTOPHORVS, dux Megapolitanus, Alberti filius, anno 1554. exeunte electus, ⊕ 1592. die 4. Martij.

1592. CAROLVS, dux Megapol. Chriſtophori frater.

SVERINENSEM

diœceſin anno Chriſti 1500. rexit D. CONRADVS LOSTIVS, ex patritia VViſmarienſi familia ortus, ordine triceſimus ſecundus à primo epiſcopo & martyre IOANNE SCOTO, qui, cùm prima initia, & velut ſeminarium eccleſiæ in his gentibus Vandalicis anno Chriſti 1062. iaceretur, in vrbe tunc ampla & copioſa Meckelenburg, petente S. Godſcalco, Vandalicæ gentis principe Chriſtiano, ab Alberto archiepiſcopo Bremenſi, qui apud Imp. Henricum IIII. omnia gubernabat, Epiſcopus primus conſtitutus eſt. Hunc quadriennio pòſt Vandali, Chriſtianam religionem denuò abijcientes, crudeli ſupplicio, manibus & pedibus truncatis, affecerunt die 10. Nouemb. anno 1066. cùm paulò antè Godſcalcum principem ſuum Leontij ad aram die 7. Iunij trucidaſſent.

Poſt octoginta quatuor annos, ſub Conrado III. Imp. alter epiſcopus Eberhardus, & paulò pòſt Benno ſeu Berno, ſucceſſerunt. qui, deleta in bellis Vandalicis vrbe Meckelnburga, Suerinam, ab Henrico Leone, condito inſigni templo Cathedrali, tranſlatus eſt, circa annum Chriſti 1168. Ab hoc igitur Bennone,

qui pri-

qui primus Suerinæ ſedit, ordine 30. fuit Conradus Loſtius, qui anno 1503. exeunte obijt.

IOANNES THVRN, eques Megapolitanus. 1504.

PETRVS VVallekouius Sundenſis. 1508.

MAGNVS dux Megapolitanus, Henrici filius, Magni nepos, infans poſtulatus: magna cum pietatis, doctrinæ & prudentiæ laude poſtea diœceſin illam gubernauit. ⊕. 1550. 1516.

VLRICVS dux Megapolitanus, Alberti filius, Magni præceſſoris ſui patruelis, nunc 40. annos præeſt. 1550.

VLRICVS, Friderici II. Daniæ regis filius, Vlrici Megapol. ex filia nepos, coadiutor electus. 1590.

MISNENSIS ECCLESIAE

ad Albim Epiſcopus fuit anno 1500.

IOANNES VI. ex familia Salhuſiorum, quadrageſimus ſecundus à Burcardo primo epiſcopo, quem Otto I. Imp. anno 958. ibi collocarat.

IOANNES VII. à Sleinitz. 1518.

IOANNES VIII. à Maltitz. 1538.

NICOLAVS à Carlevvitz. 1550.

IOANNES IX. ab Haubitz. 1555.

AVGVSTVS elector Saxoniæ, cui Ioannes IX. reſignauit. 1581.

CHRISTIANVS elector Saxoniæ. 1586.

CHRISTIANVS Chriſtiani filius. 1592.

MERSBVRGENSEM

Epiſcopam, ad Salam, anno 1500. gubernauit quadrageſimus primus à Boſone, qui ex cœnobio D. Emerani, Ratisbona, ab Ottone I. epiſcopus conſtitutus fuit.

TILO de TROTA, electus 1568. ⊕ 1514. 1500.

ADOLPHVS princeps Anhaldinus, Georgij agnatus, ad quem Lutherus primam diſputationem de indulgentijs publicaturus anno 1517. ſcripſit. 1514.

VINCENTIVS de SLEINITZ. 1526.

SIGISMVNDVS de Lindenavv. 1535.

AVGVSTVS dux Saxoniæ, adminiſtrator in temporalibus, GEORGIVS Anhaldinus, coadiutor in ſpiritualibus. 1544.

MICHAEL SIDONIVS, à Carolo V. conſtitutus. ⊕ 1561. 1549.

ALEXANDER dux Saxoniæ, Auguſti filius, ⊕ 1565. die 8. Octobris. 1562.

AVGVSTVS elector Saxoniæ, Alexandri pater. 1566.

CHRISTIANVS elector Saxoniæ, Auguſti filius. 1586.

IOANNES GEORGIVS, Chriſtiani filius. 1592.

NAOBVRGENSES AD SALAM.

IOHANNES de Schonberg, ab Erneſto Magdeburg. inauguratus; ordine 38. ab Hugone primo Citij ad Eliſtrum anno 968. autoritate Ottonis I. fundatoris conſtituto, à quo Hugone quartus Hildebertus Naoburgum ad Salam ſedem & titulum epiſcopi, paulò poſt annum Chriſti 1000. tranſtulit. 1492.

PHILIPPVS Palatinus Rheni, Philippi electoris filius, epiſcopus Friſingenſis, adminiſtrator Naoburgenſis. ⊕ 1541. 1514.

IVLIVS PFLVG, à capitulo electus abſens. 1541.

1542. NICOLAVS ab Amsdorff, à Iohan. Friderico electore Saxoniæ constitutus, Iulio excluso.
1547. IVLIVS Pflug, à Carolo V. victore restitutus. ⊕1564.
1564. AVGVSTVS elector Saxoniæ.
1586. CHRISTIANVS elector Saxoniæ. ⊕1591.
1592. AVGVSTVS, Christiani filius.

BRANDEBVRGENSES AD HAVELVM.

1487. IOACHIMVS de Bredavv.
1506. HIERONYMVS, ad quem Lutherus initiò de Indulgentijs scripsit: sculteti in pago Gramschitz prope Glogouiam filius, Orator excellens. ⊕1522. VVistochij sepultus.
1523. THEODORICVS de Hardenberg.
1527. MATTHIAS de Iagovv, à Georgio Anhaldino celebratus. ⊕1544.
1546. IOACHIMVS dux Munsterbergensis, Caroli filius, Henrici frater. ⊕post resignatam episcopam 1563.
1563. IOACHIMVS FRIDERICVS, marchio Brandeburgensis.

HAVELBVRGENSES.

1500. OTTO KONIGSMAREK, ordine 35. à primo episcopo.
1505. IOHANNES Slaberndorff, Doctor.
1520. HIERONYMVS SCHVLTES, episcopus Brandeburgensis; ab electore Brand. introductus, cùm capitulum D. Georgium Blumedal elegisset. ⊕1522. die 29. Octob.
1523. BVSSO de Alvesleben', I. V. D. ⊕1548.
1548. FRIDERICVS, Ioachimi II. Brandeburgensis filius.
1553. GEORGIVS à Blanckenburg, capitaneus diœcesis Hauelberg. constituitur. cui ad vitam à Ioachimo II. promissa erat administratio. sed filius Ioachimi, Iohan. Georgius, pro suo filio Ioachimo Friderico, cum illo transegit.
1556. IOACHIMVS FRIDERICVS, quo ad Magdeburgensem archiepiscopam euecto, pater elector Iohannes Georgius Hauelburgensem diœcesin gubernat.

LEBVSIENSIS ad Viadrum,

Francofordo vicina episcopa per Miecislaum Poloniæ ducem A. C. 965. primùm instituta est. Postea Boleslaus Caluus, Henrici Pij ducis Silesiæ filius, bellorum angustijs adactus, tum alia patrimonij sua loca, tum verò Lebusiense territorium, Ioanni & Ottoni marchionibus Brandeburgensibus oppignorauit vel vendidit, circa annum Christi 1260. ab eo tempore in marchionum Brandeburg. tutela Lebusiensis Episcop. mansit. Series episcoporum, ab anno 1200. annotata est. Laurentius ⊕1204. Conradus I. ⊕1216. VVernerus ⊕1223. VVilelmus à Bredavv ⊕1246. VVilelmus II. Conradus II. Nicolaus. Ioannes. Fridericus X. Stephanus ⊕1321. N. à Petzko ⊕1329. Henricus à Brantzk. Petrus ab Oppeln. VVenceslaus dux Lignicensis. Ioannes II. à Kitlitz. Ioannes III. primus conseruator Cartusiæ ante Francofordiam 1396. fundatæ, ⊕1400. Ioannes IIII. à Basnitz. Ioannes V. Ioannes VI. à VValdo XX. Fridericus à Rothan. Petrus à Borstorff. Conradus Crom. Ioannes à Thier ⊕1454. Fridericus Sesselman. Liborius à Slieben. Ludoicus à Borstorff ⊕1489. cui successit

THEO-

THEODORICVS à Buloyv, primus Academiæ FRANCOFORDIENSIS ad Viadrum anno 1506. introductæ Cancellarius. 1489.

GEORGIVS à Blumendal I. V. D. ⊕ 1550. 14. Decemb. 1523.

IOHANNES von Hornburg/ ⊕ 1555. 9. Iunij. 1551.

IOACHIMVS FRIDERICVS marchio Brandeburg. vel pater, tutorio nomine. 1556.

SLESVVICENSIS, in Cimbrica Cherſoneſo Epiſcopæ, ad Sliam ſl. ſeu ſinum maris Eoi, inter Angliam & Svvantiam interiectum, circa A. C. 948. fundatæ: Epiſcopus anno 1500. fuit

DETLEVVS von der Wiſch. 1499.

GODSCALCVS ab ALEFELD. 1517.

D. TILEMANNVS Huſenus, biennio pòſt ex epiſcopo Superintendens primus. 1541.

FRIDERICVS dux Holſatiæ, Frideric. I. Daniæ regis filius. 1544.

ADOLPHVS dux Holſatiæ, Friderici frater. Quo mortuo 1556.

FRIDERICVS II. Daniæ rex diœceſin occupauit. 1586.

CHRISTIANVS IIII. Daniæ rex. 1588.

CAMINENSES in Pomerania, quorum Catalogum, à prima fundatione, vſq; ad præſentem annum, initio Chronici recitaui.

MARTINVS Carith, patritius Colbergenſis, Theol. D. 1498.

ERASMVS MANDVVEL, Dominus in Arnhuſen, filiorum Bogiſlai X. ſtudiorum & morum magiſter ⊕ 1543. die 27. Ianuar. 1520.

IOANNES Bugenhagius, paſtor VVittebergenſis, vocatus recuſauit. 1543.

BARTHOLOMAVS SVAVENIVS Stolpenſis, maritus, poſt victoriam Caroli V. renunciauit, & præfectus Butouienſis tandem ⊕ 1562. 1543. 1548.

MARTINVS VVIGER, Erneſti frater, ⊕ 1556. 1549.

IOANNES FRIDERICVS, dux Pomeraniæ, Philippi filius, reſignauit 1574. 1556.

CASIMIRVS, dux Pomeraniæ, Philippi filius, Ioannis Friderici frater. 1574.

FINIS LIBRI TRIGESIMI PRIMI CHRON.

SCRIPTA Quorum in ſuperiore Chronico ſparſim mentio fit, velut non indignorum, quæ certis Chronici locis inſerantur.

Ephemeris ITINERVM CAROLI V. IMP. TOTO BELLI GERmanici tempore, & antè, à die 13. Octobris, anni 1545. vsq; ad 23. Iulij, & comitia Augustæ celeberrima, anno 1547. celebrata.

Qui itinerum Caroli libellus in superiori Chronico, circa finem anni 1547. libro XVI. citatur.

1545. CAROLVS V. ROM. IMP. AVGVstus, cùm soluto septima Augusti apud VVormatiam, in superiore Germania ad occidentalem Rheni ripam antiquam & celebrem Imperij ciuitatem, quò 16. Maij venerat, Principum, qui perpauci admodum eò tum conuenerant, statumq; Imperij conuentu: indictisq; alijs ad Ratisponam Comitijs, inferiorem Germaniam repetisset: pauxillumq; Bruxellæ, quæ primaria ducatus Brabantici vrbs est, amœnitate situs, nimirum inter nemora, campos & prata, aërisq; & fontium scaturientium salubritate nulli alteri cedens, recreandi animi gratia quieuisset: mox confectis ibidem ijs, quæ ad eius ditionis statũ tunc spectabant, negocijs, rursum Germaniam superiorem, ob Comitia Ratisponæ indicta, repetere decreuit: vt, quæ res in VVormatien. recessu fluxæ & incompositæ remanserant, ibi recollectæ & pertractatæ, ad meliorem Christianæ Reipublicæ statum, magisq; salutarem tandem aliquando reducerentur. Itaq; à me-
15. Octob. ridie inter primam & secundam Bruxella profectus, Mechliniam, itidem Brabantiæ non minùs atque Bruxella, tum dominij titulo, tum celeberrimo totius Galliæ Belgicæ Senatu clarum ac celebre oppidum, amœnitate etiam loci & ædificiorum atq; platearum pulchritudine spectabile, transijt itinere milliarium Germanicorum communium IIII. 19. Mechlinia discedens, Teneramundam Flandriæ oppidum, aliâs Comitatus Imperij titulo clarum, abijt, ad milliaria V. 20 Gandauum, maximam ac celeberrimam Flandrici comitatus totiusq; Galliæ Belgicæ vrbem, & permunitam ob tres in ipsa confluentes amnes: tum ob ipsius Cæsaris natiuitatem clarissimam, perrexit, ad V. Ibidemq;, rebus eius ditionis id requirentibus, requieuit diebus quatuordecim.

3. Nouembris Gandauo discedens, Eicheloam transijt, ad III. 4. Brugas, alteram Flandrici comitatus insignem elegantissimamq; & peramœnam vrbem: dudum diuersarum nationum mercatorum frequentia percelebre clarissimumq; emporium, ad V. Hic vndecim diebus, tum ob negocia, tum ob valetudinem curandam, quieuit. 16. Brugis discedens, redijt Eicheloam, ad V. 17. Hantuerpiam traiecto Schalda fluuio, tunc aëris intemperie vehementi turbato, transiit, ad V. Hantuerpia à Ptolemæo Aduaticum vocatur, oppidum Brabantiæ ad Schaldam fluuium munitissimum, vnum nobilissimum hodie, celeberrimumq; totius Germaniæ Emporium, ac sacri Romani Imperij Marchionatus titulo celebre, sic à proiectione manuum vocatum.

Prima Decembris Hantuerpiâ discessit VVestmallium, ad III. 2. Turnhautum castrum & pagum, ad II. 3. Becam pagum, ad III. 4. Buscumducis (Siluam ducis sonat) haud ignobile Brabantiæ oppidum, aquis & mœnibus munitum, ædificijs cultum ac splendidum, ad IIII. Hic ob aëris

aëris intemperiem valetudinarius quieuit diebus ſexdecim. 29. Buſcoducis diſceſſit, traiectoque Moſa, vſque Bommellium, Geldriæ oppidum, aquis & aggeribus munitiſſimum, ad Occidentalem VValis fl. ripam ſitum, perrexit, ad longiſſima milliaria II. 30. Per Buram oppidum & caſtrum, comitatus titulo celebre, in quo prandium fecit, traiectis VVali, Linga & Rheno fl. vſque Vicum Hollandiæ oppidum, ditionis Vltraiecten. ad Orientalem Rheni ripam ſitum, tranſijt, ad magna milliaria IIII.

31. VLTRAIECTVM Hollandiæ metropolim, ſitu & arte munitum, profectus, ad II. Ibi 4. Nonas Ianuarij Heroum conuentus, de numero ordinis Phryxei ſeu Gedeonis velleris aurei augendo, haberi ac celebrari cœptus eſt, ipſisque Nonis eiuſdem finitus. 1546. IANVARII.

2. Februarij, Cæſar Vltraiecto diſceſſit, atq; per *Vicum & Renem* oppida tranſiens, VVagenichum munitiſſimum Geldriæ oppidum ad Orientalem Rheni marginem ſitum, perrexit, ad milliaria. V. 4. Arnheimium ſeu *Arenacum*, Rheni in eadem ripa oppidum, II. 7. Arnheimio profectus, Iſalaque Rheni oſtio traiecto, *Zutphaniam*, oppidum & munitum, & comitatus titulo celebre, tranſiuit, III. 8. Redijt Arnheimium, III. 9. *Neomagum*, ſeu Nouiomagum, traiecto prius VVali, altero Rheni oſtio, II. Antiquum hoc Imperij oppidum, ac Ducatus Geldriæ primarium, munitum & ipſum ac elegans, ad occident. VValis ripam ſitum. 15. Neomago diſceſſit vſq; Genapium oppidum, milliaria III. 16. *Venloam*, munitiſſimum & hoc Geldriæ oppidum, III. 17. *Ruremundam* ad Moſam fluuium, vbi Rura Moſæ influit, oppidum Geldriæ munitum & ipſum, IIII .18. Stoccum in epiſcopatu Leodienſi, opp. & caſtrum munitum, IIII. 29. *Moſætraiectum*, partim Brabanticæ, partim ditionis Leodien. oppidum ſplendidum, pontem habens lapideum ſuper Moſam fluuium inſignem, IIII. Hic, ob negociæ certa, dies hæſit decem, fuitque frigus intenſiſſimum. FEBRVARII.

2. Martij Moſætraiecto diſcedens, *Leodium* antiquam imperij apud Eburones in Epiſcopatu Leodien. & præclaram inter montes, ſuper vtranque Moſæ ripam, ciuitatem, frequenti canonicorum numero celebrem, perrexit, IIII. Hæc ciuitas ab antiquis *Legia* dicta eſt, ſicut adhuc hodie à vulgo ibidem ſuo idiomate, quod illi Gallicum eſt, *Liege* vocatur, à legionibus Iulij Cæſaris ſub Arunculeio & Cotta præfectis ibidem ab Ambiorge Eburonum Rege cæſis ac deletis. MARTII.

3. Martij inter montes iuxta Moſam vſque *Hoyum* oppidum, ſuper Moſam in ditione Leodienſi profectus IIII. 4. Per montes & ſyluas vſq; Herencapellam pagum, II. 5. Per montes & ſyluas vſq; Rupem (*Feltz*, Roche) oppidum & caſtrum Ducatus Lucemburgici, V. 6. Per montes & ſyluas vſque Brumallium pagum & caſtrum, III. 7. Per montes & ſyluas vſque Baſthoniam ſeu Baſtonacum, oppidum in Ardenna, ad IIII. A Leodio vſq; huc, & ad duo milliaria vlterius, lingua incolis Gallica eſt, ſed barbara, deinde Germanica incipit. 1546.

8. Per nonnullas ſyluas vſq; *Aramluna* antiquiſſimum Lucemburgiæ oppidum, veterum olim Romanorum præſidium atq; ærarium, vti adhuc hodie in vetuſtis ibidem monumentis cernitur, VI. 9. Hinc per montes & Ardennæ ſyluas Iuodium, oppidum in limitibus Lucemburgiæ, quà Franciam ſpectat, arte & natura loci permunitum, eius viſendi gratia perrexit, VIII. 10. Per montes & ſyluas Thanuillam oppidum & caſtrum in prandio V. Et inde Montemadium oppidum & caſtrum in cœna, III. 11. Halleſſy pagum. V.

12. *Lucemburgum*, eius Ducatus Metropolim profectus, ad V. Hæc vrbs antiquiſſima eſt, & à Ptolemæo *Romandiſſa* vocata, & incolæ Romandui, *ſitu omnium, quas in diuerſis mundi nationibus* quis vnquam videre poſſet, *ſupra modum mirabili, inter &* ſuper montes, atq; etiam ſub ipſis montium rupibus, adeò vt de ſe publicum in vulgus adagium pepererit: Nunquam videlicet vllam auem tam in ſublime ſubuolaſſe, quæ eius vrbis faciem ac ſitum penitus contemplari & intue-

& intueri potuerit. Hîc Cæſar reficiendæ familiæ & equorum ex itinere defeſſorum, tum ſitus eius loci contemplandi cauſſa, dies quinque quieuit.

18. Lucemburgo diſceſſit *Siricam*, ad alteram Moſellæ, quem ibidem traiecit, ripam ſitum oppidum Ducatus Lotharingiæ, ad milliaria IIII. 19. VValderfingam, oppidum Lotharingiæ, ad IIII. 20. *Sarbrugam* (Saræ pontem (oppidum Comitum à Naſſavv, ad III. 21. *Zvveybrugam*, oppidum & caſtrum, Geminum pontem, ad III. In Comitatu Veldenſi oppidum & caſtrum hoc Comitis Palatini, Ducis Bauariæ. Vulgò dux à Gemino ponte vocatur, ſicuti dux à Simmeren, Dux à Monaco, quòd in ijs vt plurimum degant, ſedemq; & aulam teneant, & tamen ſunt Comites Palatini ac Duces Bauariæ. 10

22. *Landſtallum*, oppidulum & Caſtrum nobilium à Sickingen, apud quod in agro gentilium adhuc quædam ara cernitur, vſq; Cæſaris Luthæram (*Keiſersluter*) tranſijt, ad milliaria VI. Imperij oppidum hoc impignoratum Anno Domini M. CCCCII. vnà cum Oppenheim, Odernheim, & Ingelheim Comitibus Palatinis, pro centum millibus florenorum. In eo arx eſt mirabili ſtructura, valdè munita, à Friderico primo, cognomento Aenobarbo, ſeu Barbaroſſa Imperatore, extructa, ab eoq; primùm Cæſaris Luthæra nuncupari cœpit, cùm antè Luthæra tantùm vocaretur, quòd in ea ad multos annos aulam atq; ſedem teneret. Hunc Fridericum Imp. Adrianus IIII. Pontifex max. ingenti accepta pecunia, anathemate ferire meditabatur, ſed dum tam tetrum facinus animo volueret, acci- 20
dit, vt dum fortè è fonte aquam bibiturus hauriret, muſcam cum hauſtu aquæ imbiberet, qua ſubitò extinctus eſt. Deinde Alexander III. Papa eum excommunicauit. 23. Per valles & ſyluas, vſq; *Neuſtadium* (nouam ciuitatem) Comitis Palatini oppidum profectus. 24. Martij, *Spiram*, Imperij ad occidentalem Rheni marginem ciuitatem antiquiſſimam, olim Nemetum dictam, incolas atq; circumuicinos Nemetes, vbi Iulius Cæſar legitur non ſemel in hybernis eg ſſe, III. Atq; hîc 25. venit ad Cæſarem Sebaſtianus Epiſcopus Moguntinus Elector: & 26. Fridericus Comes Palatinus Elector: & VVolffgangus Magiſter ordinis Dominorum Theuton. Adminiſtrator Pruſſiæ: & 27. Philippus Landgrauius Heſſiæ: 30. Martij, Cæſar, traiecto Rheno, comitatus vſq; in 30
venationem obuiariam & tranſcurſoriam Comite Palatino & Landgrauio, Spira diſceſſit *Sinsheimium*, oppidum Comitis Palatini, ad milliaria IIII. 31. *Herneggam*, ad Neggerem fluuium, quem alij Nicrum vocant, Caſtrum Magiſtri ordinis Dominorum Theuton. III.

APRILL. Prima Aprilis traiecto ſupra *VVimpinam*, antiquiſſimum Imperij oppidum Neggere, vſq; Nuenſteinum, oppidum Comitis ab Hohenloch perrexit.

2. Aprililis *Crailsheimium*, oppidum marchionis Brandeburgenſis ab Onoltzbach in Burggrauiatu Nurenbergenſi, IIII. 3. *Dinchelſpyhelam*, antiquum Imperij oppidum, ad milliaria II. Sic nominatum hoc oppidum eſt à tritici nobilioris ſpecie, vnde delicatiſſimus panis fit, ſimilis Zeæ. 5. *Oetin-* 40
gam in Rieſa oppidum, comitatus titulo celebre profectus, ad IIII. 6. *Verdam* ſeu Inſulam Danubij (Donauerdam) Imperij, ad Septentrionalem Danubij ripam, oppidum, ad III. Hinc Cardinalis Auguſtanus cum centum equitibus Cæſari obuiam progreſſus, ipſius Maieſtatem excepit. 7. Traiecto Danubio *Neuburgum*, ad Meridionalem Danubij marginem oppidum Othonis Henrici Comitis Palatini, in ſuperiore Palatinatu ſub feudo Imperij, arte & natura loci munitum, in quo caſtrum amœniſſimum ad ipſa mœnia eſt, III. 8. *Ingolſtadium* profectus, Bauarici Ducatus oppidum ad Meridionalem Danubij ripam, valdè munitum, & ob claram in eo ſtudiorum Academiam percelebre, III. Hinc Card: Auguſtanus ex ſerijs negocijs à Cæſare Monaçum, ad ducem Bauariæ, 50
miſſus eſt. 9. Ingolſtadio *Kelheimium* oppidum diſceſſit VI. 10. *Ratiſponam*, antiquam Imperij in Bauaria, ad eandem Danubij ripam, claram, percelebremq; ciuitatem, à veteribus Retabonam & Auguſtam Tiberij dictam, ad milliaria III. Hîc quoniam Comitia indicta erant, ad quæ cum Principibus,

ſtati-

ſtatibuſq; Imperij habenda Cæſar venerat, referre obiter haud præter rem fore duxi, quinam Principes, & *quo quiq; tempore eò* venerint, atque diſceſſerint. 12. Aprilis, venit Ratiſponam Otho Cardinalis, & epiſcopus Auguſtanus.

MAIO. 8. Maij, venit *Albertus Marchio Brandenburgenſis*, cũ Chriſtophoro Landgrauio ab Leuchtemberga, & Friderico Comite Palatino, Duce in Simmeren. 9. Venit *Ericus Iunior Dux Brunſuicenſis.* 10. Cæſar Straubingam, elegans Bauariæ ad Danubium oppidum, ſex milliaria infra Ratiſponam, venandi gratia profectus. 12. Venit Ratiſponam Epiſcopus Patauienſis, & *Ioannes Marchio Brandenburgenſis, frater Electoris.* 14. Venit Epiſcopus Bambergenſis. 16. Cæſar Straubinga Ratiſponam redijt. 18. Venit *Epiſcopus Hildesheimenſis.* Itemque Iulius Pflug, Epiſcopus Numburgenſis. 21. Venit Chriſtophorus Cardinalis Tridentinus, cum Hillebrando Barone à Madrutz fratre, & Felice Comite ab Arch, pluribuſq; alijs illuſtribus ac nobilibus viris. Prodijtq; extra portam ipſi obuiam Cardinalis Auguſtanus. 22. Venit Melchior, Epiſcopus Herbipolitanus, dux Franconiæ. 23. Venit Epiſcopus Tullenſis. 24. Diſceſſit Cardinalis Tridentinus. Eademq; die à meridie *inter nonam & decimam noctis venit Mauricius Dux Saxoniæ.* 26. Venerunt *Albertus Dux Mechelburgenſis*, & Mauricius Epiſcopus Aichſtetenſis, ſeu Dryoſpolitanus. 28. Venit *Ferdinandus Rex Romanorum, manè ſub horam quartam*, per equos diſpoſitos ſex. 30. Maij, venit *Vilhelmus Dux Bauariæ* cum vxore & filio, manè ad horam quintam. Eadémq; die à meridie venit VVolffgangus, Magiſter ordinis Dominorum Teuton.

IVNIO. 3. Iunij, venit *Philippus, filius Henrici Ducis Brunſuicenſis, tum captiui ſub* Landgrauio. 5. Ad horam decimam ante meridiem, poſt ſolenne ſacrum in æde cathedrali per Cardinalem Auguſtanum celebratum, *incepta ſunt in prætorio ciuitatis Comitia, ac propoſitio prælegi & exhiberi. cùm Cæſar iam duos menſes ibi expectaſſet.* 11. Iunij, *venit Anna Regis Rom. vxor*, cum Maximiliano Archiduce Auſtriæ, ac quinque filiabus.

IVLIO. 4. Iulij, celebratæ ſunt *nuptiæ inter Albertum* Ducem Bauariæ, & Annam Archiducem Auſtriæ, Ferdinandi Regis Romanorum filiam. Sacrificium Miſſæ fecit Cardinalis Auguſt. eoſque matrimonio copulauit. 7. Iulij, venit Erneſtus Epiſcopus Salisburgenſis. 8. Diſceſſit Epiſcopus Herbipolitanus. 10. Venit Sebaſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, Elector. 16. Idem diſceſſit. Eademq; die venit VVilelmus Dux Cliuiæ, Iuliæ ac Bergæ. 18. Celebratæ ſunt *nuptiæ inter VVilelmum Ducem Cliuenſem, & Mariam Archiducem Auſtriæ*, Regis Romanorum filiam. Et hìc ſacrificium Miſſæ Cardinalis Auguſt. peregit, coſq; matrimonio iunxit. 20. Aduenêre *duodecim ſigna Hiſpanorum* peditum ex Hungaria: Et *quingenti equites Germanorum, ſub Alberto Marchione Brandenburgenſi*, & VVolfgango Magiſtro Theutonico.

21. Iulij manè ſub horam quintam, Rex Roma. vnà cum Regina & filio Ferdinando, tribuſque filiabus, naue conſcenſa, Ratiſpona diſceſſit, per Danubium vſq; Lincium opp. diſcedens. Eademq; die à meridie diſceſſit dux Bauariæ cum filio, eiuſq; vxore. 23. Diſceſſit Epiſcopus Salisburgenſis. 24. Diſceſſit dux Cliuenſis cum vxore. 25. Diſceſſit Epiſcopus Bambergenſis. Eademq; die aduenêre *ſexcenti foſſores Bohæmi.* Penultima Iulij appulêre *Bombardæ è Vienna* Auſtriæ per Danubium aductæ, cum reliquo adparatu bellico, veluti ſunt globi ferrei, puluis nitrarius, potiumq; naualium, cymbæ.

AVGV. 3. Auguſti, Cæſar Ratiſpona cum pauco admodum, quem tum habebat, & peditatu & equitatu, nimirum cum quatuor ſignis peditum Germanorum, duodecim Hiſpanorum, quingentis equitibus ſub Alberto Marchione Brandeburgenſi, & Magiſtro Theutonico, aulæq; nobilibus ac Cataphractis diſceſſit vſq; Neuferſiam pagum, ad milliaria V. Inter hunc pagum & Ratiſponam Marchio Maringanus, Hillebrandus à Madrutz, & Georgius à Ratiſpona primarij, cum ſuis peditum cohortibus acceſsêre. 4. Auguſti, Landshutam, perelegans Bauariæ oppidum, ad IIII. 5. Diſceſſit Ratiſponâ Epiſcopus Patauienſis. 7. Aduenêre

decem

decem signa Hiſpanorum ex Neapoli. 14. Iohannes Fridericus Dux Saxoniæ Elector,& Philippus Landgrauius Heſſiæ,literas feciales Cæſari Landshutam miſerunt: quæ cùm, ob læſæ Maieſtatis crimen, reſignatione & lectione indignæ haberentur,illis per eundem latronem remiſſæ ſunt.

15. Cæſar cum exercitu, quem tum *vndecim millibus Italorum* peditum, & ſexcentis equitibus Italis, ſub *Octauio duce Camerino* primario: qui 13. Auguſti illuc aduenerant: & decem ſignis Hiſpanorum ex Neapoli: *& 14. ſignis Hiſpanorum ex Inſubria:* & 500. leuis armaturæ equitibus, quorum 300. à Duce Florentiæ, & 200. à duce Ferrariæ miſſi erant: & decem *ſignis Germanorum peditum* ſub Bernhardo à Schavvenburgo, ac quinque ſub Georgio,cognomento duce, auctum habuit, *qui omnes penè vna & eadem die ſimul aduenêre*, de Landshuta Neuferſiam redijt, ad milliaria IIII. 16. Schirlingam, ad III. 17. in agrum *Ratiſponenſem*, ad II. 21. De Ratiſponenſi campo cum exercitu diſceſſit Landgardam, ad II. 22. Auensbergam, ad II. 23. Nuſtadium oppidum, & Mirringam pagum iuxta Danubium, ad I. 24. Illinc traducto partim per pontem naualem, partim per ſublicium eius loci exercitu, in alteram ripam tranſijt Keiſerhouium pagum, ad milliare I. 25. Ibidem commoratus eſt. 26. A meridie illic moueri caſtra cœpta ſunt verſus INGOLSTADIVM: quò peruentum eſt partim eadem die ſub noctem, partim ipſa nocte,& altera die manè ante & poſt diluculum, ad milliaria IIII.

30. Auguſti, manè circa horam octauam hoſtis centum & vndecim Bombardis grandioribus,vt quàm denſiſſimè perpetua eiaculatione,citra tamen magnum Cæſareanorum diſcrimen, id quod mirum videri potuit, in tanta globorum tempeſtate ac grandine, in Caſtra Cæſaris fulminare ac detonare cœpit, perſeueraſuitq; indeſinenter vſque ad ſecundum Septembris. Similis & tam crebra atque importuna Bombardarum effulminatio ac detonatio, nunquam in vllo vel conflictu, vel obſidio antè audita eſt. Verùm vt ab hoſte tam petulanter importuno hæc ita tentata ſunt, ſic à noſtris nequaquam, omniumq; minimè feriatum eſt. Mox enim foſſis & aggeribus incredibili celeritate,eadem adhuc die,caſtra muniri per noſtros cœpta ſunt. Quæ munitiones nocte ſequente ita eleuatæ ſunt ac diſpoſitæ, vt hoſti nulla facilis vſquam incurſio ſine ſummo diſcrimine patuerit. Die verò altera cum inſequente nocte prorſus in abſolutionem inceſſabiliter per militis indefeſſam induſtriam & alacritatem perductæ ſunt, vt iam veluti in deſpectum, ſi quem fortè inſtituere molirentur, hoſtium inſultum ponere potuerint.

SEPTEMB.

15. Septembris, Maximilianus Comes Buranus, cum viginti quatuor ſignis peditum Germanorum Inferiorum, & ſex Hiſpanorum atque Italorum, ac penè quatuor millium equitum ſub ſua quidem perſona, copijs, ſe cum Cæſare coniunxit. Nam venerunt præterea cum eodem Burano Comite pariter aliquot equitum turmæ Alberti & Iohannis Marchionum Brandeburgenſium, & Magiſtri Teutonici, atque Erici Iunioris Ducis Brunſuicenſis, numero ferè item quatuor millium. Quibus connumeratis potuit cenſeri Comes Buranus paulò minùs quàm octo millia equitum ſecum adduxiſſe. 16. Pons naualis ſuper Danubium ad Ingolſtadium ſtratus eſt. 17. Cæſar vniuerſum exercitum de Ingolſtadienſi agro partim per pontem naualem, partim per ſublicium oppidi in alteram ripam traduxit. 18. Illinc cum exercitu diſceſſit Zvveiringam pagum, ad II. Vſque huc ab Ratiſpona omnia in Bauaria. 19. Nuburgum oppidum Palatini tranſijt, ad I. Id oppidum ducis Othonis Henrici comitis Palatini, ſub ipſum Cæſaris aduentum ſe dedidit: exactiſque aduerſæ partis, quæ inerant,præſidijs, Cæſareana intromiſſa recepit. 23. Vniuerſus exercitus partim per ſublicium oppidi pontem, partim per pontes naues paulò ſupra oppidum, vſq; in alteram Danubij ripam tranſijt, ad milliare S. 24. Marxheimium pagum Palatini caſtra metatus eſt, ad I.

2. Octo-

2. Octobris, Cæsar cum vniuerso exercitu de Marxheimensi campo per syl- OCTOBRI.
uam, relicto ad sinistram Danubio, vsq; Monhem, oppidum Ducis Bauariæ discessit, ad IS. 3. Illinc per syluam, & iuxta VVindingam oppidum Othonis Henrici comitis Palatini, & per Vernitium fluuium transiens, vsq; Alere & Fessene pagos comitis ab Oetinga, vno milliari citra Nordlingam perrexit, ad IIS. 4. In ijsdem castris permansum est, & ea die manè, ad primam statim lucem, hostium exercitus ad dimidium mill. iuxta, ab altero Degeris fluuij margine, à Verdena Danubij veniens, versus Nordlingam transibat. Stetitq; noster omnis penè & pedestris & equestris miles, castris versus eam regionem fermè vsq; ad fluuium eductus, à nona hora ferè ad horam à meridie quartam in ordine conflictario. Limosus & fallax fluuij alueus, periculosum ex improuiso transitum habebat. Et nebulæ erant vsq; ad decimam crassæ. 5. A meridie circa horam secundam illinc castra mota sunt, & vsq; Abbatzouium pagum, comitis ab Oetinga, ad Degerem fluuium translata, ad milliare S.

11. Octobris, cum vniuerso exercitu de Abbatzouio discessum est inter montium angustias secundùm Vernitium fluuiũ Donauerdam Imperij oppidum, quod nocte præcedente, misso de inopinato milite Italo, sub Octauio Farnesio, duce Camerini, adsultu subito instituto, ad deditionem postulatum, se benè manè ad ipsum diluculum dedidit, ad milliaria II. 12. Illinc per pratorum agrorumq; ad Danubium patentem planitiem discedens, ad Dilingam, oppidum Episcopi Augustensis, castra metatus est, ad milliaria III. 13. Circa horam nonam ante meridiem de Dilingensi agro discessum, iuxta Laugingam & Gondelfingam, oppida ducis Othonis Henrici Comitis Palatini, per Brensam pagum & fluuium, vsq; Suntheimium & Bechingam pagos dicti Palatini ad alteram Brensæ ripam, castra promota sunt, ad milliaria IS. Vltima Octobris Cæsar cum vniuerso exercitu de Suntheimio & Bechinga pagis ad Laugingam & Dilingam oppida, castra remouit, ad milliaria IS.

NOVEMBRI.

11. Nouembris, fuerunt adlata noua de victoria regis Rom. contra Saxones, apud Plauam oppidum Voitlandiæ. Cuius rei gratia fuerunt exonerata tormenta bellica in signum lætitiæ & iucunditatis. 13. Nouembris hinc castra remouens, ea paulò supra VVitteslingam, pagum Episcopi Augustensis, transtulit ad IS. 23. Nouembris Cæsar ad horam tertiam post medium noctis præmisso nonnullo & leuis & grauis armaturæ equitatu ante medium noctis, cum vniuerso exercitu, signo discedendi per contubernia occultè insinuato, cum interminatione, ne castra succederentur, quod tamen ab omnibus non est obseruatum, *Landgrauium fugientem persecutus est* ad vnum milliarium penè vsq; Herberdingam monasterium, vbi Landgrauius ea nocte castra fixerat: fuitq; ea nox tota acri & acuto gelu, niue plurima & validis Borealibus flatibus infesta ac turbulenta. Reditq; eadem die cum toto exercitu, cùm in persequendo vlterius haud ita se multum profecturum tum quidem consideraret, in relicta ad VVitteslingam castra. In quo reditu factum, vt qui primi essent, postremi fierent: & postremi, primi. Incommodiusq; cum illis tum actum, qui nidos suos contra veti:ũ temerè succensos, iam crematos repererant. 25. Cum vniuerso exercitu ex VVitteslingano agro discessit Nereshem oppid. com. ab Oet. 26. *Bopfingam* Imperij oppidum, ad II. Huc venerunt legati Nordlingensium, ac deditionem fecerunt. 27. Ex Bopfinga missus est à Cæsare Nordlingam Cardinalis Augustanus, ad capiendam eius oppidi possessionem, simulq; ad prouidendum rebus Sueuiæ in absentia Cæsareæ Maiestatis. 29. Bopfinga discessit *Dinchelspyhelam* Imperij oppidum, ad III.

Prima Decembris Dinchelspyhela discessit vsq; Liggershusium, ad IIS. DECEMBRI.

2. *Rotemburgum ad Tuberim* fluuium, elegans Imperij oppidum, ad III.
12. Decembris, Comes Burensis cum suo exercitu ab Rotemburgensi campo discessit versus Francofurdiam ad Mœnum fluuium, vt hostem persequeretur, eamq; ciuitatem occuparet, quod ab illo ita factum est. 15. Decembris Cæsar cum reliquo exercitu Rotemburgo discessit Kirchbergam, IIS. Ibiq;

Neapolitanus recens & integer grauis armaturæ equitatus trecentorum equitum ad Cæsarem peruenit.

16. Illinc HALAM Sueuorum, antiquum Imperij oppidum, perrexit, IIS. Hoc oppidum inter sublimes & præruptos montes situm, natura loci ita munitum, vt nusquam circum ipsum in vicinijs quidem castra vlla defigi queant, nec machinæ bellicæ ad quatiendos muros commodè & admoueri & collocari. Cocherem fluuium se perfluentem habet. In eo salinæ sunt celebres, sicuti in omnibus ferè locis, quæ hoc nomine vocantur, quod origine Græca venit, ἅλς enim sal est. Vnus hic fons aquæ salsæ est, perpetua scaturigine vbertim ebulliens, qui officinas salinarias, in quibus sal coquitur, centum vndecim exercet. 19. *Venerunt Halam Legati Vlmensium*, qui supplices in terram prostrati deditionem fecerunt, et intercessoribus Iohanne Paungartero, ciue Augustensi, VVolffgango Raët, Præfecto peditum, & Laurentio ab Altenstaig, Cæsaris Commissario, in gratiam recepti sunt. Hîc biduò pòst *Fridericus Comes Palatinus Elector ad Cæsarem supplicabundus venit.* 23. Decembris, Cæsar Hala discessit Auringam, III.

24. HAILBRVNNAM, hoc est, Salubrem fontem, Imperij ad meridionalem Neggeris ripam elegans oppidum, profectus, ad milliaria II. In hoc oppido exuberantissima scaturigine fons est, septem grandibus æneis fistulis erumpens. Eum salutiferum vocant, vnde & ipsi oppido nomen. Fonti huiusmodi distichon inscriptum cernitur:

Fonte salutifero manantes vndiq; vena
Monstrant aterni munera sancta Dei.

Inest & turris templi, recenti quidem, sed artificiosa & eleganti structura, in cuius fastigio & apice, sub ipsa horologij campana, supra quam maxima lapidea statua, ipsum turris apicem claudens, imposita stat.

28. Venit Hailbrunnam Fridericus comes Palatinus, Elector. 29. Venêre *Legati Francfordiensium.* 30. *Stutgardia* VVirtembergiæ metropolis, missis legatis, se dedidit.

IANVARIO. 1547

3. Ianuarij, Tubinga, alterum VVirtembergici ducatus, vel ob studiorum florentem Academiam clarum ac celebre oppidum, missis legatis, se dedidit. 12. Ianuarij, venerunt *Legati Campidonensium, Memmingensium, Bebracensium, Isenacensium*, VVangensium, & Rauenspurgensium, supplicesque facti sese dediderunt.

18. Cæsar Hailbrunna discessit Marbachium, oppidum in VVirtembergiæ ducatu, ad III. 19. *Esselingam*, perelegans Imperij in VVirtembergia ad Septentrionalem Neggeris marginem oppidum, processit, ad III. 20. Geppingam, oppidum VVirtembergiæ, ad milliaria III. 21. Geislingam, Vlmensium in VVirtembergia oppidum, inter quatuor excelsos montes adstrictum & angustiatum, ad III.

25. VLMAM, Imperij ad Septentrionalem Danubij ripam magnificum & præclarum oppidum, ad III. 27. *Venerunt Vlmam Legati Augustensium.* 29. Iidem facti sunt Cæsari supplices, & in gratiam, intercessore Antonio Fuggero, recepti. Eademq; die venit Henricus Episcopus VVormatiensis & Frisingensis. 30. Ianuarij, venit Vlmam Maximilianus Comes Buranus.

FEBRVARIO.

6. Februarij Dominus Granuella discessit versus Burgundiam. 9. Februarij adlata sunt noua de morte Regis Angliæ, qui obijt 28. Ianuarij. 14. Discessit Cardinalis Augustanus. 16. Vita defunctus est Hillebrandus, Baro à Madrutz, 10. signorum peditum primarius. 20. *Vita defunctus est Iohannes Nauius Lucemburgensis*, Vicecancellarius imperij. 25. Celebratæ sunt exequiæ funebres Reginæ Vngariæ & Boëmiæ, Regis Romanorum vxoris, quæ mortua est in fine Ianuarij.

MARTIO.

4. Martij, sub horam vndecimam ante meridiem venit *Vlricus dux VVirtembergiæ*, seseque eadem penè hora supplicem ad Cæsaris pedes demisit, & in gratiam certis conditionibus recept⁹ est. Eademque die, mox deinde inter duodecimam & primam, *Cæsar Vlma discessit, Giengam* Imperij oppidum, impignoratum Vlmensibus

sibus, ad IIII. 5. Martij *Nordlingam*, Imperij in Riesa in fertilissimo circumquaque campo perelegans & munitum oppidum transiuit, ad III. 18. Martij venerunt Nordlingam *Legati Argentinensium*, qui 21. Martij supplices facti, deditionem fecerunt, & in gratiam recepti sunt. 21. A meridie sub horam secundam, Cæsar Nordlingâ discessit Oetingam, oppidũ Comitis eius loci, ad II. 22. Guntzenhausium, oppidum marchionis Brandeburgensis in Onolsbach, ad III. 23. Schvvabachium, oppidum eiusdem Marchionis Brandeburgensis, IIII.

24. NVREINBERGAM, florentissimum totius Germaniæ, celeberrimumq; Imperij oppidum & Emporium, super vtranq; Begnesis ripam situm, quod Celtes primus Germaniæ poëta & copiosè & eleganter descripsit, II.

29. Martij, Cæsar Nureinberga discessit Hersbrugam, oppidum Nureinbergensium, IIII. Eademque die allata sunt noua de morte Regis Gallorum, qui obijt 21. Martij.

30. Vilseggam, oppidum Episcopi Bambergensis in Palatinatu, IIII.

Prima Aprilis illinc per subleuatum inter perpetuas paludes (in quibus maximi latissimiq; cespites cum stantibus & crescentibus arboribus atq; dumetis innatant, diceres insulas esse aquis circunfusas, cùm tamen natitent, & huc illuc vagi ventis impellantur) aggerem vsq; VVeidam in inferiore Palatinatu progressus, III. S. 2. Aprilis, per Nouum oppidulum (Neustetle) Baronis ab Heideck, per montes, valles, syluas & paludes, vsq; Dirschenretam, oppidum Abbatis in Saxenvvalt, qui hodie est Episcopus Londensis & Constantiensis, aquis stagnantibus circumfusis munitum, III. S. Hic rex Romanorum & dux Mauricius cum exercitu 1100. Hungarorum, quos vulgus Hussardos vocat, & penè 2500. aliorum equitum, se cum Cæsare coniunxerunt. APRILI.

5. Aprilis, illinc per montes, valles, syluas & paludes cum vniuerso exercitu Egram, antiquum olim Imperij oppidum, & emporium non ignobile, nunc sub Rege Bohœmorum impignoratum, progressus, III. 6. Rex Romanorum & dux Mauricius eodem cum suo exercitu venêre. 7. *Dux Cliuensis Egram ad Cæsarem venit, intercessurus pro Sororio*, ad impetrandam ipsi à Cæsare gratiam, quam certè obtinuisset, nisi æquè pertinaciter ille in rebellione interim vsq; perrexisset. 12. Aprilis, Dux Cliuensis Egra discessit.

13. Aprilis, Cæsar vnà cum Rege Romanorum, cum vniuerso exercitu Egra inter montes & syluas discessit Adorfum, Regis Bohœmiæ oppidum in Voitlandia, ad IIIS. 14. *Plauam Voitlandiæ oppidum* Ducis Saxoniæ, IIS. 16. *VVerdam Misniæ* oppidum, antè *Vilhelmi Domshirnÿ*, nunc verò Ducis Mauricij, semi milliar. ab Zvvica pereleganti & splendido Voitlandiæ oppido, ad milliare I. 17. Gersam, pagum iuxta Glucham oppidum in Misnia, Baronis de Schonburg, II. 18. Dolsenheimium & Genansteinum pagum & castrum ducis Mauricij, è regione Rochlitij oppidi, nobilium de Einsedel, ad III. 19. Lutenheimam & Schvvartzbachium pagos, ad II. 20. *Leisennicham Regis Bohœmiæ oppidum*, ad Moldam fluuium, ad IS. 21. Ad alteram Moldæ ripam. Et fuêre ea die densæ nebulæ vsque ad horam nonam. 22. Houen & Ganam pagos, ad IS. Qua & ipsa die fuêre ad nonam vsq; nebulæ. 23. Ibidem permansum est, fueruntque & ea die vsq; ad decimam tenebrosæ & perdensæ nebulæ.

24. Aprilis, manè sub ipsum statim diluculum illinc discessum vsq; *Pausenitium & Schirmitium pagos, ad Albim fluuium è regione Mulbergij* oppidi, ad alteram ripam siti, infra Strelam castrum, ad milliaria II. Fueruntq; ea die vsq; ad horam fermè duodecimam, *densissimæ*, vt nunquam antè *magis, nebulæ*: Solisq; color deinde post nebularum disparitionem totum eum diem prodigiosè sanguinolentus, instarq; igniti & candentis ferramenti terribiliter rutilans, vt horrorem quendam intuenti facilè incutere potuerit: visusq; ille dies, ex multorum obseruatione, omnium lentissimè decedere: adeò vt solem aliquandiu substitisse, nonnullis

viſum ſit. Eademq; die, traducto per fortuitum Albis fluuij vadum equeſtri exercitu, Cæſar fugientem ab altera ripa Iohannem Fridericum, ducem Saxoniæ, rebellem per Coſtorpium & VVencendorpium, & Schmerchendornam, & Falkenburgum pagos vſq; Locheranam myricam & Schuinardam ſyluam, vbi & exercitus ducis fuſus eſt, & ipſe captus ad quatuor fermè milliaria inſecutus eſt. Atq; deinde poſt medium noctis, inter primam & ſecundam, in Schirmitium pagum ad caſtra reuerſus eſt. Numerum annorum Domini huius anni, in quo tàm mirabilis rerum euentus emicuit, hoc diſticho incluſi:

Tres ſunt Eclipſes, Regina, & Gallus, & Anglus
Decedunt, Heſſus, Saxoq; Marte cadunt.

Item aliud de ſolius Ducis Saxoniæ captiuitate:

Elector capitur dux, præſide Cæſare, Saxo,
Quarta vicena dies menſis Aprilis erat.

27. Aprilis, Cæſar Pauſenitio & Schirmitio pagis cum vniuerſo exercitu diſceſſit Matſchenum, & Debeltium, *& Cranichum, & Medderſchium*, & VVaſingam, diſperſim collocatis caſtris, pagos, ad milliaria IS.

28. TORGAM, Miſniæ oppidum Ducis Saxoniæ, in quo eſt caſtrum amœniſſimum, ſplendidiſſimumq;, vſq; ad Nidam, & Elſenigam, & Poluitium, & Treblitium pagos in Saxonia, caſtra metatus eſt, ad milliaria II. 29. Broſchuitum & VVeruelitium, pagos è regione Prettini oppidi, ad alteram Albis ripam ſiti, profectus, ad I. 30. Per Sachs, & Breetsh, & Merſchuitum, & Scheruitium pagos, *vſq; Trebitium pagum* & caſtrum tranſijt, ad milliaria IS.

MAIO. Prima Maij, iuxta Kembergam, oppidum Ducis Saxoniæ in electoratu, & Dornan, & Roquitum, & VVachſdorpium pagos, vſq; Melſuitum, & Brunam pagos perrexit, ad IS. 2. In ijſdem pagis permanſum eſt, & pons naualis ſuper Albim ad quartam milliaris partem infra VVitembergam ſtratus eſt. 3. Illinc iuxta VVitembergam, quæ eſt Metropolis in Electoratu, ab altera ripa ſitam, per ſyluarum, pratorumq; interiacentium amœnitates vſq; *Bleſeram* villam, ex aduerſo pontis naualis penè ad quartam milliaris partem diſtantem, diſceſſum eſt, ad milliare I.

4. Ad primam ſtatim lucem illinc per pontem naualem primùm exercitus traduci cœptus eſt: deinde impedimenta totum eum cum toto penè ſequenti die, & *vſq; Biſteritium* pagum, ad dimidium fermè milliare, tranſitum: in & circum quem pagum caſtra diſpoſita ſunt, quarta parte milliaris ab oppido VVitembergenſi, ad plagam occidentalem. 18. Maij, Cæſar, miſſo in oppidum commiſſario, de deditione proponi iuſſit. 19. *Frater captiui Ducis vnà cum altero filiorum* & aliquot ex conſiliarijs oppido egreſſus, in caſtra *ad Ducem Albanum primùm venit*, deinde, facto cum fratre prandio, in oppidum reuerſus eſt. 20. Idem iterum cum ijſdem egreſſus ad Ducem Albanum venit, habitoq; colloquio ſe rurſum in oppidum retulit. 23. Maij, manè ad horam octauam *VVitembergenſes deditionem fecère*, dimiſſiſq; captiui ſui ducis, quæ inerant, præſidijs, Ducis Mauritij quatuor ſignorum peditum præſidia intra mœnia receperunt. 24. *Vxor captiui Ducis cum vno filiorum &* fratre mariti oppido egreſſa, primùm ad Cæſarem ſupplicabunda venit, deinde ad captiuum maritum, in Ducis Albani caſtris agentem, tranſijt, quo ſalutato, rurſum in oppidum redijt. 25. Manè Rex Romanorum cum ſuis copijs diſceſſit verſus Pragam Bohœmiæ, ſeditione tumultuantem. Eademq; die à meridie *Cæſar VVitembergam ingreſſus*, qua perluſtrata, redijt ſub inumbrantem iam noctem in caſtra.

27. Manè ad horam ſextam, *captiuus Dux, cum ipſo duce Albano, VVitembergam ad vxorem transijt, bonis & Electoratui renunciaturus, ſimul & de rebus ſuis cum vxore ac liberis diſpoſiturus.* 28. Bombardæ, vnà cum omni munitione caſtrenſi & bellica, oppido euehi cœptæ ſunt. 29. Dux Camerinus diſceſſit verſus Italiam.

IVNIO. 2. Iunij, Cæſar, rebus Saxonicis feliciter geſtis, vetera caſtra trans flumen ad Bleſeram villam repetiuit. 4. Iunij, *Cæſar ducem Mauricium Electorem, totiusq;*

totiusq; Saxoniæ ducem declarauit. 7. Cum vniuerſo exercitu illinc diſceſſit Greuenhoſium, in Electoratu oppidum, ad II. 8. Bitterfeldam in Electoratu, natura loci ac ſitus ob aquas circumſtagnantes munitum oppidum, proceſſit, ad milliaria II. 9. Ibidem loci ob corporis Chriſti feſtum quieuit. 10. HALAM Saxonicam in Archiepiſcopatu Magdenburgenſi, ad III. Hæc ciuitas Archiepiſcopo Magdenburgenſi ſeu Parthenopolitano ſubdita eſt, ad orientalem Salæ fluuij ripam condita in decliui & conuexa valle: ob ſalis, qui ibi coquitur, copiam percelebris. Nam quatuor fontes aquæ ſalſæ habet, qui exercent officinas ſalinarias 103. Circum eam ager vndiq; fœcundiſſimus eſt frumenti, paſcuorum, vinorumq; ad Salam fluuium, vt veluti quædam Germaniæ medulla is tractus dici poſſit. 12. Iunij, Seditio militum Germanorum & Hiſpanorum feruentiſſima, non ſine ſummo periculo penè ipſius Cæſaris, eiusq; nepotis Maximiliani Archiducis Auſtriæ, iuxta oppidum, fermè ad foſſas exorta, quæ cum ſumma difficultate ab ipſo Cæſare, tum caſu bono in campis exiſtente & interueniente, ſedari & componi potuit. 13. *Erneſtus, Dux Brunſuicenſis, Cæſari ſupplex factus, in gratiam redijt.*

18. A meridie inter ſextam & ſeptimam venit Halam ad Cæſarem *Philippus Landgrauius Heſſiæ*, vnà cum Ioachimo Marchione Brandeburgenſi, & Mauritio Duce Saxoniæ, Electoribus. Eademq; penè hora venit *Henricus Dux Brunſuicenſis.* 19. A meridie circa horam quartam, *Landgrauius ſupplex Cæſari factus eſt.* 22. Dux Albanus cum Hiſpanorum exercitu, & captiuis Iohanne Friderico Duce Saxoniæ, ac Philippo Landgrauio Heſſiæ, cumq; omni munitione caſtrorum, bombardis, pontibusq; naualibus diſceſſit. 23. Iunij, Cæſar Hala diſceſſit vſq; Muchellum, ad milliaria III. 24. *Numburgum*, ciuitatem in limitibus Saxoniæ, Epiſcopi Numburgenſis, ad II. 25. Per montes & valles *Ienam*, oppidum Thuringiæ, ad milliaria III. 26. Per montes & valles, crebrosq; Salæ fluuij Meandros *Caël* oppidum, ad IS. Hinc *Marchio Maringanus* cum octo ſignis peditum à Cæſare verſus Pragam Bohœmiæ miſſus ad regem Romanorum, quò biduo poſt regem peruenit. 27. Per montes ac valles, Salæq; ſinuoſa volumina *Salueldam*, oppidum antiquũ & quondam celebre, dum ibi quidam ex Othonibus Imperatores reſiderent. 28. Per montes & Thuringianam ſiluam *Greuendalium* oppidum profectus, ad II. Hoc oppidum in valle inter montes & ſyluas ſitum, circum ſe vrſos habet. 29. Ibidem permanſum eſt cauſſa refectionis & quietis. 30. Per ſaxa, montes & valles inter ſyluarum alta vtrinq; cacumina Neuſtadium in limitibus Thuringiæ oppidum ad Myricam, progreſſus, ad milliaria IIII.

Prima Iulij, *Coburgum* Franconiæ oppidum, Iohannis Erneſti Ducis Saxoniæ ſub feudo Imperij, caſtra metatus eſt, ad II. Hic *Philippus Comes Palatinus* ad Cæſarem venit. Eſtq; via plana & commoda hinc vſque Nureinbergam. 2. Iulij, Rotelſdorpium proceſſit, ad IIII. 3. Per Mœnum fluuium *Bambergam*, ad II. Circum hanc ciuitatem & vina ſatis bona, & Glycirrhiza radix, quam vulgus Liqueritium vocat, in copia creſcit. 4. Ibidem quieuit. 5. *Forchemium* in Franconia oppidum, Epiſcopi Bambergenſ. ad milliaria IIII. Hoc oppidum vulgus fabulatur patriam Pilati fuiſſe, ob montem ibidem eius nominis. 6. Iulij, *Nureinbergam* Imperij vrbem profectus, ad V. 14. *Legati Hamburgenſium ſupplices facti* deditionem fecerunt. 26. D. Granuella venit Auguſtam. 17. Dux Albanus cum Hiſpanis & captiuis principibus Nureinbergâ diſceſſit. 18. Cæſar Nureinberga diſceſſit *Roëtam* Marchionis Brandenburgenſis in Onolsbach oppidum, ad milliaria IIII. Eodemq; die *Cardinalis Auguſtanus* cum multa nobilitate *ingreſſus eſt Auguſtam*, & in ſuo Epiſcopali palatio à Senatu cum muneribus magnificè exceptus. 19. VVeiſſenburgum Nortgoiæ Imperij oppidum, impignoratum Nureinbergenſibus, ad milliaria III. 20. *Monheimium* in Rieſa oppidum Comitis Palatini, in quo incolæ ferè omnes ſunt acuarij,

IVLIO.

ad milliaria III. 21. *Vertam Danubij* seu Donauerdam Imperij oppidum, ad III. 22. VVeissendorpium in Rhetia, pagum Episcopi Augustani, ad III.

23. Iulij, AVGVSTAM RHETICAM, Imperij inter Lechi (quem Lycum veteres vocant) & Vertæ (quem Vindam falsò nonnulli vocant) fluuiorum confluxum, ciuitatem, ad III. Hic Cardinalis Augustanus obuiam ibat Cæsari, tanquam Episcopus ipsum excepturus. Quem subsecutus est totus Senatorius ordo, similiter ipsius Maiestatem excepturus.

TRANSACTIO INTER VVILELMVM, ARCHIEPISCOPVM RIGENSEM & magistrum Ordinis LIVONIÆ, & SIGISM. Poloniæ Regem, per Commissarios Imperij Romani confecta 1557. die 5. Septemb.

NOs VVenceslaus de nouo Castro, Serenissimi Domini Ferdinandi, Archiducis Austriæ, Camerarius, & Valentinus Saurman à Gelische, Serenissimi atq; Inuictissimi Principis & Domini, Ferdinandi, diuinâ fauente clementiâ Romanorum, Vngariæ, Bohœmiæ, &c. Regis, &c. & Laurentius Otto, vtriusq; Iuris Doctor, ac Henningus à VValde in Losen, illustrissimorum Principum ac dominorum, domini Barnimi, & domini Philippi, Ducum Stetiniæ & Pomeraniæ, &c. à sacri Romani Imperij Statibus, ad Sacram Regiam Maiestatem Poloniæ, de motibus hisce Liuonicis componendis, commissariorum Oratores notum facimus per præsentes literas, quorum interest, vniuersis: Cùm inter illustrissimum ac reuerendissimum VVilelmum, Archiepiscopum Rigensem, Marchionem Brandeburgensem, Stetiniæ, Pomeraniæ, Cassubiorum & Sclauorum ducem, Burgrauiũ Noribergensem, aç Principem Rugiæ; & Reuerendum & magnificum Dominum Henricum de Galen, Magistrum ordinis Teutonici in Liuonia, ac ordines & status Liuoniæ, exortæ nonnullis de rebus controuersiæ essent, atque Ill^mus & R^mus Dn. Archiepiscopus ab eis bello impetitus, redactusq; in eorum potestatem esset: sacra Regia M^tas Poloniæ, vt pro necessitudine sanguinis, quæ illi cum Ill^te eius intercedit, atq; pro officio protectionis, ad quam ei Archiepiscopatus ecclesiaq; Rigensis commendata est, illum ad pristinum statum assereret, & suas offensiones, subditorumq; suorum magni ducatus Lituaniæ iniurias, à Liuonibus illatas, armis vindicaret, bellum aduersus eos parare cœpit. Cumq; idem illustris Dn. Albertus senior, Marchio Brandeburg. & Prussiæ dux, &c. vlciscendæ fraternæ iniuriæ caussa ageret, Serenis. & Ill. Princeps, & dominus Ferdinand^s, Romanorum Rex, atq; Romani sacri Imperij status interceſſerunt, per nosq; cum sacra eius M^te diligenter egerunt, vt, sepositis belli consilijs, rem ad conditiones pacis deduci permitteret. In quo sacra M^tas illi^s facilè suam ad pacem Christianitatis conseruandam propensionem & studium declarauit, simulq; testata est, quantum apud se Serenis. ac Inuictiss. Principis Domini Romanorum regis, atq; sacri Rom. Imperij statuum postulatio valuerit, assensa quippe est, vt negocium compositionis susciperemus, promittens, cùm de restitutione R^mi & Ill. domini Archiepiscopi integrè constitutum per nos esset, passuram sese, vt Legatos status Liuonici mitterent, qui de suis offensionibus, subditorum suorum iniurijs sarciendis, apud se agerent. Itaq; cùm ex Liuonia redijssem^s, vnaq;

vnaq; veniſſent legati Liuonum, atq; id, quod confectum per nos de Ill. & R^mi Dn. archiepiſcopi reſtitutione eſſet, apud S. M. illius expoſuiſſemus, tametſi quidem nihil ſtudij aut operæ, quod quidem à nobis conferri eam ad rem potuit, prætermiſiſſemus, tamen cùm non in omnibus, ad eam formulam, quæ tradita nobis à S. M. illius fuerat, conditiones reſtitutionis redigi à nobis potuiſſent, Sacra illius Maieſtas id, quod conſtitutum erat, habere ratum recuſauit. Itaq; pro iniuncto nobis à Sereniſs. ac Inuictiſs. princ. Dn. Romanorũ rege, & Sacri Romani Imperij Statibus munere egimus rurſum cum Legatis Liuonicis, vt in eo, in quo diſceſſum à formula M^tis illius eſſet, pacis conſtituendæ gratia, noua pacta fierent. Quamobrem cum deputatis à Majeſtate illius eam ad rem conſiliarijs, atq; cum ſuprà dictis Liuonum Legatis, plena mandata ad id habentibus, quæ hic pro inſertis haberi volumus.

De R^mi & Illuſtriſs. dn. Archiepiſcopi Rigenſis reſtitutione ad eum modum conuentum conſtitutumq; eſt. Principiò ita in priſtinum rerum omnium ſtatum reſtituetur, vt integra illi conſtet & dignitas, & in ditione diœceſiſque ſua iuriſdictio, ſuperioritas, præeminentia, dominium, poſſeſſio, Regalia: reddenturq; illi vrbes, oppida, arces, pagi, prædia, omnesq; reditus, qui eorum fructibus atq; emolumentis continentur, vt cenſus & præſtationes annuæ, vectigalia, portoria, tributa, quibuſcunq; nominibus pendi ſolita, ad quæ quidem ita reſtitui debebit, vt illi integra ſint omnia iura, quæ vel perſonam dignitatemq;; vel ditionem ac res illi^s attingunt, ita vt ab eo, antequam in poteſtatem R^di dn. Magiſtri & ſtatuum Liuoniæ redigeretur, obtenta ſunt.

Nominatim autem cautum eſt, vt illi reddatur dimidiata iuriſdictio ciuitatis Rigenſis, quatenus in eius poſſeſſione, antequam in poteſtatem illorum redigeretur, fuerat. neq; in eius poſſeſſione, per R. & M.D. Magiſtrum atq; ordinem impediri debebit. Quod ſi nonnumquam acciderit, vt quidquam controuerſiæ de ea ipſa iuriſdictione, R^mo & Ill. Dn. Archiepiſco in poſſeſſione eius exiſtente, exoriretur: iure ac iudicio legitimo experiri debebunt, neq; vnquam alter ad alterum oppugnandum armis vtetur.

Item reſtituentur illi ea, quæ ad res mobiles illius pertinent. In quo genere primùm ſunt, quæ in ipſiuſmet Archiepiſcopatus atq; eccleſiæ Rigenſis iure fuerunt, vt omnes eccleſiaſticorum epiſcopaliumq; ornamentorum apparatus, ad quoſcunq; vſus, & quibuſcunq; rebus inſtitutus. Nominatim verò mitra, & baculus Archiepiſcopalis, priuilegia, diplomata, libri rationum priuatarum, & actorum publicorum, & ſi quidquam eorum interierit, cautum eſt, vt reſtauretur ac reficiatur.

Reddi ei quoq; debebunt, quæ ad munitiones arcium pertinentia ablata ſunt, vt omne armamentorum armaturæq; genus, bombardæ maiores & minores, globi, pulueres, haſtilia, ferramenta, loricæ, & omnes bellici apparatus. commeatuum autem nomine, centum laſtæ ſiliginis. Deniq; & omnes res, quæ propriæ R^mi & Ill.dn. Arch. fuerunt, quæque ablatæ ſunt, omnes ex Inuentario, ita vti inter partes conuenit, reſtituentur. Quæ autem depoſita apud R^dum ac Ill. Dom. Arch. quoque fuerant, atque ab illis intercepta ſunt, ea ſi comperiantur, integra reddentur.

De fructibus, quos poſt captiuitatem R. & Ill.dn. Arch. antequam bona Arch. in ſequeſtrum traderentur, perceperunt, ita conuenit. Cùm enim ex ijs Ill. Dn. Chriſtophoro duci Megapolenſi, magna pars ad ſe familiamq; ſuſtentandam attributa fuiſſe diceretur: magna etiam pars R^mo ac Ill. Arch. ac in arces ipſas familiamque impenſa, ita, vt ſi quid reliquum ex ijs eſſet, propter incertitudinem difficilis eorum ratio ad reſtitutionem eſſet futura. Eorum nomine quinquaginta laſtæ ſiliginis dari debebunt. De reliqui autem temporis fructibus, inde ſcilicet, cùm prima ſequeſtratio bonorum Archiepiſcopatus facta eſt, cautum eſt, vt omnes reſtituantur, exceptis ijs, qui R. & Ill.dn. Arch. & illuſtri D. Chriſtophoro duci Megapolenſi, eorumq; familiæ ad ſeſe ſuſtentandum conceſſi ſunt.

Cùm autem R. M. Poloniæ, & illustris Dn. Albertus Marchio Brandeburgensis, & in Prussia dux, non R^mi & Ill. dn. Arch. tantummodò, sed suis etiam causis bellum ab se susceptum, præ se ferrent: existimaretq; R^dus & Magnificus dn. M. & prælati ac ordines Liuonici, nequaquam sibi integrum esse, vt R. & Ill. dn. Arch. restituerent, nisi ante omnia eæ causæ consopitæ essent, atque sibi de pace cautum fieret, vt tum demum R^mo & Ill. dn. D. Arch. sua omnia restituerent: Itaque constitutum est, vt sequestri ex communi vtriusq; partis consensu eligerentur, quibus Archiepiscopatus traderetur, ab illisq; retineretur, quoad de ijs causis ac motibus inter Sacram Regiam Maiestatem Poloniæ, & Reuerendum ac Magnificum Dominum Magistrum, prælatos & ordines Liuoniæ compositum erit, ijsdemq; traderentur omnia reditus bommoda, & quicquid in restitutionem veniet, vt ab illis integrè omnes conseruentur. Eos autem sequestros vtrinq; & Reuerendissimus ac Ill. dn. Arch. & Reuerendus ac Mag. dn. Magister sibi elegerunt, Reuerendissimos dominos Curlandiæ & Tarbatensis episcopos; R^mus & Ill. quidem dominus arch. Curlandiæ Episcopum; Reuerendus autem & Magnificus dominus Magister Tarbatensem, cùm ij ab initio statim tractationis pacis possessionem Archiepiscopatus obtinuerint, illisq; iam essent omnes eius reditus cogniti. Itaq; nunc quoq; eosdem elegerunt & confirmarunt. Qui quidem tenebunt arces, villas, curias Arch. præter eas arces, quæ Illustri dn. Christophoro duci Megapolensi, & R^mo ac Ill. dn. Arch. datæ sunt, vt se ex earum reditibus sustentent, quas quidem illi, vsq; dum constituta pax erit, liberè possidebunt. Iidem quoque domini sequestri tenebunt omnes alias res, quæ ad restitutionem pertinent, & quæ nominatim specificatæ sunt. Eisdem itaq; sequestris nos tanquam compositores, Serenis. principis Dn. Regis Romanorum nomine ad vtriusq; principis postulationem iniunximus, hortatiq; eos sumus, vt pro obedientia, qua Serenis. & Inuictiss. Romanorum Regiæ M. tenentur, atq; pro conseruanda pace & tranquillitate communi id muneris susciperent, præessentq; fideliter, neq; bona Archiepiscopatus non necessaria familia prægrauarent: præfecti quoq; arcium, ad archiepiscopatum pertinentium, neque Reuerendo ac Mag. Dn. Magistro, neque prælatis aut statibus Liuoniæ, sed solis sequestris parere debebunt.

Cùm autem de ijs discordiarum causis, quæ inter S. R. M. Poloniæ, & Reuerendum ac Mag. Dn. Magistrum, prælatos ordinesq; Liuoniæ intercesserunt, transactum erit, atq; cùm S. R. M. Poloniæ, & Illustris Dn. Albertus Marchio Brandeburgensis in Prussia dux, firmam indubiamq; pacem cum illis fecerint, habuerintq; ratum hunc contractum: confestim R^mum & Ill. dn. Archiep. in pristinum statum restituent, castra scilicet, villas, curias, atque omnia, quæ contractu hoc comprehensa sunt. Quicquid autem nominati domini sequestri ad vsus archiepiscopatus è suo, vltra reditus ipsius, in necessarios vsus impenderint, id, cùm legitimè docuerint, atq; intulerint rationes, in ipsa restitutione ex reditibus eiusdem consequentur.

Subditos quoq; R^mi & Ill. dn. Archiepiscopi, quos per horum motuum tempus R^dus & Mag. dn. Magister atq; status Liuoniæ communi consensu & decreto ad fidem suam adegerunt, liberos solutosq; facient, atq; literis datis testabuntur, eos coactos in suam potestatem venisse, tum etiam renunciatio fidei, quam R^mo & Ill. dn. arch. subditi eius verbis atq; scriptis fecerunt, irrita erit, atq; ei pristini Iurisiurandi sacramento obstricti tenebuntur. Ad nouum tamen homagium faciendum cogendi non erunt, cùm non sponte, sed inuiti à R. & Ill. dn. Arch. desciuerint, atq; in R^di ac Mag. dn. Magistri reliquorumq; Liuoniæ statuum potestatem redacti essent.

Tametsi autem in ijs sunt nonnulli, qui, cùm adhuc R^mus ac Ill. dn. Arch. dignitatem statumq; suum obtineret, ad R^dum ac Mag. dn. Magistrum & ordines vltrò transierint, in quos grauiùs R^mus & Ill. dn. Archiepiscopus vindicandum esse putabat: tamen in gratiam Serenis. & Inuictiss. domini D. Rom. Regis, atq; S. R. M. Poloniæ, quò firmior pax instituatur, ijs quoq; vnà cum cæteris subditis

suis

ſuis, capitulo, nobilitate, ciuibus, qui compulſi id fecerunt, ignoſcit, promittitq; pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, nullam deinceps mentionem eius rei ſe, ſucceſſoresq; ſuos facturos eſſe. Viciſſim autem R^dus ac Mag. dn. Magiſter & ordines Liuoniæ, ijs, qui R^diſs. & Ill. dn. archiepiſcopo ſeſe adiunxerunt, aut vllo modo adfuerunt, omnem offenſionem ex animo remittere debebunt. Et ſi qui ex ſubditis ciuibus Rigenſibus ſeruitoribusq; R^diſs. & Illuſtriſs. dn. Arch. in his motibus exules facti ſunt, ij omnes ad bona immobilia reſtitui debent. Mobilia verò, ſi quæ extabunt, illis reddentur. Reliqua verò à raptoribus vel detentoribus repetere legitima iuris via poterunt.

Quòd ſi etiam in vincula coniecti, aut pignoribus fideiuſſionibusq; & alijs cautionibus obſtricti ſint, eos liberos, ſecuros, immunesq; præſtabunt, atq; eis, priſtinis honoribus ac dignitati reſtitutis, liberam facient poteſtatem, ſiue in Liuonia manendum, ſiue iſthinc emigrandum putauerint, neq; aliam de non nocendo cautionem, ſi ab ipſis poſtuletur, quàm iuratoriam præſtare tenebuntur.

Debebunt item Ill. dn. Chriſtophorum, ducem Megapolenſem, ad commendationem Sereniſs. ac inuictiſs. principis & dn. D. Romanorum regis, ac S. R. M. Poloniæ, electorumq;, principum, & Statuum ſacri Imperij, atq; eorundem honoris cauſa, coadiutorem Archiepiſcopatus, ac deinde R^mi & Ill. dn. Arch. ceſſione vel morte conſequuta illum legitimum Archiepiſcopum agnoſcere, neq; vllis excogitatis rationibus ea in re impedire.

Cùm autem R^dus & Ill. dn. Arch. prouectæ iam ſit ætatis, liberum illi, ſi volet, erit, Illuſtri dn. Chriſtophoro, duci Megapolenſi, dignitatem atq; adminiſtrationem Archiepiſcopatus tradere, cum quo tandem de reditibus & commodis eius communi arbitrio tranſiget. Quòd ſi ea conſuetudo eſt, vt ſubditi archiep. Rigenſis, ſimul atq; quis in coadiutorem cooptatur, ad eius fidem per iuſiurandum adigi ſoleant; id quoq; Illuſtri dn. Chriſtophoro, duci Megapolenſi, quandocunq; R^diſs. & Illuſtr. dn. Archiepiſcopo videbitur, præſtituri ſunt: Sin verò ea conſuetudo non ſit, ſed tum demùm id vſitatum ſit, poſteaquam is, qui cooptatus in coadiutorem eſt, plenam archiepiſcopi dignitatem conſequatur, ne ij quidem id facere tenebuntur, antequam vel per ceſſionem R^diſs. ac Ill. dn. Arch. vel ipſius morte integram dignitatem adeptus erit.

Debebit autem Ill. dn. Chriſtophorus, dux Megapolenſis, ſufficienter ordinibus Liuoniæ cauere, vt integra conſeruet iura, ſtatuta ac priuilegia, illis à Catholica, Cæſarea & ſacra atq; inuictiſſima Regia Romanorum M^te confirmata, exceptis decretis Receſſus Volmarienſis, atq; ea parte, qua ius Arch. & eccleſiæ Rigenſis conuellunt, ad quæ reſcindenda, vbi illi videbitur, agere, expeririq; legitimo iure poterit. Cauere item illis debebit, ne Archiepiſcopatum in ſecularem atq; hæreditarium ſtatum redigat, ne vllum inde detrimentum ſacrum Romanum Imperium ſuſcipiat. Ad eundemque modum, vt bene ſeſe erga Reuerendum & Mag. dn. Magiſtrum, prælatos, atq; ordines Liuoniæ gerat, viciſſimq; illi erga eum, & mutua pax & concordia perpetuò conſeruari poſſit. Cùm autem Ill. dn. Chriſtophorus, dux Megapolenſis, nondum ætatis maturitatem conſequutus ſit, ſi ei R^mus & Ill. dn. Arch. dignitatem Arch. concedendam putauerit, debebit ipſemet & R^mus & Ill. Arch. eligere duos ex ordine Spiritualium, & duos ex equeſtri eiuſdem Arch. qui Archiepiſcopatum adminiſtrabunt, quoad legitimam ætatem attigerit, non diutiùs. quemadmodum id & Ill. dn. Chriſtophorus, dux Megap. & nomine illius etiam R^mus ac Ill. dn. Arch. pollicitus fuerat; atq; vt id præſenti receſſui inſereretur, aſſenſus eſt.

Quidquid autem Ciuitas Rigenſis capitulo eccleſiæq; Rigenſi ademerit, id reſtitui illi debebit, & ſi quid controuerſiarum eis intercedat, de ijs ordinario iudicio experientur. Debebunt etiam R^dus & Magn. dn. Magiſter, & R^mus ac Ill. dn. Arch. & prælati, ordines, nobilitas, ciuitatesq; Liuoniæ, quæcunq; odia aut inimicitiæ hoc bello inter eos interceſſerunt, ſibi mutuò condonare, atq; obliuiſci in poſterum, vt certa firmaq; illis perpetua pax conſtare poſſit.

Quam

Quam quidem reſtitutionis, R^dis. & Ill. dn. Archiepiſcopi tranſactionem, R. M. P. atq; item Ill. dn. Albertus Marchio Brandeburgenſis in Pruſſia dux, literis ſuis patentibus comprobare ratificareque debebunt, quod ipſum R^mus ac Ill. dn. Arch. quoq; facere debebit. In quorum fidem & teſtimonium manibus noſtris præſentibus ſubſcripſimus, & ſigilla noſtra appoſuimus. Datum Paſvval ex caſtris regijs, die 5. Septemb. Anno 1557.

Binæ Pontificis Romani GREGORII XIII. literæ, ad Gebhardum archiep. Colonienſem datæ anno 1583. quarum libro XXVI. Chronicon meminit.

Gregorius PP. XIII. GEBHARDO Colonienſi Archiepiſcopo.

VEnerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Truchſeſianorum domum, non minùs generis nobilitate, quàm fidei Catholicæ ſtudio & conſtantia antehac floruiſſe, teſtis eſt inſignium virorum, qui ex ea prodierunt, tum antiqua tum recens memoria. Præcipuè verò Cardinalis Auguſtanus, qui principem in ea locum obtinuit: Apud quem tu piè & religioſè, & quaſi in conſpectu & gremio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ educatus, non paruam olim præbuiſti ſpem, fore, vt dignus tali genere & diſciplina euaderes. Hinc noſtra erga te propenſio, noſterq; paternus amor initium habuit; Qui poſtea ex grauium virorum teſtimonio non ſolùm confirmatus ſed etiam auctus, vt de te nobis viciſſim optima & rectiſſima quæque polliceremur. Succeſſit tempus illud, cùm electus fuiſti à Capitulo Colonienſi in Archiepiſcopum illius Eccleſiæ: Quæ electio cùm maximis implicaretur difficultatibus, & vehementiſſimè oppugnaretur, & quaſi expugnaretur: tamen ea erga te vſi ſumus benignitate, vt, ſublatis omnibus impedimentis, capituli iudicium & electionem de te factam approbaremus, confirmationisque Apoſtolicæ robur adiecerimus. Ex his putabamus neminem te, aut religionis orthodoxæ, aut ſanctæ huius ſedis, aut etiam diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtudioſiorem & obſeruantiorem fore; ſperabamusq; in tua fide, conſtantia & probitate vel maximè debere nos adquieſcere. Sed dolemus, & quidem grauiter dolemus, noſtram hanc expectationem, ex his, quæ de multorum literis, ſermonibus, & fama ipſa quotidiè ad nos perferuntur, non ſolùm labefactatam & diminutam, ſed penè deletam; ac illa, quæ circumferuntur, talia eſſe, & loco munereque tuo adeò indigna, vt ſine magno pudore exprimi non poſſint. Suſtinuimus nos certè, quoad potuimus, ne quid, quod te indignum eſſet, crederemus: ſed cùm rumor quotidiè ingraueſceret, coacti ſumus ſuſpenſo ac ſolicito de te animo eſſe, nec id diutiùs diſſimulare voluimus.

Monemus igitur te, vt famæ & ſaluti tuæ in tempore conſulas, & ſi fortaſſe longiùs, quàm oportuit, progreſſus es, te reuoces: ſi verò falſa ſunt, quæ obijciuntur (quod potiùs vellemus) animum & ſenſum tuum aperias & declares; nec patiaris ex maleuolorum ſermonibus perpetuam notam & ignominiam tibi tuæque agnationi, & ordini Eccleſiaſtico inuri; Cogitesque quid Deo, qui te ad ſublimem illum gradum euexit; quid ſedi Apoſtolicæ, quæ te ſingulari quodam amore & gratia complexa eſt; quid patriæ; quid generi; quid Chriſtiano nomini; quid publicæ vtilitati; quid denique tibi ipſi debeas, non alijs magis quàm tibi ipſi inimicus fueris, ſi ita te geſſeris, vt meritò inter exturbandus ſis, cùm tamen nullo negocio eum tibi conſeruare, & magnus in Eccleſia Dei, ac ſumma cum autoritate inter Imperij principes eſſe poſſis.

Memi-

Memineris,quàm difficiles & periculoſi ſint nouarum rerum exitus,& quantopere cauendum ſit prudenti & pio viro,ne temerè famam,rem, ſtatum,dignitatem deniq; ipſam,in extremum diſcrimen adducat,(cuius rei non deſunt noſtra ætate exempla,quibus doceri poſſis.)At ſi longiùs fortaſſè prouecti ſumus,amori noſtro, dignitatiſq; ac ſalutis tuæ deſiderio id aſſignabis. Non enim dubitamus, quin paterna hæc monita noſtra id apud te pondus habitura ſint,quod omnibus nominibus & iuſtiſſimis de cauſis debent: Atq; re ipſa eam pietatem & reuerentiam erga ſanctam hanc ſedem ſis oſtenſurus,qua nos recreati te in dilectiſſimi filij loco,ſicut antea,ita & poſthac habere,& ea re lætari maximopere poſſimus. Sed hoc literarum officio contenti,mandauimus venerabili fratri Archiepiſcopo Treuirenſi, vt ad te proficiſcatur,tecumq; ea de re fuſiùs diligentiſſimè agat,ac conſilium deliberationemq; noſtram clariùs patefaciat:cui plenam fidem te habiturum non dubitamus. Datæ Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, Die 17. Decemb. Anno 1582. Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Gregorius Epiſcopus Seruus ſeruorum DEI, *ad futuram rei memoriam.*

HVmani generis Conditor ac Redemptor & ſummus æternuſq; Sacerdos in cœlis regnans, S S. Eccleſiam ſuam Catholicam ita B. Petro Apoſtolorum Principi, ac eius deinceps ſucceſſoribus,Romanis Pontificibus,regendam tradidit,vt ij ſuper gentes & regna conſtituti, poteſtatiſq; diuinæ Principatum in terris obtinentes,quid in ea plantari vel euelli,ædificari ac deſtrui opus eſſet,decernerent ac iudicarent. Nos igitur in eadem Apoſtolicæ ſedis ſpecula,quanquam tanto oneri impares, ſola DEI miſeratione & gratia collocati,ad ſatisfaciendum muneri noſtro eòſolertiùs incumbere debemus,quò magis calamitoſi huius ſeculi tempeſtates ingraueſcere, & noſtram vndiquaq; vigilantiam requiri non ignoramus. Proinde cùm ex multorum ſermonibus & literis grauis iam pridem rumor ad aures noſtras peruenisſet,de turpi & flagitioſa vita Gebhardi Truchſii, qui Eccleſiæ Colonienſi præerat:ingenti ſanè dolore ex tam graui Eccleſiæ vulnere fuimus affecti, & continuò noſtris literis,ac per principes & inſignes viros,ſui eum loci,officij,fidei, ordinis,iuriſiurandi monere,& quacunq; potuimus ratione,ex charitate verè paterna,ad ſanitatem reuocare conati ſumus.Sed ille,vt erat peruerſo & obdurato animo, vel literas noſtras ad ſe venire paſſus non eſt,vel ſi quas alias eadem de re accepit,& homines certos ad ſe hortatu noſtro à nonnullis principibus miſſos audiuit,ijs ita reſpondit,vt ſatis appareret,ſibi in animo eſſe,noſtrum,illorumq; officium eludere,auctoritatemq; contemnere,& deterrima quæq; cogitare ac moliri, ſicuti paulò pòſt re ipſa declarauit. Nam præter alia enormia delicta,quæ antea ille patraſſe dicebatur, ſuperioribus diebus palàm omnibus factum eſt,& nos multorum fide dignorum relationib.& literis alijſq; authenticis documentis, &fama voceq; publica notum & compertum habuimus,ipſum Gebhardum cum primariis diuerſarum ſectarum hæreticis intimam conſuetudinem habuiſſe,conſilia communicaſſe,impium fœdus cum ipſis pepigiſſe,vt ſcilicet poſt nefarias ac ſacrilegas nuptias, quas animo deſtinauerat, Eccleſiam ſimul Colonienſem,illorum ope & auxilio retineret:ſcripto ſemel atq; iterum à ſe promulgato,ab Eccleſia Catholica defeciſſe,& in hæreſin incidiſſe,poteſtatemq; ſuis ſubditis eandem hæreſin amplectendi feciſſe,ac tandem publicis nuptijs cum quadam muliere,hæretico miniſtro Caluiniano conciliante, contractis,ſe coinquinaſſe, ac poſtmodùm cum ea prætenſa vxore publicè conuiuia celebraſſe, & choreas & tripudia duxiſſe. Bonnam, inſigne Colonienſis ditionis oppidum, aliaque loca vi occupaſſe, præſidio militum firmaſſe, apertamque tyrannidem, capitulo fruſtrà reclamante, exercuiſſe, ſcripturas omnes ad Eccleſiam Colonienſem pertinentes, & aurea argenteaq; vaſa, quæ Bonnæ cuſtodiebantur,corripuiſſe, ac ſecum aſportaſſe, totam

tam deniq; ditionem bellicis tumultib. & piculis implicasse, ac Spiritualia & temporalia omnia pessum dedisse. Igitur nos tot tantisq;, quasi monstrum, congestis delictis, quæ adeò publica & notoria sunt, vt nulla possint excusatione aut tergiuersatione velari, commoti ac compulsi, causæ huius cognitionem & decisionem à dilecto filio nostro Andrea Caroli ab Austria, cui tanquam legato nostro commissa fuerat, auocantes & ad nos trahentes, sacris Canonib. ac prædecessorum nostrorum constitutionibus, contra hæreticos editis, inhærentes: Quanquam eum propter præmissa ab omni iure suo decidisse dubitandum non erat: tamen vt omnibus constaret, re cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus communicata, de eorundem consilio & assensu, motu proprio ex certa scientia ac etiam de potestatis plenitudine supplentes omnem iuris defectum, si quis sit in Consistorio nostro decreto, Gebhardum Truchsium prænominatum, vti hæreticum notorium, & infinitis propè criminibus maculatum ac periurum, ab Ecclesiæ Catholicæ corpore separatum, dicta Ecclesia Archiepiscopali Colonienſi omniq; titulo, officio, dignitate ac iure, quod sibi ad eam quouis modo competere posset, nec non alijs omnibus dignitatibus, Canonicatibus, Beneficijs, officijs, pensionibus, iuribus, feudis, actionibus ac iurisdictionibus quibuscunq;, quæ hucusq; quouis modo habuit & possedit, priuatum fuisse & esse declaramus, & quatenus opus sit, de nouo priuamus, Ecclesiamq; ipsam Colonienſem & cætera omnia prædicta vacare decernimus, ac ad illa aliaue in posterum obtinenda penitùs inhabilem fore statuimus, & mandamus, declarantes, propterea si deinceps Gebhardus in his, quæ priùs erant sui muneris, ratione omnium suprà dictorum se immiscere præsumpserit, omnes & quoscunq; actus, in quibus ipsum interuenire contingat, nullius esse roboris & momenti, ita, vt nullo vnquam tempore firmitatem habeant nec vigorem. Quocirca Decanum, Canonicos & Capitulum dictæ Colonienſis Ecclesiæ, omnesq; parochos ac vniuersum ciuitatis ac eiusdem prouinciæ Clerum, nec non Vasallos subditosq;, & ciuitatum, oppidorum, locorum Gubernatores, arcium præfectos, Officiales & ministros quoscunq; à iuramento, si quod ipsi Gebhardo præstiterunt, liberos & exemptos esse, ac nulla in re ei obedientiam debere. Similiter statuimus & declaramus, mandantes eisdem & eorum cuilibet, sub excommunicationis pœna, quam ipse facto contraueniens incurret, vt posthac Gebhardo, ipsiusq; Procuratoribus in aliquo non respondeant seu pareant, vel intendant. Cæterùm idem Colonienſe Capitulum seriò monemus, vt cùm primùm de hac priuationis sententia notitiam habuerit, ad electionem noui Archiepiscopi termino competenti, ad conueniendum Canonicis absentibus præfixo, omni mora cessante procedant, non obstantibus priuilegijs quibuscunq; etiam Apostolicis, Præsuli Colonienſ. forsitan concessis, approbatis & irreuocatis, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Vt autem faciliùs hæ literæ ad omnium noticiam deducantur, volumus, & eadem authoritate Apostolica decernimus, vt earum transsumptis manuscriptis vel impressis, & Notarij cuiusdam publici manu subscriptis, sigilloq; personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio vel extra illud, quæ haberetur ipsis præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ auocationis, suppletionis, priuationis, statuti, declarationum, mandatorum, voluntatis, & decretorum infringere, vel in ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis D ei & B. Petri & Pauli Apostolorum is se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, M. D. LXXXIII. Pontificatus nostri XI. Calend. Aprilis.

NOBI-

NOBILITATIS LIVONICÆ PRIVILEGIVM,

Cuius Chronicon fol. 534. meminit.

SIGISMVNDVS AVGVSTVS, Dei gratia, Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq; Dominus & hæres, Notum facimus per præsentes literas, quorum interest, aut in posterum quoquo modo interierit, Vniuersis. Cùm Liuonia prouincia graui ac diuturno Moschico bello, multisq; cladibus afflicta, vastata, atq; magna ex parte in potestatem hostium redacta esset; cumq; & propter multarum ciuitatum arciumq; & propugnaculorum amissionem, & ob maximam in omnes partes depopulationem vastitatemq; ferro atq; igni in eo allatam, & propter quotidianas incursiones, magnumq; hostis ad eius reliquias occupandas apparatum, ad eam angustiam ac difficultatem ordines illius redacti essent, vt nequaquam opibus viribusq; proprijs statum suum defendere, atq; se à seruitute crudelitateq; hostili tueri ac vindicare possent;

Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Guilhelmus, Archiepiscopus Rigensis, Marchio Brandenburgensis, Stetinia, Pomeraniæ, Cassubiorum & Vandalorum Dux, Rugiæ Princeps, Burggrabius Norinbergensis, ac Illustrissimus Dominus Gothardus Ketlerus, equestris ordinis Teutonici in Liuonia Magister, statusq; & ordines Liuoniarum vniuersi, & Ciuitatum nuncij, dum & omnia domestica præsidia sua conuulsa, & se ab aliorum præsidijs destitutos animaduerterent, magnam autem spem in nostro ditionum nostrarum auxilio deponerent: matura deliberatione habita, publicoq; & concordi omnium consensu, se prouinciamq; suam in fidem & potestatem nostram tradiderunt, ac in perpetuum ditionibus dominijsq; nostris, ad instar terrarum Prussiæ, adiunxerunt & incorporarunt.

Itaq; nos & fœderibus & vicinitate coniuncta nobis prouinciæ periculo, clade, vastitate, seruitute permoti, & pro Christiani principis officio pertinere ad fidem nostram intelligentes, vt homines prouinciamq; Christiani nominis à cæde, populatione, seruitute barbari ac crudelis hostis prohibeamus, eosdem in fidem & ditionem nostram accepimus. Qua quidem fide ac necessitate, in iure, libertate, fortunis, omnibusq; commodis cæterorum subditorum ac dominiorum nostrorum conseruandis & tuendis obstrictos esse nos deuincimus & obstringimus.

Cùm autem inter reliquos status eiusdem prouinciæ Liuoniæ, qui ad profitendam & recognoscendam subiectionem suam apud nos comparuerunt, vniuersus equestris ordo totius illius prouinciæ, nempe ipsa Nobilitas, indigenæ tam vltra citraq; Dunam habitantes, per certos nuncios, & plenipotentes suos, videlicet nobiles, Rempertum Gilzemium, Iuris doctorem, Gregorium Francken, Fabianum à Borch, Henricum & Iohannem de Medhem, cum sufficienti plenipotentia sua mandato, Sigillis multorum nobilium ex tota prouincia Liuonia consignato, apud nos comparuissent, nosq; suo ac totius nobilitatis Liuonicæ nomine, de confirmatione iurium, libertatum, priuilegiorum & immunitatum suarum, humiliter atq; suppliciter compellassent; Obtulerunt nobis in scriptis certa capita seu articulos, quos à nobis in omnibus eorum punctis, clausulis & conditionibus confirmari, approbari & ratificari debita cum instantia supplicauerunt; Quorum quidem capitum seu articulorum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis:

Primùm & ante omnia Sacra & Serenissimæ Maiestati vestræ, domino nostro clementissimo, & tum libertatis nostræ vindici, tum & liberatori, in quo omnem spem & fiduciam liberationis nostræ concepimus, debitæ qua par est humi- Religio Aug. Confessionis.

litãte, noſtro totius nobilitatis Liuoniæ nomine ſupplicamus, vt ſacroſancta nobis & inuiolabilis maneat Religio, quam iuxta Euangelica Apoſtolicaq́ ſcripta puriorũ Eccleſia, Nicenæ Synodi, Auguſtanamq́ Confeſſionem hactenus ſeruauimus; neue vnquam vllis ſiue Eccleſiaſticorum ſiue ſecularium præſcriptis, cenſuris & adinuentionibus grauemur turbemurq́ quouis modo. Quod ſi præter ſpem acciderit; nos tamen iuxta Sacroſancta ſcripturæ normam, qua præcipitur, Plus Deo, quàm hominibus obtemperandum eſſe, noſtram retineamus religionem, conſuetasq́ Ceremonias, neq; nos in vlla ratione ab hac auelli ſinamus. Si verò errores, quorum malus ille Damon author eſt, in illa ſuboriri continget, vt hiſce dirimendis tollendisq́ Euangelici Apoſtoliciq́ Doctores puriores Eccleſiæ Auguſtanæ confeſſionis adhibeantur. Proximum eſt, vt Eccleſiæ conſeruentur, collapſæ reſtituantur: & quæ miniſtris puri Euangelij Doctoribus ſiue concionatoribus, & iſtorum honeſta ſuſtentatione, non prouiſa, vt hiſce ex liberalitate Sacræ Regiæ Maieſtatis prouideatur; & ſi quis cenſus fundiq́ hiſce adempti vel ſuppreſſi fuerint, vt illi vel reſtituantur, vel æquiualente precio compenſentur. Tertium, ne pauperes negligantur: illorum enim iuxta atq́ religionis rationem habendam eſſe cenſemus. Cùm nobis porrò conſtet, quanta ſit calamitas pauperum, qui hac bellorum clade ex diuitibus pauperes facti ſumus; ſuppliciter petimus, vt collapſa hoſpitalia bonaq́ illis olim conſecrata reſtituantur, & in quibus antè locis antiquitùs erecta nulla fuerint, vt erigantur, & tàm à Sacra veſtra Regia Maieſtate, quàm à principe noſtro, pro REGIA *munificentia & liberalitate, dotentur. Quo facto* CHRISTVS *(qui hac in ſe collata reputabit) veſtræ Regiæ Maieſtati regnorum ditionumq́ ſuarum faciliorem ſplendidioremq́ faciet gubernationem. Ac cùm hoc bello (proh dolor!) afflictiſſima, maritis parentibusq́ caſis, multa vidua, orba parentibus virgines, in eam egeſtatem redacta ſint, vt quo vitam tolerent vix habeant, obnixè oramus, vt inprimis de Collegijs cælibum virginum ita conſtituatur, vt afflictiſſimæ & miſerrimæ viduæ virgineſq́, maritis parentibusq́ orbatæ, in hac recipiantur, neceſſarioq́ victu amictuq́ proſpiciantur, donec vel cælibem optent vitam, vel ſanctum petant matrimonium. neq; enim in hoc vel cælibum virginum, quarum numerus non ita magnus eſt, vel præfectorum, earundem priuatum commodum, ſed commune potiùs bonum ſpectandum eſt. Vtq́ idem cum Cœnobijs Monachorum, ſi illa Sacræ Regiæ Maieſtati veſtræ aliquando ex manibus hoſtium reſtituta fuerint, conſtituatur, propter miſeros exanimatos ſenes, & pupillos parentibus orbos, paternisq́ bonis deſtitutos, qui in ijsdem ali, educari, & humanioribus literis erudiri poterunt, cum maximo Reipublicæ commodo. Ita enim ex cœnobijs præfatis vetus collegiorum forma reſtituetur, ex quibus honorificæ Eccleſiæ & Reipublicæ organa, quandocunq; neceſſarium fuerit, depromi poterunt.*

Ecclesiæ.

Pauperes.

Hoſpitalia.

Collegia Virginum.

Monaſteria.

IIII. Cùm nihil reſpublicas magis quaſſare atq́ concutere ſoleat, quàm legum, conſuetudinis atq́ morum mutatio; Sacra Regia Maieſtas veſtra benè conſtitutas Reſpublicas hac ratione non modò ſeruandas, ſed collapſas reſtituendas prudentiſſimo atq́ verè diuino conſilio cenſuit; quòd per Illuſtriſſimum & Magnificum principem ac Dominum Nicolaum Ratzeuvill, in Olika & Niſchevvitz ducem, Palatinum Vilnenſem, Dominum noſtrum clementiſſimum, Principibus, Nobilibus, Ciuitatibus atq́ Statibus Liuoniæ, ſub ipſius Sacræ Regiæ Maieſtatis plenæ poteſtatis mandatiq́ propoſito ſcripto promiſerit, nobis non ſolùm Germanicum Magiſtratum, ſed & iura Germanorum propria atq́ conſueta permiſſuram, conceſſuram atque confirmaturam ſe eſſe, quod & ad præſentis ſtatus conſeruationem & collapſi erectionem reſtitutionemq́ facit plurimum.

Magiſtratus Germanus.

Vt autem certum atq́ commune aliquod ꝓuinciale ius, quo omnes prouinciales teneantur, ex conſuetudinibus, priuilegijs, latisq́ ſententijs authoritate veſtræ Sacræ Regiæ Maieſtatis conſtituatur: etiam atq́ etiam oramus, vt ad eam rem certi homines, in iuris prudentia verſati, ex authoritate Maieſtatis veſtræ deſignentur, qui talem formulã iuris prouincialis concipiant, componant, & communibus Reip. Liuoniæ ordinibus conſentientibus ad recognoſcendum, confirmandum & promulgandum veſtræ Sacræ Regiæ Maieſtati offerant.

Commune Ius prouinciale.

Indigenæ officijs publicis præficiantur.

V. Vt ſolis indigenis, & benè poſſeſſionatis, dignitates, officia & capitaneatus, ad inſtar terrarum Pruſſiæ, conferre dignetur, prout nobis Regiæ Maieſtatis

nomine

nomine promissum est, atque præscribantur nobis dignitates, officia & capitaneatus, & quando, & quibus quisq; præficietur. VI. Quamuis inficias re non possumus, Appellationis remedium ad tribunal Regium superioritatem Sacræ Regiæ Maiestatis maximè respicere, neq; nostri instituti sit, illam attenuare velle: tamen putamus, Sacram Regiam Maiestatem, propter commodum & prouectum prouincialium, aliam viam, & eam quidem compendiosiorem, & ex consensu communi arbitrio, & vestræ Sacræ Regiæ Maiestatis approbatione, inuenire constituereq; posse, ne vel propter itinerum difficultatem, locig; intercapedinem maximam, vel propter miserorum inopiam, plures causæ in iudicia delatum deseRe, & diuitibus improbis, maleuolisq; hominibus insolentiæ materiam præberi contingat. Consultum itaq; vobis videtur, vt Sacra Regia Maiestas vestra in ciuitate Rigensi, tanquam totius prouincia metropoli, certos Iudices seu Senatores suos constituat, idq; ex indigenis per nostrum equestrem ordinem delectos; per Maiestatem verò vestram confirmandos, qui semel biuæ in anno Rigam statis temporibus vnà conueniant, & causas appellationum, ex authoritate Maiestatis vestræ decidant: ab illo verò senatus Maiestatis vestræ iudicio, in causis grauibus & maximi momenti, ad tribunal Maiestatis vestræ, non minus ex Archidiœcesi, quàm ex Maiestatis vestræ & Illustrissimi domini Magistri ditionibus, hoc est, ex tota prouincia, ad Maiestatem vestram, tanquam ad supremum & hereditarium dominum nostrum, appelletur: Ita tamen, vt temerariæ & friuolæ appellationes præcidantur, statuatur expressa pœna in temerariè appellantes, & extrahentes litem sine iusta, legitima & probabili ratione; & vt taliter delinquentes condemnentur in decimam partem causæ, cuius dimidia pars fisco Maiestatis vestræ, altera dimidia pars appellato dependatur. VII. Cùm hoc proprium Regium decus sit, atque ipsa Maiestas, quæ neminem vel minima læsione offendere, vnicuique quod suum est tribuere, quod vniuscuiusque est, ex amplitudine munificentia sua adaugere consueuit, liberalissimè vestræ Sacræ Regiæ Maiestatis nomine promissum est nobis omnibus atque singulis, de quorum nomine missi sumus, quòd nobis atque ipsis, beneficiorum, feudorum, à principibus & prædecessoribus suis acceptorum, diplomata, consignatas literas, possessiones, consuetudines, Priuilegia, ac libertates, & quæcunque longissimo temporum vsu acquisiuissent obtinuissentq;, inuiolabiliter seruari & confirmari. Sed si quæ maiora ipsis omnibus atque singulis ex vsu esse possent, quòd ea quoque ex Regia liberalitate de nouo concedi deberent. Quam Regiam facilitatem, clementiam & benignitatem vt obseruanti pectore animorum nostrorum prosequimur; ita eam fortunis nostris omnibus, vita, saluteq; ipsa demereri sedulò parati erimus. Proinde petimus, quæ decet, humilima obseruantia, vt non modò quæ antea dicta sunt præstentur nobis, verùm cùm plures sint in Liuonia, qui cum consanguineis suis atque alijs familijs Ius simultaneæ siue coniunctæ manus contrahendi facultatem olim nacti sunt, vt hoc ipsum priuilegium à vestra Sacra Regia Maiestate cæteris quoque omnibus, videlicet vniuersæ nobilitati, æquè illis, qui sub dominio domini Magistri cæterorumq; principum mansuri, ac illis, qui Sacræ Regiæ Maiestati vestræ immediatè subditi futuri sunt, nostrisq; personis ex liberali fauore, pro Regio vestro splendore atque amplitudine, gratiosissimè concedatur, in omnibus illorum bonis feudalibus, quæ modò obtinent, quæ in futurum quouis modo, siue speciali gratia, siue contractu licito obtinere poterunt, non modò cum consanguineis, affinibus; sed alijs quoque exteris familijs atque socijs tale Ius simultaneæ siue coniunctæ manus coire atque contrahere. Hoc est, vt habeamus liberam & omnimodam potestatem de bonis suis disponendi, dandi, donandi, vendendi, alienandi, & in vsus beneplacitos, non requisito Maiestatis vestræ consensu & alterius cuiusuis superioris, conuertendi. VIII. Si fortè in hac belli calamitate, depredatione, igneæ vel alio casu cuiusque diplomata, monumenta priuilegiorum, libertatum, aliarumq; concessionum atque obligationum amissa, absumpta, perditaq; essent, vt illa à Sacra vestra Regia Maiestate nouis diploma-

Appellatio.

Confirmatio prædiorum & Iuriù Nobilitatis.

Innouatio Diplomatũ perditorum.

tis, non modò innouentur; si de bonorum hereditatione tranquilla atq; continua possessione constiterit: Verùm vt etiam obligatoriarum literarum, quæ hoc tumultu bellico perdita sint, fructuỹ non careant, qui duorum vel trium testium authoritate obtinere possint, tales literas penes ipsos fuisse, & ex aduerso de soluto numerato vel satisfacto per alia literarum argumenta nil constet. IX. Vt Sacra ipsius Regia Maiestas nobiles atq; proceres Liuoniæ omnium honorum, dignitatum, Iurium, libertatum atq; prærogatiuarum, quibus hactenus tam Ecclesiastici, quàm seculares Barones atq; Nobiles domini regni Polonici vtuntur & fruuntur, iuxta formam atq; modum, quibus Pruteni sub Sacra ipsius Regia Maiestate positi ab ipso obtinuerunt, participes facere dignetur. X. Vt nobis libertatem gratiæ (vt vulgò nostri appellant) pro regia benignitate concedat, quemadmodum in successione feudorum subditi ducatus Estoniæ, Harriæ, VVironiæ, ac diœcesis Rigensis, olim à Regibus Danorum singulari beneficio vsq; in hunc diem obtinuerunt: vt eodem modo nos eiusdem priuilegiỹ fructum ex vestra Sacra Regia Maiestatis ampliore augustioreq; munificentia capessere, atq; cum perpetua Augusti nominis celebratione posteris nostris relinquere possimus; hoc est, vt habeamus potestatem succedendi, non modò in descendenti, sed etiam in collaterali linea vtriusq; sexus: Ita tamen, vt præferatur masculinum, & fœmella pro modo facultatum dotentur; masculis verò non existentibus, fœmellæ in omnibus succedant, saluo tamen Maiestatis Regiæ iure fisci seu iure caduco. XI. Cùm nos Sacræ Regiæ Maiestati vestræ illiusq; regno, magno Ducatuì Lithuaniæ ac ditionibus, ineuitabili necessitate in hisce nostris angustiỹs, quibus propter barbari hostis insolentiam ad extremum cum principe nostro redacti, & ab imperio Romano deserti, nos, vitamq; nostram, parentes, vxores, & liberos tueri non possumus, sed medius fidius in hostis crudelissimi potestatem venire oportuerit, priusquam ab imperio defenderemur, in subiectione consenserimus; Sacra ipsius Regia Maiestas efficiat, quemadmodum cautum est, vt propter hanc principũ nostri deditionem, nosq; subditos apud inuictissimum Imperatorem, Electores, Principes ac Status Romani Imperiỹ, tueri honorem, substantiamq; nostram, ne censura Imperiỹ publica, aliáue infami nota vexemur, damnóue afficiamur, quin potius indemnes conseruemur. XII. Vt nos in posterum à Sacra Regia Maiestate non solùm contra Moschum, sed quoscunq; hostes nostros, coniunctis regni Poloniæ omniumq; ditionum suarum viribus, de facto defendamur, hostem in propriỹs ditionibus integra belli mole quàm primùm adoriamur, ne vel hostilibus, vel socỹs armis, sociorum terris grauiora maioraq; damna inferantur: Melius etenim est ex hostium sanguine æstuare, quàm nostri sociorumq; depredatione perditioneq; saginari. XIII. Vt nemo in suis granitiebus atq; constitutis limitibus prædiorum suorum, qui ex certis monumentis liquent, perturbetur; sed in possessione illorum à Sacra eius Regia Maiestate tueatur. Si verò qui limites temporum vetustate corrupti amissiue essent, vt illi siue per delegatos, siue per arbitros, prout æquitatis postulauerit ratio, innouentur, restituanturq;. Vbi verò in terris Liuoniæ dispersi inter se nobilium, item rusticorum agri habentur, & vt Germanicè appellantur, Streuwlande vnd Hakenlandt / isti secundùm consuetam mensuram vnicuique integri absque vlla diminutione lasioneue permittantur, vt scilicet iuxta veterem præscriptam formam quilibet vncus aut mansus agri, quem vulgò Haken nominamus, sexaginta sex funes, siue, vt dicitur, bastas, quarum bastarum qualibet sexaginta sex Faden contineat. Quæ verò ex vastis nemoribus multo longoq; sudore acquisita, primi occupantis, iuxta iuris communis ordinationem, manebunt. Nisi prior occupans illa deinceps pro derelicto habuisset, ac alius ea abundè possedisset, legitimeq; præscripsisset, vt ii quoque in tali possessione retineatur, tueaturq;. XIIII. Vt nobilibus Liuoniæ integrum atque liberum sit, per Regnum Poloniæ, magnum Ducatum Lithuaniæ, aliasq; suæ Regiæ Maiestatis ditiones, Regalibus viỹs, & vbicunque ipsis negotium fuerit, absque vllaremoratione telonij, aliarúmue datiarum impositione, vel requisitione, liberè ire atque transire, mercatoribus exceptis, idq; tam terra quàmari, cæterisq; fluminibus, cum omni immunitate permittatur. Et si aliquem istorum in prafato regno, magnoq; Ducatu Lithuaniæ, aliỹsq; ditionibus, quidquam depo-

Libertates Nobilium.

Libertas gratiæ in successionibus.

Ne subiectio Polonis facta Liuonis damno sit apud Cæsarem & Imperium.

Vrzda hostis, non sanguine sociorum miles alatur.

Agrorum limites.

Immunitas à Telonijs.

nere

nere contingat, vt idem sine vlla molestia, vllaq; telonij & quarumuis aliarum datiarum grauamine, inde reuocari & reduci, quandocunq; visum fuerit, integrum liberumq; maneat. *XV.* Vt confecto hoc bello in Liuonia, veteres regales & communes strata restituantur in pristinum statum, seruenturq; ; reliquae verò ab vsu communi alienae precludantur, propter varia incommoda, quae vltrò citroq; dominis vicinis eorumq; subditis inde suboriri possunt. Viæ Regales. *XVI.* Ab hostibus pro defensione communis patriæ capti, & postliminij iure, & redemtionis beneficio per vestram Sacram Regiam Maiestatem fruantur atq; gaudeant: vt etsi seruitutis calamitate mortui censeantur; tamen spe recuperandæ libertatis viuere videantur. Capti ab hostibus. *XVII.* Quamuis maior pars nobilitatis per hostem partim bonis suis feudalibus spoliata, partim diuturnitate belli fortunis exhausta, vt vxorum atque liberorum sustentationis plerisque planè nihil, alijs vel minimum supersit; tamen illos singularis erga Sacram vestram Regiam Maiestatem obseruantia, Item fortunarum, libertatum, dignitatis, vitæ etiam atque salutis propriæ respectus eò impellunt (quæ ipsis partim beneficio vestræ Sacræ Regiæ Maiestatis hactenus vtcunque seruata sunt, partim Dei beneficio seruata ac restituta iri sperant) vt non modò ipsam omni honore venerentur, sed vita atque salute ipsa illud libenter contestabuntur. Et cùm plurimi nostrorum nihil reliquum habeamus præter vitam, hanc parati sumus quoquo tempore apud sacram Regiam Maiestatem vestram exponere: Reliqui verò, etiamsi & ipsi belli quinquennalibus sumptibus exesi; tamen se illi offerunt, & nos vnà cum eis offerimus ad omnia, quæ possibilia esse poterunt: Speramusq;, vestram Sacram Regiam Maiestatem, si ad expeditionem bellicam eo, quo consueueramus, equitatu propter exhaustas vires prodire non poterimus, illud non tam vlli neglectui aut proteruitati, sed impossibilitati imputaturam esse. Postulamus itaque, vt vnusquisque secundùm restantes facultates bellicam expeditionem Sacræ Regiæ Maiestati vestræ seruiat; non autem secundùm eas, quas antè, rebus integris stantibus, obtinuit: & vt eodem planè modo, si qui extra numerum sui debiti ac soliti equitatus atque seruitij, in honorem atque commodum Sacræ Regiæ Maiestatis vestræ, plures equites atq; milites educere possent ac vellent, stipendia conferantur, quemadmodum cæteris Sacræ vestræ Regiæ Maiestatis regni & Magni Ducatus Lithuaniæ incolis numerari & conferri consueuerunt; vtq; id tàm in præsenti, quàm futuris belli temporibus perpetuò seruetur. Ritterdienst. *XVIII.* Cùm digna vox maiestate regnantis sit fateri, Imperium subiectum esse legibus; ne deinceps vllus Princeps, vllus Magistratus, siue superior siue inferior, vel quiuis alius, extra cognitionem causæ, nobiles vasallos, vel quosuis alios possessionibus temerè exuat, destituat, spoliétue: sed si quid iuris in alium habere quisquam putarit, hoc ipsum coram iudicio Ordinario Senatorum Maiestatis vestræ Regiæ, vel prouinciali conuentu experiatur. Non enim æquum est, vt in propria causa quis ipse sit Iudex. Sine ullo enim Ius oritur ex facto; Ita de vniuscuiusq; facto aut culpa non nisi mediante iure, lege, & sanctione per Iudicem decidi debet. Ne quis sine causæ cognitione spolietur. Nemo itaq; in posterum causa indicta, non conuictus, neq; legitimo Iuris processu damnatus, fortunis aut facultatibus suis exuatur; quemadmodum antea exuti sunt nonnulli honesti, & in suos Principes & Magistratus obedientes, fideles, & officiosi ciues. Et vt in tali facto liceat oppresso ad tribunal Sacræ Regiæ Maiestatis vestræ Regium extraordinariè, coram Notario, instrumento grauaminis, & de saluo conductu ad cognitionem causæ Sacræ Regiæ Maiestatis vestræ supplicare. *XIX.* Vt nullus, cuiuscunq; eminentiæ aut conditionis existat, personis, castris, domibus, aut possessionibus alicuius, vllam violentiam inferre, incursiones facere, in publicis stratis insidias ponere præsumat. Qui autem super his conuictus, vt iuxta leges capitis pœna plectatur. Simili modo hi, qui honestas matronas, viduas, virgines q; raperent, vel per vim stuprarent, comprimerentue, cùm aliàs ipsis omnis debeatur honos atq; reuerentia, ac meritò, vt eodem capitis supplicio puniantur. Violatæ pacis & stupri pœna. *XX.* Cùm etiam mercatores, præsertim peregrini siue exotici homines, in nobilitatis ac ciuitatum iniuriam, pelles, frumenta, humulum, & alia mercium genera in villis ac pagis clàm & publicè coëmere, negotiationesq; illicitas exercere soleant: vt illud vestra Sacræ Regiæ Maiestatis au- Mercatores in pagis.

theritate caueatur prohibeaturq́, ne id de cætero fiat. Vt autem ratio Dominorum Nobilitatisq́ habeatur cum pellibus ferarum & beſtiolarum, Sacra Regia Maieſtas veſtra prouidebit. XXI. Quemadmodum antiquitùs omnibus Liuoniæ proceribus, Nobilibus, Equitibus, Vaſalliſq́ libera in vniuerſum huc vſque ferarum luſtra atq́ meatus fuerunt, ipſaq́ venatio liberrima; ita ſyluarum, nemorum, paſcuorum, pratorum, actuumq́ liberrimum habuerint vſumfructum, quòd ex feris beſtioliſq́ ſylueſtribus pelles, quas vulgò Wildtwerck nominant, ex nemoribus ſyluiſq́ omnium lignorum vſum qualemcunq́ meliore fructu habere obtinereq́ potuerunt, quod Wildtwerck dicimus in omnibus ſpeciebus eiuſdem, in cinerum ſiue liquoris picei extractione, ſiue alijs lignorum diuerſis ſectionibus is comparari vnquam poterat; Ita quoque mutua atque tranſitoria fiat, & eſt adhuc hodie ſeruitus, qua vltrò citroq́ alter in alterius fundo liberrima habet apum paſcua & melliſluas arbores. Quemadmodum hæc omnia inueſtiturarum monumentis longiſſima præſcriptaq́ conſuetudine adhuc hodie ab omnibus Nobilibus obtinentur & ſeruantur: Ita quoq́ omnes Nobiles atq́ proceres Liuoniæ hactenus habuerunt Ius coquendæ Cereuiſiæ, illiusq́ ad ſuas tabernas vendendi poteſtatem, abſq́ vllius impedimento, vel datiarum vel aſſiſiariorum grauamine. Ne verò in poſterum callidis officiariorum adinuentionibus, ne dicamus expilationibus, in talibus libertatibus quoque modo grauentur; petunt Nobiles ac proceres Liuoniæ, vt hæc ſpecialiùs priuilegio regio explicentur, ne omiſſa impræſentiarum nocuiſſe olim, ſed quæ expreſſa iam prodeſſe & in futurum & perpetuum profuiſſe videri poterunt; publica tamen contributione, & alio vectigali communi conſenſu ordinum & vniuerſæ nobilitatis ad Sacræ Regiæ Maieſtatis veſtræ & Reipublicæ neceſſitatem pro tempore decernenda, ſemper excepta. XXII. Vt ruſtici, qui vel per principis conceſſionem in alicuius poteſtate fuerunt, ab alijs non capiantur neq́ detineantur; ſed ad eius, cuius interſit, poſtulationem exhibeantur: niſi certis diplomatum argumentis, viuiſq́ teſtibus edocere quis poterit, illos ſibi à legitimis ipſorum dominis conceſſos atq́ tranſlatos eſſe, manebunt in poteſtate eiuſdem, in quem eum in modum conceſſi tranſlatiq́ fuerunt, aliàs reſtituantur ſecundùm receptum morem & antiquam conſuetudinem Liuoniæ. XXIII. Vt hactenus Nobilium ruſtici ad ſola Dominorum ſuorum opera fuerunt obſtricti: Ita petimus prouideri, ne ad alia ſeruitia in libertatis noſtræ præiudicium cogantur, ſed vt antiqua conſuetudo obſeruetur. XXIIII. Vt fines terrarum diligenter obſeruentur, ne prædones & graſſatores ingrediendo impunè graſſentur. XXV. Ne lites atq́ controuerſiæ tranſactionibus iuditata vel ſopita in poſterum reſuſcitentur, ſuaq́ Sacræ Regiæ Maieſtati inclytiq́ ſenatoribus moleſtiam inferant, vt in genere tranſactiones ac definitiua ſententia omnes à principibus Liuoniæ dictæ latæq́ per Sacram Regiam Maieſtatem veſtram confirmentur. XXVI. Cùm ſæpenumerò in Liuonia acciderit, quòd nonnulli Nobiles à propriis ruſticis clàm occiſi ſint; Vt verò in poſterum à talibus flagitijs deterreantur, petunt Nobiles Liuoniæ, vt de ſingulari gratia, meriq́ Imperij Sacræ eius Regiæ Maieſtatis poteſtate, ſuis curijs capitalis ciuiliſq́ iudicij priuilegium, quemadmodum Nobiles Eſtoniæ Ducatus olim à Regibus Danorum conſecuti ſunt, & in hunc vſq́ diem obtinent, annectatur concedaturq́. Vltimò, Cùm ex Monetæ inæqualitate hactenus varia & inexplicabilia damna atq́ incommoda Liuoniæ illata ſint; petimus de illa etiam certum quid conſtitui: ſcilicet, vt ea excudatur in poſterum moneta, quæ in graui valore & æſtimatione par Polonicæ & Lithuanicæ exiſtat, vt vltrò citroq́ Polonica Lithuanicaq́ moneta in Liuonia, Liuonica è contrario in Polonia & magno Ducatu Lithuaniæ currat.

Vſusfructus ſyluarum.

Coquendæ cereuiſiæ.

Mancipia Ruſtica.

Limitum cuſtodia.

Res iudicatæ non retractentur.

Moneta æqualis.

Nos itaq́ SIGISMVNDVS AVGVSTVS, Rex Poloniæ, & Magnus Dux Lithuaniæ, præfatus, &c. præinſertos Articulos & humiles ſupplicationes vniuerſi equeſtris Ordinis Nobilitatis Liuonicæ, tanquam iuſtas & legitimas, authoritate noſtra Regia, tanquam directus dominus, cui merum & mixtum imperium in totam prouinciam, vigore præſentis ſubiectionis nobis profeſſæ, competit, in omnibus eorundem poſtulationum & articulorum clauſulis, punctis & conditionibus confirmandos, approbandos, & ratificandos eſſe duximus, prout confirmamus, approbamus & ratificamus præſentibus hiſce literis noſtris, decernentes eas ab hinc

& in posterum robur debita & perpetua firmitatis obtinere debere: vtili tamen dominio Illustrissimi Domini Magistri per hanc confirmationem nostram in terris Illustritatis eius nihil derogantes, Harum testimonio literarum, quibus in fidem pramissorum sigillum nostrum præsentibus est subappensum. Data Vilnæ, feria sexta post festum S. Catharinæ. Anno M. D. LXI. regn. verò nostri XXXI.

SERIES PRIMORVM LIVONIAE EPISCOPORVM et Archiep. Rigensium, in Liuoniæ arce Ronneburga, vetustis & viuis imaginibus expressorum, additis Epigrammatis cognitione non indignis, quorum ne prorsus memoria periret, Appendici huic inserta est.

MEINARDVS LIVONIÆ EPISCOPVS PRIMVS.

Christum Liuonibus Meinardus prædicat Anno Milleno, centeno, nongeno quoq; quarto, Templũ Kerckholmũ, medio Rubonis in amne Extruit, Vxeliã, Dalenq; ad littora cõdit.

Eius sepulchro inscriptum Rigæ.

Hæc sunt in fossa Meinardi præsulis ossa, Nobis primò fidem dedit annis quatuor, idem Actis millenis, centenis nonaq; genis Annis cum senis hic ab his it ad æthera pœnis.

BARTHOLDVS ABBAS LOXANVS ordinis Cistercienſium.

Bartholdus Rigam cingebat mœnibus vrbẽ, Dũ molitur opus, Liuo glomerante caterua Arma parat, bellumq; facit, concisus ab hoste Exanimis præsul fulua prostratur arena.

ALBERTVS CANONICVS BREMENSIS.

Vindicat Albertus clades felicibus armis, Arcem Dunmondam disponit ad ostia Duna. Ensiferos vocat ad communia prælia fratres. Henricus Cæsar titulis & sede beauit Imperij proceres inter, sacrosq; dynastas.

NICOLAVS CANONICVS RIGENSIS.

Præside Nicolao rursus noua bella parantes Liuonij oppugnant crescentis mœnia Rigæ, At victi pacẽ poscunt, dominosq; fatentur. Gens quoq; Curetũ Christi tunc sacra recepit.

ALBERTVS I. ARCHIEP. RIGEN.

Pontificis dono summi, Latijq; Senatus, Albertus præfulget hic Archiepiscopus omnes: Hunc caput agnoscunt septẽ Liuonide terra Mitrati patres, rogat hinc sua iura magistus cadit & dominum nobis tibi Brema creandi. (ster.

IOANNES à LVNEN II. ARCHIEPISCOPVS.

Excipit illustres titulos sedemq; Ioannes, Templa, sacraq; viris deuotis fabricat ades, Præscribit genti leges moresq; feroci: Fertur Romburgi fundamina prima locasse.

IOANNES à VECHTEN.

Ah dolor! aduersum venturos omen in annos, Intestina parant distracti bella Ioannes Armipotensq; ordo: vicina ad fœdera gentes Sollicitantur: adest Vithines Lithuanius Pontifici auxilium præstat, funditq; magistrum. (Heros,

IOANNES COMES SVERINI IIII.

Ioannes Comes ex præclustri gente Suerina Appetitur bellis Marianis, victus ad vrbem Romanam supplex abijt, diuosq; precatur Vitores, illa moriens nunc vrbe quiescit.

ISAVRVS, postea Archiepiscopus Lundensis in Dania.

Pascit oues Christi, mox Archipræsul, Isaurus, Temperat aduersas iras, & fœdere iungit
Vicinos, adit hinc Danos, vbi Londia sedes Præsulis alta micat, sacris dignantur habenis.

FRIDERICVS LIBER BARO EX BOHEMIA.

Fridericus, clarâ prognatus gente Boëma, Ter denos absens feliciter imperat annos
Atq; nouem, terra nunq; Liuonide visus, Pontifici comes est semper, post fata recondit
Gallia relliquias, venerans Auione sepulchro.

ENGELBERTVS à DALEN.

Engelbertus erat Derbati præsul, & inde Accitus Rigam summas moderatur habenas,
Oscula Pontifici summisso fert pronus ad aras, Raptus & è terris Auione quiescit humatus.

VROMHOLDVS à VIFFHVSEN.

Postq; Vrõholdo custodia credita tẽpli, Ecce vbi Riga iacet, mox Duna tumescit ab vndis:
Præcipites trahit illa domos, hominũq; caternas, Præsentiq; vrbi cladẽ vis fluminis affert.

SIPHERDVS à BLVMBERO.

Traditur vt rerum Sipherdo summa potestas, Ordo potens bellis, & viuens ordine nullo,
Curetes & Semgallos victricibus armis, Multaq; præterea manibus rapiebat auaris.

IOANNES à SYNTEN.

Attollunt animos latis successibus aucti Teutonici fratres, deturbant sede Ioannem
Cum socijs, soli terram ditione prementes; Ille means Romam, peregris cadit exul in orã.

IOANNES VVALLENRODER nobilis Francus, archie. Rigen. XI.

VVallẽrodera Francus de gente Ioannes, Tẽpore quo lentis fuit Hussus in ignibus vstus,
Conciliumq; ingens cogit Constantia, Patres Cardineosq; inter sedemq; locumq; tenebat.
Indeq; Liuonios nunquam remeauit ad agros.

IOANNES HABVNDI.

Rigensis capit hinc populi moderamẽ Habũdus, Pacis amans, sacri lustrat mysteria verbi.
Pestiferum vidit, multis morientibus, annum, Hos inter luctus, & funera mœsta suorum,
Correptus morbo, mortales exuit artus.

HENNINGVS SCARPENBERG.

Fœderis Henningus cõfirmat iura magistro, Condit Lemsaliã Pebuualgam, turreq; ditat
Romburgũ, quæ nunc reliquas supereminet omnes Astra petens, Rigæ cõpostus pace quiescit.

SYLVESTER, XIIII. RIGENSIS archiep. fuit Magistri Liuoniæ Cancellarius.

Arce Cochenhusia capitur Sylvester, iniquam Carceris experiens sortẽ, calcãte magistro
Pocula lethiferis propinat mista venenis, Liuoniæ annales dedit ignibus ordo repertas.

STEPHANVS GRVBEN LIPSENSIS, XV. Archiepiscopus Rigensis.

Immersit Stephanum casu fortuna lugubri, Velatis oculis, & spinæ impostus equinæ,
Atq; manu caudã prendẽs extruditur vrbe, Concidit indulgẽs lachrymis, fractusq; dolore.

MICHAEL

MICHAEL HILDEBRANDI
Reualien. XVI. Archiep. Rigensis.

Bellipotens en Plettenbergius atq; Michaël Coniuncti, Moschos felici Marte retundunt,
Auspicijsq; suis præscribunt fœdera pacis: Egregiam statuunt laudem, famamq; perennẽ.

CASPARVS LINDE VVESTPHALVS.

Aurea Caspari sunt tempora, nescia belli: Nam parto gaudebat Liuona terra triumpho.
Associant animo, fraternaq; iura colentes, Grato Deo merita soluunt præconia laudis.

IOANNES BLANCKENFELD BERLI-
nensis, archiep. Rigensis, Episcop. Reualiensis &
Tarpatensis, I. D.

Pristina detrectant Rigenses iura Ioanni, Diuisi diuersa probant oriente Luthero.
Eiciunt claustris monachos, ritusq; nouarunt. Hispaniæ præsul querulus discedit ad o-
Terquomada moriens, causam vitamq; reliquit. (ras.

THOMAS SCHONING
Rigensis.

Idem Schoningo ciues parere recusant. Omnis egenus opis, nunc his, nunc supplicat illis,
Et tandem socium sedis, regnique recepit, Machiaca natum præclustri gente dynastam.

VVILELMVS MAR-
chio Brand. &c.

Brandeburgiaca domus hic generosa propago Marchio VVilelmus, ꝑmeret cũ cana senectus,
Ordinis ensiferi stimulis agitatus acerbis Impetitur bello: mox captiuatur ab hoste,
Mille & quingentos sex quinquagintaq; Phœbus A nato Christo cursu cõpleuerat annos.
Extitit ille dies & fons, & origo malorum, Terris dira minans fulgore cometa coruscat.
Indignam doluit vicina Polonia sortem Principis agnati, iustisq; accingitur armis.
Integra VVilelmo redeunt sic iura priora: Patrono moriens tradit sua iura Polono.
Moschica Liuonides victricia signa perosi, Fœdera Lithuanis iungebant legibus æquis.

EPISTOLA MARTINI LV-THERI AD VVENCESLAVM LINCVM Eccleſiaſten Norinbergenſem, de Georgio Saxonia duce & Fœdere. Quam, narrationi lib. XII. fol. 312. verſu 17. adiungi poſſe, in Chronico dicitur.

GRatiam & pacem, &c. Fœdus iſtud principum impiorum, quod ipſi negant, vides quantos motus mouerit. Sed ego ducis Georgij frigidiſſimam excuſationem ferè pro confeſſione interpretor. Sed negent, excuſent, fingant, refingant; ego ſciens ſcio, non eſſe fœdus iſtud merum nihil: aut Chimæram: licèt monſtrum ſit monſtroſum ſatis. Deinde, orbis nouit, illos animo, facto, edicto, ſtudio pertinaciſſimo, hactenus talia publicè tentaſſe & feciſſe, & adhuc facere. Extinctum enim volunt Euangelium. Sed quid hæc ad te, qui abſque dubio certus de his omnibus es? tantùm vt ſcias, neque nos iſtis credere impijs, licèt pacem offeramus, optemus, demus. Deus confundet iſtum μωρότατον μῶον, Qui, ſicut Moab, plus audet, quàm poſſit: & non ſecundùm vires ſuas ſuperbit, ſicut ſemper fecit. Orabimus contra iſtos homicidas, atque hactenus ſit eis indultum; ſi denuò aliquid moliti fuerint, orabimus Deum. Deinde monebimus principes, vt abſque miſericordia perdantur, quandoquidem ſanguiſugæ inſatiabiles quieſcere nolunt, niſi Germaniam ſanguine madere ſentiant. Nos iam in prophetis vernaculæ donandis ſudamus. Deus, Quantum & quàm mole-

molestum opus, Hebraicos scriptores cogere Germanicè loqui! quam resistunt hebraicitatem suam relinquere nolunt, & barbariem Germanicam imitari, tanquam si Philomela cuculum cogatur, deserta elegantissima melodia, vnisonam illius vocem detestans, imitari. Vale, & ora pro nobis. Dominica post Barnabæ, M. D. XXV III. Huius epistolæ patrocinium, planè Rhetoricum, suscepit Lutherus in eo, quem dixi, libro, de literis arcanis furto sublatis, aduersus Georgium Saxoniæ ducem edito.

EQVES CATAPHRACTVS, magni ducatus LITHVANIÆ Stemma: & AQVILA POLONICA, versibus artificiosis ornata, cuius memoriam conseruatu non indignam chronicon in fine anni 1579. testatur.

IN ense, maioribus characteribus, significatur annus, quo potentissimus princeps Stephanus feliciter inauguratus est, 1576.

Ense Dei Leges, te ReX, regnVMqVe tVeber.

A pollice dextræ equitis, per cassidem, eiusdem artificij versus duo, pacis cum Gedanensibus compositæ annum continent, 1577.

VIrIbVs eXCeLLo, LatVs qVoqVe serVIo Regi:
IVdICIoqVe sVo stoqVe CadoqVe LVbens.

Ab vmbilico ad ceruicem equitis sunt duo quoque carmina, quorum vtriq; mediæ literæ seruiunt: alterum tamen eorum est transuersim legendum:

Marte fui quondam toti notissimus orbi:
Iussu, pro CHRISTO nunc quoq; bella geram.

Ab vmbilico, per totum equitis pedem, legendum:

Mille volo STEPHANO Regi seruire per annos.

In corpore equi, inprimis in equitis pede, sunt Acrosticha, dictione STEPHANO comprehensa, & à versu (semper ab hostilem) initium ducentia: quæ quidem omnia, vocabulis MILITO REGI concluduntur. Hoc artificium in altera quoque parte corporis cernitur, à voce itidem STEPHANO sumpto initio: nisi quòd transuersim versus legendi sunt, & dictiones DESERVIO REGI adiungendæ. Deinde ijsdem versibus, à prima litera nominis DESERVIO, ad vltimam vocis STEPHANO, & ab vltima STEPHANO, ad primam MILITO, fœlix hæc continetur optatio: DEVS SIT OPTO TEC VM. Similiter ab vltima litera vocabuli DESERVIO, ad primam nominis STEPHANO, & à prima litera STEPHANO, ad vltimam Syllabam MILITO REGI, alia optatio inserta est: OPTO DIES SANOS REGI. Ad extremum, à prima & vltima litera verbi DESERVIO, ad initium & finem verborum: MILITO REGI, hæc ad Deum adiungitur breuis precatio: DIV DEVS POLONVM REGEM OPTO SOLARE. Iam igitur versus sic habent:

Semper ad hostilem congressum / *Triſtantur ceduntq́, acies mihi,* / *Ense libens defendo tribunal,* / *Pugno sponte mea, dum forti* / *Hostes me nostri formidant,* / *Ardua latus agã pro CHRISTO:* / *Nemo potest bello me vincere:* / *Opto libens fælicia Regi:* — MILITO REGI.

Sedulò agam, mandes quicquid, / *Triſtes non crucient curæ:* / *Est mihi iucundum, quoties* / *Prompto quidluiscunq, iube* / *Hectoris est nobis robur:* / *Affligor Litauûm casu:* / *Nestoris ætatem opto mihi:* / *Omnes magnanimos supero.* — DESERVIO REGI.

In ſtens

In freno carmen literis maioribus cladem Gedanenſium comprehendit:

Vera pVto RegIs LaVs eſt, DoMVIſſe ſi perbos.

Ab ore equi per iubas characteres maiores id habent: STEPHANO QVIA PAREO REGI, quibus verſus adde ſequentes, vt ſenſum expleas:

Sors triſtis mea praterÿt, mihi dantur honores,
Quærù, Cur? quoniam STEPHANO modò pareo Regi.

Rurſus ab equi mandibula inferiori, per extremas equi partes, ad vltimam dictionem hemiſtichij, MILITO REGI, ſunt hæc maioribus: STEPHANO QVIA SERVIO REGI, quibus ſubiunge ipſos verſus:

Spe teneor magna, poſthac quòd nulla nocebunt,
Qua nocuere priùs: nam magno ſeruio Regi.

In equi collo: *Impiger ipſe ſequar, quem rex mihi iuſſerit hoſtem.*

In capiſtro: *Hæc STEPHANO Lithuana parent ſtemmata gentiù:*
Quæ ſibi gens priſcis Lithuana parauit ab annis.

A prima litera MILITO, ad vltimam REGI, eſt hoc:

Magnanimus tibi Moſce rapax obnitar vt hoſti,

In pedibus: *Lætanti vincam caſus, animoq; ſereno*
Grandia: nunc etenim STEPHANO deſeruio Regi.
Sæpiùs occurram, certantes ipſe iuuabo:
Inſiſtam egregiè ſtudio, vigiliq; labori.

In clypeo, carmen medium in orbem factum, nomen inſertum habet STEPHANVS: ſupremorum verſuum alter quidem complectitur voces, REX POLONIAE, alter vocabula DVX LITVANIAE. In cruce verò S. Regiæ Maieſtati dicitur: STEPHANE REX VALE. verſus ſunt tales:

Stemma potens habeas nactum vi, robore, bellis,
Rebus, & expertis populis, & honoribus aucte.
Diuino excellis ſtudio, atq; teneris amore.
Robuſta ſemper Lithuanis inſeruio mente.

AQVILA REGIA IN EIVSDEM SERENISSIMI POLONIAE REGIS STEPHANI I. FOELICISSIMVM VILNAM INGRESSUM artificioſè confecta, hoſce verſus comprehendit:

IN diademate, ſeu corona Aquilæ, verſus inſcriptus, anni 1576. quo princeps ampliſſimus STEPHANVS in Regem eſt coronatus, index eſt:

RegaLI gaVDet Stephanus ReX MagnVs honore.

In ceruice Aquilæ, duorum verſuum mediæ literæ nomen STEPHANVS habent: cui adiunctis reliquis, maioribus characteribus notatis, & ad finem caudæ productis dictionibus, huiuſmodi conficitur optatio: STEPHANVS OPTIMVS REX, VIVAT IN PLVRIMOS ANNOS. In ceruice igitur hi ſunt verſus:

Conſtanter Phœbi radiantia lumina ſpecto:
CHRISTVM REX STEPHANVS *conſtanter, vt ipſe, tuetur.*

In corpore Aquilæ tres videre licet quaſi orbes & circulos, eandem propè cum priori precationem, literis maioribus expreſſam, continentes: POLONIAE STEPHANVS REX VIVAT. Et in ſupremo quidem circulo (à cuius acroſtichis, per maiores medij circuli characteres, verſus ad tertium, cordis inſtar effictum, ducuntur) hæc carmina ſunt collocata:

Præcellis Reges claros virtutibus, vt Sol
Luce ſua ſuperat cœleſtia ſydera: nomen
Nactus es idcircò STEPHANI: tibi namq; corona
Aurea debetur, propter pietatis amorem.

In

In medio autem circulo ſunt hæc Phaleucia, aptè, ſi formam ſpectes, Græco Stephani vocabulo reſpondentia :

Sunt mores, pietas, tibi fideſq́,
Eſt & relligio, probiq́ cultus :
Hac propter tibi dat poli cacumen,
Nos, & qui moderatur, hos honores.

Cor Aquilæ, illud primum quaſi edita & contenta voce clamat:

Res eſt excellens, ſi quis diuina tuetur.

Tum illud, quod hæreditario S. R. M. Stemmati inſertum eſt, optat ardentiùs:

Te metuant hoſtes patriæ, regniq́, Dei q́.

Porrò à corde ipſo verſus à ſupremo circulo ducti hunc in modum legendi ſunt:

Principe digna geris, Rex inuictiſſime noſter,
Omnes propterea lingua olim iure diſerta
Laudabunt, votis cæleſtiaq́ agmina ſupplex
Orabit populus quinis : tibi ab æthere numen
Incolumem vt vitam tribuat : præconia verſu
Atq́ canet STEPHANI ſacrata corona Minervæ.

In alæ dextræ initio, medio,& fine,iſtæ quatuor præ cæteris voces eminent: STEPHANVS POLONORVM REX VIVAT.quarum mediæ literæ verſibus ſuperioribus & inferioribns adiunctæ hanc Aquilæ affictam continent orationem:

Sidera contemplor, Soliq́ palatia ſemper,
Terrenas nihili facio ſedesq́ domosq́ :
Turbo, tempeſtas mihi nulla poteſtq́ nocere,
Erigitur ſpectans cœli ſublimia ceruix,
Et nimiùm recreor fulgenti lumine : dum lux
Phœbea terras colluſtrat & omnia vultu,
Præcipiti vehitur quando per ſidera curru.
Heroëm refero, parent cui ſponte POLONI.
Hæc ætas quot habet, ſunt quotquot & inde futuri :
Aonidum cœtus quem tollit ad æthera verſu :
Ac meritò ; populos quoniam regit abſq́ tumultu,
Neſtoris eloquio fretus, pietateq́ magna,
Numina proſpiciens regnum locupletat anita
Virtute : idcirco permulti iugiter optant,
Viuat vt incolumis, vitam regnumq́ gubernet,
Sedulus empyreum ſemper colat atq́ Monarcham.

Ala ſiniſtra idem habet artificium : dictionibus,maioribus literis expreſſis, hunc in modum nonnihil immutatis : STEPHANVS VIVAT DIV REX NOSTER: quibus adiunctæ aliæ tum voces tum vocum literæ,quas ala ſuo ambitu coërcet, has Sereniſſimi Regis laudes conficiunt:

Summus Regis honor ſumma virtute paratur :
Tu quoniam ſuperas, Rex inuictiſſime, quemq́,
Tanta, quanta decet Reges, pietate fideq́,
Eximiæ laudis fructu lætabere felix,
Et meritò à cunctis poſthac laudaberis, ô Rex:
Pannonia vatum celebrabunt carmina nomen,
Poſteritasq́ tuum fauſtum mirabitur omen.
Huic regno ſuperùm Rex te dedit ipſe POLONO,
Hoc auo vt fieret virtus tua cognita noſtro.
AVGVSTI ſolium Diuina potentia Regis
Attribuit tibi, te donauit honoribus amplis.

Nec

Nec Regis tamen immeritò te excellere fecit
Numen diuinum solio: cùm plura reposcat
Vis animi, roburq́, tuæ pulcherrimus atq,
Virtutis splendor, qui vincit sydera luce.
Seruet te Rector superùm hac in luce, precamur.

Dexter pes sapphicos versus continet, quibus fortunatus rerum sereniſſimi Regis successus optatur: in quibus grandiores literæ illud artificioſè exprimunt: STEPHANE POLONIÆ REX VALE.

Sæpius forti STEPHANVS Phalange,
Pellat hostilis peto gentis acre
Robur: euadat deciesq́, felix
Victor, vt Vatum celebretur inde
Laude per astra.

In pede siniſtro simili modo habetur: STEPHANE LITHVANIÆ DVX VALE. Versus autem ita in hoſtem S. R. M. animum reddunt acriorem:

Sustinet dextra pharetras minante,
Litiù ac pugnæ redamans iniquæ,
Dum fauet numen tibi, Moscus atrox:
Viribus quem tu pietatis almæ,
Laudeq́, frena.

In caudæ medio, circa finem primæ optationis maioribus literis expreſſæ, hic, petitionem perbreuem continens, versus legendus est:

Inclyte Rex, populum Regni moderêrù in annos.

Huic & sensu & situ proximus à siniſtris continet 1577. annum, cladis Dantiscanorum ad Derszauiam:

Viuas Rex, longosq́, opto dominare per annos.

A dextra parte versu exprimitur annus 1578. quo S. R. M. optatiſſimo suo aduentu VILNAM recreatura & ornatura credebatur:

Viue DEO, forteù petimusq́, tuêre POLONOS.

Reliquis circa caudam versibus, præcipuarum S. R. M. Prouinciarum nomine, vale eidem, post fauſtam rerum omnium precationem, hunc in modum dicitur:

A parte dextra: *Priscæ Lachisoboles, Litauûm cum gente vetustæ:*
Fausta suo Regi cuncta precatur ouans.

A parte altera: *Pannonij, Russi, Liuones, & Russia tota,*
Massouij dicunt, & Samogita, VALE.

BELLI INTER FRANCISCVM GALLIÆ REGEM, ET CAROLVM V. IMP. ANNO M. D. XLII. INCHOATI HISTORIA,

APOLOGO expreſſa, à IOANNE FRAXINEO, cuius mentio fit pag. 464. Chronici libro XVI.

CVm graue admodum bellum inter Oues & Lupum exarsiſſet, reliquaque animalia ſollicitarentur, vt huic vel alteri parti auxilium ferrent; cùm ad Ceruorum gregem Luporum Legati acceſſiſſent, sic eos locutos accepimus: Iuſtum nec vobis minùs vtile bellum ſuſcepimus, Cerui, quod Oues Canibus, infeſtis propemodum toti animalium generi, ſe adiunxerint, eorumque auxilio fretæ, nobis quoque bellum indicant. In quo cùm communem cauſam & veſtram maximè ſuſtineamus; æquum eſt, vos pro rei magnitudine decernere, vt communibus viribus Oues illas aggrediamur, quibus ſublatis, longè faciliùs erit, nos à Canum

quoq; iniurijs vindicare. Audita ea legatione, itum est in consilium, variæque à Ceruis, vt quisq; adfectus erat, dictæ sententiæ: tandem omnibus ferè eò declinantibus, vt dicerent, non esse ferendam Ouium superbiam, quæ cùm principem locum inter mitia animalia obtinuissent, nunc Canum (qui cùm omnium ferarum, tum Ceruorum maximè hostes essent) auxilio & armis vterentur: feroxq; illud & immite genus aduersus alia animalia prouocarent; Senex quidam, qui vsu plurimùm & prudentia reliquis præstabat (vt sunt viuaces) iuniores his verbis, à tam leui & temeraria sententia reuocauit: Infestum quidem est & hostile Canum genus, ô Cerui, sed non minùs Lupi nostræ quoq; vitæ & libertati insidiantur; quod vel ex eo apparet, quòd cùm ante annos viginti de finibus & pascendi ritu variæ inter nos controuersiæ exortæ fuissent, domesticum illud & ciuile dissidium semper aluerunt: quò nos posteà faciliùs diuturnis prælijs attritos opprimerent: neq; nobis vnquam ante hanc diem aliquam pacati & sincerè erga nos adfecti animi significationem dederunt. Pacem autem sic nobiscum seruabant, vt si errantem fortassè nostrum aliquem aut à grege remotum conspicarentur, crudelissimè statim iugularent. Oues per nos, quarum vitæ & sanguini iamdudum inhiant, perdere cupiunt: aut eò vi & armis cogi, vt Canes (quibus resistere ipsi non possunt) persequantur: quò tandem graui illo & ferocissimo hoste liberati, nos simul & ipsas sub iugum mittant. Si autem rem verè perpendere volumus, & si intoleranda ab vtrisq; patiamur, Lupis tamen magis irasci debemus, qui cùm eadem vitæ societate nobiscum in syluis degant, in incautos & nihil tale timentes crudelissimè sæuiunt: ita vt sæpiùs (proh dolor) eueniat, vt cùm nostri alioquin se ex eorum faucibus eripere non possint, (dum fuga vitæ suæ consulunt) in Canes incidant, aut retibus intercipiantur. Quid autem est ab Ouibus contra nos factum? Lupos Canibus, id est, hostes hostibus commiserunt: graui nos iniuria adfectos (si Dijs placet) existimamus, quo nihil magis optandum est, vt sic eorum contra nos odium & impetus comprimatur. Permittite eos, ô Cerui, de Belluino illo (quem ipsi appetunt) principatu digladiari, malitisq; tam superborum & crudelium hostium sanguine vos impendente ab ipsis periculo defungi, quàm leui quadam & improba bellandi cupiditate Oues, quæ nobis amicæ semper fuerunt, lacessere, quò Lupis tandem in ipsas & nos statuere liceat, quod inexhausta sanguinis & vitæ nostræ sitis imperabit. Quid autem est, quòd se Canes ita odisse iactent? cùm nocturnos cum illis congressus habeant, ex quibus Lycisæ & Crocutæ ex Cane & Lupo mixti fœtus nascuntur? Hoc illud est, ô Cerui, aliud non habent, quo innoxias Oues criminentur, illudq; in alijs reprehendunt, quod ipsi facere concupiuerunt. Itaq; censeo, re infecta Legatos dimittendos, atq; ad nostrum nunc concilium referri, vt Ouibus fœdere & amicitia nobiscum iunctis, rationem aliquam cum cæteris animalibus ineamus, qua nos & nostra ab eorum fraudulenta cupiditate liberemus.

Quæ cùm dicta fuissent, varieque reliqui tumultuarentur, è iunioribus vnus rem maiorem esse dixit, quàm vt de ea subitò decerni aliquid oporteret. Diem igitur diffundi iussit, remq; eò vsq; comperendinari, donec quo se modo Vulpes gereret, intellexissent. Vt enim Cerui & naturæ dotibus & formæ dignitate Vulpi longè præstent, neq; ingenio cedant, & animo quoq; sint superiores: eam tamen eiusmodi esse præditam industria, vt consilia omnium feliciùs reliquis odoretur. In eam igitur sententiam cùm pedibus omnes iuissent, Luporum Legatis responsum est, placere quidem Ceruis, bellum (si fieri quoquo modo posset) æquis conditionibus dirimi, sin minùs, pro eo fœdere, quod ipsi ante annos aliquot cum Lupis percussissent, vt qui eosdem hostes haberent, daturos se operam, ne quid ab Ouibus detrimenti acciperent. Oues igitur, quibus cum Ceruis fœdus quoddam antiquum intercedebat, vt viderunt, parùm ex animi sententia res procedere, eoque paulatim animos delabi, vt (contrà quàm ferè omnes existimabant) in Luporum partes Cerui propenderent: disquisitis omnium sententijs decreuerunt, rem esse pecunia tentandam, se enim opibus Lupos longè superare, vt quæ lacte & velleribus abundarent, cùm illi contrà nullũ, nisi mortui, fructum adferrent.

Cùm

Cùm igitur Arietes precibus & precio Ceruorum quoſdam in ſuas partes pellicerent, eſſentq; nonnulli, qui ſiue certo & conſtanti iudicio, ſiue incredibili cum Luporum omnium, tum maximè Aquiliferorum odio, ſpontè, nec tamen gratis, operam ſuam Ouibus pollicerentur, exortum eſt graue inter Tragelaphos (qui & ipſi è Ceruorum genere ſunt) & Canes bellum: quòd vtriq; Onagrorum paſcua & imperium ſibi vendicarent. Legati autem Tragelaphorum Regis, qui Lupo & adfinitate & amicitia ſingulari coniunctus erat (quod vterq; rapto viueret) non ſolùm ſibi ceruos propter neceſſitudinis iura & commune periculum adiunxerunt: ſed vt Lupis etiam (quantum quidem ab illis præſtari poterat) opitularentur, Oues publicè criminari cœperunt, quòd canum arma in Tragelaphos, atq; inde in ceruos quoq; immiſiſſent, quò grauibus ipſi bellis diſtricti auxilium Lupis ferre non poſſent. Oues contrà Deos Deasq; omnes, Panaq; ipſum maximè bicorni infula & pedo ornatum (quo maius numen in terris eſſe non putant) obteſtabantur, ſeque & fœtus omnes diris deuouebant, ſi quicquam eiuſmodi tentaſſent. Exponebant verò, quanta ipſis per vim Lupi quondam abſtuliſſent: & nunc ſe intolerandis iniurijs ad bellum vel inuitas accendi, quòd contra animalium iura Verueces duos (dum legationis publicæ munere funguntur) ininterfeciſſent. Sed quid facias, vbi altiùs in animis hominum opinio, quamuis falſa, inſedit? eam neque veritas conuellere, neque ratio labefactare poteſt, maximè ſi periti artifices adhibeantur, cuiuſmodi inter Lupos ſunt, qui Ceruarij vulgò appellantur: ij cùm effœminatiores ſint, quàm naturæ decor & corporis venuſtas præ ſe fert, callida conſilia artesque comminiſcuntur, quibus (cum eo, quòd pretioſis etiam pellibus amicti ſunt) Ouibus ſe hactenus ſemper æquarunt. Vulgus itaque Ceruorum (vt paucis tota res explicetur) Lupis adhæſit, vel quòd verum eſſe crederent, quod Ceruariorum Regina & Tragelaphorum legatio diſſiparat, vel id tutiſſimum eſſe rati, quòd ab Ouibus nihil, à lupis periculi ipſis multum impenderet. Sed tunc (vt nemo eſt omni ex parte infelix) forte fortuna accidit, vt Luporum Rex, qui & Ceruis imperitabat, ſubditorum quoſdam grauiùs premeret, eisque exitium, niſi fortunis omnibus & libertate cederent, ferox minitaretur. Inter quos Hinnulus quidam & formæ dignitate & generis adfinitatum potentiæque magnitudine præſtans, cùm aliud effugium nanciſci non poſſet, ad Oues confugit, à quibus benignè liberaliterque acceptus ſic ſe geſſit, vt vltra quàm quòd mitiores quoſdam, Ceruorum ouibus reddidit, magnam præterea Ceruariorum partem prælio vicit, eorumque paſcua cæde & incendio vaſtauit. Variè ex hoc inter Ceruos tumultuari cœptum, alijs intolerandam eſſe rem dicentibus, quòd is contra commune omnium decretum in lupos, grauiſſimi contra Canes belli Imperatores, arma ſtrinxiſſet, fœdusque & amicitiam cum ijs iniuiſſet, à quibus nunc commune Ceruorum genus abhorreret. alij ſuprà quàm id impium eſſe querebantur, ad ſupplicium etiam tanquam patriæ & ſociorum proditorem depoſcebant. Quibuſdam verò indigna principe res viſa eſt, fortunis ſubditos euertere, atque ex eo totum illud Luporum Imperium conuitijs inceſſere, & abominari cœperunt. quorum opinio, vix cuiquam credibile fuerit, quantum oratione Hinnuli confirmata eſt: qui cùm atrociter à Ceruarijs accuſaretur in publico omnium conſeſſu, cui & Tragelaphorum Rex & Luporum delegati Oratores aderant, iracundè reſpondens: Tunc demum verum eſſe comperi (inquit) quod nuper prudentiſſimus ille ſenex longa oratione proſequebatur, inexhauſtam eſſe Luporum ſitim, iniuſtiſſimam ambitionem, crudeliſſimum imperium, & inſidias eiuſmodi, quæ niſi à fortibus propulſari, à ſapientiſſimis præcaueri non poſſint. neque nunc dubito, quin humana ingenia virilesque animi in hæc ſe Luporum corpora & pelles induerint (vt vulgò fertur) ita ſupra omnium ferarum conſilia, ingenitamque nobis ſimplicitatem eorum fraudibus irretiti tenemur. De quibus hodie, quoniam video mihi à vobis factam eſſe dicendi poteſtatem, per maiorum noſtrorum

ſtrorum gentisque noſtræ decus & ſalutem vos obteſtor, vt ſi quam de me falſam opinionem concepiſtis, eam ſi ius, ratio, & veritas extorquebit, lubenter deponatis. Quid enim eſt alioqui futurum in hac miſera, fragili & caduca animalium fortuna, ſi prout quiſque potentior aut callidior fuerit, ita falſis ſermonibus aures aucupabitur, videntes nos & ſentientes fallet, affines ſocios & confœderatos diſſipabit? quin Cerui cùm in cornua illa reſpicitis (quæ fortitudinis haud dubiè inſignia vobis natura dedit) mirandam pedum pernicitatem, totiusq; corporis robur, cogitare vos conuenit, exerendum eſſe ex graui veluti ſomno caput, attollendum ex diuturna ſeruitute animum, vt tandem, quàm inhoneſtum ſit tam turpibus dominis ſeruire, conſideretis. Vt igitur ab eo incipiam, quod eſt cauſæ noſtræ proprium, Lupos ſiue mirabili quadam Iouis optimi prouidentia, ſiue fato in Imperium aſciuimus, quò aduerſus hoſtes ferociſſimos tuti vitam hanc (quantulamcunque nobis natura dedit) in ocio & tranquillitate tranſigeremus. Neque verò exiſtimare quenquam oportet, nos aut virium imbecillitate, aut formidine & inertia coactos tales dominos quæſiuiſſe: ſed cùm Oues nihil non molirentur, quo ſe tandem ab iſtorum tyrannide & faucibus eriperent, vulgoq; diceretur (etſi falſum id eſſe luce clariùs oſtendam) in belli ſocietatem Canes nobis infenſiſſimos euocari, atque etiam vbique Tragelaphorum legatio obſtreperet, omnia Ceruarij miſcerent: adducti tandem ſumus, vt huic voraciſſimæ beſtiæ ſummam rerum committeremus.

Ex quo tempore quid non malorum perpeſſi ſumus? quæ dies non illuxit priore infelicior? quantæ nos diſſenſiones, turbæ, inteſtina odia circumdederunt? dum mite aliquid & pacificum præ ſe fert voraciſſima Luporum natio, dum ambitionem melancholia tegit, veſtiumq; & victus frugalitate famam vulgi aucupatur, in potentiorum etiam animos ſimulatione quadam irrepit, quid non molita eſt, quo nos libertate, fortunis, imò cubilibus etiam noſtris & latebris exturbaret? nunc huic, nunc illi ſe fauere ſimulans, eò noſtrorum quoſdam adduxit: vt ſuppoſitis clàm ignibus, collocatis vbiq; inſidijs, ſed veneno etiam, ô Iupiter & Sol, Oues primùm, deinde gentiles ſuos opprimere conarentur. Canibus bellum inferre volunt (ſi Dijs placet) quò ſemper armis noſtris & potentia ſepti, illud, quod ſomniant, imperium ſibi comparare poſſint. quod vt ex eo clariſſimè oſtendi poteſt, quòd cùm ante annos aliquot conficiendi belli poteſtas fieret, neque difficile eſſet, tam conſentientibus noſtrorum animis, ſubitò impetum noſtrum repreſſerunt: ne hoſte illo ſcilicet liberati ab iniuſtiſſimo nos imperio poſtea vindicaremus. Oues autem, quid eſt, quòd publicè criminentur? cùm ea, dum impendente ab his periculo opera noſtra tutæ ſint, fœdus antiquum renouare, eoſdem nobiſcum hoſtes habere, imò ſocia etiam arma nobiſcum iungere polliceantur? Tu autem, ignauiſſime Tragelaphorum Rex, non erubeſcis, non commoueris, dum illa publicè prædicas? Cùm omnes ſciant, te torpore quodam & veterno, vel, ſi mauis, ſtupiditate & inertia, ſuperba tamen & crudeli, præditum, animalia omnia ferè, Ceruorum etiam non paucos (quorum imperium dolo nactus eras) perdidiſſe? Deinde pacem turpiſſimè (oblato etiam tributo) poſtulaſti, nullumq; non mouiſti lapidem, miſer & famelice, quò lætiſſima Onagrorum paſcua vel canibus ſeruiens retineres. Apage infelicem genium, remoue & aufer à nobis tuum iſtud inferis deuotum caput, ne nos vel fortunæ tuæ contagione pereamus. Lupus autem ille tuus, quem tantoperè diligis, quem in ſinu geſtas, quid Canum auxilia & fœdus nobis exprobrat? me enim eodem cum Ouibus loco habet, cùm & id falſiſſimum eſſe ſciat, & ſi maximè verum eſſet, meminiſſe tamen deberet, Serpentes ſe ex Africa, belluas ex Indis, ex Perſia Tigridas & Pantheras conquiſiuiſſe, quò Oues primùm perderet, Ceruorum poſtea & inde reliquorum animalium imperium vſurparet. Is Ceruarios ſuos adornauit, qui, quòd noſſent me libertatis cupidum, turpiſſimæ beſtiæ imperium ampliùs ferre non poſſe, paſcua quædam maiorum meorum, quæ nec vi, nec clàm, nec precariò, ſed iuſtiſſima agnationis ſucceſſione poſſideo, ad ſe pertinere contenderent:

atque

atque poſtea cùm ſatis eſſe cauſſæ ad inferenda in ſedes meas arma non putarent, varijs me calumnijs onerarunt, quibus hoc tantùm breui reſpondebo: Me iudicio veſtro, ô Cerui, ſtetiſſe hactenus, neque nunc recuſare, quin de eo ſententia feratur, ſed ſi præter ius & æquum, ſpreta veſtri concilij auctoritate, armis rem, vt iam fecerunt, aggrediantur, efficiam & præſtabo, vt omnes intelligant, eos non minùs eſſe ignauos & impotentes ad id, quod adipiſci volunt, imperium, quàm indigni omnium animalium iudicio cenſentur.

Si quæ igitur ſunt reliqua antiquæ libertatis veſtigia; ſi nos maiorum res geſtæ, earumque memoria delectat; expergiſcimini, & mentes veſtras erigite, quò tyrrannidem hanc tandem aliquando excutiatis. Ad quod vel id nos potiſſimùm mouere debet, quòd cùm omnium animalium amici antea fuerimus, nullumque meminiſſe poſſumus ab ipſis contra nos ſuſceptum vnquam bellum, imò contra vtrinq; culta diligentiſſimè fœderum & amicitiæ iura: quidquid eſt nunc inter Oues earumque adfines & nos odij, Luporum ambitione contractum reperietis. De me autem ſic ſtatuite, me auctoritatem veſtram alijs in rebus obſeruantiſſimè ſequuturum: ſed tam impotentis belluæ imperium nec pati poſſum, nec è dignitate veſtra eſſe puto, vt ampliùs perferatis.

Audita Hinnuli oratione, etſi pleriſque contumax & paulò elatior cùm verbis, tum ſententijs videbatur: in multorum tamen animis hæſit, quod ab ipſo poſtremo loco dictum erat: Ceruos antea non Ouium tantùm, quarum nunc ſe hoſtes profitebantur, ſed omnium ferè animalium adfines, amicos & confœderatos fuiſſe, cùm nunc contra, propter delatum Lupo imperium, ab hoc amittendæ libertatis periculum, ab illis æternum & inexpiabile odium impenderet. Veniebat illis ſanè in mentem, Canes ipſorum paſcuis & ceruicibus imminere, Ducibusque Lupis bellum illud conficiendum fore, aut ſe in grauiſſimum vitæ diſcrimen adductum iri: ſed ſimul & id cogitabant, auctores omnium malorum eſſe Lupos & Tragelaphorum regem, qui priuato odio & incredibili quadam imperandi cupiditate Oues à Ceruis diſiunxiſſent: Cùm nullus interea eſſet, qui tam ingenti morbo remedium adferre polliceretur. neque ignorabant, futurum, vt Oues bonam animalium partem ſecum traherent, eoq; rem peruenturam, ſi aliter ius à Lupis aut Ceruis conſequi non poſſent, vt ſe, hoſtes ſimul & amicos peſſundarent. Videbant item, Ouium imperium diuturnum fore, quòd legitima agnatorum ſucceſſione quæratur, Luporum autem nunc ad hæc, nunc ad alia animalia transferri; ex eoque ratiocinabantur, graue admodum eſſe, propter fugacem & breui interiturum Imperatorem, validiſſimam à ſe gentem abalienare, à qua olim longè plura quàm à Lupis ipſis beneficia accepiſſent. Sed valuit tamen puerilis ille metus, quòd ſuam dignitatem imminui Cerui exiſtimabant, ſi præſente aliqua vtilitate adducti, relicto Duce, aliorum animalium fidem ſequerentur. Quod igitur tunc fieri poterat, ita variantibus animalium ſtudijs, ad pacem omnes Hinnulum adhortari cœperunt, ſi honeſtis conditionibus res componi poſſent. Collocanda verò contra Canes præſidia, bellumque communiter cum Tragelaphis gerendum omninò cenſuerunt. De Ouibus, quoniam non ſatis liquebat, ad concilium relatum non eſt, ſicque rebus infectis Legati diſceſſêre. Priuatim tamen non pauci Hinnulum macte virtute eſſe iubebant, illiique clàm omne ſtudium & operam pollicebantur, ex quo ita omnia exarſêre, vt nec extrema ſeptentrionis frigora martius ille calor intacta reliquerit, ſed Vros, Bubalos & Alces (incognitum priùs animal) excitarit. quid cauſæ autem fuerit, breuiter exponam:

Rex Vrorum, clemens alioquin & pacis auidus, etſi in Ceruarios nihil hoſtile molitus fuerat, ab his tamen (quòd infeſtam aquationem redderet) ſeditionibus primùm, bello deinde apertè petebatur. Cauſam autem prætexebant Ceruarij, quòd iure ſibi deberi contendebant liberum per ipſius paſcua iter: & quòd premi ſeruitute gentem illam non vellent, quæ inuita & repugnans ipſius iugum accepiſſet. Cùm ergo omnes ipſius ſubditos in eo perſeuerare cernerent,

